R. 1036

JACOBI

PIGNATELLI

E CRYPTALEIS IN SALENTINIS

Sacræ Theologiæ, ac J. V. Doctoris

CONSULTATIONES CANONICÆ,

IN QVIBVS

PRÆCIPUÆ CONTROVERSIÆ,

Quæ ad Sanctorum Canonizationem, ac Sacros Ritus; ad Sac. Concilium Tridentinum; ad Episcopos, & Regulares; ad Immunitatem, Libertatem, Jurisdictionem Ecclesiasticam, ac hujusmodi alia potissimùm pertinent; non solùm ex utroque Jure scripto, sed etiam ex Sacrarum Congregationum Decretis, Rebus Judicatis, Placitis, atque Consultis, ex Prudentum Responsis, ex Moribus receptis, breviter, ac perspicuè dirimuntur.

OPUS OMNIBUS UTRIUSQUE FORI JUDICIBUS, JURISCONSULTIS, ac Politici studii Mystis, imprimisque Summorum Pontificum & Rerumpublicarum Consiliariis, & Advocatis utile planè, ac necessarium.

Cum duplici *Indice*, altero *Consultationum* singulis Tomis præfixo, altero *Rerum Notabilium* ex pluribus in unum Generalem coacto, singulariqúe Volumine comprehenso.

EDITIO *ultima ab* AUTHORE *recognita, multis in locis aucta, & à mendis expurgata.*

TOMUS NONUS.

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. C. N.

LUGDUNI,

Sumpt. GABRIELIS & SAMUELIS DE TOURNES.

M. DCC. XVII.

Cum Privilegio SACRÆ CÆSAREÆ MAIESTATIS.

JESU CHRISTO,

SUPERNÆ JERUSALEM

REGI PACIFICO

JACOBUS PIGNATELLUS.

TIBI, qui loqueris ad cor Ieruſalem, quia diligis eam, non cogitatione ſolùm, ſed etiam ſcripto, ſacrifico labores, & deſideria æſtuantis animæ meæ; non quòd ad te epiſtola mihi opus ſit, deſiderium enim pauperum, quaſi clamorem validum, exaudire ſoles: ſed ad te ſcribo, ſi fortè, dum tibi notos pando gemitus meos,

incaleſcunt vota mea. Concupiſco quippe omnia, præter te, ac propter te, veluti ſtercora arbitrari. Aranearum telas texo, & fruſtra jacio rete ante oculos pennatorum. Pennata ſunt enim, & fugacia, quæ apparent, & non ſunt mundi picta bona, & veri boni ſpecie deluſus, fatigor. Quis me faſcinavit, & captivum abduxit? Quid mihi amens volo in via Babylonis, ut bibam aquam labore, ac pretio magno comparatam, quâ ſitis non ſedatur, ſed invaleſcit? Non ſicut negotiatores terræ, & Theman, & ſicut filii Agar exquiro prudentiam, quæ de terra eſt, ſed ſapientiam, quæ eſt de cœlo, quam non invenit, niſi qui vigilat ad te. Certè quidem pro hiſce laboribus meis duo tantùm rogo te, ne deneges mihi, antequam moriar, Amorem tui ſupra omnia, Humilitatem cordis mei infra omnia. Benedic.

INDEX

INDEX ARGUMENTORUM CONSULTATIONUM *TOMI NONI.*

CONSULTATIO I.

AN fratres Clericorum, viventes cum ipſis Clericis in communi, ac continui eorum familiares, & commenſales, necnon famuli ſint exempti à juriſdictione fori laicalis? Ubi quid de Clericorum concubinis, ac de laico delinquente cum Clerico? Pag. 1.

CONSULTATIO II.

An monetarius, etiam Clericus, aut Religioſus, ſive Regularis, gaudeat Eccleſiæ immunitate?

Et quid de iis, qui crimine monetæ adulterinæ inſimulantur? Ubi de pœnis in monetarios, ac de monetis varia, & erudita, & quot modis delinquatur circa monetam analyſis methodica? Pag. 4.

CONSULTATIO III.

De executione animalium Eccleſiaſticorum, facta à Commiſſariis, ſive Curia ſeculari, ac de cenſuris ab iis incurſis, deque ab illis abſolutione, ac quomodo abſolvendi, præſertim in materia recurſus ad Tribunalia laica. Pag. 15.

CONSULTATIO IV.

An homicida, qui confugiens ad Eccleſiam, ibique periculoſo morbo æger, obtinuit à Judice ſeculari generalem ſalvum conductum, ſive ſecuritatem per menſem, poſſit jam convaleſcens, menſe nondum elapſo, comprehendi, & in carceres ſeculares ab eo conjici? Ubi ad rem decreta S. Congregationis Immunitatis. Pag. 15.

CONSULTATIO V.

Quale homicidium privet immunitate Eccleſiæ. Pag. 16.

CONSULTATIO VI.

An, & quatenus in cauſis Immunitatis Eccleſiaſticæ pro delictis exceptis in Conſtitutione Gregoriana, ſit locus legitimationi proceſſus. Pag. 18.

CONSULTATIO VII.

An reus extractus ab Eccleſia ob crimen non exceptum in Conſtitutione Gregoriana, & in carceres conjectus, ſi ab eis aufugiat, & inde aliquod committat delictum, & comprehendatur à Curia ſeculari, reſtituendus ſit Eccleſiæ, à qua fuit extractus, illiuſque gaudeat immunitate? Pag. 19.

CONSULTATIO VIII.

An, ut mittatur ad inquirendum, præſertim in materia Eccleſiaſticæ immunitatis, ſufficiant indicia? Pag. 19.

CONSULTATIO IX.

Cuinam, & quo pacto incumbat onus probandi, comprehenſionem Rei factam eſſe in loco immuni? Pag. 20.

CONSULTATIO X.

An reus extractus ab Eccleſia, tanquam hæreticus, vel ſuſpectus de hæreſi, juſſu S. Officii Inquiſitionis, in quo expeditus, traditus deinde fuit à dicto S. Officio Curiæ Auditoris Cameræ Apoſtolicæ, aliive Judici, uti reus homicidii, reſtituendus ſit Eccleſiæ, à qua fuit extractus, illiuſque immunitate gaudeat? Pag. 21.

CONSULTATIO XI.

Quid requiratur, ut quis incurrat excommunicationem can. 20. Bullæ Cœnæ contra invadentes ditionem, vel terras Eccleſiæ? Ubi quid de mandante, ac de citatione requiſita pro validitate cenſurarum? Pag. 22.

CONSULTATIO XII.

An filio clerico, ex eo, quod ejus pater laicus ſit excommunicatus, deneganda ſit audientia in Tribunalibus Eccleſiaſticis.

Et an filii colonorum menſæ Epiſcopalis gaudeant privilegio fori? Ubi alia de filiis quoad Immunitatem Eccleſiaſticam remiſſivè ex decretis S. Congregationis. Pag. 23.

CONSULTATIO XIII.

De aliquibus cauſis commutandi aliquando pœnas extractorum ab Eccleſia. Pag. 23.

CONSULTATIO XIV.

An committens horrendum, ac nefandum crimen, etiam in Eccleſia, gaudeat immunitate Eccleſiæ? Et quid hac in re obſervandum? Pag. 24.

CONSULTATIO XV.

An Eccleſia, ſive Capella, auctoritate Epiſcopi erecta in ejus diœceſi, ex eo, quod in illa divina audiunt, ac percipiunt milites ſtationarii Legatorum Sedis Apoſtolicæ, quorum ſumptibus conſtructa fuit, ita ſit exempta, ut viſitari nequeat ab ipſo Epiſcopo auctoritate Ordinariâ? Pag. 25.

CONSULTATIO XVI.

An Princeps, vel ejus miniſtri, invenientes Eccleſiaſticos extrahentes à Regno pecuniam, frumentum, equos, aliaque hujuſmodi contra legem Principis, prohibentem ſub pœna commiſſi, poſſint ab illis hæc auferre abſque

Index Argumentorum

absque lasione libertatis Ecclesiastica, ac timore excommunicationis ?

Vbi plura de exemptione Clericorum ex Sacris literis, Conciliis, Patribus, aliisque sanctionibus.

Et quid in ditione Ecclesiastica, etiam quoad Episcopo ? Vbi de potestate Thesaurarii Cameræ Apostolicæ.

Et an Episcopi possint sacris interdicere Reges, eorumque ministros, & officiales? Et an res ejusmodi extractæ sint immunes à vectigalibus? Pag. 26.

CONSULTATIO XVII.

An qui dolo malo domum incenderit, gaudeat Ecclesiæ immunitate ? Quid si incenderit valvas Ecclesiæ, vel ipsam Ecclesiam ? Quidve si in Ecclesia hominem incenderit ? Vbi iterùm, sed strictim de pœnis contra incendiarios. Pag. 31.

CONSULTATIO XVIII.

An, & quatenus homicida proditorius privetur immunitate Ecclesiæ? Vbi quodnam sit homicidium proditorium, & penè dixerim, omnia, quæ ad hanc rem pertinent perspicuè dirimuntur, ac de proditionis crimine aliqua eruditè disceptantur. pag. 34.

CONSULTATIO XIX.

An, & quatenus structura silicea, seu via, silice strata, vel murus sessilii, sive ambulatorius circum Ecclesiam, vel cubile Ecclesiæ, vel Oratorio adhærens, gaudeat immunitate ? pag. 19.

CONSULTATIO XX.

An Capitulum, & Clerus exempti sint à vectigalibus? Vbi quid si intercesserit concordia inter Clerum, & Vniversitatem ? An permissum sit Vniversitatibus minuere datium, ac vectigal carnis, farinæ, &c. illudque imponere, ut vulgò dicitur allo Scannaggio ?

An à vectigalis solutione immunia sint animalia propria Clericorum, sive moriantur, vel mactentur extra Civitatem, & deferantur ad illam, sive mactentur in domibus Clericorum, vel extra illas?

Et an bona, quæ perveniant ad Clericos titulo donationis, vel emptionis, teneantur solvere collectas, & alia onera, quibus illa obnoxia erant apud laicos? Vbi proponitur modus concordiæ inter Clerum, & Vniversitates sæculares in vectigalibus. Vbi etiam an Episcopus absolvere possit lædentes immunitatem Ecclesiasticam, saltem cum reincidentia? pag. 45.

CONSULTATIO XXI.

De Clerico conjugato delinquente, à Curia sæculari comprehenso, ac re sumente habitum clericalem post novum delictum, & à Curia Ecclesiastica vindicato. Vbi an cogi possit ab Episcopo ad suscipiendum Sacros Ordines?

De Clerico libero, aliàs disceptatum, nunc aliqua de Clerico conjugato discutienda sunt, & aliqua iterùm de Clerico libero. Pag. 47.

CONSULTATIO XXII.

An, & quatenus occidens, vel mutilans in Ecclesia, etiam ex aliquo temporis intervallo, gaudeat ejus immunitate? Et an mandans homicidium, vel mutilationem in Ecclesia gaudeat Ecclesiastica immunitate? Pag. 49.

CONSULTATIO XXIII.

An, & quatenus Clericus, vulneratus à laico, possit à Iudice laico examinari, & fieri recognitio corporis delicti absque incursu censurarum? Possitque Iudex laicus à Clerico doceri, ac inquirere contra laicum offensorem dicti Clerici? Et quid de examine Clerici ad perpetuam rei memoriam, excepto à Notario laico coram Iudice laico ? Pag 54.

CONSULTATIO XXIV.

An, & quatenus Legati, ac Nuncii Sedis Apostolicæ possint damnare ad pœnam capitalem eos laicos, qui gaudent fori privilegio, uti sunt substituti fiscales Episcopi, filii Cancellarii Curiæ Episcopalis, & hujusmodi alii, ab Episcopo ad pœnam triremium jam damnatos? Vbi de sclopi explosione absque vulnere. Et quid si amoris causa ob zelotypiam displosus fuerit à minori? pag. 56.

CONSULTATIO XXV.

An Coloni Clericorum ligentur edictis Principum de non extrahendo res à Principatu, vel Regno, & extrahi impedientes incidant in censuras Ecclesiasticas, atque adeò declarari possint excommunicati ?

Et an animalia Clericorum detineri possint per Iudicem laicum pro damno dato, donec illud extrajudicialiter taxatum reficiatur domino prædii, cui damnum illatum fuit ?

Anve afficluarius bonorum Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum teneatur ad vectigal, sive pedagium, & guidagium pro fructibus, quos à dictis bonis colligit, ac vendit? pag. 57.

CONSULTATIO XXVI.

An, & quatenus famulus laicus, qui ex mandato Clerici, sui domini damnum dedisse in judicio seculari asserit, expediendus sit? Et quomodo ipse Clericus nominatus ?

Et quid de Clerico venditore, qui de evictione tenetur, si in judicio laicali sit laudatus ab emptore ad defendendam rem venditam?

Anve, & quatenus Clericus denunciare, ac postulare possit de damno sibi dato apud Iudicem secularem? pag. 58.

CONSULTATIO XXVII.

Quomodo ab Episcopo sit vindicandus Clericus, à licctoribus Curiæ secularis comprehensus in flagranti crimine in habitu laicali, qui illum tradiderunt Curiæ sæculari, in qua erat inquisitus?

Vbi quid si censuræ non sint latæ ab Assessore Vicarii Episcopi, sed ab ipso Vicario? pag. 59.

CONSULTATIO XXVIII.

An ille, qui in insidiis positus secus viam publicam, & in eam exultans, illac prætereuntem adoritur, nudatisque armis timorem incutit ei, quem facilius prædaretur, vel interficeret, ut minabatur, conversis in eum armis, dicens, Volo te occidere, nisi fugisset adventu viatorum, qui ejus fratrem latroni succurrentem interfecerunt, censendus sit publicus latro ita, ut non gaudeat immunitate Ecclesiastica?

Vbi de publico latrone, & viarum grassatore quo ad eandem immunitatem vera sententia. pag. 62.

CON-

Consultationum Tomi IX.

CONSULTATIO XXIX.

De quadam Colonia specie in quibusdam Italiæ regionibus, quoad immunitatem Ecclesiasticam. Pag. 66.

CONSULTATIO XXX.

An, & quatenus homicida, extractus à viridario monasterii per Curiam sæcularem prætextu homicidii proditorii in amicum reconciliatum commissi, ac postea detentus sub fidejussione, sit loco immuni restituendus, ac fidejussio irritanda ? pag. 68.

CONSULTATIO XXXI.

An jure, meritoque Episcopus pro re temporali Ecclesiæ suæ sita in dominio Principis non recognoscentis Superiorem, & habentis privilegium, ut vivat legibus suis, adire possit Summum Pontificem ?

Et an feuda impropria sint dicti Episcopi, eorumque collatio ad ipsum pertineat, an verò ad dictum Principem? Pag 68.

CONSULTATIO XXXII.

An Clericus in sacris constitutus, restituendus sit Ecclesiæ, à qua fuit extractus prætextu, quod proditoriè, atque ex insidiis suum itineris socium lethali vulnere sauciaverit, ex quo ille obiit ? Pag. 73.

CONSULTATIO XXXIII.

Quomodo probetur recursus in causis Ecclesiasticis ad Iudices laicos, ut incurrantur censuræ? De Regulari recurrente an, & quatenus teneatur ad damna ? Et quis? pag. 73.

CONSULTATIO XXXIV.

An laici consanguinei, aliique viventes in communi, ac pro indiviso cum Clericis, debeant gaudere illorum immunitate, an verò sit demandanda divisio bonorum, ut cognoscatur portio laici, utique à suo Iudice compelli possit ad solutionem onerum, & collectarum?

An patrimonium Clerici debeat solvere onera laicalia pro ea parte, in qua excedit solitam quantitatem constituendam juxta morem regionum ?

Et an in domo Clerici fieri possit à Curia sæculari executio rerum laicorum ? Et quid si fieret in odium immunitatis, libertatis, ac jurisdictionis Ecclesiasticæ in domo ejus consanguineorum ? pag. 74.

CONSULTATIO XXXV.

An extractio delinquentis ab Ecclesia in casibus exceptis facta de licentia Vicarii foranei, cui Vicarius generalis in absentia Episcopi delegaverat facultatem in genere concedendi hujusmodi licentiam, sit valida ita, ut nulla indigeat sanatione Summi Pontificis?

Vbi per quem Iudicem extractio fieri debeat? pag. 75.

CONSULTATIO XXXVI.

An, & quatenus Clericus, præcipuè conjugatus, privatus habitu clericali per sententiam sui Ordinarii, possit illum resumere, & post illius resumptionem declinare jurisdictionem Iudicis sæcularis, & gaudere privilegio fori, aliisque immunitatibus, & exemptionibus à Iure, vel à consuetudine hujusmodi Clericis concessis, dummodo habeant omnia requisita c. un. de Cler. conjug. in 6. innovati à S. Concilio Tridentino adeo, ut contra ipsum gesta à dicto Iudice sint irrita, & proinde ad suum Iudicem Ecclesiasticum sit remittendus ? pag. 76.

CONSULTATIO XXXVII.

An causa super validitate, vel invaliditate pacti apposiii in contractu census, ut si per biennium, vel triennium fructus soluti non fuerint à venditore censûs, possit emptor repetere illius sortem principalem, sit cognoscenda coram Iudice Ecclesiastico, an verò coram Iudice laico? Vbi aliqua de quæstione facti, & juris, ac de utraque potestate Ecclesiastica, & civili hac in re disceptantur. pag. 78.

CONSULTATIO XXXVIII.

An Clericus, qui à sententia sui Episcopi appellavit ad suum Metropolitanum coram personis laicis, incurrerit aliquam censuram? pag. 80.

CONSULTATIO XXXIX.

De Clerico conjugato, incedente sine habitu, & tonsura, & comprehenso in habitu laicali à Curia sæculari? pag. 81.

CONSULTATIO XL.

An, & quatenus ob nullitatem censurarum in materia immunitatis Ecclesiasticæ, procedi possit ex integro? pag. 81.

CONSULTATIO XLI.

An, & quatenus Ecclesiastici, tam sæculares, quàm regulares teneantur contribuere ad sumptus belli pro communi necessitate, vel utilitate gesti, & pro qua portione ?

Et an quando Clerus in subsidium Civitatis cum consensu Apostolico cæterisque solemnitatibus transegerit cum ipsa civitate, quod sibi retineat partem sua immunitatis à vectigalibus, possint successores hujusmodi transactionem impugnare ?

Et an Clerici exteri, degentes in dicta Civitate teneantur servare ejusmodi transactionem? p. 81.

CONSULTATIO XLII.

An licitè, & quomodo Ecclesiastici præter regalia, qua iis occasione Episcopatus, tanquam Principibus competunt, peculiares titulos sæculares Principatuum, Comitatuum, ac Baroniarum usurpent. pag. 89.

CONSULTATIO XLIII.

De assassino quoad immunitatem Ecclesiasticam? Quibus modis, & à quibus committatur? Quomodo probetur? Vbi plura ad rem disceptantur, ac præsertim an, & quatenus reintegrationi immunitatis Ecclesiasticæ quis possit moram injicere prætextu constructionis novi processus? Deque pœnis in assassinos. pag. 90.

CONSULTATIO XLIV.

An Principi, sive Vniversitati, vigore generalis edicti sæcularis, liceat absque metu censurarum Episcopum, aliosque Ecclesiasticos, venientes à locis, morbo contagioso infectis, vel suspectis, impedire, ne ingrediantur eorum civitatem, ac diœcesim, quæ libera est à contagione? Vbi aliqua de excommunicatione cautè ferenda, deque peste nonnulla eruditè. pag. 97.

CONSULTATIO XLV.

De præcipuis probationibus Clericatus, ejusque qualitate quoad privilegium fori nonnulla magis necessaria. pag. 102.

CONSULTATIO XLVI.

An Vniversitates sæculares transferre possint collectam impositam animalibus laicorum ad pascua civibus communia? Vbi aliqua de pascuis. pag. 104.

CON-

Index Argumentorum

CONSULTATIO XLVII.

De justitia, & validitate sententiæ super bonis donatis Clerico in fraudem vectigalium. Pag. 105.

CONSULTATIO XLVIII.

An Regularis ejectus à sua Religione, tanquam incorrigibilis, si committat delictum, gaudeat privilegio fori Ecclesiastici? p. 106.

CONSULTATIO XLIX.

An, & quatenus ad validitatem censurarum non sufficiat prima citatio ad dicendum causam, quare, &c. sed requiratur nova monitio, sive citatio ad sententiam, præsertim in materia immunitatis Ecclesiasticæ?

Quid in delicto notorio, an scilicet in notoriis ordo juris sit servandus? Et quid de sententia?

Nunquid in notorio requiratur probatio, & quot testes requirantur ad illud probandum?

Et an à sententia super notorio lata, detur appellatio. Vbi parerga nonnulla de appellatione in materia Immunitatis Ecclesiasticæ ex decretis Sacrarum Congregationum. p. 106.

CONSULTATIO L.

An absolutio rei à crimine, sibi imputato, à carceribus cum libertate dimissi, fieri debeat postquam ipse restitutus sit eidem Ecclesiæ, à qua injustè fuit extractus?

Et an verè extet indultum pro ditione Mediolanensi, quod causæ omnes Ecclesiasticæ tam civiles, quàm criminales in omni instantia committi debeant à Romana Curia Iudicibus ejusdem ditionis in beneficium, ac commodum litigantium? p. 108.

CONSULTATIO LI.

An inimicus, vel quisque alius, extrahens ab Ecclesia inimicum, vel quemcumque alium, vi sua privata, incidat in excommunicationem Constitutionis Gregorianæ, & extractus sit Ecclesiæ restituendus?

Quidve de extracto, sive egresso ab Ecclesia per metum? Vbi aliqua de reo trahente secum per vim ad Ecclesiam satellites. p. 110.

CONSULTATIO LII.

An, & quatenus Episcopus possit declarare excommunicatum Equitem Hierosolymitanum ex eo præcipuè, quod extractioni rei ab Ecclesia Religionis Hierosolymitanæ se opposuerit in casibus exceptis à Constitutione Gregoriana, eandemque Ecclesiam interdicto Ecclesiastico supponere? p. 112.

CONSULTATIO LIII.

An Regulares, ac Moniales, saltem Ordinum Mendicantium, teneantur ad solutionem subsidii triennalis?

An Episcopi teneantur ad collectam impositam pro reparatione aggeris fluminis publici?

Et an Coloni partiarii Ecclesiæ gravari possint à laicis pro oneribus mistis? pag. 113.

CONSULTATIO LIV.

An reus comprehensus à lictoribus, dum ab Ecclesia unico tantum passu distabat, & unum ex illis eodem instanti traxerat ad ipsam Ecclesiam, à qua per vim fuit extractus, restituendus sit eidem Ecclesiæ? pag. 114.

CONSULTATIO LV.

An censuræ latæ in materia Immunitatis Ecclesiasticæ sint irritæ ex eo, quod Iudex allegatus fuerit suspectus?

Quòd excommunicatus esset infirmus, & ideò non poterat comparere?

Quòd in declaratoria nominatim non fuerit excommunicatus, sed solum in edicto, sive in Cedulone.

Quod in declaratoria facta fuerit mentio incursus in excommunicationem Constitutionis Gregorianæ de immun. Eccles. in qua casus excommunicationis, jam latæ, non est comprehensus? Et

Quod excommunicatus sit exemptus, tanquam Subcollector Nuncii Apostolici? p. 114.

CONSULTATIO LVI.

An, qui Episcopo occurrens, nullum obsequii signum exhibuit, sed tecto capite stans contra eum obloquebatur, unde Episcopus pileum ab ejus capite amovit, ast ille confestim manum in Episcopum injiciendo, violenter abstulit ab ejus capite galerum, illudque in terram projecit; ideóque monitus, & comparens, nullamque causam legitimæ excusationis allegans, nec probans, possit per sententiam definitivam declarari incursum in excommunicationem can. Si quis suadente 17. q. 4. & cogi ad canendam palinodiam?

Vbi & quid si Episcopus esset etiam minister Regius, & injurius Officialis Regius? p. 115.

CONSULTATIO LVII.

An extractus ab Ecclesia per Iudicem laicum ob crimen non exceptum, & carceribus mancipatus, à quibus fuit dimissus cum cautione de se repræsentando, iterùmque postea comprehensus à Curia Ecclesiastica, & in carceres conjectus, gaudere debeat immunitate Ecclesiastica? p. 116.

CONSULTATIO LVIII.

An, attenta necessitate belli, Coloni, pensionarii, conductores, censuarii, ac inquilini Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum compelli possint ad solutionem eorum, quæ tangunt dictorum Colonorum personas, eorumque colonicam portionem, non obstante immunitate eis concessa per privilegia Regum, vel Principum? p. 117.

CONSULTATIO LIX.

An, & quo jure violetur immunitas Ecclesiastica per violentam extractionem rerum ab Ecclesiis, ac locis immunibus? Quænamve pœna incurratur? p. 118.

CONSULTATIO LX.

An, & quatenus lædatur immunitas, & libertas Ecclesiastica in comprehensione operariorum, panis, aliarumque rerum facta à Iudice, & fisco laico in domo annexa sub eodem tecto, ac stillicidio Ecclesiæ, præsertim ruralis? p. 119.

CONSULTATIO LXI.

An Immunitas Ecclesiastica sit de jure divino? Pag. 119.

CONSULTATIO LXII.

An Principibus laicis competat imperium aliquod circa res sacras? p. 122.

CONSULTATIO LXIII.

An, & quatenus Imperium, & functio, cui imperatur differant vicissim? p. 126.

CONSULTATIO LXIV.

Quousque conveniant sacra, & profana quoad jus imperandi? p. 127.

CONSULTATIO LXV.

De judicio circa res sacras. p. 128.

CON-

Consultationum Tomi Noni.

CONSULTATIO LXVI.

Statuitur nulli Principi, aut Magistratui seculari competere in sua ditione primatum Ecclesiæ, nec ejus instituendi ministros Ecclesiasticos, sicut nec populo. pag. 130.

CONSULTATIO LXVII.

An, & quatenus Imperatores in approbandis Romanis Pontificibus jus habuerint? Et quomodo vice versa Pontifices Cæsarum confirmandorum, rejiciendorumque auctoritatem habeant? Vbi ad rem multa, sed paucis, præsertim de investituris Ecclesiasticis, historicè, ac juridicè narrantur, sine tamen odio, vel amore, sed in omnibus lector, moderationem, & modestiam agnoscet. p. 134.

CONSULTATIO LXVIII.

An, & quatenus sit licita defensio? Et

An armis defendi possit Religio?

Sitque bellum Christianis licitum?

Illudque gerere possint contra Turcas, & hæreticos contra solam hæresim?

Et an, & quatenus bellum licitum sit? p. 155.

CONSULTATIO LXIX.

Quid, quantumve Clericus Sacerdotio affectus, sive beneficiatus, qui horas canonicas recitare omittit, restituere teneatur?

Et quid in hac re possit S. Pœnitentiaria? Vbi ejus facultates quamplures compendio referuntur ex Constitutionibus Apostolicis. pag. 161.

CONSULTATIO LXX.

An assignatio congruæ parochialis constitui possit à particularibus hominibus in pecunia numerata? p. 169.

CONSULTATIO LXXI.

An leviter rixans cum Clerico incurrerit irregularitatem dum ejus frater, videns casu à longè fratrem rixantem currens ad ei succurrendum, Clericum occiderit? Vbi quid si rixa fuerit facta animo occidendi, fuitque causa physica, vel moralis, leviterque primus vulneraset, ac rixa esset illicita? Vbi etiam de homicidio casuali, & aliis hujusmodi. pag. 169.

CONSULTATIO LXXII.

An Consecratio Episcopalis sit valida, præsertim in regionibus remotissimis, si fiat non præsentatis literis Apostolicis electionis, & confirmationis? Vbi ad rem alia. p. 171.

CONSULTATIO LXXIII.

An, & quatenus Virgines in Collegio viventes, ac voventes in professione perpetuum castitatem, atque obedientiam. Præfectæ, ac victuras, & morituras in dicto Collegio, obligentur ejus regulis, & constitutionibus, possintque ad suum licitum è Collegio discedere, ac illis dotes sint restituendæ? Vbi de Collegiis aliqua generatim. pag. 174.

CONSULTATIO LXXIV.

An satellites præoccupantes, sive obsidentes portam Ecclesiæ, ne quis ad eam confugiat, proque faciliori confugientium comprehensione, incurrant censuras contra ledentes immunitatem Ecclesiæ? p. 178.

CONSULTATIO LXXV.

An in porrigentem preces Sacro Tribunali Pœnitentiariæ secretæ cum expositione sui criminis, suppresso tamen nomine, ut moris est, & ab ea remissas Ordinario pro expeditione causæ, possit ipse Ordinarius in foro externo procedere, etiam ad torturam? pag. 178.

CONSULTATIO LXXVI.

An privilegio Apostolico, habenti decretum irritans, ut clausulam sublata, & rector Vniversitatis teneatur quolibet triennio stare syndicatui, derogari possit per non usum? p. 178.

CONSULTATIO LXXVII.

An in præpositura, sive parochiali regulari, saltem habitu, seu Vicariis, sive membris, ac subjectis, & unitis Regularium Monasteriis, requiratur concursus juxta formam cap. 18. sess. 24. Concilii Tridentini? Vbi effata aliqua de concursu, ac de beneficiis, aliisque obviam, in quibus plura strictim expediuntur ex declarationibus, ac decretis S. Congregationis Concilii. p. 179.

CONSULTATIO LXXVIII.

An, attenta Constitutione, auctoritate Apostolica emanata, & in virid observantia existente, quod scilicet ad electionem Vicarii Capitularis duæ ex tribus partibus concurrere debeant, electio aliter facta, sit irrita? Et quid interim, donec id probetur, agendum sit? pag. 185.

CONSULTATIO LXXIX.

Virum in Ecclesiis, vel Oratoriis publicis Confraternitatum possit exponi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, ac fieri sepulchrum feria quinta majoris hebdomadæ? p. 185.

CONSULTATIO LXXX.

An Missæ perpetuæ in casibus adductis, possint celebrari in aliis altaribus ejusdem Ecclesiæ cum ejusdem Sancti imagine, ex eo præcipuè, quod ipsa nullo privilegio donata sit præter corporis ipsius Sancti?

Quidve si donata esset privilegio piacolari? p. 187.

CONSULTATIO LXXXI.

De Seminariis, penè dixerim de omnibus, quæ ad ipsa pertinent, ad præscriptum S. Concilii Tridentini cap. 18. sess. 23. de reform. ejusque S. Congregationis decreta, aliarumque Sacrarum Congregationum declarationes. Vbi de illorum in Rempublicam Christianam utilitate. p. 188.

CONSULTATIO LXXXII.

An scriptura privata, cui fides adhibetur, veniat nomine scripturæ authenticæ à S. Concilio Tridentino cap. 9. sess. 25. de refor. pro juris patronatus probatione requisitæ?

Vbi ad hanc rem nonnulla juxta mentem ejusdem S. Concilii, ac illius S. Congregationis, aliaque non vulgaria, sed compressius, quæ totam ferè materiam juris patronatus complectuntur. p. 198.

CONSULTATIO LXXXIII.

Explicatur indultum S. Congreg. Concilii, quod studentibus concedi solet. Quomodo scilicet intelligatur in illis verbis Quod si fructus præbendales quartam partem distributionum non attingant, &c. p. 218.

CONSULTATIO LXXXIV.

An Statutum Ecclesiæ tribuens antianitatem Canonicis, procedat etiam in Canonicis coadjutoribus? pag. 219.

CONSULTATIO LXXXV.

Collusio an, & quatenus punienda? pag. 219.

Index Argumentorum Consultationum Tomi Noni.

CONSULTATIO LXXXVI.

An, & quatenus moderni Canonici teneantur ad reinvestimentum pecuniæ non factum à suis antecessoribus? Pag. 220.

CONSULTATIO LXXXVII.

An, & quatenus Superiores Regulares possint annum probationis novitio prorogare ita, ut anno probationis jam completo, sed prorogatione non servata, professio inde emissa sit irrita?

Et quid de professione tacita? pag. 220.

CONSULTATIO LXXXVIII.

De monomachia, sive duello. Ejus fœditas, & probra. Autores. Cui virtuti adversetur. Quid de duello auctoritate publica inito? Ejus exempla varia. Iniquitas duelli privati. Quale inter Longobardos? Quid sit? Ejus superstitio. An illicitum semper, & ubique, & quibus conditionibus? Ejus usus quibus pœnis jure Canonico punitus? Quæque personæ puniantur? Quis in eis dispenset, & ab eis absolvat? Alia ubertim, etiam remissivè. p. 225.

CONSULTATIO LXXXIX.

An Eminentissimi Cardinales, Sede Apostolica vacante, possint mittere triremes Pontificias contra Turcas, aliave facere, instante aliquo Principe? Vbi aliqua de bello contra Turcas. Et an Turcarum imperium ante finem mundi interiturum sit? Paræneſis ad Christianos. Pag. 247.

CONSULTATIO XC.

An feria sexta Parasceves liceat Eucharistiam populo administrare?

Vbi institutio cæremonialis circa cultum Eucharistiæ, ac demum tertiò de aliaribus privilegiatis pro defunctis Pag. 250.

CONSULTATIO XCI.

An omnibus, tam relapsis, quàm aliis de hæresis crimine pœnitentibus, & Curiæ sæculari tradendis, danda sint sacramenta pœnitentiæ, & Eucharistiæ? Et quid de Sacramento extremæ unctionis? Vbi quomodo Eucharistia servari solita, ibique parerga. pag. 255.

CONSULTATIO XCII.

De appellationibus à Papa ad futurum Concilium, deque earum initio, ac de pœnis contra appellantes. pag. 258.

CONSULTATIO XCIII.

Quoties olim communicatum?

Quoties communicandum?

Ex causa data communio maximè morituris, non quidem ex Casuistis, sed omnia ex Patribus, & Conciliis. Vbi an aliquando liceat Sacerdoti ministrare hostiam non consecratam? Et an Judas fuerit exclusus cœna Eucharistica? p. 262.

CONSULTATIO XCIV.

Quibus cæremoniis, ritu, situ communio olim percepta?

Quis porrigere Sacram Eucharistiam solitus?

Ordo in Communione.

Privatim à certis, ut percepta?

Quomodo à viris, quomodo à mulieribus?

Qui apti, qui inepti communioni? pag. 270.

CONSULTATIO XCV.

De mutatione, quæ in Eucharistia fit.

Vox Transubstantiatio, an nupera?

Speciebus sub quibus occulitur, quæ apud Patres nomina?

Quomodo Transubstantiatio fiat? Anve benedictione?

Quibus verbis fiat consecratio?

Vnde ea vis verbis sistendi Christum in Venerabili Eucharistia?

Quæ inducere hominem ad credendum Transubstantiationem possint? Vbi an ergo plures Christi? Anve, & quomodo idem numero corpus possit esse simul in diversis locis, & ad id Sanctorum exempla. pag. 277.

CONSULTATIO XCVI.

De materia, & forma Calicis, deque apparatu cænico mensæ Christi.

Qui Calices olim in usu?

Quot Calices in Cœna Christus habuit?

An vino puro impermisto utendum?

Cur vino Christus aquulam miscuit?

Calidam an Graci in rectè Calicem infundant? Pag. 287.

CONSULTATIO XCVII.

De Missa. Vnde sic dicta. Quibus nominibus vocata. Catechumenorum Fidelium.

Quando licitum celebrare?

Quoties? Vbi?

Ejus abusus. Eruditè omnia ex Patribus, & Conciliis? p. 292.

CONSULTATIO XCVIII.

De apparitionibus in Venerabili Eucharistia factis viris, qui cum fama sanctitatis obierunt pro eorum Canonizatione. Vbi in quas formas Christi Corpus in venerabili Eucharistia evaserit?

Verène, an imaginariè tantùm?

An posito, quod formæ illæ non fuerint veræ, sed apparentes tantùm, mutatio sit facta in potentia videntis, an ex parte specierum panis, & vini superstitum, an ex parte medii?

Quæ harum apparitionum efficiens causa?

An vera Christi substantia sub peregrinis hisce formis?

An deceptio aliqua videntium in his apparitionibus sit cognoscenda?

An præsentia, & unio Corporis Christi sub speciebus, vel quod idem est, an Corpus Christi, ut reduplicativè existens in Sacramento Altaris, possit videri aliquo oculo corporeo, saltem glorificato? Pag. 299.

CONSULTATIO XCIX.

De visibilibus Christi, ac B. Virginis Mariæ apparitionibus ad discernendum, quænam veræ, ac reales, quænam per imaginem, sive per species alterius corporis, idque pro Canonizatione Sanctorum. pag. 307.

CONSULTATIO C.

De signis, & characteribus visis, ac impressis in aliquibus corporibus cum fama Sanctitatis demortuis. An divina, an Angelica, an dæmoniaca, an naturalia? pag. 309.

CONSULTATIO CI.

Quid sit propriè Martyrium? Quæ ac quot ejus conditiones? pag. 310.

CONSULTATIO CII.

An revera detur Theologia infusa Idiotis in Ecclesia Dei? Idque etiam pro Sanctorum Canonizatione. p. 311.

CONSULTATIO CIII.

Quomodo miracula falsa à veris discernantur? An improbis hominibus concedatur aliquando vera miracula facere? Ad id impostura, & cautiones. Pag. 313.

CONSULTATIO CIV.

An privata pietate eos colere possimus, qui piè creduntur in Cœlo esse?

Et an eadem privata pietate animas illas rogare etiam possimus, quæ purgantibus in flammis detinentur? Vbi ad id exempla. pag. 316.

CONSULTATIO CV.

An, & pro qua summa debeatur salarium Vicario Capitulari? Et

An, & quatenus Episcopus teneatur sibi constituere Vicarium Generalem? pag. 318.

CONSULTATIO CVI.

An Bulla Baronum comprehendat cessionem translativam? Et

An hujusmodi cessio translativa sit alienatio, quam Ecclesia, vel locus pius facere non potest absque beneplacito Apostolico?

Et quid de regressu ad primæva jura? p. 319.

CONSULTATIO CVII.

An Ecclesiastici sequestrare possint per Curiam Ecclesiasticam pretium bonorum, quæ jam fuerant subhastata per sententiam Curiæ sæcularis? p. 319.

CONSULTATIO CVIII.

An decretum S. Concilii Tridentini sess. 24. cap. 12. de reform. requirens in Canonicatibus Ordines sacros locum etiam habeat in Ecclesiis Collegiatis?

Et quatenus in eis locum habere possit? p. 320.

CONSULTATIO CIX.

Ex quibus præcipuè argumentis cognoscatur, Ecclesiam esse matricem?

De illius præeminentiis super Ecclesiis filialibus. p. 325.

CONSULTATIO CX.

An hæres gravatus, ut quotannis celebrari curet anniversarium, liberetur ab hoc onere, si Ecclesia legataria hujusmodi onus in se assumat, soluta per hæredem justa quantitate pecuniæ, quæ perpetuum censum constituit super domo incendio consumpta, vel super alio fundo deperdito? p. 327.

CONSULTATIO CXI.

An, & quatenus Episcopus cogere possit Capellanum, ut celebret Missam diebus, à se assignatis? p. 328.

CONSULTATIO CXII.

An, & quatenus Metropolitanus possit absque licentia sui suffraganei executioni demandare citationes, inhibitiones, mandata, cæteraque forenses scripturas contra tertios in Diœcesi suffraganea ex causa appellationis in Metropolitanam Curiam introductæ? pag. 331.

CONSULTATIO CXIII.

Quænam requirantur, ut quis absens à servitio Ecclesiæ suæ lucretur fructus, ac distributiones? p. 332.

CONSULTATIO CXIV.

An, quando, & quatenus absentibus debeantur fructus præbendæ Vbi conclusiones, ampliationes, ac limitationes, non quidem ex Doctorum certantium sententiis, qui rem obscurarunt potius, quàm declararunt, sed ex responsionibus S. Congregationis Concilii, ex cujus jure jus commune in multis est immutatum, & certam interpretationem accepit. Vbi in hanc rem effata. p. 332.

CONSULTATIO CXV.

An, & quando Canonicis, aliisque beneficiariis absentibus debeantur distributiones quotidianæ? Idque præcipuè ex S. Congregationis Concilii oraculis ubi etiam effata. p. 339.

CONSULTATIO CXVI.

An Canonico, qui post longum servitium quadraginta annorum suæ Ecclesiæ præstitum, obtinuit, prævio consensu Capituli, & Canonicorum à S. Congregatione Concilii indultum non residendi in choro, & distributiones quotidianas percipiendi, perinde ac si esset præsens, debeantur etiam distributiones illæ, quæ vocantur accrescentiæ, sumque eæ, quæ in absentia Canonicorum accrescunt aliis interessentibus? p. 348.

CONSULTATIO CXVII.

An Canonicus, qui per Ordinarium à divinis suspensus, ex quo oneri missarum, suo canonicatui injuncto satisfecisse non ducit, sine licentia Ordinarii à residentia absens, & ad Vrbem se conferens, causamque agitando in S. Congregatione super Episcopis, percipere debeat tempore hujusmodi absentiæ distributiones quotidianas?

Et quid de Canonico non comprehenso in interdicto contra dignitates, & Canonicos relaxatio? Vbi an distributiones possint ad hæredes transmitti?

Et quid durante suspensione interdicti?

Quidve si fuerint distributæ inter Canonicos?

Et quid denique de consuetudine assignandi, ac solvendi prius distributiones Canonicis antiquioribus? p. 349.

CONSULTATIO CXVIII.

An sit laudabilis, atque juridica consuetudo, ne beneficiati sedeant, dum in aliquibus actibus admittuntur coram Capitulo, quinimò stare debeant capite aperto? p. 352.

CONSULTATIO CXIX.

An qui donavit majorem suorum bonorum partem cuidam Regularium Religioni cum gravi onere pio, & in casu, quo nollet illud acceptare, substituit aliam Religionem, possit deinde pœnitere, ac commutare suam voluntatem, tollendo illud onus in præjudicium Religionis substitutæ? p. 353.

CONSULTATIO CXX.

An recedendum sit à decreto Sacrarum Congregationum Immunitatis Ecclesiasticæ, Concilii, & super Episcopis, quæ sæpius decreverunt, Colonos, & Custodes, Ecclesiasticorum, damnum dantes in bonis laicorum, conveniendos esse coram Judice Ecclesiastico, & propterea cognitionem hujusmodi causarum spectare ad Ordinarios? p. 353.

CONSULTATIO CXXI.

An fructus, qui ex multiplici legato debent quolibet anno distribui descendentibus masculis nobilis testatoris, si illis indigerint, sint etiam distribuendi Regularibus, præsertim Religionis incapacis possidendi, descendentibus ab eodem testatore. p. 354.

CONSULTATIO CXXII.

An, & quatenus Canonico debeantur distributiones

Index Argumentorum

Capellaniæ, quàm ex dispensatione Apostolica in provisione Canonicatus retinet sub eodem tecto Cathedralis, dum non exposuerit, dictam Capellaniam obnoxiam esse residentiæ? Et

Quid si extaret Statutum, vel consuetudo Ecclesiæ? Pag. 355.

CONSULTATIO CXXIII.

An miles magistralis obedientiæ in Religione Hierosolymitana teneatur ad integram annum probationis, ac ita, ut si aliter professio fiat illa sit irrita? Pag. 357.

CONSULTATIO CXXIV.

An Constitutio Innocentii XI. contra surripientes hostiam consecratam, &c. comprehendat Clericos sæculares, & regulares?

Et quatenus eos non comprehenderet, an melius sit, eos per novam Constitutionem, an per simplex decretum declarare, esse in ea comprehensos? pag. 358.

CONSULTATIO CXXV.

An electio Vicarii Capitularis per ambitum procurata, accedente præsertim imperitia electi, confirmanda sit?

Vbi plura de ambitu, qui eò magis gliscit, quo magis vetatur. Ejus pœnæ Ecclesiasticæ in electionibus Ecclesiasticis, in electione ad Romanum Pontificatum in electione Papæ, sede vacante, in Nuncios Apostolicos apud Principes, in electione Regularium, Procurantis præsentationem vel provisionem beneficii. Procurantis beneficium antequam vacet. In casu vacationis patroni præsentantis seipsum, vel procuratoris sibi resignantis. Ambitiosum eligentis. Pœnæ civiles. Exempla. Paranesis in ambitiosos Alia. pag. 359.

CONSULTATIO CXXVI.

An Extravagans Pauli II. de reb. Eccles. non alien. obliget ubicumque terrarum, etiam ubi non est usu recepta? Vt lex obliget, quid requiratur? Quando censeatur tacitè abrogata? In quam rem S. Caroli Archiepiscopi Mediolanensis Epistola qua zelus animarum, serenitas conscientiæ, ac obedientia in Sedem Apostolicam præclarè ostenditur. pag 362.

CONSULTATIO CXXVII.

An, & quatenus Episcopus visitare possit Confraternitates in Ecclesiis Regularium institutas, illarumque Capellas & altaria? pag. 363.

CONSULTATIO CXXVIII.

An valeat edictum Episcopale, in quo disponitur, quod Congregationes Confraternitatum Ecclesiasticarum non habeantur absque interventu, & sine assistentia Vicariorum foraneorum? pag. 363.

CONSULTATIO CXXIX.

Quænam privilegia, indulta, exemptiones, & concordiæ sublata sint à Concilio Tridentino c. 20. in fine sess. 24. de ref. & c. 6. sess. 25?

Quænam dicantur concordiæ confirmatæ ex certa scientia, & cum causæ cognitione? Vbi ad hæc S. Congregationis Concilii declarationes.

Et qua ratione se gerere debeat Episcopus quoad visitationem Capitulorum exemptorum, ibique de hujusmodi exemptionibus, & concordiis. p. 364.

CONSULTATIO CXXX.

An Cantori Capellæ Pontificiæ debeantur in absentia fructus sui Canonicatus? p. 368.

CONSULTATIO CXXXI.

An Canonicus non Sacerdos coadjutus in Ecclesia, in qua, ut quis percipiat fructus, ac distributiones Canonicatus requiritur, ex illius statuto Ordo Sacerdotalis, possit illos percipere si ejus Coadjutor habeat omnes qualitates à dicto Statuto requisitas?

Vbi quid si Coadjutor ægrotet, atque adeo Ecclesia careat tam Coadjutoris, quàm Coadjuti servitio. An scilicet tempore infirmitatis Coadjutoris Coadjutus, si habilis est, teneatur inservire? pag. 168.

CONSULTATIO CXXXII.

An Canonico, qui postquam fuit Canonicatu provisus, Ecclesiæ non inservivit, neque intra bimestre fidei professionem emisit juxta dispositionem Concilii Tridentini sess. 24. de ref. c. 12. & c. un. de Cler. non resid. in 6. debeantur fructus, ac distributiones? p. 369.

CONSULTATIO CXXXIII.

An Parochus, qui reluctans, dissentiens, & contradicens, solaque præsentia interest celebrationi matrimonii coram testibus contracti, nullo pacto illud autorizans, pœnam aliquam incurrat?

Vbi decretum S. Concilii Trident. c. 1. sess. 24. de ref. matr. affertur, illustraturque cum effatis. p. 370.

CONSULTATIO CXXXIV.

Vtrum in decreto, quod omnes redditus Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ convertantur in distributiones quotidianas, comprehendi debeant redditus Missarum, & anniversariorum? Vbi effata in ornatum cap. 3. sess. 21. de ref. S. Concilii Tridentini. p. 376.

CONSULTATIO CXXXV.

De Episcopo duarum Cathedralium unitarum, ubi hæc disceptantur,

In quanam pro majori anni parte residere teneatur?

An in casu absentiæ ab altera Cathedrali teneatur in illa deputare Vicarium generalem?

Canonici, aliique Clerici alterutrius diœcesis si deliquerint, quibus carceribus mancipandi sint?

An Episcopus accedens ad alterutram Cathedralem teneatur in illa pontificalia exercere?

An pontificalia sint alternatim exercenda?

An Episcopus teneatur deputare pœnitentiarium in utraque Ecclesia?

An item Examinatores Synodales? Et

An mulctæ, ac pœnæ delinquentium applicandæ sint piis locis diœcesis, cujus sunt delinquentes? p. 378.

CONSULTATIO CXXXVI.

Cajus contraxit matrimonium per verba de præsenti cum Berta, nulla conditione apposita. Sed quia paulò ante dixerat audientibus multis, se accepturum in uxorem Bertam si tamen hæc haberet aureorum decem millia, sin aliter repudiaturum. Post initum matrimonium quia rescivit, sponsam nihil possidere, abstinuit à copula, ne in id consentire videretur. Ideò non temerè dubitatur, an matrimonium hujusmodi sub ea conditione contractum, sit validum? p. 380.

CONSULTATIO CXXXVII.

De manutentione consequendi dotem pauperibus descendentibus legatam? Vbi quid attendendum in probanda paupertate? Et quis verè dicendus sit pauper? p. 382.

CONSULTATIO CXXXVIII.

An, & quatenus super legatis piis transigi possit? pag. 382.

CONSULTATIO CXXXIX.

De concubinatu. Quid ille sit? Quæ sit concubina? An olim, & quatenus permissus? Quo jure damnatus? Quinam sit concubinarius publicus, quinam privatus? Ejus Iudex. Quomodo probetur? Pœna in concubinarios. Alia. Omnia juxta decretum S. Concilii Tridentini sess. 25. c. 14. de refor. & sess. 24. c. 8. de refor. matr. cum effatis variis, pluribusque. Pag. 383.

CONSULTATIO CXL.

An, & quatenus filii presbyterorum possint succedere in beneficio, vel obtinere pensiones super fructibus beneficiorum, quæ obtinuerunt eorum patres, vel habere pensiones, quas ipsi patres habuerunt? Et quid versa vice? Vbi hæc disputantur.

Cum ex dispositione juris communis filii tam illegitimi, quàm legitimi prohibeantur succedere in beneficio paterno, an hodie, stante dispositione Clementis VII. & S. Concilii Tridentini, quæ loquuntur solum de filiis illegitimis, remaneat prohibitio juris communis quoad legitimos?

In quo differant hodie inter se dispositio juris communis, & Constitutionis Clementis, ac dispositio Clementis, & decretum Concilii?

Posito Tridentini Concilii decreto, an Sacerdos habens generaliter facultatem transferendi pensionem, sibi auctoritate Apostolica reservatam super fructibus parochialis Ecclesiæ, ad quam antea præsentatus fuerat absque ulla institutione, possit eandem pensionem transferre in Clericum suum filium illegitimum, ad pensiones, & beneficia Ecclesiastica obtinenda à Sede Apostolica dispensatum?

An filius illegitimus possit obtinere beneficium in Ecclesia, in qua pater olim jus habuerat ad Canonicatum, & præbendam in eadem Ecclesia Cathedrali, quibus tandiù litigaverat, donec cessserat juri sibi competenti, nec unquam in ejusdem Canonicatus, & præbendæ pacifica possessione fuerat; nec unquam tanquam Canonicus in Choro, vel in Capitulo dictæ Ecclesiæ comparuerat, vel inservierat?

An prohibitio Concilii extendatur etiam ad filium legitimatum?

An illegitimus, cujus pater fuit rector Ecclesiæ matricis, possit obtinere filialem, dependentem, seu alias illi unitam, in qua eadem matrix habeat etiam quædam jura parochialia. Salvo decreto Concilii c. 15. sess. 25. de refor.

An nepos legitimus ex illegitimo patre admitti possit ad beneficium, quod ipsius avus habuit, non obstante eodem Tridentini decreto?

An declaratio S. Congregationis, qua decisum fuit nepotem legitimum ex filio illegitimo non prohiberi obtinere beneficium avitum, procedat etiam vivente avo, & patre adeo, ut avus beneficium quod hodie obtinet, huic nepoti renunciare non possit, aut si tertio renunciarit, non sit super eo beneficio nepoti pensio reservanda? p. 400.

CONSULTATIO CXLI.

An sicuti reducta sunt delicta, quæ non gaudent immunitate Ecclesiarum, ita quoque reduci possint Ecclesiæ, quæ immunitatis privilegio non gaudeant? Vbi de numero Civitatum refugii in Regno Israelitico. Et an Templum Salomonis, sive Iudæorum gaudebat hoc privilegio? Vbi etiam de causis multitudinis Templorum apud Christianos. p. 408.

CONSULTATIO CXLII.

De subsidio charitativo, ubi hæc breviter discutiuntur.

An Episcopi, habentes pingues redditus, quia scilicet nedum congruam ipsis juxta formam S. Concilii Tridentini assignatam, verùm etiam longè majorem habent, possint exigere charitativum subsidium à suis Clericis diœcesanis?

An Episcopi, quibus pro exigendo charitativo subsidio non obstant exuberantes redditus, possint illud exigere, nulla urgente causa, & inconsultis suis Capitulis?

An supposito, quod Consultis suis Capitulis, dictum Charitativum subsidium exigere valeant, possint illud exigere à suis Clericis beneficiatis, non habentibus alios reditus, quàm distributiones quotidianas?

An possint illud exigere à Clericis beneficiatis, qui licet aliquos reditus habeant non consistentes in distributionibus quotidianis, nihil tamen eis supereat ultra honestum victum? Imò tales reditus vix sufficiunt ad præfatum eorum victum.

In casibus, in quibus Episcopis est permissum exigere charitativum subsidium, quanta debeat esse illius quantitas? P. 411.

CONSULTATIO CXLIII.

An, & quatenus Curati, sive Vicarii temporales amoveri possint ad nutum. Et quid de Capellanis, etiam in Ecclesiis à laicis administratis? p. 412.

CONSULTATIO CXLIV.

An, & quatenus Episcopo visitanti suam diœcesim debeantur à Capitulo Cathedralis portiones panis, & vini, ac distributiones quotidianæ perinde, ac si in Civitate, atque Ecclesia sua Cathedrali resideret? Et quid de Strena? p. 418.

CONSULTATIO CXLV.

An, & quatenus Regulares teneantur solvere parochis quartam, quæ funeralium dicitur? Vbi Constitutiones adducuntur, præsertim Rotæ decisio in Romana funeralis non facti. p. 419.

CONSULTATIO CXLVI.

An, & à quo tempore Capitulum Cathedralis sive ejus Vicarius, visitare possit, Sede Episcopi vacante, totam diœcesim, ac omnia, & singula ejus membra? Illustratur c. 3. sess. 24. de refor. Concilii Tridentini, & ad id afferuntur parerga, & effata, ubi etiam forma, sive adumbratio rerum omnium quæ visitari debent, strictimque examinantur ferè omnia, quæ ad hanc rem pertinent. p. 421.

CONSULTATIO CXLVII.

An donatio sedilis appositi in Ecclesia ab ejus patrono laico de consensu illius Rectoris, eique donatum per hæc verba: Dono tibi, & Ecclesiæ tuæ meum sedile, illudque post meam mortem tuum sit ob tua in me promerita, censeatur irrevocabilis? Vbi de jure acquirendi hujusmodi sedilia in Ecclesiis. p. 461.

CONSULTATIO CXLVIII.

An Episcopus habens facultatem à Summo Pontifice sedandi controversias inter Regulares, & laicos operarios, sive fabricerios eorum monasteriorum possit dicta Monasteria visitare? Et quatenus possit ea visitare? p. 463.

CONSULTATIO CXLIX.

An Episcopus in visitatione possit præcipere Abbatissæ Monialium, ut in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub

Index Argumentorum

pœna privationis officii, aliisque arbitrio infligendis, curet intra certum tempus, ut recens murus alitius tollatur instar muri jam constructi, ne intus clausuram ullatenus haberi possit aspectus ullumque vicinorum colloquium?

An ab hujusmodi decretis appellari possit prætextu concordiæ non observatæ, vel læsionis in emptione situs muri constructi, & construendi? Vbi quomodo probanda sit læsio, & ad rem alia. Pag. 465.

CONSULTATIO CI.

Vtrum in Ecclesiis Collegiatis, simulque Curatis cura animarum incumbat Canonicis, & Capitulo, an primæ, aliive Dignitati? Et cui debeantur emolumenta funeralia? Cuive incumbat regimen, & administratio Ecclesiæ? p. 465.

CONSULTATIO CLI.

An, & quatenus, & quisnam recusari possit à Regularibus, & ab aliis Iudex, Commissarius, Visitator? Causæ. Modus. Finis. Praxis recusationis. Ad rem alia. pag. 467.

CONSULTATIO CLII.

An, & quatenus Episcopus ex S. Concilio Tridentino visitare possit Montes Pietatis, aliaque loca pia, & ab eorum administratoribus rationem administrationis exigere? Proponitur, ac explanatur c. 8. & 9. sess. 22. de refor. S. Concilii Tridentini, ubi ad dictum c. 8. effata pauca adducuntur, ad c. 9. plura, sed remissivè. p. 475.

CONSULTATIO CLIII.

Quænam potissimum forma inquisitionis in crimine adulterii requiratur? Deque illius pœna contra legitimè inquisitum. Constitutio Sixti V. hac de re quomodo intelligatur,

An adulter teneatur alere natum ex adulterio, & damna resarcire? Vbi quomodo præsumatur filius mariti adulteræ? Quid si filius referat effigiem adulteri?

Et an, & quatenus filius teneatur se gerere, tanquam irregularem, si mater ei dicat, quod natus sit ex adulterio? Quid in foro conscientiæ? Vbi de allegante propriam turpitudinem. p. 477.

CONSULTATIO CLIV.

An, & quatenus Episcopus visitare possit Ecclesias, Collegia, etiam mixta utriusque sexus, aliaque pia loca suæ diœcesis? Et quid in casu manutentionis in quasi possessione exemptionis? p. 479.

CONSULTATIO CLV.

An, & quatenus vicinorum fenestræ claudendæ, ne introspiciant Monasteria Regularium, & Monalium?

Et quatenus Regulares, ac Moniales fenestras, in viam publicam prospicientes efficere possint? p. 481.

CONSULTATIO CLVI.

An contractus transactionis factæ à Novitio, vel Novitia comprehendatur decreto S. Concilii Tridentini c. 16. sess. 25. de Regul. ita quidem, ut si inita non fuerit intra duos menses ante professionem, sit irrita? Et quatenus sit irrita,

An facta uno tantùm die ante dictos duos menses, sit valida? p. 483.

CONSULTATIO CLVII.

An, & quatenus in Ecclesiis parochialibus, effectis de mensa monasterii Monachorum, possit Episcopus constituere Vicarios perpetuos vigore S. Concilii Trident. c. 7. sess. 7. de refor.? Vbi ad rem literæ Cardin. Moroni, & Carafæ. p. 484.

CONSULTATIO CLVIII.

An, & quatenus ære alieno gravatus Religionem ingredi nequeat? Pag. 485.

CONSULTATIO CLIX.

An Vicarius Capitularis possit amovere Secretarium, & alios Officiales electos à Capitulo, Sede vacante? Sive,

An liceat Vicario Capitulari, posthabitis Officialibus deputatis, ac deputandis à Capitulo, alios assumere? Vbi,

An Capitulum possit limitare, ac dividere jurisdictionem Vicario Capitulari?

An possit uti sigillo suo particulari privato, an verò teneatur uti sigillo Capitulari?

An debeat inscribi in expeditionibus contentiosis, & gratiosis titulo Vicarii Capitularis, an potius uti possit titulo Vicarii generalis? p. 487.

CONSULTATIO CLX.

De effectu excommunicationis in officiali, vel beneficiato. Quomodo excommunicatio fiat notoria. Quid in violatore immunitatis Ecclesiasticæ, & in recurrente ad Iudices laicos? Quomodo probetur hujusmodi recursus? An requiratur hac in re sententia declaratoria criminis? An possit excusari titulo defensionis? Ecclesia redintegranda. Absolutio ab excommunicatione ob æs alienum incursa, eo soluto, an necessaria? Quatenus excommunicatus sit evitandus ante denunciationem? Et quatenus per appellationem suspendantur censuræ? pag. 489.

CONSULTATIO CLXI.

An verè excommunicatio, vel ejus executio sit actus irretractabilis? Quid ubi datur Adjunctus? Quidve in casu mixto? Ejus natura. Defensio Iurisdictionis Ordinariæ. P. 491.

CONSULTATIO CLXII.

An Originarius Civitatis, vel diœcesanus possit esse Vicarius generalis? Vbi aliqua de quorundam Vicariorum improbato munere. p. 492.

CONSULTATIO CLXIII.

An Canonici in casu, & c. teneantur solvere beneficiatis integram sextam partem fructuum suorum Canonicatuum, deductis pensionibus antiquis? p. 493.

CONSULTATIO CLXIV.

An, & quatenus visitatio Ecclesiæ, hospitalis, alterius ve loci pii committi possit, ac debeat Episcopo viciniori, excluso Ordinario? p. 498.

CONSULTATIO CLXV.

An, & quatenus sententia lata per Iudicem delegatum à Provinciali Regularium sine Consilio, suffragio, vel interventu Definitorum sit valida? p. 499.

CONSULTATIO CLXVI.

An qui deposuit dotem puellæ apud Depositarium dotium Monalium ab Episcopo approbatum cum præsentia, consensu, decreto Vicarii earundem Monalium, si durante anno probationis novitiæ, dictus Depositarius moriatur, ejusque hæreditas reperiatur non solvendo, teneatur iterùm constituere dotem?

Et quatenus negativè, quisnam ad illam teneatur? p. 499.

CONSULTATIO CLXVII.

An, & quatenus Rector Ecclesiæ matricis teneatur ad supplementum congruæ Rectori Ecclesiæ non filialis? Et

Consultationum Tomi Noni.

Et quid de congrua Rectoris Ecclesiæ non filialis, vel Vicarii? pag. 501.

CONSULTATIO CLXVIII.

An renunciatio patrimonii, donati, ad cujus titulum quis promotus fuit ad Ordines Sacros, si fiat absque licentia Episcopi post obtentum beneficium Ecclesiasticum sufficiens, vel si habeat aliunde, unde vivat, sustineatur? Vbi explanatur decretum c. 2. sess. 21. S. Concilii Trid. de refor. cum nonnullis effatis, sive parergis.

Et quodnam beneficium dicatur sufficiens, ut possit renunciari, sive alienari hujusmodi patrimonium? pag. 502.

CONSULTATIO CLXIX.

An in casu, de quo agitur, cura habitualis, & actualis cum titulo parochiali resideat apud Capitulum, an potius apud solum Archipresbyterum?

An vigore Bullæ erectionis debeatur Capitulo, an potius Archipresbytero quarta omnium funeralium?

An congrua scutorum centum constituta Archipresbytero debeat esse de juliis decem pro quolibet scuto?

An vigore dictæ Bullæ Archipresbyter debeat participare de quotidianis distributionibus ultra congruam scutorum centum? pag. 504.

CONSULTATIO CLXX.

An qui obtinuit Breve transeundi ad Hospitalarios S. Antonii Viennensis; deinde aliud Breve transeundi ad quemcunque, possit transire ad fratres hospitalarios S. Ioannis Hierosolymitani? p. 506.

CONSULTATIO CLXXI.

An mandans alicui, ut aliquem proditoriè vulneret si mandatarius illum occidat, gaudeat ipse mandans Ecclesiæ immunitate? pag. 508.

CONSULTATIO CLXXII.

Iterùm de præcedentia inter Rectores, sive Parochos, & Vicarios perpetuos Vrbis, à B. Pio V. institutos. pag. 508.

CONSULTATIO CLXXIII.

De restitutione in integrum post lapsum quinquennii quoad professionem regularem vigore Concilii Tridentini c. 19. sess. 25. de regul. ubi casus, & causæ ferè omnes summa cura ad id pertinentes, confuse, permixte, ac disperse ad saturam usque discutiuntur. Imò res tottes more Scriptorum nostri temporis, iterùm, atque iterùm repetitur, ut non sine molestia dicatur bis crambe mors, hoc est, crambe recocta, eandem tundere incudem, cantilenam eandem canere, eadem per eadem, hyperi vertigo, ideſt pistilli circumvolutio, ubi quis semper idem agitat, nec quicquam tamen explicat. Quod specimen est popularis judicii. Imò apud aliquos ingenii species est, quædam transire ante pedes posita, & alia longe repetita sumere. pag. 510.

CONSULTATIO CLXXIV.

De validitate cujusdam professionis regularis. Vbi an decra S. Congregationis super Episcopis, & Regularibus obligent antequam præsententur Provinciæ, & ab illa accipiantur, quemadmodum ligant Constitutiones Apostolicæ? pag. 531.

CONSULTATIO CLXXV.

An, & quatenus Novitius non completo anno tyrocinii, sive probationis, à Religione egrediens, teneatur iterùm annum tyrocinii integre facere? Quidve de Novitiatu interpolato? Vbi casus alii. pag. 531.

CONSULTATIO CLXXVI.

An, & quatenus Regulares quicumque, ac Moniales prætendentes, se per vim, & metum ingressos esse Religionem, vel ante ætatem debitam professos, aut quid simile adducentes, audiri possint sine habitu regulari, & extra monasterium. Vbi quid si egrederentur ex sententia Ordinarii nulliter emanata? pag. 536.

CONSULTATIO CLXXVII.

Quibus ex bonis subministrari debeant Monialiè Monasterio egressæ alimenta, & sumptus litis, & qua proportione? Vbi de filiis familias, & Monachis, quoad alimenta, & sumptus litis non pauca notatu digna. pag. 546.

CONSULTATIO CLXXVIII.

Vberius disceptatur, an professus, qui post rem judicatam dimisit habitum, acquiescente Religione, possit cogi à Consanguineis, aliisve ad illum resumendum, aut impediri effectus rei judicatæ prætextu, quod habeant interesse bonorum, vel criminis sibi objecti? pag. 543.

CONSULTATIO CLXXIX.

An, & quatenus concedendæ sint remissoriæ pro examine testium in partibus ad reprobandum testes examinatos pro nullitate professionis, præsertim in moniali, legitimè è monasterio egressa, & matrimonio in facie Ecclesiæ conjuncta? pag. 544.

CONSULTATIO CLXXX.

An, & quatenus metus reverentialis erga matrem, sororem, materteram, novercam, aviam, & alios quoscumque irritet professionem regularem?

Et cuinam incumbat onus probandi, quod incutiens metum sit solitus minas exequi? pag. 545.

CONSULTATIO CLXXXI.

De iis, quæ potissimum afferri possunt pro validitate, & nullitate professionis regularis. Vbi exempla aliquot obtentæ restitutionis in integrum adversus lapsum quinquennii secundum facti seriem. pag. 548.

CONSULTATIO CLXXXII.

De metu generatim. Quomodo gesta ex metu sint voluntaria? Quid de metu gravi? Quidve de cadente in constantem virum? Gesta ex metu an, & quatenus voluntaria? Cur quædam ex metu gravi gesta, etiamsi simpliciter involuntaria irritentur? pag. 552.

CONSULTATIO CLXXXIII.

An Conventus Regularium suppressus, & postea restitutus censeatur restitutus etiam quoad præcedentias. pag. 556.

CONSULTATIO CLXXXIV.

De admissione Legatorum, sive Oratorum Regum, eorum immunitate, impunitateque. pag. 558.

CONSULTATIO CLXXXV.

Theologicolegalis, historicopolitica, Ethicochristiana Catholica, utrum Principes Christiani possint in bello implorare auxilium à gentibus, & infidelibus, & cum eis fœdus inire, ut in bello se mutuò juvent adversus alios Principes Christianos? Vbi parænesis ad Principes, eorumque Consiliarios. pag. 559.

CONSULTATIO CLXXXVI.

An nilo in casu exponi publice possit in Ecclesia Imago aliqua sive picta, sive sculpta Christi, vel Sanctorum absque licentia Episcopi? Vbi de pœna in transgressores.

An

Index Argumentorum

An benedictio Imaginum sit omnino necessaria? Et quatenus affirmativè.

Cuinam competat illas benedicere? pag. 578.

CONSULTATIO CLXXXVII.

Vigore cujusdam consuetudinis, confirmata postea per Breve Pauli V. Reverend. Dominus Nuncius Apostolicus Neapolitanus asserit, habere facultatem cognoscendi differentias civiles, quæ moventur à secularibus contra Regulares in toto Regno. Ex hoc quæritur,

An idem D. Nuncius possit cognoscere differentias circa materiam clausuræ Sanctimonialium, Regularibus subjectarum, ut est prospectus, & hujusmodi inter ipsas, & seculares?

Et quatenus affirmativè, an idem possit ingredi clausuram Sanctimonialium, ut recognoscat prospectum absque licentia Episcopi? pag. 579.

CONSULTATIO CLXXXVIII.

Vi processus Beatificationis ritè formetur, quid præcipuè requiratur? Vbi de relevantia probationum virtutum, ac miraculorum, ac de defectibus, qui non irritant, neque diminuunt validitatem, & relevantiam ejusmodi processus, deque nova remissoria. Pag. 581.

CONSULTATIO CLXXXIX.

De proprio Episcopo, ad quem jus singulorum Clericorum ordinationis spectat. Quis olim proprius Episcopus censeatur Prioribus seculis agnitus Episcopus originis, ac domicilii. Quis antiquitus Episcopus originis. An Episcopi originis consensus semper antiquitus necessarius. Proferuntur exceptiones, ob quas Clericus ab alieno Episcopo ordinari poterat. Rationes legis qua Clerici nonnisi ab Episcopis, à quibus Clerici facti fuerant, ad cæteros gradus promoveri poterant? Quis posterioribus seculis proprius habitus fuerit Episcopus sacra ordinationis. De triplici ejus Episcopo, originis, domicilii, & beneficii. Quid de Episcopo familiarem suum ordinante. Discrimina inter nostra, & antiquiora tempora circa Episcopum originis. Laici nonnisi à propriis Episcopis posterioribus seculis ordinari poterint. Quis Episcopus originis censeatur. Quid de eo, qui natus est in una diœcesi, baptizatus in alia. An Episcopus civitatis paternæ sit Episcopus originis filii. De Episcopo originis infantium expositorum, quorum parentes ignorantur. De Episcopo domicilii tam jure, quàm consuetudine. Quis propriè Episcopus domicilii, præsertim Vltramontanorum. Quid propriè domicilium. De impubere apud exteros nato, & extra patriam educato. Quid de impubere. Quidve de officialibus regiæ domus, Comitibus, &c. Quantum temporis ad domicilium contrahendum requiratur. Quid de Episcopo beneficii jure, vel consuetudine statutum sit. Vbi quid de Episcopo, qui unico contextu confert laico primam tonsuram, & beneficium. Fraudes hujus potestatis. Restringenda. Pœnæ in eos, qui alienum subditum ordinant, vel ab alieno Episcopo ordinantur. An irregularis sit, qui ab alieno Episcopo ordinatus ordinis suscepti functiones exercet. An ignorantia excuset. De transmarinis non ordinandis de Græcis à Latinis non ordinandis. De Vltramontanis ab Italo Episcopo non ordinandis. De Episcopo proprio Regularium quoad sacros Ordines. De Romani Pontificis circa ordines potestate. Vbi ordinantium, & ordinandorum fraudibus occurritur. pag. 583.

CONSULTATIO CXC.

Moniali solemniter professæ in Religione approbata, fuit ob infirmitatem concessus à Summo Pontifice transitus à clausura ejus Monasterii ad domum Oblatarum, in qua non servatur clausura, idque commissum arbitrio Ordinarii, qui decrevit posse deveniri ad hunc transitum cum hac tamen lege. Quod Monialis translata consignetur Superiori dictæ domus Oblatarum, quæ non permittat eam exire à dicta domo sub pœnis contra violatores clausuræ indictis.

Quæritur modò, an Ordinarius rectè id decreverit, ac ita, ut Monialis sic translata non sit licitè exempta ab obligatione sibi impositæ servandi clausuram in dicta domo? Pag. 607.

IACOBI

JACOBI PIGNATELLI

Sacræ Theologiæ Doctoris,

CONSULTATIONUM CANONICARUM

TOMUS NONUS.

CONSULTATIO I.

An fratres Clericorum, viventes cum ipsis Clericis in communi, ac continui eorum familiares, & commensales, necnon famuli, sint exempti à jurisdictione fori laicalis? Vbi quid de Clericorum concubinis, ac de laico delinquente cum Clerico.

1 Egavit in famulis Clericorum, mercede conductis, Archid. *in can.* 2. 11. *q.*1. *in can. Ecclesiarum servos num.*1. 12.*q.*2. ac post eum Feder. Sen. *cons.* 111. *n.*10. Quam sententiam amplectitur Abb. *in cap. nullus num.* 6. *de for. comp.* ibique Alex. de Nævo *nu.* 11. ac Felin. *n.*1. dicens, idipsum esse turius. Idemque ait Steph. Aufr. *in tr. de potest. sæcul. super person. Eccles. in* 2. *reg. num.* 36. testans de facto, eandem servari, & secundum eam fuisse plures indicatum in Senatu Taurinensi, testis est Thesaur. *dec.* 22. & communem esse, inquiunt Capyc. *dec.* 12.*nu.*2. ac Iul. Clar. *in pr. crim. lib.*5.§. *fin. q.* 35. Farinac. *tr. crim.q.*8.*n.* 64. Scacc. *de Iudic. p.* 1. *cap.*11. *n.*22. asserens de praxi Curiæ Romanæ, Camil. de Curte *in diver. in feud. p.*2. *cap.*2. *nu.* 107. Carol. de Grass. *effect. cler.* 1. *nu.* 147. testans etiam de facto in famulo Recipitoris Equitum Hierosolymitanorum, in furcas suspenso ob homicidium proditorium, ab eo patratum.

2 Adducitur pro hac sententia *cap. pen. vers. non sic autem de privil. in* 6. ubi privilegium datum Conventui, non prodest familiaribus. Item *cap. per exemptionem eodem tit. ac lib.* ubi Oblati, quamvis eorum vita habeat aliquid spiritualis, non sunt tamen exempti à potestate sæculari, nisi habeat qualitatem perpetuitatis. Ergo multo minus erunt exempti famuli temporales ac pretio conducti, nihil spiritualis habentes. Faciteque quo annotat Innoc. *in cap. cum olim in princ. de arbitr.* ubi intelligit illum textum in familia perpetua, & religiosa, licet aliàs nomine familiæ non solum servi proprii, seu etiam alieni, nec non liberi, qui in servitio ac ministerio sunt sicut etiam mercenarii, ac similes contineantur, ut *l.*1.§. *familiæ ff. de public. & vectig. l.*1. §. *familiæ ff. de vi, & vi arm.* secundum Innocentium *ibi.* ac Ottientem *nu.* 1. Et quod annotat Bald. *in l.* 1. *num.* 5. *C. de pi Esc. & Cler.* ubi quod familiaris perpetuus habet privilegium perpetuum, sicut dominus, temporalis autem non, nisi durante familiaritate.

Asserunt tamen, gaudere fori privilegio servi, seu famuli Clericorum, Ost. *in d. cap. nullus n.*1. *de for. comp.* ac tenet Glos. 1. *in cap. Clericum* 11. *q.*1. & Glos. 1. *in can. eos, vers. ad hoc potest dici, quod, cum sit de familia Sacerdotis, est de foro Ecclesiæ* 32. *d.* & Glos. *in cap. generaliter* §. *juxta v. mancipia* 16. *q.* 1. Germin *in cap. un. de Cler. conjug. in* 6.§ *in d. can. eos,* Abb. *cons.* 53.*n.*3. *lib.*1. sed ibi tantum recitat opiniones, nihilque firmat, consuluitque pro hac parte Calcan. *cons.* 71. ubi post *n.* 3. inquit, hanc esse Conclusionem secundum omnes, ut famuli Clericorum laici gaudeant ipsorum privilegio, quoad fori declinationem. Hanc etiam esse communem opinionem Legistarum, testatur *in d. c. nullus numer.* 9. Alex. de Nævo, & Doctores benè multi, quos citat Carol. de Grass. *loco allegato.* 3

Pro ea inducuntur textus *in l.*1.*& 2. C. de Episc. & Cler.* 4 ubi famuli Clericorum in rebus suis collectari non possunt. Ergo si res sunt exemptæ, fortius personæ, quibus res accedunt, *can. præcipimus* 12. *q.*2. Cardinal. *in Clem.*1. *nu.*9. *de præb.* Quare dispositio *d. l.* 2. non solum procedit in familiaribus Episcopi, sed etiam Clericorum, ut declarat Socin. *in cap.* 1. *sub n.* 20. *de for. comp.* & ante eum Bald. *in rubr. n.*1. *C. de Episc. & Cleric.* Marsol. *cons.* 67. *nu.* 60. Grammat. *vol.* 33. *n.* 20. Gratian. alios referens *discept.* 340. *n.* 3. & in hac materia appellatione familiarium non venit tantummodo familia subjectiva; uti famuli, filii, ac reliqui Clericorum potestati subjecti, sed tota etiam familia socialis, sive omnes, qui continua conversatione cum Clerico adstringuntur, & cum eo die, noctuque in eadem domo ac tecto convivunt ex annotatis à Doctoribus *in l. Item apud Labeonem* §. *si quis virginem ff. de jure jur.* & in terminis exemptionis fori, declarat Bald. *in Rubr. sub. n.* 4. *C. de Episc. & Cler.* & latius Ceravit. *super ritib. magnæ Curiæ rit.* 46. *n.* 30. & 31. quem sequitur Novar. *de elect. & variet. for. p.*1. *sect.*3. *q.* 59. *sub initio.* Quia, dicunt, isto casu familia non gaudet privilegio propter se, sed propter favorem suorum dominorum. Quæ ratio in omnibus familiaribus, ac servitoribus tam perpetuis, quàm ad tempus locum sibi vindicat. Sed hæc jura intelliguntur de mancipiis, ut *in d. l.* atque adeò de servis perpetuis juxta Felin. *in d. cap. nullus n.*1. & ita etiam intel-

ligendi sunt Doctores citati. Deinde adducitur *cap. fin. §. petiit de offic. Archid.* ubi non dicitur esse speciale in Episcopo, ut ejus familia sit de foro Ecclesiæ, nec ulla ratio specialitatis apparet. At Textus loquitur in Episcopo, & cum materia sit stricta, ad alios extendi non debet. Multa enim, ut alibi dixi, concedunturr Episcopo propter dignitatis prærogativam, quæ non aliis, *cap. fin. de re jud. in 6. & cap. quia periculosum de sent. excomm. eod. lib.* Ad hæc, Glossæ prælegatæ adducunt *can. Judicatum* 86. *d. & can. Ecclesiarum servos* 12. *q.* 2. Sed hæc jura intelliguntur de servis Ecclesiarum perpetuis, non autem de temporalibus, ac mercede conductis Clericorum, juxta Archid. & Feder. de Sen. *supra citatos.* Præterea dicunt; Clericorum concubinæ illorum forum sortiuntur, *glos.* 1. *in can. eos* 32. *dist.* Ergo multo magis famuli, qui cum Clerico non delinquunt. Sed pernego id totum, ut dicam infrà. Postremo ajunt, bona patrimonialia Clericorum gaudent privilegio fori, *cap. Ecclesia S. Mariæ de const.* Ergo fortius famulantes. Sed pariter nego assumptum cum Butrio *in cap. si diligent in* 18. *de præscrit.* & Felin. *in d. cap. nullus n.* 1.

5 Hanc sententiarum varietatem conciliare conatur Albericus de Rosate *in d. l.* 1. *C. de Episc. & Cler.* dicens, primam procedere in iis, qui Clericis inserviunt mercede dietim pro aliquo parvo tempore, & hos affirmat, non gaudere fori privilegio. Secundam vero in iis, qui serviunt ad annum, vel ad longius tempus. Et hoc placet Mariano Soccino *in d. cap. cum olim de arb.* qui ita intelligit dictum Baldi de familiari temporali, ut scilicet ita demum, durante familiaritate, gaudeat privilegio Domini, si sit conductus ad annum, vel ad longius tempus, non autem si dietim serviat. Quod sequitur Decian. *in tr. crim. p.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 47. Verum hæc distinctio nullo innititur idoneo fundamento. Nullibi enim reperitur jure cautum, ut familia debeat saltem esse annua, ut gaudeat privilegio Domini. Quin potius jura videntur requirere qualitatem perpetuitatis, ut *in d. cap. per exemptionem.* Et S. Concilium Tridentinum voluit familiares esse triennales in eo casu speciali *cap.* 9. *sess.* 23.

6 Ego autem nolo inter illos numerari, de quibus Seneca *lib. de vit. beat. cap.* 1. qui antecedentium gregem sequuntur pergentes non quà eundum est, sed quà itur. Asfero igitur, familiares, sive servos perpetuos Clericorum gaudere fori privilegio, secus autem conductitios. Hæc sententia certa est, ac ubique servatur in praxi. Ratio autem diversitatis inter mancipia sive servos proprios ipsius, Cleri, & famulos conductitios ea est, quia quando est servus proprius, ac perpetuus ipsius Clerici, quidquid acquirit, ipsi Clerico acquirit, sicuti servus ipsius Clerici, unde potius dicitur conveniri ipse Clericus, ad quem commodum, atque incommodum pertinet, *l.* 1. §. *in propria ff. quando appel. sit, & c. biduum vers. in propria* 2. *q.* 6. secus in servo conductitio, quia non est ipsius Clerici, neque illi acquirit. Unde tanquam bona ipsius Clerici sunt extrà jurisdictionem fori sæcularis. Quia sicut ipse non subjicitur jurisdictioni fori sæcularis, ita nec ejus bona, *auth. statuimus C. de Episc. & Cler. Can. statuimus* 11. *q.* 1. Oldrad. *cons.* 84. *Bald. in cap.* 2. *in fine de judic.* Abb. & Butr. *in cap. si diligenti de præscr.* Socin. *in cap. Sanè si Episcopus n.* 10. *de for. comp.* Afflict. *dec.* 2. *n.* 25. Aufr. *de pot. laic. super Eccl. reg.* 2. *nu.* 5. testans de communi, Vivius *dec.* 49. *n.* 3. Vant. *de nullit. ex defect. jurisd. n.* 54. Rol. à Valle *cons.* 12. *n.* 37. *& cons.* 23. *n.* 13. *lib.* 2. Tiraquel. *de retract. §.* 32. *glos.* 1. *n.* 80. asserens, hanc esse communem opinionem, Glos. *in c. S. Mariæ de Constit. & in cap. ex litteris v. obligatio de pign. & in c. fin. v. facultatibus de vit. & honest. Cleric.* Rom. *sing.* 113. *n.* 2. Matth. *de jurisd. p.* 4. *cent.* 1. *cas.* 18. *n.* 27. *& cas.* 125. *n.* 6. *& p.* 2. *cas.* 6. *n.* 25. Marant *in pr. p.* 4. *dist.* 11. *n.* 2. *& cons.* 37. *n.* 3. ubi falsam appellat opinionem contrariam, Surd. *cons.* 301. *n.* 64. *lib.* 3. Menoch. *de retin. pos. remed.* 3. *n.* 401. *& de arbitr. cas.* 246. *n.* 5. Papon. *cons.* 29. *n.* 9. *&* 11. *lib.* 1. Villalob. *com. opin. v. Clericus n.* 70. Cavalc. *dec.* 23. *n.* 28. *lib.* 2. Masul. *in addit. ad Capyc. dec.* 98. *n.* 3. Scac. *de judic. p.* 1. *cap.* 11. *n.* 28. *&* 30. dicens, hanc esse magis communem Doctorum sententiam, Gallens. *de oblig. in for. Cam. p.* 2. *q.* 2. *n.* 3. Dec. *in d. c. Ecclesia S. Maria n.* 65. *&* 176. Germon. *de Sacr. immun. lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 107. Rebuf. *in l. viros n.* 2. *C. de parlat. Sacr. lib.* 12. Gulielm. de Bened. *in rep. cap. Raynucius v. ad Ecclesiam in* 2. *dec. n.* 120. *de testam.* Chasan. *super consuet. Burg. rub.* 1. §. 5. *n.* 92. ubi id ponit pro regula, Honded. quimultos alios allegat *cons.* 3. *n.* 21. *lib.* 1. Grammat. *dec.* 29. *n.* 14. Farinac *p.* 1. *q.* 8. *n.* 21. quos cum aliis sequitur Carol. de Grass. *d. effect.* 1. *n.* 11. Quia cùm bona sint accessoria personæ Clerici, necessario sequitur; ut ipsa bona, sicut & persona, sint exempta à foro sæculari, Doctores apud de Grassis *loc. cit. nu.* 13. Qua de re extant decisiones S. Rotæ Romanæ, omnino servandæ in Brundusina, & in Albanensi gabellæ coram Pegna, & Merlino, ac Decreta S. Congregationis Immunitatis 26. Martii 1629, in Taurinensi, & in Faventina die 2. Julii 1647. & in Fanensi die 20. Januarij 1637. & in Montis Regalis die 11. Augusti 1638. & in Senogalliensi die 27. Junii 1634. & Firmana Fratrum S. Dominici die 11. Augusti 1631. ac alibi semper.

In hoc tamen limitant aliqui, nisi alias Dominus non 7
posset commodè uti suo privilegio, nisi includeretur famulus. Quia tunc etiam mercede conductus includeretur *c. penult. §. cum conceditur de privil. in* 6. Ita Felin. *in d. c. nullus n.* 2. *de for. comp.* Jo. Ant. de Nigr. *in extravag. un. n. 9. de vit. & honest. Cler.* Menochus alios referens *de arb. cent.* 6. *cas.* 562. *n.* 1. Bald. *in l.* 1. *C. de uxor milit.* Caravit. *rit.* 66. *n.* 28. & Carol. Grass. eo loco *n.* 150.

Et hæc de familiaribus, ac servis Clericorum. Quid au- 8
tem sentiendum sit de familiaribus Eminentissimorum Cardinalium, & Episcoporum alibi disceptavimus.

Quod vero attinet ad concubinas Clericorum, prima 9
sententia indistinctè asserit, concubinam Clerici sortiri forum ipsius Clerici, atque adeo puniendam esse ab Episcopo; quod si non potest eam punire, vel indulget, tunc poterit puniri à Judice sæculari per Textum, & Glossam *in can. eos d.* 32. ibique tradunt Archid. & Gemin. Aufr. *de reg.* 2. *n.* 34. Abb. *in c.* 2. *de cohab. Cler. & mul. & in cap. cum sit generale de for. comp.* Rom. *sing.* 665. *numer.* 2. Jo de Platea *in l.* 1. *C. de mulier. & in quo loc. lib.* 10. Gloss. *in can. Clericum* 11. *q.* 1. Marqu. *de cælib. p.* 3. *c.* 1. *n.* 10. *&* 12. & Arnon *probl.* 81. Adducunt rationem, quia concubina est de familia Clerici, atque adeo subjicitur Judici Ecclesiastico. Quod etiam dicunt Petr. *in addit. ad Capyc. dec.* 102. *lit. A.* Decian. *tr. crim. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 21. *n.* 37. *& sep.* Vulpell. *de libert. Eccl. p.* 3. *n.* 27. Et quia delinquit in personam Ecclesiæ, & ratione delicti efficitur quis de foro alterius *can. placuit* 6. *q.* 3. Idque præsertim locum habet in concubina Clerici in Sacris constituti, prout loquitur *d. text. in can. eos d.* 32.

Alij vero indistinctè etiam idipsum asserunt hac ratio- 10
ne, quia concubina Clerici committit Sacrilegium, *can. qui Christo, & can. virginibus* 27. *q.* 1. & annotat Ost. *in Sum. de cohabit. Cleric. & mult.* §. *quam pœnam*, Boich. & Abb. *in cap.* 2. *eodem tit.* & idem Abb. *in cap. ut Clericorum de vit. & honest. Clericor.* Crimen autem Sacrilegii est misti fori, undè contrà concubinas Clericorum potest procedere tam Judex Ecclesiasticus, ut *in can. quisquis* 17. *q.* 4. *& d. cap. cum sit generale de for. comp.* quam Judex sæcularis, ut in crimine Sacrilegii testantur omnes, præ cæteris Mantica *cons.* 266. *n.* 8. Hinc Petr. de Anchar. *in cap. Ea, quæ de reg. jur. in* 6. *& cons.* 197. firmat, Principem sæcularem posse facere statuta pœnalia contrà concubinas Clericorum manifestas, & notorias, quia tunc honestas Ecclesiæ non maculatur, sed defenditur, & Sacri Canones melius custodiuntur, licet contra occultas putet, non posse Judicem laicum ex officio procedere, ne detegat crimen Clericorum, Opinionem Ancharani sequuntur Jo: de Anania *in rubr. de adult. col. ult.* Felin. *in d. cap. cum sit generale nn.* 14. eamque ait fovere maximam æquitatem Aufr. *de reg.* 2. *nu.* 34. *in fine.* Ac proinde erit locus prævention, ut concludit Marian. Socin. *in cap. si quis nu.* 21. *de for. comp. & in d. cap. cum sit generale*, Felin. & Aufr. *locis allegatis.*

At

11 At verò ita distinguendum est. Aut quæritur quis Judex possit procedere contra concubinam pro crimine commisso cum persona ipsius Clerici, & dicendum est, posse procedere solum Iudicem Ecclesiasticum. Et in hoc casu intelligendus est textus *in d. can. eos d.* 32. Tribuitur enim in eo facultas Principibus laicis coercendi concubinas pro ipso delicto concubinatus cum Clericis perpetrato, ubi Clerici sunt incorrigibiles, & hoc intendit Glossa 1. dum ait, uxorem non legitimam, seu concubinam propterea Clerici forum sortiri, quia delinquit in personam Ecclesiæ. Et ita procedit opinio Ancharani, ac ejus sequacium. Quia cum causa concubinatus sit individua inter concubinam & Clericum, non potest contrà ipsam institui processus, quin tangatur persona ipsius Clerici, quæ exempta est à potestate sæculari. Undè ratione individuitatis causæ concubina forum Clerici sortitur. Quia si non privilegiatus in materia individua concurrat cum privilegiato, illius privilegio utitur, *l. si communem ff. quemadmodum servitus amittatur, & cap. per tuas de arbitr.* Quam regulam constituit Glos. *in cap. un. v. Ecclesiasticus de jure patr. in* 6. & pluribus confirmant Alex. *cons.* 122. *nn.* 16. *ac seq. lib.* 4. & Jas. *in l. si mancipati à n.* 5. *C. de Collat.* Quare cum causa sit communis inter Clericum, & laicum propter connexionem Clerici, agi debet coram Ecclesiastico, ut decidit Bartol. *in l. præcipimus* §. *eodem observando n.* 2. *C. de appel. & in d. l. si communem*, ac sequitur Anchar. *in cap. Romana n.* 7. *de appel. in* 6. Alex. *ubi supra*, & Jas. *in d. l. si emancipati n.* 13.

12 Quamobrem si Judex sæcularis institueret processum contrà mulierem in causa fornicationis cum Clerico perpetratæ, individuando personam ipsius Clerici, eo ipso incideret in excommunicationem, quæ in Bulla Cœnæ Domini fertur in Indices, qui se immiscent in causis criminalibus contrà personas Ecclesiasticas, illas processando, bannicndo, capiendo, seu sententias contra illas proferendo, vel exequendo sine speciali, specifica, & expressa S. Sedis Apostolicæ licentia, ut in Bullis Gregorij XIII. & Pauli V. §. 19. Ex quibus refellitur doctrina Ancharani *d. cons.* 197. Quia cum concubinæ Clericorum pro delictis cum eis commissis non sortiantur forum sæcularem, consequenter neque ligantur statutis illius fori. Nam forum sortiri, & statutis ligari à pari procedunt *cap. fin. de Const. in* 6. Archid. *in cap. quæ contra n.* 9. *dist.* 8. Specul. *in tit. de Const.* §. 1. Butr. *in rubr. de consuet. n.* 7. ac Dec. *in cap. decernimus n.* 197. *de judic.* Cederetque in ignominiam, & infamiam Ordinis Clericalis, ut in edictis, ac legibus publicis Principum sæcularium notarentur, licet obiter ac indirectè, crimina Clericorum *arg. can. in scripturis d.* 96.

13 Aut quæritur, quis sit Iudex competens contra Concubinas Clericorum in delictis per eas commissis cum laicis vel in causis civilibus ipsarum, & hoc casu, si delicta non sunt Ecclesiastica, vel misti fori secundum ea, quæ annotentur *in d. cap. cum sit generale de for. comp.* solus judex laicus est competens. Non enim hoc casu Concubinæ gaudent privilegio fori, quia non debent ex suo delicto commodum reportare, ut concludit Mar. Socin: *in d. c. si quis n.* 22. *de for. comp.* Vnde non relevat, quod sint de familia Clerici, ut ait Glossa *in d. can. eos.* Quoniam hæc familiaritas prodesse non debet, cùm sit turpis, & à jure damnata *c.* 1. *& tot. tit. de cohab. Cler. & mul.* Id vero certum est contra concubinas, etiam laicorum, non obstante prærventione Iudicis sæcularis, solum Episcopum posse procedere ad pœnam excommunicationis ex decreto S. Concilij Tridentini *cap.* 8. *sess.* 24. *de ref. matr.* & docent Doctores *in cap. perniciosus de offic. ordin.* de qua re nos alibi fusè.

14 An autem quando laicus, & Clericus simul delinquunt cognitio causæ spectet ad Iudicem Ecclesiasticum? Doctorum cohortes de hac repugnantes more suo constipavit Carol. de Grass. *effect. Cleric.* 1. *nn.* 132. *ac seqq.* aliosque Doctores subsidiarios adducunt Diana *p.* 3. *tr.* 1. *resol.* 1. *& p.* 4. *tr.* 1. *resol.* 7. ac Delbene *de immunit. cap.* 6. *dub.* 13. *& n.* 4. Quid verò ipse sentiat, incertum, ut in plerisque

aliis, ita ut neque amicum, neque inimicum habeat; Et quidem sive Iudex Ecclesiasticus innitatur regulæ textus *in cap. per tuas de arb. & in cap. quanto de jud.* ubi, quod privilegiatus, & magis dignus tradit ad se non privilegiatum, & minus dignum, sive *in l. nulli C. de judic.* prohibentem divisionem continentiæ causarum ad evitandum absurdum sententiæ contra sententiam, semper videtur in hujusmodi causa quisque reus conveniendus coram Iudice suo.

Siquidem fundamenta præjacta, vel non procedunt in 15
Criminalibus, ut, rejecta opinione Butrii, latè firmat Aymon, qui contrariis rationibus respondet, ac docet Clar. *in pr. q.* 36. *ver. evenit plerumque*, cum aliis, quos congerit Farinac. *q.* 8. *nu.* 151. ubi testatur de magis vera, communi, & in praxi recepta opinione. Stant enim regulæ, quod in delictis unusquisque obligatur ex se, de qua Bald. *in l. non eo minus col.* 1. *q. penult. C. de accus. & in cap.* 1. *col. ult. de contr. feud.* quem post alios sequitur Franch. *dec.* 426. *num.* 3. Et quod socius criminis non gaudet privilegio socij, de quo Textus *in l. si quis uxori ff. de furt.* Farinac. *d. num.* 151. Vel solum procedit in causis individuis, ut in specie firmat Farinac. *loc. alleg.*

Et causa dividua est, quando sententia pro, vel contra 16
unum ferenda, alteri non prodest, neque nocet. Datur enim casus, quod Clericus deregatur innocens, laicus reus. Et contrà. Quod confiderat Bald. *loc. cit.* & post eum, ac alios Franch. *d. n.* 3, ac speciatim Covar. *pr. q.* 34. quos sequitur Farinac. *d. num.* 151.

Ac licet Bossius *de for. compet. nu.* 147. videatur con- 17
cludere, quod ratione ejusdem delicti, ejusdemque facti causa semper dicatur individua, ejus tamen opinio refellitur à Farinac. *loc. cit.*

Idque præcipuè, si crimen patratum de jure communi 18
puniatur pœna capitali, in quod Judex Ecclesiasticus prohibetur, se ingerere, Caball. *resol.* 194. *num.* 2. Vermigliol. *conf.* 88. *num.* 4. *& cons.* 312. *num.* 16. *ac seq.* Nam in hoc casu nequit delinquentem laicum digna pœna punire, cum in pœnam ordinariam non condemnat per textum *in cap. novimus de verb. signif. in cap. penult. de hæret. in fin. & in cap. quamvis de pœn. in* 6. ac *in cap. tua de pœn.* per quem Textum speciatim habetur, quod de jure Canonico, latro famosus, in latrociniis deprehensus, & pro aliis magnis flagitiis in arctum monasterium detruditur ad pœnitentiam agendam, licet de jure civili furca suspendatur, *l. capitalium* §. *famosus ff. de pœn.*

Quod si contrarium admitteretur, maximum sequere- 19
tur absurdum. Quod scilicet laici ad pœnam capitalem effugiendam, semper Clericum delictorum socium assumerent, Sicque Ecclesia, quæ est mater, tutrix & cultrix justitiæ, impunitatem, ac indulgentiam delicti pararet, & ad criminum prolapsionem laicos provocaret, ut ait textus *in can. est injusta* 23. *q.* 4. Facilitas namque veniæ incentivum tribuit ad delinquendum. *c. ut Clericorum extra de vit. & honest. Cleric.*

Quidquid igitur Doctores hinc inde scripserint apud 20
superiùs adductos de Grassis, Dianam, & Delbenem, ita ego distinguendum esse puto. Aut agitur de causis divisibilibus? & quilibet conveniendus est coram suo Iudice competenti. Aut agitur de causis indivisibilibus, in quibus nulla congrua potest fieri divisio ne continentia causæ dividatur, & ne fortè etiam diversæ sententiæ sequantur, tunc Clericus, qui est magis dignus, trahit ad se laicum, qui est minus dignus: Quod vindicat sibi locum, non solum in causis civilibus, sed etiam in criminalibus. Atque ita intelligendæ sunt declarationes S. Congregationis ex Scaccia apud Dianam, ac Delbenem locis allegatis, & eæ, quas *tom.* 1. adduxi, nec non, & quæ sequitur: *Causa laicorum culpabilium in fuga monialis spectant ad Judicem Ecclesiasticum, maximè quando prævenit in captura monialis, cum hæc causa non sit divisibilis, Nec permitti debet, ut assistat examini persona laica, S. Congregatio Episcoporum in Ragusina die* 6. *Aprilis* 1619. Ac ita etiam intelligendi sunt Doctores, qui de varietate praxis testantur.

CONSULTATIO II.

An monetarius, etiam Clericus, aut Religiosus, sive Regularis gaudeat Ecclesiæ immunitate?

Et quid de iis, qui de crimine monetæ adulterinæ insimulantur? Ubi de pœnis in monetarios, ac de monetis varia, & erudita, & quot modis delinquatur circa monetam analysis methodica.

1 NOn gaudere, asserendum videtur. Primò, quia hæc est species perduellionis, sive criminis læsæ majestatis, ut per Rol. à Val. *cons.4.n.3. ac seqq. lib.*1. Campan. *super cap. Regni Neap. cap.*31. *n.* 17. Chassan. super *cons. Burg. rubr.*1. §. 5. *n.* 84. *in fine*, ubi, ait, quod ita servatur in curia Burgundæ, Grammat. *dec.* 162. Carol. de Grass. *effect. t. Cleric. n.* 576. testans, ita in hoc crimine, se vidisse pluries observari, & aliquos Clericos fuisse remissos ad Curiam Archiepiscopalem Panormitanam? Unde Camil. de Curte ait *in diversi. jur. feud. p. 2. n.* 130. quod caveant Clerici, hoc delictum committere, quia Reges, ac Principes in illo juta patum, aut minimè servant. Reus autem criminis læsæ majestatis non gaudet privilegio fori, ac proinde potest ab Ecclesia extrahi *arg. l. ad bestias de pœnis, & l. si hominum ff. mandati.* Quod servatur in praxi, ut per Clar. *in* §. *fin. q.* 30. & decernit Gregorius XIV. Constitutione sua de immunitate Ecclesiarum.

2 Deinde quia sunt publici fures, qui, quod in se est, humanam societatem destruunt, cunctosque sine discrimine expilant. Publici autem fures privantur immunitate Ecclesiæ per textum *in cap. inter alia de immun. Eccles. can. sicut antiquitus*, ibi: *nisi publicum latro fuerit* 17. *q.* 4. & Gregorius XIV. in eadem Constitutione.

3 Tenendum tamen omnino est, monetarium, etiamsi fuerit Clericus, gaudere immunitate Ecclesiæ. Ratio autem præcipua est, quia licet hoc crimen sit Principibus infestum, ac immane, ideoque pœna capitali dignum, non est tamen exceptum in jure communi, neque in citata Constitutione Gregorij, ut communiter contra Sarpum *de jur. asyl. cap.* 5. docent. Farinac. *in Append. de immun. cap.6.n.*91. Mar. Ital. *lib.*1. *cap.*5. *n* 15. Villalob. *in sum. to.* 2. *tr.*39. *diffic.*7. *n.*19. Trullench. *in decalog. tom.*1. *lib.*1. *cap.* 11. *dub.*3. *n.*28. Peregrin. *de Immun. cap.* 6. *n.* 11. Novar. *in Sum. Bullar. tit. de immun. n.* 4. Lezana *in Sum. v. Immunitas n.* 16. Diana *p.* 1. *tr.* 1. *resol.* 31. Bonacin. *tom.*2. *disp.* 3. *q.* 7. *pun.* 6. §. 1. *n.* 4. Carol. de Graff. *eff. Cler.*1. *n.* 376. Gutier. *pract. quæst. Civil. lib.* 3. *q.* 4. ubi in hoc crimine falsæ monetæ ita in Regali Cancellaria Princiana decisum fuisse, planissimè testatur, Delbene *de immun. cap.* 16. *n.*24. *sect.* 18 *n.* Donat. Anton. de Marin. *cap.*57. *n.*1. *& seqq. lib.* 1. Rovit. *in rubr. de monet. pragm.*1. *n.*20. ubi quod licet monetarius confugiat ad Ecclesiam cum monera fabricata. vel incisa, gaudet illius immunitate, nec potest ab illa extrahi, potest tamen spoliari eadem moneta, & applicari camerę Principis, Barbos. *de jur. Eccles. lib.*2. *c.*3. *n.*122. ubi ait, quod cum Neapoli quidam monetarij ad Ecclesiam confugissent, Prorex summo Pontifici Paulo V. supplicavit, ut ejus Nuncio mandaret, quod hujusmodi Reos Regiæ Curiæ consignare vellet, & Pontifex sub die 19. Julij 1619. mandavit dari literas Nuncio, ut, constito sibi summariè, & ex processu laicorum, quod tales erant monetarij, eos consignari mandet.

4 Non obstat, quod sit species criminis læsæ majestatis. Quia non est in personam Principis, sed in ejus statum. Solum autem in Constitutione Gregoriana privantur immunitate, qui committunt crimen læsæ Majestatis in personam ipsiusmet Principis, & ideò monetarius gaudet immunitate. Atque ita docent præ cæteris Farinac. *in append. de immun. c.*14. *n.* 190. & 192. Peregrin. *de immun. c.* 10. *n.*13. Silvius *in resol. v.v. Immunitas*, Mar. Ital. *de Immun. lib.*1. *c.*5. §. 7. *n.* 45. Lezana *in summa d. v. Immunitas n.* 15. Bonacin. *de immun. disp.* 3. *q* 7. *pun.*4. *n.*22. Diana *p.*1. *tr.* 1. *resol.* 7. & 20. *p.* 4. *tr.*1. *resol.*103. Celped. *in dub. milit. dub.*21. Massin. *de consisc. bonor. q.* 6. *n.* 64. & cum aliis Giurba *cons.* 25. *nu.*1. & *cons. nu.*6. Ambros. *de immun. c.*9. *nu.*7. Farinac. *eod. tit. in append. nu.* 192. perpetam reclamantibus Gambacurta *de immun. lib.* 1. *c.* 44. *dub.*5. Sarpo *de jur. asilor.* & Cutelio. *de immun. Eccl. lib.*1. *q.*7. Nam, quando constitutio disponit cum aliqua qualitate, clarè ostendit extra eam qualitatem locum non habere. Alciat. *in c. cum. non ab homine n.* 19. *de judic.* Glossa, Butrigarius, & alii *in l. manc. C. de servo fugit.* Decian. *cons.* 201. & *cons.* 223. *numero* 6. cum aliis per Natt. *cons.* 343. *num.* 2. *vol.*2.

5 Minus obstat, quod sint fures, ac pernicioſi Republicæ. Quia non idcirco sunt publici latrones, qui palam, & publicè furantur, ut sunt piratæ, &, ut ait Abb. *in d. cap. inter alia n.*5. qui publicè stant in stratis, vel qui arcem habent, vel Castrum, & distrahunt homines transeuntes. Quique tam ex jure communi *in d. cap. inter alia*, quam ex d. Constitutione Gregoriana §. 3. privantur immunitate, ut per hæc verba: *Si fuerint publici latrones, viarumque grassatores; qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident ac viatores ex insidiis aggrediuntur.* Quos viarum grassatores pro famosis latronibus intelligit lex Regia *pen. tit.* 11. *p.* 1. Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 20. *n.*13. & tales sine pœna occidere licet, etiam sine peccato, *can. cum homo* 23. *q.* 5. *l.* 1. *C. quando lic. unicuique sine lud.* Glos. *penult. in d. cap. inter alia*, ibique Ostiens. *n.*2. aliique communiter, non tamen sine irregularitate, ut notatur *in cap. interfecisti, & in cap. seq. de homic.* nisi pro necessaria vitæ defensione, *ut in Clem. si furiosus eod. tit.*

6 Neque obstant Abbas, ejusque sequaces, cujus argumenta plena futilitatis, summæque levitatis repetit, ac sequitur Delbene *d. cap.* 16. *sect.* 12. tradentes, Clericos, & Religiosos, comparative ad Judices Ecclesiasticos, non gaudere immunitate Ecclesiæ. Abbatem sequuntur Sylvester *in summ. v. Immunitas n.* 7. Armil. *eodem v. n.* 10. Rosel. eodem etiam *v. n.*9. Navar. *in manual. cap.*25. *n.*21. Remig. de Gonni *de immun. Eccl. fall.* 21. Layman. *lib.* 4. *tr.*9. *cap.* 3. *n.* 11. qui testantur ex vi consuetudinis ita servari in praxi, Suarez. *de Relign. tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 10. *n.*5. & *seqq.* Decian. *tr. crim. lib.*3. *cap.*28. *n.*14. Genuen *in prax. Archiep. cap.*22. *n.* 11. Lopez. *p.*2. *cap.* 285. Azor. *p.* 2. *lib.* 9. *cap.*9. *q.* 9. Portel. *v. Immunitas n.*13. Homobon. *p.* 2. *tr.*11. *cap.* 12. *q.* 16. *suppos.* 3. Tanner. *in* 2. *d.* §. *p.* 9. *q.* 8. *dub.* 1. *n* 16. Ric. *p.*3. *dec.* 172. Peregrin. *de immun. c.* 12. *nu.* 3. Megal. *in* 3. *p. lib.* 4. *cap.*2. *n.* 34. Fagund. *de præcept. Eccl. præcept.*2. *lib.* 4 *n.*52. Villadieg. *in polit. c.* 3. *n.*213. Heuia *in cur. Philipp. p.*3. §. 12. *n.* 17. Bellet *p.*1. *tit.*3. §.15. *nu.* 1. Cutel. *de immun. Eccl. lib. q.* 24. Rodriguez *tom.* 2. *quæstion. regul. q.* 50. *art.* 4. Filiuc. *tr.* 17. *cap.*6. *q.* 8. *n.*151. & Bonac. *disp.* 3. *de prim. decal. præcept. q.* 7. & *de immun.* §. 3. *n.*7. Mich. Fer. *in quæst. mor. q.*65. *p.* 1. ubi alios citat. qui cum ferè omnes Judices fuerint, testantur sic observasse, ac vidisse observari. Idemque affirmat Ciarlin *in suis Controversiis cap.*10. *num.*18. & *seq. lib.*1. ubi probat, hanc opinionem esse communem, & valdè probabilem, ac Judices tuto illam sequi posse. Addo alios, qui his præiverunt, Jo: Baberius *in Iure viatorio tit. de violatoribus immunitatis*, qui ait, Clericum, qui disciplinæ fugiendæ causa ad Ecclesiam confugit, posse extrahi. quem sequitur Boer. *dec.* 109. *n.*3. Gulielm. de Monte Landuno *in Clem.* 1. *de pœnit. & remiss.* ubi quærit, nunquid Episcopus, vel ejus Officialis possit Clericum homicidam extrahere ab Ecclesia, & ponere eum in monasterio ad agendam pœnitentiam, & concludit, posse cum, Innocentio *in cap. inter alia, v. ad pœnam de immun. Eccles.* dummodo carcer, non sit nimis arctus, aut perpetuus, cumque sequitur ibidem Anchar. *n.* 8. ac Imol. *n.*13. dum ultimo loco recitat opinionem Joannis de Lignano, dicentis, opinionem Innocentii esse veriorem, Mayner. *in l. nemo n.* 31. *ff. de reg. jur.* Guttier. *pract. p.*3. *q.*3. *nu.*

7 Eorum argumenta compendio sunt hujusmodi. Primum desumitur ex auctoritate Glossæ 1. *in can. nullus* 17. *q.* 4. quæ in fine videtur dicere, Episcopum, vel Magistrum ex causa odij non debere Clericum, vel discipulum ab Ecclesia expellere. Ergo à contrario, cessante odio, id poterunt.

Secundum

8 Secundum. Quia lex civilis non facit apertè mentionem de Clericis, & si faceret, non valeret in præjudicium jurisdictionis Ecclesiasticæ juxta ea, quæ annotat Innoc. *in c. nuper de testib.* Canones vero, quamvis indistinctè loquantur, videntur tamen respexisse ad laicos tantum, ut innuit Textus *in d. c. inter alia de immun. Eccl.* ibi: *Sed Rectores Ecclesiarum sibi obtinere debent membra, & vitam.* & ita Judices Ecclesiastici hoc impetrare debent à sæculari potestate. Quod non potest comprobari in Clericis, qui sæculari potestati non subsunt, sed eorum provisio pertinet ad ipsos Ecclesiarum Rectores, idest Episcopos, & alios Prælatos. *cap. cùm ab Ecclesiarum de offic. ordin.*

9 Tertium. Quia Religiosi raro, aut nunquam exeunt à Claustris monasterii, *can. placuit* 16. *q.*1. & secundum eorum instituta, & jura communia possunt per superiorem in monasterio coerceri, verberari, ac in carcerem detrudi, & si opus fuerit, etiam è monasterio expelli, & in aliis arctioribus includi, ut legitur, & notatur *in cap. universitatis de sent. excom.* & in *cap. final. de Regular. & in can. de lapsis* 16. *q.*6. & in *cap. dilectus* 2. *de Simon.* Idemque patet in Clericis respectu Episcoporum. Nam Episcopus judicat in Ecclesiis, *can. præceptum* 2. *q.* 2. Vel in palatio suo *cap, qua fronte de appellat.* Et in sententia quandoque damnat ad perpetuum carcerem, quandoque ad verbera ut *cap. tuæ de pœn. cap. nsvimus de verb. signif. cap.* 1. *de calun. can.*1. 22. *q.*5. & *can. illi q.*5. & notatur *dist.* 41. in summa. Durum autem esset, ut in Ecclesia non possint capi, arceri, ac verberari. Imo pro honestate Ecclesiæ debent verberari in Ecclesia, & per Clericum, non autem per laicum, ut *in d. cap. Universitatis de sent. excom.*

10 Quartum. Quia si Clerici gauderent hac immunitate Ecclesiastica, id tenderet non ad decorem, sed ad maximum dedecus Ecclesiæ, cum videtur velle defendere facinora Clericorum, qui debent esse sancti, & in suis actibus relucere, ut *in can. oportet Sacerdotes* 81. *d.* cum præsertim multi sint Clerici, qui nihil habent patrimonii, ac proindè cum pecunia puniri nequeant, eorum delicta remanerent impunita.

11 Quintum *ex Clem.* 1. *de privil. & ex cap. non solum de Regula. in* 6. Ubi Religiosi delinquentes in Religione jubentur subjici gravibus pœnis.

12 Sextum. Quia cum Clerici, præsertim in communi viventes, ac Religiosi frequenter delinquant in Ecclesia, vel intra triginta, vel quadraginta passus, sequeretur, ut nunquam, aut raro pro delictis hujusmodi possent puniri, si ab Ecclesia extrahi non possent contra *cap.* 2. & *cap. cum illorum de sent. excom. cum similibus.* Atque ex his concludit Abbas, se putare, hæc esse verissima, quæ tamen relinquit consuetudini, quam dicit. in hoc multum esse attendendam, ut *in d. cap. inter alia* nota Innocentius, & de consuetudine servari, ut Clerici non gaudeant immunitate Ecclesiæ, sed indè extrahantur à suis Judicibus Ecclesiasticis, attestantur Diaz *in pr. crim. canon. cap.*115. Covarr. *var. resolut. lib.*2. *cap.* 20. *num.* 16. Remig. *de immun. fall.* 71. & Jul. Clar. *d.* §. *fin. q.*30. *vers. Ulterius quæro*, Fagundez, Layman, Cutellus, & Peregrinus, quos refert, ac sequitur Delbene *d. cap.*16. *dub.*10. *sect.*12. *n.*12.

13 Septimum, quia in d. Constitutione Gregorii XIV. quæ reducit omnes Canones antiquos de immunitate Ecclesiarum ad unam formam, solum sit expressa mentio de laicis, non autem de Clericis, cum dicat illa notissima: *Ad unam tantùm formam reducimus, & moderamur, ut laicis ad Ecclesias, locaq; Sacra, & religiosa confugientibus.* Et rursus: *Ut laicos in casibus prædictis delinquentes, & adhuc. Volumus &c. ut Curia sæcularis, ejusque Judices, & officiales ab Ecclesiis, &c. laicum aliquem, ut præfertur, delinquentem, &c.* ac deinceps: *Revocamus omnia privilegia laicis concessa extrahendi delinquentes à loco Sacro.* Ergo clarè ibi ostenditur, Clericos non habere hanc immunitatem comparativè ad judices Ecclesiasticos. Verbum enim laicis, toties in Constitutione repetitum, non debet censeri supervacaneè appositum *ad l.* 1. *in fine*, cum ibi notatis in Gloss. *ult. vers. Item nota hic, ff. ad municipal. & l. si quando ff. de legat.*1. cum hujusmodi aliis, & ex assumptione oppositæ speciei, alterius remotio sequitur, *l. si inter. ff. de except. rei jud.* juncta Gloss. *ver. directè contrario in clem. testibus de testibus.* Quapropter cùm Ecclesiasticus, & laicus sint duo directè contraria, ut *in d. c. inter alia de immun. Eccles.* mutuo se emittunt, ita ut admisso uno, emittatur alterum, Surd. *dec.* 24. *n.* 10. & *dec.* 92. *n.*11. & *cons.* 211. *n.*16. Barbos. *de axiom.* 8. *n.*3. passimque alii.

Ultimum sit consuetudo, ut ipsi ajunt immemorabilis, 14 quæ pluribus in locis viget, ut Episcopus faciat extrahere Clericos ab Ecclesiis, etiam Regularium, pro delictis quoque non exceptis, cumque hæc consuetudo nullam habuerit contradictionem, ac nemo unquam reclamaverit, habet vim legis, ac privilegii Apostolici, it aut omnino sit observandam, Sperel *dec.* 37. *n.*5. & *seqq. p.*1.

His tamen minimè obstantibus, pro immunitate pro- 15 nunciandum est. Quod & antiqui propè omnes fuerunt ac recentiores. Ut autem veritatem certissimæ hujus sententiæ stabiliamus, advertendum est, malè censuisse Abbatem, qui supposuit Doctores hanc quæstionem *in d. c. inter alia* non attigisse, & Joannem Andream non loqui de Clericis, vel Religiosis. Nam Joannes Andr. *n.*4. in specie quærit, an Judex Ecclesiasticus possit ab Ecclesia servum, vel subditum suum, atque adeo Clericum extrahere, ejusque rationes concludunt, tam in Clerico, quam in laico. Gaudere autem Clericos immunitate Ecclesiastica, tenet etiam Cardinalis *in clem.*1. *n.*9. *in* 7. *q. de pœnit. & remiss.* ubi firmat, Episcopum, vel alium Officialem Ecclesiasticum non posse ab Ecclesia extrahere Clericum homicidam, neque eum detrudere in monasterium ad pœnitentiam peragendam, ac ita planissima ejus sententia est, immunitatem Ecclesiasticam suffragari, etiam Clericis, respectu Judicis Ecclesiastici. Quod antea docuerat Genzelinus *in d. Clem.* 1. ubi contra Innocentium, & Gulielmum de Monte Landuno mordicus tenet, Episcopum, vel ejus Officialem minimè posse Clericum damnatum extrahere ab Ecclesia, & in monasterium conjicere, Nam, inquit, nullo id jure cavetur, & quia Episcopus tenetur fugientem ad Ecclesiam intra Ecclesiam defendere, ideoque non poterit eum extrahere. Eum ubique sequitur Vitalin. *n.*70. ubi, rejecta opinione Innocentii, ait, praxim esse, ut nemo invitus ab Ecclesia extrahatur, nedum pro delicto, sed neque etiam pro debito pecuniario propter immunitatem Ecclesiæ, & hanc consuetudinem, veluti piam favore Ecclesiæ servandam esse, *cap. ad Apostolicam de Simon. & cap. super eo de cognat. spirit.* notatque Innoc. *in d. c. inter alia*, & mox concludit idem Vitalinus, specialem, & absolutam provisionem esse in sæpius citato *cap. inter alia de immunit. Eccles.* super non extractione confugientis ad Ecclesiam, sive sit nobilis, vel ignobilis, sive pauper, vel dives, juvenis, aut senex, Clericus, vel laicus, criminosus, vel æri alieno suppositus.

Hoc idem scitè, ac fusè statuit Roman. *cons.*227. in quo 16 consuluit, quendam Presbyterum, comprehensum in claustro Ecclesiæ, gaudere immunitate Ecclesiastica, & propterea fuisse relaxandum. At quia pars adversatrix dicebat, quod immunitas Ecclesiæ prodesset laicis dumtaxat, non autem Clericis, idem Roman. *cons.* 134. id perspicuè diluit, ac refellit, tanquam falsissimum, ac disertè probat, hoc privilegium esse commune tam Clerico, quam laico. Quod merito ibi collaudat Mandos. *in addit.* post Ludovic. Bolog. *in tract. de indulg. col.*3. & tradit Remig. *de immun. Eccles. fall.* 21. opinionemque Romani esse magis communem, affirmat Diaz. *in pract. crim. canon. cap.*115. relatus à Covar. *lib.* 2. *var. resol. c.* 20. *n.*16. Jul. Clar. *in pr. crimin.* §. *fin. q.* 30. §. *Ulterius quæro.* Eademque dicit esse de jure veriorem, Dz tan. *mir. tom.*2. *lib.*6. *cap.* 20. *n.* 21. ac plenè Jo: Visch. *de immun. nu.* 3. ubi verissimè ita pronunciat: *Stat ergo regula, & vera conclusio, quod Iudex, etiam Ecclesiasticus, non potest confugientem ad Ecclesiam invitum, etiam subditum suum, sive Clericum, sive laicum extrahere, nec pœnam corporis afflictivam imponere.* Et *num.*9. *ac seq.* evertit argumenta Abbatis, & *nu.* 72. concludit, *nec Iudicem Ecclesiasticum, etiam disciplinæ causa, posse Clericum ab Ecclesia extrahere.*

17 In eadem sententia sunt recentiorum nobilissimi, speciatim Tusch. *v. Ecclesia concl.* 9. *nu.*17. *& concl.*11. *nu.*12. Zerol. *in prax. Episcop. p.*1.§. *Immunitas Ecclesiastica n.* 8. Monticel. *in pr.ax. crim.regul.*12.*n.*18. Duard. *in Bull. Cœnæ lib.*2. *can.*15.*q.*16.*n.*13. Gimbacurt. *de immunit.lib.*4.*c.*11.*n.* 8. Gutier. *pract. quæst. civil.q.*3. *n.* 1. Ambrosin. *de immun. cap.* 12. *n.* 3. Barbos. *in collect. tom.* 1. *lib.*3. *tit.*49.*cap.*6.*n.* 14. *& de jure variis, Eccles. tom.* 2.*cap.* 3.*n.*135. *ac jeqq.* Lotter. *de re benef. tom.* 1. *lib.*1.*q.*13.*n.*113. Farinac. *de Carcer. q.* 28. *n.* 7. & in *append. de immun. cap.* 2.*n.*34. Mar. Ital. *de immun. leg.* 1. *cap.*3. §. 1. Diana *p.*1.*tr.*1.*resol.*24. Maranta *resp.*51.*n.*6. Bordon. *var. resol. cap.*3. *n.*35. Donat. *de Asil. resol.*69.*n.*15. Lezana *in summ.v. immunitas n.* 6. Salgad. *de potest. reg.tom.*2.*p.*2.*cap.* 4. *n.* 115. Lol. *lit. P.to.* 1. Bobadil. *in Polit.tom.*1.*lib.*2.*cap.*14. *num.* 57. *in glos. l. P.* & Cened. *q.*42. ubi asserit, quod Judex Ecclesiasticus, extrahens ab Ecclesia, reum Clericum sine licentia Summi Pontificis in criminibus, non exceptis, incurrat pœnas, & censuras latas contra violantes immunitatem Ecclesiarum.

18 Congestis autem hujusmodi sapientum testimoniis, sic insuper luculentissimè hæc nostra sententia demonstratur. Primum, quia Canones prohibentes extrahi reos ab Ecclesiis, loquuntur generaliter, non distinguendo Clericum à laico, ut *d. cap. inter alia, de immun. Eccles.* ac per verba universalia negativa, ut perspicuè patet ex *ca. reum* 17.*q.*4. ibi; *reum, ad Ecclesiam confugientem, nemo abstrahere audeat*, & ex *can. definivit ead. causa, & q.* his verbis: *Definivit Sanctum Concilium, ut nullus audeat confugientes ad Ecclesias, vel residentes, inde abstrahere.* Quibus concinit *l.*2. ibi: *Nemini licere ad Sacrosanctas Ecclesias confugientes abducere*, C. *de his, qui ad Eccles. confug.* Universale autem negativum, etiam Ecclesiasticos includit. Atque adeo sacri Canones generaliter de omnibus sunt intelligendi, *l. de pretio ff. de public. in rem act.* cum aliis hujusmodi.

19 Deinde quia major ratio est in Clerico, ut in Ecclesia capi non possit, quàm in laico, cùm Clericis domus propria, quodammodo Ecclesia sit. In domo autem propria neminem capi permissum est, *l. plerique ff. de in jus voc. l. nemo de domo ff. de regul. jur.*

20 Item quia hoc privilegium; ut nemo ab Ecclesia possit extrahi invitus, est concessum loco ipsius Ecclesiæ, *l. præsenti vers. ipsis servata loci reverentia*, C. *de his, qui ad Eccles. confug. d. can. reum, can. frater, & d.can. definivit* 17.*q.* 4. & constat ex *proem. d. cap. inter alia*, quod refertur integrè ab Antonio Augustino *in* 3. *coll. C. decretal. lib.* 3. *tit.*32. *cap. un.* ibi: *Et pro reverentia sacri loci debitas pœnas valeant evitare.* Ergo suffragatur cuilibet in Ecclesia existenti, sive sit Clericus, sive laicus. Facitque, quod in simili notat Bartol. *in l. fin. C de testamen. & in l. Cunctos populos C. de Sum. Trinit. & fid. cath.* & Bald. *in l. si non specialit C. de testam.* dicentes, privilegia locis concessa, extendi ad omnes personas, ibi existentes, ad forenses, & extraneos.

21 Ad hæc, quia Episcopus tenetur omnes ad Ecclesiam confugientes, ac præcipuè Clericos, defendere, ac proinde non poterit eos extrahere, quia non debet ille impugnare, qui defendere debet, *cap. conquerente in princip. de restit. spol. c. nr. in fine de nat. ex lib. ventre*, ibi: *Durum est enim, ut si alii pro mercede libertates tribuunt, ab Ecclesia, à qua tueri debent revocentur*, cum aliis, de quibus in glossa ultima.

22 Præterea, quia *in d. cap. inter alia de immun.* excipiuntur solummodo latrones publici, ac nocturni depopulatores agrorum. In aliis igitur omnibus, sive sint Clerici, sive laici, firmatur regula in contrarium, ut firmat Dyn. *in rubr. de reg. jur. lib.* 6. & habetur *in l. quæsitum* §. *denique de fund. instr. in l. nam quod liquidè* §. *fin. ff. de pen. leg. & in cap.*2. *de conjug. leprof.*

23 Tum demum, quia ex opinione oppositâ sequeretur, quod Clerici essent deterioris conditionis, quàm laici, imo pejoris, quàm Judæi, & pagani, qui tamen hoc privilegio gaudent, juxta veriorem, ac magis communem opinionem, asserentem Iudæos, & paganos ad Ecclesiam confugientes, etiam timore pœnarum, non autem zelo fidei, vel religionis Christianæ, non posse inde abstrahi invitos, ut asseverat Butr. Cardinal. Gulielm. de Monte Landuno. Anchar. Imol. *in d. cap. inter alia*, Sylvest. *in sum. v. immunitas* 3. *nu.* 2. *in* 3. *q.* Jo: de Fantuc. & Archid. *in d. can. definivit* 17.*q.*4.

Quod etiam comprobatur auctoritate legis veteris. 24
Nam legitur Numer. *cap.*35. de ipsis urbibus, quæ ad fugitivorum subsidia separantur, tres erant trans Jordanem, & tres in terra Canaam, tam filiis Israel quàm advenis, ac peregrinis, ut confugeret ad eas, qui nolens sanguinem fudisset. Idemque habetur Josue *cap.*20. Certum est autem advenarum, ac peregrinorum appellatione in Sacra Scriptura appellari Gentiles, quoties ponuntur ad differentiam filiorum Israel, ut *Reg.* 3. *cap.* 8. *Exod. cap.*12. *Leviticí cap.* 17. 19. *&* 24. Siigitur apud Hebræos fruebantur immunitate, etiam infideles, longè magis illa frui debent in Ecclesia Christianorum, in quam excellentiori modo translata est lex, & Sacerdotium, *cap. translat. de Constit.* ibique Canonistæ. Quare Abbas in *d. cap. inter alia n.* 18. inquit, altaria veteris testamenti non gaudere illa immunitate, qua hodie gaudent nostra.

Opinio vero contraria nititur tantummodo auctorita- 25
te textus *d.l.*1. *C. de his, qui ad Eccles. confug.* cujus tamen nulla ratio habenda est, quia Civilis auctoritas nequit statuere nominatim de Ecclesiis, & locis Sacris, personis Ecclesiasticis, ac earum bonis, etiam si contrarium non reperiatur statutum de jure canonico, & lex civilis redundet in favorem ipsius Ecclesiæ, cum sit irrita defectu potestatis, juxtà communem sententiam *in cap. Ecclesia S. Mariæ de constit.* ubi nominatim Abb. *n.*10. Felin. *n.*4. Dec. *n.* 91. & Fagnan. *in cap. quæ in Ecclesiarum n.*26. *ac* 30. *eodem tit.* Ergo longè minus patet lex Civilis in Ecclesiam statuere, illius immunitatem restringendo, aut limitando, cùm sit Dei ordinatione, & canonicis sanctionibus constituta, ut legitur in Concilio Tridentino *cap.*20. *sess.* 25. & gravissimis rationibus firmat Abb. *in d. cap. inter alia num.* 15. ac binis sequentibus, concludens, absque dubio standum esse super hac immunitate dispositionibus canonum, cum suis casibus dumtaxat exceptis. Quod communiter teneri attestatur Angel. *in sum. v. Immunitas num.*17. ac Sylvest. *eod. v.* 3. *in* 1.*q.n.*2. Et hanc dispositionem Juris Canonici esse consuetudine approbatam, tradit Jo. Faber. *in* §. *sed hoc tempore n.* 2. *instit. qui sunt sui, vel alien. jur.* quem refert Alex. *cons.* 145. *n.* 4. *lib.* 7. ubi ità consultus, ac *n.* 10. ait, hanc esse communem opinionem, eamque sequitur Clar. *in pr.* §. *fin.q.*30. *vers. Quæro, nunquid generaliter omnes*, estque certum post Gregorianam Constitutionem, quæ de laicis loquitur simpliciter, non distinguens, an fideles, vel infideles, & aliquos tantum casus excipit, reliquos excludit, etiam si in eis concurrat paritas, identitas, vel majoritas rationis, cum revocet facultates extrahendi reos ab Ecclesiis, & locis sacris, ac religiosis, aliasve in casibus à jure permissis, etiam in odium certorum delictorum, & pro bono, pace, ac quiete publica, & ex causis æquipollentibus casibus in Iure expressis, atque ex paritate, identitate, aut majoritatè rationis extensis. Quod etiam in terminis juris communis tenuit Bossius *in pr. crim. tit. de captura n.*33. explosa ab Abbate opinione Innocentii, ejusque sequacium *in d. cap. inter alia num.*20.

Atque ita, ablegata contraria sententia, & convulso hoc 26
errore sæpè, ac serio censuerunt Sacræ Eminentissimorum Patrum Congregationes, quod scilicet Clerici confugientes ad Ecclesiam, gaudeant immunitate, ut ex Barbosa refert Diana *p.* 3.*tr.*1.*resol.*35 Sacra Congregatio super Episcopis in Tropiensi die 29. Ianuarii 1617. ubi declaratur, quod gaudere debent immunitate Clerici, qui post delicta perpetrata ad Ecclesiam confugiunt extrà casus in Constitutione Gregorii XIV. comprehensos, cùm in hoc casu opinio Abbatis communiter sit reprobata, & 17. Augusti 1618. & in Consentina 14. Martii 1630. & in Aquilana 20. Martii ejusdem anni 1630. & aliàs. Et S. Congregatio Immunitatis, cujus declarationes alibi adduxi,

adduxi, præsertim in Iserien. die 20. Aprilis. scribens Episcopo quod S. Congregatio Concilii sequuta est opinionem contra Abbatem *in cap. inter alia num.* 13. & quod Ecclesiastici gaudent immunitate, & quia privilegium concessum est Ecclesiæ, & non personæ, adeò ut contrarium nunc asserere sit temerarium, errori proximum, ac pœnis Ecclesiasticis coercendum.

27 Liquido igitur demonstrata, ac confirmata hac vera sententia respondeo ad primum, nempe ad *Glos. l. in can. nullus Clericorum* 17.*q.*1. eam non dicere id, ad quod allegatur, nisi fortè per argumentum à contrario sensu, quod tamen sumere non licet ab auctoritate Glossæ, quæ probabilis est, præsertim ad restrictionem juris communis juxta ea quæ annotat Jo: Andr. *in cap. publicato num.* 18. *de Elect.*

28 Ad secundum respondeo cum Jo: Andr. *num.* 5. decretalem *d. cap. inter alia* loqui de omni pœna, & apertiùs loquitur *can. id constituimus* 17. *q.* 4. ubi cavetur de omni pœnarum genere. Vnde, quamvis pœna mortis, & obtruncationis ponatur *in d. cap. inter alia* respectu Judicis laici, aliæ tamen pœnæ ponuntur, etiam respectu Judicis Ecclesiastici. Nec Glossa Innocentii loquitur de pœna, sed de pœnitentia. Et concordat Glossa prima *in d. can. de raptoribus*, ibi: *Sed & publica pœnitentia mulctatur* 36. *q.* 1. similia tradit Butr. *in cit. cap. inter alia num.* 11. Cardinal. *in* 6. *q. num.* 7. Anchar. *in vlt. q. num.* 9. & Abb. *num.* 11. *&* 12.

29 Ad tertium respondent nonnulli, Religiosos ad Ecclesiam, vel palatium Episcopi adductos, vel sponte ibi comparentes, ut se judicio defendant, illuc non confugere eo animo, ut sint tuti in Ecclesia, vel loco immuni: Unde nil mirum, si Ecclesiæ immunitate non gaudent Ad id facit egregiè, quod notat Vitalin. *in d. Clem.* 1. *num.* 87. *de pœnit. & remiss.* Verùm absurdè. ac incongruè id dicitur. Quia non tantum confugientibus ad Ecclesiam, sed etiam in ea residentibus hoc privilegium est concessum, ut *in d. can. definivit* 17. *q.*4. ibi: *Vel residentes inde abstrahere, aut quodcunque nocibilitatis, vel damni, seu spolii residentibus in loco Sancto inferre.* Neque attenditur qua intentione quis ad Ecclesiam se contulerit, sed satis est, ut modò intendat gaudere illius immunitate, ut superiùs dictum est. Quinimmo, etiam si vellet expressè renunciare privilegio immunitatis, ac permittere se capi in Ecclesia, tamen si ibi caperetur, non obstante illius consensu; violaretur Ecclesiæ immunitas. Quia privilegium est concessum Ecclesiæ, cui ex captura, irrogatur injuria, & privilegio Ecclesiæ nemo potest renunciare, *arg. cap. contingit* 1. *de sent. Excom.* Et quatenus immunitas esset etiam concessa intuitu personæ, tamen generale est, ut privilegio in favorem duorum concesso, alter, altero invito, renunciare non possit, *cap. ad Apostolicam*, ibique Glos. *v. monasteri*, Ost. *numer.* 4. *&* 8. Butr. *numer.* 3. & Abb. *num.* 10. *de Regular.* Unde, si velit non gaudere, exeat sponte Ecclesia. Nam, ut ait Gulielm. de monte Landun. & post eum Vitalin. *in d. Clem.* 1. *n.* 81. *de pœnit. & remiss.* si confugiens sponte se offerat Justitiæ, & ab Ecclesia sponte exeat, non censetur violata immunitas; non respectu confugientis, quia beneficio immunitatis fodum gaudet, qui eam petit, & apperit, & volenti non potest fieri dolus, vel injuria, *l. cum donationis*, C. *de transact.* neque respectu Ecclesiæ, quia cùm non extrahatur, sed sponte recedat, non violatur immunitas, & sic neque Ecclesiæ irrogatur injuria, *arg. l. quod dictum ff. de pact.*

30 Et ita intelligendum est, quod annotat Gosfred. & Ost. *in cap. vlt. num.* 2. *de immun. Eccles.* Ubi quæritur, quid si aliquis volentem è loco immunitatis extrahat, & sic extractum vel ad mortem, vel ad mutilationem membrorum condemner, nunquid est offensa Ecclesia? Et respondent negativè: Quia sola violentia punitur, ut *in d. cap. inter alia*, Idemque sentit Hugo *in d. can. definivit* 17. *q.* 4. & Archid. *in d. can. reum num.* 1. *eod. caus. & q. arg. can. seq.* ibi: *reluctantem*, concordant *in d. cap. vlt.* Jo: Andr. *num.* 2. Butr. *num.* 4. & Barbos. *num.* 2. Unde si quis ductus ad Ecclesiam, vel ad palatium Episcopi, vel sponte ibi comparens ad subjiciendum se examini, vel se defendendum, diceret, Ego nolo hinc exire, sed volo frui Ecclesiæ immunitate, utique abstrahi non posset invitus, quemadmodum dicitur de eo, qui dum ad supplicium ducitur, transit per Ecclesiam, vel cœmeterium. Nam talis non fugit ad Ecclesiam, sed ducitur, nihil cogitans de immunitate. Et tamen quia dum ibi existit, intendit gaudere, non potest amodo invitus extrahi secundùm magis communem opinionem, ut testantur Remig. *de immun. Eccles. in* 30. *fall.* Chassan. *super consuet. Burg. fol.* 55. *n.* 121. dicens ita se vidisse in facto judicari, quem refert Boer. *dec.* 110. *post nu.*8. *&* Clar. *in* §. *fin. d.q.*30. *vers. scias autem.*

Melius igitur Argumento Abbatis ita respondetur. 31
Religiosi possunt puniri, & in carcerem conjici intra claustra, neque per hoc Ecclesiæ, vel Monasterii immunitas violatur, quia à loco immuni non extrahuntur, & jure canonico prohibetur reos ab Ecclesiis extrahi, ut *in d. cap. inter alia*, ibi: *Non est ab Ecclesia violenter abstrahendus, neque inde damnari debet ad mortem, vel ad pœnam.* Quare immunitatis privilegium, quod consequitur liber homo ad Ecclesiam confugiens, consistit potissimum in duobus secundùm Abb. *in d. cap. inter alia n.* 3. *&* 9. Primum est, ut inde violenter extrahi non possit, ut *incit. cap. inter alia, & in d. can. reum.* 17.*q.*4. Quare si de facto, ac per vim indebitè fuerit extractus, potest de jure petere, ut restituatur pristinæ libertati, cùm ea fuerit de facto privatus, ut notat Bartol. *in l. præsenti n.* 5. C. *de his, qui ad Eccles. confug.* & ante eum Oldrad. *cons.* 154. *n.*4. dicens, abstractum restituendum esse Ecclesiæ, sicut in aliis restitutoriis judiciis, ut *in c. sæpè de rest. spol.* & prosequitur Abb. *in d. cap. inter alia n.* 26. qui ad id allegat textum expressum *in can. miror.* 17.*q.*4. ubi evidenter colligitur, Ecclesiam debere per excommunicationem compellere extrahentem ad restitutionem, & adstipulatur Vitalin. *in d. Clem.* 1. *n.*85. Alterum est, ut confugiens ad Ecclesiam per Iudicem damnari non possit ad mortem, vel aliam pœnam, scilicet corporalem, sive cum sanguinis effusione, ut *in d. cap. inter alia innuitur*, his verbis: *membra, & vitam*, cui concinit *d. can. reum, & can. id constituimus* 17. *q.* 4. ibi: *de morte, & debitate, & omni pœnarum genere sint securi: & d. can. de raptoribus* 36. *q.* 1. ibi; *mortis, vel pœnarum immunitate concessa*, ubi Glossa prima exponit verbum *pœnarum*, scilicet corporalium, à quibus liberatur autoritate Canonum, & notat Innoc. *in d. cap. inter alia*, qui in verbo *ad pœnam* addit corporalem, & exponit, ideò sanguinis effusionem, quibus contentiunt Ost. *nu.* 1. *d. v. ad pœnam*, & Jo: Andr. *num.* 3. *eod. verbo.*

Idque est contra Judices, qui in reos ad Ecclesiam con- 32
fugientes, ibique commorantes, proferunt sententias capitales, vel corporis afflictivas. Hoc enim est contra textum *in d. cap. inter alia, & in d. can. reum.* Nam verba illa: *Nec inde damnari debet ad mortem, vel ad pœnam*, non possunt intelligi de executione ipsius sententiæ. Quia certum est in ipsa Ecclesia humanum sanguinem effundi non posse, *can. reos* 23. *q.* 5. *cap. cum Ecclesia Dei de immun. Eccles. &* ca. 2. *eod. tit. in* 6. facitque *ca. in Archiepiscopatu de raptor. & cap. sententiam ne cler. vel monach.* sed sunt intelligenda de ipsa sententiæ prolatione, seu condemnatione, ut innuit verbum *damnari.* Et ita reum super eo, quod commisit, non posse omnino de cætero criminaliter accusari, quia alias modica esset immunitas, post Gosfred. tenent *in d. cap. inter alia*, Ost. *nu.* 1. Jo: And. *num.*8. Anchar. *in* 2. *notab.* aliique Glos. *in d. can. reum v. vel ad mortem* 17.*q.*4. ibiq. Archid. *nu.* 2. & *in d. can. de raptoribus nu.*3.36. *q.*1. Oldrad. *cons.*154. *n.* 4.

Castigare autem Clericos, aut moderatè, verberare, 33
etiam in Ecclesia, correctionis. vel disciplinæ causa, non est prohibitum, ut notat Glos. *1. in can. nullus Clericorum* 17. *q.* 4. & fatetur ipse Abbas in suo argumento, dummodo non sequatur mors, vel mutilatio, ut

patet *ex d. cap. inter alia, & d. can. reum*, & notat Vitalin. *in d. Clem.* 1. *num.* 71. Quando autem Religiosi ex vno monasterio in aliud arctiùs detruduntur, quamvis extrahantur inuiti, loci tamen immunitas non violatur. Tum quia hoc fit canone permittente *can. qui peccat. 23. q. 4.* Tum quia ab uno monasterio, & loco immuni deducuntur ad aliud similiter immune, & ita salva semper remanet Ecclesiæ immunitas. Quod dilucidè explicat Vitalin. *loco citato num.* 71. cujus hæc sunt verba: *Et sic salvo opinionem Innocentij, quod contra taliter confugientem potest procedi, inquiri, & condemnatoria fulminari per Judicem Ecclesiasticum, & tunc in carcerem detrudendus est, ut pœnam luat. Vnde in aliquem locum, si sit intra dictam Ecclesiam, aut septa ejusdem, detrudetur loco carceris, aliàs extrahatur, & detrudetur in monasterium aliquod, ut ibi sit incarceratus, nec per hoc infringetur Ecclesiæ immunitas, quia de Ecclesia non extrahitur, ut ad locum privatum deportetur: sed ad monasterium, & sic de Ecclesia non extrahitur, cùm in Ecclesia continuè maneat. Per hoc, quod confugit, non debet esse delictum impunitum.* Hucusque Vitalinus. Idemque dicendum de Clericis Secularibus, qui possunt castigari, & in carcerem conjici intra septa Ecclesiæ, vel ad pœnitentiam in monasterium detrudi per Judicem Ecclesiasticum, & sic de loco immuni ad alium immunem. Per id enim Ecclesiæ immunitas non infringitur, ut dictum est. Vnde cessat absurdum Abbatis, quia delicta non remanent impunita.

34 Ad quartum patet responsio ex dictis in responsione præcedenti. Neque Ecclesia tuebitur facinora Clericorum, quia in criminibus exceptis poterit eos extrahere, & in non exceptis coërcere censuris ac pœnis Ecclesiasticis aut pecuniariis, *d. c. inter alia*, ibi. *Super hoc tamen, quod iniquè fecit, est aliàs legitimè puniendus.* Confugientem siquidem ad Ecclesiam, quamvis damnari non possit pœnâ mortis, vel aliâ corporali, posse tamen puniri aliâ pœnâ, videlicet pecuniariâ, decernitur *in can. id constituimus, & d. can. reum*, ibi: *tamen legitimè componat, quod iniquè fecit*, 17. *q.* 4. ubi Archid. *num.* 3. dicit: *Est enim componere pro damno dato, vel offensa, vel injuria pecuniariter satisfacere.* Et fuit vetus opinio Hugonis, relari ab Archid. *in d. can. reum num.* 2. ubi ait: *Securè tenendum esse, quod omnis pœna corporalis, scilicet mortis, & membrorum, ac verborum debet remitti ex toto, sed teneatur ad pœnam pecuniariam secundum quod injuriam & damnum intulit.* Idem notat Glossa *in d. can. reum v. vel ad mortem*, dicens, hoc esse privilegium Ecclesiæ, ut talis amodo nec vitam, neque membrum perdat, sed pecunia satisfaciat, traditque Archid. *in d. can. de raptoribus num.* 3. 36. *q.* 1. ac firmant Glossa *in d. cap. inter alia v. puniendus*, Innoc. *eod. v.* Io. Andr. *num.* 8. Abb. *num.* 3. ac omnes.

35 Et in hoc sanè delinquunt Principes, ac Prælati, ut observat Ost. *in d. cap. inter alia num.* 1. Principes, ait, quia, si reus exit Ecclesia, ponendo pedes extra, protinus eum capiunt. Si non exit, ipsum tenent obsessum, requiem, & vestem, ac victualia denegantes contra Canonem *sicut antiquitus, can. frater, & can. miror* 17. *q.* 4. *can. reos* 23. *q.* 5. & contra legem, quæ tales dicit læsæ majestatis crimine irretitos, *l. præsenti in* 1. *resp.* §. 1. *C. de his, qui ad Eccles. confug.* Prælati vero, quia quamtumcunque gravia confugiens commiserit, ipsum tamen in totum salvare nituntur, ita ut nullam pœnam, etiam pecuniariam, patiatur, contra id quod dicitur *in d. cap. inter alia*, & contra justitiam, quæ est summum bonum, *can. devotissimam* 1. *c. q.* 2. Optat autem Ostiensis, ut in his, atque aliis utrique suis terminis sint contenti, *cap.* 1. *de sepult.* quem totidem verbis sequitur Io. Andr. *in d. cap. inter alia num.* 5. *de immu. Eccles.* omnesque alii.

36 Ad quintum & sextum abundè responsum est in responsione ad tertium & quartum. Ad consuetudinem vero contrariam quod attinet, cùm illa sit præjudicialis immunitati Ecclesiasticæ, non pia, neque laudabilis, sed abusus & corruptela est irrita & impræscriptibilis, etiamsi esset tanti temporis, cujus initii non esset memoria, *ea. cum terra de elect. ca. cum causa de sent. & re judic. can. illa autem vers. Quod enim d.* 12. *&c. cum inter de consuet.* de quo nos alibi.

Et quod ad Constitutionem Gregorii XIV. *de immu-* 37
nit. Eccles. animadvertendum est, illam fuisse editam contra Principes seculares, qui plura indulta, & privilegia extrahendi delinquentes ab Ecclesiis à Sede Apostolica impetrarunt, illisque abutebantur, ut liquet ex verbis procœmij. Et quia vigore hujusmodi indultorum Principes nullam auctoritatem poterant sibi arrogare in Clericos, ut potè exemptos ab illorum jurisdictione, sed tantum in laicos, sibi subiectos, ideo Constitutio de laicis tantùm, non autem de Clericis mentionem fecit. Hinc vero non sequitur, quod Clerici non gaudeant immunitate in illis casibus, in quibus gaudent laici, immo maior est ratio in Clericis, ut constat ex supradictis.

Neque ex eo, quod per Constitutionem Urbani VIII. 38
fuerit sancitum, ut Ordinarij Ecclesiastici cognoscerent de hujusmodi crimine contra Clericos, videtur eorum extractionem ab Ecclesia posse sustineri. Nam Constitutio Vrbani non derogat Constitutioni Gregorianæ, sed solum vult, quod Ordinarij procedant contra huiusmodi delinquentes Ecclesiasticos, sæculares, & regulares privativè quoad alios superiores. Sique ex processu coram eis facto culpabiles fuerint reperti, debeant condemnari, & postea tradi Curiæ sæculari ad effectum exequendi eorum sententiam; quod intelligendum est quatenus legitime fuerint capti, non autem quod possint extrahi ab Ecclesia, & privari illius immunitate, cum in dicta Constitutione Vrbani hoc minime legatur, neque in pœnalibus fiat extentio, ut in terminis dictæ Constitutionis Vrbani testatur Donat. Anton. de Marin. *quotid. resol. lib.* 1. *cap.* 57. *nu.* 6. *& seqq.*

Itaque in hac re servanda est dispositio juris commu- 39
nis, & Constitutio Gregoriana, quæ loquuntur indistinctè, & in casibus non exceptis tribuunt immunitatem tam Clericis, quàm laicis, etiam respectu ad Iudices Ecclesiasticos. Si enim Ecclesia non permittit lædi immunitatem, quoad laicos, ad se confugientes, multo minus permittere debet, quod lædatur, quoad Clericos, cum isti non debeant esse deteriores conditionis. Alioquin favor Clericatus redundaret in odium, essetque id pernicioso exempli, quia Iudices laici eodem jure uti vellent contra suos subditos, quando casus contigerit, sicque immunitas Ecclesiastica funditus everteretur.

Quod vero ad secundum, indicia, quæ inferunt exi- 40
stentiam monetæ fabricatæ, vel tonsæ, ac instrumentorum apud Clericum, etiam si pro revelatissimis sumantur, minimè tamen sufficiunt ad convincendum illum de re apud se reperta, si adhibiti non fuerint saltem duo testes, ut deinde ex dicta repetitione probata colligi possit argumentum super delicto commisso, ut per Decian. *resp.* 93. *num.* 23. *&* 77. *lib.* 2. Guazzin. *defens.* 17. *cap.* 2. *num.* 13. cum Bolardo, per eum allegato.

Eoque minus, si non fuerint apud Clericum, aut in 41
eius domo repertæ monetæ falsæ, neque instrumenta ad eas cudendum apta, ut per Decian. *lib.* 7. *cap.* 26. *n.* 5. *&* 6. *& resp.* 92. *n.* 8. Marsil. *in l. qui falsam. nu.* 10. *at seq. ff. de fals.* Moscatel. *de probat. delict. tit. de fals. monet. nu.* 1. *& seq.* Honded. *cons.* 92. *lib.* 2. *&* Mascard. *de probat. concl.* 1066. *nu.* 10. *lib.* 3. ac Reverter. *tota dec.* 207. Sed solum præsumptio esset contra eum, apud quem corpus delicti reperietur, *l. majorum C. de fals. l. jubemus C. de probat.* Marsil. & alijs locis allegatis.

Tantoque minus noceret reperitio monetarum, ac 42
instrumentorum, si extra illius personam, & domum fuerint reperta, ex quibus propriè solet deduci indicium delicti, ut in terminis monetæ Decian. *tr. crim. lib.* 7. *cap.* 76. *n.* 5. *&* 6. Boss. *in tit. de fals. monet. num.* 7. Mascard. *de probat. concl.* 1070. *numer.* 9. Guazzin. *defens.*

defens. 4. cap. 9. nu. 5. & Farinac. *q.* 115. *num.* 120.

43 Hinc que fit, quod si aliquando dantur suppositiones rerum prohibitarum in domibus alienis per homines extraneos, & malevolos, ut de quamplurimis casibus, ac præcipuè de filio, qui sub lecto Patris septuagenarij sclopum exiguum posuerat, testatur Farinac. *q.* 180. *num.* 44. eoque magis hoc potest contingere in locis à propria domo remotis, & sub alieno arbitrio, ac libera potestate constitutis, sicque augeretur argumentum de possibili: nempe, quod ab alia manu pertractatæ, & appositæ fuerint monetæ; ac instrumenta in locis assignatis, ex qua possibilitate eo minus concludentes evadunt probationes Fisci, tanquam desumptæ ex præsumptionibus imperfectis. Bald. *cons.* 29. *numer.* 2. *lib.* 1. Marsil. *cons.* 21. *nu.* 1. Vermigliol. *cons.* 286. *num.* 9. & Farinac. *cons.* 75. *num.* 67. Et præcipuè si in domo Clerici nec monetæ fabricatæ, neque tonsæ, nec aliqua instrumenta fuerint reperta, ex quo resultat indicium ad exclusionem delicti, ut tradit Cabal. *cas.* 199. *nu.* 23. aliique per ipsum allegati. Præterquamquod ex sola præsumpta existentia monetarum, ac instrumentorum apud Clericum non potest elici alia præsumptio tonsionis, & fabricationis monetæ, Rota *post.* 2. *lib. cons.* Farinac. *dec.* 1267. *n.* 5. Surd. *cons.* 1135. *n.* 78. *lib.* 1.

44 Si verò agatur de tonsione monetarum, esset crimen falsi, non autem læsæ majestatis, *l. quicunque C. ad l. Cornel. de fals.* Peguer. *dec.* 86. *num.* 2. & de hoc, si esset confessus, vel convictus, sola pœna arbitraria puniri posset, habito etiam respectu pro illa temperanda ad Clerici qualitatem, ac nobilitatem, Cabal. *cas.* 291. *num.* 5. Carpzou. *in pr. crim. p.* 1. *q.* 43. *num.* 32. cùm de jure communi nec in ipsa quidem fabricatione monetæ falsæ clericus fuit traditus Curiæ sæculari, ut per Lopez ad Diaz. *in pr. crim. can. cap.* 188. *vers. an puniatur.*

45 Nec refragatur d. Constitutio Urbani VIII. in qua imposita est pœna mortis, etiam Clericis pro tonsione monetarum. Quia loquitur de Clerico actuali tondente, vel fabricante, non autem de mandante incidi, vel fabricari, vel de imputato de mandato aliis dato, ac proinde non est comprehensus, quia in delictis qui mandat, non censetur facere & non comprehenditur in edicto contrà facientem, ut tradit expressè Batt. *in l. si quis iniquum* §. *si procurator num.* 1. Buccaron. *de differ. inter jur. Civil. & crimin. diff.* 1412. *num.* 21. & plenè Bertazz. *cons.* 221. Farinac. *q.* 135. *num.* 98. *& seq.* ac in terminis monetæ Danza *de pœn. Doctor. tit. de fals. monet. num.* 413. *in fin. tom.* 1. & alii apud ipsum, & *dec. Avenion.* 114. *num.* 6. ac Rovit. *de monet. pragm.* 1. *num.* 1.

46 Quod si indicia simul juncta non fuerint indubitata, sed dubia, & incerta, valerent tantum ad torquendum, non autem ad condemnandum Clericum in pœnam extraordinariam. Indicium autem indubitatum illud dicitur, quod rem in lucem veritatis Judici profert absque vlla actuali, ac virtuali hæsitatione, ut per Cabal. *cas.* 288. *num.* 8. Farinac. *quæst.* 86. *num.* 67. Vbi, quod tunc dicitur aliquid indubitatum, quando possibile non est, rem aliter se habere, Guazzin. *def.* 23. *cap.* 15. *num.* 1. qui *cap.* 14. *num.* 16. ad evitandam pœnam extraordinariam pro cautione id advertit.

47 Si vero indicia solum valeant ad torquendum, non potest dubitari, quin reus gaudere debeat Ecclesiæ immunitate, idque, etiam si delictum esset tale, quod probatum immunitate non gauderet, cum tales probationes non sufficerent, quia Constitutio Gregoriana loquitur per dictionem *vere*. Vnde Sacra Congregatio Immunitatis requirit veras probationes, plenas, & concludentes ex cumulatis à Sperel. *dec.* 10. *num.* 23. *ac seq.* & à nobis alibi, ac proinde ex defectu probationis locus non est declarationi exclusivæ immunitatis. Ambrosin. *de immun. cap.* 11. *num.* 4. Farinac. *cons.* 76. *num.* 3. Ricc. *in pr. var. resol.* 238. *vers. contrarium*, & Vermigliol. *cons.* 97. *num.* 1. *&* 2. Atque ideo si reus fuerit extractus ab Ecclesia, est ei restituendus. Nam, S. Congregatio Immunitatis aliquando solet in Immunitate Ecclesiastica dispensare, salvando reum à pœna ordinaria, vel aliter ei pœnam temperando, id nihilominus observat, vel propter immunitatem delicti, jam probati, vel quando delictum est ejusmodi, quod ex Constitutione Gregoriana immunitate Ecclesiastica privatur, sed probationes non essent plenæ.

At ubi delictum de jure non privatur immunitate, & 48
Reus de illo non est convictus, vel saltem indiciis indubitatis gravatus, in immunitate Ecclesiastica, non est dispensandum, quia id esset contra regulas juris prohibentis duo specialia circà eandem rem, arque personam, ut habetur *in l.* 1. *C. de jur. dot. in l. cum post* §. *gener ff. eodem*, Sperel. *decis.* 102. *n.* 47. *& dec.* 116. *num.* 66. Rot. *dec.* 318. *num.* 8. *p.* 3. *rec. & dec.* 607. *in fin. p.* 2. Merlin. *decis.* 390. *n.* 23. *& dec.* 407. *n.* 5. *& dec.* 417. *n.* 1. *& dec.* 454. *num.* 5.

Eoque magis, quia Clericus imputatus de hoc crimine 49
ex jure communi solùm pœna perpetuæ detrusionis puniri potest, ut voluit Abb. *in cap. tua de pœn.* Lopez *loco alleg.* loquens de Clerico adulterante monetas Summi Pontificis. Ideoque cum agatur de delicto falsæ monetæ Principis, & imputatus de eo sit Clericus, qui fuit extractus ab Ecclesia, nec de ipso sit convictus, neque confessus, immo neque urgentissimis indiciis, ac indubitatis gravatus, restitui debet eidem Ecclesiæ, vel ad summum aliqua pœna, non tamen corporali, & quoad fieri potest, neque ignominiosa, puniendus quatenus duplici dispositioni esset locus, attenta qualitate, ætate, aliisque circumstantiis Clerici, ac præsertim, quando nec convictus, neque confessus reperitur, ut docet in hac specie Sanfelic. *dec.* 65. *num.* 23. *& seqq.*

Idque præcipuè si testes contra Clericum fuerint primo 50
examinati à Fisco sæculari cum nimio rigore, prævia eorum detrusione in longum carcerem, ac præviis verberibus, ac minis de eos torquendo, ex quibus eorum fides dubia redditur de jure, ut per Farinac. *q.* 79. *num.* 78. ubi, quod sola carceratio testis operatur, ne possit specialiter interrogari delinquente, quia videtur interrogari in tortura. Quod confirmat *cons.* 193. *num.* 3. ubi, quod taliter deponens præsumitur tædio carceris affectus, non autem ex veritate deponere, Add. ad *cons.* 16, *lit. H.* ubi, quod dicitur deponere per vim. Neque ex eo, quod deinde coram Ordinario Ecclesiastico, ac delegato idem confirmaverint, cessat suspicio, quasi purgata coram diverso Iudice, diversimodè procedente, si quando examinati fuerunt coram Episcopo, adhuc in carcerem Curiæ laicalis conjecti reperiebantur, & translati tantum ad hunc effectum ad Curiam Episcopalem.

Et dato, quod cesset metus, ac timor torturæ, aliarum- 51
que comminationum; non propterea cessat timor perjurij, ejusque pœnæ, gravius eis afferens præjudicium, si iterùm examinati, à primo suo dicto recedissent per textum ferè in terminis in *l. si postulaverit* §. *ratio autè ff. ad l. Iul. de adult.* ubi I.C. publicari jubet servum, qui in caput domini deposuit, antequam torqueatur, & dictum suum confirmet, ut sine metu verum dicat, ibi: *Ratio autem publicandorum servorum ea est, ut sine ullo metuverum dicant, ut nedum timeant, se in eorum potestatem regressuros, &c.* Et comprobat egregiè Marsil. *cons.* 12. *num.* 18. *& seq.* ubi, quod testis debet primo jurare, & postea de veritate facti interrogari, ac deponere, aliàs si primo deponat, nulla erit ejus depositio, quia ob metum perjurii non ita facilè recedet à sua depositione, licet à veritate aliena. Quod etiam advertit Sanfelic. *dec.* 62. *numer.* 143. *vers. Ese podria reparar conel dicho expediente de ratificar los testigos examinandos.*

Unde, licet nullitas extractionis hujus Clerici ab Ec- 52
clesia per Curiam sæcularem, præsente Episcopo esset per S. Congregationem Immunitatis sanata, & confirmata confignatio cum decreto, ut fieret processus, attamen dicendum videtur, hunc Clericum non fuisse juxta mentem dictæ S. Congregationis ab Ecclesia extractum, neque ad formam facultatis concessæ, si de complicibus loqueretur, non autem de iis, qui complices supponuntur, ac subinde de iis, qui complices per veras probationes apparebant, ne aliàs duplex specialitas concurreret, tum circa delictum, ut, non obstante, quod immunitate Ecclesiæ

gauderet,

gauderet, extrahi posset ex dispensatione, tum circa probationem, ut ex solis indicijs ad extractionem talis asserti delinquentis procederetur, quæ in jure non datur ex *l.* 1. ibique Glos. *C. de dot. promiss. l. cum post, §. gener. de jur. dot. l. jure succursum ff. eod. l. quod verò contra, & l. jus singulare ff. de legib.* traditque Natta *cons.* 613. *n.* 6. *lib.* 3. Campan. *in pr. for. jud. resol.* 1. *n.* 23. Surd. *cons.* 135. *num.* 78. Ruin. *cons.* 29. *n.* 4. *lib.* 3. Rot. *dec.* 338. *num.* 8. *p.* 3. *rec.* Farinac. *q.* 33. *num.* 32. Sperell. *dec.* 5. *num.* 5. ubi; quod specialia sunt tanquam miracula, ideoque non multiplicanda, & *dec.* 63. *num.* 2. *ac* 3.

53 Quod comprobatur ex eo, quod ex facultatibus antea concessis vix permittebatur extrahi, & in carcerem detrudi hujusmodi delinquentes, nisi qui comperiebantur in flagranti, ut proinde nova facultas, quando de jure, ac de praxi S. Congregationis interpretationem accipere non posset, à priori, & antecedente acciperet, ut per Bald. *in cap. auditis num.* 4. *de præscript.* Pont. *cons.* 65. *nn.* 7. *lib.* 2. Giurb. *cons.* 65. *num.* 30. ut, quoad fieri posset, minus ei videretur derogare, *cap. cum dilectus*, ubi Bartol. & alij *de consuet. l. vt gradatim §. & si lege ff. de muner. & honor.* cum alij à Gozzad. *cons.* 29. *n.* 5. & à Rot. *dec.* 475. *n.* 6. *p.* 1. *diversf. additis.*

54 Neque obstaret fama publica, quod confugerit ad Ecclesiam, & in carcerem fuerit conjectus ob incisionem, vel fabricationem monetarum, si hæc fama, & hæc probatio non fuerit habita per Fiscum ante detrusionem in carcerem, & ante extractionem ab Ecclesia, sed post, ea quidem ratione, quia fama post carcerationem, & extractionem ab Ecclesia, quæ fieri non debebat nisi cum plena probatione delicti, nullius virtutis est, cùm originem traxerit à tali carceratione, ut per Farinac. *q.* 47. *nn.* 176. *q.* 69. *num.* 96. *& seq.* Fama quippe, causata ex falso populi rumore, leve est indicium, ideoque facilè prosternitur, idem Farinac. *cons.* 80. *nn.* 30. *& q.* 47. *nn.* 164. ac evincitur à bona rei fama, Grammat. *vot.* 34. *num.* 17. Boss. *tit. de mandat. & homic. num.* 45. Farinac. *cons.* 79. *num.* 24. *& q.* 47. *num.* 168. Cabal. *cas.* 84. *num.* 15.

55 Quare quod dispensetur in delicto propter ejus atrocitatem, ac circumstantias gravantes, licet de jure immunitatis Ecclesiæ non privaretur, non tamen repugnat omnino justitiæ, neque observationi subsequutæ ex Sperel. *dec.* 101. *num.* 56. præsertim quia in condemnatione semper postea habetur ratio immunitatis, qua deberet delinquens gaudere; at quod etiam dispensetur probationi, videtur nimis durum ac severum. Quia, licet immunitas Ecclesiæ non protegat delinquentem, non solet tamen ei præjudicium inferre. Inferret autem præjudicium, si privaretur immunitate, cùm privatio immunitatis sit pœna gravissima, *ex l. præsenti C. de his, qui ad Eccles. confug. d. cap. inter alia de immun. Eccles.* ac generatim Ricc. *dec.* 25. *num.* 6. *p.* 2. Et ideo supponit necessario, vel delictum, de quo reus imputatur, esse ex plenis probationibus probatum, vel saltem ex indicijs urgentissimis per *l. fin. C. de prob.* ibi: *vel indicijs ad probationem indubitatis*, & prosequitur Sperel. *d. dec.* 101. *num.* 17. Vbi enim reus in tuto est, & periculo vacuus propter locum immunem, securitate privatur, ac Iudici sæculari traditur puniendus. Quod sine indicijs, saltem indubitatis, permitti non videtur ex Sanfelic. *dec.* 64. *num.* 4. ac Sperel. *cit. dec.* 101. *num.* 34.

56 Et quamvis plures censeant, quod in hac specie immunitatis Ecclesiasticæ sufficiat constare de delicto excepto per indicia ad torturam sufficientia, ut videre est apud Giurb. *cons.* 100. *num.* 28. Sanfelic. *dec.* 13. *num.* 2. *& seq.* ac alios, à nobis aliàs adductos, hanc tamen opinionem ibi rejecimus, eoque magis, quia hi Auctores nituntur auctoritate Gamæ *dec.* 178. *&* 181. qui verè loquitur de indicijs indubitatis, ex quibus reus, si ad torturam ponitur, & negativus persistit, adhuc extra ordinem condemnatur in exilium perpetuum, vel ad triremes. Potest enim Iudex ex indicijs urgentissimis, vel reum tormentis subijcere, vel præter ordinem punire, ut videre est apud Farinac. *q.* 36. *num.* 58. Si igitur illum torturæ subjicit ex talibus indicijs, ut observat Senatus Lusitanus, quia post tormentum, etiam pœna corporali punit reum negativum, non ideo infertur, quod indicij ad torturam sufficientibus Senatus Lusitanus reos privat immunitate Ecclesiastica, ut falso opinati sunt Gamæ sequaces, sed ex indicijs indubitatis, exquibus reus, etiam in tormentis persistens, negativus condemnari potest pœna corporali.

Cùm itaque Clericus, nedum indicijs indubitatis non 57
gravetur pro delicto ipsi imputato, sed fortassis nec indicijs quidem ad torturam sufficientibus, quibus gravari debet, ut torturæ subjici possit, ut per Franc. Cassen. *de torment. cap.* 11. *rubr. de non torquendo Cleric. num.* 7. Farinac. *q.* 41. *num.* 8. quod ita servatur in ditione Ecclesiastica, Chartar. *dec.* 88. *num.* 52. Guazzin. *def. inf.* 30. *cap.* 10. *num.* 3. Ricc. *dec.* 100. *num.* 1. *p.* 2. utique restituendus est Ecclesiæ, à qua fuit extractus.

Præterea si censeatur, huiusmodi Clericum gravatum 58
esse talibus indicijs, ex quibus possit torqueri, eo casu dispensatio in immunitate Ecclesiæ aliud non inferret reo præjudicium, nisi quod securus à punitione, ac tormentis tradatur torquendus æquè, ac si extra Ecclesiam esset comprehensus: si autem censeatur contrarium, vel saltem dubitetur, hoc casu privatio immunitatis non solùm eidem reo id afferret præjudicium, sed Iudicem certum redderet quodammodo ad illum necessario torquendum. Tum quia Iudici criminis non fuisset aliter remissus ex Sanfelic. *dec.* 64. *num.* 4. ubi, quod remissioni non est locus, quando reus non reperitur delinquens. Tum quia cùm privatio ipsa sit pœna, supponit necessario probationem delicti, Scac. *de Iudic. cap.* 71. *num.* 3. Et tum quia dispensatio redderetur inanis; præcipuè si Episcopus litiganti esset legitimè suspectus, & odiosus, coram quo nimis acerbum est litigare, *l. apertissimi C. de judic. & can. quod suspecti* 3. *q.* 5. & exceptio suspicionis, tanquam necessaria defensio, statuto tolli non potest, Fontanel. *dec.* 14. *num.* 3. Quia contra justitiam est recusationem prohibere, Giurb. *observ. dec.* 68. *num.* 1. *& seqq. & observ.* 95. *num.* 6. Si ergo rectus Iudex, & non suspectus existimaret indicia non extare, de suspecto Iudice reus dubitare potest, *d. can. quod suspecti*, ibi: *Naturale est suspectum Iudicem insidias declinare, & inimicorum judicium velle refugere, quia tristissimi eventus inde sequi solent.*

Nec consensus, judicio forsan præstitus, potest legiti- 59
mæ suspicioni præjudicium afferre, si reus expresse Iudicem recusaverit in suo constituto; *l. 2. vers. aut si non restituisset, ff. de judic.* Nec consensus prætendi potest in judicio reposition is ad Ecclesiam; ex quo reus certus erat præjudicium accipere non potuisse, quia certus erat, quod immunitate Ecclesiæ gauderet, & quod hujus quæstionis declaratio non pendebat à judicio Episcopi, sed à Sacra Congregatione Immunitatis. Secus vero, ubi de puniendo, aut torquendo agitur; nam eo casu consideratur præjudicium rei, cui nullum adhiberi potest remedium, & gravamen, quod potest à suspecto Iudice percipere, ideo consensus illi judicio præstitus judicio punitionis præjudicare non debet; quia legitimè Iudex recusatur, Ant. de Matt. *de prærog. jurisd. num.* 13. Riminald. *in repet. cap.* 1. *de judic. nu.* 79. Roman. *Sing.* 135. Carleval. *de judic. disp.* 2. *q.* 8. *nu.* 999. Scip. Rovit. *in rubr. de Suspect. Official. num.* 6. *&* 66. ubi, quod potest Iudex suspectus allegari in judicio petitorio, licet partes consenserint in Judicio possessorio, Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 2. *nn.* 2.

Denique non refragaretur connexitas causæ, ut hic 60
Clericus, tanquam complex delicti, non restituatur Ecclesiæ. Nam Bartol. *in l. non idcirco ff. de judic.* per illam legem firmat conclusionem, quod in causis criminalibus, in quibus judicium contra plures reos fuit intentatum, si respectu unius sententiati potest, non debet expectari, donec causa expediri possit respectu alterius. Quia in judicio criminali non datur continentia causæ, neque consideratur difformitas sententiarum per rextum *in l. denunciasse queritur ff. ad l. Iul. de adult.* ubi idem Bartol. id notat. *num.* 1. Cravett. *cons.* 252. *num.* 5. *&* 6. Afflict. *dec.* 213. *num.* 8. Fontanel. *dec.* 563. *num.* 5. *&* Franch. *dec.* 426. *à numer.* 3. Quod si hoc videtur observandum coram

coram Iudice criminis, multo magis observandum erit in S. Congregatione Immunitatis, in qua solus articulus Immunitatis disputatur, & ad hunc finem ejus jussu confici solet processus super crimine.

61 Porro monetarum fabricatio ad solum Principem spectat iure divino, & humano. Christus enim innuere volens, politicos magistratus esse necessarios, Matth. 22. ait: *Ostendite mihi numisma census. Cujus est hæc inscriptio? Cæsaris. Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.* Sicut ad vitæ communis usum necessarius est nummus, ita, & civilis potestas, Magistratus, & auctoritas publica. Gratianus Imperator *lib. Cod.* 11. tribus legibus, sive capitibus legum expressit *in tit. de veter. numism. potest.* Septem esse spectanda quoad monetam, inventionem, necessitatem, utilitatem, materiam, formam, pondus, auctoritatem Iurisconsultus Paulus *in l.* 1. *de contrab. empt. & vendit.* Pomponius *tit. de usufr. l. numismatum*, Scævola *in l. ita cave testamento ff. de manumiss. testam.* Innoc. *in cap. quanto de iurejur.* inventionem, usum, & formam monetæ declaravit.

62 Ne autem moneta corrumpatur, sedulo operam Principes dederunt. Huc autem faciunt acerbissimæ, quæ ubique in corruptores monetæ constitutæ sunt pœnæ. Constantinus Augustus falsæ monetæ reos majestatis crimine, ac pœna teneri obnoxios, statuit *in l. si quis nummos C. de falsa moneta.* Idem sanxerunt Valentinianus, Theodosius, & Arcadius *in l. si quis C. eod.* Proinde, & quia moneta juris est Principis, falsæ monetæ excusæ vindicta, & cognitio ad solos purè Magistratus regios pertinet, non ad dominorum locorum juridicos. Sic Demosthenes dicebat *orat. contra Timocr.* Solonem statuisse non minus severè à Iudicibus summis esse plectendos, qui leges corrupissent, & leges adulterinas induxissent, quàm qui numisma adulterassent. Si tamen concesserit singulari privilegio quibusdam falsæ monetæ cognitionem, id sequendum est. Citra privilegium autem notio, & confiscatio ex hoc crimine ad Principem pertinet. Ejus enim injuria est pecuniam suam corrupisse, ideo & mulcta ad eum pertinere debet juxta juris communis regulas, ut quibus criminis prosecutio, & damnum est, eisdem, & compendium pœnale esse dicamus, & ubi periculum est, ibi lucrum collocetur, *l. fin. §. sed cum in secundam C. de furt. l. secundum naturam ff. de regul. jur. l. uni §. pro secundo C. de caduc. toll.*

63 Iudex porro, quisquis is sit, qui potestatem iudicii de falsa moneta habebit, seu ex privilegio, vel ex delegatione Principis, vel ratione officii, vel consuetudinis receptæ, cùm discutiet causam, pendet quæ legitima moneta habere debet, & subinde statim intelliget, falsam eam esse quæ ea non habuerit, quæ proba habere debet in materia, pondere, charactere, legitima functione, & auctoritate cudendi, secundum has pœnas distinguet. Nam de materia lege Cornelia cavetur *ad leg. Cornel. ff. de falsf.* eum, qui in aurum vitii quid addiderit, qui argenteos nummos adulterinos conflaverit, falsi crimine teneri. Tenetur & lege Iulia peculatus, qui in aurum, argentum, æve publicum quid indiderit, vel immiscuerit, & ut quid indatur, immisceatur, fecerit, sciens dolo malo, quod id pejus fiat. Adulteratur materia tincturis, quæ imitantur veri metalli colorem, minuitur ratione.

64 Et quidem circa moneram peccatur decem modis. Primo, si privatus homo citra Principis commeatum cudat monetam, licet probam in pondere, & materia. Secundo, si cudat improbam, atque vitiosam. Tertio, si probam in materia, & forma cudat, at in pondere, vel numero sciens delinquat, læsæ majestatis, & falsæ monetæ videbitur, *tit. de falsf. monet. tit. de vet. numism. potest. tit. de aur. publ. persecutor.* Ulpianus tres alios delinquendi modos statuit *in l. quicunque ff. de falsf.* Monetæ falsæ crimen admittitur minuendo, fingendo, & tingendo. Minuitur moneta, quando per rasuram demitur aliquid. Fingitur, quando metallum penitus adulterinum admiscetur. Tingitur, quando color imprimitur alius, Idem Vlpianus in eodem *tit. de falsf. l. lege Cornelia* alias tres falsæ monetæ species posuit. Delinquitur enim circa monetam addendo quid vitii, scienter exponendo, ac emendo. Si quis addat metallo publico vitiosam materiam. Si quis exponat contrahendo, si quis emat mala fide falsam monetam, vel alios decipiat. Decimum, ac ultimum falsæ monetæ genus tradiderunt Imperatores Theodosius & Gordianus Augusti *in tit. de veter. numism. potest. l. si quis imaginem Principis impressam monetæ destruat*, difformet, vel rescindat, læsæ reus majestatis habetur, quasi temerator falsarius.

Auctoritate cudendi fine licentia Principis usurpata, 65
etiam punienda in proba materia, & in improba, & qui hanc usurparit, si liber, ad bestias dari, si servus supremo supplicio affici debebat, *l. quicunque 8. ff. de falsf.* Constantinus Cæsar *l.* 1. *& 2. C. de falsf. monet.* Eos, qui nummos falsa fusione formaverint, flammarum exustionibus vult mancipari, eorumque bona fisco regio, seu Cæsareo addici, si tamen opus perfecerint; Nam qui falsam monetam percusserint, si in totum formare noluerint, suffragio justæ pœnitentiæ absolvuntur, *l. qui falsam 19. ff. ad l. Corneliam de falsf.* Extatque alia Constitutio Constantini *in l.* 1. *C. de falsf. monet.* quæ pœnam pro discretione sexus, & conditionis delinquentium statuit, ut si decutio, vel ejus filius adulteraverit, exilio perpetuo afficiatur, si plebeius, perpetuæ damnationi, amissis bonis, deputur, si servus, ultimo supplicio afficiatur.

Aryandes, Ægypti Prætor, audiens, atque animadver- 66
tens Dario Persarum Regi cordi esse memoriam sui relinquere, opere, quod à nullo alio Regum factum esset, id sibi imitandum, inquit Herodotus *in Aterpon sive lib.* 4. putavit, donec mercedem accepit. Etenim Darius ex auro, quàm potuit purgatissimo, monetam percussit, idem Aryandes ex argento fecit: Ea re comperta, Darius insimulantem quasi rebellare veller, morte affecit. Forsan hic suo nomine pecuniam conflari jussit, quod majestatis crimen, quod & capitis mulcta animadversum in Perennio apud Herodianum. Sicut anno Domini 1464. bellorum Seminarium excitatum inter Regem Galliarum, & Regem citerioris Brittaniæ, quod is sua imagine nummum aureum percutere ausus est. Iubent etiam, Cæsares Valentinianus, Valens, & Gratianus *in l. quidquid ex auro C. de falsf. monet.* quidquid ex auro hominum privatorum in monetis publicis inveniretur figuratum, largitionibus vindicari imperatoriis; moderati tamen id sunt postea, ut sufficeret pro singulis libris auri, quæ pro figuratione monetis dicabantur, præbere binas uncias, ut *in l. solita C. eodem.*

Tenent pœnæ insuper falsæ monetæ, non tantum eos, 67
qui eam cudunt, radunt ve, aut tingunt, sed & eos, qui scienter expendunt, vt latè docet Auctor. *dec.* 162. *Capel. Tholos.* Fuit & capitalis pœnæ statuta in Chimistas, quos statuarios dicit Constantius, qui, ut ipse loquitur, majorinam pecuniam, non minus criminosè, quàm crebrè separato argento ab ære, purgabant, *l. Comperimus C. de falsf. monet.* Dicta quoque privatio agrorum, & domorum dominis, qui id in suis passi essent. Sancit & Constantinus *l. si quis solidi C. eod.* majori, vel minori pretio æstimantem pecuniam ejusdem ponderis. quàm statuerit Princeps, item eos, qui mensuram circuli exterioris arroserint, ut minuant quantitatem, quive figuratum solidum adultera imitatione in vendendo supposuerint, capite puniri, aut flammis tradi, aut alia pœna mortifera.

Apud Athenienses, monetam adulterantes capite puni- 68
tos, monet Demosthenes circa finem Orationis in Leptinem. *Miror, inquit, eos qui monetam adulterent, apud vos capite mulctari, Athenienses; illis verò qui totam Civitatem adulterinam, & infidam reddunt, dicendi fiori potestatem.* Lex Orientalium apud Constantinum Harmenopolum *lib.* 6. *promptuar. iur. tit.* 14. *qui adulterinam monetam cudunt, & ipsis, & qui eis in ea re ministerium exhibuerunt, manus amputantur.* Lex Longobardorum *lib.* 1. *leg. Longob. tit. de eo qui falsf. monet. fecer. l.* 1. à Rotario Rege lata, huic ferè similis: *Si quis aurum sine jussione Regis figuraverit, aut monetam confixerit, manus ei incidatur:*

datur. Et rursum *l. 2. eod. tit. Qui falsam cuderit, eadem pœna punitur, & consentiens 60. solidis componere debet.* Idipsum omne firmavit lege Carolus Magnus *in Carol. Magn. tit. de fals. monet.* Lege Ægyptiorum cautum, ut si quis monetam circumsideret, aut adulterinam cuderet, aut pondus, vel signa immutaret, aut falsis litteris inscriberet, aut de scripto demeret, aut falsas Syngraphas adferret, ambæ ei amputarentur manus, ut quæ corporis pars peccasset, per universam vitam lueret pœnam, cæteri quoque illa calamitate moniti, à simili scelere abstinerent. Diodor. Sicul. *lib. 2. Bibliot. cap. 3.* Sueci adulterinam monetam colliquefactam in falsarios vivos immittebant. In Gallia cacabis oleo bullientes plenis injecti necabantur. In Hispania laqueo suffocabantur. In Imperio Romano de jure novissimo flammis mancipantur. In Regno Neapolitano falsam monetam scienter expendens punitur pœna mortis, Vincent. de Franch. *dec. 401. num. 2.* Secus fider auctorem. Et si expendens est bonæ famæ, sufficit, si dicat, se ab alio accepisse, licet non recordetur à quo acceperit, *ibid. n. 2. & 3.*

69 Non omittendum personam adulterantis monetam considerandam esse, num impubes, num furiosus, num jussu alterius fecerit *l. 1. C. de fals. monet.* Lege Vuisigothorum, si servus circumcidisset, rapuisset, vel adulterasset solidos, ei dextera manus abscindebatur. Si ingenuus dives, mediam bonorum partem fisco debet, si sine bonis, in servitutem à Rege datur ei, cui elegerit Rex, *l. 2. de fals. metal. lib. 8. C. Vusigoth. tit. 5.* De prohibita pecunia, hoc est, de ea cujus usus interdictus est, notabilis Sanctio Constantini, & Juliani Cæsarum *in l. 1. C. si quis pecun. con. aut mercant. &c.* ne liceat alicui eam emere, vel veritam contrectare, quia eam in usu publico constitutam, pretium oporteat esse, non mercem. Placuit denique, ut si quis forsitan nummus præter eum, qui in usu publico perseverat, apud aliquem mercatorem fuisset invectus, fisci dominio cum omnibus delinquentis facultatibus vindicaretur. Philippus Pulcher, Rex Galliarum viginti octo auctores seditionis ob monetam laqueis suspendi, & necari jussit, quod non pateretur monetam ad justum pondus restitui, sed prieri num proprio uti vellent, teste Gaguino *lib. 7. in Phil. p. Fuler.*

70 Monetam auream, vel argenteam tondentes, fabricantes, colorantes, aut alias adulterantes, vel quomodolibet adulteratas scienter erogantes, aut exponentes, in Italia, piectuntur ultimo supplicio, licet Ecclesiastici sint, sive sæculares, sive quorumvis ordinum Regulares, etiam exempti, degradati prius ab ordinibus, si quos habent. Indices vero in hujusmodi monetarios delegantur in locis quidem immediatè, vel mediatè subjectis Ecclesiæ, Cardinales, in alijs vero intrà Italiam locorum Ordinarij, etiam privativè quoad omnes alios, Pius V. *const. 120.* quam confirmavit, & auxit Vrbanus VIII. *const. 75.* de qua non alibi.

71 Per *Extravag. un. de crim. fals.* qui Chymicum, sive Alchymicum aurum, vel argentum facit, aut fieri mandat, sequuto effectu, aut facienti ministrat scienter, & præsertim qui monetam ex auro, vel argento alchimico faciunt, seu fabricant, aut fieri mandant, incurrent pœnam infamiæ juris eo ipso, & tenentur pauperibus erogare tantundem probæ monetæ, seu ponderis metalli.

72 Quod ampliatur primo, ut procedat etiam de utente, sciente tali moneta, aut auro, vel argento alchymico in damnum tertij, ut docet Jo: Crot. *in tr. de testib. rubr. in caus. civil. quis possit esse testis n. 197.* Ampliatur secundò, quod licet illa pœna erogationis simplicis in pauperes ibi videatur indigere ministerio Judicis, atque ita sit ferenda sententia, tamen obligat in foro conscientiæ ante sententiam jure naturali, in quantum sit sequutum damnum tertij, cui restitui nequeat, ut quia, facta diligentia, adhuc sit ignotus. Si enim ei, vel hæredibus restitui potest, eisdem delinquens restituere tenetur per ea, quæ habentur *in cap. cum te de usur.* ibique Doctores, & à Lessio *lib. 2. c. 14. n. 49.* ac Molina *tom. 2. disput. 746.*

73 Id limitant plerique Doctores, ut hæc constitutio non absolutè damnet, ac puniat artem alchymicam, sed tunc solum, quando quis prætendit facere verum aurum, vel argentum, & illud pro vero expendere. Etenim hoc est peccatum grave injustitiæ, quia non potest efficere verum aurum, vel argentum, secus si tale pro tali venderet, id est pro alchymico, & non ad precium veri auri, vel argenti, quia non habet auri, & argenti perfectionem, neque virtutes, licet ad aliquid sit utile, ac participet multum de vero auro, argento, & ideo non licet solvere debita auro alchymico, ut per S. Thom. *2. 2. q. 77. art. 2. ad 1.* Et ita hanc sententiam tenent Alber. Brun. *in tr. de moner. augm. præsup. 1. n. 13,* Farinac. *q. 115. de crim. læs. majest.* Sylvest. *v. alchymia,* Crot. *loc. tit.*

74 Alij tamen tradunt, hanc extravagantem non damnare artem Chymicam, nisi quando vel fieret ope dæmonis, vel quando non valeret efficere verum aurum, & argentum. Si autem posset efficere, non esset prohibita, neque punita, quia dicunt, hanc artem faciendi verum aurum, & argentum esse possibilem, ac veram in se, licet in hoc, vel in illo non sit semper vera, de quo Picus *in tract. de aur.* Tabien *v. alchymia.* Oldrad. *cons. 74.* Fab. de Monte *tr. de empt. q. 5.* Abb. *in cap. 2. de Sortil.* & hanc communem ait Hieron. Zanet. *in tr. de for. conscient. num. 131.*

75 Inquiunt vero alij per hanc Extravagantem absolutè damnari artem alchymiæ, quia est exposita multis fraudationum periculis, & quod sæpè malus dæmon se illi operationi ingerat. Ita Sanchez *in decal. lib. 2. cap. 40. num. 51.* cum Valentia, & Pererio. Sed prima sententia, tanquam media, & distinguens, probabilior est, ac magis communis.

76 Subijcio sequentes declarationes S. Congregationis Immunitatis per hæc verba: *Essendo stati cargerati dalla Corte secolare di Mantona alcuni Sacerdoti con altri laici prete si monetarij, è poi tenuti nelle Carceri con licenza di Monsignor Vescovo in nome suo, dove tuttavia si custodiscono per maggior sicurezza. Ora egli supplica l'Eminenze Vostre per la risoluttione de sequenti dubbij.*

77 *Primo, se egli può formare il processo per l'interesse degli Ecclesiastici, è conoscere la causa congiuntamente con la Corte secolare per rispetto de laici.*

78 *Secondo, se può delegare per formare il detto processo insino alla sentenza esclusivamente il Giudice secolare.*

79 *Terzo, se facendosi il processo nella Corte Vescovale si possono communicare gl'inditij risultanti da quella contro i laici.*

80 *Quarto, se persistendo la Corte secolare in negare di communicare alla Corte Vescovale il suo processo nella parte concernente gli Ecclesiastici, mentre che all'incontro non si communichino parimente ad essa gl'inditij, che risulteranno da quello, che si formerà nel foro Vescovale, debba il Vescovo rilasciare i detti Sacerdoti, imperoche contro di essi non hà inditij, nè meno il corpo del delitto.*

81 *Sacra Congregatio &c. die 18. Julij 1651. ad primum respondit, non posse convinctum procedi, & sic spectare ad Ecclesiasticum.*

Ad Secundum negativè.

Ad Tertium pariter negativè.

Ad Quartum, non posse, sed potest facere diligentias solitas pro habendo corpore delicti.

82 Cæterùm moneta ad majestatis jura pertinet, ut licet colligere ex Aristotele *lib. 2. Oec. cap. 1.* ubi ad regiam administrationem illam refert. In Regno proinde pertinet ad Regem, in Aristocratia ad Optimates, in Politia ad populum, in Imperio Romano Germanico potestas illa est penes Imperatorem, & Imperij Status communiter, ut tradit Arnis. *l. 2. rel. pol. c. 6. num. 133.* In Regno Angliæ jus cudendæ monetæ ita proprium sibi Rex habuit, ut eam alibi, quàm in Turri Londinensi insigniri non passus fuerit, ut testis est idem Arnis. *lib. de jur. majest. cap. 7.*

83 Penes autem quoscunque potestas circa monetam summa est, illi non tantum monetam cudere, sed valorem etiam illi indere valent. Tanti enim moneta valet, quanti illi illam valere voluerint, qui etiam efficere possent, ut

coriaceus,

coriaceus, seu papyraceus nummus tanti valoris esset alicubi, quanti alibi aureus, vel argenteus. Ut tamen illius monetæ valor se extendat latiùs, quàm ejus, qui valorem hunc indidit, potestas, opus non est; unde & moneta alia, in cujus bonitate nihil desiderari potest; sæpè minus alibi, vel etiam prorsus nihil valet. Neque refert, sive illi, penes quos hoc majestatis jus est, ipsimet monetam cudendam curent, seu aliorum nummos recipiant, illisque valorem concedant. Sicut enim per hoc illorum Majestati, qui eam in Imperio Romano habent, nihil decedit, quod legum Pontificiarum aliquis ibi est usus, ita neque detrimentum aliquod illi accedit inde, quod monetæ Hispanæ, ac Turcæ usus ibi obtinet.

84 A quibus monetæ valor designari potest, in illorum quoque potestate situm est, eum mutare, augere, minuere. Nummus enim non natura, seu instituto constat, in nobisque est eum mutare, ac inutilem reddere, ait Aristotel. *5. eth. 8.* Hoc insuper innuit *2. Oecon. 1.* quando administrationem tegiam circa monetam complecti ait facere, ut nummi precioſi sint, & viles. At sicut temerè leges mutandæ non sunt, ita est probatæ monetæ valor non nisi gravi de causa est immutandus. Sine enim Reipublicæ incommodo vix illa continget mutatio, utpotè quæ pacta facit incerta, usum commerciorum impedit, liteſque parit, quorum incommodorum testimonium exhibet illa, quæ multis in locis non ita pridem mutatio monetæ contigit.

85 Apud eosdem etiam est inferioribus facultatem cudendæ monetæ permittere, qua ratione monetam cudunt plures Civitates, quas recenset Arnis. *lib. 2. de majest. cap. 7.* Ita & Antiochus, Demetrii filius, Simoni Sacerdoti, ac Principi cudendæ monetæ potestatem fecit, ut ex illius ad Simonem Epistola, quæ *lib. 1. Machab. cap. 15.* extat, videre licet. Hujus autem potestatis concessio, non est majestatis propriè communicatio. Siquidem illa stare potest, Majestate manente integra, cum qua tamen non stare potest communicatio. Si enim Rex aliquis potestatem cudendæ monetæ inferiori ita concederet, ut ipse eam, etiam Rege invito, usurpare posset, fieret quidem hoc Majestatis jus commune Regi, & alij; Majestas vero Regis salva non maneret.

86 Varia autem monetæ potest esse materia. Potest enim talis esse ferrum, apud Clazomenios *2. Oecon. 1.* Stannum, ut apud Syracusios *loc. cit. cap. 3.* Æs, seu Cuprum, ut etiamnum apud Suecos, Gallos, Italos, Corium, ut apud Spartanos, Charta, ut apud Tartaros Catharinos, qui cum præter Chartaceos quadratos, Regisque Sigillo impressos nummos alios non haberent, vetustate absumptos, in aulam Regis referebant, pro iisdemque novos recipiebant, ut refert Arnis. *lib. 2. de Majest. jur. d. cap. 7.* Aurum, Argentum, quæ duo posteriora monetæ materia sunt aptissima, cùm talia metalla apud omnes Saniores præciosiora sint. Ad monetæ materiam Aristoteles *lib. 1. Pol. cap. 9.* requirit, ut sit ex numero utilium adeo, ut, licet monetæ valor esse desinat, utilitatem tamen omnem non amittat, Hujusmodi sunt ferrum, argentum, aurum.

87 Antiquitus autem, & ab initio monetæ valor pondere, ac magnitudine fuit æstimatus, progressu verò temporis, ut homines molestia ponderandi ex parte levarentur, nota, seu signo definitus fuit. *Primò*, ait Aristoteles *lib. 1. Polit. 9. simpliciter [argumentum, vel aurum] magnitudine, & pondere definitum, postremò vero nota impressa, ut à ponderandi molestia liberaret. Nota enim posita est quantitatis signum.* Nota hæc apud varios varia fuit. Veteres enim Romani ex re pecuaria summ præcipuè quærentes victum, numimis effigiem bovis, ovis, & suis imponebant, ut testatur Plutarc. *q. Roman. 41.* Erat etiam illis numisma in parte una Jani bifrontis, in altera verò imagine proræ, seu puppis notatum, ut rursus testatur Plutarc. *loc. cit.* Primus in Græcia Philippus Rex Macedoniæ nummos sua signavit effigie, unde Philippæi nominati sunt, Sicut & Darii effigie, qui signati Darici vocati. Si-

militer & Imperatores Romanos suam monetæ effigiem impressisse, constat ex Matth. *cap. 2. v. 21.* Constantinus Magnus, ut refert Eusebius *lib. 4. de vit. Constantini 15.* aureis nummis imaginem suam ita imprimi curavit, ut pansis manibus instar præcantis Cœlum contueri videretur. Quod genus nummi hac effigie sculpti per omnes Imperii gentes volitavit.

88 Apud Hebræos monetam agni imagine notatam extitisse, videtur innuere vox *agnus*, fortè, quia Jacob. *Genes. cap. 37.* nummos agni imagine sculpserit. Siclis Hebræorum communiter impressa est una in parte imago urnæ, in quo Israëlitarum manna fuit recondita cum hac inscriptione: *Siclus Israel*, in altera vero florentis Aaronis virgæ effigies cum hac Epigrapha, *Jerusalem Sancta.* Andr. Masius *in cap. Jos. 7.* Siclum vidisse affirmat, ubi supra mannæ Calicem extiterint hæ duæ litteræ ש & ו quarum significationem esse existimat Salomon Rex, indeque monetam Salomonis fuisse auguratur. Reperti etiam sunt, ut testis est Waserus de nummis Hebræorum, nummi antiquissimi characteribus biblicis notati uno latere, *David Rex, & filius ejus Salomon Rex*; altero circa depictam arcem, *Jerusalem urbs Sancta.* Sicuti ob ipsam rerum permutationem introductus est nummi usus, ut habet Arist. *5. eth. 8. & 1. Polit. 9.* ut commodior fieri permutatio possit, varias illius esse species convenit. Apud Hebræos duplex extitit Siclus. *Communis*, qui quartæ Imperialis parti valore respondit, & *Sacer*, qui dimidiam illius partem æquavit. Si itaque tringinta denarii valore cum triginta Siclis Sacris conveniunt, in promtu est, Salvatorem nostrum quindecim Imperialibus venundatum esse, dicamus.

89 Nosse etiam expedit varios veterum conquirendi, & compilandi pecunias modos, quorum enarrationem non prorsus infructuosam esse, indicat Arist. *2. Oecon. 1.* quamvis omnes approbandi non sint.

90 Subditorum autem bona, quæ aliquando possidebant omnia sensim ad Imperantes pertrahebuntur. Fecit, hoc Cypselus Corinthius, cùm fecisset votum, se omnes Corinthiorum, ubi illorum urbe potiretur, quas tunc haberent, opes, Iovi esse consecraturum, voti compos factus, omnium describi jussit censum, ac decimam partem à singulis statim abstulit, atque omni periodo absoluta, idem fecit, idque iteravit toties, donec anno decimo bonorum omnium ab initio quæ habebant imperii dominus factus esset, ut habet Arist. *2. Oecon. 1.*

91 Bona publica & loca etiam Sacra vendebantur. Factum hoc à Byssantiis, qui cum opus haberent pecunia, ludos publicos, & loca Sacra vendebant, infructuosa in perpetuum, fructuosa ad certum tempus, Arist. *loc. cit.*

92 Bona exulum exulibus iterùm divendebantur. Fecit hoc Lygdamis, qui cum nemo, nisi exiguo admodum pretio exulum bona vellet, illa iterùm exulibus majori pretio vendidit, Aristotel. *ibi.*

93 A mercatoribus, quæstus pars tertia exigebatur. Fecere hoc Byssantii, qui ab illis, qui medicamenta, & hujusmodi generis alia in foro exponebant venalia, tertiam quæstus partem poscebant, Aristotel. *eo loco,*

94 In numerum civium certa ob pecuniæ summam recipiebantur, qui aliàs secundum legem recipi non poterant. Hoc iterùm fecerunt Byssantii, apud quos, cùm lex esset, pro cive habendum non esse, qui non utroque parente cive natus esset, cùm aliquando pecunia deficeret, decretum fecerunt, illum etiam pro cive habendum esse, qui altero saltem parente cive natus esset, modo tringinta minas persolvisset, Aristotel. *supra,*

95 Tampro mortuo, Tampro recens nato pecunia postulabatur. Factum hoc ab Hippia Athenienſi, qui Sacerdoti Minervæ præcepit, ut præter certam tritici, ac hordei mensuram, tam pro mortuo, quàm recens nato, obolum poscceret, Aristotel. *eodem in loco.*

96 Tam ratione bonorum, quàm ratione capitum tributa poscebantur. Fecere hoc Athenienſes, qui cum ad belli usum opus haberent pecunia, jubebant, ut unusquisque

quantum in bonis haberet, indicaret, qui verò nihil in bonis habebant, duas conferre minas jubebantur, Aristotel. *ibidem.*

97 Sumptus cultui Sacto dicati subtrahebantur. Fecit hoc Antissæus, qui cum pecunia indigeret, & moris esse sciret, cives Bacchanalia splendide facere, magnosque de totius anni apparatu sumptus in rebus aliis, tum victimis impendere, auctor fuit, ut in festo hoc approximante, unusquisque hisce usibus destinata venderet, votumque faceret, se anno proximo duplicata moneta Bacchol. latutum esse, Aristotel. *in loc. alleg.*

98 Sumptus sacri minuebantur. Fecit hoc Rex Ægyptiorum Taos, qui suasu Chabriæ Atheniensis mandavit aliquando Sacerdotibus, ut decimam saltem partem rebus sacris impenderent, residuumque sibi mutuo darent, donec bellum contra Regem Persarum susceptum fæliciter esset finitum, Aristotel. *cit. in loco.*

99 A Sacerdotibus pecunia extorquebatur Fecit hoc iterum Taos, qui cum exercitum educeret, pecuniaque se opus habere intelligeret, Sacerdotibus denunciari jussit, propter necessarios belli sumptus necessario numerum Sacerdotum minuendum esse. Quibus auditis, singuli Regi offerebant pecunias. Simile quid fecit Alexander, qui Sacerdotibus convocatis indicari jussit, inæquales propter sumptus Sacerdotum, & favorum numerum esse minuendum. Quod cum revera ipsum facturum esse, Sacerdotes existimarent, ægrè ferentes à muneribus suis removeri, publicas, & privatas attulerunt pecunias, Aristotel. *loco sæpius citato.*

100 Pretio rerum usitato aliquid adhuc addebatur, quod sibi deposcebant Imperatores. Fecerunt hoc Lapsaceni, jubentes ad singulos vini, aliarumque rerum modios tres adjiciendos obolos, qui in Lapsacenorum cedebant usum, usitatum verò pretium in venditorum, Aristotel. *ibid.*

101 A rebus, quibus homines in primis delectari sciebant, pecunia exigebatur; Ita Condalus Muloli Præfectus cum Lycios capillis admodum delectari cerneret, litteras à Rege allatas esse dixit, præcipientes, ut capilli illorum ad σφενδονήτας mitterentur. Quod si vero juxta capita postulatam pecuniæ summam mallent contribuere; se curaturum esse promittebat, ut ex Græcia capilli adportarentur: Hi autem libenter agenti quidquid postulabatur, conferebant, ac ita magna ab hominum multitudine copiosa pecunia colligebatur, Aristol. *loc. cit.*

102 Jejunium imperabatur, ac exinde pecunia colligebatur. Ita Lacedemonii, cùm peterent Samii, ut ad recuperandam patriam conferrent pecuniam, unum per diem, & dominos, & alios, & jumenta jejunare debere præceperunt, tantumque unumquemque Samiis dare jusserunt, quantum absque jejunio, si fuisset consumptum esset, Aristotel. *loc. cit.*

103 Pecunia semel collata reddebatur, ut deinceps eo largiùs conferrent. Fecit hoc Dionysius, qui cùm ad triremium ædificationem pecunia sibi opus fore prævideret, convocatis civibus, urbi cuidam proditionis periculum imminere dixit, postulans, ut à singulis duo conferrentur stateres. Vix autem duorum, vel trium dierum cum interveniisset spatium quasi esset deceptus, unicuique id, quod contulerat, non sine eorum, qui dederant, laude restituebat. Mox cùm iterum conferre jussi, spe recipiendi largiter conferrent, ad triremium ædificationem id retinuit, Aristotel. *loc. cit.*

104 Surbornabantur qui publicè semultum pecuniæ collaturos prompti pollicebantur. Fecit hoc Mausolus, qui, cum Rex Persarum per legatos pecuniam poscerer, id ditissimis convocatis statim manifestabat, inter quos subornati, qui erant, certam pecuniæ summam se collaturos promittebant, quo facto, opulentiores partim metu, partim pudore plus contulerunt argenti, Aristotel. *loc. cit.*

105 Reipublicæ salutem pecuniam maximè effligitare simulabatur. Fecit hoc iterùm Mausolus, qui super Mylisenses, ut quantum quisque posset pecuniæ conferret, ut Regni Metropolis, quam Rex Persarum obsidione cingere cogitaret, mœnibus muniri posset. Accepta autem pecunia Deum nolle hoc tempore mœnibus urbem circumdari, affirmabat, Aristotel. *loc. cit.*

Debita aliorum mutuo sumebantur. Hoc fecere Chij 106 qui in defectu pecuniæ debita describentes jubebant debitores, ut pecunias, quas haberent mutuas, civitati commodarent, Aristotel. *loc. cit.*

Valor monetæ augebatur. Fecit hoc Dionysius, qui 107 cum cives mutuo datam repetoscerent pecuniam, omnes ad se argentum deferri, ex eoque nummum cum duplicato valore cudi jussit, ut nimirum denarius unus duorum contineret valorem. Arist. *loc. cit.* Hoc modo opprimuntur in Republica pauperes, ac divites, non veteri illa fraude, quæ patebat, sed nova, & subtiliori. Quis enim Hippiam imitatur, aut Leuconem, de quo recensel Polyænus *lib. 6. stratag.* Eum jussisse, ut quilibet adferret nummos alia forma excludendos, cùm attulissent, recudit, & novam monetam duplici precio esse jussit, sibi itaque dimidium retinuit. Damno vero cives affecit, quia apud exteros nonnisi consueto precio accipiebantur, nec diuturna esse potuit, tam aberrans à communi æstimatione constitutio.

Argentum purum quoque colligunt, opera etiam 108 Iudæorum, idque permiscent, ut interdum dimidio majus precium efficiant. Hinc tot nummi adulterini, nummulique, qui passim vetantur, & obtruduntur. Romanos tamen imitatos Castellæ Reges, ait Mariana *lib. de ponder. & mensur. c. 22. Et quidem tanta varietatis causam inveniebam inopiam aurarij exstitisse; nam ea supplenda Reges sæpè ponam, ac bonitatem monetæ minuerunt, valore antiquo recento, quod iniquum est, neque nisi asperrimis Reipublicæ temporibus usurpandum, præsertim cùm commercia impediantur moneta adulterata, neque diuturna respiratio sit, sed brevissima nova pecuniæ valore cum pondere, aut bonitate brevi etiam imminuto. Quod omnibus temporibus, & apud omnes gentes contigisse observamus.*

At non id tulit Nerva Coccejus Imperator, cujus ad- 109 miranda probitas, & in hoc etiam emicuit. Nam civibus Romanis cum magna laborarent egestate, non tantum agros ad sublevandam penuriam distribuit, sed vestes suas proprias, vasa argentea, atque aurea reliquamque supellectilem vendidit, atque aliis summa benevolentiâ erogavit, ut ait Dion.

Marcus Antonius quoque Imperator cognomento 110 Philosophus, Cum in conficiendo bello pecuniæ deficerent, omnia aurea vasa, argentea, crystallina, & myrrina cum omni principali supellectile ornatuque conjugis, publicè vendidit, ne tributa imperando civitatibus, aut provinciis esset gravis, Sabell. *lib. 4. Enn. 7.* Exempla certè digna Principum Christianorum imitatione.

Vilior monetæ materia substernebatur. Fecere hoc 111 Clazomenii, qui cùm nomine stipendii militibus multum deberent, ferreos cudebant nummos. Dionysius, cùm argentario destitutus esset præsidio, stanneos cudi jussit nummos. Timotheus Athenienses eandem ob causam æneum nummum fecit, quo tamen militibus omnia in sua regione venalia esse volebat, Aristotel. *loc. cit.*

A pecoribus magna, & crebra postulabantur tribu- 112 ta. Constat hoc ex facto Dionysii, qui tot à pecoribus tributa proscebat, ut illa alere etiam Siracusii desinerent, Aristotel. *loc. cit.*

Qui capite erant puniendi pecunia mulctabantur, 113 Ita Cyzizeni, cùm exorta seditione divites carceri essent inclusi decreverunt, eos non interficiendos, sed pecunia mulctatos in exilium pellendos esse, ut militibus debitum persolvere possent, Aristotel. *loc. cit.*

Ab

114 Ab utraque parte litigante pecunia sumebatur. Fecit hoc Aristoteles Rhodius, qui pecunia opus habens, à Phocensibus in diversas partes abeuntibus pecuniam accepit, ac utrique parti favorem in judicando promisit. Idem cum plurium controversiarum dijudicationem ad se reciusset, ab utraque parte pecuniam sumebat, Aristotel. *loc. cit.*

115 Ab initio certa pecuniæ summa deinceps, & reliqua auferebatur. Fecit hoc Dionysius, qui capto Mesio, se non spolijs urbem expositurum esse dicebat, modo belli sumptus refunderent, & juxta singula capita tres minas darent. Quæ omnia cum essent soluta, reliquum quod erat, id etiam auferebat, ipsosque cives vendebat, Aristotel. *loc. cit.*

116 Homines in securitate iterùm viventes, omnibus rebus privabantur, Fecit hoc Mentor, qui, capto Hermia, demum cum homines in securitate rursus viverent, idque, quod occultaverant, & apud externos deposuerant repetiisset, quidquid habebant, abstulit, Aristotel. *loc. cit.*

117 Tanta pecuniæ summa deposcebatur, quanta non dari poterat, modo ut id, quod vellent obtinerent. Documentum hujus rei dedit Enæus Syrus, ut legitur apud Aristotel. *loc. cit.*

118 Tandiù aliqui civium carceri inclusi detinebantur, donec postulatam pecuniam reliqui solvissent. Fecit hoc Rex Thraciæ, cum Perinthii mutuam pecuniam dare recusarent, ut cives mitterentur præsidiarii rogavit, quos custodiæ tradatos tandiù detinendos esse significabat, donec pecunia postulata esset allata, Aristotel. *loc. cit.*

119 Pars stipendii militibus subducebatur. Ita Alexander quotannis militibus ex dierum subduxit stipendium. Cleomenes quoque unius mensis stipendium illis subtraxit, Aristotel. *loco cit.* At de his satis. Alia enim exempla injustè, ac justè acquirendi pecunias exhibet Tholosanus de Republ. *lib. 3. cap. 6.* Hoc tamen non omittam. Accuratam monetæ rationem habere, omnesque circa eam fraudes, ac iniquitates severis pœnis coërcere, inter boni Principis notas haud postrema est.

CONSULTATIO III.

De executione animalium Ecclesiasticorum, facta à commissariis, sive Curia sæculari, ac de censuris ab iis incursis, deque ab illis absolutione, ac quomodo absolvendi, præsertim in materia recursus ad tribunalia laica.

SÆpè id accidit, unde Curiæ Ecclesiasticæ declarare debent excommunicatos hujusmodi executores, qui aliquando appellant ad forum Auditoris Cameræ, à quo absolvuntur cum reincidentia. Sed quia Auditor Cameræ in materia jurisdictionis, ac immunitatis Ecclesiasticæ caret jurisdictione, ideò recurrendum est ad S. Congregationem Immunitatis, quæ aliquando causam cognoscendam ad ipsum Auditorem Cameræ remittit, suspensis tamen censuris usque ad finem litis. Vigore hujus Rescripti Auditor Cameræ, servatis servandis, procedit ad prolationem sententiæ condemnatoriæ contra eosdem executores ad restitutionem animalium, declarando illos excommunicatos in casu non restitutionis. Ab hac sententia iterùm recursum habent ad dictam S. Congregationem pro censurarum Auditoris Cameræ suspensione, quo in casu non sunt audiendi, sed rescribendum est, ut censuris pareant.

2 Quia validæ ac justæ illæ fuerunt, ut de jure præsumitur, quibus propterea omnino parendum est, cum præsertim latæ fuerint pro defensione libertatis, ac immunitatis Ecclesiasticæ adversus ministros laicos, illam perturbantes, quo in casu non datur appellatio suspensiva publicationis, ut ex mente S. Congregationis Immunitatis testatur Sperel. *decis. 48. num. 49. & decis. 160. numer. 56. & seq.* ac nos alibi: Cumque agatur de censuris accitatè, ut sui moris est, prolatis in Curia Romana, & in foro Auditoris Cameræ, non est facilè concedenda absolutio cum reincidentia ejusmodi excommunicatis, ut demum resipiscant, quemadmodum de censuris latis in Curia firmat Ubert. *de citation. cap. 15. nu. 39. quæst. 3.* Vel saltem, nonnisi causa cognita, & data cautione de parendo, ut per Seraphin. *decis. 432. nu. 1.* ac Pegn. *decis. 224. nu. 8.*

Eoque minus concedenda est absolutio, si ejusmodi executores appareant incorrigibiles, ut si nimirum condemnati à foro Ecclesiastico, recursum habuerint ad tribunalia sæcularia, à quibus, extortis litteris hortatoriis, illas Curiis Ecclesiasticis intimarunt, in quo casu novis censuris, in Bulla Cœnæ Domini fulminatis, legati sunt, ut per Bonac. *de censur. in Bulla Cœn. disp. 1. q. 17. nu. 4.* ac Delben. *de immun. Eccles. cap 9. dub. 5. nu. 13.* Sicque non sunt absolvendi, sed aggravandi, dùm illis, diù substinendo parvi pendere videantur. Rot. *dec. 257. num. 1. p. 8. rec.* Otthobon. *dec. 196. nu. 2. & seq.* Etenim si dicti recurrentes consequerentur absolutionem, non restitutis rebus in statu, in quo erant ante recursus, acquirerent saltem indirectè aliquod jus ex dictis recursibus contra mentem sive Pontificis, sive S. Congregationis, quæ censetur dictam absolutionem demandasse juxta juris communis dispositionem *cap. causam, quæ,* ibique Felin. *num. 5. de rescript* Roman. *cons. 234. num. 1.* Ferret. *cons. 308. nu. 5.* ac Rota in Ianuen. pecuniarum, seu prætensorum attentatorum 20. Aprilis 1630. coram Dunozet. quo attento, absolutio à censuris ob recursus ad Judices laicos non concedatur, nisi præcedat satisfactio de injuriis, damnis, ac interesse, quæ pars ob hujusmodi recursus passa fuit, *cap. quoniam §. si quis vero,* ibique Glos. *v. satisfactum de immun. Eccles. num. 6.* & Anchar. *nu. 2. in 7. notab.* Monach. *numer. 19.* Archid. *in cap. quamquam in fine de censib. in 6.* ac Rota in Ulyssiponen professionis 27. Martii 1637. & in Pampilonensi electionis Canonicorum 11. Maii 1640. coram eodem Dunozet.

Idque præsertim si agatur de laicis Regnicolis, contra quos praxis est, ut procedatur per censuras, ut de consuetudine testatur Clar. *§. fin. quæst. 37. num. 8.* Decian *in prax. crim. quæst. 64. cap. 26. num. 15.* ac generaliter Boer. *decis. 264. num. 3.* Guidopap. *singul. 220.* & egregiè M. Franch. *decis. 448. num. 2. & 3. lib. 1.* licet de jure secus dicendum esset, ut per Sperel. *dec. 4. numer. 4.* Ciarlin. *contr. for. cap. 50. num. 34. lib. 1.*

CONSULTATIO IV.

An homicida, qui confugiens ad Ecclesiam, ibique periculoso morbo ager, obtinuit à Iudice sæculari generalem salvum conductum, sive securitatem per mensem, possit jam convalescens, mense nondum elapso, comprehendi, & in carceres sæculares ab eo conjici, ubi ad rem decreta S. Congregationis Immunitatis.

REspondeo negativè, & dictum Iudicem incidere in pœnas in Constitutione Gregorii XIV. *de immun. Eccles.* contentas, quia ex hujusmodi fraudulenta extractione spoliata est Ecclesia, & læsa immunitas Ecclesiastica; atque adeo debet redintegrari cum actuali restitutione extracti, & condemnatione Iudicis sæcularis ad refectionem damnorum.

Et quamvis videatur inspiciendum, an delictum 2 commissum sit exceptum in dicta Constitutione Gregoriana, atque adeo, an hic homicida gaudeat immunitate, hæc tamen inspectio tunc facienda est, quando agitur de extrahendo reum, servatis servandis, ab Ecclesia. Sed quando agitur in casu, quo Iudex laicus de facto, violenter, aut per fraudem extraxerit confugientem ad Ecclesiam, omissa quacumque inspectione, an reus gaudeat, vel ne, deveniendum est de facto ad redintegrationem Ecclesiasticæ immunitatis, & ad restitu-

restitutionem extracti Ecclesiæ spoliatæ, cognito duntaxat de violenta, vel fraudulenta extractione, etiam si delictum esset de exceptis per text. *in can. miror. 27. quæst. 4.* ibi: *Ecclesiæ igitur illatum revoca, quem ne irreligiosissimus rapuisti,* ubi Gloss. & Archid *num. 2.* ac Bellam. *num. 1.* atque ita indistinctè firmant Genuens. *in prax. cap. 22. num. 6.* Remig. *de immun. Eccles. quæst. fin. num. 2.* Suar. *in prax. p. 1. tom. 1. ca. 5. §. 5. num. 16.* Ambrosin. *de immunit. cap. 15. num. 7.* Mastrill. *decis. 169. num. 12. ac seqq. lib. 2.* Mar. Ital. *de immunit. lib. 1. cap. 6. §. 2. num. 82.* Farinac. *de immunit. num. 339.* Guazzin. *defens. 1. cap. 31. num. 10. & seq.* ac decernit dicta Constitutione Gregoriana, ubi amplius exprimitur, etiam si delicta sint notoria, & excepta ab ipsa Constitutione, extrahi non posse confugientes ad Ecclesiam à Judicibus laicis, nisi prævia licentia Episcopi, ac interventu personæ Ecclesiasticæ.

2 Atque ita declaravit sæpiùs S. Congregatio Immunitatis per hæc verba: *Extractus à Curia sæculari debet restitui eidem Ecclesiæ, etiam supervenientibus probationibus super aliis delictis. die 8. Decembris 1632. in Januensi.*

4 *Et deinde extrahendus est, servatis servandis, juxtà formam Bullæ Gregorianæ die 13. Novembris 1663. in Mediolanensi.*

5 *Si delinquens injuriosè extrahatur ab Ecclesia, restituendus est idem Ecclesiæ, etiam ab eo, qui non extraxit, si detinet, non Episcopo, vel alteri Ecclesiæ, nisi de licentia S. Congregationis, S. Congregatio super Episcopis in Boiensi 10. Februarii 1604. & in Asculana 14. Maii 1613.*

6 *Si reus non fuit extractus, servatis servandis, sed postea constiterit, eum commisisse aliquod ex delictis exceptis, restituitur quidem Ecclesiæ, sed statim consignatur Curiæ sæculari S. Congregatio super Episcopis in Montis Peluſii 5. Februarii 1604.*

7 *Idem de eo, qui fuit extractus ante licentiam, eadem S. Congregatio super Episcopis in Regiensi 23. Aprilis 1602.*

8 Non obstat, quod reus non fuerit per vim extractus ab Ecclesia, sed à sua domo. Quia cum ipse ab Ecclesia non sua sponte discesserit, sed sub fide, ac securitate sibi à Judice laico data, perinde est ac si violenter esset extractus cum in hoc casu æquiparetur vis, ac fraus, & Sacri Canones, Sacræque Constitutiones de hac re loquentes procedant, sive directè, sive indirectè sequatur extractio, per *text. in l. Præsenti §. ex his ergo C. de his qui ad Eccl. confug.* ibique Glossa, & Doctores, ac tradunt in specie de hujusmodi salviscondictibus, promissionibus impunitatis, ac securitatibus, Cyn. *in d. l. Præsenti num. 5.* Navar. *in man. cap. 25. num. 22.* Azor. *inst. moral. p. 2. lib. 9.* Covarruvias, Chartarius, Gomez, aliique, quos refert, ac sequitur Farinac. *tit. de reo confesso quæst. 81. num. 282.* ac de *immunit. toto cap. 19.* & Ambrosin. *de immunit. cap. 11. num. 7.* Atque adeo declarandum est, dictum Judicem incurrisse in pœnas, quas decernunt Sacri Canones, Concilia & Constitutiones Apostolicæ, ut per Farinac. *de immunit. quæst. 20.* & declaravit S. Congregatio Immunitatis in hunc tenorem: *Extrahentes indebite, vel apponentes custodias loco immuni, sunt excommunicati* in Aprutina die 1. Octobris 1641. in Neapolitana die 2. Junii 1632. in Andriensi die 6. Februarii 1635. in Bitettensi die 22. Maii 1635. in Theatina die 20. Junii 1651. ac alibi passim.

9 Quod verò ad refectionem damnorum extracti, condemnandus quoque est idem Judex, ut in hac specie firmant Jodoch. *in prax. crimin. rubr. de vol. templ. cap. 106. num. 4.* Suarez. *de Relig. lib. 3. cap. 13. num. 7. & 8. ac seqq.* Ambrosin. *de immunit. cap. 15. nu. 7.* Farinac. *tit. de carcer. quæst. 28. num. 3. ac de immunit. q. 20. num. 321.* aliique ab eo allegati.

10 Minus obstaret, si pro alio delicto antea commisso, in carcerem detruserit. Nam, etiamsi plura perpetraverit delicta, etiam excepta, pro omnibus immunitas suffragatur, Tusch. *v. Immunitas concl. 353.* Chartarius, Ambrosinus, Farinacius, & alii *locis citatis*, & S. Congregatio *ubi supra*, sicut pro omnibus suffragatur salvus conductus, quia fuit generalis pro qualibet causa. Atque ita etiam declaravit S. Congregatio Immunitatis in Ariminensi 3. Maii 1628. scilicet confugiens exiens cum salvo conductu, & carceratus à Curia laicali, est restituendus.

CONSULTATIO V.

Quale homicidium privet immunitate Ecclesiæ?

QUotiescumque homicidium non est qualificatum 1
aliqua qualitate excepta in Constitutione Gregorii XIV. *de immun. Eccles.* nec concurrunt probationes validæ, ac sufficientes, nedum respectu qualitatis, sed neque respectu delicti, sive circa locum delicti, præsensus homicida gaudet immunitate Ecclesiæ.

Et licet ex eo, quod constet de amicitia, quæ præsumitur, non probata inimicitia, & præsumptio amicitiæ sufficiat ad tollendum indicium, quod ex inimicitia oritur juxta adducta per Honded. *cons. 107. à num. 27. lib. 1.* Atque hanc esse probationem sufficientem, asserat Peregrin. *de immunit. cap. 3. num. 6.* & deducitur ex Epistola S. Congregationis super Episcopis sub die 16. Decembris 1596. missa Episcopo Papiensi, in qua scribitur, *che se bene i Vescovi non sono meri esecutori della Bolla di Gregorio XIV. ma hanno facoltà dichiarirsi della verità, e qualità del delitto per quella via, che giudicheranno più sicura, in tal caso debbono procedere più sommariamente, che sia possibile,* Ac item refertur decretum ejusdem S. Congregationis sub die prima Augusti 1619. pro Episcopo Catalensi, ut extra judicialiter se informet, quantum ad animum suum movendum sufficit, nec non quædam relatio Roberti Hermanni *cent. 45. lib. 2. num. 10.* in qua dicitur, se audivisse à Cardinali Mellino, quod S. Congregatio pluries declaraverit, sufficere talem qualem informationem extrajudicialem. Attamen contra reum, maximè ad effectum privandi illum immunitate, id non suffragatur, cum qualitas excepta in dicta Constitutione Gregoriana sit plene, & concludenter probanda, non per indicia, & conjecturas, ut defendit Farinac. *cons. 168. à nu. 8.* & nos alibi fusè, ea præcipuè ratione, quia qualitas adimit jurisdictionem ab Ecclesiastico, illamque transfert in laicum, qualitas assassinii, & proditionis est separabilis, Ciarlin. *contr. 10. num. 104.* idem Farinac. *cons. 57.* & Constitutio loquitur conditionatè, & materia est præjudicialis Ecclesiæ, Farinac. *de immun. num. 374.*

Neque ex eo, quod nulla inimicitia inter occisorem 3
& occisum intercesserit, qualitas proditionis deducitur, ut per Thom. Delben. *de immunit. tom. 2. cap. 16. dub. 20. sect. 7.* Vndè passim admittitur, quod amicum reconciliatum occidens, etiam à tergo ac per insidias, immunitate gaudeat, ut per Dian. *p. 1. tract. 1. de immun. resol. 35.* & de inimico sub fide jussione *p. 4. tract. 1. resol. 34.* cum aliis per Thom. Delben. *loc. cit. sect. 3.* & latè Sperel. *dec. cit. à num. 4. lib. 1.* ubi *num. 13.* firmat, amicitiam necessario esse probandam, & ideo non sufficere non esse inimicum.

Quare dici non potest, homicidium proditorium, si à 4
tergo occisor percusserit, etiam ex causa præcedenti, ac præmeditata, Bartol. *in l. respiciendum §. delinquunt ff. de pœn. num. 1.* Gratian. *discept. 619. num. 23.* Ricc. *dec. 80. p. 1.* Giurb. *cons. 60. num. 4.* Farinac. *cons. 136. num. 4.* Rovit. *pragm. 11. num. 56.* Quia ubi adest aliqua inimicitiæ causa, qualitas proditionis excluditur, Ricc. *d. dec. 168. num. 6.* Giurb. *loc. cit. num. 14.* Etiam si frater fratrem occidat, Giurb. *cons. 20. num. 14.* Campanil. *resol. 16. num. 6.* Rovit. *super rubr. de abol. d. pragm. 11. num. 78.* Et quamvis proditio supponat amicitiam, non tamen infertur ab ipsa sola ex allegatis a Ciarlin. *contr. for. cap. 10. num. 112. ac seq.* sed etiam requiritur sub externis amoris signis amicum circumventum esse, & ad discrimen non præmeditatum sub amicitiæ velamine seductum juxta ea, quæ in hac specie immunitatis congerit Gratian. *discept. 380.* Guazzin. *defens. 1. c. 38.* Ciarlin. *loc. cit. cap. 150. num. 84.* Sperel. *decis. 23. num. 14.* & Vermiglioli. *cons. 91. num. 10.*

5 Sicque homicidium potius præsumitur commissum in rixa ex juris dispositione, ut per Giurb. *cons. 2. num. 13. 15. & seq. & cons. 51. num. 2. & cons. 82. num. 9. & 11.* sufficiqueque levis causa, ut non dicatur proditorium, ut si nimium promptum non fervetur, quæ causa apta est provocare, ac iram movere, ut in hac specie Mangon. *dec. Lucen. 100. n. 7. & 18.* ubi, quod non observans promissa novam cautam tribuit offendendi, ita, ut offensor, excusetur à ruptione pacis, violatione fœderis, vel cautione data de non offendendo, Barbaz. *cons. 145. n. 28.* Farin. *q. 107 n. 492.*

6 Quinimmo nec quælibet amicitia sufficit, sed ea requiritur, ut amicus illi adeo adhæreat, quod omnino se tutum habeat in amicitiæ lege ex tribus actibus comprobata, ut sub colore amicitiæ homicidium dici possit esse commissum juxta doctrinam Bart. *in d. l. respiciendum §. delinquunt n. 1. ff. de pœn.* cum aliis per Franch. *dec. 113. à num. 14.* Gratian. *discept. 619. numer. 29.* Undè exemplum afferunt Doctores in eo, qui amicitiam simulans simul comedit, versatur, & itineratur, Marin. *resol. 174. num. 3.*

7 Idque, etiam si fuerint affines, si litem aliquam contraxerint vel super toto, vel super majori parte patrimonii. Quod indicium inimicitiæ, etiam capitalis præferre, probant congesti per Fariuac. *in pr. crim. q. 49. à n. 2.* Vel si notitia, & scientia inimicitiæ ad occisum pervenerit, vel de insidiis, etiam sine externis signis. Id enim sufficit ad tollendam qualitatem proditionis, quamvis amicitia, & mutua familiaritas præcedens probaretur, ut ferè in his terminis probat Ciarlin. *d. contr. 10. sub n. 116. ac seq.* Cùm tamen ad hanc ipsam proditionis exclusionem solum rumorem præcessisse sufficiat, considerata maximè notitia in occiso. Ex enim scientia tenebantur præcavere juxta adductos *in d. cons. 76.* Farinac. *n. 15.* Dian *p. 6. tr. 1. resol. 10.* Delben. *c. 16. dub. 30. sect. 2. n. 5.* Quod facilius procedit respectu sociorum homicidæ, si non probantur conscii, ac occidisse, Guazzin. *p. 1. defens. 38. n. 42.* quem sequitur Ciarlin. *d. cap. 10. n. 218.* Ubi itaque comperitur causa, quæ potuit provocare occisorem, non datur homicidium præmeditatum, nec dicitur dolo commissum, ut ex pluribus Farinac. *q. 91. n. 2. & seq. & q. 126. n. 3. &* 6. Giurb. *cons. 63. n. 14.* Satisque est, præcessisse tale, quod provocet, ac præcipuè sanguinem ebullientem, ut considerat Oddus *de restit. in integr. p. 11. q. 80. num. 10.* Diciturque præmeditatum, quando præcedit deliberatio, ut explicat Farinac. *quæst. 125. n. 9. & seq.* & melius Clar. *§. homicidium n. 80.* ubi, quod deliberatio requirit spatium distinctum ab ipso actu homicidii, Boss. *eod. tit. 5. 52. 58. & 61.* Surd. *cons. 33. nu. 4. & cons. 40. nu. 29.* Giurb. *cons. 82. nu. 26.*

8 Si igitur non potest supponi præmeditatum, qualitas proditionis cessat, ut per Farinac. *d. q. 126. n. 14.* ubi, quod homicidium proditorium species est homicidii præmeditati, cùm præmeditatum distinguatur in assassinium, proditorium, aut per insidias, Ayer. *de homic. p. 2. num. 104.* Caball. *tr. de omnigen. homicid. n. 396.* ubi, quod homicidium proditorium à fortiori dicitur deliberatum, ac præmeditatum, & rursus sub *n. 397.* quod proditio utrumque continet, scilicet animum deliberatum & qualitatem proditionis adeo, ut possit dari homicidium deliberatum sine præmeditatione, sed non homicidium proditorium sine deliberatione, quod tertio confirmat *n. 399, & numero seqq.*

9 Neque ulla habenda est ratio de testibus, à Fisco laico examinatis, super qualitate excepta, nisi examinentur coram Ordinario Ecclesiastico servatis servandis, dilationibus datis, & admissis defensionibus, & quidem antè extractionem ab Ecclesia ita, ut postea remissio inde non impediatur, ut per Farin. *d. cons. 168. n. 4.* ubi contraria reprobatur, ac *in append. c. 22. n. 376.* præcipuè si pro reo

sit facta comparitio, ac instantia, Dian. *p. 4. tr. 1. resol. 112.* Quinimo etiam si adesset probatio dictæ qualitatis, si tamen facta est post extractionem ab Ecclesia, est invalida, neque impedit restitutionem, ut per Donat. Ant. de Marin. *resol. quotid. lib. 1. cap. 176.*

Et etiam si comprobetur, delictum patratum fuisse pro- 10
pè Ecclesiam animo confugiendi ad Ecclesiam, adhuc non indè resultaret qualitas privativa immunitatis. Quia Constitutio Gregoriana, excipiens casum delicti commissi in Ecclesia, vel cœmeterio, alios in aliis locis etiam quæ sint de Ecclesia non comprehendit, Ricc. *p. 3. dec. 250.* in casu delicti commissi in atrio Ecclesiæ, ubi *n. 2.* etiam si in ostio Ecclesiæ, Dian *p. 3. tr. 1. resol. 39.* de delicto commisso in scalis, in atrio, & super tectum, vel in ostio Ecclesiæ etiam si postea ad Ecclesiam confugiat, & latissimè in terminis scalarum Sperel. *dec. 60. signatè nu. 39.* ubi advertit Farinacium recessisse ab opinione, quam tenuit in praxi, stante Constitutione Gregoriana, consulendo pro immunitate *cons. 76. sub n. 14.* & de homicidio commisso in Sacrario, sive Sacristia, idem Sperel. *dec. 61.* de quibus nos etiam alibi.

Delinquentem verò propè Ecclesiam, & ad illam sta- 11
tim confugientem gaudere immunitate, negant Ost. *in sum. tit. de immun. Eccl. §. in quantum n. 8.* Anchar. *in d. c. fin. n. 3.* Boich. *in c. Ecclesiæ n. 11. eod.* & alii, quos sequitur Remig. *de immun. fall. 2.* Navar. *in man. cap. 25. var. resol. lib. 2. c. n. 14.* & decernit textus *in c. fin. de immun. Eccles.* Ambrosin. *de immun. c. 5. à n. 4.* Thom. Delben. *eod. tr. cap. 16. dub. 19. sect. 6.* ubi plures casus recenset, qui omnes reprobant, quod delictum fuerit commissum animo confugiendi ad Ecclesiam vicinam, & nominatim Sperel. *d. dec. 60. n. 18.* ubi ait, assumptum non esse tutum, nec spe delinquentis murari, & variari posse Gregorianam Constitutionem. Quod repetit *decis. 61. n. 6.* de qua re nos *tom. 1.* Et quamvis Sacr. Congregatio super Episcopis in Parmensi die 9. Septembris 1593. declaraverit, Bullam Gregorii XIV. non derogare dispositioni juris communis *in cap. fin. de immunit. Eccles.* quod non gaudeant immunitate ii, qui homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis, vel earum cœmeteriis committere non verentur, quæ nisi per Ecclesiam, ad quam confugiunt crederent se defendi, nequaquam fuerint commissuri. Nihil enim aliud fecit Bulla, nisi reducere ad casus in ipsa contentos omnia privilegia, de quibus ibi mentionem facit. Nihilominus tamen Sacr. Congregatio Immunitatis re maturè discussa, pluries contrarium declaravit, cujus declarationes *d. tom. 1.* adduxi.

Textus vero *in d. cap. fin.* loquitur de illis, qui ex in- 12
dustria se conferunt ad delinquendum in Ecclesia, ut ibi sint tuti, & tales non gaudent immunitate ex Constitutione Gregoriana. Quia nemo sub spe veniæ peccare debet *cap. illud in fine de Cler. excommun. ministr. & can. quomodo quis de consecr. d. 4.* Non est ergo his subveniendum, quia facilitas veniæ incentivum tribuit delinquendi, *can. est injusta 23. quæst. 4. cap. ut Clericorum de vita & honest. Cler.* ac ita declarat Abb. *in cap. immunitatem de immun. Eccles. notab. 1. & in cap. inter alia, numero 21. eod.* Butr. *in 1. notab.* & hunc sensum ait esse communem Remig. *de immunit. in 3. fall. num. 3.* & eum probarunt Jo. Andr. Cardinal. Ancharan. Imol. & Jo. de Anan. qui propterea sic summant, *d. cap. fin.* scilicet, qui sub spe immunitatis in Ecclesiis, vel cœmeteriis delinquunt, immunitate non gaudent. Quinimmo spes immunitatis non est causa finalis decisionis *d. cap. fin.* Quia dicta verba *sub spe immunitatis* sunt apposita in narrativa, non autem in parte decisiva, unde ab illis non est arguendum. Roman. *cons. 134.* ibique Addens *v. dispositio, & cons. 191.* ubi etiam Add. *v. non inducis*, attestans de communi, cum verba enunciativa *in Ecclesiam* nihil disponunt, Ricc. *decis. 17.* firmans, hodie esse correctam decisionem Regni Aragoniæ apud Sesse 141. contrarium firmantem, & Abb. *in d. cap. fin. num. 8.* ait, esse potiùs causam impulsivam, quam finalem. Causa vero finalis, ut colligitur

ex *d. cap. fin.* & ejus Gloſſa, eſt quod peccans in Eccleſia eſt indignus, ut ab ea defendatur. Hinc Duard. *in Bull. Cœn. lib. 2. can. 15. quæſt. 16. num. 26.* ait, eſſe contra communem ſententiam, quod ſola ſpes immunitatis privet delinquentem privilegio immunitatis. At etiamſi ſpes immunitatis eſſet cauſa finalis *d. cap. fin.* attamen ea ſola non ſufficit, ſed requiritur copulativè delictum in Eccleſia, & quod ſit patratum ſub ſpe immunitatis, ut per Ægyd. *conſ. 15.* & videtur innuere Alex. *conſ. 195. lib. 7.* Oſt. *in d. cap. fin. num. 2.* ibique Jo. Andr. *num. 1.* Archid. *num. 3.* Butr. *num.* item 1. aliique, relati à Barboſ. *in Col. ad d. cap. num. 3.* qui omnes loquuntur de delinquentibus in Eccleſia ex animo deliberato, ut ab ea tuentur. Et profectò ſi ſola ſpes immunitatis eſſet cauſa privandi delinquentes Eccleſiaſtica immunitate, & hanc ſpem educeremus ex ſolo actu ſubſecuto confugiendi ad Eccleſiam, prout illam deſumit Menoch. *de præſump. lib. 5. præſumpt. 10. num. ult.* utique nullus delinquens ad Eccleſiam confugiens, immunitate gauderet. Et ex his rejicimus diſtinctionem; quam affert Farinac. *de immunit. cap. 16. nu. 212.* inter delictum commiſſum propè Eccleſiam ſtudioſè, & ex propoſito, ac ſub ſpe, & animo certo confugiendi ad illam, juxta exempla ab eo deducta, & delictum commiſſum ex mero accidenti ita, ut in primo caſu procedat opinio negativa, & in ſecundo affirmativa. Quia in utroque Conſtitutio Gregoriana locum habet ex jam dictis. Excluditurque animus delinquendi ſpe confugii, ſi homicidium perpetratum fuerit in via, in qua Eccleſia non habet ingreſſum, ſed ſolum parietem, & homicida ad aliam Eccleſiam diſtantem confugerit, cujus vicinitas conſideratur in partibus ipſius integralibus, habita ratione ad ingreſſum, non autem ad parietem.

13 Porro ille dicitur delinquere in Eccleſia ſub ſpe immunitatis, ita ut aliàs delictum non commiſiſſet, eo ipſo, quod deliberatè, & ex propoſito in Eccleſia delictum committit. Hæc eſt præſumptio juris, ac de jure, quæ non admittit probationem in contrarium. Nam, & ſi de hoc non conſter, & delinquens ejus voluntatis non eſſet, nihilominus locum habent cauſæ in textu expreſſæ ibi: *Fruſtrà legis auxilium.* Et: *cum in eo* quæ finales fuerunt illius decretalis, ut notat Oſt. *in d. cap. fin. num. 2.* Jo. Andr. *eod. num. 2. & 5.* Butr. *num. 4.* Card. *n. item 4.* & communiter Doctores, ut teſtatur Abb. *nu. 8.* Subdit tamen Oſt. *ubi ſupra* poſt Gotfredum, delinquenti in Eccleſia ſubveniendum fore, ſi probaretur hoc feciſſe non ſub ſpe immunitatis, puta ſi nullas habebat inimicitias, ſed ex verbis ibidem de novo ortis ad homicidium pervenerit. Cum Oſtienſi concordat Jo. Andr. *num. 2.* Butr. *num. 4. & 5.* & Cardin. *num. 4. in 3. q. num. 6.* quam opinionem ait, eſſe communem Remigius *loc. cit. fall. 3. numero 3.* quamvis, ut inquit Clar. *in §. fin. q. 3.* apud Senatum Mediolanenſem id non obtinet, quin ſemper vidit indiſtinctè obſervari, ut qui in Eccleſia delinquit, reputetur indignus, ut ejus immunitate defendatur. Verùm ſententiam Oſtienſis, ac ejus ſequacium ſequitur Sac. Congregatio Immunitatis, ut ex pluribus declarationibus, quas alibi retuli.

14 Aſt hodiè hujuſmodi controverſias, ut dixi, ſuſtulit dicta Gregoriana Conſtitutio, quæ declaravit, delinquentes nunquam extrahi poſſe ab Eccleſia, niſi in caſibus in ipſa exceptis, & inter hos recenſet committentes homicidium, & mutilationem membri in ipſa Eccleſia, nec diſtinguit, an id faciat ſub ſpe conſequendæ immunitatis, an ne. Neque ullam reddit rationem, ſed ſimpliciter, & abſolutè illum caſum excipit.

Neque obſtat, quod Conſtitutio nova ſuperveniens in 15 materia diſpoſita per leges antiquas, quamvis generaliter loquatur, tamen recipit omnes interpretationes, ac limitationes, quas materia ab antiquis legibus recipiebat, *l. in contractibus §. præterea C. de non num. pec.* Jaſ. *in l. ſciendum in princ. ff. qui ſatisdar. cog.* Caſtillon. *conſ. 10. nu. 5.* ubi aſſerit, Doctores omnes ita tenere. Unde quemadmodum *d. cap. finali.* loquitur de iis, qui ſpe gaudendi immunitate, in Eccleſiis, vel cœmeteriis delinquunt, ita ob rationem generalem ab eo expreſſam extendenda videbatur ad illos, qui propè Eccleſiam delinquunt ſpe immunitatis. Hæc enim eſt interpretatio paſſiva, quæ in omni materia admittitur *l. 2.* ibique Bart. *in princ. C. de noxal. l. juris gratiam §. ſi paciſcar. ff. de pact.*

Nam prætetquam quod hæc theorica procedit quan- 16 do jus antiquum eſt clarum, & inconcuſſum, non autem quando eſt controverſum, & plures habet intellectus, prout habet *d. cap. fin. de immunit.* ex iis, quæ notat Bartol. *in l. ambigua num. 2. ff. de reb. dub.* & Felin. *in cap. 1. ſub fin. de conſtit.* Quod enim multipliciter intelligitur, illius veritas ignoratur, ut ex Boetio ait Bald. *in l. nec quicquam, §. ubi decretum ſub int. ff. de offic. Proconſul. & legat.* ceſſat quidem omnis difficultas, quia Conſtitutio Gregoriana prohibet fieri extentionem ad caſus in ea non expreſſos, etiam ex identitate, vel majoritate rationis, ut aliàs dictum eſt.

Itaque remanet hodie approbata noſtra ſententia, ut 17 ſcilicet non quodcumque delictum in Eccleſia patratum, ſed ſolum homicidium, ac membri mutilatio excludat à privilegio immunitatis, ſi hæc commiſſa fuerint animo deliberato, & ex propoſito in ipſa, ſive ſub ſpe immunitatis, ſive non cùm Conſtitutio non diſtinguat, ſecus autem ſi extra Eccleſiam, vel propè illam.

CONSULTATIO VI.

An, & quatenus in Cauſis immunitatis Eccleſiaſtica, pro delictis exceptis in Conſtitutione Gregoriana, ſit locus legitimationi proceſſus?

NOn eſſe locum, ſed ſufficere proceſſus jam factos, & 1
probationes per teſtes examinatos in informativo coram Ordinario Eccleſiaſtico, aſſerunt plerique Doctores nominatim Remig. de Gonne. Gambacurta, Merlinus, Pignatellus, & alii, præſertim ſi agatur de aſſaſſinio, vel graſſationibus, in quibus proceditur ex abrupto ad modum bellicum ſolo proceſſus informativo, ut tradunt Afflict. *deciſ. 391. num. 5. ac 20.* Grammat. *conſ. 64. numer. 4. & vot. 3. numer. 23. cum ſeq.* Burſat. *conſ. 201. numer. 202. vol. 2.* Oſaſch. *deciſ. 79. num. 19.* Farinac. *q. 39. num. 31. & conſ. 103. num. 5.* Muſcatel. *in prax. crim. cit. de furt.* Rubr. *de privileg. num. 53.* Maur. Burg. *de mod. proced. ex abrupt. q. 20. nn. 100. & ſeq.* Foller. *in pr. crim. verſ. & demum repetantur teſtes num. 1. p. 3. num. 41. & ſeq.* Io. de Grand. *de bello exulum in prædicam. Quando q. 1. num. 6.*

Idque præcipuè ſi major teſtium numerus juraverit co- 2
ram reo, & ita *confrontati* fuerint cum ipſo. Quod operatur ac ſi examen factum fuerit, citato reo, cum confrontatio habeat per ſe vim citationis. Unde liberatur Fiſcus obligatione repetendi teſtes pro legitimatione proceſſus, ut poſt Afflict. docent Clar. *§. fin. q. 45. num. 14.* Bertæ. *conſ. crim. 70. num. 3. inter conſ. crim. tom. 2.* Vulpel. *conſ. 68. num. 7.* Chartar. *in pr. inter reor. lib. 3. cap. 1. nu. 84.* Ambroſin. *de proceſ. informat. cap. 9. num. 1. & 3.* ibique Franc. Bernard. *in ſchol.* Farinac. *q. 66. num. 310. ac d. q. 72. cap. 2. num. 139.* Cabal. *reſol. crim. 125. 169. nu. 14. cum ſeqq.* Scacc. *de judic. lib. 1. cap. 86. num. 53. & ſeq. ac lib. 2. cap. 9. num. 584.* Merlin. Pignatell. *contr. for. cap. 42. num. 3. cum pluribus ſeqq.* Trivifan. *dec. 13. num. item 13. lib. 2.* Sanfelic. *dec. 97. num. 13.* Ricc. *dec. 84. nu. 3. p. 2. & dec. 294. num. 9. p. 4.* & in *collect. 10. 44. limit. 2.* Thor. *in comp. deciſ. Cur. Archiep. Neap. v. Interrogatoria pag. 24.* ac Didac. de Mari. *in addit. ad Cizzarel. dec. 53. num. 6.*

His accedit difficultas, & ſumptus repetendi tam ma- 3
gnum numerum teſtium examinatorum in pluribus forſan proceſſibus. Et quod ſæpè reorum fautores variis artibus impedirent eorum reperitionem, quodque agitur de perdenda factione hominum, qui aſſiduo flagitia,

flagitia, & ſcelera in perniciem, atque exitium humani generis edunt.

At nihilominus concluſionem, quod teſtes examinati 4
abſque partis citatione, niſi repetantur. nullam fidem faciant, habere locum etiam in criminibus læſæ majeſtatis, aſſaſſinii, graſſationiſve, latrocinii, teſtantur Farinac. *cad. quæſt. 72. num. 126.* allegans in hac ſpecie immunitatis Ambroſin. *de immunit. cap. 11. num. 2.* idemque Farinac. *conſ. 76. num. 5. & 21. & conſ. 168. num. 59.* ac ſicmant Vermigliol. *conſ. 90. num. 5.* & Clarin, *contr. for. cap. 10. num. 150. & cap. 151. num. 13. & 14.* Idque maximè, ſi detur ſimplex lictæ depoſitionis, ac infimulationis ex examine extrajudiciali ad perpetuam rei memoriam facto ab aliquot teſtibus, qui ajunt vi tormentorum depoſuiſſe. Siquc omnes teſtes examinati ab Ordinario non juraverint coram reo, ſed aliquot tantum, neque illi juraverint ab ipſo interrogati, neque ei conceſſa facultas ideo interrogandi, ideoque eſſe locum repetitioni teſtium puto, juxta *conſil. 101.* Honded. *numer. 25. & ſeq. vol. 2.* & aſſertionem Farinac. *in cit. q. 72. num. 146.* & Gizzarin. *defenſ. 20. cap. 21. num. 3.* Atque adeo reus poterit teſtes repetere, ſuis tamen expenſis in loco tutiori coram Ordinario, vel alio Judice Eccleſiaſtico non ſuſpecto, eique præfici terminus competens, quo elapſo, conficiatur proceſſus, & conteſtetur.

Cæterùm delinquentes, extracti à loco immuni quo- 5
modo concedantur liberè Curiæ laicali, alibi diximus.

CONSULTATIO VII.

An reus extractus ab Eccleſia ob crimen non exceptum in Conſtitutione Gregorii XIV. de immunit. Eccleſ. & in Carceres conjectus, ſi ab eis aufugiat, & undè aliquod committat delictum, & comprehendatur à Curia ſeculari, reſtituendus ſit Eccleſiæ, à qua fuit extractus, illiuſque gaudeat immunitate?

1 REſpondeo affirmativè. Nam privilegium immunitatis Eccleſiaſticæ conceſſum eſt loco ideoque non poteſt confugiens ad Eccleſiam tacitè, vel expreſsè illi renunciare, ut per Moſtrill. *dec. 169. num. 9. lib. 2.* ſed omnino redintegranda eſt eadem Eccleſia, quæ fuit ſpoliata, Cavalcan. *dec. 1. num. 42.* Gimb. *conſ. 100. num. 42.* Graff. *conſ. un. de immun. Eccleſ. tom. 1. num. 75.* Zerol. *in prax. v. Immunitas num. 13.* ubi quod ſi judex capiens reum, non reſtituat illum Eccleſiæ, ſed dimittat liberum, non evadit pœnam excommunicationis, & Eccleſiæ ſpoliatæ competit inte. dictum *de liber. homin. exhib.* Sanfelic. *dec. 286. n. 2.* ac de Marin. *lib. 1. var. cap. 180. à n. 1.* ubi refert, ita conſuluiſſe prudentiſſimos viros, Dulben. *de immunit. cap. 16. dub. 35. ſect. 1. num. 33.* Dian. *p. 4. tract. 1. reſol. 3.4.* Donat. *de appl. reſol. 84. num. 3.* & faciunt tradita à Vermigliol. *conſ. 101. num. 4. & 9.* & perſona ab Eccleſia extracta dicitur affixa ad quemcumque tranſiens cum eodem onere, *arg. text. in l. abductà C. ac furt. & §. furtivè inſtit. de obſerv.* adeo, ut pendente judicio ſuper reſtitutione Eccleſiæ, ſi novum committat delictum, adhuc reſtituendus eſt, Mar. Ital. *de immunit. Eccleſ. lib. 1. cap. 62. n. 41.* Sanfelic. *loc. cit. n. 3.* ubi ita refert deciſum per magnam Curiam Vicariæ. Quod ſi reus iterùm Eccleſiam adiverit poſt fugam, non idcirco videtur Eccleſia redintegrata ſuo privilegio, cum adhuc dubitate poterit extractus ab ea iterùm comprehendi ob antecedens gravamen. Quod ſi delictum commiſſum poſt fugam è carceribus fuerit exceptum in dicta Conſtitutione Gregoriana, poterit reus poſt ejus reſtitutionem factam Eccleſiæ, iterùm extrahi, ſervatis ſervandis.

2 Et hanc ſententiam, uti certam, ac receptiſſimam, ſequutus eſt S. Congregatio Immunitatis, ut in Anglonenſi extractionis ab Eccleſia ſub die 14. Decembris 1655. Cùm enim quidam Baſſanus extractus eſſet ab Eccleſia pro delicto non excepto, & carceri manciparus, ac deindè comprehenſus pro homicidio cum præcenſo aſſaſſinio, cùmque aufugiſſet è carceribus, & poſtea iterùm compre-

henſus in loco non immuni, emanavit à S. Congregatione hæc declaratio, quæ tunc temporis in tribunali Auditoris Cameræ fuit executioni demandata, & deductu, Baſſanus hic in Urbe, in qua fuit comprehenſus, & cuſtodiæ traditus, fuit Eccleſiæ reſtitutus.

CONSULTATIO VIII.

An, ut mittatur ad inquirendum, preſertim in materiâ Eccleſiaſtica immunitatis, ſufficiant indicia?

REſpondeo. Ad hunc effectum non requiruntur pro- 1
bationes plenæ, neque ſemiplenæ, ſed leviores ſufficiunt arbitrio Judicis, ut per Clar. *in pr. crim. §. final. q. 20. verſ. ad formandum*, Vitalin. *de maleſ. tit. de inquiſit. nu. 8.* Boſſ. *cons. 111. n. 61.* Ilarun. *de inatt. p. ult. col. 2.* & late Farinac. *q. 1. n. 46. & ſeqq.* præſertim *num. 47. & 48.* Quare ex legitimis indiciis poterit monitorium ad allegandum cauſam &c. expediri, ſi ea, quæ concurrunt, ſatis ſint ad condemnationem.

Eoque magis, quando non agitur de pœna ultimi 2
ſupplicii, neque tricennium, vel de alia corporali, vel pecuniaria, ut advertunt citati à Farinac. *d. l. n. 48.* Sed de cenſuris, ſive excommunicatione tantùm, quæ licet inter cæteras pœnas Eccleſiaſticas major ſit ex Abb. *in cap. cum ſit generale de for. comp. in cap. olim de reſt. ſpol. in cap. poſtulaſti n. 5. de Iudæis*, eſt tamen potius medicina, quàm pœna. Idem Abb. *in c. Clericos n. 8. de cler. vel monach.* atque textus perſpicuus *in cap. cum medicinalis de ſent. excom.* firmatque Suarez *d. Cenſur. diſp. 4. lit. D. verſ. Tertio argumentor*, aliique paſſim.

Ac præſertim ſi non agitur in foro contentioſo ad pœ- 3
nas fiſcales, ſed de periculo animæ. In quo caſu, quatenus aliquæ adeſſent dubitationes, nihil contrà cenſuras eſſet decernendum, certiorque via eligi deberet, Gloſ. *in cap. 1. de ſervit. & in cap. Juvenis de ſponſal.* Sot. *in 4. d. 22. q. 1. art. 3. concl. 2.* ac cæteri, quos refert Sayr. *de cenſur. lib. 1. cap. 17. num. 14. & 15.*

Unde ſi præceſſerit monitio, ſervatique fuerint termini 4
in ipſa monitione præſcripti, & reus non comparuerit ad allegandum cauſam, ex qua non debet declarari, ſe incidiſſe in cenſuras, ſive in excommunicationem, reddituſque ſit contumax validè devenire poterit ad declarationem, ac expeditionem edictorum, eorumque affixionem; ut per Suar. *loc. cit.* Panorm. *in cap. fraternitatis nu. 1. de Cler. excom. & in cap. P. & G. num. 7. de offic. deleg.* Felin. *in c. cum ſit n. 17. & 20. de appel.* Dom. de S. Georg. *in cap. 1. de offic. deleg. in 6. col. 3.* & Sayr. *d. lib. 1. cap. 18. num. 32.*

Idque præcipuè ſi agatur de impedimento præſtito 5
exercitio juriſdictionis Eccleſiaſticæ, de quo cum ſit facti tranſeuntis, & de eo non remanſerint veſtigia, ſatis eſt, quod conſtet per conjecturas, vel per indicia, Boſſ. *in tit. de delict. num.* 19. & 23. Clar. *in pr. crim. q. 4. verſ. ſciat tamen, & q. 55. verſ. quomodo autem*, ac relati à Farinac. *q. 2. num. 13.* adeo, ut ſi conſtiterit per unum teſtem immediatè ſuper ipſo impedimento deponentem, & per alias indicia, ſine aliqua prorſus difficultate poterit, etiam ſuper hoc expediri monitio contra reum, & in contumaciam declarari, incurri ſe excommunicationem. Nam, ut ſupra diximus, ad effectum tranſmittendæ inquiſitionis, ſeu monitorii inditia ſatis ſunt. Si enim d. dictum unius teſtis ſuper delicto immediatè deponentis ſufficit ad torturam, ut per Clar. *q. 64. verſ. ſed ſpera*, & fusè Farinac. *q. 36. nuq. 44. & q. 47. num. 46.* multò magis ſatis eſt ad tranſmiſſionem monitorii, ſive inquiſitionis, cùm ad hunc effectum ſufficiant inditia leviora iis, quæ ad torturam requiruntur, Menoch. *de præſumpt. lib. 1. q. 88. num. 2. ac ſeqq.* Decian. *conſ. 18. n. 57. v. 1.* Boſſ. *d. tit. de inquiſit. num. 38.* & Mafcard. *de probat. concl. 754. n. 22.*

Ex quibus infertur, quod valida erit declaratio cenſu- 6
rarum, etiam in ordine ad hujuſmodi impedimenta, cùm certum plane ſit, eum incidere in excommunicationem, qui quomodolibet impedit Judicis Eccleſiaſtici juriſ-

dictionis exercitium exBullaCœnæ §.15. *ac* 16. & in terminis Sayr. *de censur. lib.* 3. *cap.* 20. ubi latè. Et quatenus censuræ, prolatæ super pluribus delictis, non sustinerentur super unoquoque illorum, saltem tamen est, quod ex uno tantum comprobarentur, cùm unumquodque sufficiens sit ad illas incurrendas, Mascard. *de probat. concl.* 525. *nu.* 7. Put. *dec.* 60. ac Felin. *in cap. sedes col.* 2. *de rescript.*

CONSULTATIO IX.

Quinam, & quo pacto incumbat onus probandi, comprehensionem Rei factam esse in loco Immuni?

1 INcumbit hoc ipsi reo uti asserenti, & agenti, ut per Burat. *dec.* 157. *num.* 1. Vermigliol. *cons.* 216. *num.* 6. *& seq.* idque claris, & concludentibus probationibus, tanquam fundamentum ejus intentionis, & tanquam qualitas prætensam immunitatem ei tribuens, ut per aliegata in similibus à Ciarlin. *contr. for. cap.* 10. *num.* 63.

2 Et quoniam super hac re solent induci testes pro reo, ideo inspiciendum est, quinam ex illis sint repellendi ad hunc effectum. Et primo quamvis ex regula duo testes sufficiant ad plenam probationem faciendam in qualibet materia juxta textus expressos *in cap. in omnes negotio de testibus, & in l. sub numerus ff. eodem,* nihilominus nulla fides est iis adhibenda, si patiantur exceptiones circa personas, ac depositiones, ex latè adductis à Farinac. *de testibus q.* 62. *num.* 381. Guazzin. *p.* 2. *defens.* 29. *cap.* 3. *num.* 9. Quæ exceptiones, si sint plures, licet singulæ de per se non sufficerent, simul tamen junctæ admittuntur ad destruendam probationem, ex ipsis resultantem, etiamsi versaretur in casu, quo veritas aliundè haberi non posset, & testes aliàs inhabiles lex dispensaret ad testimonium ferendum, Surd. *cons.* 132. *num.* 72. *lib.* 1. Farinac. *q.* 57. *nu.* 46. *& q.* 62. *num.* 80. Guazzin. *defenf.* 4. *cap.* 7. *num.* 10. Vermigliol. *crimin.* 433. *num.* 22.

3 Contra personas multa opponi possunt, præcipuè verò si sint viles, pauperes, & criminosi, qui sanè fidem non merentur, ut de teste paupere, quod non sit idoneus, ac integer, quia paupertas eorum fidem minuit, sunt textus expressi *in l.* 3. *in princ. ff. de testibus in can. si testes* §. *testium fides* 4. *q.* 3. *& can. in primis* 2. *q.* 1. ubi communiter Doctores, & comprobant Gabr. *de testibus concl.* 18. *nu.* 19. Menoch. *de arbitr. cas.* 65. *num.* 12. *& cas.* 96. *num.* 9. Mascard. *de probat. concl.* 1255. *num.* 8. *& 12. lib.* 3. Bortel. *in sum. dec. tit.* 15. *num.* 366. *&* 341. Farinac. *q.* 17. *num.* 1. *& 3. ac* 61. *&* 70. ubi quod multo minus testis pauper est idoneus, tam in civilibus, quàm in criminalibus, si etiam vilis sit, quo casu à testimonio quoque repellitur, ut fusè per Chartar. *dec. crim.* 87. *num.* 59. *& seqq. & dec.* 88. *nu.* 35. *&* 36. Vermigliol. *cons. crim.* 15. *num.* 31. & de teste criminoso, quod in ejus depositione nullum fieri possit fundamentum, præsertim si sit etiam vilis, & pauper, vel alias exceptiones patiatur, firmant Farinac. *cons.* 79. *num.* 17. *lib.* 1. *q.* 44. *num.* 25. ac plenius *q.* 56. *num.* 126. *ac pluribus seqq.* ubi quod de jure Canonico indistinctè id procedit. quamvis condemnatio sequuta non fuerit, & agatur de unico crimine punibili commisso, Vermigliol. *cons.* 273. *num.* 10.

4 Contra depositiones vero eorundem testium opponi possunt plures, ac urgentissimæ exceptiones. Prima sit contrarietas inter eosdem, & rem comprehensum. Quando enim testes contradicunt assertioni, sive confessioni partis, non solum ad concordiam non reducuntur, sed tanquam falsi nihil probant; tam in civilibus, quàm in criminalibus, Doctores communiter *in l.* 2. §. *creditum ff. si cert. pet.* & in *cap. cum tu de testibus*, Vermigliol. *cons.* 603. *num.* 17. Chartar. *dec.* 28. *num.* 13. *& dec.* 88. *num.* 66. Reus autem ad emendam veritatem potest interrogari, ut est receptissima praxis, quamplurium Tribunalium, quam esse juri consonam in hisce terminis, testatur Ciarlin. *loc alleg. cap.* 10. *num.* 152.

5 Neque obstaret, quod hujusmodi contrarietates, ac mendacia versantur solum circa qualitates, ac circumstantias, quo casu testes in totum non repelluntur, sed in aliis probant, ut per Alberic. *in l. si ex falsis num.* 5. *C. de transact.* Gabr. *lib.* 7. *com. concl. tit. de crim. concl.* 4. *nu.* 19. Hieronym. Leo *dec. Valent.* 205. *num.* 5. qui testatur de communi, Nugarol. *alleg.* 26. *num.* 94. *& seq.*

Tum quia, licet regula sit vera, id tamen non procedit, 6
si testes aliàs sint suspecti propter exceptiones superius relatas, quas patiuntur in personis, si que inverisimilia deponant. Tunc enim, si reperiantur falsi circa qualitates, & circumstantias, in totum repelluntur, Ruin. *cons.* 139. *num.* 30. *lib.* 5. Grammat. *dec.* 34. *num.* 30. *& seqq.* Petr. *de fideicom. q.* 12. *num.* 1296. Farinac. *q.* 66. *num.* 25. *&* 30. *& q.* 637. *num.* 120. *& seq. & q.* 73. *num.* 52. Gizzarel. *dec.* 86. *num.* 2. & Chartar. *dec. crim.* 28. *num.* 17.

Tum etiam quia tunc testes falsi in circumstantiis pro- 7
bant in negotio principali, quando super illis interrogati non fuerunt, at ubi de circumstantiis expresè interrogati, falsum deposuerunt, cunc nec in negotio quidem principali aliquid probant, ut declarando, ac distinguendo firmat Bertazzol. *cons. crim.* 322. *lit. A. lib.* 2. Farinac. *q* 67. *n.* 138. ubi quamplurimos congerit, & Chartar. *d. dec.* 28. *num.* 18. *& seq.*

Et tum quia regula habet locum, quando testes falsum 8
deponunt super extrinsecis circumstantiis, in quibus terminus loquuntur Doctores allegati, secus autem si falsitas respiciat qualitates, & circumstantias substantiales. Tunc enim nihil probant, estque communis Doctorum sententia, quam comprobant Petr. *de fideicom. q.* 12. *num.* 1228. *cum seqq. & num.* 1232. Farinac. *q.* 76. *nu.* 136. & Chartar. *d. dec.* 28. *num.* 20 *ac* 21.

Dicuntur autem substantiales circumstantiæ, quæ sunt 9
notabiles, proximæ actui, & includuntur sub juramento, ac forma articulata, prout sunt verba rei comprehensi in actu comprehensionis, numerus satellitum, & modus extractionis, ac fugæ, ut ad rem hanc explicant Riminal. Sen. *cons.* 549. *num.* 7. *lib.* 3. Grammat. *dec.* 60. *num.* 6. Petr. *d. q.* 12. *num.* 1303. *ac seqq. & num.* 1347. *&* 1365. Chartar. *d. dec.* 28. *num.* 22. Nugarol. *d. alleg.* 26. *num.* 96. 99. *&* 110. Ac proinde nihil etiam probant in negotio principali, præcipuè propter individuitatem juramenti, ut ex textu *in l. qui falso, aut variè, & in cap. testimonia de testibus*, concludunt Dec. *cons.* 185. *num.* 5. Surd. *dec.* 15. *num.* 4. *ac seqq.* Seraph. *de privil. juram. privil.* 107. *nu.* 4. Vermigliol. *cons.* 255. *num.* 7. *& cons.* 430. *n. item* 7. Ric. *dec.* 30. *num.* 6. *ac* 7. *p.* 2. Vbi quod id procedit etiam si testimonium sit prolatum pro causa pia, Rot. *dec.* 100. *n.* 1. post *lib.* 2. *cons.* Farinacii.

Secunda exceptio, quæ contra depositiones testium 10
opponi potest ea sit, quod ipsi inverisimilia deposuerint, & idcirco probant, suntque de falso valdè suspecti ad textum *in cap. quia verisimile*, ubi Doctores *de præsumpt.* Grammat. *cons crim.* 62. *num.* 1. *& seqq.* ubi quod depositionis fides habenda est ex rebus sensatis, non distantibus à verisimili, Cabal. *resol. crim. cas.* 231. *num.* 21. *ac seqq.* ubi *num.* 23. per justum Judicem omnia sunt rimanda, & quando detegit inverisimilia in testibus, nullam, licet pluribus, & contestibus, fidem adhibere debet, Vermigliol. *cons.* 74. *num.* 4. qui testatur S. Rotam Romanam in Perusina laudi 27. Januarii 1614. coram Cardinali Verospio propter exceptionem inverisimilitudinis rejecisse tredecim testes contestes, traditque Chartar. *dec.* 28. *num.* 23. *& dec.* 95. *num.* 60. Sesse *dec. Aragon.* 302. *numer.* 2. Ubi regulam solum limitat, quando testes sunt omni exceptione maiores, Farinac. *q.* 62. *num.* 329. Rota coram Gregorio XV. *dec.* 510. *num.* 4. & coram Buratto *dec.* 382. *num.* 5. *ac dec.* 63. *num.* 53. *p.* 8 *recent.*

Inverisimilitudo autem, quod testes viderint id, de 11
quo audacter deponunt, eliceretur, si dicerent, vidisse de nocte comprehendi reum in loco immuni. Nam habent contra se præsumptionem, & non probant, suntque de falso suspecti, nisi fuerint valdè propinqui, & lumen habuerint, vel luna tunc temporis, illuxerit, Burat. *cons.* 34. *num.* 6. *& seqq. lib.* 1. Farinac. *de testib. q.* 62. *& seqq.*

Polidor. Rip. *in tract. de noct. temp. cap.* 57. *à num.* 7. Giurb. *cons.* 17. *num.* 18. *& cons.* 37. *num.* 41. Vermigliol. *consil. crim.* 74. *num.* 1. *& 2. & cons.* 408. *num.* 8. Ricc. *dec.* 63. *à num.* 1. *p.* 1. Sesse *dec.* 207. *num.* 1. *&* 40. Cusel. *dec.* 9. *num.* 12. Cathl. *dec.* 176. *num.* 2. *&* 3. Debentque reddere causam scientiæ, ac visus, ut quia lumen erat accensum; Cost. *in memorab. vers. testis de nocte in* 2. *fall.* Farinac. *in prax. p.* 2. *q.* 62. *num.* 37. affirmans *num.* 38. testes simpliciter deponentes de visu, non reddira ratione, non probare, subdens *v. seq.* tali casu, tanquam suspectos de falso posse puniri, Bucaton. *de differ. inter judic. civil. & criminal. aff.* 87. *num.* 4. *& diff.* 104. *num.* 1. *&* 2. ubi *num.* 3. testes dicentes vidisse de nocte, quia lucebat Luna, non esse omni exceptiones maiores, quia Luna habet radios lugubres, & testis facilè potest decipi, & *num.* 4. asserit, talem probationem non sufficere ad condemnandum, neque ad torquendum, ibique alios adducit.

12 Et quando etiam nulla in contrarium esset facta probatio, adhuc tamen credendum non est testibus multifariè suspectis, cum arbitrarium Judicis sit, sequi testium dicta, vel non sequi; secundum circumstantias, veritatem, vel falsitatem suadentes; quia probationes in lite ab ejus regulato arbitrio dependent, ut scitè adnotavit Castr. *in l. Lucius num.* 4. *ff. de infamib.* quem cum aliis sequitur Cabal. *cas.* 191. *num.* 9. Farinac. *q.* 73. *num.* 52. & Chartar. *dec.* 36. *num.* 17.

13 Præcipuè verò si accesserit probatio resultans ex depositione satellitum, attestantium comprehendisse reum extrà locum immunem, quibus licet aliqui asseruerint, nullam fidem esse præstandam in hac materia, quia sunt viles, & deponunt in causa propria propter lucrum capturæ, & ad evitandam propriam punitionem, ut per Farinac. *de immun. cap.* 2. *num.* 56 Giurb. *cons.* 100. *num.* 35. *& seqq.* Guazzin, *defens.* 15. *cap.* 1. *num.* 78. Ciarlin. *contr. for. cap.* 163. *num.* 5. & alii adducti à Sperel. *dec.* 149. *num.* 19. Contra vero non desunt, qui contrariam sententiam tuentur, quia satellitibus in pertinentibus ad suum officium creditur, ut per Baiard. *ad Clar. in* §. *fin. q.* 30. *num.* 14. & alios à Speculo *d. decis. num.* 15. relatos. Vera tamen, & magis recepta illorum sententia est, qui tenent, id totum remitti arbitrio Judicis, qui diligenter interrogatis satellitibus, ac perpenso eorum numero, habitoque respectu ad factum ipsum cum ejus circumstantiis, qualitatibus, ac verisimilitudine, facile dijudicabit, an iis possit, ac debeat fides adhiberi, ut in similibus terminis distinguendo firmat Cabal. *cas.* 126. *num.* 10. *& seqq. & cas.* 127. *nu.* 15. Vermigliol. *cons.* 31. *num.* 13. *& cons.* 176. *num.* 5. & in hac specie conciliando dissidentes inter se Doctorum sententias, declarat Sperel. *in citata decis.* 149. *num.* 22. *& seq.* ubi ait, moderandum in hac parte esse dictum Guazzini, asserentis, quod fides birrariis præstari non debeat, si habent in captura interesse. Idemque in hac etiam specie tenet Ric. *in prax. var. resol.* 22. qui ait, birrariorum dicto standum esse, si fulciatur aliquo adminiculo, traditque Peregrin. *de immun. cap.* 13. *num.* 16. ac Diana *p.* 3. *tract.* 1. *resol.* 32.

14 Neque obstat populare illud, quod in dubio pronunciandum est pro immunitate. Quia satius est, reum extrà locum immunem repertum, Ecclesiæ ob illius venerationem restituere, quam è loco immuni extractum Curiæ sæculari relinquere, ut considerant Sperel. allegata *dec.* 149. *num.* 28. aliique non omnino vulgares.

15 Nam, quidquid sit de veritate hujus conclusionis, hoc certùm quando dubium versatur non circa juris articulum, sed circa simplicem facti quæstionem, asserens, se comprehensum in loco immuni, cùm sustineat in hoc casu partes actoris juxta regulas communes, debet exhibere probationes claras, non dubias, & fisco, tamquam reo, videtur sufficere, illas offuscare, ac dubias reddere, ex traditis à Rota *dec.* 93. *num.* 49. 54. *& seq.* in Interamnen. redintegrationis 16. Iunii 1651. §. *nec relevant*, coram Tarraconen. & in Calagurritana beneficii 13. Maii 1652. §. *ad probandum* coram Bichio; alioquin aperiretur via prætextui extractionis à loco immuni debitoribus, ac delinquentibus facillimè fraudandi creditores; ac eludendi justitiam, cujus potissimum cuitrix debet esse Ecclesia, ita, ut licet pro ejus immunitate, ac libertate, ubi justitia id suadet, sit semper pronunciandum, non tamen illius favor extra terminos juris, & in præjudicium alterius trahi debet, ut ex pluribus textibus, ac decisionibus, loquendo in his terminis de privilegio immunitatis Ecclesiasticæ, firmat idem Sperel. *dec.* 62. *num.* 27. *& seq*

Id solùm adjicio, quod licet ad gaudendum immu- 16
nitate, sufficiat confugienti probatio arbitrio Episcopi, ut declaravit S. Congregatio Immunitatis in Siracusana 16. Julii 1626. hoc tamen arbitrium debet esse regulatum à Jure.

CONSULTATIO X.

An reus extractus ab Ecclesia tanquam hæreticus, vel suspectus de hæresi jussu S. Officii Inquisitionis, in quo expeditur, consignatus deinde fuit à dicto S. Officio Curiæ Auditoris Cameræ Apostolicæ, uti reus cujusdam homicidii, restituendus sit Ecclesiæ, à qua fuit extractus, illiusque immunitate gaudeat?

SEnrentiam negativam sectantur Iodoc. *in pr. cap.* 105. 1
Peregrin. *de immun. cap.* 8. *nu.* 13. Covar. *lib.* 2. *var. cap* 20. *num.* 11. Ambrosin. *cap.* 8 *num.* 9. Decian. *lib.* 9. *cap.* 28. *num.* 8. Tanner. *in* 2. 2. *tract.* 5. *q.* 8. *dub. num.* 16. Clar. *in prax.* §. *fin. q.* 30. Sarp. *de jur. asyl. cap.* 5 Gambacurt. *lib.* 4. *cap.* 8. *& lib.* 5 *cap.* 3 *num.* 6. Bobadil. *tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 54. Cuttel. *de immun. loc.* 1 & antè eos Gundisalu. *de haret. q.* 11. Hippol. *in l. ex Senatusconsulto ff. ad l. Cornel. de Sicar.* Oldrad *cons.* 54. Boer. *dec.* 110. *num.* 6. Glos. *in aut. de mandat. Princip.* §. *publicorum vocentur in fin.* Remig. *de immun. Eccles. fol.* 18. Navar. *in manuali cap.* 25. *num.* 20. Glos. *pragmat. Sanct. de interdictis indifferenter non imponendis num.* 5. dicens, id cautum esse in extravagantibus Martini Quarti, & Joannis Vigesimi secundi, directis Inquisitoribus Franciæ, in quibus habetur, quod, si Hæreticus, Judæus conversus, vel Apostata fugiant ad Ecclesiam, non ad remedium salutare, sed evitandæ pœnæ causa, dicti Inquisitores eos ab Ecclesia extrahere. Constitutio autem Joannis XXII. relativa similis Constitutionis Martini IV. habetur in Bullario *tom.* 1. & hic casus excipitur in Constitutione Gregorii XIV. §. 3. ibi: *Vel hæresis, de immunit. Eccles.* quatenus aiunt, quod in casu, quo Hæreticus non fuerit de hæresi punitus, immunitate privatur ob alia delicta, etiam à crimine hæresis distincta, quia talis est indignus, qui ab Ecclesia defendatur.

Affirmativam vero sequuntur Marsil. *in l. un. C. de rapt.* 2
Virg. Sylvest. *in sum. v. Immunitas* 3. *q.* 3. Azor. *p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 9. *q.* 3. Suarez. *de relig. tom.* 1. *tr.* 2. *lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 13. Farinac. *in append. de immun. cap.* 13. *num.* 170. Filiuc. *tract.* 15. *cap.* 6. *q.* 8. *num.* 151. Bonac. *disp.* 3. *in* 1. *decalog. præcep. q.* 7. §. 3. *num.* 3. Gutier. *lib.* 3. *pr. q.* 1. *num.* 28. Portel. *in dub. regul. v. Ecclesia immunitas num* 10. Ludovic. Correa *select. de immun. p.* 3. *num.* 3. Castropal. *tom.* 2. *tract.* 11. *disp. un. pun.* 7. *num.* 4. Villalob. *in sum. tom.* 2. *tr.* 39. *diffic.* 7. *num.* 20. Mar. Ital. *lib.* 1. *capit.* 5. §. *num.* 7. Trullench. *in decalog. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 11. *dub.* 2. *num.* 2. Lezan. *v. Immunitas num.* 3. Qui subdunt, quod si Hæreticus sit reconciliatus Ecclesiæ, absque dubio illius immunitate gaudeat, quia licet fuerit Hæreticus, de præsenti tamen Hæreticus non est, tradique Donat. *de Asyl. resol.* 121. & Diana *p.* 6. *tr.* 1. *resol.* 26. qui id extendit ad Schismaticos, apostatas, Hæreticorum fautores, si non sint cum errore intellectus. Et hanc sententiam frequentiori authorum calculo receptam, inquit Covar. *loc. cit.*

Tenendum est cum hac secunda sententia, Hæreticum, 3
ac de hæresi suspectum gaudere in aliis criminibus, præter hæresim, & casus in Constitutione Gregoriana exceptos, immunitate Ecclesiastica, ita, ut non possit

Judex

Judex sæcularis, neque Ecclesiasticus reum in hoc casu è loco immuni extrahere, nisi ob delicta excepta. Ratio autem est, quia in Constitutione Gregoriana excipitur crimen hæresis, atque adeo excipitur Hæreticus solum ratione hæresis. Verba enim sunt formaliter intelligenda, ac proinde quatenus Hæreticus est, non autem quatenus homicida, fur, monetarius. Quare multo magis gaudet privilegio immunitatis, qui ab hæresi recessit, sive illam abjuravit, quia non est amplius hæresis reus, ut potè jam per pœnitentiam Ecclesiæ reconciliatus, atque adeo dignus qui ab Ecclesia immunitate protegatur. Is enim quemadmodum per reconciliationem nanciscitur utramque testamenti factionem, quæ illi suffragatur, ut in futuram possit testari, ac hæres institui, ut in specie scribunt Gregor. Lopez *in l. 5. v. Scarraptenta tit. 25. p. 2.* Meres *de majorit. p. 1. q. 1. num. 67.* & Sanchez *in præcept. decalog. lib. 2. cap. 14. num. 40.* Ita quoque privilegium immunitatis Ecclesiasticæ. Atque ita etiam declaravit S. Congregatio immunitatis in Firmana 27. Aprilis 1655.

4 Atque hinc S. Congregatio S. Officii non debet tradere Auditori Cameræ, vel aliis Judicibus ejusmodi reos absque Ordinarii consensu, etiamsi delictum esset de comprehensis in Constitutione Gregoriana. Quia sicut Auditor Cameræ, aliique Judices nequeunt sine Summi Pontificis, aut Ordinarii Ecclesiastici licentia reum à loco immuni extrahere, antequam Ordinarius cognoscat de crimine, an sit exceptum, ita non potest sine licentia, & cognitione Ordinarii S. Congregatio illum eisdem tradere juxtà ea, quæ tradunt Gratian. *discept. 576. num. 1. & seqq.* cùm hoc sit de forma expressa in dicta Constitutione, idque sive delictum sit exceptum, sive non exceptum, ut per eundem Gratian. *loco citato.*

5 Neque obstat, quod reus consignetur Auditori Cameræ, qui est etiam Judex Ecclesiasticus, & potestatem habet etiam in Clericos. Tum quia hæc potestas non est ordinaria. Tum quia non comprehenditur in hoc casu propter dispositionem S. Concilii Tridentini *sess. 24. cap. 20. de ref.* cui non potest derogari, nisi ex speciali Summi Pontificis rescripto. Et tum quia Auditor Cameræ non habet facultatem cognoscendi causas in prima instantia, nisi in Curia reos invenerit, ut ait Covar. *var. resol. de jurisd. omn. Judic. cap. 2. num. 15. & 32.* facitque textus expressus *in cap. fin. de for. comp.* ibi: *nisi pro alia justa, & necessaria causa venisset, quam si tunc allegasset, jus revocandi domum sekum fuisset eidem.*

6 Quod locum habet, etiam si Auditor Cameræ, aut alius Judex cognosceret de socii delicto. Ne autem continentia causæ dividatur, potest etiam de hoc reo cognoscere. Nam regula de continentia causæ non habet locum, quando reus est diversi fori, ut *ca. fin. de judic.* Imol. *in l. exitus ff. de acquir. poss.* At quicquid de hoc sit, certum est. quod Auditor Cameræ non habet facultatem extrahendi reos à locis immunibus absque licentia Summi Pontificis, vel Ordinarii, ideoque hujusmodi reus debet loco immuni restitui, juxta textum *in can. miror*, ubi Archid. & alii 17. *q.* 4. Abb. *in cap. inter alia num. 28. de immun.* & Chartar. *dec. 46. num. 22.*

7 Et quidem præses S. Officii Inquisitionis est, ut quoties extractus ab Ecclesia ejus jussu non traditur brachio sæculari pro executione sententiæ capitalis, statim ac reus expeditur, vel libertate donatur, vel Ecclesiæ, à qua fuit extractus restituitur, nec super aliis delictis quantumvis exceptis, in eum inquiritur, nisi hæresim, vel ejus suspicionem contineant, minusque Curiæ sæculari traditur pro illis puniendis, ut testatur Farinac. *de immun. cap. 13. n. 172.*

CONSULTATIO XI.

Quid requiratur, ut quis incurrat excommunicationem can. 20. Bullæ Cœnæ contrà invadentes Ditionem, vel terras Ecclesiæ? Ubi quid de mandante, ac de citatione requisita pro validitate censurarum?

CErtum est, hujusmodi excommunicationem non habere locum, si id fiat bona fide, & cum probabili titulo juxta prudentum hominum judicium. Immo satis est, abesse dolum, & malitiam. Ita Suarez *de censur. disp. 21. sect. 2. num. 105.* allegans Cajet. *in sum. cap. 311. n. 4.* Bonac. *de censur. in d. Bul. Cœn. disp. 1. q. 21. pun. 1. num. 25.* Palaus *eodem argum. disp. 3. pun. 21. num. 11.* Nam, cessante dolo, cessat pœna excommunicationis Doctores *in cap. 2. de constit.* & præsertim Abb. *sub num. 6.* Bero. *post num. 31.* Covar. *in cap. alma mater §. 10. num. 16.* Franc. Marc. *dec. 821. p. 2.* Add. ad Clar. *in §. fin. q. 77. n. 10.* Foller. *in pr. crim. can. cap. 17. n. 35.* Sylvest. *in sum. v. excommunicatio 6. num. 6.* Chartar. *dec. crim. 56. n. 18.* adeo; ut nec sufficiat quidem culpa lata, vel levis, sed requiritur dolus & propositò, & talis quod incurratur peccatum mortale, quia pro solo veniali non est locus excommunicationi. S. Thom. *in 4. dist. 18. q. 2. ar. 3.* Alter. *de censur. lib. 3. cap. 1. disp. 2. cap. 1.* Filiuc. *tract. 11. cap. 8. num. 339.* Sanchez. *lib. 6. moral. cap. 4. num. 55.* Laym. *theol. moral. lib. 1. tr. 5. cap. 5. num. 1. assert. 2.* Suarez *de censur. disput. 4. sect. 14.* Hurtad. *eod. tr. disp. 10. numer. 43.* Coninch. *disp. 13. dub. 8. concl. 2.* & ex juris utriusque peritis Covar. *in d. cap. alma mater p. 1. §. 9. num. 1. de sent. excom.* Farinac. alios cumulans *in fragm. lit. E. v. excommunicatio n. 1.* Chartar. *dec. 46. num. 44. & dec. 70. num. 72.*

Neque excommunicatio inflicta contra committentes, 2
vel facientes, includit mandantes, nisi aliundè à lege, seu præcepto exprimuntur, ut latissimè firmant, ac de communi testantur Avila *de censur. p. 2. cap. 5. disp. 3. dub. 2.* Hurtad. *eodem tit. diffic. 14. num. 53.* Navar. *cap. 92. nu. 51.* Sanch. *de matrim. lib. 3. disp. 49. num. 2.* Portel. *in dub. regul. v. excommunicatio num. 7.* Palaus *p. 6. tit. de censur. disp. 1. punct. 7. num. 12.* Dian. *p. 5. tr. 9. resol. 57.* Delben. *de immun. p. 1. cap. 2. dub. 5. sect. 1. num. 2.* Quia leges imponentes censuram; ut potè odiosæ, ac pœnales, strictè summendæ sunt; mandans autem, aut consulens delictum, propriè, ac in rigore dici nequit illud delictum facere, ut docet Bartol. *in l. si is, qui à num. 56. ff. de usu cap.* & merlius *in l. sed si unus §. servus num. 2. de injur.* Ias. *in l. si quis id numer. 16. de jurisd. omn. jud.* Clar. *lib. 5. §. fin. q. 89.* aliique plures, quos refert, ac sequitur Pacian. *tr. crim. lib. 9. cap. 32. n. 7.* & convincitur ex eo, quod mandatum, & consilium præcedunt factum, & ad ipsum perpetrandum diriguntur, illiusque sunt causæ morales. Non igitur sub facto comprehendi debet, atque ita, ut diversa, & distincta ponuntur *in can. si quis viduam 50. d.* ideoque jus, cùm censuram proferre intendit, non solum adversus facientes, sed mandantes, seu consulentes, id explicat, ut patet *in cap. felicis de pœn. in 6. & Clem. si quis suadente eod. tit.* & ex pluribus excommunicationibus Bullæ Cœnæ.

Præcipuè quando non constat de mandato; quo non 3
probato, præsumi non potest, Felin. *in cap. Petrus num. 3. de homic.* Decian. *cons. 4. num. 50. & cons. 104. nu. 33. lib. 3. & in tr. crim. lib. 9. cap. 24. nu. 1.* Farinac. *q. 134. cap. 3. nu. 68.* Mandatum enim de jure non præsumitur, nisi probetur, excluditurque ejus præsumptio ex circumstantiis facti, ut si nimirum casus fuerit improvisus, ac subitaneus, Farinac. *q. 134. num. 37. & 76.* Vernigliol. *cons. 119. numer. 23. & cons. 120. n. 7.*

Temperant autem autem Sanchez *d. disp. 48. nu. 4.* & 4
Coninch. *disp. 14. dub. 15. num. 188.* ne id locum habeat, cùm lex redderetur fermè inutilis, ac inanis, nisi mandantes comprehenderet. Quæ fuit doctrina Glossæ finalis *in cap. 2. de usur. in 6.* Felin. *in cap. translato num. ult. de Constit.* & aliorum, quos sequitur Covar. *3. var. cap. 3. nu. 9.* & colligitur ex *cap. si civitas de sent. excom. in 6.* ubi declaratur, in interdictum generale civitatis extendi ad Suburbia, ne sententia illa interdicti frustraretur. Nam, ut inquit textus, licet prædicta Suburbia videantur aliàs murorum ambitu terminari, hoc tamen casu ne vilipendi valeat sententia interdicti, expedit interpretationem fieri latiorem. Et notandum est verbum *interpretationem,*

tionem, quod indicat non novam legem constitui, sed interpretationem fieri constitutæ

Cessante autem probatione mandati, atque adeo exi- 5
stentia culpæ, excommunicatio est certè nulla, & injusta, ita, ut neque etiam relevent præsumptiones, quia excommunicatio nequit in foro exteriori ferri ex præsumptionibus, imò ne quidem ex indiciis indubitatis, sed requiritur certa, plena, & concludens probatio, Navar. *p. 2. quæst. for. 18. num. 1. & seqq.* ubi in specie sub *num. 3.* loquitur de præsumptione mandati, & *tract. de privileg. miserab. personar. privileg. 49. num. 4.* Filiuc. *d. tr. 11. cap. 8. num. 228. & 230.* Sperel. *dec. 49. num. 23. & seq.* Rota coram Gregor. *dec. 96. num. 3.* ibique Add. *num. 7.* & in *recent. p. 2. dec. 11. num. 3.* Cùm igitur excommunicatio feratur ex falsa, & erronea causa, illaque non sit vera, realis, vel non sufficienter probata, communis Schola Theologorum, & Canonistarum, tenet, excommunicationem esse nullam, & injustam, Sor. *in 4. dist. 22. q. 1. ar. 3. concl. 1.* Navar. *cap. 27. num. 3. in man.* Suar. *de cens. disp. 4. sect. 7.* Filiuc. *tr. 11. cap. 8. num. 224. & seqq.* Sayr. *de cens. lib. 1. cap. 17. à n. 4.* ubi plures, Alter. *eod. tit. lib. 3. disp. 2. cap. 1.* Bonacin. *eod. tr. disp. 1. q. 2. pun. 10. num. 4.* Sperel. *d. dec. 48. n. 26. & dec. 107. num. 77.* Farinac. *in fragm. p. 1. litt. E. num. 38.* aliique innumeri. Et, licet quod nullitatem Canonistæ non videantur consentire, nemo tamen etiam ex Canonistis negat hujusmodi excommunicationem esse injustam, ut fusè per Sayr. *de censur. lib. 1. cap. 17. num. 4 & 7.* & Sperel. *dec. 48. num. 26.* Ac proinde nullum operatur effectum, nec quoad Deum, nec quoad Ecclesiam, ut rescripsit Gelasius Papa *in can. cui est illata 11. quæst 3.* his verbis: *Cui est illata sententia, deponat errorem, & vacua est. Sed si invincta est, tantò curare eam non debet, quantò apud Deum, & ejus Ecclesiam nominem potest iniqua gravare sententia, ita ergo, ea se non absolui desideret, quia se nullatenus perspexit obligatum.* Concordat textus *in cap. cum eterni de sent. excom. in 6.* de quo latè Sayrus *d. lib. 1. cap. 16. nu. 42.* Avil. *de censur. p. 2. c. 6. disp. 1. dub. 1.* ante finem, Gutier. *lib. 2. can. non quæst. cap. 4. nu. 36.* Salzed. ad Diaz. *in pr. can. crim. cap. 33. v. est et ium*, Sperel. *dec. 48. num. 12. tom. 1. & dec. 101. num. 22. tom. 2.* & Farinac. *fragm. p. 1. lit. E. num. 29.*

Pateretque nullitas, si fuerit deventum ad excommu- 6
nicationem, nulla præmissa citatione personali contra reum, non fugitium, neque latitantem, sed ubique sui copiam facientem, publicèque versantem in loco, ubi facilè citari poterat juxta praxim, quam etiam sequitur Nunciatura Neapolitana in citando Officiales regios. Sine citatione autem personali non potest devenisi ad excommunicationem, cum non citatus, non possit dici contumax, quemadmodum requiritur, ut quis possit excommunicari, Innocentius communiter receptus *in cap. fin. de eo, qui mittit. in possess.* Felin. *in cap. cum sit Romana nu. 3. de appel.* Covar. *in cap. alma mater p. 1. §. 9. num. 4.* Leo *in thesaur. for. Eccles. p. 1. cap. 17. num. 27.* Ginuen. *in pr. Archiep. cap. 29. num. 12.* Gutier. *can. quæst. lib. 1. cap. 16. nu. 15.* quod semper amplexa est Rota Romana, signatè coram Cassador. *dec. 1. num. 4. de pens.* Bellamer. *dec. 186. & dec. 188.* Achil. *dec 7. num. 2. de dol. & contum.* Mohedan. *dec. 7. ut lit. pend.* & inter diversi. *dec. 202. lib. 3. p. 3.* & in recent. *dec. 90. num. 1. p. 1.*

Idque etiam si agatur de excommunicatione à jure ipso 7
facto inflicta, quia non ideirco potest Judex declarare excommunicatum transgressorem absque citatione, Dec. *in cap. pervenit 1. de appel.* Navar. *in Man. cap. 22. num. 10. & lib. 5. consil. tit. de sent. excom. consil. 20. num. 4.* ac cæteri, quos refert ac sequitur Covar. *in d. cap. alma mater p. 1. §. 9. num. 5.* asserens, quod si aliter fiat, excommunicatio est nulla. Quod repetit Avila *de censur. p. 1. cap. 5. disp. 1. dub. 5. concl. 2.* Quando autem non sit necessaria citatio, alibi abundè diximus.

Cùm itaque censuræ, tanquam innixæ in causa non 8
vera, neque sufficienter probata nequeant sustineri, instandum est, vel ut declarentur nullæ, vel ut possit via juris gravamen reparari remedio appellationis coram Judice in partibus delegando, ne absque culpa excommunicatorum existimatio lædatur, non quidem zelo justitiæ, sed ob odium intestinum, quod aliquando viget inter partes, ac Judices Ecclesiasticos, cum censuræ non sint gladius ad privatam injuriam ulciscendam, ut admonet Sayr. *de censur. lib. 4. cap. 8. num. 17.* & Chartar. *dec. 50. num. 15.*

CONSULTATIO XII.

An filio Clerico, ex eo, quod ejus pater laicus sit excommunicatus, deneganda sit audientia in Tribunalibus Ecclesiasticis? Et an filii Colonorum mensæ Episcopalis gaudeant privilegio fori? Ubi alia de filiis, quoad immunitatem Ecclesiasticam remissivè ex decretis S. Congregationis.

AD primum negativè. Nam Textus *in cap. decernimus de sent. excom. in 6.* mandat denegari audientiam, excommunicatio, ideoque trahi non potest ad filios, & alios, qui in crimine non participarunt, cum excommunicatio unius non præjudicet alteri, & in portionibus quando excommunicati fuerant omnes Monachi unius monasterii, unus autem eorum fuit absolutus, quod ei non sit deneganda audientia pro monasterio, licet alii essent contumaces, & nollent parere, dixit Rota in Cæsaraugustana de Carpe 16. Februarii 1632. coram Mormanno. 1

Pro peccato enim Patris filius gravari non debet 2
Ecclesiasticis censuris, *can. si habes caus. 24. q. 4.* graveque est, & contrà naturalem æquitatem, ut filius pro parte gravetur, ut ait Textus *in l. 1. C. ut nulli lib. 12.* Quod exornat Roland. *cons. 74. num. 9. & seq. lib. 3.* & in terminis censurarum, quod filius pro patris crimine gravari non debeat, tradit post alios Sayr. *de censur. lib. 1. cap. 9. num. 21.*

Atque hinc est, quod pœna *l. quisquis C. ad l. Iul.* 3
majest. ab omnibus dicitur odiosissima, & in praxi non servanda, multo minus in foro Ecclesiastico, ut per Farinac. *q. 116. nu. 44. & seqq.* Immo in foro conscientiæ illam non obligare, neque esse servandam, inquit Alciat. *cons. 19. nu. 14. lib. 7.* cum sit contra jus divinum apud Ezechiel. *cap. 18. filius non portabit iniquitatem patris.* Quod prosequitur Roland. *d. cons. 74. nu. 21* De qua re nos *tom. 1.* accurate egimus, ubi explicavimus, quomodo hic locus Sacræ Scripturæ, aliique ejusdem loci sint intelligendi.

Et hoc præcipuè si filio Clerico jam sit jus quæsitum in 4
re; de qua agitur, ut in terminis potioribus latè firmavit Rota, & approbavit Clemens VIII. coram Pægna *dec. 311. num. 34. & seq.*

Ad secundum affirmativè, quia privilegium Patris, qui 5
admittitur pro Colono, suffragatur filio, qui reputatur portio ipsius patris, ut per Decian. *in tract. crim. lib. 4. cap. 9. num. 49.* & Carol. de Grass. *eff. Cler. 1. à num. 202.* facitque *textus in l. 1.* ubi Glos. *C. de Epis. & Cler.* atque etiam declaravit S. Congregatio Immunitatis in Vibevetana 6. Martii 1635. & in Interamnensi. *Filius legitimus, & naturalis Clerici Sacerdotis &c. dum vivit cum Patre. durante vita Patris, gaudet privilegio fori.* Idem in Urbaniæ 28. Aprilis 1654. Cætera vide *in tom. 1. cons. 99.*

CONSULTATIO XIII.

De aliquibus causis commutandi aliquando pœnas extractorum ab Ecclesia.

CUm aliquando asserta crimina, quæ præsumuntur 1
patrata à confugientibus ad Ecclesiam non probantur perspicuè, esse de exceptis in Constitutione Gregoriana, ideoque à S. Congregatione Immunitatis decernitur, reos gaudere siquidem immunitate Ecclesiastica, sed cum Sanctissimo pro pœna extraordinaria, non excedente triremes per decennium, vel pro aliis pœnis hujusmodi, cùmque propterea rei instent, quod restituantur Ecclesiæ, vel saltem ut commutetur pœna triremium in aliam mitiorem, certum est illam commutari posse, concurrente

causa rationabili; ut per Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 96. nu.* 14. Clar. *in prax. q. 85. verſ. Ulterius quæro*, Farinac. *de delict. & pan. q. 17. num. 7.*

2 Cauſa urgens videtur eſſe nobilitas familiæ reorum, qui tanquam tales non ſunt afficiendi pœnis, ignominiam irrogantibus, qualis eſt pœna triremium, Covar. *var. reſol. lib. 2. cap. 9. num. 4.* Farinac. *de pœn. temper. q. 98. num. 99.* ubi, ut plurimum hanc pœnam vidit commutare vel in exilium, vel in pecuniariam, vel in relegationem, aut in aliam Judicis arbitrio. Quod etiam probat, & extendit ad populares divites, ac honeſtos, tradirque Fab. de Ann. *conſ.* 34. Præcipuè vero ſi concurrant merita majorum, quæ pœnam delinquentibus, non ſolum minuere, ſed etiam remittere poſſunt, ut firmat Tiraquel. *de pœn. temper. cauſ. 49. nu. 10. & ſeq.* quem ſequitur Farinac. *d. q. 98. n. 141.*

3 Cauſa item commutandi pœnam eſt peritia inſignis alicujus artis reorum. Solet enim peritis in arte, vel rota pœna remitti, vel ſaltem minui, ut per textum *in l. ad beſtias, ff. de pœn.* Pariſ. de Put. *in tr. de ſyndic. v. pœna cap.* 1. Cæpol. *caut. num.* 1. Tiraquel. *cit. loc. cauſ. 50. num.* 1.

4 Qualitas etiam perſonæ cauſa eſſe poteſt commutandi pœnam, quæ qualitas per Judicem in impartiendis pœnis, quæ in ejus arbitrio ſunt commiſſæ, conſiderari debet, ita, ut indictas à lege valeat augere, vel minuere juxta facti, ac perſonarum qualitates, ut per textum *in l. & ſi ſeverior*, ubi Gloſſa, Doctores *C. ex quibus cauſ. infam. irroget. l. hodie*, ibique Bartol. *ff. de pœn. l. omnes ff. de milit.* Aliæ cauſæ pœnas temperandi lege apud Tiraquel. & Farinacium locis allegatis. Atque ita obſervavit ſæpius eadem S. Congregatio in quibuſdam caſibus particularibus.

5 Porro cùm quæreretur ab Epiſcopo Cæphalunenſi in S. Congregatione Immunitatis, an, Curia ſæculari non inſtante, ut ab Ordinario declaretur, confugientem ad Eccleſiam gaudere non debere privilegio immunitatis Eccleſiaſticæ, liceat Epiſcopo dictum confugientem, etiam invitum ab Eccleſia expellere ſub cautela, ne incidat in manus Curiæ laicalis? Eadem S. Congregatio reſpondit, *negativè*, ut habetur ex *lib. 2. decret. Paulucii fol.* 7.

CONSULTATIO XIV.

An committens horrendum, ac nefandum crimen etiam in Eccleſia, gaudeat immunitate Eccleſiæ? Et quid in hac re obſervandum?

1 QUamquam Sodomiæ crimen committens ipſo facto afficiatur juris infamia antè ſententiam condemnatoriam, aut aliam notorietatem, ut *l. 1. §. removet ff. de poſt.* ibique notata Gloſ. *v. paſſus, & l. cum vir nubit C. ad l. Jul. de adult.* ubi etiam Gloſ. *v. infames*, ſitque communis ſententia, ut apud Farinac. *q. 148. nu. 11.* Undè infamis de jure civili eſt etiam infamis de Jure Canonico. Garz. *de benef. p. 7. cap. 8. num. 11.* Et licet aliqui dicant, non ligare hanc pœnam pro foro conſcientiæ, immo neque pro foro exteriori ante ſententiam declaratoriam, ut de communi teſtatur Jaſon. *in l. ſi quis maior C. de tranſact.* Alii vero aſſerant, ſufficere delicti publicitatem, ut Sanchez *opuſc. lib. 6. cap. 3. dub. 3. num. 12.* magis tamen communis ait, requiri ac ſufficere notorietatem juris, aut facti, ut per Tolet. *lib. 1. cap. 74. in fine*, & Theſaur. *de pœn. Eccleſ. p. 1. cap. 23.*

2 Et quidem, poſita hujuſmodi notorietate, ex alio etiam capite fit infamis, quia eſt crimen enormiſſimum, depoſitione dignum, immo & degradatione, & traditione Curiæ ſæculari, ut *cap. Clerici de exceſ. Prælat.* Undè notorium exiſtens notat juris infamia ſecundum magis communem, ut teſtatur Tolet. *loc. cit.* Sayr. *lib. 7. cap. 12. nu. 12. &* 24. ubi in terminis de Sodomia, & plurimos allegat Garz. *p. 11. cap. 3. num. 110.* Quod ampliatur ità, ut etiam impubes, rationis uſum adeptus, incurrat hanc pœnam, licet pœnam ordinariam minor ætas minui faciat, tanquam cauſa minuens culpam; ut per Abb. *conſ. 22. num. 2. lib. 1.* & Molin. *diſ. 9. num. 20. tract. 4.* Atque adeo Sodomiæ cauſa infamis effectus, eſt irregularis, ut per Quarant. *in ſum. Bull. v. Sodomia limit. 1.* Tolet. *loc. cit.* Maiol. *lib. 5. cap. 43. num. 1.* ſed requiritur, ut dixi, publicitas, vel notorietas, ut per Vgolin. *de irregul. cap. 44. §. 2.* Tolet. & Quarant. *loc. allegat.* Garz. *d. p. 11. cap. 10. num. 194.* & Dian. *p. 1. tr. 3. miſcel. reſol. 21.*

3 Multique addunt, Sodomitam Clericum, etiam occultum, eſſe ipſo jure ſuſpenſum, ut etiam pœnitentia peracta, ſi celebret, fiat irregularis. Hanc opinionem tenet, & communem dicit Farinac. *q. 148. num. 27. cum aliis*, & teſtatur Garz. *d. num. 194.* Sed contraria opinio eſt magis communis, ut conſtat ex adductis à Garzia ibi *num. 195.* quibus adde Suarez *diſp. 31. ſect. 4. n. 20. de irregul.* Sayr. *d. lib. 7. cap. 12. num. 22.* Dian. *d. tr. 3. miſcell. reſol. 69.* cum ibi allegatis.

4 Et quamquam ex Bulla B. Pii V. quæ incipit, *Horrendum*, Sacerdotes aliique Clerici ſæculares, vel regulares, cujuſcumque gradus, & dignitatis, tam dirum nefas exercentes, ipſo facto ſint privati omni privilegio Clericali, omnique officio, dignitate, ac beneficio Eccleſiaſtico, & per Judicem Eccleſiaſticum degradati, tradendi ſint Curiæ ſæculari puniendi. Quod primo limitatur ad exercentes; undè requiritur conſuetudo, ſeu frequentia, ut per Navar. *in man. cap. 72. num. 242.* & per Garz. *d. cap. 10. num. 198.* ſed minùs rectè. Veritas enim eſt, quod etiam per unum actum poſſunt, ac debent degradari, & tradi Curiæ ſæculari puniendi per *d. cap. Clerici*, & ita Fagnan. *in cap. ad falſariorum num. 28. de crim. falſ.* ex juribus ab eo allegatis, ac Farinac. *d. q. 148. num. 30.* Limitatur ſecundo, quod pœna privationis privilegii Clericalis ex dicta Bulla illata non ligat ante ſententiam declaratoriam Judicis Eccleſiaſtici. Ita in ſpecie Diana *p. 1. tr. 2. de immun. reſol. 51.* ubi plures conſtipat. Neque enim eſt hæc pœna privationis cenſura aliqua, ſive ſuſpenſio, ut quidam putant, neque irregularitas, ſed pura pœna privativa, ſeu depoſitio verbalis latæ ſententiæ, ut per Filiuc. *tr. 17. num. 126.* Suar. *de cenſur. d. diſp. 31. ſect. 4. num. 22.* Quarant *d. limit. 1.* Avil. *de cenſur. p. 3. diſp. 5. dub. 3.* Dian. *d. tract. 3. miſcel. reſol. 21. & 67.*

5 Quamquam Sodomiæ reus efficiatur ipſo jure inteſtabilis, ut ejus teſtamentum nullum ſit, ut de communi Farinac. *d. q. 148. num. 16. ac 17.* accedente ſententia ſaltem declaratoria criminis, ut per eundem Farinac. *ibidem.*

6 Quamquam denique præpoſteram libidinem maſculorum ultimo ſupplicio vindicent leges civiles, *l. cum vir. & l. 1. §. removet ff. de poſtul. §. omnibus verſ. Igitur, & verſ. & propterea, & verſ. legibus auth. ut non luxurientur, l. 1. §. qui puero ff. de extraord. crim.* & muliebria paſſus infamis ſit, niſi ut ſit conſtupratus, *can. adulterii, can. flagitia, can. uſus, can. offerebat 32. q. 7.* Majus certè hoc ſcelus adulterio, & inceſtu. *lib. 2. cap. 16.* & majori pœna dignum, Paulus Juriſconſultus metum, ne ſtuprum inferatur, majorem eſſe bonis viris, quam mortis ait, *l. iſti quidem ff. quod metus cauſ.* Mitius cum iis judicem Eccleſiæ eſt. Nam Clerici, qui eo flagitio polluuntur contrà naturam à Clero dejiciuntur, & ad agendam pœnitentiam in monaſteriis detruduntur. Hodie tamen obſervatur Conſtitutio B. Pii V. laici à cœtu fidelium penitùs fiunt alieni, excommunicati *d. cap. Clerici de exceſ. Prælat.* Lex divina dignos morte, qui hoc agunt, quive agentibus conſentiunt, judicat ad Roman. *cap. 1.* & Levit. *cap. 20.* proſtatque Sodomorum terribile judicium Geneſ. *cap. 19.*

7 Lex Athenienſium, authore Æſchine contra Timarch. hæc erat Solonis: *Si quis Athenienſis puerum ingenuum contumelia, ſcilicet ſtupri, affecerit, qui eum puerum in poteſtate habet, reum deferat ad Præfectos prætorio talionique ſe ſubſcribat. Quod ſi fuerit judicio damnatus, undecim viris tradatur, & ipſa die ultimo ſupplicio afficiatur; Sin autem pecuniaria pœna fuerit irrogata, undecim diernm ſpatio poſt judicium acceptum illam inferat, vel carceri-*

teneatur. Et iterùm: *Si quis ex Athenienſibus ſe proſtituerit; ei non liceat ex novem magiſtratibus eſſe, Sacerdotio augurari neque pro populo cauſam dicere, ſed nec alium quemvis Magiſtratum gerere poſſit, ſive urbanum ſive externum, ſorteve electum, aut populi ſuffragio declaratum, neque ad legationem aliquam emittatur, ſententiamque non dicat, publicæ quoque Sacræ non ingrediatur, in publicisve coronationibus coronam non geſtet, neque intra cancellos in forum eat. Quod ſi quis ea fecerit, is ſtupri damnatus gladio ultore puniatur.* Lex Valentiniani, Theod. & Arcadii *l. omnes ad l. Iul. de adult. lib. 8. C. Theod.* hoc flagitium præpoſteræ libidinis flammis jubet vindicari. In exercitu Caii Marii propinquus ejus Imperatoris interfectus jure declaratus ab eo, cui vim in pudicitia adferebat, Plutarch. *in vita Marii*, Cicero *pro Milone*, Val. Maxim. *lib. 2. c. 1.* Marcus Claudius Marcellus ædilis Curulis, Caio Scantinio Capitulino Tribuno plebis diem ad populum dixit, quod filium ſuum de ſtupro appellaſſet, citatuſque Scantinius uno teſte, qui tentatus erat, damnatus eſt, Val. Maxim. *ibid.* Meminit Juvenalis legis Scantiniæ, quæ in eos, qui muliebria patiebantur, ſcripta erat, dum ait *Satyr. 2.*

Quod ſi vexantur leges, ac jura citari
Ante omnes debet Scantinia: reſpice primum
Et ſervare viros, faciunt hi plura, ſed illos
Defendit numerus, junctaque umbone phalanges.
Magna inter molles concordia.

8 In legibus Gothorum *lib. 8. de inceſt. lib. 2. Cod. leg. Viſigoth. tit. 5. & l. fin. ejuſdem tit.* Chidaſuildi Regis hæc adjicitur lex: *Maſculorum concubitores, vel ii, qui talia perſentientes pertulerunt, iſta ſunt legis hujus ſententia ferendi, ut uti ſcilicet mox tale nefas admiſſum judex evidenter inveſtigaverit, utroſque caſtrare procuret, & tradens eos Pontifici territorii ipſius, ubi id perpetrari contigerit ſequeſtratim arduæ mandentur detruſioni, vel inviti ſaltem luituri commiſſa, qui voluntariè perpetrare noſcuntur illicita. Hoc interim horrendum dedecus, ſi inferens quiſque, vel patiens, non voluntarius, ſed invitus explere dignoſcitur, tunc à reatu poterit immunis haberi, ſi nefandi hujus ſceleris ipſe detector extiterit.*

9 In mitiori foro Clericorum, vel monachorum, qui oſculum turpe, quo ſuſpicio oriatur libidinis impreſſerit adoleſcentibus, vel etiam turpitudinem, eſt ex fructuoſi Epiſcopi puniendus decreto poſt lib. Philaſtri *de hæreſibus in lib.* qui inſcribitur ſententiæ Patrum *de offic. rect. Eccleſ. c. 95.* cujus hæc ſunt verba: *Monachus, aut Clericus parvulorum, aut adoleſcentum conſectator, qui vel oſculo, vel qualibet occaſione turpi deprehenſus eſt comprobata patenter per accuſatores veriſſimos, ſive teſtes cauſa, publicè verberetur, coronam capitis, quam geſtat, amittat, decalvatuſque turpiter opprobrio pateat, omniumque ſputamentis oblinitus in facie, probraque ſuſcipiat, vinculiſque arctetur ferreis, carcerali ſex menſibus anguſtia maceretur, & triduana per hebdomadas ſingulas refectione panis exigui hordeacei veſpertino tempore ſublevetur. Poſt deinde expletis his menſibus, aliis ſex menſibus ſuccedentibus ſub ſenioris ſpiritualis cuſtodia ſegregata in curticula degens, operi manuum, & orationi continuo ſit intentus, vigiliis, & ſletibus, & humilitate & pœnitentia lamenta percipiat, & ſub cuſtodia ſemper & ſolicitudine duorum ſpiritualium fratrum in monaſterio ambulet, nulla privata loquutione, vel conſilio deinceps juvenibus conjungendus.*

10 Pudet me dicere turpiſſimas tribadum venerearum conmixtiones, quas fœdiſſimæ quædam mulieres exercent, noctuis ac frictionibus compellentes ad exſudationem ſeminalem, Boer. *dec. 316. in fine*, Anton. Gomes *in l. 80. Taur. num. 14.* Sed quia & mulieres accuſatas referant interpretes, & damnatas, & non poſſum omninò filere, & Accurſius, aliique interpretes putant, leges etiam huic fœdiſſimæ voluptati impoſuiſſe, cum mulier agit, ut vir, Gloſ. 2. *in l. ſæviſſimam C. ad l. Jul. de adult.* deque hac prodigioſa Venere extat Martialis epigramma 36. *lib. 1.* Anton. Gomeſius tradit loco citato, adhibitis inſtrumentis, quibus ſe jungant viriliter in modum compertas mulieres in hac turpitudine morte mulctandas; ſin autem ſola fricatione ſteterint, citra mortem puniendas. Quem ſequitur Clarus *lib. 5. recept. ſent. §. Fornicatio num. 29.*

11 Attamen ſodomita non privatur immunitate Eccleſiæ. Quia licet ſit crimen immane, non eſt tamen exceptum in Conſtitutione Gregorii XIV. *de immun. Eccleſ.* quæ lata eſt per modum legis univerſalis, ut ait Macerat. *lib. 2. reſol. 15. num. 5.* Cur autem non fuerit exceptum, in arcano eſt. Ita in hac ſpecie docent Sanchez *in opuſc. tom. 2. lib. 6. c. 1. dub. 10 num. 2.* Giurba *conſ. 100. num. 4.* Danza *in pugn. Doct. tom. 1. tit. de immun. Eccleſ. c. 4. num. 10. & ſeqq.* Bonacin. *diſp. 3. q. 7. pun. 5. num. 14.* Dian. *p. 4. tract. 1. reſol. 45.* qui alios citat, Marant. *p. 2. reſp. 36. v. 22. & ſeqq.* Novar. *in ſum. Bull. tit. de immun. Eccleſ.* qui id extendit, etiam ſi ſodomiæ crimen commiſſum ſit in Eccleſia, Rovit. *ad prax. de ſodom. in rub. in nov. addit.* & Farinac. *in append. de immun. c. 6. num. 9. & ſeqq.* Donat. *de aſyl. reſp. 87. num. 8.* ubi teſtatur, ita declaratum fuiſſe à Sac. Congregatione immunitatis in Faventina, & in Valliſoletana 19. Maii 1627.

12 Fruſtrà reclamantibus Correa *in relect. ad c. inter alia de immun. Eccleſ. p. 3. num. 40. p. 17.* Avendagno *de exeq. mandati p. 1. c. 229.* Phœbo *tom. 1. dec. 81. num. 7.* Barboſa *ad ordin. tom. 2. lib. 2. §. 1. num. 1.* Curtellio *in leg. Martini c. 17. num. 5. ac de immunit. Eccleſ. lib. 1. qu. 24.* & Mario Italia *de immunit. lib. 1. c. 5. §. 3.* Caſtillo *p. 2. dec. 155.* in qua habetur, quòd in Curia Archiepiſcopali Panormitana fuit deciſum, quemdam Regularem, qui crimen hoc nefandum in dormitorio ſui monaſterii commiſerat, immunitate non gaudere. Nam deciſio illa nitebatur litteris, pro illo caſu particulari conceſſis à Summo Pontifice Clemente VIII. Archiepiſcopo Panormitano. Quare merito illam reprobat præ cæteris Maranta loco allegato, & nos alibi, & ita in caſibus particularibus, tum in hoc crimine, maximè ſi in Eccleſia commiſſum ſit, tum in aliis enormibus non exceptis in dicta Conſtitutione Gregoriana, facto verbo cum Sanctiſſimo, Sanctitas ſua jubet extrahi reos hujuſmodi ab Eccleſia, & puniri extra ordinem, & aliquando prout de jure. Quod factum in Meſſanenſi die 9. Novembris 1626 ac alibi ſæpiùs.

CONSULTATIO XV.

An Eccleſia, ſive Capella, authoritate Epiſcopi erecta in ejus diœceſi, ex eo, quod in illa divina audiunt, ac percipiunt milites Stationarii Legatorum Sedis Apoſtolicæ, quorum ſumptibus conſtructa fuit, ita ſit exempta, ut viſitari non poſſit ab ipſo Epiſcopo authoritate ordinaria?

1 REſpondeo, poſſe Epiſcopum, tamquam Ordinarium hujuſmodi Eccleſiam, ſive Capellam viſitare. Quia cum ſit intra limites ſuæ juriſdictionis ordinariæ, habet intentionem fundatam in Jure, quod Eccleſiæ, & Capellæ exiſtentes in ſua diœceſi ſint ſuæ juriſdictioni ſubjectæ, ut per S. Rotam *dec. 803. num. 3. & dec. 389. nu. item 3. p. 1. & dec. 328. num. 2. p. 2. & dec. 715. num. 1. p. 4. diverſ. & deciſ. 243. num. 1. & deciſ. 138. num. 2. & 4. p. 2. & deciſ. 552. num. 1. & 6. p. 4. tom. 3. rec. & deciſ. 171. num. 1. & dec. 191. num. 1. & ſeq. p. 1. rec.* Et jus illas viſitandi ſpectat ad ipſum, quia viſitatio pendet ab ordinaria juriſdictione Rota *dec. 168. num. 2. & dec. 394. num. 4. p. 1. rec.* tam ex jure communi, quàm ex decretis S. Concilii Tridentini, Rota *dec. 207. num. 1. & dec. 196. n. 2. p. 2. div. & dec. 501. num. 1. & ſeq. & dec. 30. num. 2. p. 2. & dec. 368. num. 12. p. 4. tom. 2. recent.*

2 Neque obſtat, quòd ejuſmodi milites ſint de familia Legati Apoſtolici. Quia Cardinales Legati non poſſunt Eccleſiam, ſive Capellam ab Ordinarii juriſdictione eximere, licet ab ipſis eſſet fundata per textum *in c. ſua nobis*, ubi Dec. *num. 5. & 7.* & Jo: Andr. *num. 1. ac 2.* Abb. *num. item 1. & 2.* ac Innoc. *verſ. vel melius de confirm. util.*

util. vel inutil. traditque Glos. *in cap.1. v. exemptis*, ibique Franch. *sub num.4.* Geminian. & alii *de privil.in 6.* Gamb. *de offic. & potest. Legat. lib.2. num.* 280. Cocchier. *de jurisd. in exempt. p.1. quæst. 3. num.* 13. ac Rota *dec.* 48. *num.3.* coram Cardinali Millino. Quia Legati de Latere non possunt contra jus commune rescribere, neque jus tertio quæsitum auferre, ut per Cassador. *dec. 3.n.3. de decret. in reservat. & dec.*1306. *nq.4. & 5.* coram Cardinali Seraphino, neque jurisdictioni Ordinarii præjudicium inferre Franch. *in c.n.8. de offic. leg. in 6.* Veral. *dec.*287. *num.3.p.1. & dec.*350. *num.2. p.3.* Atque ita etiam declaravit S. Congregatio Concilii in Ravennatensi Visitationis sub die 23. Januarii 1666.

CONSULTATIO XVI.

An Princeps, vel ejus ministri invenientes Ecclesiasticos extrahentes è Regno pecuniam, frumentum, equos, & hujusmodi alia contra legem Principis prohibentem sub pœna commissi, possint ab illis hæc auferri absque læsione libertatis Ecclesiasticæ, & timore excommunicationis? Ubi plura de exemptione Clericorum, ex Sacris litteris, Conciliis, Patribus, aliisque Sanctionibus.

Et quid in ditione Ecclesiastica, etiam quoad Episcopos? Ubi de potestate Thesaurarii Cameræ Apostolicæ. Ubi an Episcopi possint Sacris interdicere Reges, eorumque ministros, & officiales?

Et an res ejusmodi extractæ sint immunes à vectigalibus?

1 AD primum affirmat Joannes de Nevia *in curia Philippi p. 3. §.3. num.*11. & Bobadil. *in polit. tom. 1. lib.2.cap.8. num.* 117. Quia, inquiunt, hoc statum respicit bonum commune, tam laicorum, quam Ecclesiasticorum exemplo expoliationis armorum, atque adeò ligat etiam Ecclesiasticos.

2 At verò negamus cum Azorio *p.3. lib.5. cap.*19. *qu.*13. Alterio *de censur. tom.1. disp.*16. *lib.5. c.* 5. *in fine*, Valero *in different. utriusque fori v. Clericus diff.* 3. *num.* 4. Megalio *in* 3. *p.l.*3. *cap.*11. *num.*16. Bartholom. à S. Fausto *in specul. confes. disp.* 33. *qu.*20. & aliis apud ipsos.

3 Quia cum Ecclesiastici non subdantur legibus Principis laici secundùm vim coactivam, non possunt comprehendi sub tali statuto. Laici enim super Ecclesiis, earumque personis, ac bonis nullam habent jurisdictionem, *can.1.d.* 10. *can. Benè quidem d. 96. c.cum causa de re jud.* Statuendi siquidem potestas à jurisdictione regulatur ait notat Barbos. *in l.omnes populi q. 1. ff. de just. & jur.* Bald. *in l. fin. versiculum textum ff. de jurisdict. omn. Judic.* & *in l.decernimus col.2. num.7. C.de Sacros. Eccles.* Butr. *in cap.cum omnes col. penult. num.29. & seq. de constit.* Dec. *in c. Ecclesia S. Mariæ num.* 89. *eod.* & Canonistæ communiter. Quare hujusmodi statuta, tamquam excedentia limites potestatis statuentium, sunt ipso jure nulla, ut per Abb. *in c. Quæ in Ecclesiarum not ab.* 2. & Dec. *num.*14. *de Constit.* Neque inde ullum præjudicium Ecclesiis earumque personis, ac bonis generatur, ut per *d.c. Quæ in Ecclesiarum*, ibique Glos.1. & Innoc. *in principio*, & per *d.can. Benè quidem d.*96.

4 Idque, etiam si statuta hujusmodi disponant de bonis patrimonialibus Clericorum, ut concludit Butr. *in d. c. quæ in Ecclesiarum num.* 20. & Abb. *in d. c. Ecclesia S. Mariæ in lectur. num.*21. Felin. *num.*8. ac Dec. *num.* 176. Quia ejusmodi bona non sunt de foro laicorum per Textum *in l.decernimus C. de Episcop. aud.* & notat Oldrad. *cons.* 83. *num.* 4. Ergo neque eorum statutum ligantur. Quia forum fortiri, & statutis ligari à pari procedunt, *c. ut animarum de constit. in 6.* Estque regula quam post Innocentium tradit Butrius *in rubr. de consuet. num.*7. Archid. *in can. quo jure num.*18. *d.*8. Speculat. *in tit. de constit. §.1.* Caldar. *cons.* 34. *de testam.* Dec. *in d. c. Quæ in Eccl-siarum num.*15. Cardin, Seraphin. *dec.* 1018. *num.*6. Et hoc modo arguit Dec. *in d. c. Ecclesia S. Mariæ num.*176.

5 Quare bona Ecclesiarum, & Clericorum esse exempta à Jurisdictione Principis sæcularis magna Patrum consensione, ac vehementi laicos sibi in illa jus aliquod vindicantes increpatione declaratum est in Synodo Romana tertia *can.*1. relato *in d.can. Bedè quidem d.* 96. & in Synodo Romana VI. cujus decretum refertur *in can. in canonibus* 16. *q.*2. in Concilio generali sub Innoc. III. *c.* 44. relato *in c. cum laicis de reb. Eccles. non alien.* de quo etiam est Textus *in d. c. Ecclesia S. Mariæ de constit.* Et hanc quoque exemptionem esse de jure divino, constat evidenter *ex c. Quamquam de censibus*, per hæc verba: *Cùm igitur Ecclesiæ, Ecclesiasticaque personæ, ac res ipsarum non solum jure humano, quinimò & divino, à sæcularium exactionibus sint immunes*, estque textus *in c. nimis de immunit. Eccles.* dicitque esse communem, ac veram sententiam Canonistarum, ac pluribus argumentis tuetur Valentia *tom.4.disp.9. qu.* 5. *pun.*4. Bellarmin. *tom.2. lib.1. de Cleric. c.*28. *in 4. & 5. propos.* idemque firmarunt Joannes Montaig. *de Collat. parlam. p.2. num.*11. Burfatt. *cons.*42. *num.1. lib.1. & cons.* 186. *num.*8. *lib.*2. Plot. *in addit. ad ult. cons.* Lauden. *n.*8. Everar. *cons.*30. *num.*23. ac decisum in S. Rota Romana in Albanen. gabellæ, sive onerum 28. Junii 1630. coram Merlino.

6 Unde cùm tam Ecclesiæ, quam personæ Ecclesiasticæ, earumque bona sint prorsus exempta à sæculari jurisdictione, hinc sequitur necessariò, ut Princeps sæcularis nullam sibi authoritatem, aut Jurisdictionem in Ecclesias, personas, & bona hujusmodi possit vendicare, ut de his omnibus est textus *in d. c. Ecclesia S. Maria in cap. cum laicis, & in can. inter hæc* 33. *q.* 2. ubi dicitur Sanctam Dei Ecclesiam nunquam humanis legibus constringi, & asserunt passim interpretes omnes in locis allegatis.

7 Hinc omnes leges, quæ habentur *in C.de Sacros. Eccles. de Episc. & Cler. & in auth. de Sanctiss. Episc.* cum similibus non valent ex defectu potestatis, cùm de Ecclesiis, de personis Ecclesiasticis, earumque bonis speciatim loquantur, ut concludit Abb. *in d. c. Ecclesia S. Mariæ num.*10. *de constit.* & Jo: Andr. *in d.c.non minus numero* 14. *de immun. Eccles.* quem ibi sequuntur Butr. *numero* 10. idem Abb. *num.*18. & Calder. *cons.* 2. *num.*3. Additque Abbas *in d. c. Ecclesia S. Mariæ* Imperatorem hodie recognoscere Imperium ab Ecclesia, ideòque ab Ecclesia coronari, & confirmari, ac Imperium de gente in gentem per Ecclesiam transferri, ut fuit olim translatum è Græcis ad Germanos, *c. per venerabilem de elect.* cujus translationis veritatem pluribus Romanorum Pontificum attestationibus, ac ipsorum Principum confessionibus comprobat, & à mendacia, ac impostoris Matthiæ Flacci latissimè vindicat Bellarminus *tom.1. contr.1.*

8 Ut proinde non sæcularem, sed Ecclesiasticum Magistratum, Pontifices, Episcopos, ac presbyteros esse Judices in causis Religionis, & Clericorum, asserant Sacræ litteræ Deuter. 17. *v.* 8. Paralip. 19. *v.* 11. *& 26. v.* 16. Ephes. 4. *v.*11. Concilia Orientalia, & Patres Græci, Origen. sub anno 230. *homil. 5. in Levit.* Constantinus Imperator sub anno 325. apud Rufin. *lib.1. hist. c.*2. & apud Zozom. *lib.*1. *c.*16. Concilium Antiochenum sub anno 340. *c.* 11. *&* 12. Athanasius sub anno 340. *Epist. ad solitar. vit. agent.* loquens de Imperatore Constantio Ariano, qui aliquod judicium sibi in Ecclesiis usurpabat *& apolog.2. contrà Arianos*, Hosius Episcopus sub anno 350. *Epist. ad Constantium Imperatorem*, Cyrillus Hierosolymitanus sub anno 370. *Cateches.*17. Gregorius Nazianzenus sub anno 380. *orat.* 2. quæ est ad eos, qui ipsum primum acciverant, nec venerant, postquam presbyter factus fuisset, & *orat.*17. quæ est ad cives Nazianzenos, & Præfectum irascentem, Valentinianus, Theodosius, & Arcadius Imperatores sub anno 387. apud Gratianum *cons.*11. *qu.*1. Joannes Chrysostomus sub anno 400. *de verbis Esaiæ homil.4. & lib.3. de Sacerdotio, & homil.* 83. *in Matth.* alloquens Diaconum, Theodosius, & Valentinianus Augusti sub anno 428. *Epist. ad Synodum Ephesinam*

Ephesinam, & Epist. ad Cyrillum, Cyrillus Alexandrinus sub anno 430. *Epist. ad Synodum Antiochenam*, Sozomenus sub anno 440. *lib. 6. cap. 7. & lib.1. cap.*8. Theodoretus sub anno 450. *Ecclesiasticæ hist. lib. 4. cap.* 16. Pulcheria Augusta sub anno 433. *Epist. ad Consulares Bithiniæ Strategum*, Marianus Imperator sub anno 453. *orat. ad Synodum Chalcedonensem act.*1. Concilii, & *Cod. de Episcop. audient.* Concilium Chalcedonense sub anno 453. *can.* 9. Leo, & Anthemius Imperatores sub anno 466. *in l.omnes C.de Episc. & Cleric.* Justinianus sub anno 530. *in auth. Constit.*79. *& Constit.*83. *& Constit.*123. Joannes Damascenus sub anno 730. *orat. 2. de Imaginibus*, Basilius Imperator sub anno 868. *oratione*, quam habuit in 8. Synodo, Suidas sub anno 970. *in Leontio* Tripolis Episcopo, Georgius Cedrenus sub anno 110. *in Leone* Iconomacho, Simeon Thessalonicensis *lib.8. de myster. & Cærem. Eccles.*

9 Asserunt quoque Concilia Occidentalia & Patres Latini, Clemens Romanus sub anno 80. *Epist.*1. Cyprianus sub anno 250. *Epist.* 55. Caius Papa sub anno 283. *Epist. ad Felicem*, Marcellinus sub anno 296. *Epist.* 2. Concilium Romanum Primum sub anno 320. *cap.* 4. Concilium Romanum Secundum sub Sylvestro anno 325. *cap.*16. Hilarius sub anno 350. *adversus Constantium Augustum*, Lucifer Calaritanus sub anno 360. *lib.*1. *ad Constantium Augustum* pro S. Athanasio, Ambrosius sub anno 370. *Epist.* 32. ad Valentinianum Imperatorem & *Epist.* 33. Hieronymus sub anno 390. *Epist.* 142. Concilium Carthaginense tertium sub anno 397. *cap.*9. Augustinus sub anno 400. *Epist.* 166. Concilium Milevitanum sub anno 410. *cap.* 19. Severus Sulpitius sub d. anno 410. *lib.* 2. Sacræ Historiæ, Honorius Imperator sub eodem anno 410. *Epist. ad Arcadium*, Orientis Principem, Bonifacius primus sub anno 418. *Epist. ad Honorium Augustum*, Leo primus sub anno 450. *Epist.*9. *ad Episcopos Thraciæ.* Concilium Venetium sub anno 460. *c.* 9. Gelasius primus sub anno 490. *Epist. ad Anastasium Imperatorem*, Romana Synodus tertia sub Symmacho anno 501. Romana Synodus quarta sub Symmacho anno 501. *c.*3. Concilium Agathense sub anno 506. *c.* 32. Hormisda sub anno 510. *Epist.*10. ad Avitum Viennensem Episcopum, Concilium Epaunense sub anno 517. *c.* 11. Athalaricus Rex sub anno 520. *Epist. ad Clerum* Ecclesiæ Romanæ, Concilium Aurelianense tertium sub anno 537. *c.* 31. Martinus Bracarensis sub anno 570. Græcarum Synodarum *c.* 35. Concilium Matisconense sub anno 576. *c.* 7. *&* 8. Pelagius primus sub anno 579. ad Benegastum Defensorem *quæst.* 1. ad Sergium Cancellarium, Concilium Toletanum tertium sub anno 589. *c.* 13. Gregorius Magnus sub anno 590. *lib.* 3. *Epist.* 26. ad Januarium Episcopum Caralitanum, *& lib.* 5. *Epist.* 25. *& lib.*9. *Epist.*32. Romano Defensori Siciliæ, *& lib.*11. *Epist.* 54. *& lib.*4. *Epist.* 75. Concilium Antisiodorense sub anno 1614. *c.* 35. Concilium apud Palatium Vernis sub anno 755. *c.* 18. Adrianus primus sub anno 780. apud Gratianum 11. *quæstion.* 1. Carolus Magnus sub anno 800. *lib.* 6. *c.* 105. *&* *c.* 109. Concilium Moguntinum sub anno 813. *c.* 24. Eugenius Secundus sub anno 824. *c* 4. Nicolaus primus sub anno 860. ad Consulta Bulgarorum *c.* 70. *& Epist.* 8. ad Michaelem Imperatorem. Nicolaus secundus sub anno 1060. *Epistola decretalis*, Gregorius Septimus sub anno 1076. *lib.* 7 *Epist.*12. Ivo Carnotensis sub anno 1100. *Epist.* 162. Hugo Victorinus sub anno 1130. *de Sacramentis fidei lib.* 2. *p.* 2. *c.* 8. Arnulphus Lexoviensis sub anno 1160. Sermone habito in Concilio Lugdunensi, Alexander Tertius sub anno 1160. in Concilio Lateranensi *p.*10. *de appellat. c.*26. Thomas Cantuariensis sub anno 1170. *Epist. ad Reges Angliæ*, Joannes Salisberrus Carnotensis sub anno 1170. *lib.* 4. *polic. c.*3. Innocentius Tertius sub anno 1200. *extr. lib.* 2. *titul.* 2. *de for. compet. c. si diligenti*, Matthæus Parisius sub anno 1250. *in Hist. Anglicana* de anno 1190. Nicolaus Lyranus sub anno 1320. *ad c.* 26. *lib.* 2. *Paralyp.* Joannes de Turrecremata sub anno 1460. super *decret. p.* 2. *caus.* 12 *quæst.*1. *num.* 3. & alii adhæc usque tempora &c. novissimè Concilium Lateranense sub Leone X. *sess* 9. *tit. Reformationis Curiæ*, & aliorum, hanc exemptionem permulti Hæretici conati sint convellere, ut in specie Marsilius, Patavinus, & Joannes de Janduno relati à Turrecrem. de *Eccles. l.*4. *p.* 2. *c.* 37. Joannes Calvinus, & Petrus Martyr, quorum fundamenta evertit Bellarminus *tom.* 2. *contr. lib.* 1. *c.* 28.

10 Et quamquam non conveniant inter se Doctores in quo jure hujusmodi exemptio inducta sit, de qua re fusè Delbene *de immunit. c.* 1. *dub.* 2. *sect.* 1. ex quo nihil definiri potest, crebrior tamen gravissimorum interpretum sententia est, eam esse de jure divino. Ita præ cæteris tenet Glossa *penult. in can si Imperator d.* 96. dum ait, Clericos ante omnem humanam Constitutionem à sæculari potestate exemptos esse, & Constitutiones Clericos eximentes non continere jus novum, sed juris declarationem. Idem sentunt Turrecremata, & Præpositus *in d.can. si Imperator nu.* 2. Glossa & Doctores *in d. c. Quamquam de censibus in 6.* Cardin. *in concord. rubr. de potest. concord.* adjiciens id esse contra rationem naturalem, ut laici inferiores judicent de personis Ecclesiasticis, quæ sunt ipsis dignio-res. Quæ sententia probatur ex *d. can. si Imperator, ex d. cap. quaquam*, ex Concilio Lateranensi *loco citato*, ac demum ex Concilio Tridentino *cap.* 19. *sess.* 25. ubi dicitur immunitatem Ecclesiæ, ac personarum Ecclesiasticarum Dei ordinatione, ac Canonicis Sanctionibus constitutam.

11 Præcipua ratio est, quia cum Ecclesiastica potestas fit à Christo, lege Evangelica supernaturaliter constituta, & Petro, ut Principi Apostolorum, ejusque Successoribus, non autem Principibus laicis commissa, *can. in novo d.* 21. *cap. felicis de major. & obed.* & habetur *dist. 96. per totam*, eaque circa spiritualia versatur, consequens est, ut ad Ecclesiasticam, non laicam potestatem pertineat jurisdictio in personas Ecclesiasticas, quæ omninò corpus, & animam in sortem Domini transtulerunt, ac Dei servitio dedicarunt, *can. cui portio* 12. *quæst.* 1. qua ratione usus est, Ost. *in d.cap.*2. cui adstipulantur Jo. Andreas, Imola, & alii Marian. Socin.

in c.2. de for. compet. Oldrad. *cons.* 84. ubi plura in hanc rem congerit.

12 Atque hinc capientes, nec retinentes res hujusmodi ab Ecclesiasticis extractas, incidunt in censuras contrà lædentes, ac violantes immunitatem, ac libertatem Ecclesiasticam inflictas *in cap. adversus de summa. Eccles. in cap. 1. & 3. eod. tit. in 6. in cap. quamquam de censibus in 6.* in S. Concilio Tridentino *sess. 25. cap. 20. de ref.* & in Bullis Cœnæ Domini, quarum absolutio est Summo Pontifici reservata; de qua absolutione fusè Alxer. *de censur. disp. 22. lib. 5. cap. 2.* adeoque indigeant absolutione simpliciter, non autem ad cautelam, cum constet, sententiam excommunicationis contra eos fulminatam pro defensione immunitatis, ac libertatis Ecclesiasticæ esse justam, & validam per textum *in cap. sicut dilectus* ibique Abb. *num. 5. de sent. excom. cap. quod in dubio in princ. & c. sacris eod. tit.* traduntque *in Clem. 1. de sec.* Glossa, *v. donec*, Cardinal. *num. 26.* Vitalin. *num. 48.* Abb. *in c. 1. num 6.* ac Felin. *num. 4. de judic.* idem Abb. *in c. fin. num 4. de major. conver. contra intend. Eccles.* Innoc. Butr. & alii *in cap. cum bona de stat. & qualit.* Dec. *in c. 1. num. 46.* Rip. *num. 25. de Constit.* & Covar. *in c. Alma mater p. 1. §. 11. num. 5.*

13 Et in ditione Ecclesiastica non suffragatur decretum Thesaurarii Cameræ Apostolicæ, quia illud non potest continere absolutionem à censuris, nisi ei fuerit super hac re concessa facultas à Sanctissimo, sed revocatoriam declaratoriæ censurarum cum omnibus forsan attentatis in partibus, quo etiam in casu, non illico excommunicatio debet declarari nulla, sed excommunicatus debet absolvi ad cautelam juxtà formam Ecclesiæ consuetam per textum *in c. Venerabilibus*, ubi Anchar. *num. 1. & seqq. de sent. excom. in 6.*

14 Cùmque non possit revocari in dubium validitas, & justitia censurarum, maximè si contrà reos præcesserit monitio, quæ non est necessaria, ut per Lap. *alleg. 73.* Innoc. *c. venerabili de cons. & in c. Sacro de sent. excom. in 6.* Franch. *in cap. statutum num. 4. & in cap. Romana §. caveant in fine de sent. excom. pariter in 6.* Innoc. & Imol. *in cap. dilecto eodem tit.* Socin. *in cap. perpendimus num. 118. & 122. & in d. cap. Sacro numero 365.* ubi etiam Felin. *num. 6. & 7. eod.* Menoch. *de arbitr. cas. 543. num. 29.* Burgun. *decis. 38. per totam*, ac Gennen. *ex prax. cap. 20. sub num. 4.* utique dicendum est illos indigere absolutione simpliciter, non ad cautelam cum adhuc non fuerint absoluti, neque absolvi quidem possint à Thesaurario Cameræ Apostolicæ, qui non habet facultatem absolvendi excommunicatos ab Ordinario, neque in Episcopos exercere potest aliquam jurisdictionem, nisi in casibus spoliorum, ut patet ex Constitutione 100. Sixti V. idèoque non potest hanc jurisdictionem sibi permissam exercere, Seraph. *decis. 772. num. 2.* Gregor. *decis. 287. num. 9.* Absolutio autem data à non habente jurisdictionem, est nulla, Rota apud Duran. *decis. 162. n. 3.* & Ricciul. *de jur. person. lib. 4. cap. 70. n. 14.* Præsertim cùm hujusmodi excommunicatio est fulminata à Sacris Canonibus, ejusque absolutio est reservata Romano Pontifici, & propterea nec Thesaurarius quidem Cameræ Apostolicæ ex facultatibus suis ordinariis absolvendi à censuris potest in hoc casu absolvere, nisi cum facultate speciali sibi delegata à Pontifice ad hunc effectum. Quare hujusmodi excommunicati debent remitti pro absolutione ab excommunicatione ad excommunicantem, ut consuevit eos remittere S. Congregatio Consultationis.

15 Et cum Ecclesiastici sint immunes à quibusvis exactionibus, non tenentur assignare frumentum, & alia hujusmodi ministris Principis, aliisque sæcularibus, nec ministris quidem Cameræ Apostolicæ, Sperel. *dec. 13. n. 22.* Undè liberè possunt res suas extrahere, cum non comprehendantur in edictis generalibus, nec Thesaurarii quidem Cameræ Apostolicæ, nisi hic habeat ad id facultatem à Pontifice, & de illis fiat specifica mentio, quæ omninò est necessaria, tanquàm speciali nota digni per textum *in c. quia periculosum de sent. excom. in 6. c. dilectus de concess. prab. cap. Inquisitores*, ubi Glos. *v. expresse de hæret. in 6.* Jo: Monach. *in c. cum medicinalis eodem. tit.* Genuens. *d. cap. 30. n. 5.* & Graff. *p. 1. decis. lib. 4. cap. 3. nu. 19. & seq.* ubi idem à fortiori concludit de Episcopis, Archiepiscopis Patriarchis, & Cardinalibus, & comprobat Alter. *de censur. lib. 3. disput. 4. cap. 3.* & Thoming. *decis. 23. p. 2.* ac Rot. *decis. 529. num. 2. p. 3. recent.* Unde ob violatam immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam, etiam ministri Cameræ Apostolicæ fortiuntur forum Episcopalem, Barbos. *tom. 3. in cap. dilecto num. 6. de sent. excom. in 6.*

Non obstat quoad ditionem Ecclesiasticam, & Thesaurarium Cameræ Apostolicæ Constitutio 28. Urbani VIII. revocatoria privilegiorum in præjudicium Sedis Apostolicæ emanatorum occasione extractionis frumenti de Provincia in Provinciam, in qua fit specialis mentio, etiam de Episcopis §. 15. Nam in eadem Constitutione §. 12. declaratur, excipiendas esse exemptiones, ac immunitates de jure competentes in hæc verba: *Per præfata autem non intendimus revocare exemptiones, & immunitates, quibuscumque personis Ecclesiasticis, tam sæcularibus, quàm Regularibus de jure competentes.* 16

Neque obstat, quòd hujusmodi statutum respiciat bonum commune. Nam hoc tribuit potestatem statuendi secundum Bald. *in l. cunctos populos nu. 5. C. de sum. Trinit.* Publicum enim bonum qualitatem legis respicit, potestas autem, & auctoritas substantiam, sine qua nulla potest considerari qualitas, *l. 2. ff. de usufruct. & l. nec ullam, sive l. etiam si §. si quis absentes*, ubi notat Angel. *sub initio ff. de petit. hared.* Unde parum refert, quod in laico adsit modus condendi legem, scilicet bonum publicum ac necessitas, nisi etiam adsit potestas, & voluntas, quæ omnia ad cujusque actus validitatem concurrere debent Bald. *cons. 316. num. 2.* Bero. *cons. 76. num. 26. vol. 1.* Purpurat. *cons. 335. num. 2.* De ratione enim legis est, quod sit actus publicæ potestatis jurisdictionalis ex Aristotele *10. eth. cap. ult.* Doctores communiter cum D. Thoma *1. 2. quæst. 90. art. 3.* & desumitur *ex cap. cum accessissent & d. cap. cum in Ecclesiarum de Constit.* Quia lex est regula dirigens subditos secundum exigentiam boni communis, atque adeò debet esse actus jurisdictionalis proveniens ab eo, qui præest communitati. Ecclesiastici autem non sunt subditi Principi sæculari, ut jam probavimus. Quare leges civiles non obligant Ecclesiasticos jurisdictionali modo ex vi legis, atque adeò neque ex vi potestatis legislativæ, quæ est in laicis, quia Principes laici non habent aliquam jurisdictionem in personas Ecclesiasticas, etiam in ordine ad temporalia, ut *in cap. sæculares de foro comp. in 6. & in d. cap. Ecclesia S. Mariæ de Constit.* & Leone X. in citato Concilio Lateranensi *sess. 9.* ubi decernitur, quod tam jure divino, quàm humano nulla competit potestas laicis in personas Ecclesiasticas, quæ nullo pacto subjiciuntur potestati coactivæ legum civilium in ordine ad laicos, ut per Sot. *in 4. d. 25. quæst. 2. art. 2.* Azor. *p. 1. lib. 5. cap. 12.* Salas *disp. 14. de legib. sect. 10.* & alios communiter. Idque probatur ex *can. lege Imperatoris d. 10. & ex can si Imperator*, & *can. nunquam d. 90. cap. noverit. & cap. graviter de sent. excom.* passimque alibi, ubi reprobitur quidquid præjudicat immunitati Ecclesiasticæ. Maximè autem præjudicat vis coactiva laicorum, solumque obligatio servandi leges civiles in Ecclesiasticis provenit ex jure naturæ, & ex ipsa lege civili, non ut imperativa, sed ut directiva, ita, ut conjuncta cum lege naturali compleat unam vim obligativam, quatenus lex naturalis obligat in communi, & lex civilis determinat obligationem. Esque eorum, Ecclesiasticos non obligari legibus civilibus, quæ aliquo modo pugnant cum eorum dignitate, aut contrariantur legibus canonicis, ut sancitur *in d. cap. noverit de sent. excom.* & in Tridentino *sess. cap. 2. de reform.* Eæ vero leges

leges civiles, quæ non repugnant statui Ecclesiastico, ac legibus canonicis, obligant Ecclesiasticos in conscientia in ordine ad communitatem civilem. Nam si Ecclesiastici non servarent has leges, inverterent, debitum ordinem politiæ civilis. Quia hæ leges eo ipso, quod sunt justæ, sunt etiam necessariæ pro conservatione communitatis cum debito ordine, ac proinde si non servarentur, inverteretur debitus ordo. Nam Ecclesiastici ratione exemptionis non possunt invertere ordinem, & gubernationem politicam. Non verò obligantur legibus civilibus, quæ disponunt de actionibus merè personalibus, etiamsi non repugnent statui Ecclesiastico. Quia lex non obligat, neque directè, neque indirectè eos, qui sunt de altera communione, nisi quatenus velint communicare simul. Personæ autem Ecclesiasticæ sunt de alia communitate sub alio capite, Romano scilicet Pontifice.

18 Quibus egregiè consonat doctrina D. Thomæ *in 1. 2. quæstione 96. art. 4.* ubi docet, leges dici justas tribus modis. Primò ex fine, quia ordinatur ad bonum commune. Secundò ex auctore, quando lex lata non excedit potestatem ferentis. Tertiò ex forma, quando onera imponuntur subditis secundum æqualitatem. Quamobrem sola causa boni publici, quæ requiritur ad legem condendam, non sufficit, nisi etiam conditor habeat potestatem, & intra ejus fines se contineat. Quod ibi expressè D. Thomas animadvertit dicens, legem injustam ex auctore, cum aliquam legem fert ultra sibi commissam potestatem, etiamsi ordinetur ad bonum commune. Quando autem lex civilis, specificè disponens de Ecclesiasticis, est fundata super ratione naturali, nec reperitur Canon contrarius, potest illa servari in foro Ecclesiastico, non ratione legis Principis, sed ratione naturali, super qua fundatur, *arg. capital. pastoralis de fide instrum.* Nam deficiente canone, vel lege, recurrendum est ad rationem naturalem, *arg. legis sive oportet §. sufficit de excus. tut. & cap. secundo requirit in fin. de appel.* & declarat Abb. *in d. cap. Ecclesia S. Maria in lectura num. 10. de Constit. & in repet. numer. 15.* ibique etiam Felin. *num. 40.* & *nos. tom. 1.*

19 Et licet hujusmodi statutum respiciat ex æquo, tam Ecclesiasticos, quàm laicos, inde tamen non sequitur, nisi quod Ecclesiastici ad illud servandum compelli, ac puniri possint per Judices suos Ecclesiasticos, non autem per sæculares, ut docent etiam Jo: Ant. de Nigr. *in repet. Clem. nu. de vit. & honest. Cleric. num. 115.* Guido Papa *dec. 78.* ac Regens à Ponte *de potest. Prorog. tit. 4. num. 62.* aliique communiter.

20 Porrò ad casum similem de spoliatione armorum, respondeo, quòd illam sententiam alibi rejeci, tamquam falsam, estque dispar ratio inter utrumque casum. Nam in casu armorum probabiliter timeri potest positivè damnum alterius, ac perturbatio Reipublicæ, sicque per modum justæ defensionis, non autem punitionis arma Ecclesiasticis à Judice laico auferuntur. At in hoc casu non timetur positivè damnum alterius, sed solum impeditur bonum commune, ad quod non tenentur Ecclesiastici, vel si tenentur, tenentur solùm modo directivo, solumque per modum facti possunt res extractæ, donec Judices Ecclesiastici moneantur impediri. ne extrahantur, dummodo postea ipsis Ecclesiasticis, vel eorum Prælatis restituantur.

21 An autem possint Episcopi à fidelium communione disjungere Reges, si ipsorum hi perturbent jurisdictionem? Affirmant Alter. *de censur. tom. 1. disput. 10. lib. 3. cap. 5.* Fagund. *præcept. 2. lib. 1. cap. 3. num. 21.* & alii apud ipsos, quamvis subdant, quòd propter reverentiam quamdam id ab Episcopis effici non debeat, nisi in casu, quod sic sceleris pondus, & qualitas postularet. At negant Avila de *censur. p. 2. cap. 4. disput. un. dub. 4.* Laym. *lib. 4. tract. 6. cap. 10. num. 4.* Bonacin. *de censur. disput. 1. pun. 4. num. 15.* Et quidem de jure, ac per se possunt Episcopi Sacra Regibus interdicere, cùm in Apostolis hanc excommunicandi potestatem Christus Episcopis tradidit, in quorum locum Episcopi suffecti sunt, *can. in novo d. 21.* Sot. *in 4. d. 22. quæst. 2. art. 1. concl. 1.* Ugolin. *de censur. tab. 1. cap. 1.* & deducitur evidenter ex Matth. *cap. 18.* constatque quamplures Imperatores, ac Reges ab Episcopis à fidelium communione sejunctos fuisse, ut videre est apud Baronium passim; Sed quia hodie sunt exempti privilegio Summi Pontificis ab Ordinariorum jurisdictione, fortè propter abusum potestatis Clavium, ideò à solo Papa, non autem ab Episcopis, aut à Legatis, sive per sententiam, sive per Constitutionem excommunicari possunt, *cap. ne aliqui de privil. in 6. & cap. 1. de verb. signif.* pariter *in 6.* & sic Imperator, Reges, Reginæ, ac eorum filii ex privilegio eximuntur ex Glos. *in d. cap. ne aliqui*, Henriq. *lib. 13. de excom. cap. 25. §. 5.*

Hoc tamen privilegium non extenditur ad Regios of- 22
ficiales, & ad Consiliarios, ut perperam asserunt Grassal. *lib. 2. regal. Franc. jur. 9.* Jo: Ferrant. *de jurib. Regn. Franc. privil. 6.* & Papon. *de jur. Franc. lib. 1. tit. 4. arest. 9.* Quia hoc privilegium est personale, propter Regum scilicet, ac Imperatorum singularem reverentiam, ac ita in hac specie docet etiam ex juristis Jo: Dionys. Portocarrero *in alleg. pro jurisdictione Inquisit. num. 52.* ubi alios adducit; quodque etiam Inquisitores similiter possint Regios officiales, & Consiliarios excommunicare, si ipsorum perturbant jurisdictionem, docet idem Portocar. *num. 46. & seq.* & patet ex concordatis cum Inquisitione Regni Siciliæ apud Paramum *de orig. Inquisit. lib. 2. tit. 2. cap. 11. num. 24.* Videndus Narbona *in 3. p. recapit. lib. 4. tit. 1. leg. 20. glos. 22.* Unde leges omnes, & pragmaticæ Sanctiones, in quibus habetur, quod Episcopi non procedant ad Censuras contra Officiales Regios, inconsulto Rege, vel Prorege, sunt contra immunitatem Ecclesiasticam, ut etiam animadvertit Anton. de Ballis in expositione pragmaticæ, vulgo dictæ *la Cathalana.*

Quod vero ad tertium, affirmativè. Quia id non est 23
negotiatio. Nam illa est negotiatio Clericis prohibita, & quæ debitum tributi habet annexum, in qua lucrum intenditur exemptione prius facta, secus autem si lucrum non exemptione formaliter, sed aliunde proveniat. Et sic negotiator non est, si quis Clericus vendat vinum, triticum, oleum ex redditibus sui beneficii, aut ex possessionibus suis patrimonialibus collecta, quia illi non fructus emptionis, sed ejus possessionum sunt, idque sive in eodem loco vendat, sive alio transferenda curet, ubi cariùs vendere, possit. Ita diffusè Molina *de just. tom. 2. disput. 341.* Læss. *eod. tract. lib. 2. cap. 2. dub. 1. num. 4. & sequent.* Alterius *de censur. tom. 1. disp. 19. lib. 5. cap. . . . dub. 7.* Bellet. *in disqu. p. 1. de disciplin. Cler. §. 21. numer. 7. & seqq.* Malder. *de just. tract. 5. cap. 2. dub. 4.* Duard. *in Bull. Cœn. lib. 2. cap. 18. quæst. 9. num. 14. ac sequent.* Syluius *in 2. 2. D. Thomæ quæst. 77. art. 4. concl. 4. ad 6.* Turrian. *in eod. 2. 2. tom. 2. disp. 59. dub. 2. num. 1. & seq.* Tanner. *tom. 3. disp. 4. quæst. 7. dub. 2. num. 69.* Olor. *lib. 4. cap. 2.* Rebel. *p. 2. lib. 9. quæst. ult. sect. 1. & 2.* Faust. *in Spec. Confess. disp. 33. num. 17.* Ricc. *in pr. tom. 1. resol. 317.* Castropal. *tom. 2 tract. 12. disput. un. punct. 9. num. 16.* & Sousa *in d. Bull. Cœn. cap. 16. disp. 91. conf. 1. num. 4.* ubi docet, quod negotiatio lucrativa non est in casu, quo Ecclesiasticus res suas mittit ad locum, ubi pluris valent. Undè ait ex Saccharo, & aliis, in quibus Rex Episcopis, & Clericis ultramarinis stipendium solvit, tributum exigi non licet, quando illa venditionis causa ad hoc Regnum asportantur, quia propriè loquendo hoc non est negotiari. Ita etiam Martha *de jurisd. p. 4. cas. 3. num. 9. & 10.* Ceval. *tract. de cognit. per viam viol. p. 2. quæst. 64. num. 41.* & Pereir. *de man. Reg. p. 2. cap. 24. num. 34.* & alii de Theologorum præsertim, ac Jurisperitorum cœtu, quidquid in contrarium dixerit Catol. de Graff. *de effect. Cleric. eff. 3. num. 178.*

24 Unde ex communiori opinione contra Navatrum *in man. cap.27. num.128.* sub illa generalitate, *ex alia onera* damnari *Canone* 18. Bullæ Cœnæ, etiam hæc onera, pertinentia scilicet ad pedagia, quidagia, gabellas, vectigalia portoria, & cætera hujusmodi. Tum quia clausula est generalis, nec semper involvit per expressorum similitudinem. Tum quia verisimile est, Pontifices voluisse in Bullam Cœnæ immunitati ab oneribus generaliter prospectum iri. Tum quia distinctè enumerantur personæ, bona & tandem fructus Ecclesiastici, quibus onera verantur imponi, ut onera pedagiorum, aut vectigalium, quæ ratione transitus personarum, vel fructuum asportandorum, vendendorumque imponuntur, comprehendi possent. Ita sentit Sayr. *lib.3.thes.cap.22. num.*8. Alter. *tom.1. de censur.lib.5.assert.19. cap.2.* & turtas *cap.6, dub.3.* Vivald. *in candelabr. p.2 in explic.Bull Cœn.cas.*18.*num.1.in nov. edit.* Duard. *ad eandem Bul lib. 2.can.*18 *quæst.2. num.* 12. Fluc. *tom.1.tract.16.num.*297. Bonac. *de censur.in part. disp.1.q 9, punct.1. num.*2. & alii.

25 Non obstat, quòd id, quod in hoc casu exigitur à Clericis non est vectigal, sed est inter regalia debita Regibus, cum portus annumerentur inter Regalia. Nam licet Portus sint de Regalibus, non tamen hinc sequitur, id, quod in portu exigitur, non esse vectigal, sicuti ex communi Doctorum sententia docent Montan. *de Regalibus v. portus num.*2. ubi ait, quòd vectigal portus duplex sit. Alterum vocatur Anchoragii, alterum verò jus exturæ, quod solvitur de iis, quæ extrahuntur à portu causa mercimonii. Unde *in l. inter publicos §. fin ff. de verb.signif.* proventus ex portu numeratur inter fisci Vectigalia, & dicitur vectigal portus, & alio nomine portorium, de quo fit mentio *in l.3.C. de vectigal.* & Symmach. *lib. Epist.* vocat quadragesimæ portorium, vel vectigal. Et ideò portorium vel vectigal idem sunt, ut patet ex *l. Cum in plures §. vehiculum, & de locat.* ubi vectigal, quòd in transitu alicujus pontis sumitur, dicitur portorium. Unde Vectigal à vehendo nascitur, estque publicum & privatum. Publicum est octava pars ejus quod vehitur in Urbem, debita fisco negotiationis exercendæ gratia. Constantinus Imperator *tit. de vectigal. & commiss. l. Universi Provinciales pro iis rebus, quas ad usum proprium vel ad fiscum inferunt, vel exercendi juris gratia, revehunt, nullum vectigal à stationariis exigatur. Ea verò quæ negotiationis causa portantur, solitæ præstationi, vel pensitationi, subjugamus.* Galienus eodem in titulo *l. Ex præstatione vectigalium nullius omninò nomine quicquam minuatur, quin octavas more soluto dependat.* Igitur solita Vectigalium pensio est octava pars rei venalis, quæ vectigalis canon, dicitur præstatio tributi illius, quod in egressu, vel ingressu finium, & ubinam præstari solet in usum Principis. Nam pro ingressu peregrinatum mercium debetur vectigal. Marcianus *in l. interdum §. divi de publican.* Dicitutque vectigal, quod fisco, vel Reipublicæ portorii nomine penditur, id est pro mercibus, quæ vel invehuntur, vel evehuntur, quod exagogium Justinianus vocat in edicto de Alexandrinis, & Strabo *lib.* 17. in Alexandria vectigalia alia exagogica, alia eisagogica facit. Veteres autem etiam in privatorum proventibus hoc verbo utebantur, Paul. *l.59 ff. de usufr.* Cum ergo portitorium, extractio, sive, ut aiunt, jus tractarum sit vectigal publicum debitum negotiationis causa, sequitur, quod ad illud Ecclesiastici non teneantur in hoc casu, in quo non intervenit alia negotiatio propriè dicta.

26 Pariter non obstat consuetudo, quæ in aliquibus Regnis extat, nominatim in Regno Siciliæ, solvendi hujusmodi vectigal pro rebus ab Ecclesiasticis extractis, de qua Carol. de Grass. *eff.2.num.*294. asserens à Regno illo non posse extrahi, ut ipse ait, blada, ac cætera comestibilia sine licentia Proregis, ac solutione extractionis, licet tales res essent productæ, ac collectæ in prædiis Ecclesiasticis, & Clericorum, quamvis subdat. Clericos contravenientes non posse puniri per Principes sæculares, sed per suos Superiores.

Respondeo, secluso privilegio, forsan concesso cum 27
Monarchia Sicula, hæc consuetudo, etiamsi esset immemorabilis, particularis, ac mista laicorum, & Clericorum, reprobatur, tanquam præjudicialis immunitati, ac libertati Ecclesiasticæ, ut patet ex *cap. Clericis de judic. cap. noverint de sent. excomm. ex auth. C. de Sacrosc. Eccles.*159. *Bullar. novo tomo* 4. ex Bulla Cœnæ, & ex Constitut. Urbani VIII. *incip. Romanus Pontefex*, atque adeò nullius est valoris, quia laici, cùm sint incapaces jurisdictionis Ecclesiasticæ, nunquam possunt se tueri consuetudine aliqua, etiam immemorabili, quia nunquam legitima esse potest ad præscribendum, ipseque Urbanus in citata constitutione generaliter damnat, & irrita esse declarat omnia quorcumque, & qualiacunque Sedi Apostolicæ, vel jurisdictioni, immunitati, aut libertati Ecclesiasticæ, seu Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis, earum juribus, bonis, ac fructibus, quomodolibet præjudicialia cum omnibus inde sequuti, adjiciciens, illa non fuisse convalidata, etiam ex immemorabili tempore cum fama privilegii Apostolici, juncta etiam scientia, & permissione Romanorum Pontificum, nec indè aliquam præsumptionem beneplaciti Apostolici, neque aliquam bonam fidem, possessionem, aut præscriptionem induci posse, nisi de approbatione appareat ex regestris Apostolicis, quinimò fuisse quotannis reprobata in Bulla Cœnæ Domini. Et ad cautelam illa reprobat, & damnat, declaratque beneplacita Apostolica semper fuisse denegata, & quatenus opus foret, eadem præjudicialia revocat, cassat, & annullat cum consuetudinibus, etiam immemorabilibus, & fama privilegii, quas illicitas, irrationabilesque declarat, Sedemque Apostolicam, & inferiores Ecclesias, ac personas Ecclesiasticas in integrum restituit, atque ita etiam annotarunt Collegium Bononiense ante Constitutionem Urbanam *in respons. contra Venetos num.* 59. Vigian. *tract. de libert. Eccles. disp.2. concl.* 4. *disp.* 3. *concl.* 1. Ugolin. *in respons. ad Jurisconsultos gymnasii Patavini cap.*7. Jo. Francisc. Fagnan. *in tract. de inst. cons. Pauli V.* Tanner. *in* 2. 2. *disp.*5. *dub.*10. *num.*132. Bonacina *de censur. disp.2. quæst.* 4. *pun.* 2. Sousa *contra Venetos fol.* 72. Mattha *de Jurisd. p.4.cons.1.cas.*7. *num.*12. Philiarch. *de offic. Sacerd. tom.1. p.1. lib.3. cap.* 9. Azor. *p.* 1. *lib.* 5. *capit.* 12. *quæst.* 1. Pesant. *tractat. de immunit. Eccles. disp.2. numero* 2. Layman. *lib.* 4. *tractatu* 9. *capite* 10. *numero* 1. Filiuc. *tomo 1. tractatus 16. capite* 10. *numero* 255. Acosta in *Bullam Cruciatæ quæstione* 79. Bellet. *disq. Cler. p.1. tit.3.* §. 3. *numero* 8. Alter. *de censur. tomo 1. lib.5. disp.16. cap.* 2. Duard. *in Bullam Cœnæ capite* 14. *disp.75. numero* 2. *& disp.* 76. *numero* 5. *& libro* 2. *canone* 14. *quæstione* 9. *numero* 8. Surd. *tomo* 3. *cons.*301. *numero* 52. Comitol. *in tractat. Apolog. contra Venetos capite* 3. *numero* 8. Idemque etiam docent Bellarm. *in resp. ad Epist. pro Venetis*, & Suarez *in Regem Angl. lib.* 4. *capite* 32. *numero* 23.

Hinc sententia Joannis Monachi *in cap. generali nu-* 28
mero 7. *de elect. in 6.* tenentis, consuetudinem posse Ecclesiis prejudicare, si sit supra hominum memoriam, quia habet vim statuti, ut *l. hoc jure §. ductus aquæ ff. de aqu. quotid. & æst.* ac Baldi *in cap.* 1. *in princ. 6. col. qui feud. dar. pos.* asserentis, consuetudinem, cujus initii non est memoria, validam esse, licet sit Ecclesiis onerosa, quod firmat Cardinal. *in Clem.* 2. *quæstione* 8. *de reb. Eccles. non alien.* & Dec. *in cap. Consuetudines num.*5. *de consuet.* hæc, inquam, sententia subsistere non potest per ea, quæ notantur *in cap.* 1. *de his, quæ fiunt à major. par. Cap. & in cap. cum causa de re judic.* & in citata Constitutione Urbana. Unde non obstat, quod immemorabilis habeat vim tituli, seu privilegii. Quia id non procedit, ubi talis consuetudo est à jure reprobata, ut in hoc casu. Tunc enim nec vim privilegii, neque vim aliquam habet, ut per Franch *in capite 1. in 2. notab. de consuet. in 6.* & Fur. *decis.* 466. *numero* 4. *lib.* 2.

quibus

quibus adde Felin. *in cap. cum ex officii numer.* 13. *de præscript.* ubi pluribus ostendit, titulum privilegii non probari ex cursu temporis immemorabilis, quando versamur in materia, in qua non est verisimile, ut Pontifex aliquem privilegio afficerit, qui portus privilegia, quæ adeò deviant ab honestate, præsumuntur falsa, vel subreptitia, ut idem dixit *in cap.* 2. *num.*16. *de rescript.* & nos alibi.

29 Atque ita etiam in his omnibus declaravit S. Congregatio immunitatis in Corcnensi 23. Septembris 1627. Ecclesiastici possunt extrahere frumenta recollecta in propriis bonis.

30 In Licensi 24. Julii 1634. Clerici non tenentur ad Vectigal pro extractione olei recollecti in propriis bonis.

31 In Parmensi 4. Julii 1626. & in Papiensi 10. Septembris 1629. Edictum super bladis extrahendis à Judicibus Laicis emanatum, non comprehendit Ecclesiasticos.

32 In Casilensi 13. Augusti 1637. Ecclesiastici non tenentur consignare frumentum Priacori laico, nec denunciare frumenta Judici laico, in Ferrariensi 19. Junii 1592.

33 Prohibitione Ecclesiastica extant hæc de re hujusmodi decreta.

34 In Fanensi 14. Januarii 1630. Ecclesiastici non possunt extrahere ova ullam ob quamcumque causam.

35 In Ambianen. 22. Septembris 1654. Ecclesiastici circa extractionem in Provincia Marchiæ debent servare solitum.

36 In eadem Auximana 10. Decembris 1647. Gubernator Marchiæ non potest prohibere extractionem victualium Ecclesiasticis.

37 In Assisiensi 22. Januarii 1629. Ecclesiastici non debent impediri asportare frumentum, si non adsit indigentia Civitatis.

38 In Eugubina 22. Januarii 1629. Impedientes extractionem frumenti Ecclesiasticorum, excommunicantur.

39 Civitatis Castelli 28. Maii 1629. Ecclesiastici non possunt cogi, ut sua sententia contribuant pro abundantia annonæ.

40 In Assisiensi 10. Decembris 1629. Assignationes frumenti sunt deputatæ Ordinario loci, sed cognitio super frumentis potest fieri à Gubernatore, si habeat facultatem.

41 Civitatis Castelli 14. Januarii 1630. In casu etiam penuriæ regni deliberatio sumi debet faciendæ Curiæ Ecclesiasticæ ab Ecclesiasticis.

42 In Ferrariensi 28. Novembris 1634. Monasterium Carthusiæ Ferrariensis examinatur à Vectigali pro frumento vendito.

43 In Executiva 15. Decembris 1648. Prohibitio frumentorum in locis immunibus non potest fieri à laicis.

CONSULTATIO XVII.

An, qui dolo malo domum incenderit, gaudeat Ecclesiæ immunitate?
Quid si incenderit villas Eccl sia, vel ipsam Ecclesiam?
Quid si in Ecclesia hominem incenderit?
Ubi iterum, sed strictim, de pœnis contra incendiarios.

1 AD primum, non gaudere, asserunt Chasaneus, quem refert, ac sequitur Decius. *tom.2. lib. 2. cap.* 28. *n* 24. Eber. *in l.1. C. de his, qui ad Eccles. confug.* Peregrin. *de immun. cap.*12. *num.*6. Guzzzin. *tom.1. defens.1. cap.*38. *num.*44. Mar. Ital. *lib.1. cap.*4. §. 3. *num.* 56. *& seq.* Sarp. *de jur. asyl. cap.*5. *fol.* 50. Villadieg. *in polit. cap.*3. *num.*213. & Bobadil. *in polit. com. lib.2. c.p.*14. *n.*49. Quia incendiarii sunt depopulatores per textum *in can. pessimam* 23 ibi *pessimam quidem, & depopulatricem, ac horrendam incendiariorum malitiam.* Unde sicut qui incendunt agros dicuntur depopulatores, & excluduntur ab hac immunitate per Constitutionem Gregorii XIV. ita similiter & incendiarii domorum, si data opera, & ex malitia incendant. Hinc datur facultas Principibus *in d. can. pessimam*, eos puniendi consultis Prælatis Ecclesiasticis. Quod consilium requiritur, in quantum incendiarii confugerint ad Ecclesiam, aliàs enim non requireretur.

At verò tenendum est, gaudere. Ita præter alios, 2
docet Farinac. *in append. de immun. num* 105. Diana *p.* 1. *tr.*1. *resol.*21. *& p.*9. *tr.*1. *resol.*16. Bonac. *tom.* 2. *disp.* 3. *qu.* 3. *punct.* 6. §. 6. Castropalaus *tom.*2. *de p.t. punct.* 10. *num.*9. Ratio autem est, quia hoc crimen neque *in c. inter alia de immun. Eccles.* neque in dicta Constitutione Gregoriana, neque alibi excipitur, ideoque non privatur immunitate Ecclesiæ.

Non obstant, quæ decernuntur de incendiariis, sive 3
depopulatoribus agrorum, quia illi comprehenduntur in dictis juribus allegatis, non autem cæteri incendiarii. In hac enim materia non fit extensio ab uno casu ad alium, ne ob aliquam minimam quidem, vel majoritatem rationis, ut alibi fusiùs. Consilium verò illud Prælatorum Ecclesiasticorum requiritur in eo casu, non quia incendiarius confugit ad Ecclesiam, sed ut Princeps prudenter procedat in assignanda pœna incendiario, cum secundum jus antiquum variè in illius pœnæ sint constitutæ, ut notat Glossa *in d. cons. pessimam.* Cui quæ citata Constitutio Gregoriana derogavit communi, ac reducat omnes ad unicam formam cum limitibus taxativis, ut prohibendis, ut nos obstare hodie hic textus neque alii, si qui essent in contrarium.

Ad secundum potiori quidem jure non gaudere, vi- 4
detur respondendum. Nam qui violat Ecclesiam, ejus valvas frangendo, vel combustendo portas, non solum in Ecclesia, sed etiam in Ecclesiam. Non ergo meretur illius privilegii gaudere, nec quoniam indignus Ecclesiæ protectione ab illa est expellendus. *can. ad Episcopos* 17. *q.*4. *ubi: Ad Episcopos curetis divinæ spectare, & eos qui Ecclesias violasse perhibentur, accessu eorum indicavent esse indignos. Et can. f. ater d. caus.*17. *quæst.*4. *Nullus enim inter insontes causæ venerationi deputata, utrumque sibi licere existimet pro suæ voluntatis arbitrio, ut humanitatem sibi vendicet, & furorem, & can. omnes citata caus.*17. *qu.*4. his verbis: *A limitibus ejusdem matris anathematizamus Apostolica authoritate, pellimus, damnamus, atque sacrilegos judicamus.*

Deinde quia depopulator, qui invadit segetes, immu- 5
nitate non gaudet, multò igitur minùs, qui invadit villas Ecclesiæ, vel ipsam Ecclesiam. Hinc Doctores, benè multi putant textum *in capa immunitatem de immun. Eccles.* habere etiam locum in adulterio, raptu virginum, furto, & in aliis quibuscumque gravibus delictis. Nam etsi loquatur in speciali casu homicidii, & mutilationis membri; tamen illius ratio generalis est ad omnia delicta talem enormia, ut patet ibi. *Cum in eo in quo delinquit, puniri quis debeat, & frustra legis auxilium invocat, qui committit in legem, non enim ad supplicandum debet admitti, ubi commissorum facinorosum non exp.avit*, ut dicitur, *in d. can frater* 17. *quæst.*4. *& can. seq.* Idemque habetur in *auth. ut li. mater. & an. §. quia verò*, ex qua dictum *cap. immunitatem* fuit desumptum. Quare succedit regula; quod ubicumque tales regulæ, vel Canones est generaliter dicto, seu dispositio, tunc ad latitudinem rationis extenditur ipsa dispositio per textum *in l. regula* §. *fin.* ibique Bartol. & Bald. *ff. de jur. & fact. ignor.* Gloss. *in auth. cessante. per Iustinian. C. de Sacrosc. Eccles. in l.* 1. §. *Illyricanos C. qui imm. vel. vindic. non debe. se excus. lib.* 10. *& in Clem.*1. *v. Præsidentes de rescript.* tradit que Roman. *cons.*174. *num.*3. & in his terminis Abb. *in d. cap. immunitatem num.*9.

Neque obstat, quòd in pœnalibus non sit facienda ex- 6
tensio ex identitate rationis. Nam id verum non est, quando agitur de puniendis delictis. Tunc enim materia dicitur favorabilis, & expediens Reipublicæ, *l. ita vulneratus ff. ad l. Aquil.* & propterea fieri debet

extensio, ut per Roman. *cons.*105. *num.* 3. Aym. *de antiq. tempor. p.*4. *num.*96. Neque obtinet, quando ratio est expressa, ut *in d. cap. immunitatem.* Tunc enim, etiam in pœnalibus, fit extensio ex identitate rationis, Alex. *in l. cum mulier in 5. not ab. ff. sol. matr.* & Aymon. alios citans eo loco *num.*107.

7 Quamobrem delinquentes graviter in Ecclesia, indistinctè excludi ab immunitatis privilegio, sentiunt *in d. cap. immunitatem*, Abb. antiq. in princ. Oft. *num.* 1. Anchar. *in* 1. *notab.* Abbas Siculus *num.*9. Raym. *in sum. de immunit.* Jo. Monach. *in cap.*2. *num.*3. *de immunit. Eccles. in* 6. ibique Jo: Andr. *num.*4. Quinimo in hoc passim omnes convenire, affirmant Covar. *var. resol. lib.*2. *cap.*20. *num.*15. & Jul. Clar. *in pr. crim. §. fin. quæst.* 30. Et in sacrilegio, ac furto in Ecclesia commisso tenent ii, quos tacito nomine recenset Glossa *in d. can. frater v. ab omnibus* 17. *quæst.*4. & contra Goffred. firmat Oft. *in d. cap. immunitatem num.*3. & cum eo Jo: Andr. *n.*5. Butr. *num.*6. Angel. de Castro inter consilia Pauli sui patris *cons.*458. *num.*1. *volum.*2. dicens, textum, *in d. cap. immunitatem* habere locum, non solum in homicidis, & mutilatoribus, sed etiam in furantibus in Ecclesia eumque sequitur Clar. *loc. cit.* licet eum aliter referat Covar. *ubi supra d. c.*20. *n.*15. Et generaliter in quocunque delicto in Ecclesia commisso, etiamsi non interveniat homicidium, vel membri mutilatio, attestatur Remig. *de immunit. Eccles. in* 3. *fall. num.*5. & Clar. *ibidem.* Et pro hac opinione de jure civili est textus *in d. auth. ut lic. matr. & av. §. his quoque*, in hæc verba: *Non enim debent hujusmodi persona in venerabili loco munimen habere, quem ipsi per scelus proprium despexerunt.* Et mox: *Quomodo illis, qui in ipsa Ecclesia tale scelus studuerint perpetrare, permittimus aliquod auxilium Ecclesiasticis terminis invenire? sed omnibus modis Iudicibus eos tradi, ac pœnam sustinere, qua digni sunt, qui sanctissima loca violare præsumunt. Quis enim ubi delinquit, ibi salutem petat?* Et in homicidio, raptu virginum & adulterio, in loco Sacro commissis, est expressum *in auth. de mandatis Princip. §. neque autem.* Idemque tradunt post Constitutionem Gregorianam Petr. Gregor. *lib.*33. *Syntagm. jur. cap.* 22. *num.*6. Decian. *lib.* 61. *cap.* 28. *num.* 7. Suarez *lib.* 3. *de rever. deb. loc. Sacr. cap.* 11. *num.* 6. Farinac. *de carcer. quæst.*27. *num.* 53. Gutier. *pract. quæst. civil. lib.* 3. *quæst.* 1. *numero* 17. Raphael de la Torre *in* 2. 2. *tom.* 2. *quæst.* 99. *art.* 3. *disput.* 7. Reginald. *in pr. tom.*1. *lib.*9. *cap.*26. *num.*38. Tanner. *in* 2. 2. *disp.*5. *quæst.* 8. *dub.* 1. *num.*16. Sarpus *de jur. asyl. cap.* 5. *fol.* 43. Graff. *tom.* 1. *lib.* 3. *const. nu. num.* 10. *& seqq. de immunit. Eccles.* Portel. *verb. Ecclesiæ immunitas num.* 15. Gambacurt. *lib.* 5. *cap.*18. Villadieg. *in polit. cap.*3. *num.* 206. Jo: de Hevia *in Curia Philippic. p.* 3. §. 12. *num.* 20. Zipæus *de jure nov. can. lib.* 3. *de immunit. Eccles. numer.* 10. Bobadil. *polit. lib.* 2. *cap.* 4. *numer.* 24. & Curtel. *de immunit. Eccles. lib.*1. *q.*2. aliique. Quoniam non videtur credibile, quod ipse Pontifex Gregorius XIV. voluerit immunitatem denegare mutilanti in Ecclesia, & illam concedere mœchanti, adulteranti, stupranti, falsam pecuniam in ea cudenti, illam comburenti. Unde dicendum est, quod Pontifex homicidium, & mutilationem apposuerit exempli causa ex eo, quod frequentius in Ecclesia contingant. Sub ipsis tamen cætera delicta gravia, & sacrilega comprehenderit. Quinimmo secundum aliquos, qui semel deliquit in Ecclesia, si iterum delinquat extra illam, & post delictum ad eam confugiat, non debet ejus immunitate gaudere. Et ita decisum per Capel. Tholosan. *decis.*422.

8 Dicendum tamen est, gaudere. Quia non est casus exceptus in dicta Constitutione Gregoriana. Cùm enim privatio immunitatis sit pœna, & in præjudicium Ecclesiæ, & in pœnalibus non sit facienda extensio ex identitate rationis secundum opinionem magis communem, de qua latè per Jason. *in l. cum quidam col.*2. *& seq. ff. de lib. & posthum.* non est extendenda ultra verba legis, ideòque ad alia crimina in Ecclesia commissa, præter homicidium, & mutilationem, quia de solis illis *d. c. immunitatem de immun. Eccles.* & Constitutio Gregoriana loquuntur, licet tales delinquentes puniendi sint à Judice Ecclesiastico ratione loci in quo delictum committunt, vel, consulto prius Romano Pontifice, possint tradi Curiæ seculari, si delictum sit atrocissimum, ut docent ferè omnes, qui scripserunt post dictam Constitutionem Gregorianam, ut Farinac. *in append. de immun. cap.* 16. *n.*208. *& cons.*76. *num.*7. *& 9.* Gratian. *tom.*2. *discept.*380. *n.*29. Peregrin. *de immun. cap.*6. *num.*23. *& cap.*12. *q.*15. Rice. *p.*5. *collect.* 1792. ubi ait, per Constitutionem Gregorii XIV correctum esse *cap. fin. de immun. Eccles.* Megal. *p.*3. *lib.*4. *cap.*2. *q.*1. *num.*15. Scort. *Epist.*153. *theor.*385. Dian. *p.*1. *tract.* 1. *resol.* 2. *&* 39. Bonac. *disp.*3. *q.*7. *de immun.* §. 5. *num.* 12. & ante eos Boer. *dec.*109. *num.*3. contra Navarrum, Covarruviam, Curtellium, & alios. Vnde non obstat primum, quod scilicet ejusmodi incendiarius violet Ecclesiam. Nam exinde non sequitur, quod privetur ejus immunitate.

Minus obstat secundum, quia licet ratio decidendi æquè procedat in aliis casibus, etiam gravioribus, hinc tamen solum sequitur, quod in illis justè idem constitui potuerit, non tamen, quod constitutum sit, de qua re aliàs abundè. Quare est indignus, si attendatur ejus delictum, non autem si attendatur almæ matris Ecclesiæ pietas, quæ ex hisce magis elucet, & per quam correxit jus commune, alioquin nemo delinquens gauderet Ecclesiæ immunitate, quia omnis delinquens indignus est qui defendatur ab Ecclesia. Vnde controversias omnes de immunitate Ecclesiastica sustulit eadem Constitutio Gregoriana, quæ declaravit, delinquentes nunquam extrahi posse ab Ecclesia, nisi in casibus ibi exceptis, prohibetque fieri extensionem ad casus in ea non expressos, etiam ex identitate, vel majoritate rationis, ut hic atque aliàs dixi. 9

Id tamen annotandum est, quod, licet quoad pœnam temporalem à Judice sæculari irrogatam hac immunitate hujusmodi sacrilegi gaudeant, nihilominus propter delictum commissum in Ecclesia puniendi sunt ab Episcopo, quia ratione delicti perpetrati in Ecclesia, forum Ecclesiasticum sortiuntur. Cùmque injuria facta sit Ecclesiæ, ab ea vindicari, ac puniri debet per textum *in c. significasti de adult. cap. cum sit generale de for. comp.* & Const. P. Pii V. *incip. cùm primum*, tradit que Abb. *in cap. relatum num.*1. *de sent. excom.* & Glos. *in cap. grave eod. tit.* Mar. Ital. *de immun. Eccles. lib. cap.*3. §. 20. *num.* 2. *& in cap.* 2. §. 7. *num.*13. *&* 14. Et, dum est in Ecclesia non datur locus præventioni Judici seculari, Mar. Ital. *loc. cit. cap.*5. § 3. *num.*39. *&* 53. Nam ex regula, ibi puniendus est reus, ubi crimen commissum est *capit.* 1. *de raptor.*

Poterit tamen Episcopus, ipsum reum tradere Curiæ sæculari, data prius securitate à Judice sæculari de impunitate delinquentis quoad vitam, & membra, omnemque pœnam corporalem, juxta *can. id constituimus* 17. *quæst.*4. & ea, quæ docet Sylvest. *in sum. v. immunitas* 3. *q.*4. & Suarez *de relig. tom.*1. *tract.*2. *lib.*3. *cap.*13. *num.*3. quæ securitas sufficit, si sit juratoria, ut *in d. can. ad constituimus* sed si timetur, quod juramentum non servet, debet esse fidejussoria, *arg. cap. ex transmissa de rest. spol.* & Sylvest. *loc. cit.* 11

Ad tertium respondeo, negativè. Quia homicidium, & mutilatio tantum commissa in Ecclesia privantur immunitate ex citata Constitutione Gregoriana, & ita privantur immunitate, ut si quis in una Ecclesia delinquat & deinde ad aliam confugiat, non defendatur ab hac secunda Ecclesia, ut gaudeat ejus immunitate, estque communis opinio, ut ait Remig. *in tr. de immun. Eccles. in* 11. *fall. num.*2. Capel. Tholos. *decis.*422. Covar. *d. c.*20. *num.*15. Sanch. *tom.*2. *consil. lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 16. Lezana *in sum. v. Immunitas num.*11. Azor. *p.*2. *lib.* 9. *cap.*9. *q.*9. Anastas. Germon. *de Sacr. immun. lib.*3. *cap.* 16. *numer.* 80. Clar. *p. libro* 5. §. *fin. quæst.* 30. Decian. *lib.*

lib. 6. *cap.*28. *num.* 8. *&* 10. Ambrosin. *de immun. cap.* 5. *num.* 3. Farinac. *de Carcerib. q.*28. *num.*59. *& in append. de immun. cap.* 16. *num.*219. Scort. *theor.*385. Bonac. *disp.* 3. *quæst.*7. *de immun.* §. 4. *num.*7. Curtel. *de immun. Eccles. lib.*1. *q.*3. *num. fin.* Mar. Ital. *lib.*1. *cap.*5. §. 1. *num.*20. Peregr. *cap.*6. *num.*19. & Filiuc. *tract.*15. *cap* 6. *q.*8. *num.*152. Cùm enim una sit per totum orbem universalis Ecclesia *can. Legitur dominus* 23. *q.*1. qui facit injuriam uni parriculari Ecclesiæ, omnes offendisse videntur, quamvis Sylvest. *in sum. v. Iudex n.*1 3. *q.*2. dicat de consuetudine apud aliquos contrarium teneri, tamen ut ait Clar. *loc. cit.* apud Senatum Mediolanensem communis opinio servatur in praxi.

12 Quæ in re advertendum est, quòd qui occidit, vel mutilavit in Ecclesia non potest ob alia delicta comprehendi in Ecclesia, nisi simul comprehendatur ob delictum homicidii, & mutilationis, nondum punitum, ut contrà Ambrosinum *cap* 5 *num.*10. Decianum, & alios apud Farinacium *de carceribus quæst.*28. *num.* 64. & in *append. cap.*16. *num.*222. docent Covatruvias, Boerius, & alii, quos citat Gutierez. *lib.*5. *pract. q.*1. *n.*18. Quia ob alia delicta non datur facultas extrahendi.

14 Unde si extractio à loco immuni fuerit nulla, erit nulla cum omnibus inde sequutis, ita, ut non possit Judex interim extractum detinere ob alia delicta, & ob alias causas. Immo non potest illum interrogare, vel aliquid judiciale contrà eum facere, etiam si probare vellet eum deliquisse in casibus comprehensis in Constitutione Gregoriana, sed tenetur quamprimum, sic injustè extractum eidem Ecclesiæ restituere, ut per Suarez *de relig. lib.* 3. *cap.*13. *num.*12. *& seqq.* Farinac. *in append. cap.*2. *num.*5. Castropal. *tom.*2. *cir. disp.*1. *pun.*11. *num.*14. *& dub.*33. *n.*2. 12. 13. *&* 14.

15 Incendiarii porrò ad pœnam legis Corneliæ de Sicariis pertinent, si dolo malo incendium fecerint, Marcian. *in l.* 1. *ff. ad leg. Cornel. de Sicar.* Quibus verbis incendium aliter, quàm dolo malo alicujus accidere, & considerari posse docemur. Incendium namque, aut vi superiori, aut fortuitò, aut natura rerum, aut culpa, aut dolo malo fit.

16 De incendio ex voluntate, sive permissione divina immisso, prostant exempla Sacræ paginæ, ut quando rubus, de quo Dominus ad Moysen loquebatur, ardebat neque consumebatur, *Exod.*8. Quando descendit super montem Sinai in igne, & totus mons fumabat, *Exod.* 19. Et dum devoravit ignis, egressus à Domino, Nadab & Abiud, quod obtulissent coram Deo ignem alienum, *Levit.*10. *Pluet*, inquit David. *Psal.* 10. *super peccatores laqueos ignis, & sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum.* Et rursum: *Qui facis Angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem urentem*, *Psalm.* 103. Quemadmodum & dum tactæ de cœlo fuere septem illæ Civitates Sodomitarum, *Genes.* 19. Dumque ignis, qui descendit de Cœlo, tactas oves, & pueros Jobi consumpsit, *Iob.*1. Et accensus ignis à Domino devoravit extremam partem Castrorum filiorum Israël murmurantium, *Numer.* 11. Et super Sacrificium Eliæ descendit ignis Domini, & devoravit illud 3. *Reg.* 18. sicut & de Cœlo descendens ignis devoravit quinquagenarios Ochoziæ, 4. *Reg.*1.

17 Scribit Plinius *lib.* 1. *cap.*106. in medio mari, Hieram insulam Æoliam juxta Italiam, cum ipso mari arsisse per aliquot dies sociali bello, donec legatio Senatus piavit. Et alibi *lib.*2. *cap.*107. repentinos ignes existere, & in aquis, & in corporibus, etiam humanis, ut Thrasimenum lacum arsisse totum. Horumque incendiorum repentinorum prodigia plura refert Julius Obsequens *lib.*1. *de prodig.* Herodotus scribit in 1. etiam quæcumque ex Æythiopum, vel pecoribus, vel jumentis, vel hominibus ad locum illum accesserint, ubi Phocenses lapidati fuerunt, continuò morbida facta, stupore, atque igne correpta facto.

18 Ex rerum natura incendia sæpè concitantur, ut in locis sulphureis, & bituminosis. Quædam enim sunt, quæ facilè ignem excipiunt, ex quibus illa famosa corona composita insignis veneficæ, qua interiit Creon, mista pice, bitumine Judaico, sulphure, naphta, oleo, testa, aliisque rebus calidis, quibus delibuta erat, quæ à faculis longè positis ignem concepit, ut ait Galenus *l.*3. *de temper. & l.*1. *de simplic. med. facult.* Plin. *lib.*2. *c.* 105. In Sylvis quoque ex collisione arborum possunt & incendia oriri, ut cecinit Lucretius *lib.* 1. *de rerum natura.* Indeque Vitruvius *lib.* 1. *Architect.* putat, hominem primum ignem accepisse coortum, de hinc additis lignis conservalle. Et Thucydides, quod incendium orirì possit ex arboribus, testatur, æque conflictu sui sponte inflammatis. Malthalimus est, qui ex stigno Utbis Commagenis Samosatis emittitur, flagrans, quive aqua incenditur, terra restinguitur, Plin. *lib.*2. *cap.*104. Sunt loca semper ardentia, exustionemque naturæ terris denuntiantia, ut ait idem Plinius *lib.*2. *cap.*106. Ardet Ætbna In Phaselide mons Chimæra. In Bitris Cephanti vertex. In Medis Cestia. Susis turris ait, campus Babyloniæ, aliaque loca, quæ videbis apud Plinium. Plato in Phædro tradit, sub terra ignis ingentes amnes, qui aliquando erumpunt, & incendio proximas regiones subitò depopulantur.

Casu fortuito fuit incendium aliquando, & tunc venia factum dignum est, ut auctor Marcianus *in l. si fortuitò ff. de incend. ruin. & naufrag.* Non ignoro tamen Ulpianum sine culpa incendium fieri non posse. dixisse *l. si vendita ff. de peric. & comm. rei vend.* Nihilominus quod pertinet ad judicandum damnum, verum est, aliquem non teneri de incendio, si alterius culpa fiat, & casum esse ejus intuitu fortuitum, dicit Justinianus §. *Item is, cui res quib. mod. de contr. obl.* Quæ enim prævideri non possunt, ut potè aliundè pendentia, fortuita sunt, nec alteri, quàm facienti imputantur, *l. quæ fortuitis C. de pignorat. act. l. contractus ff. locat.* Neque de incendio fortuita tenetur conductor ex facto eorum, quos in domum induxerit, si culpa ejus non præcesserit in inducendo eos qui negligentes apparerent; aliter enim teneretur, & ita judicatum apud Papon. *lib.* 22. *Rhap. arest. tit.* 11. 19

Potest esse casu sine culpa incendium, si quis in stipulam suam, vel spinam ignem immiserit, comburendo ejus causa, & ulterius evagatus, & progressus ignis alienam segetem, vel vineam læserit, si omnia quidem quæ oportuit, observavit, sed subita vis venti longius ignem produxit, alioquin contrarium statuitur, Papin. *in l. qui occiderit §. in hac quoque actione ff. ad l. Aquil.* Paulus Jurisconsultus *in l.* 1. §. 11. *vero ff. de act. & l. in reb. ff. commod.* inter casus majores, quibus infirmitas humana resistere non potest, annumerat quoque incendium. Et Ulpianus *in l. ex conducto*, §. *si loca* memorat alicui remissionem pensionis petenti propter incendium, ita rescriptum fuisse: *Si prædium coluisti propter casum incendii repentini, non immerito subveniendum tibi est.* 20

Aliquando ex culpa, seu negligentia, & tunc fortuita incendia, si cum evitari possent, per negligentiam eorum, apud quos orta sunt, damno vicinis fuerit, civiliter exercentur, ut qui jactura affectus est damni discepret, vel modicè vindicetur, ut ait Callistratus *in l. Capitalium §. qui ob inimicitias ff. de pœnit.* Cujusque subscribit *in l. qui ædes §. fin. ff. de incend. ruin. & naufrag.* Et qui ignem non extinxit, vel ita non munivit, ne evagaretur, culpam admittit, & tenetur de damno dato, Ulpian. *in l. si servus servum §. si fornicarius, & §. Proculus ff. ad l. Aquil.* Paulus *l.* 3. §. 1. *ff. de offic. Præf. Vigil. de incendiis*, quæ culpa inhabitantium fiunt, respondit, Præfectum Vigilum, qui cognoscebat de incendiariis, aut fustibus castigare eos, qui negligentius ignem habuissent, aut severa interminatione, comminatum fustium castigationem remittere. Præfectorum Vigilum fuit cura hæc aliquando, & antea Triumvirorum nocturnorum, qui excubias agebant, arcendorum incendiorum

causa

causa in urbe Romana intervenichant, & ædiles ac tribuni plebis. Erant, & familiæ incendiis sopiendis destinatæ. Et Augustus quoque hanc sibi convenire,& Reipublicæ putavit, *l.1.2.& 3. ff.de offic.Præf.Vigil.*

21 Aliquando incendium fit dolo malo, & malitia alicujus, atque incendiorum hujusmodi pessima, depopulatrix, & horrenda malitia dicitur *in d.can.pessimam 23. q.4.* Ulpianus cum, qui dolo malo insulam alterius exusserit, capitis pœna quasi incendiarium plecti, ait *in l.si quis dolo ff. ad l. Cornel.de Sicar.* Idipsum & Callistratus respondit *in l.Capitulum §. incendiarii ff. de pœn.* Sed ultrà, si ob inimicitias, vel prædæ causa incenderint, ultra oppidum plerumque vivos exuri. Qui verò casam, aut villam aliquando levis *d. l. capitalium §. qui ob inimicitias.* Constantinus Harmenopulus *lib. 6. tit.ul.12.* etiam post Caium Jurisconsultum *in l. qui ædes ff. de incend. ruin.& naufr.* tradit hoc crimen esse capitale, ut si quis sciens, prudensque ignem in ædes subjecerit, aut acervum frumenti juxta ædes positum incenderit,convictus igni necetur. Ulpianus quoque alibi *in l.fin. ff. eod. Qui data opera*, inquit, *in civitate incendium fecerint, si humiliori loco sint, bestiis subjici solent. Si in aliquo gradu existentes id fecerint, capite puniuntur, aut certè in insulam deportantur.* Incidit & *in l. Iuliam de vi publica*, qui cum seditione incendium fecerit *l.5.ff.ad l. Iul. de vi publ.* Et ex incendio quippiam præter materiam rapuerit *l.3. eodem, & l.fin. C. eod.* Sed & qui voluerit meam insulam exurere, & Inde ignis ad vicinum pervagatus fuerit, tenetur, præter, ut arbitror, pœnam capitalem, damnum quoque & vicino resarcire, Ulpianus *in d. l.si servus servum §. si quis insulam ff.ad l. Aquil.*

22 In jure Pontificio *can. si quis membrorum, & can.pessimam 23. qu.8.* in foro pœnitentiali incendiarii, qui ignem subjiciunt, vel jubent subjici odio, vel malitia rebus alienis, excommunicantur ipso facto, nec sepeliuntur, nisi prius de damno satisfecerint, vel caverint & injungitur pœnitentia annualis transmarina, atque Episcopus, qui solverit excommunicationem, contempta ea pœna, de damno resarciendo tenetur. Neque etiam pœnitentialis pœna impedit, quominus judicium sæculare sua pœna utatur. At canonica contentiosi fori pœna statuit *cap. si quis domum de injur.* incendiarios tres annos pœnitere, & damna instituere, neve hac de re excommunicati, & publicati possint ab alio, quàm à Summo Pontifice absolvi, nisi velimus illud intelligi tantum in incendiariis Ecclesiarum *cap. tua*, ibique Glossa *de sent. excom.* Examinant autem præ cæteris hanc tractationem incendiarii plures auctores, quos colligit Nicolaus Boerius *q.26. num.17.* quos consule, si egeas.

CONSULTATIO XVIII.

An, & quatenus homicida proditorius privetur immunitate Ecclesiæ?

Ubi quodnam sit homicidium proditorium, & penè dixerim, omnia, quæ ad hanc rem pertinent perspicuè dirimuntur, ac de proditionis crimine aliqua eruditè disceptantur.

1 TEnendum, est, tamquam certum ad constituendum homicidium proditorium, ita, ut privetur homicida privilegio immunitatis Ecclesiæ secundum *cap.1. de homic.* & Constitutionem Gregorii XIV. *de immun. Eccles.* non sufficit occisum non fuisse inimicum occisori, sed est necessarium, ut præcedat amicitia, & occidatur amicus, nullusque præcesserit rancor, sed potius simulabatur amicitia, & societas, ut si simul comedebant, simul erant in itinere, & sic unum gerebatur in corde, aliud in ore, illumque incautum, nihil sibi præcauentem, per insidias, & industriam occidit, adeo, quod occisus id suspicari non potuerit, atque adeo dolus malus intercesserit. Nam omnes leges, & Constitutiones dolum requirunt, ut earum dispositio procedat, *l. cum autem §. excipitur ff. de edilit. edict.* Bald. *in l. data operæ col. 4. C. qui accus.non poss.* latè Tiraquel. *de pœn. caus. 6. num.10.* Boss. *tit. de homic. num.68.* & in specie Innoc. *in cap. inter alia col. 2. de immun. Eccles.* Proditoribus enim omnibus est commune per benevolentiæ fucum, & dum illis fiditur, insidiari, ut Suidas rectè de eo, qui hujus generis est, ait, mulces cum mordes, quia canis es, clandestinè mordens. Proindè cum nonnisi ii, quibus cum nobis est amicitiæ, vel fidei vinculum, proditores dicantur, pœnis à societate omni expellendi, ut latentes, & ideo perniciosiores amici. Tanto inquit Xenophon. *lib. 2. rer. græc. perniciosius delictum est proditio, quanto difficilius rem latentem, quàm manifestam custodire, tantò etiam abominabilius. Quia hostes aliquando conciliantur, amicique redduntur, atqui semel in proditione deprehensus est, cùm illo nemo unquam in gratiam redit, aut illi deinde non fidit.* Id egregiè in hunc modum expressit Achilles apud Homerum *Iliad. tota, seu 9.*

Inimicus enim mihi illi aquè ac inferni porta, 2
Qui aliud occultat in mente, aliud autem dicit.

Facilior enim cautio est, ubi manifesta formido est, ut ait D.Cyprianus *tract. 3. de simplicit. Prælat.* Et ad certamen animus ante struitur, quando se adversarium quis profitetur, plus cavendus, & metuendus est inimicus, cum latenter obrepit, cum per pacis imaginem fallens; occultis accessibus serpit, & specie amicitiæ dolum parat, velans odium fallacibus blanditiis, malum sub lingua, non in lingua habens. Nam aperta odia, armaque palam depelluntur, fraus & dolus obscura, eoque inevitabilia. Pejor enim odio est amoris simulatio, & illæ sunt occultiores insidiæ quæ latent in simulatione officii, aut in aliquo necessitudinis nomine Et, ut ait Constantinus *in l. data C. de donat. Clandestinis, & domesticis fraudibus facilè quidvis pro negotii opportunitate confingi potest.* Nec ulla pestis nocentior familiari inimico *can. si inimicus 93. dist.* Nemo melius id exprimere potest, quam Juda, quem non puduit esse Magistri sui proditorem, de quo scelere meminit Propheta *Psalm.40.* ex persona Christi, sic loquens: *Homo pacis meæ, in quo speravi, qui edebat panes meos magnificavit super me supplantationem.* Rursus *Psalm.54. Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique, & si is, qui oderat me super me magna locutus fuisset, absconderim me forsitan ab eo. Tu verò homo unanimis, dux meus, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos*, scilicet adversum me insurrexisti.Et ut traderet Magistrum in manus Pharisæorum mercedem prius accepit triginta scilicet argenteos. Neque hoc tacuerunt Prophetæ. Dixit enim Amos *cap.22. Vendidit justum pro argento, & pauperem pro calceamentis*, hoc est viliſſimo pretio. Et Zacharias *cap.11.* meminit de pretio his verbis ex persona Christi: *Acceperunt mercedem meam triginta argenteos.* Meminit & Hieremias, cujus verba refert Matthæus *cap.22. Acceperunt triginta argenteos, pretium appretiati, quem appretiaverunt à filiis Israël.* Quod Oraculum ob temporum malignitatem, quibus depravati, ac deleti sunt nonnulli Sacri Libri, non habemus inter vaticinia Hieremiæ, quæ legit Ecclesia, & fortè pro Hieremia legendus est Zacharias apud Evangelistam. Atque ita homicidium proditorium constituit Bartolus communiter receptus *in l. respiciendum §.delinquunt ff. de pœn.* Luc de Penna *l.fin.C.de delator.* ubi quod mores proditores sunt signa fidelitatis,& amicitiæ, Aretin. §. *interdum num. 6. Instit. de hæredit. qua ex intest. defer.* Bald.*in cap.1. quib. mod. feud. amit.de usibus feud.* Gerard. *in suis singul. sing. 14.* Henric. Bucer. *de homicid.lib.1.cap.3. num.16.* Affict. *dec.265. num.68.* Guazzin. *def.1.cap.38.num.40.* Peregrin. *de immun cap.6.num.2.* Igneus *in l.si certus §.si unus ex dominis ff.ad Sylan.* Clar. *in §. homicidium v. proditorie*, Gutier.*pr.lib.1.cap.2. num.14. & 21.* Vincent. de Franch. *dec.13. num.14.* Didac.de Maria*d Gizzarel.dec.16.num.1.* Novar.

1. Novar. *in Collect.super pragm.2. de abolit.num.26.* Gratian.*discept.380.num.4.& seq. & discept. 619. numer.28.* Adeòque, ut homicidium proditorium omnino sub amicitiæ velamine, & confictione sequi debeat,ut per modum legis generalis, congregatis omnibus Tribunalibus, ex delegatione, & mandato Proregis decretum testatur Gizzarel. *d.dec.16.nu.4.& seq.* Tasson.*super pragm. de antefat. vers.10. obs.2.num.4.* Donat. Ant. de Marin. *quot.resol.cap.174. n.3.* Cancer. *q.crimin.c.7.de homic. nu. 31.* Ciarlin.*contr.for.10.num.108.& contr.12. num. 3. lib.1.* Peguer. *dec.crimin.54.num.9.* Delbene *de immunit.cap.16. dub.10.sect.2.*

4 Quare actus præcedentes inter occisum, & occisorem,ut constituatur homicidium proditorium, debent inferri ad aliquam confictionem amicitiæ, quæ fuerit causa proditionis; quoniam ad hunc effectum actus confictionis, ac simulationis amicitiæ debet non solùm præcedere delictum, ut declarat Sanfelic. *dec.409.nu.4. p.3.* Sed etiam esse causa circumventionis, ut per eam scilicet,sedum dolosè seducatur, verùm etiam in insidias & periculum vitæ trahatur, ut docet Glossa magistralis *in can. Clericus 1.v.Item qui d.46.* quam sequuntur Gizzarel.*d.dec.16.num.6.* Cancer.*quæst.crim.tit. reo quæst. 5. num.6.* Camil.Larata *tom.2.de feud.p.10. dilucid.89. num. 4.*& Ludovic.Gilausen.*in arb.Iudic.crim.cap.2.sect.5. numer.2.* Alioquin uti actus communes, qualis est salutatio non sufficiunt ad constituendum homicidam proditorium, ut obsetvat Dian. *p.6. tract.1.resol.12.*& Novar.*in summ.Bullar.tit.de immun.num.80.* ubi quod salutationes ordinariæ non constituunt effectum amicitiæ, ita ut si quis occidat aliquem, in tali casu dicendus sit proditor, cum salutationes sint signa communia, vel non fuerunt in causa adductionis in insidias,& in periculum vitæ, ut necessariò requiritur.

5 Ac ita, ut occisus nullam omninò causam sibi præcavendi habuerit, aliàs homicidium in eum commissum non potest dici proditorium, etiamsi contra ipsum incautum commissum esset, ut probant Giurb. *cons.60.n.4 & cons.100.n.7.* Prukman.*cons.7.num.46. p.2.* Camil.Larata *cons.102. n.19. ac seq.* Farinac. *cons.76. num.7.& 15. & cons.136. n.8.* Guazzin.Iun.*ad defens.animar. defens.1. cap.13.n.20.* Catalan. *de indult. alleg.1. post cap.31. num.8 & seq.* Ciarlin. *cap.10.n.109.* Gratian. *discept. 619.num. 23. & seq.* Sperel.*dec.23.* Ricc.*dec.80.n.9.p.1.* Castil. *dec. 156.num.40.& seq.* Gizzarel. *d. dec.16. n.2.* & Castropal. *tom.2.tract.11.disp.un.punct.9.n.28.* Gigas *in tract. de crim. læs.majest.lib.3.qu.6.* ubi, quod proditor is dicitur,qui sub figmento amicitiæ aliquid adversus alium machinatur, Giurb. *cons.10.n.13.& seq.& cons. 60.n.2.& cons.100.nu.7. 8.& 9.* Farinac.*de immunit.Eccles.n.143.* ubi quod doctrina Bartoli fuit approbata à Clemente VIII. Sperel.*dec.23. ex num.2.* Ambrosin.*de immun.cap.6.n.3.* Remig.de Gonni *eod.tr.fal.14.n.2.* Gomez *3.var.cap.3.de homicid. nu.5.* Suarez *lib.2.de relig.c.11.n.12.* Sanchez *tom.2.cons.l.6. c.1. dub.7.n.26.*& alii quamplures.

6 At proindè privatur immunitate ex *d. cap.1.de homicid* per hæc verba: *Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo evelles eum, ut moriatur,* & ex Constitutione Gregoriana ibi: *Aut qui proditorie proximum suum occiderit.* Quod desumptum est è *cap.21.* Exodi, & habetur exemplum in Salomone Rege *3. Reg.2.* qui Joab ad altare confugientem non reliquit, quia per insidias Abner occiderat, & Amasam *2. Reg.20.* & docent communiter Doctores, nominatim Alex. *cons.14.n.5.lib.7.* Covar.*lib.2.var.resol.cap.20. n.7.* Subdens,hanc communem opinionem esse Consuetudine Christiani Orbis admodum receptam, plures quos cumulat Clar.*id § fin.quæst.30.* alii, quos refert, ac sequitur Decian.*tom.2.lib.6.cap.28.n.12.& seq.* Farinac. *in pr.crim. p.1.tom.2. de carcer. quæst.26. num.24.* Remig. *loc. cit. fall.13. num.1.* Tusch.*v.Ecclesia concl.11.n.3.* Suar. *eod. loco n.10. & seq.* Gomez *de delict. cap.10.* Plaza *lib. 1. delict. cap.21.* Gutier. *pract. quæst.civil.lib.3.qu.7. num.52.* Scott. *theor.285.* Laym.*lib.4.tr.9. cap. 3, nu.8.* aliique innumeri, ac declaravit S. Congregatio Immunitatis in Beneventana 18. Augusti 1637. his verbis: *Ad probationem homicidii proditorii requiritur amicitia præcedens.*

Et S. Congregatio super Episcopis in Rhegiensi 12. Octobris 1602. & Bojanensi 6. Aprilis 1622. declaravit. *Dicitur proditor, qui aliquem, cui se tanquam socium, & amicum adjunxerat in via, nulla rixa causa intervenient occidit, seu qui dolosè sub amicitiæ colore seduxit aliquem, ut occidat.* 7

In Consentina eadem S. Congregatio 8. Aprilis 1603. generaliter homicidium commissum sine præcedentibus inimicitiis dicitur proditorium, & non gaudet immunitate. 8

Die 16. Aprilis 1611. eadem S. Congregatio declaravit,tunc dici præcessisse inimicitias,quando constat, inter homicidam,& occisum aliquot ante dies fuisse sequutam rixam. 9

Etiamsi non occidat ferro, sed veneno, vel quolibet alio modo,dicitur proditor, ut censuit S. Congregatio Concilii 7.Decembris 1632. 10

Non est tamen proditor qui occidit inimicum,etiam per insidias,& à tergo, ut censuit S. Congregatio super Episcopis in Bojanensi 6. Aprilis 1612. & ita declarasse Clementem VIII.testis est Giurba *cons.100.n.9.* 11

Proximi autem sui appellatione comprehenduntur omnes homines cujuscumque conditionis, vel cultus, seu religionis, quibus etiam, ex charitate,ac dilectione subvenire tenemur, *can. charitas 2. de pœnit. 2.* ibique Glos. *verb. participes, & cap.10.* Lucæ ac alibi, ut latè probat Mar. Ital. *de immun. lib.1.cap.5.§.4. num.20.& 21. cap.3. num.7.* & Graff. *p.1. lib.2. cap.4. num.1.* Siquidem proximus intelligitur omnis rationalis creatura, ut docet D.Augustinus *cap. 23. de doctr. Christ.* Quia omnis creatura rationalis est apta participare simul in eadem beatitudine, ex quo consurgit approximatio, qua omnes uniuntur in eodem ultimo fine. 12

Hinc primò sequitur, immunitate Ecclesiæ privari, tanquam proditorem, qui veneno aliquem necat. Nam majus delictum est occidere veneno, quam gladio, *l.1. C. de malef.& mathem.* per quem dicit Baldus *in l.nemo C.de sum.Trinit.* quod talis est proditor, quem refert, ac sequitur Felin. *in cap.1.de homicid. nu.1.* ibique Anan. docentque communiter Sylvest. *in sum. v. proditio,* Molin. *de just. disp.24.* Covar. *lib. 2. resol. cap.20. num.7.* Gigas *de crim. læs. majest. quæst. 10. num.23.* Gomez *lib. 3. resol.cap.3.num.7.* Marth. *lib.2. cap.51. num.8. arg. l.1. §. occisorum ff. ad Sen. Conf. Syl. & l.1. C. de malef. & mathem.* Suar. *de relig.tom.1. lib. 3. cap.11. num.12.* Megal. *in 3. p.lib.4. cap.1. quæst. 1. num.18.* Peregr. *de immunit. cap. 3. num.6.* Mar. Ital. *eod. tit. cap.5. §. 4. num. 26.* Graff.*tom.1. lib.3. conf. unic. de immun. num.16.* Homobon. *p.2. tract.11.cap.5. qu.5. resol. 4.* Jo: de la Cruz. *p.1. præc.8. quæst. 3. art.2. dub. 1. concl.1.* Villadieg. *in Polit. cap. 13. num.28.* Bobadil: *eod. argum. tom.1. lib. 2. cap.14. num.75.* Mastrill. *de indult. cap.35.nu.5.* Gavant. *in addit. ad man. Episc. v. immunitas num. 10.* Sarpus *cap.5. fol.47.* Bucer. *de homicid. lib.1. cap. 4. numer.95.* Castropal. *tom.2.tract.11. disp.un.pun.9. num.29.* Villalob.*in sum. tom.2. tract.39. diff.7.num.14.* Castil.*dec.254. num.2.* Boer. *dec.109.* Ludovic.Corr. *in relect. de immunit.p.2.num.19.* Sanchez *opusc. tom.2. lib.6. cap.1. dub. 7. num.26.* Ricc. *p.3. decis.262.* Germon. *de sacr. immun. lib.3. cap.16. num.63.* Decian. *lib.6.cap.28. num.19.* Carrer. *in pr.crim.* Scott.*theor.385.* Laym.*lib.4.tr.9.cap.3. numer.8.* Farinac.*de carcer.q.10.n.74.& q.28.n.24.& tom.1. tit. de delict.& pœn.q.18.n.74. in fin.* & in *append. de immun.c.9. n.142.* ubi tamen consulit, quod debeat Episcopus certiorem facere Summum Pontificem, & ejus rescriptum exequi, Jo: de Hevia *in Cur. Philip. p.3. §.12. numer.6.* Guazzin. *def.1.* Curtel.*de immun.lib.1.quæst.5.& 36.* Lezana *in sum.v. immunitas num.12.* Dian. *p.1, tr.1. resol.36.* Delbene *de immun.cap.16. sect. 2. num. 1.* & declaravit S.Congregatio Concilii die 3.Decembris 1632. qui omnes nullam rationem adducunt.

Ratio

14 Ratio autem est, quia fieri potest, ut ait Philo Judæus *lib. de special. legib.* contra mœchos & libidinosos, ut inconsulto, repentinove impetu perciti scelus admittant qui hasta, fuste, saxo, vel alio telo interimunt, ut videatur dimidiatum factnus, cui non accessit longa deliberatio; Venefici autem sceleratissimi, polluti mente, & manibus per otium, & in secessu dant operam malis, damnatisque artibus, captantes occasiones calamitatum inferendarum. *Et refert*, inquit Ulpianus *in l. absentem, §. fin. ff. de pœn. in majoribus delictis, consultò aliquid admittatur an casu, & distinctio hæc aut justam pœnam elgere debet, aut temperamentum admittere.* Subjicit & Philo proditionem, & insidias in hoc crimine severiori animadversione dignas. *Qui propalam*, inquit, *& cominus aggrediuntur, utcumque caveri possunt, occulta autem insidiæ, & veneficia non animadvertuntur facilè.* Tullii Oraculum est *lib. 1. Offic. 1. nullum malì genus est, quod majorem humanæ societati pestem inferat, quam dolus malus.* Et paulò post: *Cum autem duobus modis, ideſt, aut vi, aut fraude fiat injuria; fraus quasi vulpecula, vis Leonis videtur. Utrumque alienissimum ab homine, sed fraus odio digna majore. Totius injustitiæ nulla capitalior est quam eorum, qui sum cum maximè fallunt, id agunt, ut viri boni esse videatur.* Unde lex Dei maleficum, veneficaſque non patitur, vel vivere unum diem, sed statim ad supplicium deducit. Et jure quidem clam delinquentes gravius, ut scelestiores puniuntur, *l. fin. ff. de vit. nupt. l. non intelligitur §. si quis palam ff. de jure fisci.* Sic & crimen occultum est veneficium, *l. cum fratrem C. de iis, quibus ut indign.* ibique Bald. *in 1. notab.* Quod habet proditionem, ut idem Baldus notat *in d. l. nemo col. 2. C. de sum. Trin.*

15 Lex Cornelia quoque de Sicariis ad veneficia pertinet §. *item lex Cornelia de public. judic. l. 1. ad l. Cornel. de Sicar. l. Prætor edixit. 7. §. de si dicatur homo ff. de injur.* Et pœna eadem corriguntur. Venenum enim malum nonnisi dolosè propinari potest animo occidendi. Malum venenum, aiunt Jurisconsulti, quia & bonum sit venenum, *l. qui venenum ff. de verb. signif. l. 3. §. ad l. Cornel. de Sicar.* Gellius *lib. 12. c. 9.* Vocatur namque venenum quod pharmacum græcis dicitur, quod & bonum, & malum potest esse. Marcellus *in l. 3. ad Cornel. de Sicar. c. 5.* legis Corneliæ de Sicariis, & veneficis teneri tradit, *qui malum venenum necandi hominis causa fecerit, vel vendiderit, vel habuerit.* Sic & Cajus docet *in l. quod sæpè §. ff. de contrab. empt. non licere habere, vel vendere, nec emere medicamenta androphona non danasina, vel deletoria, si per alterius materiæ adjectionem, usui esse non possint salubri.* Nam mistione possunt salubria fieri, vel antidoto esse, Plin. *lib. 2. c. 13. & lib. 4. c. 17. & lib. 25. c. 4.* Et tunc quoque non omnibus licet ea vel emere, vel habere, sed illis tantum: quibus fide publica juratò tantum permittitur, pharmacopolis nempè, & qui temperatè noverint, & usum. Siquidem & quæ imprudens bono fine, nec malo animo, veluti ad conciliandam concipiendi potestatem, venenum dederit, & mulier eo mortua fuerit, aliàs Senatus consulto relegata est ob malum exemplum, *l. 3. §. adjectio ff. ad l. Aquil.* Et pigmentarii si cui temerè cicutam, salamandram, aconitum, supresti m, pyriocampas, mandragoram, aut ulceramenti causa dederit cantharides, pœna teneatur legis Corneliæ *d. l. 3. §. alio Senatus consulto ff. ad l. Cornel. de Sicar.*

16 Reprehendit Galenus *lib. 2. antid. tom. 1.* Orpheum Theologum, cognomine Horum, Mendosium, Heliodorum, Athenienses, Ararum, & alios, qui de compositione venenorum ausi sunt libros componere, existimans munus improbi hominis esse hoc docere, & veluti improbos instruentes, & satis pronos ad malum ducentes, additque eosdem auctores veritos, ne ob id publicè puniantur, ab exordio suorum librorum lectoribus suadere conatos, se neque perditis moribus esse, neque hujusmodi lethalia perficere, sed docuisse vitare. Ita & mihi displicet Jovius, qui *hist. sua p. 1. lib. 2.* describit venenum illud, quo Cæsar Borgia universum Cardinalium Collegium interficere conatus est. Scribit enim pulverem fuisse saccaro sapore, candore simillimum, à Turcarum tyranno missum, qui non illico, neque cum vehementia vitæ insidiabatur, sed exitiali mora hominem è medio tollebat.

Annotavit Livius *in* 8. de veneficis quæstionem Romæ primùm habitam anno 423. ab Urbe condita cum similibus morbis, omnesque eodem eventu primores civitatis morerentur, compertumque fuisse, Matronas Romanas insano quodam consilio venenata quædam medicamenta coxisse, & damnatas centum sexaginta duas. Decretum deinceps, & provincia Urbana inquirendi de veneficiis, qualem sortitus Q. Mutius in Urbe, & propius Urbem decem millia passuum, idem Livius *lib. 10. dec. 4.* Lege Cornelia de Sicariis veneficis ultimum supplicium pro pœna impositum, potissimum si mors sequuta fuerit §. *Item lex Cornelia ff. de public. judic. l. si quis aliquid §. qui abortionis ff. de pœn.* Nam & ea lege de Sicariis tenetur, qui occidendi causa venenum dederit, *l. §. 1. ff. ad l. Cornel. de Sicariis.* Utque plus est veneno, quam gladio occidere, *l. 1. C. de malef. & mathem.* pœna, & majore digni hujus rei. Nam & duplex crimen homicidium, & veneficium. Scribit Florus *lib. 42. Epist.* Livii de veneficis sub M. Æmilio, Principe Senatus, quæsitum fuisse, & Publiam, & Liciniam nobiles fœminas, quæ viros suos necasse insimulabantur, cognita causa, cum Prætori prædes vadesque dedissent cognatorum decreto necatas fuisse. Galba Cæsar morte plures veneficas affecit, cum Locusta famosa, quæ immedicabile venenum præbuerat Agrippinæ, quo intra boletum condito, maritum Cæsarem Claudium necavit, ut author Dio Cassius, & alii *lib. 60.* & Xiphilinus ex Dione in Galba. Refert & idem Xiphilinus in Domitiano tempore Domitiani cœpisse nonnullos, qui acubus oblitis veneno, quos collibitum esset pungebant, quorum multi nec sentientes quidem moriebantur, ex quibus multi cum delati fuissent, ultimo supplicio affecti sunt, idque non solum Romæ, sed etiam per totum Orbem terrarum factum esse, ut tursum idipsum sub Commodo Cæsare factitatum, idem in Commodo. Idemque Galba Imperator, tutorem, quod pupillum, cui substitutus erat, veneno necasset, quamvis civem Romanum, cruce affecit Sueton. *in Galb. c. 9.*

Lex apud Platonem *lib. 12. de legibus* sic concepta. *Qui non ad mortem hominis, sed pecorum, aut examinum veneno utitur, sive etiam ut aliter, quàm morte bestiis noceat si medicus sit, & veneficii reus fuerit judicatus, morte supplicium luat. Si verò medicinæ ignarus, judicium quid pati, dareve ipsum oportet, statuat.* In Persida Alex. ab Alex. *lib. 3. genialium dierum cap. 5.* ex Plutarc. in vita Arthaxerc. venefici pœna, ut in amplum lapidem caput impingerent. Ex Caroli V. & Maximiliani Imperatoris constitutione, veneficus exuritur. Philo Judæus *in special. legib.* pœnam veneficorum eos quoque pati tradit, qui non lethifera venena conficiunt, sed longos morbos & tabem inferentia. Ego autem majore hos pœna dignos puto veneficis, qui statim deleterio medicamento occidunt, moriendi qualitate considerata, quæ eo asperior, quo diutius ante exitum animæ angit moriturum. Et in hoc quod temperent venena, quæ morbo tabem pedetentim vitæ inducunt, pernicioſissimè veneno malum addunt, nam & in eo laudatur venenum à Plinio *lib. 2. cap. 63.* quod mors cita inde veniat. *Quin, & inquit, venena nostri miseream terram instituisse credi potest, ne in tædio vitæ diræ famis mors terræ meritis alienissima, lenta nos consumeret tabe, ne lacerum corpus abrupta dissolverent, ne laquei torqueret pœna præpostera, incluso spiritu, cui quæreretur exitus, ne in profundo quæsita morte sepultura pabulo fieret, ne ferri cruciatus scinderet corpus. Ita est misertas, genuit id, cujus facillimo hausiu, illibato corpore, & cum toto sanguine exstingueretur nullo labore sitientibus similes &c.* Tradit & alibi *lib. 33. cap. 1.* aliquos sub gemmis in annulis venena cludere, sicut Demosthenem, Summum Oratorem Græciæ annulo quæ mortis gratia habere. Dio Cassius *lib. 51. histor.* scribit, Cleopatram se ipsam interemisse, ictu basilisci serpentis, vel

inquit, secundum alios, acu, qua capitis crines ornabat, qua venenata se interemit, ut absque dolore moreretur. Præsentissimum namque venenum est aspidis, & basiliſci, ut ait Ælianus *lib. 2. de natur. animal. cap. 6.* quo etiam si baculus morsus fuerit, dominus baculi moritur, curatur tamen vel exectione, vel ustione morsi membri.

19 Sed quæstio utilis hinc oritur aliquibus, num ei, qui venenum paravit necandi causa, si aliquo modo effectum non potuit sortiri voluntas, pœna imponenda mortis sit? Putarem & hos reos mortis esse. Quia voluntas in hoc crimine perpenditur potius, quàm effectus, *l. divus ff. ad l. Cornel. de Sicar.* cum similibus *l. verum, & l. qui injuria ff. de injur.* Nec valdè dissimilis est casus ejus, qui cùm telo occidendi causa ambulat *l. is qui cum telo C. ad l. Cornel. de Sicar.* ab eo, qui venenum occidendi causa propinat. Et in criminibus gravioribus voluntas morte vindicatur, si ea ad aliquem actum pervenerit, *l. si quis non dicam C. de Episc. & Cler. l. 1. C. de rap. l. præsenti C. de iis qui ad Eccles. confug.* Inter graviora autem hoc est. Cùm enim crimina, etiam capitalia morte præscribantur reorum, *l. defuncto eo ff. de public. judic. l. libellorum §. fin. ff. de accus. l. 1. & 2. ff. si reus, vel accus. mort. fuer.* tamen hunc veneficii reatum morte non extingui, placuit, *l. Lucius ff. de jur. fisc.* Et quamquam non fuerit perfectum crimen, quod pertinet ad eum, cui mors præparata fuit, tamen verum est, eum, qui præparaverit, præparasse, nec per eum stetisse, sed per aliud, quodammodo factum, quod non debet reo prodesse, *l. nihil interest ff. ad l. Jul. de adult. l. 2. institt. de condit.* Succurrit, quod reus legis Pompeiæ de parricidiis *l. 1. §. fin. ff. ad leg. Pomp. de parric.* ibique Bartol. & facit *l. 1. ff. de his, qui par. aut lib. occid.* is quoque est, qui venenum emit, ut patri daret, etiam si non potuerit dare, sed conatus fuerit. Proinde & qui scopelos in Arabia ponebant, qui hoc scelus mortem ingredientibus prædia minabatur, mortis pœnam habebat, quamvis nullus adhuc offensus fuisset, *l. facularii §. sunt quadam ff. de extraord. crim.* Cæsares quoque Valentinianus, Valens, & Gratianus capitali supplicio jubent *in l. si quis necandi C. ad l. Cornel. de Sicar.* puniri eum, qui aggressus piaculum occidendi infantem. Portigit quoque lex Pompæia de Parricidiis *l. si sciente creditore ff. ad l. Pomp. de parricid.* pœnam ad creditorem, qui filio pecuniam tradidit ad venena mali comparationem, vel ut aggressoribus, vel latronibus daretur, qui patrem interficerent, an etiam privetur immunitate mox dicetur.

20 Sequitur secundò, quòd privatur Ecclesiæ immunitate mater occidens filium infantem, & quicumque procurans abortum fœtus animati, aliqua noxia potione, vel quocumque alio modo. Ita declaravit eadem Sacr. Congregatio Concilii eadem die 3. Decembris 1632. apud Barbosam *in collect. Bullar. v. immunit. us, & de jur. Eccles. lib. 2. cap. 3. nu. 42.* & apud Lezanam *d. v. Immunitas num. 12.* & docent Remig. *de immunit. fall. 14.* Peregrin. *loco allegato cap. 7. num. 7.* Farinac. *in append. de immunit. cap. 8. num. 138.* Delben. *eodem tit. cap. 16. dub. 20. sect. 2. n. 3.*

21 Contrarium tamen tuentur Franciscus Leo *in thes. for. Eccles. part. 1. cap. 23. vers. dubitari etiam potest*, Bonacin. *tom. 3. disput. 2. quæst. 3. punct. 16. §. 8. num. 8.* Dian. *part. 3. tract. 1. resol. 72.* Quod satis probabile dicit Delbene *seq. num. 4.* Moventur, quia hujusmodi delinquentes non dicuntur propriè occidere; nam is propriè dicitur proditoriè occidere, qui per insidias, sive dolum incautum, ac minimè se præcaventem occidit. In infantes autem, ac fœtus non possunt committi insidiæ, sive dolus, cum sint expertes rationis. Dolus enim est fraus ad aliquem decipiendum adhibita. Infans autem & fœtus decipi propriè non possunt, cum deceptio propriè sit in illum, qui dolum cognoscere, ac præcavere aliqua ratione potest.

22 At ego primam sententiam veram esse censeo. Cùm enim dolus malus sit omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumveniendum, fallendum, decipiendum alterum ad libita *l. 1. §. dolum malum, ff. de dol. mal.* Undequoties ad hæc destinatur calliditas, ut alter deceptus lædatur contra jus, toties est dolus malus verè admissus, ideòque scribit Ulpian. *in l. 1. in princip. ff. de dolo malo*, qui aliis obfuerint calliditate quadam. Imponitur autem alteri obfuerint calliditate quadam. Imponitur autem alteri occultè, hoc est, ita ut non intelligat malitiam lædentis, & ne quidem aliquando post acceptum damnum duobus modis. Alias enim verborum adulationibus expeditur dolus, & tunc appellatur fallacia, Varroni à fando, & hæc nullo modo committi potest in infantem, & fœtum. Alias verò factorum technis, quam machinationem vocant. Et id in infantem, ac fœtum committi potest. Utrumque procedit ex recordita animi corrupti malitia adversus simpliciores, nihilque mali suspicantes, lucri turpis gratia. Quocirca Ulpianus, *Ne vel illis aut malitia sua sit lucrosa, vel istis simplicitas damnosa.* Ergo eo dolus peior est, quo in simpliciores committitur. Ergo pessimus in infantem, & fœtum. Verùm enim in his casibus, ut in cæteris delictis atrocibus, consulendus est Summus Pontifex pro pœna saltem extrà ordinem irroganda.

An autem idem dicendum sit de eo, qui procuravit 23
abortum fœtus animati ad præservandam ipsam prægnantem, quam medici non posse mortem aliter evadere dixerint, affirmat Peregrin. *de immunit. d. cap. 7. num. 8.* Quia, inquit, nulli subveniendum est cum injuria alterius *can. primum 22. q. 2. can. denique 14. q. 5.* ibique Glos. *v. neutrum*, & in his terminis docet Sylvest. *in sum. v. medicus*, §. 4. Navar. *in manual. cap. 25. n. 62.* Burg. *de irregular. part. 6. tit. de physic. & chirurg.* quem refert, ac sequitur Prosper. Augustinus *in addit. ad summ. Bullar. Quarantæ v. abortus litt. A.* addens, secus dicendum, si medicus probabiliter indicet, quod etiamsi à medicamento mater abstineat, fœtus non poterit in lucem edi, sed necessariò cum matre moriturum. Nam in hoc casu poterit mater medicamenta sumere, quæ principaliter sint, ac sua natura, causativa sanitatis, ut alterum ex duobus salvetur, ut per Sayr. *lib. 7. clau. reg. cap. 12. num. 21.*

Sed quidquid sit de hac opinione, an scilicet licitum 24
id sit, vel ne, de quo latè Raynaud. *de ortu infantium*, hoc tenendum puto, quod non privetur immunitate medicus, qui prægnanti pharmacum præbet, non intentione abortus, sed ut sanitatem recuperet, quamvis inde fœtus animati mors sequatur. Quia talis actio ex sui natura curativa est, vel saltem talis judicatur à medico, & mors inde sequitur per accidens, non autem per se.

An etiam privetur immunitate, qui aliquem per insidias seducit, ut ab alio occidatur, & re vera occiditur? Affirmat pariter Pellegrin. *loc. alleg. num. 9.* per textum *in l. item si obstetrix*, ubi Glos. *v. in factum, l. qua actione §. sed si quis, l. item Mela §. item ff. ad l. Aquil. l. de pecoribus C. ad l. Aquil.* Igneus *in l. 1. §. si dominus ff. ad Senat. Cons. Sylan.* quem refert, ad sequitur Remig. *de immun. sal. 14.* Quia licet ipse non occiderit, per jura tamen supradicta ei imputatur. Verùm tenendum est gaudere. In promptu ratio est, quia ex Constitutione Gregoriana, ut proditor homicida privetur immunitate, requiritur, quod ipse proditor occidat. Seducens autem aliquem, ut ab alio occidatur, licet sit proditor, non ipse occidit, sed alius.

De occidente inimicum reconciliatum, ac eum, qui 25
de non offendendo data est fides ipsi occiso, vel alteri, certant sententiæ. Negant gaudere, Farinac. *lib. 2. consil. 186. nu. 75.* Curtel. *de immun. lib. 1. quæst. 2.* Decian. *lib. 7. cap. 26. num. 23.* Giurb. *cons. 60.* Peregrin. *loco allegato num. 10. & 11.* Delbene *ibidem sect. 3. num. 1.* Quia proditio nihil aliud est, quàm deceptio contra fidem datam, ut docet Sylvest. *v. proditio in principio*, Armilla *eod. v.* & Angel. *in l. 1. §. non sunt ff. de dolo n. 3.* ubi apertè ait, proditoriè occidisse, qui fidem fregit de non offendendo eo, quem occidit, & Gigas *de crim. laſ. majest. tit. de prod. n. 8.* ac Dec. *tr. cr. lib. 7. cap. 29. n. 23.*

proditores appellant fidem non ſervantes. Per hujuſmodi enim promiſſionem, vel fidejuſſionem, vel fidem datam de non offendendo ſublata fuit inimico omnis occaſio, ſibi præcavendi, & deceptio contrà fidem proditio videtur.

26 Affirmant verò de Marin. *reſol. quotid. cap.* 274. & Dian. *p.* 4. *tr.* 1. *reſol.* 33. quorum ſententiam ſatis probabilem cenſet Delbene modò citatus *num.* 2. *& ſeqq.* Quia amicus reconciliatus æquipollet inimico, præſertim ſi reconciliatio eſſet recens, ut ex Ricc. *dec.* 168. *p.* 1. Farinac. *conſ.* 75. Homob. *de exam. Eccleſ. tom.* 1. *tr.* 7. *cap.* 19. *quæſt.* 87. *col.* 2. & poſt alios Guazin. *jun. defenſ. animar.* 1. *cap.* 3. *num.* 21. *ac ſeq.* & ſic diſtinguendo declarat etiam Novar. *in collect. ſuper pragm. collect.* 3. *pragm.* 2. *de abol. n.*29. *&* 31. Quod ſi procedit in expreſſa reconciliatione, potiori quidem jure procedere debet in actu tacito, qui vel non imporæt reconciliationem, vel ſaltem eſt dubium. Unde non poteſt exinde dici ſublata cauſa præcavendi, quæ ad excuſandum à proditorio ſufficit. Atque ita fuiſſe deciſum in curia Archiepiſcopali Neapolitana, teſtatur Ricc. *p.* 1. *dec.* 168. *num.* 1. ſubditque Delbene *num.* 7. tamquam certum, immunitate non privari, qui inimicum, cum quo pacem inierat, nova inimicitiarum, vel occaſionis cauſa poſt pacem, ſive reconciliationem, antea factam, ſuperveniente, occidit. Quia in tali caſu occiſus non occiditur incautus, quandoquidem cogitare poterat de periculo mortis ſibi inferendæ. Quomodo autem hujuſmodi cauſa probari poſſit, tractat Farinac. *quæſt.* 107. *num* 435. *& ſeqq.* Reconciliatio autem, & injuriarum remiſſio non inducitur ex ſalutationibus, & colloquiis, ſi non fuerit ad eam deventum ſponte ac motu proprio, ſed ex quadam honeſtatis neceſſitate, & caſuali interventu in domo aliena & in ſocietate aliorum, ad tradita per Jo: Fabr. *in* §. *fin. num.* 1. ubi notant etiam Aret. *num. item* 1. & Nicaſ. *nu.* 3. *inſtit. de injur.* quos, & alios referendo ſequitur Farinac. *de var. ac diverſ. quæſt.* 105. *nu.* 357. ubi quod tunc affectus injuria comedendo, ac bibendo cum injuriato remiſiſſe injuriam illi cenſetur, ſi motu proprio, ac ſponte ſimul comedant, bibantque, ſecus autem ſi ex alia occaſione, ut puta ſi fuiſſent invitati ad aliquam feſtivitatem, & ad unam menſam. Tunc enim cùm actus iſte videatur factus ex quadam honeſtatis neceſſitate, non induceret reconciliationem.

27 Quid in hac ſententiarum varietate tenendum ſit jam alibi docui multis in locis, Eos adi.

28 E contrà verò ſequitur primò, gaudere immunitate Eccleſiæ qui inimicum, etiam dormientem, vel quovis alio modo, etiam incautum, occidit, ſive ex induſtria, & ex inſidiis, ſive ſclopi glande, aut veneno, ſive alio mortis genere, ſive à parte priori, ſive à parte poſteriori. Nam homicidium ideò dicitur propriè proditorium quod committitur ſub ſpecie amicitiæ. Igitur occidens inimicum, etiam per inſidias, non committit proditorium. Inſidiæ namque non faciunt proditorium, ſed amicitia, ſub cujus ſpecie quis occiditur, cui nulla ab occiſore cavendi occaſio eſt. At inimicus debet prævidere futuram vindictam, & præcavere à ſuo inimico, nemoque debet credere ſuo inimico, immò ſemper quiſque de eo tenetur malè cogitare, ut in ſpecie docent communiter Bartol. *in d. l. reſpiciendum* §. *delinquunt num.* 1. *ff. de pœn.* Gomes *lib.* 3. *var. reſol. tit. de homicid. cap.* 3. *num.* 5. Igneus *in l. & ſi certus* §. *ſi unus num.* 14. *ff. ad Sylan.* Anchar. *in cap. de homicid.* Bald. *in cap.* 1. *col.* 4. *quibus mod. feud.* Aretin. *de malef. v. fecit inſultum, & inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* §. *interdum n.*4. Cæpol. *conſ.* 32. Clar. *in* §. *homicidium v. proditorie*, Gerard. *ſing.* 14. *nu.* 5. 6. Ambroſin. *de immun. cap.* 6. *num.* 5. Em. Suar. *in addit. ad Gomes loc. alleg. lit. B.* teſtans de communi, Farinac. *in addit. ad quæſt.* 18. *num.* 76. ubi receſſit à contraria opinione, quam ſequutus antea fuerat *in ead. quæſt.* 18. *nn.*76. *&* 77. *& conſ.*76. *num.* 7. *&* 8. *&* 11. *& in append. de immun. cap.* 9. *n.* 143. ubi ſic reſpondiſſe teſtatur Clementem VIII. juxta Conſtitutionem Gregorianam, corrigendo *c.* 1. *de homicid.* & idcircò mutavit ſententiam priorem, quam tenuerat *q.* 18. *num.* 76. *de carcer.* tres conſulentes apud eundem Farinac. *conſ.* 168. *art.* 5. *à num.* 68. Mar. Ital. *de immun. lib. cap.* 6. §. 1. *n.* 80. *& ſeqq.* Genuenſ. *in prax. Archiep. Neap.* ubi aſſerit, quod in Regno Neapolitano recepta ſit opinio Bartoli, quod delictum non intelligatur propriè proditorium, niſi ſub colore amicitiæ committatur. Idemque in ſimili fuiſſe deciſum in eodem Regno Neapolitano teſtatur Vincent. de Franch. *dec.* 713. in qua fuit dictum, conceſſam indulgentiam delictorum per Regem propter adeptam poſſeſſionem Regni, in qua erat exceptum crimen vulneris proditoriè ſclopo rotato, vel aliter illati, non intelligi proditorium cum ſclopo commiſſum ab inimico Foller. *in cap. Regni, item ſtatuimus de his, qui ad Eccleſ. confug.* Peregrin. *de immun. d. cap.* 7. *n.* 20. Bonac. *diſ.* 3. *quæſt.* 7. *pun.* 4. *n.* 14. Ricc. *p.* 5. *collect.* 1792. *&* *p.* 1. *dec.* 168. Gratian. *diſcept. for. tom.* 3. *cap.* 38. *num.* 4. *& ſeq.* Caſtil. *dec.* 156. *num.* 38. *& ſeq.* Barboſ. *de jur. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 62. ubi ait, quod occidentem à tergo inimicum cum ſclopo immunitate gaudere decreverit S. Congregatio ſuper Epiſcop. in Melevitana die 2. Auguſti 1619. Giurb. *conſ.* 20. *num.* 13. *& conſ.* 60. Lezana *v. Immunitas num.* 12. Novar. *in ſumm. Bullar. tit. de immun. num.* 76. 79. *&* 82. Speterl. *dec.* 23. Gutier. *pract. quæſt. civil. lib.* 1. *quæſt.* 2. *&* 3. *num.* 18. Dian. *p.* 1. *tr.* 1. *reſol.* 1. *num.* 3. *& reſol.* 5. *num.*35. Scort. *theor.* 385. & declaravit eadem S. Congregatio ſuper Epiſcopis in citata Bolanenſi 6. Aprilis 1612. & Clemens VIII. diplomate ſuo, quod miſit Archiepiſcopo Panormitano his verbis.

Venerabili fratri Archiepiſcopo Panormitano, Cle- 29
mens Papa VIII. Venerabilis frater Salutem Tua Fraternitatis nomine nuper nobis expoſitum fuit, quod cùm ſuperioribus diebus in Civitate Panormitana Carolus, Gregorius Innocentius Caſita, Scipio Taxis, Octavius Baglivus, & Gerardus Rigius quondam Carolum de Amato nobilem Panormitanum tormenti bellici breviorii ictibus ex inſidiis, nimirum ex cujuſdam domus, in quam deliberato animo, dum ſe receperant, & aliquandiù deliterant, è feneſtra occidiſſent, ſæviſque ad quandam Eccleſiam fugiſſent, ibidemque capti, in carcerem tua Archiepiſcopalis curia juxta fel. rec. Gregorii XIV. prædeceſſoris noſtri Conſtitutionem ſuper immunitate Eccleſiarum editam, reducti fuerint, & ibi etiam nunc ſub diligenti cuſtodia detineantur. Cùm autem Curiæ ſæcularis miniſtri prædictos carceratos ſibi conſignari, & eorum Curiæ tradi inſtanter abſtetepetant, prætendentes prædictam Gregorii Conſtitutionem in hoc caſu locum non habere; Tu verò ſuper hac re nobis, & Apoſtolica Sede inconſultis, nihil deliberandum eſſe cenſueris, ſed ad nos quoſdam ſuper dicto caſu, & ſuper dicta Conſtitutione dubitationes, tranſmiſeris, nobis humiliter ſupplicando, ut quid in hujuſmodi cauſa faciendum ſit, præſcribere dignaremur. Nos itaque, licet omnes ſupradicti carcerati Eccleſiaſtica immunitate gaudere, & frui debeant, nihilominus, attenta hujus homicidii qualitate, necnon circumſtantiis prædictis, & aliis, quæ in eo perpetrando intervenere, Octavium Buglivum, & Gerardum Rigium, quorum alter in decimo ſexto, alter in decimo octavo ætatis ſuæ anno circiter conſtitutus eſſe dicitur; Eccleſiaſtica immunitate dignos eſſe judicamus, cætero verò ex rationabilibus cauſis animum noſtrum moventibus, ut infrà Curiæ ſæculari tradendos cenſemus, ac propterea fraternitati tuæ per præſentes injungimus, ut Octavium, & Gerardum prædictos Eccleſiaſtica immunitate gaudere debere declares, ac in foro tuo Eccleſiaſtico retineri facias, reliquos verò tres prænominatos, ſi tibi tamen prius, ſummariè, ſimpliciter, & extrajudicialiter, & quantum pro conſcientia tua informatione ſufficere videbitur, illos homicidium prædictum perpetraſſe, aut illi cooperativos, ſeu in illo culpabiles fuiſſe, quod ſi omnes rei, aut culpabiles homicidii prædicti per ſe, ut præferitur, reperti comperiantur, Curiæ ſæculari prædicta liberè tradas, & dimittas, non obſtante prædicta, aut quibuſvis

bnſvis aliis conſtitutionibus, & ordinationibus, cæterique in contrarium facientibus quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 6. *Februarii* 1597. *Pontificatus noſtri anno V.*

30 In quo diplomate illud annotandum eſt, quod Clemens in eo dicit, ſuprad. ctos debuiſſe gaudere Eccleſiaſtica immunitate, quamvis ex cauſis particularibus mandaverit, non omnes debere gaudere. Quod ſæpiùs fit à Summis Pontificibus juxta homicidii, vel alterius criminis qualitatem, & circumſtantias obſervatum.

31 Quare non obſtant Covarruvias, & alii, quos ſequuntur Gambacurta *lib.* 5. *cap.* 4. *num.*28. *&* 31. & Curtel. *lib.* 1. *quæſt.* 5. docentes, quod etiam homicidium, quod ſit ſine ſpecie amicitiæ, occidendo inimicum ex inſidiis, vel ex induſtria, non autem ex rixa, ſine tamen diffidatione, ut poſſit invaſus ad rixam ſe accingere, ſit proditorium, quia ſemper in quolibet ex dictis cauſis incautus occiditur; & ex improviſo aggreſſus, ac proinde hujuſmodi homicida non gaudet immunitate Eccleſiaſtica.

32 Nam reſpondeo cum diſtinctione. Eſt proditorium largè, ac impropriè, & concedo. Strictè, ac propriè, & nego. Propriè autem ac ſtrictè ille dicitur homicida proditorius, qui proximum ſuum occidit ſpecie amicitiæ ex doctrina Bartoli, communiter recepta, & in ſpecie tradit Genuenſis *in prax. cap.* 92. Verba enim ſecundum propriam ſignificationem ſunt accipienda, *l. non aliter ff. de legat.* 3. *cap. ad audientiam de decim.* cum ſimilibus, ut per Gemin. *conſ.* 67. *nu.* 1. Et propria verbi ſignificatio eſt, quæ ſtricta eſt non larga, *l. Labeo ff. de verb. ſignif. can. Oratorium, & can. ſeq. diſt.* 42. Calderin. *conſ.* 7. Idque maximè in conſtitutione pœnali, cujus verba juxta propriam ſignificationem ſunt intelligenda, *cap. Rodulphus de reſcript.* & notat Gloſ. *in Clem. ut ij, v. in eodem de ætat. & qual. & in Clem. in pleriſque v. populo de elect.* Undè cum Conſtitutio Gregoriana excipiat homicidium, quod ſolum ac propriè eſt illud, quod ſpecie amicitiæ committitur, ideò verba dictæ Conſtitutionis accipi debent ſecundùm proprietatem.

33 Hinc occidens uxorem adulteram, repertam maximè in turpitudine, gaudet Eccleſiæ immunitate. Nam maritus id patrans dicitur motus ira, & odio, ac juſto dolore ex cauſa proprii honoris, cum non ſit dolor major quàm corpus ſuum videre aliena libidine pollui, corpus enim mariti uxor eſt, cum caro de ejus carne dicatur, ut per Ricc. *deciſ.* 168. *n.* 6. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 15. *num.* 9. Neviz. *in Sylv. nupt. gloſ. non eſt nubend. num.* 3. Farinac. *quæſt.* 33. *num. ſeq.*

34 Quo caſu non ſolum eſt dignus immunitate, ut in gravioribus terminis Conſtitutionis Gregorianæ, ait Genuenſis *in prax. cap.* 77. Ricc. *collect.* 1792. Caſtill. *deciſ.* 156. *nu.* 38. Farinac. *de immun. cap.* 9. *nu.* 142. Gratian. *diſcept.* 619. *num.* 23. Quia proditorium non dicitur, niſi quando nulla præcedente cauſa, vel odio, vel quando quis ſe amicum fingens, aliquem interficit, ut dictum eſt ex Bartolo & Claro, atque Afflict. *deciſ.* 265. *n.* 64. *& ſeqq.* ibique Vrſell. *nu.* 70. & Franch. *dec.* 713. *n.* 22. ſed etiam vel poſſet impunè dimitti, vel ſaltem extra ordinem plecti, Clar. *in* §. *homicidium verſ. ſed quid dicendum*, Menoch. *de arb. caſ.* 361. *num.* 14. cum cauſa honoris æquiparetur cauſæ vitæ, ob quam licet aggredientem impunè occidere, Clar. *loc. cit. verſ. item & multo magis*, Gomez *ſing.* 82. *n.* 7. Menoch. *conſ.* 41. *num.* 25. *vol.* 1. Farinac. *quæſt.* 15. *n.* 6. Neviz. ibi *cap.* 1. *num.* 34. Quare ceſſat qualitas proditorii, atque adeò hujuſmodi delinquens non eſt immunitate privandus, Rovit. *ſuper pragm. tit. de abolit. pragm.* 11. *num.*58. Addit. ad Gizzarel. *dec.* 16.

35 Sequitur ſecundò, gaudere qui occidit inimicum in duello. Quod docent in ſpecie Farinac. *in apend. de immun. cap.* 7. *nu.* 117. Dian. *p.* 4. *tr.* 1. *reſol.* 46. & Delbene *de immun. d. cap.* 16. *dub.* 20. *ſect.* 6. *nn.* 1. Ratio autem eſt eadem, quia non occidit prætextu amicitiæ, atque adeò non privatur immunitate à Conſtitutione Gregoriana. Eſt contra Ludovic. Corream *in reflect. ad cap. inter alia de immun. Eccleſ.* p. 3. *nu.* 19. Barboſ. *de jur. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 101. & Mar. Ital. *de immun. lib.* 1. *cap.* 5. §. 4. *n.* 42. *& ſeqq.*

Non obſtat, quòd ex Concilio Tridentino *ſeſſ.* 25. *cap.* 36
19. *de reform.* qui ſingulare certamen commiſerint, incurrant pœnam excommunicationis latæ ſententiæ, proſcriptionis omnium bonorum, ac perpetuæ juris infamiæ, & ut homicidæ juxtà Sacros canones ſint puniendi, & ſi in ipſo conflictu deceſſerint, perpetuò Eccleſiaſtica careant ſepultura. Vnde Felin. *in cap.* 2. *de excep. n.* 5. probare conatur, excommunicatum non gaudere, motus primò, quia fruſtrà legis auxilium implorat, qui committit in legem, *cap. quia fruſtrà de ſpur.* Secundò, quia excommunicato eſt interdictus ingreſſus Eccleſiæ, & in ea non poteſt ſepeliri, ut per Archid. *in can. præſenti* 5. *quæſt.* 2. ergo multò minus vivens protegetur ab Eccleſia.

Nam excommunicatio non habet alios effectus, niſi 37
quos jus declaravit. Nullo autem jure ſtatutum eſt, quod excommunicatus non poſſit gaudere immunitate Eccleſiaſtica. Unde ſive ſint ſacrilegi, ſive blaſphemi, ſive excommunicati gaudent immunitate Eccleſiaſtica, non propter ſe, ſed propter honorem Eccleſiæ, Navarr. *in man. cap.* 25. *n.*12. *&* 20. Gulielmus de Monte Landun. *in Clem.* 1. *de pœnit. & remiſ.* quem ibi ſequuntur Anchar. *n.* 50. Imol. *nu.* 11. *in* 2. *quæſt.* Vitalin. *num.* 79. Boet. *dec.* 110. *nu.* 7. dicens communem, Remig. *de immun. fall.* 19. *num.* 1. Clar. *in* §. *fin. quæſt.* 30. dicens propter honorem Dei ab hac opinione non eſſe in praxi recedendum, eſtque ſententia communis Doctorum, quam tuetur Oſt. *in ſum. tit. de immun. Eccleſiæ* §. *à quibus*; Henric. *in cap. fin de immun. Eccleſiæ col.* 5. Suarez. *de relig. tom.* 1. *tr.* 2. *lib.* 3. *cap.* 10. *num.*3. Sylveſt. *in ſum. v. Immunitas* 3. *quæſt.* 3. Angel. *eod. v.* §. 11. Covar. *lib.* 1. *var. reſol. cap.* 20. *n.* 11. Alter. *de cenſur. tom.*1. *lib.*2. *cap.* 6. *col.* 3. *lit. E.* Decian. *in tr. crim. tom.*2. *lib.* 6. *cap.* 26. *nu.* 3. Jo. Faber. *in* §. *fin. inſtit. de his qui ſunt ſui, vel alien. jur. ſub n.* 3. Farinac. *in pr. crim. p.* 1. *tom.* 2. *tit. de carcer. quæſt.* 28. *n.*39. Ambroſin. *de immun. cap.* 8. *n.*12. aliique.

Ad primum argumentum Felini reſpondetur, regulam 38
illam procedere, quando quis eſt excommunicatus ex eo, quod immunitatem Eccleſiaſticam violaverit, & poſtea pro eodem delicto confugerit ad Eccleſiam. Quo in caſu non debet gaudere immunitate, quia delinquit in legem immunitatis, & ideò fruſtrà implorat ejus auxilium, & puniri poterit à Judice Eccleſiaſtico, quia ratione criminis forum ſortitur Eccleſiaſticum, ut docet Abb. *in cap. relatum num.* 1. & Gloſ. *in cap. Gravem de ſent. excom.* Mar. Ital. *de immun. lib.* 1. *cap.* 3. §. 2. *n.*2. facitque textus *in cap. cum ſit generale de for. compet.* ſecus autem ſi ſit excommunicatus pro alio delicto, licet poſſit etiam puniri à Judice Eccleſiaſtico ob inobedientiam, ob quam excommunicationem incurrit.

Ad ſecundum reſpondetur, quòd excommunicato 39
non eſt interdictus ingreſſus Eccleſiæ, niſi quando celebrantur divina, ut docet Gloſſa *in cap. quiſtudet i. q.* 1. *v. dimiſit in fine*, & Butr. *in cap. reſponſo de ſent. excom.* Et quamvis eo tempore poſſit expelli ab Eccleſiaſticis, ſine tamen expulſione extrahi non poteſt, ut tradit Tuſchus, teſtans de communi *tom.* 2. *litt. E. concl.* 10. *n.*26. & mortuo ideò denegatur ſepultura, quia præſumitur eſſe mortuum impœnitentem, ſed non propterea ſequitur, quod vivens non poſſit Eccleſiam ingredi.

Idemque dicendum eſt de interdicto. Tum ex ratio- 40
nibus adductis, & tum quia, licet alias is, cui eſt interdictus ingreſſus Eccleſiæ non poſſit intereſſe divinis, etiam tacendo, alioquin incurrit irregularitatem, ut *in cap. is, cui de ſent. excom. in* 6. attamen per Eccleſiam tranſire non prohibetur, & Extra Eccleſiam celebrare poteſt, Gloſ. 3. & Jo: Andr. *in d. cap. is cui* Ex quo ſequitur, quod is ſit immunis qui ad Eccleſiam confugit, quia etiam Eccleſia interdicta gaudet immunitate, Imol.

in Clem. 1. col. 3. de immun. Eccles. atque adeò etiam non interdicta gaudebit immunitate respectu personæ interdictæ.

41 Nec obstat *cap. quia frustra de usur.* Et quia is, qui non potest ingredi Ecclesiam, non potest in ea sepeliri, ut per Archid. *in cap. præsenti quæst.* 11. ubi etiam ponit illud de transitu licito, atque adeò vivens non protegitur ab Ecclesia, solus autem transitus non ita continet protectionem juxta Felin. *in cap. à nobis*, ubi hæc tradit *col. 2. de except.*

42 Nam ingressus Ecclesiæ prohibetur interdicto dum vivit, & tempore mortis in ordine ad actus religionis, vel divini cultus, ut docet Suarez *d. cap.* 10. *nu.* 4. Unde interdictus etiam ab ingressu Ecclesiæ, non violat interdictum, dum Ecclesiam ingreditur tempore, quo divina non celebrantur, ut docet Innoc. *in cap. sacro v. ingressum de sent. excom.* Covar. *in cap. alma mater eod. tit. in 6. p. 2. §. 1. num.* 3. Navar. *in man. cap.* 27. *nu.* 170. & alii, quos refert, ac sequitur Sayr. *de censur. lib. 5. cap. 9. n.* 16. testans de communi. Nec etiam censetur violare interdictum, dum Ecclesiam ingreditur tempore, quo divina celebrantur, non ut divina officia audiat, vel celebret, sed tantum ne à satellitibus comprehendatur. Sicut enim interdictus, qui transit per Ecclesiam, vel in eam se recipit, ut à pluvia defendatur, non violat interdictum, ut docet Suarez *loco allegato*, ita etiam in hoc casu non violat interdictum. Nam animus, & propositum distinguunt malefica, *l. verum, & l. quæ injuria ff. de furt.*

43 Tertiò sequitur, gaudere vulnerantem proditorie animo occidendi, si mors sequuta non fuerit. Ita Rebuff. *in tom. Regiar. Constit. tract. de immun. ar. 1. quæst. 5.* Decian. *cons.* 80. *lib. 3. & tom. 2. lib. 6. cap. 28. num.* 18. Piaza *in epit. delict. lib. 1. cap. 21. num.* 6. Boer. *dec.* 109. Suarez *de relig. d. lib 3. cap.* 11. *n.* 14. Raphael Cuman. *in l. damni infecti §. Sabinus ff. de dam. inf.* Villagut. *de extens. leg. tit. de immun. Eccles. à num.* 54. signatè *nu.* 58. dicens in facti contingentia ita decisum fuisse, ubi etiam respondet contrariis, Mar. Ital. *de immun. lib. 1. cap. 5. §. 4. à num.* 22. Peregr. *eod. tit. d. cap.* 7. *numer.* 13. Bonac. *disput. 3. quæst. 7. de immunit. §. 4. numer.* 16. Anast. Germ. *de sacr. immunit. lib. 3. cap. 16. numer.* 60. Farinac. *in append. de immunit. cap.* 9. *num.* 145. *& seq.* Baiard. ad Clar. *quæst.* 30. *num.* 17. Genuens. *in pr. cap.* 94. *in fin.* Dian. *p. 1. tract. 1. resol. 4. &* 18. Sperel. *dec.* 22. *num.* 4. Ciarlin. *contr. for. cap.* 14. *num.* 19. Tusch. *v. Ecclesia concl.* 11. *num.* 7. Lezan. *v. Immunitas num.* 12. Novar. *in sum. Bullar. tit. de immunit. Eccles. num.* 75. & Delbene *cit. cap. 16. dub.* 20. *sect. 9. num.* 2.

44 Ratio autem est primò, quia Constitutio Gregoriana expressè loquitur de occidente proditorie; unde requirit actum consummatum cum effectu subsecuto, ut privet immunitate, *l. 1. §. hæc verba ff. quod quisque juris l. 1. ff. de extraord. crimin.* Bald. *in d. l. damni infecti §. Sabinus ff. de damn. inf.* cum aliis per eum allegatis.

45 Deinde, quia in Exodi *cap.* 21. ubi dicitur primò, quod si quis percusserit hominem, volens occidere, morte moriatur, nullum fit verbum de privatione immunitatis. Postea verò dum fit sermo de immunitate abolenda, dicitur: *Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo evelles eum, ut moriatur.* Ut igitur quis privetur immunitate, requiritur occisio. Qui autem tantùm vulnerat, non occidit. Ideòque *in cap. 1. de homicid.* solum infertur pœna ejectionis ab altari, seu privatio immunitatis Ecclesiasticæ in eum, qui ex industria insidiosa proximum suum occiderit.

46 Postremò quia ita in praxi observatur. Hinc vulnerans consulò. & cogitatò animo occidendi, si non sequatur mors, non punitur hodie pœna capitali, sed mitiori, teste Deciano *tom. 2. lib. 6. cap. 28. n. 17.* Cùm affectus non puniatur eadem pœna, qua punitur effectus, sicut testatur Clar. *§. fin. quæst. 92.* Farinac. *quæst. 17. nu. 48.* Mastrill. *dec.* 293. *in princ.* Ceval. *quæst.* 540. *& quæst.* 901. *numero.* 48.

Non obstant Igneus *in l. 1. §. si dominus nu. 7. ff. ad* 47
Sylan. Covar. *d. cap. 20. num.* 7. Remig. de Gon. *de immun. fall. 13. num.* 5. Navarrus *in man. cap. 25. num.* 22. Gutier. *pr. quæst. lib. 3. quæst. 7. num.* 55. *& seqq.* Gambacurt. *lib. 5. cap.* 30. *num.* 6. Tanner. *in 2. 2. disp. 5. q. 8. dub. 1. num.* 16. Sarpus *de jur. asyl. cap. 5.* Curtellius *de immun. Eccles. lib. 1. quæst. 4.* Mastrill. *dec.* 293. *num.* 10. Peguera *decis. crim. 49. n. 11.* Plaza *in Epit. de lict. cap. 21. vers. ruisus.* Azeved. *lib. 1. tit. 2, leg. 3. nu.* 9. Jo: de Hevia *in cur. Philipp. p. 3. §. 12. nu.* 36. Tassonus *in pragm. de antefat. vers. 13. obs. 3. nu.* 35. Fontanella *de pact. nupt. tom. 1, claus. 4. glos. 14. num.* 117. Ludovic. Correa *in relect. de immun. Eccles. p. 3. quæst. 6. num.* 29. Bobadil. *lib. 2. polit. cap. 14. n.* 34. Farinac. *de carcer. d. q. 28. num.* 25. qui omnes moventur, quod dictum *cap. 1. de homicid.* loquitur non solum de occidente, sed etiam devulnerante; Unde & ipse Delbene loco allegato fatetur, ductus à numero Doctorum, non autem ab eorum ratione, hanc esse communiorem sententiam.

At enimverò ita respondetur. In citato *cap. 1. de homi-* 48
cid. nulla fit mentio de vulnerante. Neque etiam fit mentio de vulnerante *in alleg. cap. 21. Exodi 1. v. 14.* ex quo desumptum est *d. cap. 1. de homicid.* ut legenti palam est. Et licet *vers. 12. ejusdem cap. 21. Exodi* dicatur, qui percusserit hominem, volens occidere, morte moriatur, tamen Gregorius Nonus, Summus Pontifex noluit innovare totam legem, veterem cœremonialem de percutiente, ac volente occidere ex insidiosa industria, sed tantum ultimam partem illius *in d. cap. 1. de homicid.* inferere, quæ solum hodie vim habet, quatenus est ab Ecclesia, & à jure Canonico approbata.

Hinc in Constitutione Gregorii XIV. *de immunit.* 49
Eccles. privatur immunitate Ecclesiæ qui proximum suum proditorie occiderit. Ergo requiritur actus consummatus cum effectu, ut jam dictum est. Ideòque Farinac. *in append. de immunit. cit. cap. 9.* retractans sententiam contrariam, quam ea *quæst. 28. de carcer.* docuerat, rectè ait, quod hæc opinio post Constitutionem Gregorii XIV. omni difficultate careat.

Minus obstat, quòd sicuti attentans assassinium im- 50
munitate Ecclesiastica privatur, quamvis non sequatur effectus, si ad insultum, aut vulnus, vel ad alium actum, consummationi proximum deveniat; ita etiam privari debet immunitate qui attentat homicidium proditorium. Nam inter eos disparitas est. In citata enim Constitutione Gregoriana excipiuntur proditorie occidentes, & assassini. Proditorius autem occisor nemo dici potest absque homicidio, sicuti dici potest assassinus ex *cap. 1. de homicid. in 6.* ibi: *quamvis mors ex hoc forsitan non sequatur.* De qua re alibi fusè.

Sed quid de occidente ex industria, deliberatè cogi- 51
tatò, atque ex animo proximum suum, quamvis non inimicum? Hæc quæstio post Constitutionem Gregorianam expedita est, licet aliquot cerebrosi, qui post illam scripserunt, contrarium quoque sentiant.

Negant igitur ex antiquioribus Pract. Papiens. *in for-* 52
ma inquisit. num. 31. dicens, id prudenter servari in Italia, quæ est omnium provinciarum domina, quæ residet in Monarchia, prout illum refert Remig. *de immunit. fall. 6.* & Alciat. *de præsumpt. in 3. reg. præsumpt. 33. num.* 4. & in aliquibus Regnis extat statutum Principum, ut per Fachin. *p. 3. lib. 9 contr. cap.* 93 Francisc. March. *dec.* 268. *num.* 2. Gutier. *in pr. quæst. lib. 1 quæst. 2. num.* 17. Clar. *quæst.* 30. *vers. punctus est*, Decian. testans de consuetudine *tom. 2. lib. 6. cap. 28. num.* 15. & alii, quos refert Covar. *lib. 2. var. cap.* 20 *nu.* 7. qui tantum loquuntur de jure communi, & ante Constitutionem Gregorianam. Qui verò post illam regnant, sunt Molin. *de just. tractatus 3. disp.* 23. Gambacurt. *libri 5. cap. 4. num.* 19. *& sequitur* Sarp. *de jure asyl. cap. 5.*

cap. 5. Nald. *in sum. v. Ecclesia num. 5.* Ludov. Corr. *in relect. de immun. p. 2. nu.* 19. Sanchez *in opus. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 8. nu.* 27. Peguer. *dec. crim. 54. n.* 10. Jos. Ludov. *dec. Lucens. 16. n.* 3. Curtel. *de immun. Eccles. lib. 1. quæst. 5. &* 32. *ac* 36. *num.* 11. Vulpel. *eod. tit. p. 1. n.* 27. *& seq.* Marth. *de jurisdict. p. 2. sup. 55. n.* 4. *&* 5. Barbos *de jur. Eccles. lib. 2. c. 3. n* 99.

Fundantur primò *in auth. de mandat. Princip. §. Dein-* 53
de competens est, & §. sed neque, ubi excipiuntur homicidæ, ut non gaudeant immunitate Ecclesiæ, sed ab illa extrahi possint.

Secundò *in d. cap. 21. Exodi*, relato *in cap. 1. de homicid.* 54
ubi decernitur, evellendum esse ab altari, ac immunitate privandum, qui per industriam, & per insidias occiderit.

Tertiò, quia in aliis casibus consimilibus malefacto- 55
res ab Ecclesiis extrahi possunt. Nam exceptio, de qua *in cap. inter alia de immunit. Eccles.* illis verbis: *Nisi publicus latro fuerit, vel nocturnus depopulator agrorum*, non excludit casus similes, immò omnia similia, & æquiparata exceptis, censentur excepta secundum Glossam singularem *in l. 1. v. judicati C. de condict. indeb.* & Abb. *in cap. quoniam frequenter num. 6. ut lite conteste. & in cap. cum omnes num. 7. de constit.* ubi pro illa Glossa allegat casum *in cap. cum dilecta de confirm. util. vel. inut.* & sequitur Alexand. *cons.* 130. *num. lib. 4.* cujus opinionis videtur etiam fuisse Innocentius *in d. cap. inter alia post medium*, dicens: Quicunque insidiosè offendit, etiamsi publicus latro, vel depopulator agrorum non sit, hoc privilegio non gaudet. Quia non debet gaudere privilegio, qui committit in legem, *cap. quia, de usur.* Quod si objicias, quare igitur decretalis fecit mentionem de his duobus generibus hominum? Respondet Innocentius, quia de his semper præsumitur, quod insidiosè fecerint, *arg. l. qui semisses ff. de usur. cap. 1. & 3. de præsumpt.* De aliis verò id non præsumitur, nisi aliud probetur, *l. quoties §. qui dolo ff. de probat. l. ut vim ff. de just. & jur.* Innocentium sequuntur Ost. *in d. cap. alia num.* 4. & Jo. Andr. *num.* 6.

Quartò, quia in aliquibus Regnis extat statutum Prin- 56
cipum, ut per Sarpum, *loc. cit.* & consuetudo, ut per Decianum *ubi supra.* Communis tamen opinio est, ac sit quarta consecutio, hujusmodi homicidam gaudere. Eam servari asserit Alex. *cons.* 145. *n.* 4. 6. & 11. *lib.* 7. Marian. Socin. *in cap. 1. n. 3. de homicid.* testans, contrariam opinionem communiter reprobari, idemque asserit Bos. *in pr. crim. tit. de capt. n.* 21. Panormit. *in cap. 1. de homicid. n.* 1. Conrad. *in pr. crim. eod. tit. de capt. n.* 6. Blanc. *in pr. etiam crim. n.* 26. Gigas *de crim. læsæ Majest. in rubr. qualiter, & à quibus crim. læs. Majest. com. quæst. 26. n.* 19. *&* 21. Covar. *d. cap. 20. n.* 7. Suarez *de Relig. tom. 1. tr. 2. lib. 3. cap. 11. n.* 12. Tusch. *tom. 3. lit. E. concl. 11. n. 3. &* 43. Chartar. *dec. crim.* 95. Boer. *dec.* 109. *n.* 39. vocans communem, Layman. *lib. 4. tr. 9. cap. 3. nu.* 8. Gomez *de delict. cap. 10. n. 2.* Peregr. *d. cap. 7. n.* 16. Dian. *p. 1. tr. 1. resol.* 31. *&* 33. Ricc. *p. 5. collect.* 1792. Cabal. *de homic. n.* 388. Farinac. plures alios referens *cons.* 76. *n.* 17. Delben. *d. cap. 16. dub. 20. sect. 7. nu.* 4. aliique communiter.

Ratio autem est primò, quia solum homicidium ex 57
proposito in Ecclesia commissum sub spe immunitatis excipitur *in cap. ult. de immunit. Eccles.* Ergo per locum à speciali in homicidio extrà Ecclesiam, licet ex industria, deliberatè, cogitato, atque ex animo aliud est dicendum, ut rectè per Abb. *in d. cap. inter alia nu.* 17. *& seq.* Deinde quia differt homicidium, proditorie commissum, à non proditorie commisso, etiam quoad deliberatè sit commissum. Constitutio autem Gregoriana excipit homicidam, qui proditorie proximum suum occiderit. Ergo non excludit homicidam, qui non proditorie homicidium committit. Non committit autem homicidium proditorie, qui deliberatè absque insidiis, ac dolo, & non sub specie amicitiæ illud committit.

Et quidem hodie cessat omnis difficultas post Consti- 58
tutionem Gregorianam, ut etiam observat Caballus, Tuschus, & alii locis allegatis. Nam in illa excipiuntur homicidia in tribus casibus dumtaxat illis verbis: *Qui homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis, earumve cœmeteriis committere non verentur, aut qui proditorie proximum suum occiderint, aut assassini.* Et in §. præcedenti revocantur facultates extrahendi reos ab Ecclesiis, & locis, Sacris, ac religiosis, aliásve in casibus à jure permissis, etiam in odium certorum delictorum, & pro bono, pace, & quiete publica, & ex causis æquipollentibus, casibus in jure expressis, atque ex paritate, identitate, aut majoritate rationis extensis. Igitur ab homicidio parato in Ecclesia, aut cum qualitate proditionis, & assassini non permittitur extensio ad homicidium ex industria, ex proposito, deliberatè cogitato, atque ex animo commissum, cum præsertim illa sint graviora & gravioribus suppliciis puniantur, ut patet ex *l. fallaciter*, ubi Glossa, *v. proditu C. de abolit. & in cap. pro humani. de homic. in 6.*

Quod, si esset dubium, an homicidium commissum 59
sit præmeditato, semper est excludenda præmeditas, ac propositum; nam in casu dubio semper præsumitur pro minori delicto, Menoch. *cons. 99. n. 16. lib. 2.* Decian. *lib. 7. cap. 5. n. 5. & cons. 18. n. 352. lib. 1.* & Roland. *cons. 1. lib. 5.* Præterquamquod de Jure Canonico, quod in hujusmodi casu servandum est, ut per Alberic. *in rubr. C. de his qui ad Eccl. confug. n. 1.* ubi etiam Paulus *n. 2.* homicida, etiamsi præmeditatè delinquat, gaudet immunitate, ut firmarunt quamplures relati à Farin. *de immun. in append. n.* 108. Quod intelligendum est, ut ibi explicavimus. Quinimò, non probatis insidiis, ac præmeditatione, homicidium præsumitur de jure ex improviso, animique subitaneo impetu, vel casu commissum, quotiescunque amicus occidat amicum, ut scribit Clarus *dec. crim. cap. 56. n. 1. &* 2. Felin. *in cap. fin. n. 3. de homic.* Glossa, & Doctores *in l. 1. C. ad l. Cornel. de Sicar. um similibus*, & Farin. *cons.* 10. *n.* 38. *& cons.* 11 *nu.* 13. Nam Constitutio Gregoriana, quoad homicidium proditorium, requirit dolum per textum notabilem *in l. cum autem excipitur ff. de edil. edict.* secundum Angel. *in l. 1. ff. de leg.* plenè distinguentem, & Bartol. *in l. quid ergo §. pœna gravior col. 4. ff. de his qui not. infam.* & alios, quod adducit Jas. *in d. l. 1. col. 4.* Quia homicidium commissum in personam affinis, vel amici præsumitur casuale, non dolosum, Glos. & Doctores *in d. l. 1. v. non occidendi animo C. ad l. Cornel. de Sicar.* Bald. *in l. fin. in 2. oppos. C. de haered. instit.* Jas. *in d. l. 1. ff. de leg. col. 5.* ubi ait, *prædicta benè notanda, quia magna sunt importantia, & quotidiana.* Certumque est, quod ad excludendum Fisci prætensionem, præsumptiones pro reo prævalent contrariis conjecturis, si occurrerent, eoque magis si deficiat causa tam enormi facinori correspondens, ac proportionata, sine qua nemo delinquere præsumitur, eaque cessante, cessant nondum indicia, & præsumptiones, sed etiam ipsius rei confessio, ut post alios tenent Vermigliol. *cons. crim. 15. num. 6. &* 15. *cons. 23. num. 2. cons. 35. num. 15. & 19. & cons. 46. nu. 6.* & præsumptiones præmeditationem excludentes præferuntur præsumptionibus contrariis, esto, quod sint debiliores, Farinac. *cons. 102. num. 49. & cons. 20 num. 10. & cons. 88. n. 19.* Unde in concursu præsumptionum semper præfertur illa, quæ est exclusiva delicti; Bargal. *de dol. lib. 2. cap. 3. n. 69.* Caren. *de modo procedendi in causis fidei p. 3. tit. 3. n. 37.* Honded. *cons. 89. n. 19. & seq. lib. 2* Eugen. *cons. 76. n. 58. lib. 1.* Et deliberatio homicidii in dubio non præsumitur, ut cum pluribus tenet Mandel. de Alban. *cons. 46. n. 1. & seqq.* Vide quod hæc præsumptio sit tanquam regula, non est facilè ab ea recedendum, Cæpal. *cons. 206. nu. 13.* Giurb. *cons. 2.* Vermigl. *locis allegatis*, Philip. de Bict. *inspector. & prax. 3. III. n. 94.* Chartar. *dec. crim. 59. num. 21. & seqq.* Accedente præsertim bona qualitate homicidæ, ejus honesta vita, & fama, ex quibus tollitur omnis injusta præsumptio deliberationis ac præmeditationis, cum is non dolosè, ac præmeditato, sed casu & ex impetu occidisse præsumatur, Cæpol. *cons. crimin. 30. numero 7.*

Bertaz. *cons. crim. 85. n. 6. & cons. 208. n. 12. & seq.* Mandel. *d. cons. 46. n. 11.* & Chartar. *d. dec. 95. n. 25. & seq.* Ad quod etiam Judex Animadvertere debet, ut admoneat Jurisconsultus *in l. non omnes §. à barbar. ff. de re milit.* Quia, ut consuluit Azeved. *cons. 38. n. 42. & seq.* ex personis hominum dicta pensamus, indeque expectanda sunt antecacta, dictaque. Ex præteritis enim præsentia æstimari *solent*, ut ex pluribus exornat etiam Simanch. *de cath. institut. tit. 15. nu. 16.*

60 Atque hinc non obstat, quod primùm adduxi. Nam jus Canonicum, & Constitutiones Apostolicæ non sunt restringendæ per jus civile, ut præ cæteris docet Panorm. *in cap. 1. n. 12. de restit. in integr.* Et in materia immunitatis Ecclesiasticæ standum est juri Canonico, non civili, ut per Covar. *d. cap. 20. n. 3. & 12.* Suarez *de relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 8. n. 11.* Farinac. *de carcer. d. quæst. 28. num. 6. & 15.* aliosque passim.

61 Neque secundùm. Nam, ut respondet Abbas eo *n. 8.* ille textus est legis veteris, haberque multos sensus, ut ibi notatur, & intelligendo illum in his terminis, *ab altari evelles eum*, idest ab Ecclesia extrahes, ut immunitate non gaudeat, procedit secundum antiqua tempora, dum altaria veteris Testamenti non gaudebant illa immunitate, qua hodie gaudent nostra. Sed hæc Abbatis responsio rejicitur. Quia non abs re Summus Pontifex inserit verba legis veteris in illa decretali, cum præsertim præcepta judicialia veteris Testamenti fuerint evacuata per adventum Christi, ut docent Theologi cum S. Thoma *in 1. 2. q. 103. ar. 4. & q. 104. ar. 3.* Sicut etiam rejicitur alia responsio ejusdem Abbatis, quod textus *d. cap. 1. de homic.* intelligi debeat de homicidio commisso in Ecclesia juxta terminos *d. cap. fin. de immunn. Eccl.* Nam verba illius *cap. 1. de homic.* hanc restrictionem non patiuntur. Vera igitur responsio est, *d. cap. 1. de homic.* non loqui absolutè de homicidio ex industria, & ex proposito, sed cum qualitate proditionis. Requirit enim copulativè, ut fuerit commissum per industriam, & per insidias, itaut posterior sit determinatio prioris, nempè per industriam insidiosam, idest proditoriè, quod est, quando quis aliud verbis, aliud mente gerit, & sub specie amicitiæ proximum occidit, ut scitè declarat Alex. *d. cons. 145. num. 5.* Covar. *d. cap. 20. num. 7.* Glossa, & Bartol. *in l. 1. ff. de pact.* & Suarez *d. lib. 3. cap. 11. num. 13.* At secus est in homicida, licet ex industria, ex proposito, deliberatè cogitato, atque ex animo sine qualitate proditionis. Et in hunc sensum intelligendi sunt Innocentius, & Doctores superius relati. Atque ita demum decrevisse supremum Concilium Castellæ in facti contingentia, testatur ex Paz. Villalobos in *sum. tom. 2. tract. 39. diff. 7. num. 12.*

62 Minusque obstat tertium. Quia, ut dixi, cessant hodie hujusmodi opiniones, cùm ex Constitutione Gregoriana non est licita exceptio ad casus similes, etiam ex paritate, vel identitate, aut majoritate rationis, & opinionem Innocentii, ejusque sequacium validissimis rationibus reprobat Abbas in *d. cap. inter alia, num. 20. de immunit. Eccles.*

63 Demùm nec quartum. Quia Principes sæculares non possunt quidquam statuere circa immunitatem Ecclesiarum, cum hoc pertineat dumtaxat ad Summum Pontificem, ut docent communiter Doctores omnes Catholici, nominatim Farinacius, ac ij, quos adducit Delbene *de parlam. dub. 27. sect. 5. & cap. 8.* Ex quo refellitur Gambacurta *de immun. lib. 3. cap. 13. num. 17.* & Curtellius *eod. tract. lib. 1. quæst. 1. n. 54.* qui defendunt jus Regni Siciliæ, in quo datur facultas officialibus laicis, ut extrahant ab Ecclesia reum, qui homicidium ex proposito commisit, minimè obstante quod hujusmodi decretum conditum fuerit in Parlamento, in quo intersint Prælati totius Regni, quia interfunt, uti Barones sæculares: nec uti Prælati hac de re aliquid decernere possint inscio Summo Pontifice. Et quod ad consuetudinem, præterea, quæ passim contra ejusmodi consuetudines adduxi, per sæpius citatam Constitutionem Gregoriam abrogata est, cùm reduxerit, ac moderatus fuerit immunitatem Ecclesiarum ad unicam tantum formam in illa tradita, ut per Peregrin. *de immunit. cap. 2. quæst. 5. num. 16.* & nos alias.

Neque ob gravitatem hujus criminis fusendus vide-64 tur Summus Pontifex, ut in Constitutione Gregoriana dispenset, quia in illo non concurrunt aliquæ qualitates homicidii proditorii, præsertim si delictum patratum fuerit extra Urbem, ubi ex peculiari ratione, considerata per Mar. Ital. *de immunit. Eccles. lib. 1. cap. 2. num. 74.* Solet aliquando in Constitutione Gregoriana dispensari, ut testatur Farinac. *de immunit. num. 17. & de carcer. quæst. 28. n. 74.* At si alibi patretur delictum aliquod, in Constitutione Gregoriana non exceptum, si reus ad Ecclesiam confugerit, non videtur extrahendus ex dispensatione.

Tum quia cùm lex securum reddat confugientem ad 65 Ecclesiam, & sub eadem severitate à lege sibi promissa; reus ad Ecclesiam confugiat, videtur quodammodò decipi, ac sibi fides publica non servari, si posteà in lege eum securum reddente dispensetur ex traditis per Alberic. *in l. præsenti, C. de his, qui ad Eccles. confug.* Farinac. *quæst. 29. n. 1. & 64. & cons. 77. num. 14.* Ideò enim reus ad Ecclesiam confugit, ut defendatur, Merlin. Pignatel. *cap. 53. & cap. 54. ex num. 15. centur. 1.* maximè ubi dispensari non solet, nec reus confugiens id potuerit prævidere, *arg. textus in l. Imperator, ff. de jur. fisci*, ibi: *Tu huic pœna te subjecisti.*

Et tum quia facilè ministri sæculares ex ejusmodi 66 dispensationibus captarent occasionem non solùm in similibus, sed etiam in levioribus delictis petendi dispensationem in Constitutione Gregoriana ex consulto, & maturissimè emanata.

Eoque præcipuè, si reus extractus ab Ecclesia, sit mi-67 nor, & de homicidio sibi imputato, non sit confessus, neque legitimè convictus. Si etenim dispensatio operatur, quod reus non damnetur pœna ordinaria illius delicti, quam meretur, si ad Ecclesiam non confugisset, vel si immunitatis non gauderet privilegio, ut in dies observatur, ac de jure observari debere firma. Ital. *loc. alleg. cap. 5. §. 1. n. 41. & §. 3. post. n. 56. & cap. 6. §. 3. n. 7.* & reus de delicto imputato non est convictus, neque confessus, utique pœna corporali non est puniendus, etiam si demus, quod premeretur indiciis indubitatis in quocunque delicto atroci, & atrocissimo. Quam sententiam veriorem appellat Farinac. *q. 86. n. 118. & seq.* Guazzin. *def. 33. cap. 14. nu. 15.* & Scacc. *de appell. q. 17. limit. 46. n. 24.* Idque saltem quando causa non agitatur in supremis Tribunalibus, in quibus solum observatur, condemnari reos indiciis indubitatis gravatos, & jam ad pœnam corporalem. Contra reum enim, qui non gravatur indiciis indubitatis, & proximis, sed remotis, ac dubitatis, non potest deveniri ad condemnationem ex Guazzin. *d. cap. 14. num. 18.* Quæ etiamsi essent mille non inducunt pœnam corporalem, prout est pœna triremium, Castr. *in l. fin. num. 4. & seqq. C. de probat.* quem post alios sequitur Farinac. *de reo confes. & conv. quæst. 86. nu. 78. & seqq.*

Porrò mulieres, deponentes homicidium à reo pa-68 tratum, non constituunt indicium indubitatum ob defectum sexus, qui de jure Canonico à deponendo in judicio criminali excluditur *in can. mulieres*, ibique Glossa 33. *quæst. 5. & in cap. forus de verb. signif.* Chartar. *dec. 12. nu. 11. & dec. 95. n. 52.* præsertim si sint perjuræ, quo casu illarum dictum nullius est momenti, etiam in causa civili, Farinac. *de testibus quæst. 56. num. 186.* sintque consanguineæ, vel affines occisi, vel querelantis, ideòque habentur pro non examinatæ, Maceraten. *var. lib. 3. resol. 1. n. 42.* Andreol. *contr. 172. n. 3.* Guazzin. *defens. 3. cap. 31. n. 3.* Unde, si prima earum depositio reum non gravat, & posteà in secunda variant, & dicunt contrarium, utique vel attenditur primum dictum ex latè congestis per Guazzin. *defens. 19. cap. 16. num. 1.* præcipuè, si secundum dictum non fuit confirmatum in

tortura

tortura, ut *num. 2. & seq.* vel neutrum est attendendum ex variatione, ac perjurio ex *l. qui variè, aut falsè ff. de testibus.*

69 Recognitio item armorum apud cadaver occisi, etiam si supponantur vita penes assertum occisorem, nullius essi momenti, si facta fuerit ad oculum non inter plura, non fuerint recognita à testibus in eodem actu, ac tempore, quo fuerunt reperta, nec testes antequam recognoscerent arma, ad oculum ostensa non fuerint interrogati de qualitatibus armorum, ut necessariò erat observandum, sed postquam testibus fuerunt ostensa, ab eisdem describantur, cum tamen prius debuissent arma designare, ac describere eorum qualitates, & postea eis ostendi inter plura ex Guazzin. *def. 20. cap. 19. num. 7. & cap. 2. num. 1.* Ubi, quod aliter facta recognitio, dicitur suggestiva, & nullius valoris. Et maximè, si dicta arma non fuerint per Curiam in actu repetitionis descripta, & annotata cum eorum signis, & qualitatibus, ut etiam erat necessarium ex eod. Guazz. *defens. 17. cap. 1. num. 5.*

70 Confessio quoque extrajudicialis nec minus facit indicium, si probatur per duos testes singulares, Foller. *v. & si confitebantur num. 2.* Rus. *cons. 166. num. 21. lib. 2.* Afflict. *dec. 364. num. 2.* Farinac. *cons. 60. nu. 43. & cons. 50. nu. 26.* ubi, quod si deponunt Testes singulares de confessione rei extrajudiciali, ablente parte, nullum faciunt indicium, secus si ea præsente, Guazz. *def. 32. cap. 34. num. 13.* Tob. Non *cons. 86. num. 15.* idem Farinac. *quæst. 64. num. 45. & seq.* Vel si iidem testes singulares fuerint ad denegationem repulsi, ut proinde tanto minus deservire possint pro adminiculo, Afflict. *super Const. Regn. l. 2. de pugn. subl.* Vel si demum de vaga, informi, ac indiscreta deponant, non de specifica in certo loco, ac certæ personæ; Guazzin. *d. cap. 34. n. 9.* solumque quando esset legitimè probata per duos testes idoneos, & contestes, esset indicium remotum, non proximum, Surd. *cons. 425. num. 14. lib. 1.* & Guazz. *d. cap. 34. num. 61.*

71 Indicia desumpta ex confugio ad Ecclesiam ex sanguinis aspersione in vestibus prætensi homicidæ, non sunt talia quæ possint dici indubitata, ac pro certo inducere animum Judicis ad credendum, quod non alius potuerit homicidium committere, ut declarat Petrus Barbos. *in l. 2. in princ. num. 89. & seq. ff. sol. matr.* ubi distinguendo delicta ex sui natura occulta, & alia non occulta, prout est homicidium, concludit, quod indicia indubitata citrà delicta non occulta, oportet esse talia, quæ inducant animum Judicis ad credendum, quod talis occiderit absque ulla hæsitatione actuali, & virtuali, secus quoad delicta ex sui natura occulta quorum naturales probationes sunt indicia, & præsumptiones. Unde, si possibile est, quod aliter homicidium potuerit contingere, non concurrunt indicia indubitata. Idem Barbos. *d. l. 2. num. 21. & seqq.* & Farinac. *quæst. 36. nu. 36. & cons. 30. nu. 2. ac cons. 108. nu. 2.* Giurba *cons. 71. nu. 3.* Chartar. *dec. 41. num. 19. & dec. 87. nu. 34.*

72 Neque indicium indubitatum desumi potest ex pluribus indiciis simul junctis, licet remotis. Quod ad effectum condemnandi verum est ex traditis per Chartar. *dec. 4. num. 28.* Maximè quando non agitur de delicto ex sui natura occulto ex eodem *decis. 49. num. 47.* & præsertim, si indicia remota non sunt in genere sufficienter probata. In quo casu ad torquendum, non autem ad condemnandum sufficiunt, ex Guazz. *de defens. 33. cap. 14. num. 16.* Farinac. *d. quæst. 86. n. 95. &* Clar. *§. fin. num. 36.* & Thesaur. *dec. 24. nu. 11.*

73 Ex quibus fundatur conclusio, quod ejusmodi reus, vel est immunis restituendus Ecclesiæ ad Textum *in can. miror 17. quæst. 4.* vel pœna exilii, vel ad summum carceris, ad tempus coercendus. Cùm enim fuerit extractus ab Ecclesia pœna est minuenda, & extra ordinem irroganda, ut per Farinac. *de immun. cap. 22.* & Delben. *eod. tract. cap. 16. dub. 31.* Quod si esset Clericus pro delicto ipsi imputato, & fuisset confessus, aut legitimè convictus, alia pœna non posset puniri, quàm detrusionis perpetuæ; quæ est ultimum supplicium in Clerico ex Farinac. *quæst. 119. nu. 48. & 51.* Scac. *de judic. lib. 1. c. 11. nu. 60.* Chartar. *dec. 66. nu. 36. & 127.* ubi, quod ad hanc usque pœnam Judicis arbitrium extendi possit contrà Clericum. Non enim agi potest de pœna triremium ad tempus, vel in perpetuum, prout condemnatos, refert Chartar *ead. dec. 66. nu. 38.* illos quatuor Clericos, quod tunum Archipresbyterum, & Vicarium forangum trucidaverant in Regno Neapolitano. Quia Judex, quoad fieri potest, abstinere debet à tali pœna, ut graviter monet Cabal. *casu 8. num. 62.* Ideò Urbanus VIII. mirissimus, ac piissimus Pontifex ad evitandam hanc pœnam constituit Ergastulum, ne Clerici amplius ad triremes mittantur, sed ad illud damnentur, vel ad tempus, vel in perpetuum, ut facti qualitas suaderet, Chartar. *cit. decis. 66. nu. 38.* Præsertim si reus est nobilis, qui hac pœna non afficitur, nisi pro delicto, quod privilegium nobilitatis admeret, ut observat Farinac. *quæst. 98. n. 98. & seq.* ex Grammat. *decis. 32.* Tiraquel *de pœn. temper. cauf. 31. num. 1.* Covar. *var. lib. 1. cap. 9. post. nu. 4.* cum aliis allegatis à Farinacio *d. n. 99.* ubi, quod in dictione Ecclesiastica ita servatur majorique rigore observari in Regno Neapolitano, testatur Rovit. *pragm. 1. de pœn. num. 14. 15. & seq. & pragm. 5. de relegat. numer. 2. & 3.* ubi, quod neque potest nobilis ad talem pœnam se obligare, soli enim plebei tali pœna puniantur ex traditis à Senfelic *dec. 56. num. 30.*

Si verò non fuerit convictus, neque confessus, solum 74 puniri potest pœna exilii ex Farinac. *d. quæst. 86. nu. 118. ac seq.* si tamen in supremis Tribunalibus res non agitatur, sed in aliis Curiis Ecclesiasticis, in quibus pœna corporalis pro indiciis indubitatis de jure non imponitur, ex Guazz. *d. def. 33. cap. 14. num. 15.* & minoratio, quæ debet fieri ex defectu probationum, vel ex alia causa, saltem non possit esse in eadem specie, & solum de quantitate, cum debeat fieri de specie ad speciem, ut concludunt Cavalc. *de bracch. reg. p. 4. nu. 191.* Vermigliol. *cons. 68. nu. 8.* aliique relati à Guaz. *d. def. 33. cap. 14. num. 15.* non accedentibus maximè indiciis indubitatis, neque dubitatis in suo genere perfectè probatis, sed accedente minori ætate, & immunitate Ecclesiastica, quæ seorsum valent, ac per se, ne alia pœna possit condemnari, quàm exilii, vel relegationis *is*, qui ex suppositis de jure, aliisque condemnandus foret, vel ad detrusionem ad tempus, vel in perpetuum.

Interim verò, pendente cognitione, an reus tradendus 75 sit Curiæ sæculari, debet confugiens ad Ecclesiam in illa permanere tutus, ac immunis, & non transferri ad carceres sæculares per ea, quæ tradit Decian. *tr. crim. lib. 6. cap. 29. num. 2.* Tum quia Ecclesia habet regulam pro se, quod quilibet cujusvis conditionis ad ipsam confugiens, in ea sit tutus, & immunis. Tùm quia cùm confugiens sit in Ecclesia, est in ipsius quasi possessione, & ideò in eadem possessione conservandus, donec constet veritas quæstionis ex Innocentio, & aliis adductis à Farinacio *de immun. in append. num. 370.* Quod, si translatus fuerit ad carceres sæculares, debet ordinarius Ecclesiasticus reum vindicare, & in suis carceribus Ecclesiasticis mancipare, præfigendo brevem terminum Curiæ seculari ad docendum, ac probandum legitimas causas, quarum vigore non sit Ecclesiasticæ immunitati restituendus.

Nullius que momenti est ratio, quod carceres Curiæ 76 Ecclesiasticæ non sint tuti. Nam hoc periculum tollitur ex Constitutione Gregoriana, quæ statuit in carceribus Ecclesiasticis adhiberi etiam custodiam Curiæ sæcularis per hæc verba: *Quod delinquentes laici, postquam ab Ecclesiis, locisve sacris in casu, quo Episcopi recusaverint extrahere, à seculari Curia extracti, & capti fuerint ad carceres Curiæ Ecclesiastica reponantur, & intibi sub tuto, & firmo carcere, opportunaque custodia, illis data, etiamsi opus fuerit per Curiam se-*

antarem detineri debent. Vel saltem si verè carceres Ecclesiastici non sunt tuti, adestque periculum, aut timor fugæ, donec causa discutitur, debet reus custodiri in Carceribus sæcularibus nomine Curiæ Ecclesiasticæ.

CONSULTATIO XIX.

An, & quatenus structura silicea, seu via silice strata, vel murus sessilis, sive ambulatorius circum Ecclesiam vel cubile Ecclesiæ, vel Oratorio adharens, gaudeat immunitate?

1 REspondeo, structuram hujusmodi gaudere, dummodo adhæreat Ecclesiæ, saltem ad quinque palmas fabriles, præsertim verò in Ecclesia rurali, sita extrà muros Civitatis, in qua locum habet immunitas 30. passuum, debita Ecclesiis inferioribus ex decreto Concilii Toletani *in can. diffinivit* 17. *quæst.* 4. & caveatur sub censura excommunicationis *in can. sicut antiquitus eadem* 17. *quæst.* 4. & est etiam de jure Cæsareo *in l. præsenti C. de his qui ad Eccles. confug.* ibi: *Ex his ergo locis, eorumque finibus.*

2 Quod, si agatur de Ecclesia Cathedrali, gaudet per 40. passus *d. can. sicut antiquitus*, Covar. *var. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 5. Farinac. *de carcer. quæst.* 28. *num.* 12. ac de *immunit. Eccles. in append. cap.* 18. *num.* 284. Tusch. *v. Ecclesia concl.* 9. *num.* 1. Bellet. *disq. Cler p.* 1. *tit. de fan. Cler. real.* §. 4. *num.* 28. Quod procedit, etiam si locus intra quadraginta passus non esset sacer, cum sufficiat, quod sit Ecclesiæ, idem Tusch. *v. Immunitas concl.* 59. *num.* 23. sitque platea, vel atrium, quæ ex se gaudeat immunitate, Decian. *tract. crim. lib.* 6. *tit. de extrah. ab Eccles. cap.* 25. *num.* 12. Bellet. *d.* §. 4. *num.* 30. Eoque magis si circumdata, marmore, & catenis sumptibus Ecclesiæ, ut de platea Ecclesiæ Cathedralis Patavinæ, testatur Mar. Anton. *resol.* 70. *num.* 9. & extaret consuetudo pro immunitate, Clar. *in* §. *fin. lib.* 5. *quæst.* 30. *num.* 1. Peregrin. *de immunit. cap.* 4. *num.* 26. Tusch. *d. v. Immunitas d. concl.* 59. *num.* 19.

3 Neque huic dispositioni obstare potest aliqua contraria consuetudo, de qua nonnulli Doctores testantur. Quia cùm immunitas Ecclesiarum inducta sit de jure divino, nequit tolli per consuetudinem, neque creditur aliquibus Doctoribus, de jurisdictione Ecclesiastica malè sentientibus, dum testantur de hujusmodi consuetudine, præsertim in locis, in quibus ipsi non fuerunt veriati, ut per Farinac. *d. cap.* 18. *nn.* 294. ac Tusch. *v. Immunitas concl.* 49. *num.* 18. *& seqq.* ubi sub *num.* 19. refert plures alios Doctores, attestantes de consuetudine favorabili immunitati Ecclesiasticæ, & declarat consuetudinem contrariam procedere solum in Ecclesiis Castrorum, ac locis parvis, in quibus ob frequentiam Ecclesiarum, & propter cohærentes habitationes laicorum, ne de jure quidem debetur immunitas triginta passuum per textum *in can. quisquis*, hæc verba: *Cepolla, quæ sunt intra ambitum murorum Castellorum non ponantur in hac triginta passuum observatione.* Et in *d. can. diffinivit* 17. *quæst.* 4. absque domorum extraneorum receptaculo. Et in hisce tantum Ecclesiis Castellorum, non autem de aliis sitis extra eorum mœnia, disputatur hæc immunitas, ut referunt D. Antonin. *in sum. p.* 3. *tit.* 12. *cap.* 3. §. 1. Decian. *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 25. *numer.* 9. Farinac. *de immun. cap.* 18. *numer.* 390. & Diana *p.* 6. *tr.* 1. *resol.* 2. quod demum declaravit, causa maturè discussa, & pluries proposita S. Congregatio Immunitatis in Tiburtina mense Octobris 1687. his verbis: *Ecclesia ruralis gaudet immunitate per* 30. *passus, etiam in via publica.* Quod tantum in Ecclesiis ruralibus admittendum puto. In Ecclesiis verò non ruralibus ratum habeo, quod aliàs scripsi.

4 Cellarque omne dubium de hac immunitate Ecclesiarum extensiva, si area est pars, & membrum ipsius Ecclesiæ, ut si cohæreat ejus januis, & muris, habeatque structuram silicem palmorum quindecim, vel viginti, qua contradistinguitur ambitus Ecclesiæ à via publica, quæ non est strata silice. Area enim sequitur domum, & dicitur illius pars, *l. qui res suas* 98. §. *aream*, ibi, *Pars enim insulæ area est, & quidem maxima ff. de solut.* Cæpol. *de servit. urban. prad. cap.* 28. *num.* 5. Et ideò gaudet immunitate Ecclesiastica, quæ confertur usque ad ultimam templi partem, & usque ad extremas fores Ecclesiæ, quæ sunt verba textus *in l. pateant in principio C. de his, qui ad Eccles. confug.* quæ perquirenda est *in C. Gothifredi*, cum in aliis Codicibus non exret cujus verba refert appositè ad hanc rem Mar. Ital. *de Immunit. lib.* 1. *cap.* 4. §. 6. *numer.* 21. & specialim quod area, & totus mansus Ecclesiæ gaudeat immunitate, consuluit Alex. *cons.* 145. *numer.* 13. *lib.* 7. quem adducit Tuschus *v. Ecclesia concl.* 9. *numer.* 6.

5 Et ex hac ratione immunitas competit etiam scalis Ecclesiæ, licet sint extrà illius muros, quia scilicet sunt membrum, & pars ipsius, Mar. Ital. *loc. allegs.* Peregrin. *de immunit. cap.* 4. *numer.* 24. Sperel. *decis.* 60. *num.* 14. Donat. *de asyl. resol.* 47. *num.* 6. Dian. *d. p.* 6. *tract.* 1. *resol.* 1. ubi, præter scalas, hujusmodi immunitatem, non solum deberi quoad ambitum interiorem, sed etiam quoad totam fabricam exteriorem, Ecclesiæ connexam, & Delbene inquit, competere omnibus ædificiis connexis, & adhærentibus ipsi Ecclesiæ. Ea enim, quæ religiosis adhærent, religiosa sunt, ut ait textus *in l. quæ religiosis* 43. *in principio ff. de rei vind.* & in terminis immunitatis Ecclesiarum concludit Paül. de Castr. *consil.* 458. *num.* 2. Unde S. Congregatio immunitatis, ut aliàs retuli, declaravit, non privari immunitate, qui occidit vel mutilat supra tectum, vel in Campanili, vel in scalis, aut in porticu, & similibus. Quæ licet in favorabilibus comprehendantur sub nomine Ecclesiæ, in odiosis tamen non comprehenduntur. Et sub anno 1631. declaravit Ecclesiæ campanam ab ea distantem, sed intra triginta passus, quæ solummodò inservit pro servitio Ecclesiæ, gaudere immunitate.

6 Et hæc multò magis locum habent in cubili, Ecclesiæ, vel Oratorio publico adhærenti, tam ex jure civili *in d. l. pateant*, ubi Odofred. *num.* 1. Salic. & Paul. de Castr. *C. de iis, qui ad Eccles. confug.* quàm de jure Canonico *cap. inter alia de imm. Eccles.* ibique omnes ita, ut non possit, qui ad illud confugerint, ab eo per vim extrahi *can. frater, & can. miror, & can. definivit* 17. *quæst.* 4. Turrecr. *in can. si quis in atrio num.* 17. *quæst.* 4. Angel. *in sum. v. Immunitas* 3. *num.* 1. Tabien. *eodem v. num.* 12. Roman. *cons.* 227. *num.* 1. ibique Mandos. *lit. A.* Alex. *cons.* 145. *n.* 3. *lib.* 7. Boer. *dec.* 109. Quod privilegium extenditur ad septa cujusque Ecclesiæ, ejusque circuitum, saltem per 50. passus *can. definivit*, ibi: *in quibus* 30. *passus unusquisque Ecclesiæ in toto circuitu reverentia defendatur*, Ost. *in sum. de immun. Eccles. num.* 8. Sylvest. *v. Immunitas* 3. *num.* 1. Angel. *de malef. v. in scalis S. Petronii n.* 3. Decian. *lib.* 6. *cap.* 24. *num.* 29. Farinac. *de carcer. quæst.* 28. *nn.* 12. Germon. *de Sacr. immun. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 38. *& seqq.* Qui triginta passus incipiunt à foribus Ecclesiæ *in d. can. definivis*, ibi: *per omnia lectum in* 30. *passus ab Ecclesia januis progredi*, ibique etiam Billam. *num.* 3. Decian. *d. lib. cap.* 22. *n.* 29. *& cap.* 25. *num.* 12. & 16. ubi voluit etiam domus laicorum constitutas intra triginta passus immunitate gaudere, præsertim si intervirent ipsi Ecclesiæ.

7 Et de domo, Ecclesiæ cohærenti, Decian. *cons.* 80. *n.* 28. *lib.* 3. Franc. Leon. *in thesaur. for. Eccles. p.* 1. *cap.* 13. Farinac. *de immun. in append. n.* 289. Mar. Ital. *eod. tit. lib.* 1. *cap.* 24. §. 6. qui distinguit, quando in domo adhærenti Ecclesiæ habitant personæ ipsi Ecclesiæ inservientes, & quando non habitant, vel, ut ait Peregr. *de immun. cap.* 4. *num.* 29. quando nulli laicali servitio inservit.

8 Quod autem privilegium immunitatis indistinctè extendatur ad totius Ecclesiæ fabricam, etiam quod ad habitationem conjunctam, tradit Genuen. *in pr. Archiep. cap.* 17. *num.* 10. Donat. *de asyl.* & Barbos. *de jur. Eccles. lib.* 2. *de immun. Eccles. cap.* 3. *num.* 64. Et licet videatur expressè concessum Ecclesiis, ac earum septis, extenditur tamen etiam ad Oratoria publica, auctoritate Episcopi constructa, quibus omnia privilegia immunitatis competere volunt, *cap. inter alia de immun. Eccles.* Ost. *num.* 1. Jo: Andr. *n.* 1. Anchar. *n.* 2. Mar. Ital. *d. cap.* 4. §. 4. Filiuc. *tr.* 15. *cap.* 16. *q.* 8. *num.* 150. Piasec. *in pr. Episcop. p.* 2. *cap.* 4. *ar.* 8. *n.* 2. Correa *in relect. ad d. cap. inter alia p.* 2. *q.* 19. *nu.* 21. & in specie, quod idem dici debeat de Oratoriis, ac de Ecclesiis, firmat Donat. *de asyl. resol.* 42. qui omnes cum Abb. *in cap. fin. num.* 4. *de cens.* requirunt solummodò, quod Oratorium sit tale, ut nequeat amplius ad profanos usus deputari, sed debeat esse immutabiliter cultui divino dicatum, Armil. 5. *Immunitas numer.* 19. Sylvest. *eod. v.* Farinac. *de carcer. d. quæst.* 28. *n.* 71. *& in append. de immun. cap.* 17. *numer.* 297. Bonacin. *d. disp.* 3. *quæst.* 7. *pun.* 4. *num.* 15. & in hac immutabilitate fundatur hoc privilegium.

9 Quod si dubitetur, an Oratorium sit publicum, & auctoritate Episcopi constructum, non idcircò debet ostendi, illam à principio intercessisse. Sufficit enim si postea intercesserit, estque præsumptio, illam intercessisse, si Oratorium est in forma Ecclesiæ, si in eo publicè Missæ celebrentur, aut extet Altare, vel Campanile, licet celebratio Missarum fieret tantum in solemnitatibus, ut per Cardin. *in Clem. fin. de cens.* Abb. *in cap. inter dilectos num.* 12. *de donat.* Zerol. *in pr. v. hospitale* §. *secundum dubium.* Et quod auctoritas Episcopi præsumatur interveniisse ex sola Missarum celebratione cum admissione quarumcunque personarum, tradit Abb. *in cap. ult. numer.* 2. *de cens.* Bonac. *de matr. pun. ult. num.* 9. Archid. *in cap. nemo de consecrat.* Mascard. *de probat. concl.* 869. *num.* 1. Sanchez *de matr. lib.* 9. *disput.* 15. *num.* 30. per hæc verba: Quod in dubio præsumatur auctoritas Ordinarii, si ibi publicè celebraretur omnibus indifferenter, & nullo facto discrimine ad divina audienda admissis.

10 Præsertim autem, si accedat cursus temporis. Quod hac in re consideravit Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 132. *num.* 52. Et consuetudo gaudendi immunitate in his locis, quam Doctores allegati potissimum approbant. Unde cùm in S. Congregatione Immunitatis proponeretur, *come havendo il Vescovo di Fossambruno supplicato à dichiarare, se un Prete ritirato si nella stanza, che serve per habitatione del Sagrestano della Catedrale, possa essere estratto da quella per alcuni deliti fatti in disprezzo dello stesso Vescovo, mentre la detta stanza, è in parte disgiunta della Catedrale, come fu riferito nel foglio de* 15. *de Novembre prossimo passato, la S. Congregatione ordinò, che si sentisse se la detta stanza era della Chiesa, & è habitata tutta via dal Sagrestano, si supplica à dichiarare se debba godere. Eadem Sacra Congregatio die* 22. *Februarii* 1662. *respondit, gaudere.*

11 Et in Narniensi eadem die, & anno cum proponeretur, *Che nella Congregatione de* 15. *di Novembre fudetto fù differita la risolutione del dubio proposto dal Vescovo, se le botteghe unite al suo palazzo unito alla Catedrale, locate à laici, debbano godere l'immunità, tanto più, che hanno l'ingresso dalla Piazza, che è immune secondo i decreti altre volte fatti da questa S. Congregatione, e si allega à favore dell' immunità il Cartario nella dec.* 46. *num.* 21. *è l'Ambrono de immunitate p.* 6. *cap.* 10. *S. Congregatio declaravit, apothecas, locatas laicis, habentes ingressum à platea publica, non gaudere.*

12 Et in Civitate Pennensi cum etiam proponeretur in eadem Sacra Congregatione, *che doppo che il Vescovo mandò il Chierico Clemente Tursio nelle carceri della Nunciatura, condannato alla galera per cinque anni, il detto Chierico allegò di esser stato preso in Chiesa, onde in Nuntio mandatolo à queste carceri nuove hà anche fatta prendere informatione della preteса estrattione per mezo di un suo Commissario, e ne manda il processo, dai quale costa per detto di cinque testimonii de visu, che il detto Clemente del mese d' Agosto del* 1660. *fù carcerato nella stanza di una Casa contigua alla Chiesa, e fù trasportato per la Sala della detta Casa dalla Prepositura, & uno di essi testimonii aggiunge, che la Casa, nella quale seguì la cattura, oltre alle porte, che vanno à strada publica, ne hà una, che corrisponde in un coro di tavole, che sta à piedi di essa Chiesa, non specificando se questo coro sia recinto della Chiesa, ò altro luogo immune, onde il carcerato fà istanza di essere rimesso nella detta Casa. Eadem S. Congregatio dicta die* 28. *Februarii* 1682. *declaravit. Si est domus locari solita, non gaudere.*

13 Et Episcopo Spoletano sub die 2. Julii 1646. ita rescripsit: *Si ante la relatione che la Casa dell' Oratorio di San Salvatore habbia porta n.lla strada publica, e si appiggioni non è luogo immune, e perciò lasci fare le sue parti alla Giustitia, e Iddio la prosperi.*

14 Et in Ariminensi 8. Aprilis 1636. ita etiam rescripsit Vicario Ariminensi; *Quando la stanza della Chiesa Parochiale di S. Michele: ove fù carcerato il Zannicoli sia locata, si come ella avvisa, ad uso publico, e profano, e non habbia porta, se non in strada publica, & il tetto di esso sia distinto da quello della Casa del Curato con quel più, che si contiene nella relatione da lei data con lettere sue de* 3. *di Gennaro, e de* 9. *di Marzo passato, concorrono questi Eminentiss. miei Signori, che esso Zannicoli non debbia esser scarcerato per il, capo, la carceratione sia seguita in luogo immune. Che è quanto occorre &c.*

15 Si igitur domus, vel Apotheca Ecclesiæ, vel Oratorii publici habeat aditum, ingressum, & januam, in via publica, & locetur laicis, non gaudet immunitate, Ricc. *Collect.* 513. *& 669. & dec.* 131. *n.* 8. *p.* 1. Thor. *in compend. dec. lit. I. n.* 28. Aponte *dec.* 35. Aditus enim anterior consideratur quo in loco, Apotheca, vel domus sita sit, Bartol. *in l. quod Conclave ff. de damn. infect. & in l.* 3. §. *furdus ff. ad Sylan.* Menoch. *cons.* 798. *num.* 26 Glurba *cons.* 9. *num.* 4. *&* 14. Neque inservit alicui Clerico, vel ad usum Sacrum, aut pium, sed solum ad usum profanum, sitque solita locari cuicunque, Mar. Ital. *de immun. lib.* 1. *cap.* 4. §. 6. *num.* 5. & in specie pluries decisum, ac servatum refert Sanfelic. *tom.* 1. *dec.* 136.

CONSULTATIO XX.

An Capitulum, & Clerus exempti sint à Vectigalibus? Ubi quid si intercesserit concordia inter Clerum, & Universitatem?

An permissum sit Universitatibus minuere datium, ac vectigal carnis, farinæ, &c. illudque imponere, ut vulgò dicitur, alle Scannaggie?

An à vectigalis solutione immunia sint animalia propria Clericorum, sive moriantur, vel mactentur extra Civitatem, & deferantur ad illam, sive mactentur in domibus Clericorum, vel extra illas?

Et an bona, quæ perveniunt ad Clericos titulo donationis, vel emptionis, teneantur solvere collectas, & alia onera, quibus illa obnoxia erant apud laicos? Ubi proponitur modus concordiæ inter Clerum, & Universitates saculares in vectigalibus. Ubi an Episcopus absolvere possit lædentes immunitatem Ecclesiasticam, saltem cum reincidentia?

1 AD primum quod attinet, affirmativè per textum celebrem *in cap. quamquam*, ubi Glos. *v. ipsarum, & v. humano de censibus in* 6. *& in Clem præsenti eodem tit.* Estque communis, tam Pontificii, quàm Cæsarei Juris Interpretum sententia, ut videre est apud Federic. de Sen. *cons.* 207. *num.* 1. Calder *cons.* 2. *num.* 4. Bartol.

Bartol. *in l.* 1. §. 1. *nn.* 5. *ff. de publican. & vectigal.* Bald. *in l. placet num.* 11. ibique Aretin. *nn.* 3. *C. de Sacrof. Eccleſ.* Alex. *in addit. ad Bartol. in l.* 1. *num.* 42. *C. de mul. & in quo loco lib.* 10. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 12. *quæſt.* 2. *& p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 10. *in fine , & cap.* 11. *col.* 3. Burſat. *conſ.* 42. *nn.* 4. *lib.* 1.

2 Non obſtat concordia Clericum Univerſitatibus. Nam cum hujuſmodi concordia ſit contrà immunitatem Eccleſiaſticam, nec ei Apoſtolicæ auctoritatis robur acceſſerit, ſemper fuit à Sacris Tribunalibus Urbis reprobata per textum *in cap. Clericis de immunit. Eccleſ. in* 6. & *cap. adverſus eod. tit.*

3 Minuſque obſtat, quòd Univerſitates, imminuto vectigali, quod antea pro frumento, vel farina ſolvebatur publicanis, dantibus ſchedulam, ſive licentiam molendi, & quod minimè ſolvebatur à Clericis, jactent, ſe poſſe ac velle augere mercedem molituræ, quæ præſtatur molitoribus, tam à Clericis, quàm à laicis.

4 Nam id quoque ferendum non eſt, cùm tendat contrà immunitatem Clericorum *cap. quanto*, ubi Gloſſa *v. in fraudem de privil. cap. ſtatutum* 1. *de hæret. in* 6. & *cap. Cum quid una via de reg. jur.* eodem Mandel. *conſ.* 8. *num.* 3.

5 Ad ſecundùm etiam negativè. Quia hoc etiam indirectè tendit in præjudicium immunitatis, qua in comeſtibilibus quoque gaudere debent Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ, Azor. *log. alleg. p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 11. Burſat. *d. conſ.* 42. *nu.* 4.

6 Ad tertium affirmativè per textum *in l. Sacroſanctæ*, ubi Gloſſa *v. capitationis*, & poſt eam Bald. *in princ. & num.* 1. *ac* 2. *de Sacroſ. Eccleſ.* Caldet. *conſ.* 2. *num.* 2. & Burſat. *eo loco num.* 5.

7 Ad quartum negativè. Nam ex veriori, ac receptiori opinione bona, quæ à laicis in Eccleſias, aut Eccleſiaſticas perſonas deveniunt, quocunque titulo devenerint, ab oneribus laicalibus incertis, & variabilibus immunia ſunt per textum *in cap.* 1. *de immun. Eccleſ. in* 6. Gloſſa *in l. Incola* 2. *v. deſtinatus ff. ad municip.* Bart. *in repet. l. placet num.* 25. ibique etiam Bald. *num.* 11. Caſtrenſ. *nu.* 8. Aretin. *num.* 3. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* idem Bartol. *conſ.* 180. *nu.* 3. Speculat. *in tit. de Cleric. conjug. nu.* 10. *cum binis ſeq.* Abb. *in cap. fin. nu.* 12. *de vit. & honeſt. Cleric.* Felin. *in cap. Eccleſia S. Mariæ num.* 76. *de conſtit.* Angel. *conſ.* 24. idem Abb. *conſ.* 13. *nu.* 2. *lib.* 2. Bellam. *conſ.* 45. *n.* 1. & 4. Oliver. Malagem. inter conſil. ejuſdem Bellameræ *conſ.* 47. *in fine*, Riminald. Jun. *conſ.* 25. *n.* 13. Lancel. Gal. *conſ.* 59. *n.* 29. *cum ſeqq.* Roman. *in l. ſi publican.* §. *de reb. n.* 6. *ff. de publican.* Ruin. *conſ.* 117. *n.* 4. & *lib.* 4. & *conſ.* 111. *n.* 9. *lib.* 5. Bellon. *conſ.* 40. *num.* 3. Sylvan. *conſ.* 32. *nu.* 1. 7. 8. 11. & *ſeqq.* Theſaur. *dec.* 234. *n.* 2. 4. & 7. ac S. Rota Romana in celebratis Brunduſina, & Albanenſi Gabellæ coram Pegna, & Merlino, ac aliàs ſæpè, & decreta S. Congregationem, quæ alibi adduxi, ejuſque rei argumentum fuſiùs verſavi in peculiari conſultatione, adeo, ut pudeat illud amplius attingere.

8 Porrò cum in S. Congregatione Immunitatis relatum eſſet ab Epiſcopo Converſanenſi, *Come havendo egli havuto notitia, che nella terra di Rutigliano, ſua dioceſe, non ſi oſſervava à gli Eccleſiaſtici l'eſentione à loro dovuta per gli aggravii delle gabelle, e de' datii, che ſi eſuggevano da quelli, che governano, doppo le monitioni, e l'eſortationi non ſi provedeva, gli dichiarò ſcommunicati, ſervatis ſervandis con l'affiſſione de' Cedoloni, & havendo quelli doppo alcuni meſi fatto iſtanza per l'aſſolutione cum reincidentia, glie la conceſſe ad effetto di trattar qualche concordia col clero, e che poteſſero ricorrere all' Eminenze Voſtre per la confermatione della medeſima concordia, della quale manda copia, e ſupplica per la confermatione, pel qua effetto ſi leggerà per extenſum.*

9 Sacra Congregatio ita reſpondit: *Non eſſe concedendam abſolutionem, niſi redintegrata ſolita exemptione violata, ac inſuper indiſtinctè monendum Epiſcopum, non ei eſſe permiſſum concedere abſolutionem, etiam cum reincidentia in caſibus in Bulla Cœnæ, & in Bulla Gregoriana, de immunit. Eccleſ. reſervatis; ſed etiam illam ſpectare ad Sedem Apoſtolicam.* Ità habetur ex *lib.* 2. *decretorum Paulucii fol.* 2.

Item cum Epiſcopus Soranus eidem S. Congregatio- 10
ni exponeret, *come quel Publico per potere con maggior facilita corriſpondere al pagamento de' peſi fiſcali, hà ſtimato utile commune il ſottopor ſi al vivere à gabella, e non più ad eſtimo, come per l'addietro; hà però impoſta una gabella di baiocchi quindici per tumolo di grano, che ſi macini, e quattrino uno per foglietta di vino, che ſi compri, e vuol far franchii Sacerdoti per tumola* 24. *e li Chierici per* 12. *e dare loro ſimilmente qualche altra franchigia de terminata riſpetto al vino, allegando eſempi ſimili in diverſe Communità del Regno.*

Che perciò ſi è prohibito à Molinari il macinare à perſo- 11
na alcuna, etiandio Eccleſiaſtica ſenza il bollettino del deputato ſecolare, e la gabella del vino ſi eſigge da qual ſivoglia Compratore.

Il medeſimo Veſcovo dice di haver ordinato, che non 12
s'innuovi coſa alcuna ſopra gli Eccleſiaſtici in fin tanto, che queſta S. Congregatione non haverà deciſo quello, che doverà farſi, acciocche non s'incorra nelle cenſure, mà che il Publico penſa di poter farlo con la ſola auttorità ſecolare, havendone ottenuto il regio aſſenſo, il quale ſi crede che ſia con la Clauſola, ſalvis Eccleſiaſticis.

Dall' iſteſſo Veſcovo però ſi propongono cinque dubii ſe- 13
guenti, ſupplicando la S. Congregatione à riſolverli.

Primo, ſe i ſecolari ſenza leſione dell' immunità per 14
macinare debbano chiedere, e ricevere il bollettino dal deputato ſecolare ò pure ſe il Veſcovo per ovviare alle frandi degli Eccleſiaſtici debba deputar perſona, la quale noti quello, che eſſivanno macinando.

Secondo. Havendo il Veſcovo proibito alli Eccleſiaſtici il 15
chiedere, ò pigliare dal deputato ſecolare l'accennato bollettino, andandovi quelli à chiederlo, e pigliarlo, conforme effettivamente vivanno, ſi debbano punire.

Terzo, ſe la taſſa di 24. *e di* 12. *tumola di franchigia* 16
per li Sacerdoti, e Chierici reſpettivamente ſi provi dall' E. E. VV. per tutti gli Eccleſiaſtici indifferentemente, così per poveri, come per richi, che tengono groſſa familia in ſervitio de' loro poveri, e animali.

Quarto, riſpetto alla gabella del vino, che taſſa di fran- 17
chigia ſia veramente tolerabile per gli Eccleſiaſtici, che lo comprano.

Quinto, ſe ſia tolerabile, che per l'iſteſſa individua 18
vendita di vino, di grano, ò di altro raccolto ne' poderi de gli Eccleſiaſtici poſſano, i ſecolari compratori eſſere aſtretti à pagar la gabella col ſolo titolo di haver comprato, che è attione non ſeparata dalla vendita degli Eccleſiaſtici, vendendo ſi manifeſto, che perciò vengono conſeguentemente aſtretti gli Eccleſiaſtici à vendere quel meno del giuſto prezzo, che aſſorbiſce la gabella.

Soggiunge finalmente, che ſono hormai venticinque anni, 19
che il Publico di quella Città con preteſto di creſcere l'affitto del macello à beneficio dell' Univerſità, venne ancora creſciuto il prezzo della carne, & il Veſcovo di quel tempo fè un decreto Sinodale, dichiarando che perciò s'incorreva nelle cenſure di violata libertà mentre gli Eccleſiaſtici non ſi eſimevano, ma ſeguitandò ſi ſin ora ſenz' altra contradittione in queſto abuſo, ogni Eccleſiaſtico ne viene gravato E ciò non baſtando, ſi fà penſiero di gettare un' altra gabella ſù la carne, e dara una pecciola franchigia à gli Eccleſiaſtici, i quali non venendo à qualche concordia con approvatione Apoſtolica, ſaranno aſtretti ad aprir forno, macello, e pizzicaria, e magazeno divino per loro ſervigio.

Sacra Congregatio ſub die 26. Februarii 1662. ad hæc 20
omnia generaliter reſpondit, *Epiſcopus procedat ad cenſuras & certioret.*

Deinde ſub die 16. Januarii 1663. ſigillatim ad ſin- 21
gula dubia ita reſpondit.

Ad 1. *non teneantur recipere bollettinum à laicis*, & 22
Epiſcopus ore tenus deputet miniſtrum ſæcularem, & *ſi inconveniens ſuccedat, certioret.*

Ad 2.

Ad 2. *ut ſuprà proviſum.*
Ad 3. *ſervetur ſolitum, quod in aliis diœceſibus Regni.*
Ad 4. *ns ad proximum.*
Ad 5. *dantur decreta.*
Ad 6. *negativè, ſed procedat Epiſcopus*, & *curet, ut Clerici habeant franchitiam.*

23 Porrò cùm Eccleſiaſtici gaudere debeant omnimoda immunitate, à gabellis, impoſitis à Communitatibus tam pro bonis propriis, quæ introducuntur, vel educuntur à Civitate, quàm etiam pro bonis venalibus, quæ emere coguntur ad ſuum victum, & veſtitum, difficilèque ſit, ac penè dixerim, impoſſibile, ut detrahi poſſit gabella ex quotidiana, & minuta immunitate bonorum; ideò propono temperamentum, traditum ab Azorio, quod ſequitur Rotam coram Coccino *dec.* 159. *nu.* 18. & *ſeq. p.* 7. *rec.* dicente, onus gabellæ reficiendum Eccleſiaſticis in fine cujuslibet anni pecuniaria compenſatione, ita tamen, ut corruat conſenſus Cleri, ac præcedat beneplacitum Apoſtolicum. Et quod ſi oriatur aliqua controverſia ſuper quantitate ipſius deductionis, terminari debeat juramento Eccleſiaſticorum coram Judice Eccleſiaſtico præſtando. Quod etiam amplexum fuit eadem Sacra Rota in Cæſarauguſtana exemptionis coram Corrado §. *verum*. Hoc enim modo immunitas Eccleſiaſtica nullatenus læditur, ſed potius facillimus redditur immunitatis uſus, ac fruitio, favetque ratio, quod in ils, quæ præcisè, ut par eſt, præſtari nequeunt, æquipollens ſatisfactio admittatur. Hicque modus obſervatur non ſolum in illis Civitatibus, quas recenſet Azorius in dicta *dec.* coram Corrado allegatus, ſed etiam in Civitate Senarum, in qua ex brevi Pii Secundi Eccleſiaſtici ſolvunt ad portas Civitatis gabellas, & poſt certum tempus illas recuperant juxtà taxam concordatam.

CONSULTATIO XXI.

De Clerico conjugato, delinquente, à curia ſæculari comprehenſo, ac reſumente habitum Clericalem poſt novum delictum, & à curia Eccleſiaſtica vindicato. Vbi an cogi, poſſit ab Epiſcopo ad ſuſcipiendos Sacros Ordines?

De Clerico libero, aliàs diſceptavi, nunc aliqua de Clerico conjugato diſcutienda ſunt, & aliqua iterùm de Clerico libero.

1 Et quidem, ut cenſuræ contra Curiam ſæculatem, comprehendentem hujuſmodi Clericum, juſtæ ſint, debet præcipuè ſententia excommunicationis fundari in Clericatu, qui conſtare debet in actis; quia cùm ſit qualitas, non inſita à natura, debet plenè, & concludenter à Curia Eccleſiaſtica probari *can. presbyteri* 68. *q.* Bild. *in cap. ſi* 2. *n.* 4. *de præſumpt.* Sanfelic. *dec.* 143. *num.* 4. *tom.* 1. Decian. *tr. crim. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 117. Capic. Latr. *dec.* 165. *num.* 43. *p.* 2. Neque ſufficit ſimplex exemplum ſuſceptæ primæ tonſuræ, productum in actis, ſi non ſit in forma probanti, ſubſcripta, & extracta per Notarium, ſive Cancellarium ex libro Ordinationum, aliquin nihil prorſus probat, Petr. *in tit. Magn. Cur. Vic.* 65. *num.* 7. Danza *in pugna Doctorum tit. de Cleric. cap.* 2. *num.* 5. *p.* 2. Capic. Latr. *dec.* 173. *num.* 28. & *ſeq. p.* 2. Sperel. *dec. for. Eccleſ.* 17. *num.* 23. ubi ait non probari per fidem authenticam, ex libro Ordinationum extractam ſigillo Epiſcopi non munitum, Merlin. Pignatell. *cap.* 91. *num.* 1. 12. & 29. *centur.* 2. Vbal. *dec.* 332. *num.* 7.

2 Idque maximè, dum agitur cum Curia ſæculari, contra quam pleniſſimè probari debet Clericatus, qui eſt fundamentum exercitii Eccleſiaſticæ juriſdictionis Epiſcopali diplomate collationis primæ tonſuræ, ipſius Epiſcopi chirographo, & ſigillo munito, Beller. *diſquiſit. cler. de favor. Cler. perſon.* §. 14. *nu.* 14. Franch. *dec.* 329. ubi Amendol. *num.* 21. Sperel. *d. n.* 23. Et in ſpecie, quod Clericatus aſſumptio contra Curiam ſæcularem non probetur per fidem notarii publici, niſi bullis expeditis, iſtarumque amiſſione probata, Capic. *d. dec.* 173. *n.* 23. & *ſeq.* & 31. Merlin. *loc. alleg. num.* 29. & 30. adeò, ut ne quidem enuntiativis Epiſcopi in aliquo actu ad partis inſtantiam emiſſis ſuper Clericatu, ſtandum ſit, Merlin. *ibidem nnm.* 16. immò ne ipſius quidem Summi Pontificis in præjudicium, præcipuè ſæcularis juriſdictionis, *cap. ſi Papa de privil. in* 6. Beller. *ubi ſuprà.* §. 15. *num.* 15. Gratian. *diſcept. for. cap.* 508. *num.* 3. & *ſeq.* Marant. *reſp.* 36. *num.* 1. *p.* 3. & Spada *conſ.* 31. *nu.* 9. *lib.* 3.

Præſertim verò, ſi pro laico ſe geſſerit, & aliàs carce- 3
ratus à laicali Curia pro delictis paſſus fuerit ab ea judicari, nunquam Clericatum opponendo. Quapropter dictum exemplum exhibitum primæ tonſuræ, redditur valdè ſuſpectum, & calumnioſum, ſolumque confictum ad effugiendam pœnam à Curia ſæculari inflictam *cap. ſi judex laicus*, ubi Doctores *de ſent. excom. in* 6. Ciarlin. *contr. for. cap.* 20. *num.* 50. Bellamer. *conſ.* 10. *num.* 3. ubi in ſpecie de Epiſcopo, agente pro cognitione Clerici, & conſtituente ſe partem, Merlin. *loc. cit. num.* 20. & 21.

Sed age, demus, quod de ſuſceptione primæ ton- 4
ſuræ plenè conſtaret, adhuc tamen non ſufficeret. Quia non tolum per matrimonium fuit illi renunciatum, ſed per actus contrarios, plura ſcilicet continuò delicta committendo, Zerol. *in prax. Eccleſ. v. Clericus notab.* 4. *p.* 4. & Burgos *de modo proced. ex abrupt. cap.* 65. *num.* 39.

Minimè attento, quod Clericatum dimiſſum reſumi 5
obtinuerit. Quia reſumptio non ſuffragatur, ſi aſſertus Clericus conjugatus non articulaverit, neque probaverit matrimonium cum unica, & virgine contraxiſſe, habitum, & tonſuram detuliſſe, Eccleſiæ deſignatæ inſerviſſe, prout ad effectum exemptionis à Curia ſæculari copulativè probare tenetur, tam ex diſpoſitione reſumptionis Clericatus, quæ ſub hac conditione concipi ſolet ac debet, quam etiam ex diſpoſitione S. Concilii Tridentini *ſeſſ.* 23. *c.* 6. *de ref.* Marant. *reſp.* 76. *num.* 10. *p.* 4. Ciarlin. *contr. for. cap.* 53. *n.* 11. Sanfelic. *dec.* 13. *n.* 4. & *dec.* 247. *n.* 1. *p.* 2. Farinac. *q.* 8. *nu.* 65. Gratian. *diſcept.* 190. *num.* 10. Marott. *diſcurſ. for. cap.* 9. *num.* 2. ſeriò exclamans in Regno Neapolitano, nullum Clericum conjugatum hujuſmodi requiſita ſervare, ut proindè neminem gaudere vidiſſe, teſtatur.

Quod ſine dubio procedit in conjugato, etiam nulla 6
præcedente monitione ſuper obſervatione hujuſmodi requiſitorum, Beller. *loc. alleg.* §. 8. *num.* 6. Farinac. *d. quæſt.* 8. *nu.* 89. Sanfelic. *dec.* 13. *num.* 7. 9. & 11. & *dec.* 14. *n.* 78. *p.* 1. Immò & in Clerico libero poſt S. Concilium Tridentinum, ut per Ciarlin. *d. cap.* 20. *n.* 58. Gratian. *diſcep.* 190. *n.* 11. & *ſeq.* & nos alibi, abſque alia degradatione, Burg. *de mod. proced. ex abrupt. cent.* 1. *q.* 65. *nu.* 39. & in terminis Clerici conjugari Scacc. *de judic. caſu. crim. cap.* 11. *num.* 151. & *ſeq.* Viv. *dec.* 512. *n.* 13. *ac ſeqq. p.* 4. Fagnan. *in cap. magnus n.* 66. *de oblig. ad ratioc.* Cum Clericus primæ tonſuræ non habeat gradum à quo debeat degradari, Mar. Anton. *var. reſol.* 19. *n.* 7. *l.* 1.

Ac inſuper ſi reſumptio Clericatus facta fuerit poſt- 7
quam aſſertus Clericus conjugatus pro pluribus delictis, etiam enormibus, fuerat à carceribus ſæcularibus habilitatus ſub fidejuſſione de ſe repræſentando, in quo caſu cùm diceretur adhuc carceribus mancipatus, reſumptio Clericatus, quinimò, & ipſa promotio, ut in fraudem, non eximit ſuſcipientem tonſuram à juriſdictione Curiæ ſæcularis, ut in terminis forrionibus eſt Conſtitutio Sixti V. 71. §. 5. *verſ. ac propterea Judicibus, ac Curiis ſæcularibus procedendi facultas conceditur*, Bullar. *tom.* 2. & in ſpecie ſic carceribus mancipati, ſub fidejuſſione habilitati, firmant innumeri ex Jo: Andrea *in cap.* 1. *num.* 19. *de oblig. ad ratioc.* Tholoſ. *dec.* 144. Quod etiam admittit Chartar. *dec. crim.* 17. *n.* 16. Ann. *conſ.* 140. *num.* 9. & *ſeq. lib.* 2. Carol. de Graſſ. *de effect. Cleric. eff.* 1. *num.* 1141. & *ſeq.* Decian. *tr. crim. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 102. 137. & *ſeq.* Cabal. *reſol. Crim. caſ.* 118. *n.* 10. &

in ter-

in terminis resumptionis habitus Clericalis, Farinac. *d. quæst.* 8. *nu.* 66. *&* 104. Cavalcan. *de bracb. reg. p.* 2. *nu.* 125. Martin. *conſ.* 15. *nu.* 27. *& ſeqq.* Danza *in pugn. Doct. tit. de Cler. cap.* 2. *num.* 20. *&* 21. *p.* 1. & Cabed. *dec. Luſit.* 58. *nu.* 8.

2 At nihilominus tenendum eſt tanquam certum, Bullas Clericatus probari ex iis, quæ alibi in ejuſmodi caſibus adduxi. Et quod ad reſumptionem habitus Clericalis, etiamſi intentio reſumentis ſit ſe ſubtrahere à juriſdictione laica, qui tamen in hoc utitur jure ſuo, ideòque nemini facit injuriam, cùm ſit in ipſius poteſtate, ſe ſubtrahere ad libitum, quando vult, ac proinde non debet privari privilegio, quod ſecum affert ſtatus aſſumptus, Perſ. *conſ.* 5. *crim. num.* 1. Ac etiamſi per fraudem id fecerit, adhuc non poteſt reus judicari à Judice laico, ſed ſolum ab Eccleſiaſtico, ut contra nonnullos tradit Jo: Andr. *in d. cap.* 1. *de oblig. ad ratioc.* ubi alii, Decian. *tr. crim. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 60. teſtans de communi. Quia cum privilegium ſit conceſſum ſtatui Clericali, habet locum in quacunque perſona, quæ quocunque modo acquirat talem ſtatum, qui reſpicitur ſtatus ipſe, non autem modus, & intentio, quibus aſſumitur.

9 Et quod ad cauſam inceptam in Curia laica, certum eſt, id non procedere, quoad perſonam; nam cum effecta ſit Ordinis Eccleſiaſtici, ſubtracta eſt à juriſdictione laica, & proinde delictum non ſubeſt eidem laicæ juriſdictioni, ſicut non ſubeſt perſonæ, quæ non poteſt trahi ad Judicem laicum, *cap.* 2. *de for. compet. & can.* 15. *Bull. Cœnæ.*

10 Quod verò ad bona, & ſi Doctores quamplurimi, inter quos Farinacius, Suarez, & Cavalcaneus dicant, poſſe Judicem laicum procedere contrà delinquentem, qui reſumpſit habitum, verior tamen ſententia eſt, neque contra bona poſſe procedere. Quia mutatio ſtatus inducit mutationem tribunalis, ad quod pertinent cauſæ omnes emergentes poſt mutationem ſtatus per ea, quæ tradunt Doctores *in d. cap.* 1. *de oblig. ad rat.* ubi Jo: Andr. Butr. & alii Canoniſtæ, Bartol. *in l.* 1. *in fin. C. de pœn.* Quare Leo X. approbante Concilio Lateranenſi *ſeſſ.* 9. in Bulla, quæ incipit, *Supremæ diſpoſitionis*, ait: *Et cùm à jure tam divino, quàm humano laicis nulla poteſtas in Eccleſiaſticas perſonas attributa ſit.* Ergo tollit etiam juriſdictionem contra bona. Quia ſi poſſunt laici contra bona Eccleſiaſticorum procedere, aliqua poteſtas illis indirectè attributa eſſet. Unde & tollitur etiam effectus quicumque ſubjectionis, quia ſublata cauſa, tolluntur etiam effectus, qui ab ipſa proveniunt *l. a digere* §. *quamvis, ff. de jurepat. cap. magnæ in fine de vot. & cap. cum ceſſante de appell.* Ergo ceſſat etiam quæcumque pœna, quia luere pœnam inflictam ab alia, eſt effectus juriſdictionis ſuprà punitum.

11 Sed quia non prævaluit contraria ſententia, ideò iuxtà illam dicendum eſt, quc ' laicus criminoſus faciat ſe promoveri, & tranſeat ad ſtatum Clericalem, vel Clericus reſumat habitum Clericalem in fraudem fori laici, ideſt, ſi jam erat de crimine diffamatus, vel delatus ad forum ſæculare, vel proceſſatus, vel condemnatus, Covar. *pr. quæſt.* 32. *num.* 4. §. *fraus verò*, Clar. §. *fin. quæſt.* 36. §. *Sed in hoc*, Genuens *in pr. cap.* 8. *num.* 3. poterit Judex laicus contrà eos procedere ratione ejuſdem criminis ante Clericatum, aut illius reſumptionem commiſſi ad pœnas non corporales, ſeu in perſonam, ſed in pecuniarias, ſeu in bonis illorum, etiam ad confiſcationem, ſi aliàs eſſet imponenda, ut teſtatur Covar. *d. cap.* 32. *num.* 4. *concluſ.* 43. Clar. *d. quæſt.* 36. *n.* 43. Martha *de juriſdict. part.* 4. *cent.* 2. *caſ.* 121. *n.* 20. Farinac. *de inquiſ. quæſt.* 8. *num.* 107. Laym. *lib.* 4. *tract. de immun. Eccleſ. cap.* 4. *n* 12. Dian. *part.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 26. Caſtropal. *op. mor. diſp.* 1. *punct.* 3. *num.* 2. *&* 4. *part.* 2. Ciarlin. *cap.* 53. *n.* 20. *&* 22. *part.* 1. Gratian. *diſcept.* 226. *n.* 29. *& ſeqq.* Quia Clericatus, vel ejus reſumptio, quæ ſupervenit, poſtquam Clericus erat vel ſub tuto carcere, vel ſub fidejuſſione habilitatus à Curia ſæculari, ſeu potiùs fictè carceribus mancipatus, non prodeſt, cùm fuerit à Curia ſæculari ejus perſona præventa, quam idcircò liberam non invenit, Beller. *loc. cit. d.* §. 4. *n.* 3. Franch. *deciſ.* 656. *num.* 1. ubi ita declarat ſuas præcedentes *deciſiones* 209. *&* 348. Guidopap. *deciſ.* 325. *num.* 3. Franch. March. *deciſ.* 164. *num.* 5. *&* 6. Cabal. *cuſ.* 118. *num.* 9. de Graſſ. *d. nu.* 1141. *& num. ſeq.* Viu. *deciſ.* 512. *num.* 15. *part.* 4. Quamvis nonnulli Doctores dicant, quod ſi laicus poſt delictum fuerit citatus à Judice ſæculari ad comparendum intra certum terminum, & ipſe non compareat, ſed intra terminum Clericus efficiatur, vel habitum reſumat, liber omninò remanebit à foro laico, ut neque in bonis mulctari poſſit, ſecus ſi poſt litem conteſtatam, vel obligationem contractam comparendi, ut per Marth. *d. caſ.* 121. *num.* 8. cum Maſcambr. *conſ.* 44. & Cavalc. *deciſ.* 10. *num.* 6. *part.* 5. vel *deciſ.* 3. *num.* 29. *tit de judic.* Illud concedendum exiſtimo, quod ſi laicus ſit delatus ad forum laicum, & judicium cœptum, ſed poſteà perempta ſit inſtantia, & tunc Clericus fiat, liber remanebit à foro laico, neque poterit Judex laicus inſtantiam in integrum reſtituere, aut ei vitam inſufflare in dicti Clerici præjudicium, ut Jo: Vinc. Ann. *ſing.* 129. Marth. *d. caſ.* 741. *num.* 4. *& caſ.* 32. *num.* 6. Et ſic cùm in hoc caſu Curia ſecularis remaneat Judex cauſæ, licitè ac impunè contra bona hujuſmodi Clericorum procedere poteſt abſque incurſu excommunicationis, quæ ſi relaxaretur contra ipſam Curiam laicam, eſſet injuſta.

12 Eoque maximè id procederet in Clerico primæ tonſuræ tantum, & conjugato, contrà quem, ſi reſumeret Clericatum poſt delictum, ſive habilitationem à Curia ſæculari obtentam, poſſe à dicta Curia criminaliter, & perſonaliter procedi ad punitionem, firmant Doctores, aſſerentes tantum contrà bona Clerici liberi procedi poſſe, inter quos Scacc. *de judic. lib.* 1. *cap.* 12. *nu.* 2. *& ſeqq.* Sanfelic. *dec.* 2. *num.* 31. Maſtil. *dec.* 294. *num.* 13. Rodrig. *quæſt. regul.* 2. *ar.* 3. *tom.* 1. ibi: *Quod veriſſimum eſt reſpectu in ſacris initiatorum.*

13 Quod etiam locum habet, non ſolum in delictis patratis ante reſumptionem Clericatus, ſed etiam in patratis poſt reſumptionem, ſi tamen reſumptio invenerit reſumentem carceribus mancipatum, ſeu ſub vinculis, & areſtis, non autem in ſtatu libertatis, ut in ſpecie Avendan. *de execut. reg. mand. cap.* 27. *num.* 15. & ſi modicum tempus interceſſerit inter reſumptionem Clericatus, & patratum delictum, in quo caſu præſumitur reſumptio Clericatus in fraudem, ut in ſpecie temporis duorum menſium firmat Ricc. *reſol.* 58. *n.* 2. *p.* 2. Qua fraude concurrente, Judex ſæcularis poteſt abſque metu cenſuratum conſtruere proceſſum, ſaltem pro condemnatione, & confiſcatione bonorum, attenta cauſæ prævention, Farinac. *conſ.* 77. *num.* 9. *& ſeqq. & quæſt.* 8. *nu.* 107. Sanfelic. *d. dec.* 2. *num.* 24. *p.* 1. Chartar. *dec. crim.* 17. *à n.* 25. ubi ait, poſſe Judicem ſæcularem prevenientem in cauſa procedere contra Clericum in fraudem ſæcularis juriſdictionis promotum ad pœnam pecuniariam pro delicto debitam, exequendo in bonis ipſius Clerici, traditque Decian. *tract. crim. cap.* 9. *num.* 60. *&* 138. Ambroſin. *de immun. cap.* 19. *num.* 15. Cabal. *d. caſ.* 108. *num.* 2. Quando autem, quatenus, & quibus in caſibus Judex ſæcularis procedere poſſit etiam contrà perſonam Clerici, aliàs fuſè diſſerui.

14 Porrò Judex, ſive Princeps laicus poterit inſtare apud Judicem Eccleſiaſticum, ut cogat illum in fraudem promotum etiam per coercitionem perſonalem obſervare ſententiam prius latam à Judice laico, quatenus, ſalva immunitate Eccleſiaſtica, obſervare poſſit, ut ſi erat bannitus, vel exiliatus, ut Judex Eccleſiaſticus eum cogat obſervare ſententiam banni, ſeu exilii, ac eum puniat pro banni, ſeu exilii tranſgreſſione; quia licet laicus non poſſit contra eum procedere ad banni duplicationem, ſeu aggravationem, quia pœna banni eſt pœna corporalis, Genuenſ. *in pr. cap.* 8. *num.* 3. mutatio tamen

tamen ſtatus non liberavit eum ab obſervantia prioris ſententiæ, ac pœnæ corporalis, licet mutatus fuerit Judex executor, ut per Alhetic. *in l. meminiſſe nu.* 5. §. *item quare ff. de Offic. Proconſ.* Franch. *dec.* 395. & Doctores quos allegat Diana *par.* 1. *tr.* 2. *reſol.* 118.

15 Quod ſi iſte in fraudem promotus antea erat in carceres conjectus, vel pœnæ corporali actu expoſitus per Judicem laicum, tunc poteſt Judex laicus inſtare apud Eccleſiaſticum Judicem, ut procedat ad degradationem illius, eumque foro laico reſtituat, etiam ſi poſteà ſe feciſſet ad Sacros ordines promoveri, quia jam erat præventa, non ſolum cauſa, ſeu juriſdictio ſæcularis, ſed etiam perſona, ſeu executio, & ſic non potuit forum mutare. Quia ordo Sacer non invenit eum liberum. Ita Abb. *in d. cap.* 1. *nu.* 5. §. *concludendo de obligat. ad rat.* Jo: Andr. Zabarell. & Anchar. *ibid.* Capel. Tholoſ. *dec.* 144. Laym. *loc. cit. cap.* 4. *num.* 12. & Filiuc. *tr.* 16. *nu.* 265. Et tunc poterit Judex laicus degradatum, etiam corporaliter punire, Iaſon. *in l. eum quædam puella num.* 9. cum ibi allegatis *ff. de juriſdict. omn. Judic.* Qua de re alibi decreta S. Congregationis, & citatam Conſtitutionem Sixti V. fuiſſe redactam ad terminos juris communis animadverti.

16 Sique iſte feciſſet ſe promoveri per alias fraudes in caſibus, in quibus jure canonico non fruitur privilegiis Clericalibus, ut ſi ad primam tonſuram ſine licentia ſui Ordinarii, vel etiam in minoribus in Italia fictis commendatitiis ſui Ordinarii, vel intra annum, Sede vacante, dimiſſorialibus Capituli, poteſt Judex laicus inſtare apud Judicem Eccleſiaſticum, ut declaret eum privatum privilegiis clericalibus, & poſt declaratoriam poterit eum etiam corporaliter punire, eamque declaratoriam Iudex Eccleſiaſticus tenetur proferre, ut par Azor. *p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 49. *q.* 4. & ex Conſtitutione Urbani VIII. 33. quæ incipit. *ſecretis* §. 4. Poteſtque Iudex laicus inſtare apud Iudicem Eccleſiaſticum, ut graviter puniat arbitrio ſuo in fraudem promotum pro fraudulenta ordinatione, Genuenſ. *d. cap.* 8. *num. ult.*

17 Criminoſus verò promoveri non debet, ſi ob crimen in irregularitatem propriè dictam incidit, ſive immediatè ex ipſo delicto, ſive ratione infamiæ juris, niſi ſuper his fuerit diſpenſatus. Neque promoveri debet criminoſus ratione infamiæ facti, niſi ea purgata fuerit per conſtantem vitæ emendationem, ſaltem triennio comprobatam, vel niſi ex gravi cauſa, & ceſſante ſcandalo fuerit diſpenſatus.

18 Et ſi criminoſus petat, ſe promoveri ab Epiſcopo, & crimen ſit occultum, & interrogetur ab Epiſcopo de tali crimine, quod eriam poſt pœnitentiam eum reddat irregularem, tenebitur fateri, vel deliſtere ab Ordinum ſuſceptione, Sanchez *lib.* 7. *opuſc. cap.* 1. *dub.* 46. *num.* 10. cum multis per eum allegatis. Præſertim autem repellere eum debet Epiſcopus, quem putat judicii ſæcularis fugiendi cauſa velle promoveri, Concil. Tridentin. *ſeſſ.* 23. *cap.* 4. *de reform.*

19 Ad 2. cum S. Congregationi ſuper Epiſcopis hunc libellum ſupplicem porrigeret Ioannes Migliaccius humiliter narrans, *come da venti anni ſin initiato alla prima tonſura, e aſcritto al ſervitio della Chieſa, e poi preſa moglie unica, e vergine, ottenne decreto dal Veſcovo di godere i privilegi de Chierici conjugati, e continuò l'habito, e tonſura, e ſervitio in divino, e doppo la morte della ſua moglie hà continuato da Chierico celibe, ma il Veſcovo di Gerace, ſuo Ordinario, pretende di non fargli godere il Clericato, ſe non aſcende alli Ordini Sagri. Supplicadi ordinare al detto Veſcovo, che lo tratti da Chierico egli facci godere i privilegi Clericali.*

20 *Sacra Cong. Eminentiſſ. Paſtori referente, & Epiſcopo Hieracenſi audito, cenſuit, Oratori licere, nec ei denegandum permanere in ſtatu clericali abſque eo quod ad majores ordines aſcendat, & Clericorum privilegiis gaudere. Romæ* 24. *Martii* 1645.

21 Eidem Epiſcopo datæ poſtea fuerunt ab eadem S. Congregatione ſub die 10. Martii 1661. litteræ ſequentis tenoris. *All' Illuſt. e Molto R. Sign. come fratello Monſignor Veſcovo di Gerace. Informerà V. S. ſopra l'eſpoſto nell' accluſo memoriale del Chierico Giovanni Migliaccio, e in tutto lo difendera con le ſue facoltà ordinarie, ſi come ſara di ragione dalle moleſtie, che aſſerisce patire, e prego à V. S. ogni bene.*

CONSULTATIO XXII.

An, & quatenus occidens, vel mutilans in Eccleſia, etiam ex aliquo temporis intervallo, gaudeat ejus immunitate? &c.

An mandans homicidium, vel mutilationem in Eccleſia gaudeat Eccleſiaſtica immunitate?

1 HAnc primam quæſtionem præter latiſſimè dicta in 2. tomo, nunc plenius explico.

2 Negativam ſententiam tuentur Doctores, quos ibi adduxi, quibus addo Fagnanum magni nominis Canoniſtam *in cap. immunitatem num.* 30. *de immunit. Eccleſ.* ubi ſic concludit: *Itaque remanet hodie approbata opinio, ut ſcilicet non quodcunque delictum in Eccleſia patratum, ſed ſolum homicidium, & membri mutilatio excludat à privilegio immunitatis, ſive hæc commiſſa fuerint animo deliberato, & ex propoſito, ſivè in pura rixa ex improviſo ſuborta, & ſive ſub ſpe immunitatis ſive non, cum Conſtitutio Gregoriana non diſtinguat.*

3 Nos verò affirmativam nunc ratam habemus, tum ex Auctoribus, & declarationibus S. Congregationis eo loco relatis, tum ex Remig. de Gonn. *de immunit. reg.* 1. *fall.* 2. *num.* 4. Barboſ. *in collect. ad cap. fin. de immunit. Eccleſ. num.* 3. Ægid. *conſ.* 13. *in principio*, ubi requirit, ut reus Eccleſiaſtica immunitate privetur, quod delictum in Eccleſia fuerit commiſſum ſub ſpe immunitatis conſequendæ, Clar. §. *Immunitas verſ.* 17. Guazz. *defenſ.* 1. *cap.* 38. *num.* 14. Bellam. *conſ.* 13. *num.* 1. Molin. *in repet. textus cap.* 1. *de homic. num.* 69. Armill. *v. Immunitas num.* 12. Tabiena *eod. v. num.* 10. Roſel. *eod. etiam v. nu.* 2. & ex alias.

4 Primò, quia illi ſunt excluſi ab immunitate, qui occidunt vel mutilant in Eccleſia, vel cœmeterio cum animo gaudendi immunitate. Ergo ſi non animo gaudendi immunitate occidant, vel mutilent, gaudebunt, ut per Gambecurt. *lib.* 5. *de immun. cap.* 17. *nu.* 20. Non enim ſatis eſt, homicidium, vel mutilationem eſſe culpabilem ut privet immunitate, ſed etiam neceſſe eſt, habere conjunctam aliquam temeritatem, ſive præſumptionem. Quod indicant verba illa textus *in cap. inter alia, de immunit. Eccleſ. homicidia, & mutilationes in Eccleſiis committere non verentur.* Quod videntur excuſare, qui repentino iræ motu, vel culpabili facto occidunt, vel mutilant in Eccleſia. Quoniam motus ille iræ excuſat, ne privetur immunitate. Unde Remig. de Gonni. *loc. cit. fall.* 3. *num.* 3. ait, quod ſi ex propoſito aliàs non deliquiſſet, niſi intuitu Eccleſiæ, non gaudebit; Sed ſi conſtat, quod aliàs erat commiſſurus delictum, gaudebit. Quia non videtur occidiſſe, vel mutilaſſe cum animo gaudendi. Id ipſum tradit Ludovic. à Correa *in d. cap. inter alia num.* 30. *&* 31. qui, ut probabilem hanc opinionem admittit. Id etiam tenet Seſſe *dec. Aragon.* 141. *à n.* 8. qui firmat ex communi opinione, quod ſi quis delinquat in Eccleſia ſine ſpe gaudendi, gaudeat immunitate ex habere, &c. aliis, & addit, quod ſi probari poſſit, delictum non eſſe commiſſum ſub ſpe immunitatis, gaudebit. Hoc autem probatur, ait, ſi probetur, quod non ex propoſito, & conſulto, ſed ex animi affectu, ac impetu commiſſum ſit in Eccleſia, vel etiam caſu fortuito, quod comprobat Bellug. *in ſpecul. Princip. fol.* 50. & Que ſad *var. quæſt. jur. q.* 1. inquiens, homicidium commiſſum impetu quodam in Eccleſia non privari immunitate. Quia, ut rectè ait idem Seſſe, ſpes immunitatis tradit ſecum electionem, & propoſitum. Quod non procedit in eo, qui ira, juſto dolore, ac impetuoſo animi affectu quocunque delinquit, ut probat Menoch. *de arbitr. caſ.* 361. *num.* 18. ubi docet, quod

ira, animi motus, & iracundia tollunt qualitatem cogitati, ac præmeditati animi, ac delicti, teſtatuſque Seſſe de communi.

5 Undè qui ſclopum exploſerit extra Eccleſiam in quempiam, quem ibi occidere volebat, ſi occidiſſet, gauderet immunitate, ut nemo dubitat, ita etiam ſi ictus aberraverit, ictumque fugiens evaſit, confugiens ad Eccleſiam, ſi eum quis inſequutus fuerit in Eccleſiam, ibique occiderit, vel mutilaverit ex ira durante, ac impetu quodam, non animo gaudendi, ſed occidendi tantùm, ut per Donat. *de Aſyl. reſol.* 132. *in fine*. Nam etiam Conſtitutio Gregoriana in tertio caſu excipit eos; qui homicidia, & mutilationes membrorum in Eccleſiis, eorumque cœmeterlis committere non verentur. Ergo fundatur in irreverentia innixa in ſpe defenſionis, ac immunitatis gaudendi: quam habere volebat ille, qui cum tali animo occidit, vel mutilavit. Atque adeò, ceſſante tali ratione, debet ceſſare exceptio, ac deciſio d. Conſtitutionis *arg. l. adigere §. quamvis ff. de jure patr.* Et in dubio non præſumitur, deliquiſſe aliquem in Eccleſia ſub ſpe gaudendi immunitate, ut per Gutier. *pr. q. lib. 3. quæſt.* 1. Quibus adſtipulatur Vermigliol. *conſ.* 103. ubi ait, quod ad privationem immunitatis requiritur quod homicidium committatur in Eccleſia animo conſequendi immunitatem, aliàs ſecus. Quod etiam tradiderat Guazzin. *def. 1. cap.* 38. *num.* 14. ac Sperel. *dec.* 59. *num.* 35. Quia Conſtitutio Gregoriana denegat immunitatem occidentibus, vel mutilantibus in Eccleſia in illis terminis, in quibus loquitur textus *in d. cap. fin. de immunit. Eccleſ.* ex doctrina Bartol. *in l. non ſolum §. liberationis ff. de lib. leg.* adaptata per Rotam *dec.* 479. *num.* 9. *p.* 2. *rec.*

6 Deinde quia licet Conſtitutio Gregoriana decernat, extrahentes ab Eccleſia incurrere pœnas excommunicationis, & alias, de quibus Peregrin. *de immun. cap.* 15. ſi tamen Clerici, vel Monachi expellant confugientem ad Eccleſiam, non ut amittat immunitatem, vel ut facilius comprehendatur à Curia ſæculari, ſed ex eo præcisè, quod ſuis flagitiis adhuc abutitur Eccleſiæ immunitate, illam nefariè dehoneſtans, non incurrunt pœnas contra extrahentes, ut in ſpecie tradit Bordon. *de immunit. Eccleſ. reſol.* 1. *num.* 22. Quia pœnas prædictas incurrunt qui præſumunt, quales ſunt qui temere ac doloſè agunt contra Conſtitutionem ex Cardinal. *in Clem.* 1. *de privil. quæſt.* 39. Sanchez *de matr. lib.* 9. *diſp.* 32. *nu.* 38. Verbum enim præſumere, quo utitur Gregoriana Conſtitutio, præſefert temeritatem, malitiam, ac dolum, ac proinde qui non ita operatur non committit in Conſtitutionem. Quia ille dicitur dolo agere, qui malo animo operatur. Malus namque animus dolo æquatur, *l. dolum ff. de dol.* Beja *p.* 2. *caſ.* 3. §. *in hanc.* Delben. *de immunit. cap.* 16. *dub.* 10. *ſect.* 6.

7 Præterea in dubio favore immunitatis eſt pronunciandum, ut pluribus probat Barboſ. *vot.* 117. *lib.* 3. Regens Valenzuela *in defenſ. monitorii Pauli V. contra Venetos p.* 1. *num.* 43. Solorzan. *lib.* 2. *de jur. Indiar. cap.* 24. *nu.* 38. Dian. *p.* 5. *tr.* 1. *reſol.* 12. *& reſol.* 23. ubi alios refert Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 12. *nu.* 86. Delben. *d. cap.* 16. *dub.* 37. *n.* 17. *dub.* 46. ubi ait, quod quando ſumus in dubio, an delictum ſit exceptum, nec ne, ut reus gaudeat immunitate, non poteſt Judex Eccleſiaſticus judicare, quod is non gaudeat, additque cum Farinacio, Maranta, Giurba, Sperello, & Guazzin; quod ſi Epiſcopus, vel ejus Vicarius tradat reum Curiæ ſeculari caſu, quo debet gaudere, vel in dubio, an gaudeat; tunc præter peccatum mortale ſacrilegii, ac injuſtitiæ damnorumque obligationem, incurrit irregularitatem, ſi reus ad pœnam capitalem damnetur. Quia in caſibus non exceptis, vel dubiis, nullam poteſtatem habet in reum, & conſequenter ſi Curiæ ſæculari eum tradat, gravem injuriam infert reo, & Eccleſiæ contra virtutem juſtitiæ, ac religionis. Id quod proſequitur clariſſimus Judex Comperentiarum Regni Aragoniæ Antonius Francus *p.* 3. *vot.* 8. *n.* 82. *ac ſeqq.* ubi *n.* 37. teſtatur, Conſtitutionem Gregorianam in Hiſpaniis eſſe in viridi obſervantia, licet quoad modum ſit aliquantulum alterata.

8 In dubio ergo pro immunitate eſt judicandum, ſavendumque Eccleſiæ, *l. ſuns perſonæ ff. de relig. & ſumpt. fun.* Turrecr. *in can. ſi quis inatrio* 17. *quæſt.* 4. Decian. *conſ.* 80. *num.* 22. *vol.* 3. Giurb. *conſ.* 10. *num.* 23. Sperel. *dec.* 41. *num.* 14. Quam totis viribus Chriſtiani tenentur defendere, Bald. *in cap. quiſquis num.* 50. *de elect.* quem ſequitur Valenzuel. *lib.* 50. *diſp.* 33. Unde in caſu, quo dubitatio aliqua ſubeſſet, adhuc ad favorem immunitatis eſt omnino decernendum; nam in conflictu opinionum ſemper eam opinionem amplecti debemus, quæ favet Eccleſiæ, Felin. *in cap.* 1. *num.* 104. *de conſtit.* Boer. *in quæſt. heroic. lib.* 3. *de immunit. Eccleſ. cap.* 4. *num.* 38. *& ſeq.* Decianus, Maynardus, ac Bellettus apud Dianam *p.* 1. *tr.* 2. *reſol.* 65. qui aſſerunt, quod quando ſummus in dubio, an aliquod ſtatutum ſit contra immunitatem Eccleſiaſticam, debemus amplecti illam opinionem, quæ favet Eccleſiæ, additque Souſa *in Bull. Cœn. cap.* 14. *diſp.* 46. *num.* 5. quem citat Diana *p.* 5. *tr.* 1. *reſol.* 23. non eſſe curandum de communi opinione, quando contraria favet Eccleſiaſticæ juriſdictioni. Quod etiam tradit Sanch. *tom.* 1. *conſil. lib.* 2. *caſ.* 4. *dub.* 15. *num.* 31. Suarez *in Regem Angl. lib.* 4. *cap* 34. qui ait, quod ex duobus contrariis opinionibus, illa ſequenda eſt, quæ Religioni favet.

9 Poſtremò quia probabilis eſt ſententia, quod ſi quis occidit, vel mutilat in una Eccleſia, & confugiat ad aliam, gaudeat in munitate. Tum quia mihi poteſt uti ſuo privilegio minoritatis contra alium minorem, *l. in cauſa*, ibique Doctores *ff. de minor.* Ergo etiam una Eccleſia poterit uti ſuo privilegio in munitatis contra aliam Eccleſiam. Tum quia alia Eccleſia, ad quam reus confugit, nullam ab eo affecta eſt irreverentia, & injuria. Ergo nulla ſubeſt cauſa, cur eam nequeat defendere. Tum quia in hac alia Eccleſia, ad quam reus confugit ceſſant omnes rationes *cap. fin. de immunit. Eccleſ.* & Conſtitutionis Gregorianæ, quia non implorat auxilium illius Eccleſiæ, in qua deliquit, neque in illius legem immunitatis deliquiſſe, neque puniri in eo, in quo deliquit. Ex quibus S. Congregatio Immunitatis ſæpiùs declaravit, reſtitutionem extracti eſſe faciendam illi Eccleſiæ, à qua extractus fuit, non autem aliis Eccleſiis, quia illa particularis Eccleſia, quæ fuit offenſa habet interdictum de libero homine exhibendo, cui ſpeciatim fuit facta offenſio. Declarationem refert Diana *p.* 6. *tr.* 1. *reſol.* 2. contra aliquos aſſerentes ſufficere, ſi reſtitueretur Epiſcopo, vel ejus Vicario. Aliam declarationem refert Donat. *de Aſyl. reſol.* 119. de confugio ad aliam Eccleſiam. At verò licet aliquando hæc ſententia fuerit probabilis, hodie tamen re maturius examinata, contrarium tenendum eſt juxta ea, quæ alibi dixi.

10 Tum demum, quia delicta commiſſa in Palatio Principis, vel in Prætorio Magiſtratus, ut potè commiſſa in loco publico, ac Principis Majeſtati dicato, dicuntur commiſſa in loco Sacro ex textu *in l. un. C. de palat. & dom. lib.* 11. & puniri poſſe hos delinquentes talibus in locis pœna ultimi ſupplicii, ut teſtatur Regens Aponte *tit.* 1. *de poteſt. Proreg. de diverſ. proviſ. fier. ſol.* §. 2. *n.* 15. & Præſes Merlin. *cap.* 66. *tom.* 1. Si quis tamen occidat in palatio, vel locis prædictis ob aliquam cauſam, non data opera, puniri non debet pœna ordinaria. Ergo ita etiam qui voluit occidere extra Eccleſiam, nec habuit animum illam offendendi. Unde homicidium eſt commiſſum in Eccleſia, non data opera, ſeu caſu, atque adeò eſt circumſtantia loci caſualis, dato etiam quod homicidium eſſet præmeditatum, non enim expectabat in Eccleſia, vel ante eam, ut illud patraret, quo caſu, ſi illud patraſſet, eſſet patratum ſub ſpe immunitatis.

11 Qua in re maximè conſideranda eſt à Judice qualis cauſa, qualiſque gravis dolor ad hoc perpetrandum reum impulerit, & quantum hoc excuſet, ut poſt Farinacium, & alios monet idem Merlin. *tom.* 1. *d. cap.* 66. qui

qui etiam *tom.* 2. *cap.* 55. *num.* 33. ait, quod præſumendum non eſt, fretum ſpe Eccleſiaſticæ immunitatis deliquiſſe eum, qui iracundiæ calore deliquit, vel qui impetu quodam intus Eccleſiam occidit. Qui requiritur, ut non gaudeat, quod occiderit animo gaudendi, vel commictendi in legem, vel injuriam Templo inferendi. Quod nihil tale eſt in homicidio commiſſo repentino quodam animi motu, ut clarè Bobadil. *in Politic. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 26. & Sperel. *dec.* 161. In qua doctrina, & in Canoniſtarum concluſione fundatur deciſio Sacri Conſilii, de qua Viſcont. *in addit. ad Franch. dec.* 709. ubi qui occidit in dormitorio Eccleſiæ Roſarii Terræ Poleſtinæ fuit deciſum, non eſſe extrahendum. Eademque ratione fuit dictum apud Sanfelic. *dec.* 19. *num.* 10. *tom.* 1. quia non fuerat homicidium patratum animo gaudendi immunitate, & in ſpecie de projicientibus ſagittas, & explodentibus ſclopos extra Eccleſiam, & adeuntibus deindè Eccleſiam, in qua unus interfecit alium fuit dictum, non potuiſſe privari immunitate, neque poni in compedibus, ut tradit Ciarlin. *tom.* 2. *cap.* 54. *& cap.* 10. *num.* 41. ubi communiter reprobatur Fontanella *dec.* 200. *numer.* 17. *& ſeq.* prout eum etiam reprobat Diana *p.* 6. *tr.* 1. *reſ.* 29. Quod ante omnes firmaverat Oldrad. *conſ.* 54. & alii apud Farinac. *de immunit. cap.* 19. *num.* 297. & Pax Jordan. *de immun. Eccleſ. lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 254. *& ſeq.* & Sanfelic. *dec.* 137. *numero* 1.

12 At verò, & ſi quæ hactenus à me dicta ſint probabilieri nitentur opinione, nihilominus, ut certa omnino reddantur, placuit ea temperare hiſce reſtrictionibus, dummodò ſcilicet homicidium, vel mutilatio non ſit in Eccleſia commiſſum ſub ſpe immunitatis, præmeditatè, ſive animo deliberato, & ex propoſito, & conſilio, voluntariè, ſcienter, prudenterque, ſed tantum inconſultò ex ſubita ira, in pura rixa, per accidens ſuborta, vel calore iracundiæ, & maximè provocatus, ob ſui defenſionem cùm moderamine inculpatæ tutelæ, non ex temporis intervallo, ſed momento, ſive nulla temporis mora.

13 Quia in hoc caſu homicidium, vel mutilatio non eſt voluntarium, ne quidem in cauſa. Ut enim aliquid ſit voluntarium in cauſa, requiritur, quod ſit volita cauſa tamquam cauſa illius, atque adeò cum ordine ad effectum: Cauſa autem per accidens, quia non eſt vera cauſa, non habet hunc ordinem. Et ideo, eo ipſo, quod eſt volita, non eſt volita propter effectum. Quod etiam ex eo patet, quia ſi eſſet cauſa per ſe, ſi tamen non cognoſceretur cum ordine ad effectum ex volitione ipſius non fieret voluntarius effectus in cauſa. Ergo non eſt peccaminoſum, atque adeò neque privat immunitate; Quia ſi non eſt peccaminoſum, non infert injuriam, ac irreverentiam Eccleſiæ, ob quas cauſas qui occidit, vel mutilat in Eccleſia, privatur immunitate Eccleſiæ.

14 Id, quod de homicidio ob ſui defenſionem, certum eſt. Quia tale homicidium non habet conditiones requiſitas, ut privet Eccleſiaſtica immunitate, expreſſas *in d. cap. inter alia de immun. Eccleſ.* quod declarat Conſtitutionem Gregorianam. Nam non eſt culpabile, cum ſit ad defenſionem, quæ permittitur etiam cum morte aggreſſoris. Unde illa actio non eſt propriè homicidium ſed juſta defenſio, & ideò materialiter tantum eſt homicidium, non autem formaliter, atque adeò non eſt in ſpecie homicidii, ſed in ſpecie defenſionis, ac proinde actionis licitæ. Neque etiam eſt injurioſum, quia non eſt contra jus aliquod, immò ſecundum jus. Nam omnia jura concedunt, occidere aggreſſorem cum moderamine inculpatæ tutelæ, ut alibi dixi. Qui autem utitur jure ſuo, nemini facit injuriam.

15 Si autem exceſſus & moderaminis inculpatæ tutelæ ſit notabilis, pertingens ad peccatum mortale, occidens, vel mutilans in Eccleſia, poterit ab illa extrahi, & puniri ſaltem extra ordinem. Quia tunc homicidium non ſolum eſt culpabile moraliter, ſed etiam injurioſum, quia contrà juſtitiam; cauſa enim delictorum una eſt, voluntas ita diſtincta, an ſpontanea, & tunc magis punienda, an coacta, & tunc quia conſentiat, aliquo modo, punienda, ſed mitiùs. Non tamen ſtatim pronunciandum eſt, quod ſit tale, ſed videndum, an in hominum æſtimatione lædat reverentiam debitam Eccleſiæ. Ut autem lædatur reverentia, requiritur, quod exceſſus in defenſione apprehendatur, tanquam exceſſus notabilis. Quia dato, quod ſit notabilis, & non apprehendatur, putabitur illa actio juſta defenſio cum debito moderamine, atque adeò non lædere reverentiam debitam Eccleſiæ. Ut autem poſſit apprehendi, debet ex ſe eſſe talis, ut conſtet eſſe extra limites defenſionis, & tranſire ad terminos vindictæ; & quod de hoc clarè conſter. Nam in dubio non eſt præſumendum delictum atque adeo, quod non ſit extra limites defenſionis.

16 Præſertim quia iſte exceſſus non provenit ex animo inferendi injuriam, ſed propulſandi, ideòque eſt juxtà *cap. ſignificaſti 2. homicid.* ibi: *Id debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ, non ad ſumendam vindictam, ſed ad injuriam propulſandam.* Igitur non reddit homicidium injurioſum: nam adhuc iſte exceſſus eſt effectus animi, ſe defendentis. Et ideò quod exceſſus in defenſione, ſi non ſit ex dolo, non debet puniri, docent Abb. *in d. cap. ſignificaſti in fine de homic.* ibique Felin. *num.* 14. & Anchar. *in Clem.* 1. *not.* 3. *eod. tit.* Florian. de S. Petr. *in l. ſi ex plagis §. Tabernarius ff. ad l. Aquil.* Alex. *in addit. ad Bartol. lib.* 1. *C. unde vi.* Si autem non debet puniri, neque etiam debet privare occidentem, vel mutilantem Eccleſiaſticam immunitate, cùm non privetur, niſi per homicidium, vel mutilationem punibilem.

17 Ex eoque confirmatur, quod exceſſus in defenſione non trahit excommunicationem contra injicientes manus violentas in Clericum, *cap. Olim. de reſt. ſpol.* ubi Glof. *v. exceſſiſtis in fine, & cap. perpendimus de ſent. excom.* Glof. *in d. cap. ſignificaſti v. moderamine de homic.* Graff. *p.* 1. *dec. lib.* 2. *cap.* 65. *numero* 14. & Farinac. *in pr. p.* 5. *q.* 125. *numero* 418. Et ideò cùm talis exceſſus non puniatur à jure, neque etiam debet privare immunitate Eccleſiaſtica. Quia ſicuti non reddit homicidium injurioſum reſpectu perſonæ; ita neque etiam reſpectu Eccleſiæ. Et quidem fervor defenſionis non permittit, quod defenſio ità ponderetur, ut ſit omninò juxtà menſuram neceſſariam. Ideòque non poteſt præſcribi defenſori, quod uſque ad talem terminum, & non ultrà extendat defenſionem, ut notat Bald. *in l.* 1. *num.* 10. *C. unde vi*, Hippolyt. *in l.* 15. *qui num. 6. C. ad l. Cornel. de Sicar.* Obtrect. *de neceſſ. defenſ. cap.* 12. *n.* 25. Et ideo exceſſus, niſi ſit cum dolo, habendus eſt pro defenſione neceſſaria.

18 Neque enim primi illi motus in poteſtate noſtra ſunt, ut ait Quintil. *in 6.* Et hos moderari non mediocris ingenii, ſed perfectæ ſapientiæ, putat Cicero ad Quintum fratrem, ut etiam inde, quæ voluntaria ſunt, neceſſaria interdum, aut ignorata videantur, idem *in Topic.* Declinant à voluntate libera, quæ impetu fiunt, & ex perturbationibus mentis, quas Græci dicunt πάθη. Fit enim impetus perturbatus animi motus rationi non obtemperans, cùm qui inconſideratè in aliquid fertur, commotus ſubitò, veluti ebrietate, vel calore iracundiæ, vel laſcivia. Ariſtoteles peccare per imprudentiam, & ex impetu ait *lib.* 3. *Et hic.* ſubitaneo namque quodam irrationali motu irrationalis partis obſidetur ratio, & incurſione quadam facta in eam temere animæ partem, mentem commovat, ut prius effectum partutierit, quam conſulverit. Tullius impetum opponit judicio his verbis *lib.* 1. *offic.* dum de juſtitia diſputat: *Multi faciunt multa temeritate quadam ſine judicio, vel modo in omnes, vel repentino quodam, quaſi vento, impetu animi incitati, quæ beneficia aperè magna non ſunt habenda atque ea, judicio, conſideratè, conſtanterque delata ſunt.* Et rurſus: *Leviora ſunt, quæ repentino, & motus aliquo accidunt, quam ea, quæ meditata, & præparata*

inferuntur, hoc eſt juſtum, quod ſit voluntarium. Et Demoſthenes contra Midiam: *Severiùs & gravius eos puniendos eſſe leges ſtatuerunt, quia data opera, conſulto, per contumeliam delinquunt, quàm reliquos, qui alio quopiam modo delinquunt.*

19 Ira præcipuè impetum animi habet, & acerbum, niſi ſtudiosè devitetur. Sibi enim ſtatim quod concipit juſtum perſuadet *can. illa* 11. *quæſt.* 1. ideò ſi poteſt, intrepidè exequitur. Proindè quæ revocari poſſunt, per iram facta, non prius rata habentur, quam ſi quis in mente defervente ira perſeveraverit, *l. qui quid ff. de reg. jur. l. divortium ff. de divort. l.* 1. *C. ſi quis Imper. maledix.* Hinc ex rixa oriuntur ferè inconſulta delicta ejus impetu concitatis animis, *l. ſi in rixa ff. ad l. Cornel. de Sicar. l. aut facta §. de quæſtore ff. de pœn.* Commovet iram, & quodammodò delictum admiſſum excuſat injuria illata, & juſtus dolor, *l. Gracchus C. ad l. Jul. de adult.* Animus enim perturbatus, & commotus nec ſe cohibere poteſt, nec quo loco vult. *Ira* inquit D. Ambroſius *de S. Joſepho* relatus *in can. ira* 11. *quæſt.* 3. *etiam innocentes ad crimen adducit, quia cum juſto amplius iraſcimur, & volumus aliena coercere vecordia, graviora committimus.* Et lex monet ideò Judices, ne corripiantur ira *l. obſervandum ff. de offic. Præſid. can. ſummoperè* 11. *quæſt.* 3. Nam ira perturbat maximè judicium animi, ut exemplo Theodoſii, conſtat, quo ipſemet in poſterum cautior factus poſtquam furoris illati in Theſſalonicenſes pœnituit, ſtatuit, ut ſententiæ Principum ſuper animadverſione prolatæ, in diem trigeſimum ab executore differentur *can. cum apud.* 11. *qu. ult.*

20 Unde in rixa natus, non animo ſedato, & ex propoſito, ſed provocatus, & juſtè ad iram commotus, ſi delinquat, lex illi ignoſcit, quia provocatus ulciſcitur, *l. qui cum major. §. libertus ff. de bon. libert.* Marſil. *in l.* 1. *in princ. ff. de Sicar. & conſ.* 119. *nu.* 7. abundè Farinac. *quæſt.* 91. *num.* 7. *& quæſt.* 125. *num.* 399. adeò, ut nulla pœna contendus videatur ex plurib. relatis ab eodem Farinacio *d. quæſt.* 125. *num.* 339. Caſtil. *dec.* 159. *num.* 27. *& ſeq.* Giurb. *conſ.* 17. *num.* 17. Cæpol. *conſ.* 41. *num.* 10. vel puniendus mitiùs Giurb. *loco allegat. nu.* 12. *&* 17. Ciarlin. *coner. for. cap.* 116. *num.* 55. *& ſeq.* Merlin. Pignatel. loquens de quodam barbellio, qui injuriis affectus occiderat in carceribus magnæ Curiæ injuriantem *cont.* 1. *cap.* 66. *num.* 30. Campan. *pr. forinſ. reſol.* 16. *nu.* 6. *& 7.*

21 Neque inquiſitio eſt neceſſaria, an illicò, & incontinenti percuſſio, ſive repercuſſio ſucceſſerit, an ex intervallo, & deinde ejuſdem rixæ calore, niſi in caſu, quod homicidii prætenderetur totalis impunitas, ut advertit idem Farinac. *citata quæſt.* 125. *num.* 339. *& ſeq. & quæſt.* 126. *num.* 214. Et in ſumma, ſi probè de hoc homicidio, vel mutilatione, ut de aliis velis judicare, conſidera res ipſas, videlicet crimen ipſum, an caſu, ex improviſo, an verò ex dolo. Subinde perſonas, quæ ſint, num perditi homicidæ, integræ vitæ, honeſtæ, ac honoratæ, promptæ ultionum, invadentes, rixoſæ. Poſtremò negotium, qua mente patratum, in qua cauſa, in ludo, in contentione, in ira, in furore, conſulto, præmeditatè, & hujuſmodi alia. Introductio enim aſylorum maximè primum obtinuit, ut ſupplices innocentes conſervarentur, ac defenderentur ab injuriis, non ut ledentes alios impunitatem conſequerentur §. *neque autem norat. de immun. Eccleſ.* alioquin intempeſtiva videtur hæc miſericordia, & dolo proxima, ut dicitur ab Ulpiano *in l. ſi hominem ff. de d. noſ.*

22 Sententiæ Philonis Judæi *lib. de ſpecial. legib.* de jure aſylorum impiis denegando, digna eſt quæ hic adſcribatur: *Homicidæ* inquit, *cenſendi ſunt, non ſolùm qui interimunt, ſed etiam qui nihil non conantur, clamque palamque, ut interficiant, etiamſi non perpetraverint facinus. Quod ſi præmetu, vel audacia vitiis contrariis in Templa irrumpere tentaverint impunitatis invenienda gratia, prohibenda ſunt: ſin autem jam ſurrepſerunt, dedendi ſunt ad ſupplicium cum hoc præconio; Hominibus nefariis in fano jus aſyli non deberi. Nam quiſquis malum dat incurabile, inimicus eſt Deo. Homicida autem ladit immedicabiliter, quia occiſus non poteſt in integrum reſtitui. Pollutos verò inelusibili ſcelere abolendo, nulla mora temporis dignabimur aditu ſacrarum ædium, quos nec privata quidem domus honeſti viri, & ſanctitatem amantis admitteret,* & cætera, quæ ibi copiosè, ac eruditè in hanc rem expenduntur.

Non obſtant textus *in cap. fin. de immunit. Eccleſ.* & 23
Conſtitutio Gregoriana, in qua verba d. textus ſunt relata; Quia doctores illa intelligenda eſſe, aiunt de homicidio animo deliberato, & ex propoſito, non rixoſo, & inconſulto calore commiſſo, eoque minus ad provocationem, vel ad ſui defenſionem, Ægyd. *d. conſ.* 13. Remig. *d. fall.* 2. *num.* 4. Merlin. Pignatel. *cap.* 55. *num.* 31. ubi, quod ſine dubio in delicto caſuali, vel in rixa patrato ceſſant omnes rationes à Gregorio Nono *in d. cap. fin.* conſideratæ, ut per Sperel. *decif.* 59. *num.* 26. & alios ſuperiùs adductos, accipientes verba illa: *homicidia in ipſis Eccleſiis committere non verentur* in potiori ſignificatione, & ſic in homicidio deliberato, prout ſemper in pœnalibus ſunt accipienda ex *l.* 1. §. *qui in perpetuum ff. ſi ager. vectigal.* Grat. *con.* 85. *numero* 4. *lib.* 1. Simon. de Petr. *conſ.* 188. *num.* 11. Menoch. *conſ.* 276. *lib.* 2. Guaz. *defenſ.* 29. *cap.* 2. *num.* 13. Giurb. *conſ.* 50. *nu.* 34. ſicuti de verbo illo *Aſſaſſini* intelligit Sperellus de aſſaſſinis, qui occidunt, non de iis, qui vulnerant tantum, & occidere voluerunt in ſua *decif.* 102. *nu.* 37. & 48. ubi conſiderat, quod eadem Conſtitutio Gregoriana ſemper ad ſupremum gradum delictorum proipexit. Et de hac re nos alibi. Idque idem exprimitur in materia ſalviconductus, qui ſi Bannitis, ſive exulibus concedatur, vel aliis criminum reis, & poſt illum obtentum deliquerint in rixa, non autem deliberatè, beneficio ſalviconductus non privantur, ut pluribus firmat Cabal. *caſ.* 118. *ex numer.* 1. & Paſchal. *de patr. poteſt. p.* 4. *cap.* 3. *numero* 18.

Eoque maximè ſi poſt commiſſum homicidium, vel 24
mutilationem in una Eccleſia, delinquens ad aliam confugerit. In hoc enim caſu præſumptio illa juris, quæ eſt, quod delinquens in Eccleſia præſumatur ſub ſpe immunitatis delinquere, de qua per Oſt. *in d. cap. fin. nu.* 2. *de immunit. Eccleſ.* & per Seſſ. *deciſ. Arag.* 141. *num.* 10. ceſſat bifariam, ut advertit Mar. Ital. *de immunit.* §. 3. *cap.* 5. *numero* 5. & Doctores *d. tom.* 2. allegati, qui volunt, quod homicidio commiſſo in Eccleſia poteſt interim reus comprehendi in Eccleſia, ſed poſtea conſtito, quod non deliberatè, & ex propoſito deliquerit, debet ab Eccleſia defendi, Azor. *p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 9. *quæſt.* 9. Farinac. *de immunit. cap.* 16. *numer.* 241. Gutier. *quæſt. civil. lib.* 3. *quæſt.* 1. *numer.* 8. Bobadil. *polit. lib.* 2. *cap.* 14. *numero* 24. *& ſeq.* Azeved. *leg.* 3. *numero* 25. *lib.* 1. *tit.* 25.

De probationis autem requiſitis ad extrahendum 25
reum ab Eccleſia plura ſæpè dixi, nunc etiam edico, quod an reus gaudeat, anne, non eſt per præſumptiones decidendum ſed à Judice Eccleſiaſtico ſunt faciendæ probationes, ut per Farinac. *conſ.* 76. *& conſ.* 168. *à numero* 21. Ambroſ. *de immunit. cap.* 11. *numero* 3. de Ballis *de inſul. in Eccleſ. numero* 50. & Ricc. *collect.* 2792.

Alii verò inquiunt, à Clemente VIII. fuiſſe etiam 26
juſſum per litteras in forma Brevis directas Archiepiſcopo Panormitano 6. Februarii 1597. quas alibi refero, ſufficere, ſi Epiſcopus ſe informet de qualitatibus commiſſi criminis ſummariè ſimpliciter, & extrajudicialiter, quantum pro ſuæ conſcientiæ informatione ſibi viſum fuerit, & ita in Congregatione S. Conſultæ deciſum refert Farinac. *conſ.* 186. *lit. A.* Caſtil. *deciſ.* 156. Gambacurt. *de immunit. cap.* 16. *numer.* 8. & 9. & *cap.* 15. *num.* 6. Sicque autem dubium aliquod ſit ſuper qualitate criminis, major diligentia debet adhiberi Giurb. *conſ.* 50. Tenetque, Farinac. *conſ.* 76. *nu.* 3. non poſſe Epiſcopum delinquentes Curiæ ſæculari tradere, niſi

niſi conſtito prius de delicto plenè, certè, & concludenter, quia non poteſt dici verè conſtare de delicto per præſumptiones, *arg. l. Lucius*, ubi Bartol. *ff. de cond. & demon.* Nam conjecturæ, & indicia non faciunt probationem de jure, niſi in caſibus expreſſis, Alexandr. *in l. licet Imperator ff. de legat.* 1. *numero* 4. ibique Jaſ. *num.* 13. Gama *deciſ.* 363. *num.* 3. Alii verò cum Remigio *de immunit. quæſt.* 2. *num.* 12. dicunt, ſufficere ſummariam cognitionem judicii. Alii tandem opinantur, quod ſi de remiſſione rei agatur de uno ad aliud Regnum, tunc plena requiritur probatio delicti, ita ut ſatis non ſint indicia, & conjecturæ, Gama *dec.* 279. *num.* 1. *&* 2. Avendan. *de exequend. mand. cap.* 7. Grat. *conſ.* 91. *n.* 24. *vol.* 2. Aut de uno ad alium ejuſdem Regni Judicem remitti petitur, reus, & tunc indicia, & conjecturæ ſufficiunt, Gama *d. dec.* 363. Guaz. *def.* 1. *cap.* 17. *num.* 63. Grat. *loc. cit. num.* 24. Si verò agatur de immunitate Eccleſiæ in delicto, cui Eccleſia non patrocinatur tunc ſi non plenè, ſed per indicia probatum ſit crimen, quæ ſufficiant ad torturam, ſatis erit, nec fruatur immunitate Gama *dec.* 179. *num.* 2. *&* Caſtil. *dec.* 156. *num.* 9. Guazz. *d. cap.* 31. *num.* 9.

27 Ego tamen, omiſſis omnibus dicendi modis, quos alibi impugnavi, ac rejeci, iterùm, ac tertio aſſero cum Sperello *dec.* 101. *tom.* 2. *n.* 17. poſt alios, quos allegat, reum, qui confugit ad Eccleſiam non eſſe Curiæ ſæculari tradendum, niſi conſtito prius coram Epiſcopo, non per indicia, & præſumptiones, ſed per veras, & concludentes probationes, ipſum aliquod crimen exceptum commiſiſſe. Hanc ſententiam præter Farinac. *conſ.* 76. *num.* 3. Ambroſin. *cap.* 11. *de immunit. num.* 4. Peregrinum, & Caſtillum tenet Sperellus *loc. cit. num.* 17. & mordicus alibi propugnavi. Et probatur ex verbis d. Conſtitutionis Gregorianæ, ibi: *Cognito, &c. an ipſi verè crimina ſuperius expreſſa commiſerint.* Non poteſt autem dici verè conſtare de eo, quod præſumptionibus conſtat *l. unica*, ibi: *Quia ex conjectura non propriè ſcriptum videretur, ff. ſi tab. teſt. nul. ext.* Falcon. *inter conſil.* Farinac. *conſ.* 76. *in fine*, aliique ſuperius adducti. Nam præſumptiones juris in civilibus eſſe probationes, in criminalibus verò non eſſe veras probationes, ſicut in re ſimili, ubi vera requiritur confeſſio, non ſufficit ficta, Bald. *in l. cogi C. de pet. hæred.* quemadmodum indicia ſufficientia ad torturam perperam putabat Sanfelic. *dec.* 325. *tom.* 3. ut, probata qualitate aſſaſſinii, Clericus privetur fori privilegio ex Regente Salernitano *deciſ.* 21.

28 An autem hodie ſufficiant indicia indubitata, & quæ illa ſint, & qualiter ſit formandus proceſſus in utroque foro in caſu extractionis, & an Judex ſæcularis poſſit, ac debeat ſtare proceſſui Judicis Eccleſiaſtici, an contra alibi diffuſè, & paſſim diſcepravi: legatur Sperel. *dec.* 101. qui meritò reprehendit Ciarlin. *cap.* 12. adducitque, Farinacium canentem palinodiam, impugnatque Gambacurtam, & alios, quod ſi Princeps conſtituat certum modum probandi delicta, non præjudicat Immunitati Eccleſiaſticæ prohandæ, Giurba *conſ.* 90. *& conſ.* 100. ubi qualiter proceſſus & quid pro extractione fieri debeat, Ciarlin. *cap.* 151. *com.* 2. *& cap.* 155. *&* 162. & nos aliàs ex declarationibus Sacrarum Congregationum. Oportet igitur probari delictum qualificatum, & exceptum per concludentes probationes, non autem per præſumptivas, ut latè Vermigliol. *conſ.* 97. Caſtigare tamen hic de eo inſignes inepcias, & verè emorarum mentium aberrationes multorum, qui dixerunt, ad Judicem ſæcularem ſpectare interdum cognitionem, an delictum ſit exceptum à Conſtitutione Gregoriana quod ſit mixti fori, ideòque ad Eccleſiaſticum, & ad ſæcularem ſpectans, ut tenuerunt Belluga, Remigius, & alii, quos refert Germon. *lib.* 3. *de ſacr. immunit. cap.* 16. *num.* 21. & latè proſequitur Pereira *de man. reg. p.* 2. *cap.* 56. *num.* 12. ac relati à Martha *p.* 2. *cap.* 1. *num.* 10. traditque Fagundez *præcept.* 20. *lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 57. Suarez de Paz. *in pr. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 40. Et quando reus eſt in poteſtate Curiæ ſæcularis, tunc Judex laicus facit decretum de repoſitione, Maranta *p.* 2. *reſp.* 45.

Hæc enim ſententia pugnat cum tenore dictæ Con- 29
ſtitutionis Gregorianæ, quæ ubique recepta eſt, & ſecundum eam plures deciſiones Collateralis Concilii emanarunt, ut deciſum refert Regens Aponte *deciſ.* 14. præter Merlin. *tom.* 1. *cap.* 6. *& tom.* 2. *cap.* 55. Regens Sanfelic. & alii. In Conſtitutione autem dicitur, ſolum Judicem Eccleſiaſticum eſſe competentem in hac materia. Quod etiam antea decretum erat *in cap. fin. de immunit. Eccleſ. & in can. ad Epiſcopos* 17. *quæſt.* 4. & in *can. metuentes ead. cauſ. & quæſt.* Lotther. *de benef. q.* 15. *num.* 96. Quia cauſa immunitatis eſt Eccleſiaſtica, idèoque ab Eccleſiaſtico Judice tractari debet. Neque valet conſuetudo contraria, quia Conſtitutio Gregoriana tollit omnes conſuetudines in contrarium, ut etiam obſervarunt Diana *p.* 1. *tract.* 1. *reſ.* 1. & Cened. *quæſt. can.* 42. *num.* 12. ac Bonacin. *in decal. diſp.* 3. *quæſt.* 7. *punct.* 10. *num.* 3. Unde hodie non ſunt audiendi Doctores aſſerentes, quod, licet in aliquibus caſibus pro immunitate aſſiſtat jus Canonicum, contrarium tamen de conſuetudine ſervari reſtantur, eamque fore attendendam. Nam, ut dixi, per Conſtitutionem præfatam omnes conſuetudines penitus tollumur. Tuſch. *v. Immunitas concl.* 59. *à num.* 19. Quarè minus audiendus eſt Ludovicus Correa *p.* 1. *num.* 18. ubi effutiit, conſuetudinem magnam vim habere circa immunitatem Eccleſiarum, & ſic in multis caſibus Judices recurrunt ad illam. Quæ ſententia falſa eſt. Nam hodie Judices in caſibus contingentibus non ad aliam conſuetudinem recurrunt, neque recurrere debent, quam ad Conſtitutionem Gregorianam, tanquam ad Cynoſuram Eccleſiaſticæ immunitatis, alioquin cenſuras incurrent, non refragante, quod Epiſcopi, ac Summi Pontifices ejuſmodi improbis conſuetudinibus non contradicant. Nam, ut ait Pacian. *de prob. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 87. Raudenſis *deciſ. Piſan.* 36. *nu.* 265. *p.* 1. & Farinac. *in append. cap. num.* 15. illis non conſentiunt, ſed ſimulant ad majora mala evitanda, ex *cap. jamdudum de præb.*

Et ex citata Conſtitutione Gregoriana aſſero contra 30
Pereiram *loc. cit. num.* 10. Cognitionem loci, an ſit ſacer, & religioſus, ad gaudendum immunitate, non ſpectare ad Judicem laicum, ſed privativè ad Eccleſiaſticum, quod etiam firmat Giurba *conſ.* 10. *num.* 7. Bonacin. *in decal. diſp.* 3. *quæſt.* 7. *punct.* 3. *num.* 16. Peregrin. *de immun. cap.* 13. *num.* 18. Martha *de juriſd. p.* 2. *cap.* 50. *n.* 4. Raudenſ. *vol.* 2. *conſ.* 17. *num.* 12. & liquet ex *cap. ex parte de verſ. ſignif.* ubi caſus hic definitur. Nam ibi tractatur, an territorium Eccleſiæ ſit violatum. & dicitur, quod talis cognitio ſpectat ad Judicem Eccleſiaſticum. Immo Comitiſſa habens intereſſe appellat Archiepiſcopum, ut rectè Diana *p.* 4. *tract.* 1. *reſ.* 49. Novar. *in ſum. Bull. de immunit. num.* 93. qui etiam firmant, ad Judicem Eccleſiaſticum ſpectare cognitionem, ſi comprehenſus à ſatellitibus affirmat fuiſſe comprehenſum in loco immuni, illis negantibus.

Quod verò ad ſecundum Doctores communiter pro- 31
bant, mandantem committi homicidium in Eccleſia gaudere immunitate, ut Thom. Delben. *de immunit. cap.* 16. *dub.* 19. *ſect.* 8. Lezan. *v. Immunitas num.* 11. Bonacin. *diſp.* 3. *de immun. q.* 7. §. 4. *num.* 9. Dian. *p.* 1. *tr.* 1. *reſ.* 10. aliique. Nam mandans homicidium committi in Eccleſia, non dicitur occidere, vel mutilare. Sicut autem cenſura lata contra facientes aliquid non ligat mandantes, vel conſulentes, niſi in ſententia cenſuræ exprimantur, ut in caſu Canonis, *ſi quis ſtudente* 17. *quæſt.* 4. per quem textum excommunicatur percutiens Clericum, non tamen incurriſſet mandans perſecuti, niſi expreſſe exprimeretur per textum *in cap. mulieres de ſent. excom.* Ita pœna privationis immunitatis, lata contra homicidas, vel mutilatores, non afficit mandantes

vel consulentes, quia Constitutio solum excipit homicidium physicè commissum in Ecclesia, & intelligitur de homicidio consummato in Ecclesia, ut luculenter Castropal. *de immunit. p. 4. n. 17.* Dian. *p. 1. tract. 1. resol. 10. & p. 6. tr. 1. resol. 7.*

32 Non obstat, quod qui per alium facit, per se ipsum facere censetur *cap. qui per alium de reg. jur. in 6.* Occidens autem vel mutilans in Ecclesia privatur immunitate, atque adeò privabitur etiam mandans homicidium, vel mutilationem; quia hoc non est extensio legis pœnalis, sed interpretatio juxta legis dispositionem.

33 Nam respondeo quòd faciens aliquid per alium, censetur per se ipsum facere, non verè sed fictione juris. Pœna autem privationis immunitatis imposita est propter veram, ac realem occisionem, vel mutilationem, non propter eam, quæ fictione juris reputatur talis.

34 Quia Summus Pontifex Gregorius in illa Constitutione loquitur de homicidiis, ac mutilationibus veris, ac tollit facultatem interpretandi, & extendendi suam Constitutionem ad alios casus in illa non expressos.

35 Itaque argumentum procedit solum quoad culpam, non quoad pœnam, ut rectè Avila *de censur. p. 2. cap. 1. disp. 3. dub. 20.* Donat. *de asyl. resol. 131.*

36 Minus obstat, quod mandans extrahi aliquem ab Ecclesia incidit in excommunicationem dictæ Constitutionis. Ergo etiam mandans, aliquem occidi in Ecclesia privabitur immunitate.

37 Nam dispar est ratio, ideòque non infert *l. Papinianus exul. ff. de min.* Constitutione enim excommunicantur extrahentes, vel attentantes extrahi, non autem excipiuntur mandantes occidere. Quare mandans homicidium, vel mutilationem in Ecclesia, sive in ea sit, sive extra eam, gaudet immunitate, quia non dicitur propriè, verè, ac reipsa occidere, vel mutilare, ut concludunt Farinac. *in append. cap. 16. num. 231.* Bonac. *d. disp. 3. quæst. 7. punct. 6. §. 2. numero 10.* Thomasius *de immunit. tr. 1. tit. 3. num. 238.* & Pax Jordan. *cod. tr. lib. 11. tit. 3. num. 254.* & nos alibi.

CONSULTATIO XXIII.

An, & quatenus Clericus vulneratus à laico possit à Iudice laico examinari, & fieri recognitio corporis delicti absque incursu censurarum? Possitque Iudex laicus à Clerico doceri, ac inquirere contra laicum offensorem dicti Clerici? Et quid de examine Clerici, ad perpetuam rei memoriam excepto à Notario laico coram Iudice laico?

1 ET sanè potest Judex laicus adire Clericum vulneratum ad eliciendam veritatem, & excipiendam ab ipso postulationem contra laicum vulnerantem. Nam id non reperitur prohibitum, immò de jure permissum est Judici laico excipere, & Clerico exhibere postulata, etiam in casu, quo sit imponenda pœna ultimi supplicii, præmissa tamen protestatione per Clericum, quod ad illa n agere non intendit, ad tradita per Clar. *quæst. 14. num. 3.* ubi quod hæc sit praxis, & hoc vidit sæpissimè servari, & prosequitur Farinac. *q. 12. n. 2.* Et quod Iudex laicus possit disquirere à Clerico, ut exponat facti seriem circa crimen in eum commissum, & tradat insignia, si quæ habet contra delinquentem, est textus *in cap. tua nos 19. §. ad ultimum de homicid.* & post Abb. *nu. 8.* tradit Bellet. *disq. Cler. p. 1. tit. de discipl. Cler. §. 5. nu. 144.* Maximè verò pro habenda simplici declaratione, seu informatione, quæ est licita ad instar querelæ, de qua *in cap. Prælati de homic. in 6.* & ad instar Clerici actoris voluntarii ex Farinac. *quæst. 7. num. 87.*

2 Atque adeò potest recognoscere vulnera, cum nihil aliud sit recognoscere vulnera, quam insignia delicti, quæ Iudex laicus à Clerico exquirere, & habere potest juxta textum *in cit. cap. tua nos d. §. ad ultimum*, ibi: *Si qua scivit vel traderet insignia.* Quorum quidem vulnerum magnitudo, & locus attendi debet, *l. vulneris ff. de injur.* & quorum probatio fit per evidentiam facti, ut comprobat Mascard. *de probat. in quæst. procem. 8. de probat.* quæ fit per evidentiam facti sub *num. 10.* Ubi quod si probare velim, Titium fuisse vulneratum, id facilè fieri poterit per ostentionem loci, in quo asseritur illatum fuisse vulnus absque alia probatione testium, & allegat textum *in d. l. vulneris ff. de injur.* Bald. *in l. fin. C. de reb. cred.* & confirmat ex *l. pediculis §. Neratius*, ibi: *Ex aspectu vasorum facilius intelligi potest, de aur. & arg. leg.*

Hujus autem evidentiæ aspectus, cùm cadat naturali 3
ratione sub sensu corporis, quamvis de facto passivo Clerici, sicut nemini, ita multò minus Iudici, quamvis laico, videri potest interdictus, sicut nec super ea probatio per instrumentum, cum hæc versetur circa facti evidentiam, quæ est quid extrinsecum, & omninò diversum à persona Clerici, quemadmodum non esset inconveniens, aut prohibitum, quod Iudex laicus mandaret confici instrumentum de evidentia benedictionis, dum Summus Pontifex die Paschatis solemniter populo benè deprecatur. Evidentia autem sanitatis, & infirmitatis alicujus corporis probatur per aspectum ejusdem corporis, ut observat Bartol. *in l. 1. num. 4. C. de mendic. valid. lib. 10.* De iis enim, quæ cadunt sub sensu visus, vel auditus, rogari potest notarius, eaque ex officio potest in instrumento conscribere, quidquid sit, si ageretur de infirmitate occulta, quæ non pateret ad sensum, ut scitè Bald. *in l. 1. C. de confess. sub numer. 19.* & pluribus ad hanc rem Mascard. *de probat. v. infirmitas conel. 896. præcipuè num. 13.*

Neque obstat, quòd cognitio corporis delicti, tan- 4
quam aliquid judiciale, non possit exerceri super corpore Clerici, sicuti non potest exerceri in locis sacris, deducto argumento à loco ad personam. Nam argumentum ad rem non adaptatur. Qui enim actus judiciales exercet in loco sacro, eo abutitur ad alios usus, quàm divinitùs institutos, ut disertè dicitur *in cap. decet de immunit. in 6.* Quod non contingit in corpore Clerici, quod non violat Iudex laicus, quamvis de evidentia vulnerum in illud illatorum per aspectus seorsum positos conficiat Instrumentum. Unde cum sit diversa ratio, dispositio illius decretalis non debet extendi, arguendo à cessante ratione legis. Quod argumentum si in aliis materiis, ut hac maximè est validissimum, cum lex, ejusque ratio in ligando idem sint, ac invicem confundantur, ut latè Tiraquel. *in tr. cessante causa num. 133. & seqq.* ac signatè *num. 140.* Præcipuè cum illa sanctio sit pœnalis, ac proindè non extendenda, ut notat Glossa *v. processus*, ubi propterea concludit ex eo, quod, ibi lex irriter processus, non inferri ad irrationem contractuum, quia lex illam non expressit.

Qua in re advertendum etiam potissimum est, quod 5
contra exercentes in locis sacris actus judiciales, ac allos in ea decretali prohibitos, non fertur excommunicatio latæ sententiæ, sed ordinarii compellere debent ad illius observantiam pœnis arbitrariis, quas extendere possunt, etiam ad excommunicationem ferendam, non ergo latam. Qui si esset lata, non esset locus arbitrio, cui locum esse tradit ibi Gloss. *v. compescant.*

Hæc tamen assertio limitanda est, primò, ut Iudex lai- 6
cus præveniat in causa. Secundò, ut Clericus vulneratus non sit translatus ad hospitale, vel alium locum sacrum, vel si mortuus non sit elatus ad Ecclesiam. Tertiò, ut Iudex laicus non examinet Clericum auctoritativè, deferendo ipsi juramentum, quod in nullo casu potest ei deferre, sed Episcopus, ut per Farinac. *de testibus quæst. 75. num. 88.*

Quod si laicus examinat Clericum invitum præcipuè 7
cum juramento in criminalibus, incurrit excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, ut in specie advertunt Chartar. *in pr. interrog. reos lib. 1. cap. 2. n. 12.* Ambrosin. *de immun. cap. 17. nu. 23.* ubi referendo eandem Bullam, inquit, nec Iudices sæculares posse examinare, & interrogare Clericos ad effectum criminis indagandi, Scacc. *de judic. lib. 1. cap. 86. numero 50.* de Grass. *effect. Cle-*

ric. 1. num. 255. ubi subdit, pro cautela Clericorum, quod si de facto aliquis reperiretur Officialis, qui esset tam rotundus conscientiæ, ut excommunicationis sententiam vilipenderet, ipsi antè, & post protestentur, Locatel. *inspect. 5. num. 135. & seq.* ait, quod hodie ex Dicta Bulla excommunicantur laici, qui volunt compellere Clericum ad respondendum in criminalibus, nil refragante, quod Bulla procedat in trahente Clericum, quia procedit etiam in usurpante, ac perturbante jurisdictionem Ecclesiasticam, & sic in examine Clerici cum juramento, quod solum Judici Ecclesiastico est permissum. Quod autem ex sola perturbatione jurisdictionis incurratur excommunicatio, probat textus *in cap. 1. de offic. deleg.* & fusè Chartar. *de immunitt. p. 4. num. 453. & ex num. 461.* asserit, quòd si aliquid agitur, vel auferatur Ecclesiæ, quod ei competit jure communi, semper dicitur fieri contra libertatem Ecclesiasticam, & quod examen Clerici in criminalibus coram laico incompetenti factum censeatur semper involuntarium, & coactum non autem voluntarium, ac spontaneum, nisi tale probetur, tradit Locatel. *d. inspect. 5. num. 145.*

8 Delatio autem juramenti excluditur ex ipso processu laicali, ex quo probatur negativa, ut per Herculan. *tract. de proban. negat. num. 246.* & Mascard. *d. quæst. 8. num. 10.* Vel ex dictis testium, qui narrando totam facti seriem, nihil de juramento deponunt. Vel ex declaratione Chirurgi, quæ plenè probat, & fieri potest sine partis citatione juxtà doctrinam Baldi *in auth. hodie* per illum textum *C. de juram calumn.* & aliis adductis docet Mascard. *de prob. conel. 682. nu. 31.* adeò, quod non sit attendenda depositio Clerici, qui tempore actus metu mortis perturbatus, rem, prout erat, assequi memoria non poterat, ut advertit Imperator *in §. illud quoque auth. de trient. & semis. & in l. hac consultissima §. at cum humana*, ubi Glos. *v. memoria C. qui testam. facer. pos.*

9 Quare Judex laicus examinans Clericum ad veritatem indagandam non incidit in excommunicationem, nisi illum examinet, uti principalem quoad se, ac uti testem quoad alios per ea, quæ tradit Duard. *in Bul. Cœn. can. 19. quæst. ult.* Bonac. *de censur. in part. disp. 1. q. 10. pun. 2. num. 10.* Sperel. *dec. 50. num. 12.* ubi sub *num. 10.* reddit rationem, quia nisi Judex laicus exerceat hujusmodi actum in vinitum, non dicitur trahere Clericum ad suum tribunal, qui est actus à jure prohibitus, & sub *num. 13. & 74.* subdit, quòd omissio licentiæ Superioris Ecclesiastici, tanquam levis solemnitatis non vitiat, quia est quid accidentale, & extrinsecum. Quod antè ipsum annotarunt adducti à Farinac. *quæst. 61. num. 184.* & à Bellet. *in tit. de Cler. test. §. 2. num. 3. & §. 3. num. 5.* ac demum in ea decisione concludit, quòd licet regulariter Judex laicus peccet examinando Clericum sine licentia, hæc tamen regula non procedit, quando bona fide, ac zelo justitiæ ductus, illum examinat, maximè si ob temporis angustiam illam petere prætermiserit. Id quod intelligo absque juramento non autoritativè, & non coactum, ac præventivè.

10 Hinc, dato etiam examine formali cum omissione licentiæ, declaratoria censurarum erit nulla, cùm hic actus non reperiatur à jure prohibitus sub censura latæ sententiæ. Cùmque simus in omissione levi, ne per hominem quidem ferri poterit, stante potissimum circumstantia periculi, & temporis brevitate. Nam excommunicatio pro re levi est ipso jure nulla, & dicitur continere expressum errorem juris, quo sanciatur, neminam pro re levi esse excommunicandum, ut per ea, quæ tradit D. Thom. *2. 2. quæst. 59. art. 4.* Covar. *in cap. alma mater p. 1. §. 9. num. 2.* & Menoch. *de arb. cas. 542. num. 14.*

11 Et ad hunc casum non adaptantur quæ de usurpatione jurisdictionis Ecclesiasticæ aliqui differunt. Nam usurpatio alienæ jurisdictionis non est, nisi præsetur actus impeditivus alienæ jurisdictioni, eamque sibi quis arroget cum dolo, & animo inferendi injuriam personis, jurisdictionem legitimam habentibus, quarum nihil in hoc casu fieri suppono, ut egregiè Menoch. *cons. 231. num. 21.* Eugen. *cons. 31. num. 36. lib. 1.* ubi; quod hæc conclusio est juxtà mentem omnium, Gabriel. *cons. 167. num. 9. lib. 2.* Honded. *cons. 95. num. 32. & seqq. lib. 2.* Farinac. *de crim. læs. majest. tit. de usurp. jurisd. quæst. 104. num. 10.*

12 Idque præsertim si accedat nullitas ex defectu proba- 12
tionis Clericatus. Ea enim qualitas, tanquam fundamentum intentionis est plenè, ac concludenter probanda, ut latè in his terminis Graff. *dec. aur. cap. 18. num. 155.* de Graff. *de effect. Cler. in prælud. num. 215.* & Covar. *pr. cap. 33. num. 3.* Præsertim in Clerico forensi, in quo casu notarium non excludit ignorantiam, ut in specie Mascard. *conclus. 879. num. 19.* Et notorium probandum est quoad personam excommunicandi, prævia citatione in probatione hujusmodi notorii ante promulgationem declaratoriæ, ut ex Imola, Decio, Socino, Covarruvia, & aliis, hæc re discussa, concludit Menoch. *d. cas. 542. num. 20.* Tolliturque hujusmodi ignorantia juramento ipsius Judicis laici, quo ignorantiam probari etiam *in canone, si quis suadente*, est textus expressus *in cap. si verè de sent. excom.*

Vel si intercedat, ut sæpiùs defectus citationis, ut si 13
facta fuerit per edictum, ac domi, quæ non potest fieri, nisi in subsidium, quando scilicet quis impedit se citari, ut est in casu Sperelli *decis. 48.* vel quando citandus est in loco non tuti accessus ad textum *in Clem. 1. de judic.* & tradit Vbert. *de citat. cap. 12. num. 219.* Vel si citatio fuerit executa exempli gratia die 15. hora 20. cum termino viginti quatuor horarum, quæ intelligi debent de tempore continuò, sicuti dicimus de termino decem dierum dato ad appellandum, ut speciatim arguit Vbert. *loc. alleg. cap. 10. num. 298.* ac proinde prima dies post ejus lapsum erat dies subsequens 16. post horam vigesimam usque ad noctis tenebras juxta textum *in l. 2. §. deindè ff. de orig. jur. & cap. consuluit*, ibi: *nos eam procedendi horam congruam intelligimus, ex qua possit ante noctis tenebras perfici, quod incumbit ei de offic. deleg.* & latiùs Vbert. *d. cap. 10. numero 281.* Vt proindè declaratoria extrà terminum lata, remaneat sine citatione, & consequenter sit nulla, ut in hac specie Menoch. *d. cas. 542. numero 19. & seq.* ubi loquitur in terminis declaratoriæ excommunicationis latæ sententiæ.

Quibus non adversantur tradita per Sperellum *decis.* 14
48. num. 54. & seqq. lib. 1. Ibi enim firmat, non requiri trinam monitionem, non autem ait, non requiri citationem, quæ omnino est necessaria juxta ea, quæ docet Menoch. *loco allegato*, ad cujus terminos intelligendus est Sperellus, dum eum allegat in citata *decis. 48. num. 56.*

Judex igitur laicus in tali casu absque violatione juris- 15
dictionis Ecclesiasticæ potest doceri, & cognitionem à Clerico accipere contra dictum laicum. Quia cùm possit Clericus convenire laicum coram Judice laico, tanquam sequens forum rei, potest etiam Judex prosequi causam, & proinde potest ea omnia exercere, sine quibus causam prosequi non posset, juxtà *l. cui jurisdictio ff. de jurisd. omn. Iudic.* ubi statuitur, quod data jurisdictione, ea omnia concessa censentur sine quibus jurisdictio exerceri non potest. Unde poterit Judex laicus accipere, etiam à Clerico necessariam cognitionem contra reum laicum, alioquin non posset suam jurisdictionem exercere. Quod est juxta dispositionem *cap. si Clericus, & cap. cum sit generale de for. compet.* ubi Glossa & Doctores. Ideòque enim laicus potest reconvenire Clericum coram Judice laico in civilibus, ut desumitur ex *can. 1. caus. 3. quæst. 8. & cap. 2. de mut. petit.* traduntque Glos. *in cap. 2. de for. comp.* Afflict. *decis. 173.* Boer. *dec. 14.* Surd. *cons. 396.* Graf. *p. 1. decis. lib. 4. cap. 18. numer. 124.* Quia scilicet causa reconventionis est annexa cum causa conventionis, &

non est circa personam Clerici, sicut est causa criminalis. Hæc autem ratio à fortiori locum habet quoad cognitionem, sive informationem capiendam à Clerico in causa conventionis. Siquidem informatio non est annexa causæ conventionis, sed ipsi inviscerata, sine qua non potest causa expediri. Undè præbet sufficiens fundamentum, ut possit Judex laicus hujusmodi informationem accipere, dummodo, ut dixi, Clericus in tali casu non exhibeat juramentum coram Judice laico, capiente informationem, sed in tribunali Ecclesiastico, ut declarat etiam S. Congregatio super Episcop. & Regul. in Civitatis Castellanæ 14. Aprilis 1615. & in Mutulensi 24. Januarii 1633.

16 Neque obstat, quod delictum commissum est contra Clericum, ac proinde est sacrilegium, habetque annexam excommunicationem, ideòque spectare videtur ad forum Ecclesiasticum. Id enim non obstat, quin possit Judex laicus partes suas exequi, ut *in d. cap. cum sit generale de for. compet. & in cap. felicis de pœn. in 6.* ibi: *Per hoc quoque sæcularibus potestatibus non adimimus facultatem utendi legibus contra tales, quas adversus sacrilegos Catholici Principes ediderunt.* Ex quibus constat, quod non obstante sacrilegio, & excommunicatione, possunt Judices laici procedere contra suos subditos. Ibi enim agitur de offendentibus S. R. E. Cardinales, qui committunt sacrilegium, & incidunt in excommunicationem.

17 Quatenus verò ex dictis adhuc restaret aliquod dubium, censerem, hujusmodi Judicem laicum absolvendum esse ad cautelam.

18 De examine verò ad perpetuam rei memoriam, facto à Clerico, & excepto à Notario laico coram Judice laico, si examen hujusmodi factum fuerit judicialiter cum interrogatoriis, & juramento ab ipso Judice sæculari, vel ejus Notario, tanquam superiori, exhibito eisdem Clericis, in hoc casu certum est incurrisse omnes in censuras. Nam Judex, vel Notarius sæcularis interrogando, & exhibendo judicialiter juramentum Ecclesiasticis, usurpat jurisdictionem Ecclesiasticam, atque adeò committit in Sacros Canones. Secus autem si absque interrogatoriis, & absque juramento. Quare legendum erit in his casibus examen. Quod si adhuc supereset dubium, an in hujusmodi examine usurpata fuerit aliqua jurisdictio Ecclesiastica, ut si sub initio examinis diceretur coram D. Gubernatore. Pro Clerico N. contra quoscumque examinatus fuit in palatio. Curiæ sæcularis per me ad perpetuam rei memoriam N. & N. Clericus &c. In hoc & hujusmodi casu, absolvendi sunt omnes, tam ipse Gubernator, & Notarius, quàm ipsi Clerici ad cautelam, ut censuit S. Congregatio Immunitatis in Portuensi 21. Augusti 1663. De quo, & nos alibi.

19 Quod si dixerint, fuisse absolutos occasione Jubilæi etiam in casu, in quo requiritur remissio partis, & ea obtenta fuerit, absolutio non suffragatur, & ideò resiggendi sunt cedulones.

CONSULTATIO XXIV.

An, & quatenus Legati, ac Nuncii Sedis Apostolicæ possint damnare ad pœnam capitalem eos laicos, qui gaudent fori privilegio, uti sunt substituti fiscales Episcopi, filii Cancellarii Curiæ Episcopalis, & hujusmodi alii, ab Episcopo ad pœnam triremium jam damnatos? Ubi de sclopi explosione absque vulnere, & quid si amoris causa ob zelotypiam displosus fuerit à minori?

1 CEnseo, non posse, sed causæ cognitionem spectare ad Curiam Episcopalem, cujus forum hujusmodi laici sortiuntur, ut de filio Cancellarii ejusdem Curiæ declaravit S. Congregatio immunitati, in hæc verba: *Die 14. Septembris 1655. Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Immunitatis Ecclesiasticæ, & controversiis jurisdictionalibus proposita censuit, Iosephum Pellegrinum Marianum, filium Julii Cæsaris Cancellarii Curiæ Episcopalis Cajenatensis gaudere debere privilegio fori, nec propterea Gubernatorem contra eum procedere posse.* Et de substituto fiscali pariter declaravit eadem S. Congregatio in Parmensi apud Ciarlin. *contr. 187. num. 27. lib. 1.* ac proinde Curia Legatorum sine jurisdictione procederet, obstante S. Concilio Tridentino *sess. 24. cap. 20. vers. legati quoque de reformatione*, cujus decreto, ne ipsi quidem cognitionem hujusmodi Cautarum ad se avocare possunt.

Atque ita, ut non obstet, si allegetur à postulatore, 2 sive querelante recusatio Episcopi. Nam in hoc casu expectanda est delegatio alterius Judicis, neutri parti suspecti, *cap. si quis contra de for. comp. can. si Clericus 11. q. 1. cap. cum speciali de appel.* Ciarlin. *contr. 17. n. 37. lib. 1.* Capyc. *dec. 137. num. 10.* quæ delegatio facienda est per Episcopum recusatum, qui si est suspectus in judicando, non est suspectus in delegando *d. cap. si quis contra de for. compet.* Capyc. *d. dec. 137. num. 10.* Vel Episcopo recusato dandus est adjunctus juxta *auth. de differ. Judic. §. si verò contr. 2. & d. cap. cum specialis de appel.* traditque Leon. *in thes. for. Eccles. p. 1. cap. 2. num. 68.* ubi refert in consimili casu, dum Vicarium Bononiensem ageret, ita observasse, & contra Legatum Bononiensem, qui causam avocare postulabat in signatura obtinuit.

Præterea hujusmodi suspicionis allegatio debet Epis- 3 copo recusato innotescere, ut disponitur *in cap. secundò requiris §. Consultationibus de appel.* ubi Glos. *v. coram eodem Judice*, & postulator debet ab ulteriori processu appellare, ut requirit Rota *dec. 563. num. 2. p. 1. div.* & in Mediolanensi rescissionis contractus 14. Decembris 1601. coram Sacrato. Quamobrem Episcopus, & si recusatus, poterit ad ulteriora procedere, & suam sententiam, recusatione non obstante, sustinere, quia est justa, damnans per septennium ad triremes, Gratian. *discept. 701.* Ciarlin. *contr. 49. n. 47.* Quod si postulator ab ea non appellaverit, præsumitur illam approbasse, Gregor. *dec. 55. num. 40.*

E contra verò injusta erit Legatorum, aut Nuncio- 4 rum sententia, damnans reum ad pœnam capitalem, ac bonorum publicationem, quæ nullo jure, neque edictis generalibus legitur imposita pro explosione sclopi mediocris vulgo *terzarolo*, sine vulnere. Non enim sequuto effectu punitur affectus, neque voluntas delinquentis, nisi in casibus expressis, *l. qui falsam ff. ad l. Cornel. de fals.* ibi: *Qui falsam monetam percusserint, si intotum frumare noluerint, suffragio justæ pœnitentiæ absolventur, l. apud Labeonem vers. si curaverint ff. de injur.* ibi: *Si curaverit quis convitium alicui fieri, non tamen factum sit, non tenebitur*, nec ignoto, voluntatem jam decretam, & in lucem editam in maleficiis spectari, non exitum, *l. D. Adrianus ad leg. Cornel. de Sicar. l. is qui C. eod. l. 1. ff. de extr. Crim.* sed quia scelus est imperfectum, minori pœna punitur, quàm perfectum *d. l. qui falsam ff. de falsar.* Quia voluntas pro facto reputatur, cum per volentem non stetit, quo minus fieret, *can. qui peccare 22. q. 5. can. nuptiarum 27. quæst. 1. can. si Paulus 32. quæst. 5.*

Præcipuè si Legati, aut Nuncii procedant, tanquam 5 Judices Ecclesiastici, ac in foro Ecclesiastico. In quo casu non possunt ad pœnam capitalem damnare, ut *in can. sepè Principes 23. q. 8. & cap. ex litteris 10. §. nos autem* ibique Glos. *v. corporalem*, & *v. cedat de excess. Prælat.* Sed requiritur licentia Summi Pontificis, cum sola ordinaria Legatorum non sufficiat. Vermigliol. *cons. 312. num. 17.* & liquet ex sequentibus litteris S. Consultationis: *Al Vescovo di Cesena. Essendo si havuto avviso, che un famigliare di V. S. sia stato catturato con un mazzagatto, ò pistola corta, e stiletto, arma prohibite sotto gravissime pene nelle Bolle de Sommi Pontefici, Nostro Signore, a cui è stata data parte di ciò hà ordinato, che se le dica, che ella in questa causa deputi il Luogo tenente Criminale dell' Eminentiss. Sig. Cardinal Legato Legato per eseguir poi quello, che di vantaggio sarà dalla Santità Sua commandato. Consentisi di eseguire in tal forma la mente di Sua Beatitudine, e lo desidero salute. Di Roma à 20. de Febraro del. 1641.* Atque ex litteris S. Congregationis super Episcopis scripris Eminentissimo Cardinali Hemodeo Legato Urbinati: *Nella causa degli homicidii commessi nella Chiesa Parocchiale di S. Donato, Diocese di Montefalco, incominciata da quel Vescovo per esservi complicità di persone Ecclesiastiche, e poi avocata dall' Eminentissimo Pro antecessore di V. E. come delitto atroce con participatione della S. Congregatione, e con preservare al medesimo Vescovo l'applicatione delle confiscationi, che qui poressero essere; Questi Eminentiss. miei Signori per togliere ogni controversia, sopra la facolta de' Legati in simili occasioni nelle prime istanze, e se il reo possa punirsi in tal caso con le pene del foro secolare, mi hanno commendato per ordine di N. Signore di scrivere à V. E. che stante la gravità del delitto potrà procedere ex integro con fabricare nuovo processo, e venire alla sentenza, come se la detta causa fosse stata incominciata immediatamente nel Tribunale della Legatione, communicando le sua Beatitudine à tale effetto la facoltà necessaria, e opportuna, con questo però che portando la sentenza pena alcuna di confiscatione de beni, si debbano applicare à poveri, e à luoghi pii della detta Diocese, come se fosse stata cominciata da quel Giudice Ecclesiastico. E tanto le significo. Di Roma à dì 11. Settembre del 1655.*

6 Hinc Eminentissimi Cardinales Franciottus, & Pius, ille Legatus Romandiolæ, hic Urbini, noluerunt suis locum tenentibus criminalibus hujusmodi condemnationes capitales permittere, sed specialem licentiam Pontificis desiderarunt. Quatenus verò Indulta Legatorum hanc facultatem continerent, id tamen est intelligendum, si delictum pœnam capitalem promereatur, Vermigliol. *cons. 118. num. 7. & seqq.*

7 Neque sententia Legati sustineretur, quod hujusmodi exempti deferant arma prohibita. Quia, tanquam Officiales Curiæ Episcopalis, non incidunt in pœnas à Principe laico in arma prohibita deferentes, impositas, ut in specie Officialis Episcopi firmat Menoch. *de arb. lib. 2. cent. 4. cas. 394. n. 65.* & nos alibi, & ex generali consuetudine Tribunalium infligitur, dumtaxat pœna capitalis pro delatione sclopuli vulgò *archibugetto*, Guazzin. *de confess. Sacer. concl. 13. ampl. 88. n. 7. & def. 29. n. 3. cap. 2.* Cabal. *resol. crim. de cens. gen. homic. n. 505.* Præcipuè si non fuerit probatum, sclopum mediocrem fuisse adoptatum ad homicidium patrandum, alioquin corpus delicti prohibitæ illius delationis non comprobatur *arg. l. rei §. ipse ff. de ver. signif.* Ricc. *dec. 93. n. 1. p. 1.* Si quæ illam exploserit ex zelotypia, quæ est animi ægritudo, quod alter quoque patiatur ille, quam ipse conceperit. Impetus enim suos valdè animi oculos perstringentes habet etiam amor, sive is bonus, sive malus, cogitque quodammodo mentem ea facere, quæ alioquin quis non esset admissurus. In malo voluptas prælens movet impetu suo animum, ut in belluis, quæ nihil, ut ait Cicero *in offic.* feruntur, nisi voluptatem, ad quam feruntur tanto impetu. Cælius Aurelianus ex Platone duplicem furiosorum speciem constituens, in una eum collocavit, qui est amatorius. Eoque pertinet fabula Alexandri Aphrodisei, qua proditum est, Erynnim furiam à Cupidine admotam, quod videlicet amantes furiosis quibusdam affectibus agitentur. Amoris furore nihil esse vehementius dicebat Justinianus *§. illud quoque auth. quib. mod. natur. eff. leg.* & Paulus Ægineta *lib. 3.* eos, qui hoc amore detinentur, perinde ac insanos pharmacis curat, eisque oblivionem, vel novam solicitudinem ratione victus inducit, ac proindè si ex ipso impetu amoris subitò quid commissum est, temperanda est pœna *l. verum 4. ff. de furt. l. 2. ff. de recept. l. 4. §. fin. ff. de re mil. l. 3. §. si eum ff. de lib. hom. exhib.*

Me tamen urit amor, quis enim modus adsit amori? Virg. *ecleg. 2.* latè Farinac. *in pr. de delict. carn. quæst. 142. num. 170.*

Sitque sclopi displosor minor ætatis, quæ illum facit 8 miseratione dignum, ut constituitur *in l. ferè 99. ff. de reg. jur.* ibi: *ferè in omnibus pœnalibus Judicus, & ætati, & imprudentiæ succurritur, & in l. aut facta §. personæ ff. de pœnis*, his verbis: *In hujus rei consideratione ætatis ratio habetur.* Unde licet in aliquo casu esset locus pœnæ capitali, ob minorem tamen ætatem est temperanda per textum *in l. si adulterium. cum incestu, §. fratres ff. ad l. Jul. de adult.* ubi ita profertur: *Fratres denique Imperatores Claudius crimen incesti propter ætatem remiserunt, & in l. 1. vers. impubes, & vers. excusantur ff. ad Senatusc. Sylan.* ætas excusationem toleretur. Idemque habet jus canonicum *in cap. 1. & 2. de delict. pueror.*

Et quidem distinguere debet Judex personam infan- 9 tis ab adulto. Infantes omnino doli incapaces. delinquentes ob consilii infirmitatem, absolvit, ut & furiosos, *l. infans ff. ad l. Cornel. de Sicar. can. illud relatum 25. quæst. 1. l. illud. ff. de in jur.* Si aliquo modo capaces sint doli, non omnino excusat, nec malorum morum infirmitas animi defendit, *l. 1. & 2. C. si adver. delict. l. si quis C. ad l. Cornel. de Sicar. l. impunitas C. de pœn. & cap. ex litterarum de apost.* sic malitia supplet ætatem, *l. 3. C. si nam. se mulier. dix. cap. de illis de sponsal. impub.* Maritus tamen cum uxore agitur, quàm cum teneribus *d. cap. 1. de delict. puer. l. impunitas C. de pœn. l. si fratres C. de his qui not. infam.* si modo juvenili calore delinquunt, alioquin exemplum aliqui, juventutem præmaturè corruptam citiùs exterminandam, si immanè scelus aliqua malitia adjuvetur, ne seminarium malorum in illis nutriatur, sicque malitia punitur, non ætas innocens. De senibus autem, qui iterùm pueri sunt, non æquè sumitur supplicium, ac de aliis ætatibus, sed indulgentia quædam lenitur pœna aliquando *can. tanta 1. quæst. 7.* Et in summa, ut loquar cum lege Uvisigothorum, nomothetæ, & Judex erit in indagando vivax, in præveniendo fixus, in decernendo non anxius, in percutiendo parcus, in parcendo assiduus, in innocente viudex, in noxio temperatus, in advena solicitus, in indigena mansuetus, personam tanto nesciat accipere, quantò & contemnat eligere, *l. 7. tit. 1. lib. 1. C. de Visigoth.*

Adeòque ut ille sic injustè damnatus possit extraju- 10 dicialiter audiri adversus dictam sententiam excessivam, quæ nullam meretur executionem, *l. 4. §. condemnatum ff. de re jud.* ita quod respectu hujusmodi excessus pro illius revocatione minus requiratur appellatio, *l. 1. §. 1. ff. quæ sent. sine appel. rescind.* Unde si comprehenderetur, non posset puniri pœna capitali, ad quam damnari non poterat, Farinacio. *cons. 28. num. 1. & cons. 101, num. 46. lib. 1. & cons. 121. numero 6. ac seq. vol. 2.*

CONSULTATIO XXV.

An coloni Clericorum ligentur edictis Principum de non extrahendo res à Prætorio, vel Fisco, & extrahi impedientes incidant in censuras Ecclesiasticas, atque adeo declarari possint excommunicati?

Et an annonæ Clericorum deneveri possint per Judicem laicum pro damno dato, donec illud extrajudicialiter taxatum reficiatur domino prædii, cui damnum illatum fuit?

Annè assistuarius bonorum Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum teneatur advectigal, sive pedagium, & guidagium pro fructibus, quos à locis bonis colligit, ac vendit?

1 AD 1. Certum est, quod Principes, concedere possint hujusmodi edicta ob bonum publicum, quæ licet non obligent Clericos, & personas Ecclesiasti-

cas,

cas, ut tradunt innumeri, quos cumulati Carol. de Graff. *eff. clerical.* 2. ac Diana *de immun. Eccles. resol.* 68. & nos alibi, ligant tamen Colonos, & alios inquilinos, qui conducunt bona Ecclesiasticarum personarum, ut probat Salic. *in auth. Cassa C. de Episcop. & Cleric.* & ex *cap. non minus* Cardinal. & Anchar. *de immunit. Eccles.* Vulpel. *de libert. Eccl. p. 3. n. 12.* ubi plures alios allegat, Martha *de jurisdict. p. 2. cap. 40. n. 35.* Scapp. *de jur. non script. lib. 1. cap. 19. n. 15.* fusiùs Menoch. *de arbitr. cas. 562. n. 36. ac seq.* ubi adducit viginti sex Doctores pro hac opinione, ac testatur de veriori, ac magis recepta opinione ex Thesaur. *dec. 116. n. 8.* cum quibus aliis quos citat de Graff. *d. eff. 2. n. 279. & 293. ac seqq.*

2 Rationem autem adduco. Quia sicut Coloni Ecclesiasticorum tenentur solvere vectigal ex fructibus collectis, si eos vendant, aut transferant de loco ad locum, ut alienent, quia tunc sunt bona laicorum, & non pertinent, ne quidem indirectè, sed valdè remotè ad Ecclesiasticos, ut docent Filiuc. *tom. 1. tr. 16. cap. 11. n. 312.* Molin. *tom. 3. de just. disp. 663. n. 5.* Marth. *loc. cit. cas. 112. n. 7. p. 4.* Alter. *de censur. lib. 5. cap. 6. disp. 19. litt. B.* Gutier. *q. 44. & 87. n. 11.* Bonacin. *in Bull. Cœn. disp. 1. q. 10. pun. 3.* Curtel. *de immun. Eccl. lib. 2. q. 49. n. 14.* ita quoque ligantur edicto, ne illos transferant extrà Principatum, aut Regnum.

3 Maximè autem si hujusmodi edicta non prohibeant absolutè extractionem, sed sine licentia tantum, idque ut evitentur fraudes, sicque fuerit ab Ecclesiasticis observatum, quod tuentur Navar. *in manual. cap. 17. n. 201.* Vulpel. *loc. alleg. p. 2. n. 20. & 32.* Menoch. *cons. 800. n. 39. ac seq. vol. 8.* & de Graff. *d. eff. 2. n. 294.*

4 Ideòque nulla causa in hac re excommunicationis digna considerari potest, sine qua non potest Episcopus contrà aliquem procedere ad fulminationem excommunicationis, cum id expressè prohibeatur ab Innocentio Tertio *in cap. Sacro de sent. excom. & in cap. 1. eod. tit. in 6.* Hæc causa quælibet sufficit, sed esse debet gravis, quæ contineat peccatum mortale, ut probat textus *in can. nemo, & in can. nullus 11. q. 3.* & latè Covar. *in cap. alma mater. §. 7. p. 1. num. 1. de sent. excom.* Ricc. *in pr. for. Eccles. p. 3. resol. 177. n. 1. & seqq.* Sayr. *de censur. lib. 1. cap 9. n. 1.* Farinac. *p. 1. fragm. v. Excommunicatio. n. 12.* aliique communiter; alioquin excommunicatio est ipso jure irrita, ut ait Covar. *d. cap. 9. n. 2.* & probant Menoch. *de arb. cas. 542. n. 14.* cum de Thoma, Soto, ac cæteris, quos sequitur Ricc. *d. resol. 177.* & Sayr. *loco citato.*

5 Ad 2. affirmat Gutier. *lib. 1. pr. q. 4. ex n. 2.* Carleval. *de judic. tom. 1. lib. 1. disp. 2. nu. 155. cum seqq.* post omnes Doctores Hispanos, & hanc opinionem communiter sequuntur Luc. de Penn. *in l. jubemus C. de muner. non excus. lib. 10.* Acac. Anton. de Ripol. *var. resol. cap. 1. à n. 20.* Rovit. *in pragm. 1. de Offic. bal. n. 12.* Donat. Anton. de Marin *lib. 1. cap. 220. n. 11.* Cohel. *in Bull. boni regim. cap. 42. n. 49. & seq.* Vulpel. *de libert. Eccles. p. 6. n. 15.* Carol. de Graff. *eff. Cler. 2. n. 450.* Delbene *de immun. Eccl. cap. 9. dub. 20. à n. 7.* de Luca *de jurisd. disc. 66. n. 8.* esseque usu receptam in Regno Neapolitano, testantur de Marin. *loc. cit.* ac ferè per totum Orbem terrarum de Luca *eodem discurs. 66. & in summa miscel. Eccles. n. 47. tom. 16. p. 4.*

6 Probatur tum, quia taxatio damni, & animalium retentio non fit per modum jurisdictionis, sed simplicis defensionis instar illius retentionis, quæ datur domino domus conductæ de bonis invectis, ac illatis, ne alias manibus vacuis cogatur prædiorum dominus coram Judice Ecclesiastico Clericum convenire. Quod esset valde durum, ut in specie considerant Delbene, & de Luca locis allegatis.

7 Tum quia talis actio dirigitur contrà Custodes laicos, & agitur pro sola refectione damni, non autem pro pœna statuta ultra damnum datum, ex qua distinctione ad concordiam reducitur quidquid opponi potest, ut advertunt Delben. & de Luca ibidem. At tu, mi lector, adito Consultationem nostram 112. *tom. 4.* nec pœnitebit adire.

8 Ad 3. Negativè per textum *in cap. non minus, & cap. adversus de immunit. Eccles. cap. 1. & 3. eod. tit. in 6. cap. quamquam de censibus eod. Clem. un. de immunit. Eccles.*

9 Non obstat, quòd fructus non sint Ecclesiæ, neque Ecclesiasticorum, sed pertineant ad affictuarium. Quia cùm agatur de privilegio reali, seu de immunitate prædiali, ac fructuum ex eisdem prædiis recollectorum, ea suffragatur etiam colonis & affictuariis, ut per Tambur. *de jur. Abb. tom. 1. disput. 15. quæst. 21. nu. 9.* Rota *decis. 23. num. 6. p. 2. diu.* & in Carthaginem decimarum 10. Decembris 1578. coram Bubalo apud Fachin. *contr. 22. num. 63.*

10 Minus obstat, quòd dicti fructus per venditionem desinunt esse in dominio Ecclesiæ, vel Ecclesiasticorum, sive illorum affictuarii, ac spectare ad emptorem, nullo privilegio immunitatis gaudentem, si in instrumento venditionis appareat, affictuarium se obligasse ad illos conducendos, ac consignandos in aliquo loco suis sumptibus, & periculo. In isto enim casu semper remanent in dominio ipsius affictuarii, ac si nulla præcessisset venditio, donec ad dictum locum evehantur. Contractus enim venditionis tunc recipit suam formam, ac perfectionem, quando res vendita, illiusque periculum transit in emptorem, *l. 1. & tot. tit. de per. & com. rei vend.*

11 Neque diceretur, immunitatem non suffragari, nisi quandiù fructus prædiorum Ecclesiasticorum in eis reperiuntur. Nam præterquamquod id indirecto destrueret immunitatem, implicat manifestam contradictionem. Pedagia enim, & guidagia supponunt transitum personarum, animalium, aliarumque rerum per diversa territoria, & idcircò dum Sacri Canones decernunt, Clericos, eorumque bona ab hujusmodi pedagiis immunes, & exemptos, ac immunia, & exempta esse, jam supponunt, eadem bona extrà propria territoria transportari. Vide quæ alibi de hujusmodi Affictuariis disserui.

CONSULTATIO XXVI.

An & quatenus famulus laicus, qui de mandato Clerici sui domini damnum dedisse in judicio seculari asseruit expediendus sit? Et quomodo ipse Clericus nominatus? Et quid de Clerico venditore, qui de evictione tenetur, si in judicio laicali sit laudatus ab emptore ad defendendum rem venditam?

Anve & quatenus Clericus denunciare, ac postulare possit de damno sibi dato apud Judicem secularem?

1 Dr. In hac re, ita tenendum est. Quamvis laicus in suo constituto ad se eximendum asserat, damnum dedisse de mandato Clerici ejus domini, & propterea tanquam factor non solum est excusandus, ut per Clar. *in pr. crim. lib. 5. §. fin. quæst. 60. nu. 15.* vel propter nominationem auctoris contra ipsum ampliùs non debet procedi, ut per Marantam *in suo speculo verè aureo p. 6. membr. 6. n. 1.* ubi conventus statim in principio litis debet nominare dominum in judicio, ut judicium dirigatur contra dominum, ut ipse defendat causam suam, & hoc ipso absolvitur reus ab instantia judicii, & transfunditur contra dominum nominatum. Ratio autem, quarè ista nominatio fieri debeat ante litis contestationem, ea est, quia est quædam exceptio declinatoria; ideòque opponenda est ante litem contestatam, sicuti exceptio declinatoria, ut *l. fin. C. de except. & l. exceptionem C. de probat.* Quod certè procedit quando fit nominatio ad effectum declinandi judicium. Sed si fieret, ut posset uti defensionibus suis, potest fieri nominatio, etiam post litem contestatam, quia tunc non est exceptio declinatoria, ut *in auth. qui in provincia C. ubi de crim. ag. oport.* secundum Socin. *in cap. quoniam frequenter num. 128. ut lite non contestata.*

2 Nihilominus tamen hæc locum habent, si Clericus nominationi assentiat, & comparendo in judicio fateatur, damnum datum fuisse de suo mandato, & litem in se suscipiat, ut declarant Doctores relati à Mascardo *decis.*

decis. Flor. 150. numer. 29. Quod si fiat, & Clericus doceat de clericatu, poterit forum declinare, ut plenè Sperel. *decis. 24.* & nos infrà.

3 Si verò Clericus auctor nominatus non compareat ad defendendum laicum, censetur is nominationem fecisse per calumniam, in quo casu non facit silere judicium seculare, Scappuc. *de salu. lib. 1. quæst. 24.* & ipse delinquens, non obstante supposito mandato, est condemnandus, ut per Bald. *cons. 44. lib. 3.* Et quando auctor nominatus non comparet vide Sperel. *dicta decis. 24. num. 29.* & ante ipsum Maranta *loco alleg. & num. 8.* ac Socin. *in d. cap. Quoniam frequenter, ut lite non contest.* ubi latissimè hanc materiam nominationis tractat.

4 Ad secundum de Clerico laudato, qui ità dicitur, quoniam ab eo aliquis habet causam, *l. Pompon. §. cum quis ff. de acq. poss. & an vitium ff. de diu. & temp. præs. & l. auctore C. de evict.* Nam si aliquis conveniatur aliqua actione reali ad aliquam rem debet conventus laudare suum auctorem, & ipsi litem denunciare, ut possit contra eum habere recursum de evictione, *l. emptor. C. de evict.* Vide Alex. *in l. non solum §. mortè de nov. oper. nun. & in l. 2. col. 3. & seq. ff. sol. matr.* quibus in locis multos congerit casus, in quibus absque denunciatione habetur recursus de evictione contra auctorem. Et in hoc differt laudatio à nominatione auctoris. Quod Theologi nostri ex inscitia confundunt. Quarè conjungenda Theologia saltem cum sacris Canonibus. Nam laudatio fit ab eo, qui conventus possidet nomine proprio. Nominatio verò fit ab illo, qui possidet nomine alieno, ut quando convenitur is, qui tenet rem conductam, vel depositam, vel commodatam, vel precariam.

5 Sive autem nonnulli, qui tradunt, quod Clericus teneatur coram Judice laico emptorem ipsum defendere ex *l. venditor ff. de judic.* cum judicium sit institutum contra emptorem laicum, tamquam possessorem, & Clericus veniat solum ad assistendum emptori, atque illum defendendum, ut *in l. 1. C. ubi in rem act.* In quo casu non dicitur Clericus conveniri coram sæculari, quia solum præstat auctoritatem, ac defensionem ipsi emptori. Ita Abb. *in cap. fin. num. 8. de empt. & vendit.* Covar. *pr. quæst. 8. nu. 3.* Dec. *consil. 700.* Ursill. ad Afflict. *dec. cis. 380.* & alii benè multi, quos sequitur Carol. de Graff. *eff. 1. num. 261.* ac Thor. *in comp. dec. Neapol. v. Clericus fol. 94.*

6 Hanc tamen opinionem limitant primò, ubi Clericus, ut defensor necessarius vocaretur in judicium ad defensionem sui Coloni, vel inquilini, qui nullum habet jus in re. Quia tunc Clericus, qui est verè dominus rei petitæ poterit avocare judicium coram Judice Ecclesiastico, ut notant etiam Doctores apud Bellet *p. 1. disq. Cler. n. 12.* & Ambrosin. *de immunit. Eccles. cap. 20. num. 28.* ac de Graff. *num. 266.* qui *num. 272.* eandem opinionem secundò limitat, ubi Clericus compareat ad suscipiendum in se judicium, ut necessarius defensor, ac procurator in rem suam. Quia tunc poterit opponere declinatoriam fori ex persona propria, & trahere actorem ad suum Judicem ex Specul. *in tit. de primo, & secundo decreto §. restat. vers. quid si Clericus.* Et tertio limitat *num. 269.* quando Clericus citaretur pro suo interesse ad defendendum emptorem ex traditis à Specul. *loc. alleg. vers. quia si dominus.* Ac in super ad Ecclesiasticum Judicem remittendum esse Clericum, quando convenitur, ut pro evictione condemnetur, quia tunc principaliter convenitur, notat Ambrosin. *cit. cap. 20. num. 32.*

7 Contrariam tamen opinionem, quod scilicet iste Clericus possit declinare forum, ac petere, ut lis agatur, ac terminetur coram Judice Ecclesiastico, asserunt Glos. *in can. Clericus nullus 2. 11. quæst. 1.* Angel. & Paul. de Castr. *in d. l. venditor ff. de judic.* Socin. jun. *cons. 40. num. 10. lib. 1.* Bald. *in l. si tantum ff. de procur.* Bær. *dec. 69. n. 27.* Aretin *in §. actionum n. 43. instit. de act.* ubi ait, quod ità servatur in praxi. Idemque testatur Foller. ad Marantam *p. 6. Specul. act. 5. num. 10.* Carol. Grimald. ad Tartagl. *c. 2. num. 52.* & Muscat. *in pr. civil. p. 2. in glos. v. intimatio num. 36.* inquiens, hanc opinionem esse veriorem, & servari in praxi, ac ita pluries fuisse judicatum, Marcel. Calà *de mod. artic. & mod. prob. §. 1. glos. 3. n. 50.* cum aliis dicens, hanc esse veriorem opinionem.

8 Nos verò breviter, & clare ad rem hanc ita respondemus. Licet regulariter Clericus, si conveniatur pro evictione rei, quam ipse vendidit, conveniri debeat coram Judice Ecclesiastico, si tamen lis mota fuerit contra laicum, qui rem à Clerico emit, & Clericus velit assistere defensioni emptoris, adire tunc debeat Clericus Judicem laicum Quia tunc agitur contra laicum, non contra Clericum. Quod si hoc in casu Clericus judicio, assistit, non nomine suo assistit, sed nomine emptoris, ac pro defensione emptoris. Ita etiam Tambur. *de jur. Abbat. tom. 1. disp. 15. quæst. 19. num. 26.* Molin. *de just. & jur. tom. 2. tr. 2. disp. 380. num. 55.* Martha *de jurisd. p. 4. cent. 1. cas. 34.* Bobadil. *in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 169.* Pereira *de empt. cap. 31. num. 84.* Ceval. *de cognit. per viam viol. p. 2. quæst. 45.* Jo: de Hevia *in Cur. Philip. p. 1. num. 20.* Gironda *de gabel. p. 4. §. 1. num. 15.* & Medez. à Castro *in prax. Lusit. lib. 3. cap. 5. §. 1.*

9 Secus autem dicimus, si Clericus ad id præstandum coram Judice laico interpelletur juridicè ab emptore. Quia in hoc casu cùm citetur à Judice laico ad defensionem causæ, & vocetur, ut illam defendat prætextu, quod teneatur de evictione non voluntariè, sed coactè Judicem laicum adit. Quod est contra immunitatem, ac exemptionem Ecclesiasticam. Non autem ita, si id faciat ex se volens assistere defensioni emptoris, vel si Clericus venditor Canonicè coram Judice Ecclesiastico denuntiatus de ejus licentia velit defendere emptorem coram Judice laico. Atque ita docent Gramma. *dec. 21.* Marth. *de jurisd. p. 4. cent. 5. casu 35. nu. 21.* Marant. *in specul. p. 3. d. 11. n. 78.* qui sæpiùs ita decisum esse testatur Capyc. *dec. 197. num. 7.* & alii contra Autret. *ad Capel. Tholos. dec. 360. num. 2.* Covar. *pr. quæst. cap. 8. num. 3.* Fachin. *lib. 2. contr. cap. 37.* Gail. *lib. 1. observat. 37.* Ceval. *loc. cit. quæst. 23. n. 24.* pluresque alios.

10 Ad 3. Hoc extat decretum S. Congregationis super Episcopis in Causa Civitatis Castelli sub die 14. Aprilis 1625. *I. Chierici non sono impediti di denunciare, ò querelar, civilmente nell' officio di danno dato per li danni delle loro possessioni, mà il giuramento si fucci nel Tribunale Ecclesiastico.*

CONSULTATIO XXVII.

Quomodo ab Episcopo sit vindicandus Clericus, à lictoribus Curiæ secularis, comprehensus in flagranti crimine in habitu laicali, qui illum tradiderunt Curiæ seculari, in quæ erat inquisitus?

Ubi quid si censuræ non sint latæ ab Assessore Vicarii Episcopi, sed ab ipso Vicario?

1 Certum est, quod in hoc casu potest Clericus à lictoribus Curiæ laicalis comprehendi, tanquam repertus cum armis in flagranti crimine, & in habitu sæculari, ut annotatur post relationem casus à Glossa *in cap. si Judex laicus de sent. excom. in 6.* his verbis: *Nota primò quod Judex secularis sine meru excommunicationis potest capere Clericum in delicto deprehensum*, traditque Covar. *pr. quæst. 33.* Farinac. *quæst. 8. nu. 36.* ac cæteri communiter, ac nos alibi.

2 Et quidem nullitas Censurarum esset clara, si Episcopus decreverit monitorium contrà Judicem laicum, ejusque ministros, antequam caperet informationem super carceratione asserti Clerici. In criminalibus enim, non potest decerni monitorium, antequam constet de delicto, alàs enim, tanquam inordinatum, ac intempestivum non infert contumaciam, nec cogit reum ad comparendum, immò reddit nullum, ac invalidum quicquid est gestum illius vigore, ut latè probat Vir. *dec. 121. ex n. 1. & plur. seqq.* Marcian. *cons. 18. num. 9. & 13. lib. 2.*

Honded.

Honded. *conf.* 196. *n.* 15. *& seqq. lib.* 1. Ricc. *in pr. for. Eccles. p.* 1. *resol.* 527. *num.* 4. *ac seqq.*

3 Si sententiam excommunicationis non præcesserit, nisi unica dumtaxat monitio, & tamen cum agatur de sententia excommunicationis ferenda ab homine, requiritur necessario trina monitio Canonica cum legitimo dierum intervallo, aliàs enim censuræ non subsistunt, ut cavetur *in cap. Sacro de sent. excom. cap. Romana, & cap. constitutionem §. fin. eod. tit. in* 6. traduntque Covar. *in cap. alma mater §. 9. num. 5. de sent. excom.* Soccin. *in cap. perpendimus num.* 262. *eod. tit.* Sayr. *de censur. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 32. Menoch. *de arb. cas.* 541. *n.* 7. *& cas.* 543. *n.* 26. Et ita distinguendo inter hanc excommunicationem inflictam ab homine, & latam à jure, comprobat Spada *conf.* 141. *num.* 17. *lib.* 1. ac Sperel. *dec.* 160. *num.* 37. *& seqq. lib.* 2.

4 Quod autem hæc censura proferatur ab homine, sive à judice dumtaxat, certum quidem est. Nam licet Guidopapa *dec.* 77. *num.* 2. firmet, laicos per carcerationem Clerici incidere ipso facto in censuras, motus ex text. *in cap. pen. de immunit. Eccles. in* 6. textus tamen præfatus loquitur solum de iis, qui impediunt Judicem Ecclesiasticum, jam procedentem, quasi id videantur facere jure privato, non autem de Judice Clericum distringente, ac prætendente eum esse laicum, ac sibi subjectum. Hoc etenim casu jus Canonicum non decernit excommunicationem, sed solum præcipit, recipi informationem super Clericatu, & postea compelli Judicem laicum per censuras Ecclesiasticas ad desistendum à carceratione, ut sancitur *in d. cap. si Judex de sent. excom. in* 6. & in *cap. seculares de foro compariter in* 6. Et ita per hæc jura, rejecta opinione Guidopapæ, concludit. Addens ad ipsum, ac melius Decian. *in pr. lib.* 4. *cap.* 12. *num.* 11. Add. ad Clar. *quæst.* 36. *num.* 9. Gratian. *cap.* 190. *num.* 5. *&* 6. quem non rectè percipit Sperel. *dec.* 17. *num.* 48. *lib.* 1. ideòque cavendum est ab ejus assertione.

5 Si censuræ fuerint inflictæ inconsultæ, hoc est cum actis, sive cum processu informi, non citata scilicet parte in examine, neque in repetitione testium, nec legitimata informatione. Nam cum agatur de materia censurarum, quæ gravissima est, hæc formalitas legitimationis processus est ad unguem observanda, & illius omissio inducit nullitatem, ut disponitur *in Clem. sæpè*, ubi Doctores *de verb. signif.* Io: Andr. *in Addit. ad Specul. tit. de notor. Crim. v. testis quoque*, Bald. *in cap.* 1. *§. damna de pac. Const.* Imola, Geminianus, & Franchus *in cap.* 1. *de offic. deleg. in* 6. Viu. *com. opin. v. notorium*, Mascard. *de prob. concl.* 110. *num.* 12. Farinac. *de delict. & pœn. quæst.* 21. *num.* 91. *ac seq.* Guaz. *defens.* 24. *cap.* 6. *num.* 1. *& seqq.* Sperel. *dec.* 48. *num.* 10. *& seq. lib.* 1.

6 Si sententia excommunicationis fuerit prolata post interpositam legitimam appellationem, ex qua Judex Ecclesiasticus debet abstinere ab illius prolatione, præsertim in censura ferenda ab homine, quo in casu nullum dubium est, quominus appellatio præbeat impedimentum, ne Judex Ecclesiasticus ad ulteriora procedat, ut statuitur *in cap. pastoralis §. verum*, ac ibi Franch. *num.* 3. *de appel. & in cap. cum speciali eod. tit.* Lancel. *de attent. p.* 2. *cap.* 12. *limit.* 21. *num.* 4. egregiè Spada *d. cons.* 141. *n.* 33. *ac seqq.* ubi ait, id procedere absque dubio in censura ab homine, quicquid sit in censura lata à jure, Rota coram Caval. *dec.* 548. *num.* 3. & coram Burat. *dec.* 388 *num.* 2. *& in rec. dec.* 165. *p.* 1.

7 Injustitia verò censurarum in hoc casu resultaret, si non constaret, Dominum loci sive Baronem extitisse auctorem, neque fuisse participem, seu gnarum carcerationis Cleri, præsertim in Regno Neapolitano, in quo attentis pragmaticis sanctionibus, ac Constitutionibus Regni Barones non sunt Judices, neque officiales, neque jurisdictionem exercent immediatè per se ipsos, sed solum eligunt Capitaneos, & alios ministros, quibus eam exercendam demandant, ut testatur Revit. *in pragm.* 1. *& 2. de suspic. Offic.* ac de Marin. *quæstd. resol. lib.* 2. *cap.* 31. *n.* 11. ubi aliis. Quare si Baro non se ingessit in hujusmodi carceratione, immò nec se ingerere poterat immeritò subjiceretur censuris Ecclesiasticis, ut Clericum restituat. Jura quippe canonica jubent cohiberi dumtaxat Officiales, ac ministros, non autem alios jurisdictionis expertes, ut decernitur *in d. cap. si Judex de sent. excom. in* 6. & *in d. cap. seculares de for. comp.* ac in Bulla Cœnæ *can.* 15. verbis illis: *Quin ex prætenso eorum Offi. io, &* advertunt Duard. *ad d. Bull. quæst.* 10. *num.* 2. Sayr. *de censur. lib.* 3. *cap.* 19. Ugol. *eod. tit. p.* 2. *cap.* 15. §. 1. *numer.* 11. Reginald. *in prax. lib.* 9. *num.* 256. aliique passim.

8 Quod verò ad Judicem laicum, & Ministros conclusio est, quod ubi comprehensus non est in possessione clericatus, neque pro Clerico est communiter habitus, nequit Judex Ecclesiasticus in Judicem laicum, qui Clericum retinet litteris inhibitoriis, sive remedio censurarum uti, nisi prævia causæ cognitione sufficienter ei liqueat, illum esse Clericum, & eas omnes qualitates habere, quæ à jure, & canonicis sanctionibus requiruntur, ut disponitur *in de cap. si Judex in princ. vers. Judice illum de sent. excom. in* 6. & tradunt Bartol. & Bald. *in l. si qua per calumniam C. de Episc. & Cler.* Cæpoll. *cons.* 11. *col.* 2. *& seqq.* Boss. *in tit. de for. comp. num.* 152. *ac seq.* Diaz. *in pr. crim. can. cap.* 64. *n.* 15. ubi ait super hoc apud Hispanos esse statutam certam formam *in l.* 7. *tit.* 4. *lib.* 1. *ord. nov. & in fin. illius tit.* Undè si proferretur sententia excommunicationis, non docto prius de Clericatu, & aliis requisitis, sententia esset injusta. Quia interim donec de Clericatu constet, Clericus comprehensus debet permanere in eisdem carceribus, in quibus reperitur, ut decernit Text. *in d. cap. si Judex, vers. non sic autem*, & tradunt Anchar. *cons.* 234. Decian. *in pr. lib.* 4. *cap.* 12. *numer.* 5. Gratian. *d. cap.* 190. *numer.* 16. Quarè si hoc interim spatio Judex laicus non incidit in crimen, sed detinendo Clericum in habitu laicali repertum utitur jure suo, facitque quod suum est, meritò puniri non debet.

9 In processu verò construendo pro Clericatu debet citari tam Judex laicus, quàm alii interesse habentes, ut statuit *de cap. si Iudex vers. vocato tamen de sent. excom. in* 6. & Advertit Archid. *ad d. cap. num.* 1. Cabal. *cons. crim.* 11. *num.* 2. Diaz. *d. cap.* 64. *num.* 16. Boss. *tit. de for. comp. num.* 151. *&* 155. *& tit. de capt. num.* 40. Fachin. *d. q.* 8. *num.* 37. Gratian. *cap.* 190. *num.* 17. Mastril. *dec.* 113. *n.* 16. Intrigl. *singul.* 1. *num.* 3. Sperel. *d. dec.* 17. *num.* 12. *lib.* 1. qui licet in fine dicat, id fieri ex quadam Urbanitate, ita ut, sine hac citatione censuræ instineantur, tamen loquitur contrà textum, & auctoritates adductas, & ideò ejus opinio non est recipienda, præcipuè attento stylo vigente in Regno Neapolitano, secundum quem non solum est citandus Judex laicus, sed etiam coram eo sunt exhibendæ litteræ Clericatus, non quidem in forma judicii, sed ad instructionem judicii dumtaxat, ut testatur Vincent. de Franch. *dec.* 189. *n.* 6. *& dec.* 329. *num.* 9. qui sanè stylus est omninò servandus, ut tradit Diaz. *d. cap.* 64. *sub. num.* 76. & admittit Sperel. *d. dec.* 17. *num.* 2. dicens, se ita pluries servasse in praxi, Boss. *d. tit. de for. comp. n.* 156.

10 Præsertim si ex dicto processu hactenus de Clericatu sufficienter non constet. Etenim ejus probatio vel facienda est per scripturas, vel per testes deponentes de visu, se fuisse præsentes tonsuræ collationi, non per testes deponentes de fama. Id enim non sufficit, ut rectè probat Diaz. *d. cap.* 64. *num.* 16. *& seqq.* Covar. *pr. quæst. cap.* 33. *n.* 3. & Doctores *in d. l. si qua per calumniam C. de Episcop. & Cler.* Add. ad Clar. *d. quæst.* 36. *num.* 22. Guidopap. *decis.* 464. Novar. *in pr. elect. & var. for. quæst.* 32. *num.* 7. Ricc. *in pr. resol.* 274. *p.* 1. Graff. *in dec. aur. lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 155. cum aliis, quos refert, ac sequitur Sperel. *d. decis.* 17. *num.* 25.

11 Et quamvis secundum aliquos Clericatus probari possit vel per testes deponentes de publica voce, & fama, vel per unicum testem de visu, ut tradit Baldus *in cap.*

licet universis de testibus, Martsil. *in l.* 1. §. *idem Cornelio col. fin. de quæst.* Mascard. *concl.* 303. *nu.* 1. 2. *&* 7. Novar. *quæst. for.* 152. *num.* 1. Roland. *cons.* 4. *num.* Petr. Gherard. *sing.* 49. Rebuff. *de num. quæst.* 22. *rum.* 14. *& in pr. tit. de form. litter. tonsur. num.* 14. Mohed. *dec.* 21. Guidopap. *dec.* 132. hæc tamen opinio procedit, ubi tertio præjudicium non infertur. Regula enim universalis est, nullam esse causam, quæ unius testimonio, quamvis legitimo, terminetur, & de hac præcipuè loquitur divinæ legis auctoritas secundum illuc Deuter. 19. *Non stabis testis unus contra aliquem, quidquid illud peccati, & facinoris fuerit, sed in ore duorum, aut trium stabit, omne verbum.* Concordat *cap. admonere*, ibi: *Quoniam nec ulla divina, humanaque lex unius testimonio, etiam idoneo, quempiam condemnat, vel justificat* 33. *quæst.* 2. *cap. in omni, &c. veniens de testibus.* Et locum habet hæc regula in omnibus causis tam profanis, quàm spiritualibus, ut notat Abb. *in cap. cum dilectus num.* 4. *de succes. ab intest.* Butr. *in d. cap. in omni num.* 7. *& in d. cap. veniens num.* 4. ac plenè Tiraquel. *de reb. exig. in princ. vers. secunda ratio est*, annotarque Glos. *in cap. Constitutis* 1. *de testibus*, id locum sibi vindicare in alterius præjudicium, in quibus terminis loquitur lex divina, & juxta superiùs citata. Secus verò ubi de nullius præjudicio agitur, quia in his creditur testimonio unius, puta utrum aliquis sit baptizatus, *can. parvulos, & can. cum itaque de consecr. d.* 4. An Ecclesia sit consecrata, *can. solemnitates*, ibique Gloss. *v. nec certi testes de consecr. d.* 1. Specul. *in tit. de testibus §. restat. n.* 8. Glos. *fin. in cap. nuper*, & ibi etiam Bald. *num.* 40. *de testibus.* idemque Baldus *in cap. constitutis num.* 4. *& in cap. licet universis*, ibique Felin. *in fin. de testibus*, qui ex hoc inferunt, Clericatum posse probari per unum testem, quia talis actus de se, ac sui natura nemini præjudicat, ac ibi Felin. *num.* 1. *in fine*, Covar. *pr. quæst.* 33. *num.* 3. Et idem est si agatur de modico præjudicio, Aym. *cons.* 182. *num.* 15. Ant. Gabr. *com. concl. in tit. de testib. concl.* 2. *nu.* 7. Et hinc est, ut possessio in judicio manutentionis per unum testem sufficienter probetur, Grat. *cons.* 110. *num.* 8. *lib.* 2. Seraph. *dec.* 1326. *numer.* 1. Rot. *in recent. dec.* 511. *numer.* 8. *p.* 1. *& dec.* 15. *num.* 15. *p.* 6. idem Specul. *loc. cit. num.* 12. concludens, sæpè uni fidem adhiberi extrà judicium, puta ubi de nullius præjudicio agitur, in judicio verò præsumptionem inducere, & ad hoc habentur jura allegata. In hoc autem casu, cùm agatur de declinanda jurisdictione Judicis laici, quæ est res maximi præjudicii, nullum utique fieri valet fundamentum ex hujusmodi testibus, sed requiritur plena, & concludens probatio, ut per Diaz. *loc. cit. num.* 17. Covar. *d. cap.* 33. *num* 3. Mascard. *de prob. concl.* 303. *num.* 4. aliosque superiùs allegatos.

12 Et quidem aliquando Episcopi non petunt remissionem Clerici sub pœna excommunicationis, sed præcipiunt Judici sæculari, ut illum è carceribus dimittat, urendo censuris, non ut justitiam agat, justque reddatur, sed ut delinquens impunis evadat condignam pœnam, sicque per impunitatem audaciam Clericis peccandi libido augeatur, & ad delinquendum provocentur contra Canonicas sanctiones *in cap. quanto vers. ne autem de transl. Episcop.* ibique Glos. *v. exemplum, cap. ut Clericorum vers. ne verò facilitas de vit. & honest. Cler.* ubi etiam Glos. *v. facilitas, cap. tantæ §. licet, vers. ne facti perversitas de excess. Prælat. cap. ut famæ de sent. excom.* ibi: *Respondemus quod cum Prælati excessus corrigere debeant subditorum, & publicæ utilitatis interfit, ne crimina remaneant impunita, & per impunitatis audaciam fiant, qui nequam fuerant, nequiores, can. pervenit d.* 93. *can. est injusta* 23. *quæst.* 4. Jo: Niger. Campan. *in annot. ad extravag. Clem. sæpè in glos. adeò pullulavit audacia num.* 1. *& seqq. de vit. & honest. Cler.*

13 Severitatem itaque quandoque Episcopus adhibeat, cum facinorum ipsorum causa, quoniam fœliciores sunt improbi, supplicia luentes, quam sicos nulla injustitiæ pœna coerceat, tum boni etiam publici gratia, nempè quia serpunt viria, & in proximum quemque transeunt, & contactu nocent. Quis ignorat, inquit Tullius pro Milone, maximam esse peccandi illecebram, impunitatis spem? Non certè Imperator ille, qui hoc adspectu inclamat, levitas improbitatem alit, atque corroborat. Itaque verissimè, & audenter cum Oratore Epist. ad Marc. Brutum salutarem severitatem vincere inanem speciem clementiæ. Publica namque utilitas versatur in delictorum vindicta, *d. cap. ut famæ de sent. excom. l. ita vulneratus ff. ad l. Aquil. per. omnes C. de defens. civit.* Et iniquum est impunita esse, *Stichum, aut Pamphilum ff. de solut. l. in delict. serv.* §. *cum dominus de vox. act. Non enim.* inquit Deus, *patieris maleficos vivere super terrum.* Evod 21. *can. reos sanguinis* §. *hinc apparet* 23. *quæst.* 5.

14 Hinc Clemens V. omnibus Episcopis injungit *in Clem.* 1. *de offic. Iud. ord. ut compescatur Clericorum audacia, qui prætextu privilegii clericalis ordinis impunitatem excessuum obtinere sperantes, nonnulla multoties committunt enormia, per quæ nimirum infamatur Ecclesia, & scandala gravia in populo generantur.*

15 Atque ex his, inquit, Chattar. *dec.* 20. *num.* 110. *partes Episcopi sunt circa peccata Clericorum animadvertendo*, & antea Ricc. *dec.* 184. *num.* 1. *p.* 1. tradit, *ad perfectum, & sanctum Episcopum pertinet suam diœcesim vixosis, & scandalosis Clericis purgare.* Quarè injustè agunt Episcopi, dum curant libertate donati Clericos delinquentes, nec solum exemptos à jurisdictione sæculari, sed à pœna, eotumque partes esse debent procurare illorum detentionem in carceribus, dum cognoscitur de Clericatu, ac de delicto, illosque relaxare non potest, ne quidem sub cautione, ne se, testesque instruant, ac judicium eludant ita, ut si illos sic dimittant, possint ab eodem Judice laico in carceres conjici, ut per Covar. *pr. quæst. cap.* 33. *num.* 4. Lopez ad Diaz. *in pr. crim. can. cap.* 226. *fin. C. v. detrudant*, latèque Sanch. *cons. moral. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 17. Sicque Judex laicus insistat, & petat, ut, donec cognoscatur de clericatu, Clericus maneat in custodia, ejus instantia, & petitio est juri, ac justitiæ consona ex notatis ab Innoc. *in d. cap. ut famæ num.* 1. *de sent. excom.* Diaz. *loc. cit.* Scacc. *de judic. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 90. & Sperel. *decis. for. Eccles.* 17. *num.* 53.

16 Neque satis est liquere de Clericatu. Nam aliquando quoad Clericatum non intercedit contentio, sed de requisitis, in quorum cognitione citandus est Judex laicus ad textum *in cap. si Iudex laicus de sent. excom. in* 6. Tabien. *v. judicare num.* 15. *vers. sed debet vocari.* D. Anton. *p.* 3. *tit.* 9. §. 4. *cap.* 2. Boss. *de for. comp. num.* 151. Farinac. *cons.* 168. *num.* 51. *lib.* 2. Gratian. *discept.* 190. *num.* 16. *& seq.* Sanchez *d. lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 1. *num.* 16. præsertim si Clericus comprehensus sit in habitu sæculari, sitque conjugatus, sicque extaret duplex præsumptio contra ipsum. Unde Episcopus gravatur duriori probatione, Alciat. *de præsumpt. reg.* 3. *nu.* 3. Ideòque juridicè ac concludenter, Judice sæculari citato, Clericatus cum suis requisitis probandus est, ut per Ciarlin. *contr. cap.* 20. *num.* 52. *& cap.* 53. *num.* 13. Nec ullibi reperitur in jure cautum, quod si Episcopus non remissionem, sed relaxationem Clerici delinquentis petat, contraque Sacros Canones curet Clericos impunitos è carcere dimitti, possit aliquem de contumacia notare: quinimmò laudandus est in hoc casu Judex laicus, cum non teneatur parere mandato injusto, ut latè post alios Chartar. *de execut. sent. capt. banit. cap. fin. nu.* 335. & in terminis Episcopi Navar. *in cap. cum contingat remed.* 1. *num.* 7. *in* 3. *resp. de rescript.*

17 Verùm licet Clericus, sequuta monitione Ordinarii sub pœna censurarum, qui illum comprehensum vindicare prætendit, sit tradendus Curiæ Ecclesiasticæ, non possunt tamen ex contumacia in illum non tradendo justificari censuræ, si antè monitionem traditus fuerit Curiæ Regiæ, ita ut non amplius sit in lictorum potestate illum tradere Judici Ecclesiastico. De jure enim nulla est obligatio impossibilium per regulam impossibilium

de reg. jur. in 6. Et ita cessat contumacia, quæ est fundamentum censurarum *cap. veneralibus* §. *porrò de sent. excom. in* 6. Abb. *in cap.* 1. *num.* 10. *de judic.* Felin. *in cap. ad probandum num.* 6. *de re judic.* & Mohedan. *dec.* 1. *de sent. excommun.*

28 Præcipuè verò si Vicarius, qui promulgavit censuras habeat Assessorem, sine cujus suffragio in causa processit, quo in casu censuræ sunt nullæ defectu Jurisdictionis, ad tradita *in cap. statutum* §. *Assesserem de rescript. in* 6. Vant. *de nullit. ex defect. jurisd. Ordin. num.* 146. *& seq.*

29 Restitutio itaque carcerati, docto prius de Clericatu, spectat ad Curiam, sive ad Judicem secularem, qui illum detinet, non autem ad lictores, qui faciunt simplices ministri, quibus satis est, quod non reperiantur dolosi, & culpabiles in actu ipso comprehensionis.

CONSULTATIO XXVIII.

An ille, qui in insidiis positus locus viam publicam, & in eam exultans, illac præterentem adortus est, nudatisque armis timorem incussit ei, quem facilius prædaretur, vel interficeret, ut minabatur, conversis in eum armis, dicens, Volo te occidere, nisi fugisset adventu viatorum, qui ejus fratrem latroni succurrentem interfecerunt, censendus sit publicus latro ita, ut non gaudeat immunitate Ecclesiastica?

Ubi de publico latrone, & viarum grassatore quoad eandem immunitatem vera sententia.

1 REspondendum videtur, hujusmodi delinquentem ob attentatum publicum latrocinium, viæque publicæ obsessionem non gaudere immunitate Ecclesiastica, cum omnia jura, tum antiquissima sub Nicolao Primo *in can. sicut antiquitus* 9. *quæst.* 4. tum media sub Innocentio Tertio *in cap. inter alia de immunit. Eccles.* tum & novissima sub Gregorio XIV. *in Const.* 7. §. 8. publicos latrones, viarumque obsessores Ecclesiastica immunitate destituunt.

2 Quandoquidem si latrocinii causam respicimus, hic latro censendus est, quia pervim, & cum armis iter facientem spoliare nititur ad textum *in auth. sed novo jure subl.* 3. *C. de serv. fugit.* ut est interpres ibi Cæpolla *nu.* 48. Dicendusque etiam est publicus latro, quia ex insidiis in publicam viam adversus viatorem prodierit, ibique enim aggressus sit. Ex hoc enim, quod in strata publica id factum tentatum est, illius patratores publices esse necesse est, Abb. *in d. cap. inter alia n.* 3. *de immun. Eccles.*

3 Cui quidem assertioni non derogat, quod crimen consummatum non sit. Sum quia ob id solum, quod cum ferro aggredi, & spoliare instituit publicus latro habetur ex verbis textus *in l. Capitalium* 28. §. *grassatores ff. de pœn.* ut & publicam vim fecisse dicitur, quia cum telo in publico fuerit, *ff. ad l. Jul de vi publ.* Tum etiam quia *in d. cap. inter alia in citato can. sicut arguitur*, ac in allegata Constitutione Gregoriana nulla fit prædæ mentio, eâque satis, quod quis viatorem aggrediatur, ut ex hisce verbis Constitutionis: *publici latrones, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, ac viatores ex insidiis aggrediuntur*, benè perspexerit Gambacurt. *de immunit. Eccles. lib.* 5. *cap.* 12. *num.* 3.

4 Si verò consideremus obsessionem, cum hic ex insidiis in publicam viam progressus viatorem invadat, minata nece, jam opere exequitur quod parasse creditur, quamquam nondum stratas obsedit, & quia ad effectum pertinaciam ad cædem prorupit, cum multò magis quempiam, profectam ad crimen exercitium, etiamque secundum aggressionis, quam meros obsides immunitate privandum, ratiocinetur Gambacurt. *eo cap.* 12. *n.* 3.

5 Quibus neque est impedimento, ut aliquibus videtur, defectus consuetudinis latrocinandi, obsidendive cum hac semel tantum vice, non autem sæpiùs id admisisse credatur ex prædallegato contextu §. *Grassatores*, ibi, *utique si sæpius.*

6 Quoniam respondetur primò, id obtinere ex d. veteri *l. capitalium*, quæ correcta est per *l.* 1. *in principio C. quan. hic. unic. sine lud. fe vendic.* his verbis: *liberam resistendi cunctis tribuimus facultatem, ut quicumque militum, vel privatorum ad agros nocturnus populator intraverit, aut itinera frequentata insidiis aggressionis obsederit, permissa cuique licentia digno illicò supplicio subjugetur, ac mortem, quam minabatur, excipiat, & id quod intendebat, incurrat.*

7 Respondetur etiam secundò, publicum latronem non ex unico, sed ex multiplicatis latrocinii haberi de jure civili ex *d.* §. *Grassatores*, secùs autem de jure Canonico ad effectum denegandæ immunitatis, hoc enim jure quod spectandum est circà Ecclesiasticam immunitatem, non curatur, an semel, bis, vel pluries id admiserit, ut ad interpretationem Gregorianæ Constitutionis latè scribit Peguera *dec.* 40. *in addit. vers. scias tamen*, eumque refert, ac sequitur Ricc. *collect.* 109. *vers. secundò*, eandemque sententiam tenet Gratian. *discept. for. tom.* 2. *cap.* 280. *num.* 33.

8 Atque hinc fit, ne veterem illam legem, sed hanc novissimam sanctionem servandam esse intelligamus respectu immunitatis, de qua nunc agitur. Nam præcitatæ. Canonicæ sanctiones eam consuetudinem delinquendi non exigunt, neque exigere dicendæ sint, ne scelestis hujusmodi dicerentur asylum præbere, donec multiplici præda, vel prorogata obsidione efficerentur famoli, ac interim eos fovere videri possent, ut impune latrocinentur. Est enim malis præcidenda via, & obstandum principiis, ut affert in causam Imperator *in d. l.* 1. §. 1. *C. quan. hic. unic.* & comprobat Gambacurt. *loc. alleg. num.* 3.

9 Quod est faciliùs enodatur quantum attinet ad publicos latrones, si publicos latrones, de quibus præallegati canones, loquuntur, à famosis latronibus secernamus. Cum publicus latro, de quo hic sermo habetur, sit qui publico in loco cum ferro aggreditur, ac spoliare instituit, ut dictum est superiùs. Famosus verò latrò, qui sæpiùs ubivis, & alibi, etiam quam in viis publicis furatur, consuevisse furari dicitur, de quo ex *d.* §. *famosus* scribit Covar. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 9. *sub initio num.* 7. Et quem nec antiqua, neque nova præcitata jura prosequuntur, sed publicum latronem, viarumve obsessonem, in quo unicum tantum actum sat esse ad ei denegandam immunitatem, firmat Gambacurta *cit. cap.* 12. *num.* 3. post Pegueram *d. decis.* 40. *in addit.* quem non allegat.

10 Si demum homicidium perscrutamur, quis negarit illud ipsi latroni imputandum, ut omnium malorum auctori, qui tentato latrocinio, vel facta obsidione fratri suo necis causam præbuit, & qui propterea capitale supplicium excipere jubetur ex *l. quoniam multa facinora 6. C. ad leg. Jul. de vi publ. & priv.* cujus quidem legis dispositio non circumscribitur terminis suæ dispositionis, sed extenditur ad omnes casus violenti invasoris, ut per Farinac. *q.* 126. *numer.* 69. & Cabal. *cas.* 192. *num.* 12.

11 In hac re primum disceptandum est quisnam sit latro publicus, quis grassator, & quomodo constituantur ad mentem Constitutionis Gregorianæ de immunitate Ecclesiarum. Deindè illam definiemus.

12 Publicus latro is est, qui in locis, aut viis, vel itineribus publicis, vel in mari, aut flumine cum armis, & violentia, vel per insidias, palam, vel per vim publicè in domibus privatorum depredatur *auth. sed novo jure C. de serv. fugit. & auth. ut nulli Judic. §. fin. vers. fures autem*, tradunque Decian. *tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 2. Gomez. *tom.* 3. *var. cap.* 10. *in verbr. quando reus gaudeat immun. Eccles. num.* 2. Sylvest. *in sum. v. latro, & v. immunitas* 3. *num.* 2. Peregrin. *cod. tit. n.* 6. *num.* 3. Delben. *eod. argum. cap.* 16. *dub.* 13. *n.* 3. Farinac. *tom.* 2. *lib.* 9. *cap.* 9. *quæst.* 9. Scorza *eod. num.* 385. Mar. Ital. *tit.* 5. *cap.* 5. §. 1. Farinac. *de carcer. quæst.* 28. *numer.* 5. & in *append. de immun. cap.* 10. *num.* 15. Correa *in repet. cap.*

cap. 7. *num.* 27. & ante omnes Abbas, & Glossa *in cap. inter alia de immunit. Eccles.* Ideòque dicitur latro publicus, tum respectu loci publici, in quod depredatur, tum respectu frequentiæ, propter quam omnibus, ut publicè, notus, pro latrone habetur, ut per Decian. *loc. alleg. num.* 2. Hinc non solum propter notorietatem juris, ut in judicio crimen illud confessus, vel propter illud aliquando damnatus sit, sed etiam propter notorietatem facti, ut si vel uno ex multis latrocinio publico, vel ex aliquibus secretis diffamatus sit, & publicè latro reputetur, verè aliquis dicitur latro publicus. Contrà verò latro, qui non est publicus notorietate juris, neque notorietate facti, immunitate gaudebit, Bacon. *in* 4. *d.* 13. *ar.* 1. Sot. *de just. & jur. lib.* 5. *quæst.* 33. *art.* 3. Sanchez *tom.* 2. *consil. moral. lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 8. *num.* 14. & Lezana *v. immun. num.* 8.

13 Quærè ut quis immunitate Ecclesiastica privetur, constare debet esse latronem publicum, neque sufficit præsumptio, vel dubitatio, quia non præsumptus, sed verus latro publicus immunitate privatur. Ut autem id constet, debet prius, parte citata, fieri informatio, & sententia declarati, alioquin immunitate non privatur, Decian. *cit. num.* 2. & Farinac. *d. num. cap.* 10. *num.* 155. *& seqq.* Ac proindè, ut aliquis sit publicus latro, non est facti, sed juris, quia jus ita illum definit. Unde si reus fateatur multa latrocinia commisisse, fatetur quidem factum, non autem jus, scilicet quod sit publicus latro.

14 Dicuntur autem latrones, quasi laterones, vel quod latentes itineribus publicis insidientur viatoribus. Dicuntur etiam latribus stipatores, qui tutelæ gratia dominorum suorum lateribus assident, seu mercede conducti milites. Nam moris erat, ut hos Imperator, & circà se haberet, & primos mitteret ad omne discrimen. *Latrones*, ait Varro *in lib. de lingu. latin. dicti ab latere, qui circum latera erant Regi, atque ad latera habebant ferrum, quos postea stipatione stipatores appellarunt, & qui conducebantur.* Festus Pompejus *de verb. signif.* ibique Scaliger. *latrones*, ait, *eos antiqui dicebant qui conducti militabant.* At nunc viarum obsessores dicuntur, quod à latere adoriantur, vel quod latenter insidientur. Atque hoc vocabulum ex eorum numero est, quæ ab honesta origine in invidiam postea abierunt, quo ex genere sunt, & tyrannus, & Sophysta.

15 Requiritur autem primò ad hoc, ut latro dicatur publicus, quod de hoc crimine infamia publica sit notarius secundum Bartoli opinionem *in d. l. capit. alium* §. *famosos ff. de pœn.* & in specie sequitur Alexander. *cons.* 110. *nu.* 6. *lib.* 4. & comprobat Ias. *in* §. *ex maleficiis num.* 5. *& seq. instit. de act.* ac Put. *de syndic. v. latro cap.* 2. Decian. *lib.* 9. *tit.* 29. *num.* 14. & Farinac. *de carcer. quæst.* 28. *num.* 5. & voluit Corn. *cons.* 44. *num.* 8. *lib.* 4.

16 Secundò requiritur, quod depredetur in viis publicis, ac itineribus frequentatis. Quare non sufficit, quod furetur ex insidiis in loco non publicò. Nam textus juris communis *in d. l. capitalium* §. *& ut generaliter ver. grassatores ff. de pœn.* ita statuit: *atque itineribus*, & in *auth. sed novo jure C. de serv. fugit. aut itineribus, aut in mari. Et in auth. ut nulli Iudicum* §. *fin.* eadem verba leguntur: *aut itineribus, aut in mari.* Et Constitutio Gregoriana expresè id exigit his verbis: *Itinera frequentata, & publicas stratas obsident.* Quæ verba ad declarationem criminis apposita sunt. Et ita contra Innocentium *in d. cap. inter alia*, ibique Oldiensem *numer.* 4. & Io: Andream *num.* 6. docent communiter Doctores, nominatim Farinac. *d. cap.* 10. *num.* 154. & 164. Ambrosinus *loc. alleg. n.* 5. Mastrill. *de indult. cap.* 37. *num.* 7. Clar. §. *fin. quæst.* 30. *num.* 9. Laym. *lib.* 4. *tr.* 9. *cap.* 3. *num.* 8. ac præ cæteris, Abb. *in d. cap. inter alia numero* 5. *de immunit. Eccles.* Alioquin sicuti non potest de jure communi in furcas suspendi, ut consultus respondit Fulgos. *cons.* 157. ita non privatur immunitate, ut per Abbatem, & alios *in d. cap. inter alia*, quos sequitur Io: de Visch. *de immunit. Eccles. num.* 19. & 20, ac refert Decian. *d. cap.* 28. *num.* 2. Atque ita declaravit Sacra Congregatio super Episcopis in Cathacensi 10. Martii 1610. & in Laudensi 28. Aprilis 1623. per hæc verba: *non possunt dici publici latrones, neque viarum grassatores, qui semel ac bis aliquem spoliaverint, vel sæpiùs, sed occultè in viis privatis, vel etiam in locis sacris, dummodò non publicè furari consueverint.* Et ita temperanda est opinio Deciani *d. cap.* 28. *n.* 2. tradens, quod si in via privata semel aut bis aliquem spolinte, non comprehenderetur sub nomine publici latronis, nisi esset iter frequentatum, quia supradicta Constitutio Gregoriana æquiparat iter frequentatum viæ publicæ, & per iter frequentatum intelligere videtur iter privatum, nam illud distinguit à via publica per dictionem, *Vel.*

17 An autem sufficiat, quod semel hoc crimen committatur, affirmat Megal. *in* 3. *parte lib.* 4. *cap.* 2. *q.* 1. *nn.* 10. quia nomina verbalia in uno solo actu verificantur ex *l. athletam* §. *calumniata ff. de his qui notantur infames*, idemque tenet Martha *de Jurisd. p.* 2. *cap.* 55. *n.* 22. qui testatur de praxi. Et quamvis frequentia esset necessaria, putat tamen Megalius, duos actus sufficere, quia duo actus sufficiunt ad inducendam consuetudinem ex glossa *in auth. de testibus* §. *quia verò ex l.* 2. *in fine C. de Episcop. aud.* Graff. *de cas. ref. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 14. Floron. *p.* 2. *cas.* 3. *num.* 10. Quod etiam sequitur Delbene *d. cap.* 16. *nn.* 8.

18 At nos cum communi sententia asserimus, non posse dici publicus latro, qui publicè, & cum violentia semel, aut bis depredatur, ut exinde immunitate Ecclesiastica privandus sit. Id clarè patet ex *d. l. capitalium* §. *generaliter ff. de pœn.* ibique Doctores, quia nomen latronis frequentiam denotat, docetque Abbas *in cap.* 1. *num.* 24. *de judic.* Igneus *in l.* 3. §. *subvertitur num.* 107. *ff. ad Syllan.* Giurba *cons.* 50. *num.* 27. Novar. *in sum. Bull. tit. de immunit. num.* 45. Peguer. *d. dec.* 40. *num.* 4. ubi hanc materiam accuratè pertractat, Honded. *cons.* 105. *num.* 90. & 91. *lib.* 1. Carol. Marant. *in constr. jur. p.* 2. *resp.* 46. *nu.* 7. Mastrill. *loc. alleg.* peregrin. *de immunit. cap.* 6. *numero* 8. Horat. Pers. *cons. crim.* 39. *num.* 8. *& seq.* Decian. *cit. num.* 2. Dian. *loc. alleg.* Ambros. *cap.* 3. *num.* 5. Farinac. *d. cap.* 10. *num.* 154. & 164. & Doctores communiter.

19 Nos itaque saltem ad hanc frequentiam tertium latrocinium requirimus, & sit tertium requisitum. Ita pariter ut mulier dicatur meretrix; vera opinio est, quod oporteat, ut se prostituerit pluribus, quam duobus, aliàs non poterit meretrix reputari, ut firmat Luc. de Pen. *in l. quemadmodum num.* 9. *C. de agric. & cens. lib.* 11. Alciat. *in l. Massurius ff. de verb. signif.* Paris. *cons.* 160. *num.* 4. *lib.* 4. Socin. *cons.* 54. *lib.* 3. Cæphal. *cons.* 140. *num.* 6. Covar. *de sponsal. p.* 2. *cap.* 8. §. 11. *num.* 4. cum aliis, quos sequitur Farinac. *quæst.* 136. *num.* 85. Requiritur enim, ut mulier dici possit meretrix frequentia, & proinde ut multorum libidini pateat *can. vidua* 34. *d.* Verbum autem *multorum* licet nonnunquam comprobetur in duobus §. *fin. instit. de jur. person. l. Constitutionem C. de administr. tutel.* plerumque tamen comprehendit numerum ulteriorem *l.* 1. §. *hoc rescriptum*, ubi Gloss. *v. multa ff. ad Syllan. Clem. sæpè de verb. signif.* Et quamvis deserviat subjectæ materiæ, ut per Abb. *in cap. latores nu.* 5. *de Cler. excom.* tamen solet, ut plurimum verificari in tribus *cap. iteratur de consecr. d.* 2. *l. multis C. de liberal. caus.* Gloss. *in d. l.* 1. § *hoc rescriptum ff. ad Syllan.*

20 Unde sicut mulier, quæ unius amore capta, illi sui corporis copiam facit, non potest dici meretrix, neque infamis, Faber. *in* §. *scortis instit. de inoff. test.* Menoch. *de arbitr. cas.* 328. *num.* 3. *& seq.* Mascard. *de probat. concl.* 1063. *num.* 7. Neque illa, quæ duobus viris se prostituit, etiam quæstus causa, potest meretrix appellari, Abb. *in cap. inter opera in fine de sponsal.* Purpur. *cons.* 265. *n.* 11. Alciat. *in d. l. Murius n.* 4. Paaz *de delict. lib.* 1. *cap.* 43. *num.* 8. Menoch. *cons.* 18. Bertaz. *cons.* 134. *lit. C.* Trivis. *dec.* 33. *num.* 1. *p.* 2. Vincent. de

Franch. *dec.* 68. *num.* 2. Nec privilegia conceſſa Monaſteriis, ſive domibus Convertitarum, ſive pœnitentium, quibus cavetur, ut meretrices certam partem monaſterio relinquere teneantur, habent locum in mulieribus, quæ unum, vel duos admiſerunt, de Franch. *d. dec. in fin.* Hieron. Buccharon. *de diff. inter judic. civil. & crim. diff.* 50. *num.* 3. Rota apud Seraph. *dec.* 999. *num.* 6. Nec pœnæ inflictæ à jure, vel à Conſtitutionibus municipalibus contra meretrices, habent locum in mulierе, quæ unius amore capta, illi ſui corporis copiam facit, neque in ea, quæ duos tantum, etiam quæſtus cauſa, admittit, & conſequenter Judex, cui eſt tributa facultas procedendi contra meretrices, non poterit procedere contra eam, quæ amoris gratia uni ſe proſtituit, neque contra eam, quæ duos quæſtus gratia admiſit, ut per Vincent. de Franch. *loco alleg.* Ita ſimiliter de publico latrone dicendum eſt, qui licet fateatur ſe eſſe publicum latronem, & tamen conſtet de una, vel de duabus depredationibus, non idcircò erit publicus latro, ut per Angel. *cit. conſ.* 403. ubi monet Judices, ut ex confeſſione, quod quis ſit publicus latro, neminem damnent ad furcas, niſi conſter, quod ſæpiùs depredatus ſit, eumque ſequitur Put. *de ſyndic. v. latro num.* 2. ac Decian. *lib.* 9. *cap.* 29. *n.* 12.

21 Sic quoque ille dicitur uſurarius manifeſtus, quando hæc duo concurrunt, ſcilicet conſuetudo, ſeu exercitium, ſeu frequentia mutuandi ſub uſuris, & publicitas notoria. Nam nomen uſurarii quemadmodum & latronis eſt verbale ex natura ſua ſignificans exercitium, ſeu frequentiam, ut de omnibus pœnis uſurariorum docet, Covar. *lib.* 3. *var. cap.* 3. *num.* 2. Lup. *de uſur. com.* 4. *in præf. num.* 22. Ugolin. *de uſur. cap.* 24. §. 8. *num.* 1. Unde non ſufficit unus actus notorius, Menoch. *de arb. cap.* 235. *nu.* 6. cum Bartolo, & Salicero, & aliis, ac tenet Mantica *de tacit. & ambig. tit.* 24. *num.* 13. *lib.* 8. & Turrianus *diſp.* 63. *dub.* 4. *num.* 4. Neque ſufficiunt duo actus ad hanc conſuetudinem facti, Menoch. *caſ.* 81. *num.* 2. *loc. cit.* Neque ſufficiunt tres actus, ut quis dicatur uſurarius, Jaſ. *conſ.* 154. *vol.* 4. Grat. *conſ.* 39. *num.* 5. *vol.* 2. Atque ita docent in noſtra ſpecie Tholoſan. *in Syntagm. jur. lib.* 37. *cap.* 2. *n.* 3. inquiens, poſt tria furta autem quis dicitur famoſus latro à Jaſone *in l. pan. ff. de cond. ob cauſ.* ab Alexandro *conſ.* 110. *vol.* 4. à Fulgoſio *conſ.* 157. *in* 1. *& col.* & à Chaſſaneo *in conſuet. Burgund. tit. des & droct d' icelles* §. 5. *adver. pour la premiere fois v. Et advertе*, ac præ omnibus Bartol. *in l. nemo C. de Epiſc. aud. & in auth. ſed novo jure col.* 1. *de ſerv. fugit.* Angel. *in l. quod ſi nolit.* §. *qui aſſiduus ff. de edil. edict.*

22 Ii ergo latrones, qui habent ſupradicta requiſita, privantur immunitate Eccleſiaſtica, ut patet ex *d. cap. inter alia de immun. Eccleſiarum*, & in *cit. can antiquitus* 17. *quæſt.* 4. & in Conſtitutione Gregoriana.

23 Addunt aliqui, quod ſi latrocinia, vel graſſationes commiſſæ fuerint in eodem loco, & aſſiduo, vel continuo tempore, haberentur pro uno tantum latrocinio, vel pro una graſſatione ex plenè deductis à Farinacio *quæſt.* 167. *num.* 37. *& ſeqq.* Quod procedit, quamvis, res ablatæ eſſent plures, ac plurium dominorum, etiam in diverſis locis, dummodo tempore continuo latrocinium, ſive graſſatio patrata fuerit, ut per Giurbam *conſ.* 93. *numer.* 5. *ac ſeqq.* ubi in numeros refert Doctores. Atque adeo latro, & graſſator gaudebit immunitate.

24 Quinimmò Cæpolla *in auth. ſed novo jure nu.* 106. *C. de ſerv. fugit.* ut publicus latro, ac viarum graſſator qui exiſtimetur, requirit, quod præter actuum frequentiam, latrocinium, vel graſſatio fiat cum homicidio per textum *in d. l. Capitalium* §. *famoſos ff. de pœn.* cujus hæc ſunt verba: *Famoſos latrones in his locis, ubi graſſati ſunt, furca figendos, quampluribus placuit, ut conſpectu terreantur alii ab eiſdem facinoribus, & ſolatio ſint cognatis, & affinibus interemptorum, eodem loco pœna reddita, qua latrones homicidia feciſſent.* Ex quibus verbis, ait Cœpolla, ut quis publicus latro dicatur, non ſufficere, quod latro, & graſſator conſuetus ſit graſſari, ſed etiam, quod id fecerit cum homicidio, & dictum textum intelligendum eſſe, inquit Decian. *d. cap.* 29. *num.* 37. de latronibus illis, qui non modò depredantur, & expoliant, ſed etiam occidunt, aliàs ſi tantum prædentur, tenet, non eſſe furca ſuſpendendos. Quia textus ibi aſſignat hanc rationem, ut pœna ſit ſolatio cognatis, & affinibus interemptorum. Ergo præſupponit homicidia. Et hoc quoque videtur ſentiſſe Jaſon. *in l. cum ſervus num.* 5. *ff. de cond. cauſ. dat.*

Sed tenendum eſt cum Abbate *in d. cap. inter alia* 25 *n.* 5. *de immunit. Eccleſ.* quod latro ex eo ſolo dicatur publicus, quod publicè, & palam furetur, vel, ut ipſe ait *qui publice ſtat in ſtratis, ut homines tranſeuntes diſturbet abſque eo, quod occidat.* Idemque aſſerit Oldrad. *conſ.* 154. *num.* 2. Bartol. *in d. l. Capitalium* §. *famoſus n.* 1. *&* 2. *ff. de pœn.* & Bald. *in d. auth. ſed novo jure num.* 3. *C. de ſerv. fugit.* ac Petr. Gregor. Tholoſ. *in ſintagm. juris univerſ. lib.* 37. *cap.* 6. *num.* 9 ubi non dubitat, aſſerere, publicos eſſe judicandos latrones obſidentes vias, & ſi non jugulent homines, ſed ſpoliant tantum, & deprædantur, firmatque Peguera *cit. dec.* 40. *num.* 6. Quod etiam eſt ad mentem Conſtitutionis Gregorianæ, dum excipit publicos latrones, viarumque graſſatores, qui itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſident, ac viatores ex inſidiis aggrediuntur, ſicque Pontifex non conſideravit homicidium, atque adeò, licet depredentur abſque nece, privantur tamen immunitate Eccleſiaſtica.

Quare multò minus ſufficit ad privandum hujuſmodi 26 reos immunitate Eccleſiaſtica, quod pluries delictum attentaverint, ſed requiritur, quod pluries, & ſaltem tertiò illud conſummaverint, quia ſumus in materia pœnali, ac in præjudicium immunitatis Eccleſiaſticæ, ut per Novar. *in ſum. Rull. tit. de immunit. num.* 46. ex Suarez, & Giurba.

Quartò requiritur, quòd cum violentia vatores ag- 27 grediatur, ſive cum armis, ſive ſine armis, ut patet ex *auth. ut nulli Iudicum* §. *fin. verſ. fures autem*, ibi: *aut cum armis, aut ſine armis, & auth ſed novo jure C. de ſerv. fugit.*

Non obſtat. *d. l. Capitalium* §. *& ut generaliter ff. de* 28 *pœn.* in qua dicitur, *& ſi cum ferro aggredi, & ſpoliare inſtituerunt, capite puniuntur.* Unde videtur colligi, quòd requirantur arma ad conſtituendum publicum latronem, quod etiam tenet Ambroſ. *loc. alleg. num.* 4. Nam lex iſta declaratur per ſupradictas authenticas, & per nova jura, quæ ponunt differentiam inter furem & latronem. Non enim eſt inſolens, ut lex prior per poſteriorem declaretur, *l. non etſi novum ff. de legibus.* Et, licet vocent furem eum, qui occultè, ac ſine armis furatur, non ideo tamen ſequitur, quod ſi quis cum armis furetur, ſed occultè, ac ſine violentia, dicatur publicus latro. Sicut contra dicitur latro publicus, qui cum violentia furatur, etiamſi abſque armis, ut habetur perſpicuè ex dictis authenticis. Quare violentia in furando eſt propria, quæ latronem facit, & quæ conſtituit differentiam inter latronem, & furem.

Tandem non ſufficit, quod viatoribus furatus, & in 29 via publica eos aggreſſus fuerit, ſed requiritur, quod à principio aggreſſus fuerit vias publicas, & frequentatas obſedиſſet animo viatores expoliandi, ac renitentes occidendi, ut expoſcunt verba *d. l. Capitalium* §. *graſſatores ff. de pœn.* ibi: *ſic cum ferro aggredi, & ſpoliare inſtituerunt*, ideſt deliberarunt, ac *d. cap. interalia de immunit. Eccl.* & Conſtitutio Gregoriana in hæc verba: *Viarumque graſſatores, qui itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſident, ac viatores ex inſidiis aggrediuntur.* Ergo, ſi non ex inſidiis, neque ex induſtria, ſed ex re nata, vel rixa, vel ex accidenti in via publica furetur, non erit verè publicus latro, neque graſſator, quia nec verba Conſtitutionis Gregorianæ, neque *d.* §. *graſſatores* in eo comprobantur, atque adeò non privatur immunitate Eccleſiaſtica. Statuit enim Deus, Num. 35.

Si

Si quis ferro percuſſerit, & mortuus fuerit, qui percuſſus eſt, reus erit homicidii, & ipſe homicidis, & ipſe morietur. Rurſum Exod. *cap.* 21. Deuter. *cap.* 19. & Levit. 24. *Qui percuſſerit hominem volens occidere, morte moriatur. Qui autem non eſt inſidiatus, ſed illum Deus tradiderit in manu ejus, conſtituam locum, in quem fugere debeat. Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab altari meo evelles eum, ut moriatur.* Hoc ipſum apud Summos Pontifices ſancitum *c.* 1. *de homic.* Faciunt ſiquidem inſidiæ, quibus latrones moliuntur aliorum necem, ut gravius, & exemplari pœna puniantur. Nefas enim viſum eſt, hominem homini inſidiari, cum inter nos cognationem quandam natura conſtituerit, ut ſcribit Florentinus Juriſconſultus *l.* 3. *ff. de juſt. & jur.* Crimen ita grave latronum, & paſtorum exiſtimarunt Dioclетianus, & Maximianus, ut accuſatio poſſit repeti, etiam abſolutione antea ſecuta. Sic enim interpretor, omiſſa Interpretum diverſa ſententia, illorum ſanctionem, ea de re editam *in l. ſi quis homicidii* 11. *C. de accuſ.* in qua crimen paſtorum Accurſius arbitratur homicidium dici à Caino, qui primus fratricida fuit, *Geneſ.* 4. Quod non probo. Is enim non paſtor, ſed agricola fuit, & innocens occiſus fuit paſtor Abel. *d. cap.* 4. *Geneſ.* Arbitror autem, crimen paſtorum eſſe, ſocietatem habere cum latronibus, ſicut habebant paſtores tunc, qui in locis deſertis armenta paſcebant, ut plerumque hodie qui in inviis montibus degunt, & paſcuis montanis agunt. Cujus rei fidem faciunt Honorius, & Theodoſius, qui inhibent dari filios nutriendos paſtoribus, alioquin ſocietatem latronum videri confiteri; ruſticanis tamen dari poſſe *l. un. C. ne paſtor. denti. fil. nutr.* Inſidiari enim eſt inſidias ſtruere, ſeu ex animo nocere ex interpretatione Salomonis ſuper illud vulgatum *in l.* 3. *ff. de juſt. & jur.* Et inſidiator propriè is dicitur, qui vias inſidet, ut ex improviſo ſecurum opprimat viatorem.

30 Nonobſtant ſtatuta, & pragmaticæ laicorum, ex quibus, qui ſemel hoc crimine deliquerit, ſupplicio capitali punitur, atque adeo privandus immunitate Eccleſiaſtica, ut per Mar. Ital. *lib.* 1. *de immun. cap.* 5. §. 2. *nu.* 20. Nam, & ſi Principes poſſint ſtatuere de pœnis capitalibus, non tamen poſſunt aliquid decernere contra immunitatem Eccleſiaſticam, cum id tantum pertineat ad Summum Pontificem, ut per Ambroſin. *cap.* 3. *num.* 6. Peregrin. *de immun. cap.* 6. *nu.* 9. Diana *d. reſol.* 15. §. *advertendum*, Delbene *d. cap.* 16. *dub.* 13. *n.* 15. Et ex ipſis Regiis Conſiliariis, Peguera *deciſ.* 410. & Maſtrillus *de indulto cap.* 33. *num.* 7.

31 Atque ex his ad quæſtionem propoſitam de reo in ea relato, in quo dicta requiſita non comprobantur, breviter reſpondeo, quia grata eſt brevitas, Gloſ. *in l.* 1. *ff. quod metus cauſa*, at ſine obſcuritate, eadem Gloſ. *in l.* 1. *ff. ſi cert. pet.* nimirum gaudere.

32 Quod verò ad Graſſatores, quos antiqui graſſarios appellabant, dicuntur ii latrones vias obſidentes. Gradi ſiquidem ambulare eſt, unde tractum graſſari, videlicet ab impetu gradiendi, & ut ait Calliſtratus de pœnis *in l. Capitalium* §. *omnia admiſſa ſunt*, qui prædæ cauſa id faciunt, proximi latronibus habentur, etſi cum ferro aggredi, & ſpoliare inſtituerint, capite puniuntur, utique ſi ſæpiùs, atque in itineribus hoc admiſerunt. Cæteri in metallum damnantur, vel in Inſulas relegantur. Propriè autem graſſator ille eſt, qui viarum in urbe, vicorumque obſeſſor eſt, quique obvios, injuriæ opportunos, ſpoliat, aut pulſat, aut intentata nece territat, & ideò graſſari eſt ſuprà modum ſævire ex Nonio. Vnde ille, qui in viis publicis extra Vrbem depredatur, dicitur propriè publicus latro. Qui verò in viis publicis intra Vrbem ex inſidiis depredatur, aggreditur, ut viatores ſpoliet, vulneret, vel interficiat, dicitur graſſator viarum, & ſub nomine latronum, etiam continetur, ut docet Decian. *tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 2. Ambroſin. *d. cap.* 2. *num.* 4. Farinac. *in append. de immunit. cap.* 12. & Delbene *d. cap.* 16. *dub.* 18. *num.* 1. Atque adeò ſubijcitur pœnis omnibus, quibus ſubiicitur publicus latro, etiam quoad privationem immunitatis Eccleſiaſticæ ex Conſtitutione Gregoriana, dummodò concurrant omnia requiſita, quæ in publico latrone requiri debent, ut jam diximus.

Præcipuè vero requiritur, quod ſæpiùs hujus ſceleris 33 effectus fuerit reus. Vnde requiritur frequentia, & conſuetudo graſſandi, ut docent Angel. *d. conſ.* 403. Fulgoſ. *relato conſ.* 157. *num.* 3. Igneus *in d. l.* §. *ſubvertitur num.* 107. *ff. ad Syllan.* qui teſtatur de communi, ac præ aliis Peguera *cit. deciſ.* 40. Vt proindè Decianus *d. cap.* 28. *num.* 2. eum, qui ſemel, aut bis aliquem in via privata ſpoliat, non putat nomine latronis publici, ſive graſſatoris comprehendi, ut privetur immunitate Eccleſiaſtica. Quia privatio hujuſce immunitatis fuit inducta ob atrocitatem criminis, quod innuit Oldrad. *conſ.* 154.

Idèoque, ſi obſederint vias non frequentatas, non ita 34 atrox cenſetur delictum, cum in culpa ſit, ſibique imputet, qui per inſuetas vias iter facit, *arg. l. qui fiſcales*, ibique Bartol. *C. de navicul. lib.* 11. *& in l. cum proponas*, ubi omnes *C. de naut. fœn.*

Quod autem requiratur, vias, quas graſſator obſidet 35 eſſe frequentatas, ac publicas, liquet ex textu *l.* 1. *C. quan. lic. unic. ſin. Iud. libi jus dic.* his verbis: *aut itinera frequentata inſidiis aggreſſionis obſederit*, & habetur perſpicuè in Conſtitutione Gregoriana. Via ſiquidem publicum iter denotat. Quapropter, qui itinera privata, vel occultas ſtratas obſidet, non privatur immunitate, quia Pontifex Gregorius ſolum excludit eos, qui itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſident, eaſque ſolum tuetur juxtà *d. l.* 1. *C. quando liceat, &c.* Idque tenent Farinac. *in append. de immun. cap.* 2. *num.* 165. Ambroſin. *d. cap.* 3. *num.* 5. Bonac. *de legib. diſp.* 3. *quæſt.* 7. *de immun. Eccleſ.* §. 4. *num.* 1. Lezan. *v. Immunitas num.* 9. Delben. *d. dub.* 18. *num.* 3. *& ſeq.* Quamvis Innocent. *in d. cap. inter alia col.* 2. Oſt. *num.* 4. & Io: Andr. *num.* 6. velint, quod ſufficiat, ſi graſſetur in loco privato, moti ex eo, quod *in d. cap. inter alia* exempli gratia dicitur: *qui itinera frequentata, & publicas ſtratas obſident* quia hi viarum graſſatores ibi ſæpiùs aggrediuntur. Sed fruſtra id volunt, & abuſivè. Quia, ut diximus, textus *in d. cap. inter alia*, & Conſtitutio Gregoriana de graſſatore in viis publicis, ac itineribus frequentatis planiſſimè loquuntur. Sic & liberum iter publicum petiit Iſraeliticus populus à Sehone, Rege Amorrhæorum *Num. cap.* 21. *Obſecro, ut tranſire mihi liceat per terram tuam. Non declinabimus in Agros, & Vineas. Non bibemus aquas ex puteis. Via regia gradiemur, donec tranſierimus terminos tuos.* Viamque hanc regiam, fuiſſe publicam, explicatur in *Deuteron. cap.* 2. ubi ea repetuntur: *Tranſibimus per terram tuam, publica gradiemur via, non declinabimus, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram.* An inſuper requiritur violentia ſive cum armis, ſive ſine armis, ut de latrone publico diximus. Violentia autem factum dicitur, quando effranguntur januæ, feneſtræ, vel muri domus ad furandum, ſive in Vrbe, hoc eſt in locis habitatis, ſive extra, textus *in l.* 15 *qui* §. *ſi quis de monumento in fin. ff. quod vi, aut clam.* Item quando graſſatores per vim furantur claves, & poſtea illis fores aperiuntur, Mar. Ital. *de immunit. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 5. §. 1. *num.* 26. Et Judex ex qualitate perſonarum, cauſæ, loci, temporis, & hujuſmodi aliis poterit arbitrari, quando violentia interceſſerit.

Nec mirum videri debet, quod cum intentio latro- 36 num & graſſatorum non ſit cauſa præcipua, ut occidant, ſed tantum ut res, & bona deprædentur, nihilominus tanquam homicidæ puniuntur, cùm homicidium præcipuè, ac primario non intendant; ſique eis non reſiſtatur, ſpoliant, parcunt vitæ, pauperis præſertim, ſiquidem, *cantabit vacuus coram latrone viator.* Nam licet principaliter in intentione latronum, & aggreſſorum ſit deprædatio, quæ quidem per ſe graviſſimum eſt ſcelus, tamen ex hoc etiam præcipuè intendunt mortem inferre iis, qui ipſis obſiſtunt, vel iis, à

quibus se cognitos, ac propalandos existimant. Ideòque ob frequentiam istorum hominum, furentium audacia, scelus anhelantium, pestem generis humani molientium, Summi Pontifices statuerunt, ut ab Ecclesia ejiciantur, emittanturque.

37 Ex jam dictis annotant Peregrin. *d. cap. 6. num.* 11. ac Delbene *loco alleg. num.* 5. Mar. Ital. *d. lib. 1. cap. 5. §. 1. num. 15.* aliique, tonsores monetarum, vel alios, sine armis, & sine violentia subripientes, sive occultè, vel in viis privatis, aut etiam in viis publicis, non ex insidiis, sed quasi ex accidenti furantes, gaudere immunitate Ecclesiastica. Quia non sunt publici latrones, neque dicuntur obsidere vias frequentatas; & licet monasterii respectu rei sublatæ, quodammodo publici fures dici possint, cum ipsa moneta res publica dicatur; tamen cum clam, & sine violentia furentur, inter publicos latrones recenseri non possunt. Quidquid Covarruvias, Suarez, ac Filiucius apud Delbenem *d. num.* 5. putent, ex consuetudine contrarium receptum esse de eo, qui in privatis viis, aut alibi per insidias aggreditur, ac furatur. Nam quod attinet ad immunitatem Ecclesiasticam jus commune cum Constitutione Gregoriana servandum est, nec consuetudines possunt tollere immunitatem Ecclesiarum, cum sint à laicis inductæ per ea, quæ habentur *in cap. Ecclesia S. Mariæ*, ibique Doctores *de Constitutionibus*, ac firmat Peguera *ea dec.* 40. & nos sæpiùs.

38 Undè facultas, quæ sæpiùs in his casibus à Summis Pontificibus conceditur extrahendi hujusmodi reos ab Ecclesia, recipit interpretationem à Constitutione Gregoriana, dummodo scilicet crimen ab eis patratum sit verè de exceptis, ad textum, & Doctores *in cap. causam, quæ de rescript.* Honded. *cons.* 61. *n.* 27. *lib.* 1. *& cons.* 24. *n.* 9. *lib.* 2. Mens enim Principis talis præsumitur, qualis est legis, & rationis, *l. ex facto*, ibique Bald. *de vulg.* Craver. *cons.* 168. *num.* 9. Surd. *cons.* 203. *num.* 33. *ac seqq. & cons.* 333. *num.* 26. Nisi tamen juxta criminis circumstantias extrà ordinem ad pœnam aliquam ab Ecclesia extracti damnentur.

39 Et, quamvis Curia sæculatis, ejusque Fiscus, non solum ante, sed etiam post injectionem in carcerem, ac litem contestatam, novam causam cognoscere possit, id tamen non habet locum in causis immunitatis Ecclesiasticæ. Nam extractio non comprobatur ex probationibus, postea receptis, cùm ex eis non convalescat actus ab initio irritus, ut per Novar. *in sum. Bull. tit. de immunit. Eccles. num.* 89. Mar. Ital. *cod. tit. lib.* 1. *cap.* 6. §. 2. *num.* 41. *& seqq.* ubi propterea reprobat Gamam, contrarium asserentem, *dec.* 52. traditque Remigius pariter *de immunit. quæst.* 17. *num.* 1. Hippol. de Marsil. *in l. pen. num.* 31. *ac seq. ff. de quæst.* Bellug. *in spec. Princip.* Boer. *in addit. ad Dec in regul. dolo de reg. jur. in* 6. Ruin. *cons.* 128. *lib.* 8. Natt. *cons.* 29. *num.* 3. adeò, ut reus per Judicem sæcularem pro aliis delictis detineri interim non possit, Farinac. *de immun. Eccles. num.* 49. Genuen. *in pr. cap.* 22. *num.* 5. Idque etiamsi Fiscus terminum petat ad probandum, quod reus extractus fuerit ab Ecclesia ob casum exceptum, etiam per partis confessionem, Farinac. *loc. cit. num.* 51. Canonistæ *in cap. si eo tempore de reseriptis in* 6.

bonorum, quæ coluntur ratione à verisimili suo arbitrio ducta. Aliqibi illam tanti æstimant quanti valet bonorum, quæ coluntur, pars octava ratione itidem à verisimili deducta. Totque fructus præsumunt ex eadem massa per Colonos percipi, quot percipiuntur ab ipsa dimidia, vel octava parte bonorum, deductis scilicet parte fructuum dominicali, expensis, alimentis, mercede laboris, sterilitatis, ac similibus. Hanc itaque dimidiam, & octavam partem bonorum, & fructuum Ecclesiasticorum respectivè, vocant Colonicam. Propterea Colonos bonorum Ecclesiasticorum pro eorum dimidia, vel octava istiusmodi parte, oneribus ruralibus gravant, ac si ejusdem dimidiæ, vel octavæ partis domini essent. Dixi oneribus ruralibus, quia in illis locis duplicia sunt onera, Civilia, & ruralia. Civilia sunt, ad quæ tenentur cives, eorumque bona. Ruralia verò, ad quæ tenentur rustici, bonaque ipsorum. Ideò colonica ista portio, quæ supponitur esse coloni, sicque rustici, non potest sub aliis oneribus comprehendi, quàm sub ruralibus. Exemplum sit. Qui perticas 64. terræ colit, æstimatur habere tantam massam, quanti valent perticæ 32. quæ sunt ipsarum 64. dimidia pars. Vel perticæ 8. quæ illarum pars octava sunt. Colonus igitur omnibus ruralibus gravatus pro perticis 32. vel. 8. tanquam illius propriis. Et ad hunc effectum bona Ecclesiastica in libro actimi, sive, ut vulgò dicitur, *Catastro*, describuntur, non tamen Titio, aut Seio Colonis nominatim, sed absolutè, id est nemine Colono nominato. Exactionis autem tempore fit executio contra eum, qui tunc reperitur, bona ipsa colere quicunque ille sit. Ecclesiastici autem dicunt, non Colonos, sed Ecclesias hac Colonicæ novitio inventu omnibus ruralibus oneribus, quæ plurima sunt, indirectè gravari, eamque propterea maximam Ecclesiasticæ inimunitatis fraudem, ac læsionem continere.

Ideò quæritur an revera ita sit? Atque ita esse probatur primò. Quia laici supponunt, Colonos Ecclesiæ habere propria, animalia, utensilia, semina, aliaque hujusmodi ad culturam necessaria, nempè proprium massaritium, sive massam. Et tamen nemo, vel paucissimi Coloni sunt, qui talia habent propria, sed domini hæc ferè omnia illis suppeditant, restituenda in fine locationis. Fuerunt enim semper Coloni in tota Italia pauperes, ut etiam testatur Ripa *in tr. de pest. tit. de remed. præserv. contra pest. num.* 221.

Secundò supponunt laici, terras egere tanta massa, quantivalet dimidia pars bonorum, nempè si terræ valent octo millia aureis, massam esse debere aureorum quatuor millia Alibi verò quanti valet octava pars bonorum, videlicet si bona, seu Terræ valent aureis octo millia, massam requiri aureorum mille. Et tamen hoc verò simile non est, cùm ut plurimum, terræ massam habeant, quæ ne quidem ad vigesimam quintam earum pretii partem ascendit. Verisimilitudo porrò, quam laici allegant, nullis innititur principiis, estque falsa opinio, atque error.

Tertiò supponunt, Colonos dimidiam fructuum partem sibi ex sua istiusmodi massa lucrari, deductis parte dominicali, expensis, alimentis, sterilitatibus, aliisque similibus, nec non deducta laboris mercede. Et tamen impossibile hoc est. Cùm enim dimidiam integram solvant Domino, reliqua dimidia lucrum esse non potest, si prædicta deducantur. Iis siquidem deductis, altera ipsa dimidia minuatur, necesse est. Sed neque in aliis locis possunt Coloni octavam fructuum partem superlucrari, deductis deducendis, cùm fructus omnes, qui per dominum Colono remittuntur, vix ad necessaria alimenta, & expensas sufficiant adeò, ut nullus ferè inveniatur Colonus, qui pauper non sit, immò & miserrimus.

Quartò, nedum gravantur Coloni, sed bona Ecclesiastica allabrantur, & in Catastro describuntur. Et quod pejus est fit executio contra præsentem Colonum, sive is idem sit, qui tempore indictæ Collectæ colebat, sive

CONSULTATIO XXIX.

1 IN aliquibus Italiæ regionibus extat hæc Coloniæ species. Laici ajunt, colonos Ecclesiæ habere semina, boves, utensilia, & alia ad agriculturam necessaria, quæ aliqui massam, alii massaritium vocant, quemadmodum etiam referunt Menochius *cons.* 1144. *num.* 18. Rhaud. *de annal. cap.* 40. *numer.* 109. & Anton. de Herrera *in relat. controv. juris d. Mediol. cap.* 6. *vers. Que las cosas* His bona Ecclesiastica colere, ac ex eorum fructibus certam partem Ecclesiæ solvere, aliam in expensas culturæ intumere, reliquam sibi lucrari. Massam verò istam tanti alicubi æstimant, quanti valet dimidia pars

sive non sit, nullaque præmissa discussione, an bona, quæ capiuntur, sint coloni collectati, an Ecclesiæ Dominæ, vel eidem hypothecata, quasi agatur de exactione oneris, meræ realis,

6 Quintò, quod dictum est de Collectis, idem observant quoad militum hospitationem. Transmittuntur enim milites in domos Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum, quas inhabitant, coloni, ac si eæ colonorum essent propriæ, pro rata scilicet dimidiæ, vel octavæ partis Ecclesiasticorum bonorum, quæ colunt, ac si ipsi eorum esset Domini. Idemque faciunt circa contributionem, quam æqualentiam vocant, de militarium hospitationum expensis, & circa alia quæcunque ruralia onera.

7 Quamobrem onera huic prætensæ colonicæ portioni indicta, proculdubio in Ecclesiam redundant, cum coloni neque prætensam massam habeant, neque ex ea prætensum lucrum percipiant, atque ideò cogatur Ecclesia pro ipsis solvere. Tum quia onerum executio fit in illius bonis, ac rebus. Tum ne iis rebus omnibus spoliati, vel in caterem detrusi derelinquant culturam. Unde perspicuum est, Colonicam istam portionem esse inventam in Ecclesiasticæ immunitatis fraudem, ac læsionem contra piissimam Principum mentem, quæ semper fuit, ut Immunitas Ecclesiastica illibata conservetur.

8 Cætera, quæ in puncto juris deduci possunt à laicis, alibi retuli, ac diluì. Et ad prætensam illorum immemorabilem consuetudinem, etiamsi probaretur, nullius est valoris contra immunitatem Ecclesiasticam, ut sæpiùs probavi.

9 Pro remedio hæc pauca subjicio. Primum Ordinariis locorum injungendum, ut Ecclesiasticam tueantur immunitatem juxta Sacrorum Canonum, & Apostolicarum Constitutionum dispositionem, sicut plenè videri potest ex litteris hac de re scriptis jussu Pauli V. & Gregorii XV. à me *tomo* 6. deductis. Deindè si contumacia duraverit, ad Ecclesiasticarum censurarum declarationem devenire debent. Quod si laici, nedum ab inceptis abstineant, sed etiam ad exactionem ulterius procedant, nec conscientiæ stimulo censuratum incultu terreantur, supplicandus est Summus Pontifex pro opportunis remediis, saltem ut Ecclesiasticis permittatur à divinis cessare, donec congruam recipiant tantæ læsionis satisfactionem.

10 Placet huc adducere litteras Archiepiscopi Mediolanensis ad S. Congregationem pro hisce rebus à Summo Pontifice deputatam, cordatè scriptas. Illæ sunt hujusmodi. *La lettera del Sig. Card. Millino, scritta d'ordine di Nostro Signore, accioche la liberta, l'immunita Ecclesiastica si conservi illesa in questa Citta, e diocese, e i beni Ecclesiastici siano sollevati da gravami, e carichi, che ricevono da' laici sotto pretesto di portione Colonica, dimostra apertamente il zelo, che Sua Santità tiene della Giustitia, e l'affetto suo paterno verso questa Chiesa, e popolo, volendo egli, che l'una non rimanga aggravata oltre al suo potere, e l'altro non sii allacciato di colpa tanto grave. Mà perche due altre simili lettere gli anni passati furono qui ad istanza pure del Clero publicate, e intimate à popoli da' proprii Curati, e a' Confessori, accioche ciascheduno sapesse ciò in questa materia gli fosse licito, essendo il tenore delle lettere generale, non hanno operato frutto alcuno, stando i laici nella loro pretensione, che non si apporti alcuno aggravio all' Ecclesiastico con l'incaricare la portione Colonica, nè quanto alla persona, nè quanto a' beni loro, e che perciò nè in giuditio, ne fuori in coscienza se ne confessano colpevoli. All'incontro pretendendo il Clero, che'l peccato sii publico, e notorio, e i Curati eschindendo i Consoli, i Sindici, egli altri ministri, & esecutori del publico da' Santissimi Sagramentinella Pasqua, ancorche portino le fedi della Confessione, ne sono nati gravissimi lamenti ne' laici, e sono ricorsi alloro Principe, dolendosi d'esser così maltrattati dagli Ecclesiastici, anche per essere à ciò sforzati da' Magistrati Superiori con pena di vita: ad imporrei carichi regii sopra la portione Colonica, e ad esiggergli. I. Confessori parimente vimangono ambigui nel trattare le cosienze di questi loro penitenti, massima de' Magistrati, e di quelli, che commandano l'imposta, e l'esattione. Imperciochè essi dicono non sentirne alcun scrupolo di cosienza, si perche aggravando essi la portion Colonica, con dire, che altro non è, che l'havere del Contadino lavoratore delle terre, non intendono comesi aggravi la Chiesa, e l' Ecclesiastico, essendo commune l'imposta à tutti i Coloni dello stato, tanto de beni secolari, quanto degli Ecclesiastici, e che si conosce illesa l'immunità Ecclesiastica; imperochè nè la persona, ne i suoi beni, è frutti, provenienti nella portione domenicale, ne sentono aggravio alcuno, come lo sentono i laici, e per la persona, e per i beni, oltre all' essere gli uni, e gli altri beni posti nel catastro, come tali, cioè le Terre Ecclesiastiche, come immuni, & esenti da ogni carico, e le Terre de secolari, come soggette all' estimo, e a' carichioccorenti, esa si propone per la Chiesa la consuetudine, e possesso d'altl'immunità, anche per la portione Colonica, lasciando in suo stato la controversia antica, e moderna, hora pendente in cotesta Corte frà la potestà Regia, e'l Clero, se la portione Colonica si può aggravare di collecta, o nò, ciascheduno praetende per seil possesso per certo, e proprio per la parte sua, e dice il vero, che tale è l'uso antichissimo in quella Communità, e suo terratorio di partire i carichi in tal modo, e con questo pretesto protesta al Confessore di non sentirne scrupolo in cosienza, e in giudicio convenuto, si difende con questo possesso. Così al Confessore, non potendo egli rendere colpevole in penitente, s'egli non se ne accusa, non pare gli possa negare l'assolutione, massime stando indecisa la lite in Roma, e protestando d'esser pronto all' obedienza, quando sarà decisa. Oltre all'altra difesa, che sempre propone del commandamento del suo Prencipe, che così vuole, e così comanda con precetti penali per mantenersi nel possesso, e nella ragione, che vi pretende. E così nel corso di tanti anni sopra queste lettere non si è veduto frutto alcuno, anzi lugrimosi spettacoli di carcerationi, edi altri accidenti dannosi a i Coloni degli Ecclesiastici, e tanti lamenti, e querele di quelli, che governano le Communità per vedersi senza loro colpa, come essi credono, posti nell' angustie dell' una, e dell' altra potestà, e nel corpo, e nell' anima.*

Ricevuta la lettera, e fatta l'istanza da gli agenti 12
del Clero, subito fù posto in consulta il modo d'seguirla con qualche frutto, e se n'è formata una Congregatione de più letterati Teologi, Canonisti, Confessori, Regolari, e Secolari della Città per formare i Capi, che si doveranno osservare da' Curati, e da' Confessori per salute dell' anime. Si aspetterà la risolutione, e frà tanto per quello, che tocca al foro esterno, si è dato ordine à Ministri del Tribunale, che si facci Giustitia interpidamente chiunque si sentirà gravato in questa materia, si come si è fatto per lopassato, e à gli Agenti del Clero si è detto, che ne avvisino i loro principali aggravati, che troveranno sempre pronto il Tribunale à lor giusto favore. Si sono anche avvisati, che per quello, che tocca al foro interno, potendosi trattare solo in quello de' casi particolari, per accertar meglio nella Consulta ciò che si potrà, e dovrà fare per instruttione de' Confessori, che propongono il modo de gli aggravii particolari, non potendo si regolare le cosienze, e i fatti de' penitenti, se siano colpevoli, se vi cade la censura della Bolla in Cena Domini, se non e certo il caso di quell' anima.

Si è fatto intendere al Signor Governatore, e a gli al- 13
tri Supremi Magistrati l'ordine di Sua Santità con quella lettera, della quale anche se gli n'edata notitia per copia ad ogni buon fine, se forse alcuno di essi si movesse à cosienza, perche la fonte de questo torrente, che inonda di presente questa Chiesa, tutto proviene da questa origine. Il Sig. Governatore ne mostrò qualche sentimento, protestando, che ne sua mente, ne di Sua Maestà Cattolica era, che l'immunità della Chiesa fosse, ormanesse in una menoma cosa offesa, volendola sempre col sangue stesso conservare, che perciò per lettere scritteegli da Sua

Santità, il Signor Conte di Monterſi Ambaſciatore Straordinario, che colà ſiera incaminato, haveva queſto negotio in commiſſione per trattarlo coſti con ogni affetto, e auttorità à guſto della Santità Sua. Si che deſiderava, che frà tanto ſi trattaſſe in modo il negotio di queſte lettere, che non ne ſeguiſſero tumulti ne' popoli, maſſime in queſti tempi tanto pericoloſi, e calamitoſi, anche per la penuria del vitto, ſtando la neceſſita urgente di portare da' popoli queſti aggravii, della quale egli ne ſentiva molto travaglio, e così licentio l' ambaſciata, che gli fu fatta, ricevuta la copia della lettera.

13 *Tanto ſi è fatto in ſin' ora, e ſi andera fecendo ſecondo al notato di ſopra, con quella diſcrettione, che conviene alla conditione di sì grave negotio, per non dar campo a' maggiori accidenti, ò rotture, delle quali ſe ne può dubitare, ſe ſi faceſſe maggiori forzo al negotio, eſſendo tempo di guerra, quando la forzane tiene la ſuperiorità.*

14 *Se occorrerà coſſì à quelli, che trattano per lo Clero, coſa che poſſa giovare alla cauſa, e che ſi poſſi fare qui ſenza dare occaſione à laici d' imputare il Clero di ſe ditioſo, auviſando ſi farà volentieri da due Tribunali, e di Giuſtitia, e da coſcienza, purche ſi venghi al particolare, imperoche lo ſtare ſopra la generalità in moralibus non può eſſ'ettuare coſa alcuna morale.*

CONSULTATIO XXX.

An, & quatenus homicida, extractus à viridario Monaſterii per Curiam ſæcularem, prætextu homicidii proditorii in amicum reconciliatum commiſſi, ac poſtea detentus ſub fidejuſſione, ſit loco immuni reſtituendus, ac fidejuſſio irritanda?

1 DE immunitate Viridarii, ſive horti, qui ſitus eſt intra ambitum, ac muros Monaſterii iterùm, ac breviter ſcribo, illumque itidem aſſero, gaudere immunitate Eccleſiaſtica, ut de Viridario circundato muris, vel ſepe eſt textus *in can. metuentes 17. quæſt. 4. & can. frater ead. cauſ. & quæſt.* firmatque Decian. *tract. crim. lib. 6. cap. 25. num. 13.* Mar. Ital. *de immun. Eccleſ. lib. 1. cap. 4. §. 6. n. 17. & cap. 45. n. 27.* Farinac. *eod. tr. cap. 17. nu. 265. & 268.* & de Conventu ac loco Religioſorum, tradit Giurb. *conſ. 10. nu. 9. ac ſeq.* Mar. Ital. *d. cap. 4. §. 5.* ubi ampliat, etiam ad loca Clericorum ſæcularium inſtar Religioſorum viventium, Rebuf. *ad Regn. Conſtit. art. 1. gloſſ. 1. n. 19.* Guazz. *def. 1. cap. 37. n. 35.* Præcipuè, ſi habeat ingreſſum per ipſum Monaſterium, vel per Sacrarium. In quo caſu abſque dubio eſt immunis, ut in ſpecie probat textus *in l. pateant 3. in princ.* ibi: *ſive in domibus, hortulis, balneis, &c. C. de iis qui ad Eccleſ. confug.*

2 Non obſtat prætenſum homicidium proditorium in amicum conciliatum, quod de jure communi, & ex Conſtitutione Gregoriana immunitate Eccleſiaſtica privatur.

3 Primò, quia de homicidio ipſo, quod eſt ſubſtantia, conſtare debet, ac eo magis conſtare debet de qualitate, quæ eſt ipſa proditio, *l. ſi ſervum §. ſi modus ff. de empt. & vendit.* Scacc. *de judic. lib. 2. cap. 9. num. 69.* & Sperel. *deciſ. 102. num. 12.* Secundò conſtare debet, inquiſitos homicidium perpetraſſe, aut per indicia, aut per probationes, non autem per famam, quæ probationem non facit, neque gradum probationis per ſe, ſed alias probationes coadjuvat, validioreſque reddit, *l. 3.* ibique Gloſſa *v. confirmat ff. de teſtibus*, Boſſ. *tit. de inquiſ. num. 37.* Maſcard. *lib. 1. in præf. quæſt. 11. num. 6. & concl. 748. nu. 9.* Cabal. *caſ. 200. num. 123.* maximè ſi legitimè non fuerit probata, Barard. ad Clar. §. *fin. quæſt. 6. num. 9.* Cabal. *d. caſ. 200. nu. 131.*

4 Quinimo, data etiam plena probatione homicidii, probari debet qualitas proditionis, ut inquiſitus immunitate Eccleſiaſtica privetur. Nec ſufficit, eum cum occiſo in amicitiam rediiſſe, ut homicidium proditorium dici poſſit, ut in ſpecie docent Felin. *in cap. cum te v. an fidelitas de reſcript.* Alexander, Socinus, & alii, relati à Romano *ſingul. 20.* Ferrar. *tract. de immun. §. 59. nu. 1.* Ricc. *deciſ. 168. p. 1.* à qua opinione licet diſſentiat Giurba *conſ. 60. num. 27.* fretus auctoritate S. Congregationis Conſultationis, de qua Farinac. *conſ. 168. in addit.* ſequitur tamen Riccium, Diana *p. 1. tract. 1. reſol. 31.* & de Marin. *reſol. quotid. tom. 1. cap. 124. num. 5. & ſeq.* & nos alibi. Maximè ubi modo proditorio homicidium non fuerit patratum, ut exemplum præbet Bartol. *in l. reſpiciendum §. delinquunt ff. de pœn.* Mar. Ital. *de immunit. cap. 5. §. 4. num. 2.* Giurb. *conſ. 20. num. 23.* Sperel. *deciſ. 23. num. 14. & 161.* Rovit. *pragm. 2. de abolit. num. 56.* & ubi reconciliatio non eſt antiqua, ſed recens ex dictis à Claro *quæſt. 24. num. 6.* & à Guazz. *de pace quæſt. 9. num. 3. & ſeq. p. 1. & tom. 2. defenſ. 28. cap. 1. num. 17.*

Eoque præſertim ſi inquiſitus fuerit extractus à loco 5
immuni per Curiam ſæcularem, nulla Judicis Eccleſiaſtici præmiſſa licentia, nec cauſa cognita. Extractio enim non debet fieri à Curia ſæculari, etiam in caſibus exceptis, ut expreſſè cavetur in Conſtitutione Gregoriana §. *ne autem*, & plenè comprobat pluribus relatis Diana *p. tract. 1. reſol. 14. & p. 4. tract. 1. reſol. 42.* Etiam ſi eſſet de licentia Epiſcopi, ſine tamen interventu perſonæ Eccleſiaſticæ, ut declaravit Sacra Congregatio Immunitatis in Cathacenſi 11. Auguſti 1631. in hunc tenorem: *Epiſcopo, ut ſe abſtineat in futurum à ſimilibus licentiis extrahendi per laicos, ſed fiant extractiones ad præſcriptum Bullæ cum aſſiſtentia Judicis Eccleſiaſtici, ac debita reverentia*; Ideòque reſtituendus eſt eidem loco, & redintegrandus cum omnibus inde ſecutis ſtante decreto irritante, appoſito in dicta Conſtitutione Gregoriana, ut probat Delbene *de immunit cap. 16. dub. 54. num. 1.* licet poſt extractionem fuerint factæ probationes pro privatione Eccleſiaſticæ immunitatis neceſſariæ, Giurb. *conſ. 100. num. 300. & conſ. 50. num. 13.* de Marin. *var. lib. 3. cap. 176.* ac Sperel. *deciſ. 104. n. 72.* Quæ probationes eſſe debent legitimæ ac receptæ, citato inquiſito, alioquin nullius ſunt momenti, præſertim ad effectum privandi immunitate Eccleſiaſtica, Ambroſin. *de immunit. cap. 11. nu. 2.* Farinac. *conſ. 168. num. 29. & conſ. 67. num. 34.* Maſtril. *deciſ. 169. num. 11.* & Guazz. *defenſ. 1. cap. 31. num. 9.* ac de Marin. *d. cap. 176. num. 6.*

Suppoſito igitur, quòd inquiſitus nulliter, ac injuſtè 6
fuerit extractus à loco immuni, & quod propterea neceſſariò ſit reſtituendus, tum ex defectu probationum delicti, tum ex defectu qualitatis, tum ex defectu formæ non ſervatæ in extractione, ſequitur omnino pro contraventione fidejuſſores moleſtari non poſſe, Farinac. *quæſt. 34. num. 65. & ſeqq.* ubi quod fidejuſſores de tuto carcere, vel de repræſentando moleſtari non poſſunt, ſi reus veniat abſolvendus. Et in his terminis tradit Fontanel. *deciſ. 583. num. 7.* ubi, quod reſtitutio debet eſſe omnino libera, & reo reſtituenda ſunt omnia, Sperel. *deciſ. 104. num. 28.* ex textu *in can. miror 17. quæſt. 4.* & declaravit S. Congregatio Immunitatis in Campenſi 21. Novembris 1635. his verbis: *Sacra, &c. cenſuit, Oratores gaudere debere immunitate Eccleſiaſtica, & propterea Epiſcopum procedere non poſſe contra fidejuſſiones de tuto carcere, immò fidejuſſionem præſtitam omnino eſſe caſſandam.*

CONSULTATIO XXXI.

IN vetuſtis conventionibus initis inter Principem, & 1
Epiſcopum leguntur hæc verba: *Promittunt, quod Civitas Galeſina, & oppidum Beriti in dicta patria exiſtens cum omnibus ejus diſtrictibus, & pertinentiis, territoriis, fructibus, & commoditatibus, emolumentis, ac quibuſcunque aliis ejus juribus, & cum omnimoda juriſdictione, ac mero, & mixto Imperio, ac omni temporali dominio, exceptis feudiis, & eorum Collatione, habeantur per ipſum D. Epiſcopum, & quod in illis nullo modo dictus Princeps ſe ingerere poſſit, ſed totale dominium, adminiſtratio, gubernatio, & omne imperium ejus liberè remaneat dicto Epiſcopo, & ex nunc liberè relaxat, & ipſius vacuum, ac liberam poſſeſſionem dimittit, reſtituit, & aſſignat.* Cùmque Princeps, innixus dictæ exceptioni, occupaſſet quoddam feudum ſitum in agro dicti Oppidi Beriti, & Epiſcopus aſſerens illam eſſe intelligendam de aliis feudis dictæ Civitatis Galeſinæ, non autem de ſitis intra fines Oppidi Beriti, quæ ſub illius imperio liberè remanſerant, inauditus à Conſilio dicti Principis rem detuliſſet ad Summum Pontificem, Sedis Apoſtolicæ judicio definiendam, non leves controverſiæ exortæ fuerunt inter Summum Pontificem, urgentem, ſibi ſtare in re, pertinente ad Eccleſiam inferiorem, & dictum Principem renuentem conſentire, prætexendo agi de ſuo dominio temporali, neque ipſum, uti ſupremum Principem, decet, in rebus humanis ulli ſuarum actionum rationem reddere, ideò non abs re quæritur.

2 *An jure, meritòque Epiſcopus pro re temporali Eccleſia ſua ſita in dominio Principis non recognoſcentis ſuperiorem, & habentis privilegium, ut vivat legibus ſuis, adire poſſit Summum Pontificem?*

3 *Et an feuda impropria ſint dicti Epiſcopi, eorumque collatio ad ipſum pertineat, an verò ad dictum Principem?*

4 Quod attinet ad primum, aliqua diximus alibi. Hanc controverſiam placet dirimere, non auctoritate recentiorum Theologorum, qui à laicis palpones juriſdictionis Eccleſiaſticæ vocantur, & nota Novatorum afficiuntur, ſed auctoritate Conciliorum, Sacrorum Canonum, Patrum & antiquorum Doctorum, in quibus eſt ſapientia.

5 Et ſanè privilegium alicui Principi conceſſum, ut vivat legibus ſuis, debet intelligi, quod poteſt uti legibus propriis, *l. omnes populi de juſt. & jur.* & ſi non ſit opus alia confirmatione, vel auctoritate Superioris, declaratur tamen, dummodo non fiant ſtatuta iniqua, & ordinationes nutritivæ peccati. Et propriè populus liber dicitur, qui non eſt ſubditus alicujus dominio, *l. non dubito §. 1. de capt. & poſtlim. rev.* multò minus contra libertatem Eccleſiæ aliquid poteſt decerni, imperari, aut fieri, *auth. caſſa C. de Sacroſ. Eccleſ.* Et quilibet populus, etiam liber, non recognoſcens ſuperiorem, debet obſervare Sacros Canones, *cap. 1. de Conſtit.* Et ſi aliquis Princeps opprimeret, poteſt recurri ad Sedem Apoſtolicam ex communi Theologorum, Canoniſtarum, & Juriſconſultorum doctrina *in cap. licet de for. comp.* Nam libertas, alicui conceſſa, intelligitur in iis, quæ à jure non prohibentur, *l. libertas in principio de ſtat. hominum*, ubi libertas eſt naturalis facultas ejus, quod unicuique facere libet, niſi quod vi, aut jure facere prohibetur, nec aliquis eſt adeò liber, qui non dicatur ſubeſſe Summo Pontifici per Extravag. *Unam Sanctam de major. & obed.* nemoque poteſt præſcribere, quin ſit ſubditus Summo Pontifici, ut latè Soccin. *in cap. cum contingat verſ. quoad ſecundum de for. compet.* Abb. *in cap. cum non liceat de præſcript. & in cap. Eccleſia S. Mariæ de Conſtit. & in cap. per venerabilem qui fil. ſint legit.* & Felin. *in cap. cum non liceat col. 4. de præſcript.*

6 Nec poteſt præſcribi, quin appelletur, aut accurratur, & provocetur ad Principem, quia id pertinet ad ſupremam juriſdictionem, ut per Bald. *in auth. quas actiones, C. de Sacroſ. Eccleſ.* Franch. *in cap. dilecti col. 8. de appel.* Quid ergo ad Summum Pontificem? Quod enim à quovis judicio fas ſit appellare Summum Pontificem, habetur ex titulo *ſupremi Capitis Eccleſiæ* & ex eo, quod Pontifex dictus ſit *Portus fidei*, quem videlicet ſubire poſſint fideles, qui alicubi ab aliis etiam Antiſtitibus, vel à Conciliis malè gravantur, ut factum eſt à S. Athanaſio, injuſtè oppreſſo, ab Orientalibus Epiſcopis. Scribit enim Sozomenus *lib. 3. cap. 7.* cum appellaſſet Romanum Pontificem, iniqua judicia anteriora fuiſſe ab eo reſciſſa. Æquè S. Chryſoſtomum ad ſe provocantem, texit, & Sedi ſuæ reſtitutum voluit Innocentius Primus adverſus Orientalium judicia. Notiſſimæ ſunt narrationes de S. Ignatio Conſtantinopolitano, Nicolaum Primum appellante, de S. Flaviano item Conſtantinopolitano, ac Theodoreto Cyrenſi, provocantibus ad S. Leonem. Graviſſime verò conteſtatus eſt Gelaſius Primus Epiſtola ad Epiſcopos Dardaniæ, & in Commonitorio ad Fauſtum, à Sede Apoſtolica ad nullum ſupereſſe appellationem, ſicut ab omnibus patet ad eam appellatio. Explicatiſſimè idem traditur *can. 4. ac 7.* Sardicenſis Concilii, & omninò luculenter in Epiſtola Gregorii Quarti ad omnes Pontifices, necnon aliis pleriſque locis, quæ in hanc rem allegantur à Bellarmino *lib. 2. de Pontifice cap. 21.* à Binio *ad Epiſt. 1. Anacleti*, à Micheale Rouſſello *lib. 4. hiſt. juriſd. Pontif. cap. 8.*

Sed diſertè tradere hanc doctrimam videtur Nicolaus 7
Primus *Epiſt. 42.* ubi probans, ad ſe pertinere judicia, non modò Metropolitanorum, qui ſunt ſupra cæteros Epiſcopos, ſed etiam aliorum Epiſcoporum, immediatè ſubjacentium Metropolitanis, quod Gallicani Epiſcopi videbantur minus perſpectum habere, ſubdit: *Totius enim Eccleſiæ, Deo auctore ſollicitudinem gerimus, & omnium utique, qui Eccleſiam faciunt, cura conſtringimur, atque omnium, quorum non maxima cura expectat, noſtrum præcipuè debent promereri judicium*, ſicut Innocentius ad Alexandrum ſcribens Antiochenum, teſtatur: *Non ſcilicet ſolum Metropolitanorum, ſed & omnium omninò Sacerdotum, quinimò univerſorum, qui ſe de ovibus principaliter divinitus Petro commendatis eſſe non neſciunt, ideſt non ſolum cunctorum, qui de illorum numero ſunt, de quibus Dominus Principi Apoſtolorum dixit: Tu aliquando converſus confirma fratres tuos; ſed etiam qui de his piſcibus ſunt, qui intra rectè, quod ab ipſo ad litus trahi ſpecialiter juſſum eſſe, ſe recognoſcunt.* Quod eſſe planè certum rectè ſtatuunt Iſidorus de Iſolanis *lib. 2. de Imp. milit. Eccl. tit. 6. q. 1.* & Auguſtin. *Triumph. de poteſt. Eccleſ. à quæſt. 24. ad 28.* nec non Malder. *2. 2. quæſt. 1. art. 10. diſput. 4. dub. 2.* Et contrarium erroris in fide damnant Vaſquez *3. p. quæſt. 93. art. 2. dub. 1. & 4.* Jo: Medina *Cod. de confeſ. fact. fratr.* & Daniel à Jeſu *cap. 1. apoleg. aſſert. 2.*

Ideò ſi à quocunque homine, Rege, vel Imperatore, 8
quis injuſtè graveretur, licitè poteſt Summum Pontificem appellare, *can. ad Romanam*, qui eſt Zepherini Papæ *2. quæſt. 6. Ad Romanam Eccleſiam*, ait Pontifex, *ab omnibus maximè tamen oppreſſis appellandum eſt, & concurrendum, quaſi ad matrem, ut ejus uberibus nutriantur, & à ſuis oppreſſionibus releventur, quia non poteſt, nec debet mater oblivi ſci filium ſuum.* Hocque etiam habetur ex Conſtitutione, quæ inſeritur in Cod. Theodoſiano, approbata *in can. quicunque litem habens 11. quæſt. 1.* Quia Pontifex eſt Judex omnium, etiam non recognoſcentium Superiorem, atque adeò Regum, & Imperatorum ratione peccati, vel injuſtitiæ, ut fusè Auguſtin. *Triumph. loc. alleg.* Ludovic. de Bolognin. *in addit. ad Cataldin. de Boncompagn. tr. de poteſt. Papæ in 3. vol.* Conſtatque etiam conſuetudine, quod Papa ad petitionem Clerici poteſt committere cauſam indiſtinctè contra laicum, ut tradit Specul. *in tit. de compet. Jud. §. 1. verſ. 30. & ſeq* Archid. *in can. judicatum 86. d.* Butr. *in cap. ſi Clericus de for. comp.* Firmatque Alexand. *conſ. 90. col. 4. vol. 1.* Auſt. *loc. cit. in introduct. num. 6. verſ. Item in omnibus arduis negotiis, & maximis difficultatibus generantibus ſcandalum in Chriſtianitate.* Nam Papa ex hujuſmodi majoritatis ratione poteſt ſe ingerere, etiam inter laicos, & exercere hanc poteſtatem, ſibi à Deo attributam. Majores enim cauſæ ſunt vel ratione perſonarum, vel rerum, quæ reſervantur Summo Pontifici. Quod innovatur in Concilio Tridentino.

Vndè *in cap. Expoſita de arbitr.* Honorius Tertius 9
irritat arbitratum Ducis Venetorum, ibique Abbas *nu. 2.* ait, hunc textum eſſe ſingularem, & oppoſitioni, quam

quam sibi facit, quod electus non potest habere recursum ad Papam contra Ducem Venetorum; non cum sit laicus non debet Papa se intromittere per textum *in cap. causam*, cum etiam actor debeat sequi forum rei, *cap. cum sit generale de for. comp.* respondet cum Innocentio, non esse dubitandum, quin Papa habeat in hoc casu jurisdictionem contra hunc Ducem per textum *in can. Apostolicos* 12. *quæst.* 2. *& in can. si quis de potentibus* 24. *quæst.* 3. Vnde ait Abbas, quod Innocentius vult, quod Papa possit procedere, quia Dux ille opprimebat Ecclesiam, & jura ipsius, & ex illo textu notat, quod possit adiri Summus Pontifex contra eum, qui injustè opprimit Ecclesiam, vel ejus jura, vel quando constat de notoria injustitia. Extantque exempla sub Innocentio Tertio Regum Franciæ, & Angliæ, qui in materia feudi ad Apostolicæ Sedis judicium, & examen devenerunt. Quod est in gravioribus terminis, in feudo scilicet profano inter meros laicos, qui cum non haberent superiores, quia tamen Judice indigebant, necesse illis fuit confugere ad Summum Pontificem. Vnde cum in hoc casu sive agatur de feudo, sive de censu, cum utrumque pertineat ad Ecclesiam, & ob hanc causam agatur de peccato, & restitutione facienda, hoc judicium jure divino, & humano pertinet ad Summum Pontificem, non autem ad ipsum Principem, qui non potest esse Judex ad declarandum, quod dictum Oppidum Beriti sit feudale prætextu illorum verborum, de quibus in Concordia, exceptis feudis, & eorum collationibus, cum Episcopus prætendat, quod sit libellus, alias esset Judex, & pars contra Ecclesiam, ideòque alius esse debet Judex, ut per Dec. *in cap. cæterum num. 91. de Iudic.* & Abb. *de jur. alien. num. 24. in edit. antiq.* Non enim hic disceptatur de re feudali, quæ lege feudali deciditur, cujus cognitionem posset Princeps sibi vendicare, *cap. 1. §. præterea de prohib. feud. alien. per Frider. & cap. ex transmissa, & cap. verum defor. comp.* quando scilicet differentia est inter ipsos feudatarios, si sit inter ipsum Principem, & Feudatarios, Judices sunt Pares Curiæ, *cap. 1. de contr. feud. cap. Par. termin.* Ad si agitur de re non feudali, vel feudali, quæ lege communi, non autem feudali decidi oportet, tunc cognitio, ac decisio pertinet ad Episcopum, & ab eo deputatos per *d. cap. Cæterum de judic.* ubi post alios Felin. *col.* 3. Ilsern. *de controv. inter Vasal. & Episcop. §. eo quod.* In hoc autem casu agitur de remedio *l. 2. C. de rescind. vend.* Et si judicio naturali innitamur, hæc lis super declaratione verborum concordiæ non debet pertinere ad ipsum Principem, quia in propria causa judicare non potest, immò nec potest, si vellet Episcopus ejus jurisdictioni se subiicere, *cap. si diligenti de for. compet.* Nunc igitur cùm agatur, an feuda impropria sint Episcopi, eorumque collatio ad ipsum pertineat, an ad ipsum Principem, ideò non Episcopus, neque ipse Princeps, qui in temporalibus dominum, & superiorem non recognoscere dicit, sed Summus Pontifex verè est Judex, *cap. novit. de Iudic.*

10 Atque ita, ut Summus Pontifex possit cognoscere, ac sit Judex competens, ubi discordia oritur in re gravi inter duos supremos Principes, adeò, quod si isti non consentiant in Judicem, seu arbitrum aliquem, & ex tali discordia probabiliter timeatur fidei Catholicæ, aut Ecclesiæ, vel boni spiritualis detrimentum, possit, ac debeat Summus Pontifex in ordine ad finem spiritualem, & ad evitanda hujusmodi incommoda cognoscere, ac sententiam ferre inter ipsos, qui tali sententiæ stare omnino tenentur. Quia Summus Pontifex est dominus universalis in spiritualibus, & saltem indirectè in temporalibus atque potest saltem indirectè supremam potestatem, etiam in temporalibus exercere, si id exigat finis spiritualis, hoc est si expediat ad quietem, & conservationem Ecclesiæ, sive necessarium sit spirituali profectui, vel ad damnum moraliter Religionis, aut animarum salutis periculum evitandum, ut colligitur ex *Extravag. Vnam Sanctam* Bonifacii VIII. Extravag. *Meruit* Clementis V. & ex communi sententia Catholicorum docent Sotus *in 4. d. 25. q. 2. ar. 1. concl. 4.* Molin. *de just. tom. 1. tr. 2. disp. 29.* Arguijan. *de legib. tom. 1. lib. 2. contr. 17. n. 79.* Azor. *p. 2. lib. 11.* Rebel. *p. 2. lib. 14. q. 23. sect. 1. & 5.* Bellarm. *contr. 3. lib. 5. cap. 6.* Malder. *in 2. 2. q. 1. ar. 10. dub. 8.* Tanner. *in 1. 2. q. 4. dub. 1. n. 33.* Turrecrem. *in sum. lib. 2. cap. 13.* Maynard. *de privil. Eccles. p. 1. ar. 6. num. 1.* Sylvius *in 2. 2. q. 66. art. 1.* Salgad. *de potest. Reg. tom. 1. p. 1. cap. 1. prælud. 1. num. 55.* Ceval. *tr. de cognit. per viam violent. in Proleg. n. 9. & 12.* Param. *de orig. Inquisit. lib. 3. q. 1.* Peteira *de man. reg. præl. 1. n. 4. & 5.* Bobadil. *in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 18. n. 2. & 3.* Salzed. *de leg. polit, lib. 3. cap. 1.* Dian. *p. 1. tract. 2. resol. 123.* Curtel. *de Eccles. libert. lib. 2. quæst. 124.* & alii.

Idque sive Reges, & Principes habeant suam potesta- 11
tem immediatè à populo, ut probabilius censent Doctores, quos citat, & sequitur Diana *cit. tr. 2. resol. 125.* sive media populi electione, tanquam conditione, sine qua non ut dicitur de potestate Pontificis in ordine ad Cardinalium electionem, immediatè habeant à Deo, ut volunt Doctores, quos sequitur Cevallus, & Curtellius *cit. lib. 2. q. 126.* Et multò magis si illam habeant immediatè à Pontifice, ut asserunt Petegrin. *de privil. fisci lib. 1. tit. 2. num. 37.* Valenzuel. *in defens. monit. p. 5. cap. 226.* Sesse *in inhibit. cap. 8. §. 1. num. 2.* & Azeved. *in recopil. lib. 4. tit. 1. lib. 11. num. 16.*

Hinc autem præ cæteris potest Summus Pontifex, si 12
Rex, vel Princeps aliquis Hæreticus, vel Schismaticus efficeretur, aut si Hæreticis, Schismaticis, vel infidelibus, Ecclesiam oppugnantibus, auxilium præstaret, aut quid aliud, quod cederet in Ecclesiæ detrimentum, efficeret, uti adversus illum gladio temporali, illumque deponere, atque expellere à Regno, ut per Molin. *loc. alleg. n. 28.* Malder. *ibid.* Bobadil. *loc. cit. cap. 17. num. 5,* & Comitol. *in apolog. cap. 3.*

Hinc etiam cùm Princeps unus alteri minatur, ut pu- 13
ta de feudo, potest injuriam passus hoc denuntiare Summo Pontifici, in quo casu cognoscere potest, etiam de temporalibus, Auct. *in rep. cap. 1. de offic. ordin. notab. 44.* Bald. *in cap. 1. §. præterea de prohib. feud. alien. per Frider. notab. 2.* ubi ait, quòd Papa est Iudex inter Regem Franciæ, & ejus vasallos, quando deficit justitia, vel Pares Curiæ favent Regi. Alvarot. *in cap. quis dicatur Dux, Marchio, aut Comes.* Nam quodvis privilegium non eximit Principem à debita reverentia, & à Summo illo Imperio, quo ordinato progressu, omnia diriguntur, & quin etiam ex causa possit revocari, ut notat Bartol. *in l. hostes num. 4.* & Bald. *in cap. sicut de jur. n. 5.* hanc movet quæstionem. An exempti legibus Romanorum sint de populo Romano, & affirmativè respondet, per originem, ac memoriam potestatis antiquæ, *l. non tantum §. Ilienſibus ff. de excusat. tutor. & l. talem §. fin. de hæred. instit.* Nam suæ libertatis auctorem recognoscunt populum Romanum, & vivunt, tanquam emancipati ab ipso, & ei debere reverentiam, quam si non exhibent, possunt, tanquam ingrati, in servitutem revocari, *l. fin. C. de bon. lib.* Quia reverentia non potest remitti, ut *l. alia §. 1. ff. solut. matr.* Ideòque addit, si Veneti essent rebelles Imperatori, posset eos libertate privare, quia non sunt liberi, nisi per patientiam Imperat. vel privilegium speciale, quod possent successores revocare. Præterea subdit, nota quod per ista verba: *quæ revocabilitatis* non potest præscribi contra supremam potestatem. At, quod Veneti sint liberi à quavis potestate, & à quovis imperio, alibi docuimus.

Argumentantur in contrarium Pseudopolitici, ac se- 14
ctarii ex nonnullis malè intellectis Canonibus quorundam Conciliorum, quibus interdictum videtur appellare ad Romanum Pontificem. In quam rem solet urgeri Canon Concilii Milevitani, & alius sexti Concilii Carthaginensis, de quo latissimè Turrianus *lib. 3. pro Epist. Pontif. cap. 1. & 2.* ac Bellarminus *lib. 2. de Pontif. cap. 25.* Sed res uno verbo expediri potest, dicendo, ea Concilia tantum voluisse, ut causæ procul positorum non

positorum non tractarentur Romæ, sed à Pontifice, cum ad eum esset provocatum, committerentur discutiendæ in provinciis, ubi mota erat difficultas, ne quis error obreperet Pontifici, ut in causa cujusdam Apiarii contigisse, dolebant Africani. Vide etiam quæ dicebam *tom. 3.* Similiter, quod nonnulli Patres visi interdum sunt, ferre iniquius appellationes Romanas, facilè extricatur. Non enim diffitentur justitiam talium appellationum quoad substantiam, sed tantum improbant abusiones ab appellantibus admissas, ut videre est apud S. Bernardum *lib. 3. de consid. cap. 2. & Epist. 178.* Ivonem *Epist. 172. & 120. & 219.* Petrum Cluniacensem *lib. 4. Epist. 7.* cùm de Comite Andegavensi, Hildebertum *Epist. 82.* in qua, præter cæteris, aut: *hujusmodi monasteriis, & successibus appellationibus planctus in horto Domini textum mortis, quo subventus afflictorum meritur, Pontificatis rigor elanguet, justitiæ parsimonia in nihilum revertitur, incrementum autem susceptæ libertas delictorum.*

15 Et quidem detrectare judicium Summi Pontificis in causis, in quibus agitur de re, ac persona Ecclesiastica, nihil aliud est, quàm scindere vincula Reipublicæ Christianæ, & vulnus ingens legibus humanis, ac divinis infligere. Vnde violatoribus, ac temeratoribus harum legum gravissimas pœnas exigit Deus. Gravissimè hoc scelus detestatur S. Cyprianus *Epist. 55.* prolatis verbis è scripturarum plagentia telis. Nimirum quod is qui fratrem dixerit: *Racha*, reus gehennæ ignis pronunciatur. At quomodo centuriati Domini ultoris evadent, qui talia ingerunt, non solum fratribus, sed & Sacerdotibus? quibus honor tantus de Dei dignatione conceditur. Item quod *Deuter.* 17. morti adjudicatur quicunque fuerit *in superbus*, ut non exaudiat Sacerdotem. Quod Samuelis contemptionem in se Deus refutsim conteitetur. Id, quod etiam in Evangelio Sacerdotibus à Christo dicitur: *Qui vos spernit, me spernit.* Quod inter supremas impendentis mortis angustias, Christus percussus à famulo, quasi in gratiam Sacerdotis advetsus istum nihil contumeliosè dixerit, nec aliquid de ejus honore detraxerit. Quod denique in Actibus Apostolorum B. Apollolus Paulus, cum ei dictum esset: *Sic insilis in Sacerdotem Dei maledicendum?* Quamvis Domino jam Crucifixo sacrilegi, & impii, ac cruenti illi esse cœpissent, nec jam quicquam de Sacerdotali honore, & auctoritate retinerent, tamen ipsum, quamvis inane nomen, & umbram quandam Sacerdotis, cogitans Paulus, *nesciebam*, inquit, *fratres, quia Pontifex est. Scriptum est enim: Principem populi tui non maledices. Concludit ex his omnibus Cyprianus: Cum hæc tanta, ac talia, & multa alia exempla præcedant, quibus Sacerdotalis auctoritas, & potestas de divina dignatione firmatur, quales putas esse eos, qui Sacerdotum hostes, & contra Ecclesiam Catholicam rebelles, nec præmanentis Domini commonitione, nec futuri judicii ultione terrentur? Neque enim aliundè hæreses obortæ sunt, aut natæ sunt schismata, quam inde, quod Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in Ecclesia ad tempus Sacerdos, & ad tempus Judex, vice Christi cogitatur.* Agit de contemptoribus, & inhonoratoribus Cornelii, quem unum in tota Ecclesia Sacerdotem ad tempus, seu pro toto suæ vitæ tempore statuit.

16 Verissimè autem juxta Cyprianum hac unjus in Ecclesia dehonestatione aditus ad hæreses statuitur. Geneva certè sic prolusit defectioni à Deo, & ab Ecclesia. Nec rarò deprehensum est inhonorationem, vel minorem reverentiam erga Romanum Pontificem, notam esse fidei clanculum lætæ, aut corruptorum morum. Et hoc est, quod S. Aldelmus *Epist. ad Geruntium* prolapsionem in aliam tetriorem voraginem hujc contemptioni denunciat, agens in Contemptores quorundam Romanorum rituum. Haud aliter Claudium Taurinensem Paschalis Papæ contemptorem excipit Jonas Aurelianensis extremo *libro de imag.* Quantumvis enim hæreticus ille obtenderet, Paschalem non implere Apostolicam operationem, nec rectè dici Apostolicum, qui Apostolis custos non esset, ideòque qui ea non custoditet, quæ Apostolus vita, & moribus expressetat, tamen negat Jonas contemptionem tanti Patris, ac Prælati innoxiam fore. Vrgetque in eum rem illud Davidis 1. *Reg.* 26. *Quis mittet manum suam in Christum Domini, & innoxius erit?* Addit etiam exemplum Ozæ, *qui quoniam arcam Dei præsumptuosè sustentare volait, sententiam mortis illico experti meruit. Tangit namque hoc exemplum eos, qui incautè Prælatos sibi indigne reprehendendo, & despiciendo, quasi casuram eorum viram manu reprehensionis sustentare nituntur, & Deum offendunt, cujus hi, qui præsunt in prælatione vice fungunturi.*

Ipse Deus in contemptores, ac inobedientes Sedis Apostolicæ non raro vultus est severissimè, & ita quidem, ut unde honori erant in Apostolicam Sedem, inde multoties, atque perirent. Gravissimè id contestatur Nicolaus, Patriarcha Constantinopolitanus *epist. ad Simeonem Bulgariæ Principem*, quam describit Baronius *anno 907. num. 6.* Testes Photius, & eidem misere suffragati, Graci, testis superioris sæculo impius Volfeus ac demens tus ab ea Henricus Octavus. Experimenta frequentia idem comprobarunt.

Ex Italia multa collegit Thomas Bosius *lib. 4. de stat.* 17
Ital. cap. 3. in quo ostendit, calamitates omnes acerbissimas, quæ contigerunt Italiæ, post ætatem Constantini accidisse, cum Pontificis Romani auctoritas est expressa, & ipse injuriosè tractatus, & *lib. 7. de ruinis Gentium cap. 3.* refert quinque temporibus regnum Germaniæ temporalium felicitate præstitisse, ac simul studuit sinceræ pietati, à qua toties excidit, cum simul excidit à vera pietate. *Cap. 4.* proponit quatuor tempora, ac tres observationes, è quibus dignoscitur, tunc Hispaniæ felicitet fuisse, cum pietatem germanam magis est amplexata, à qua recedens, contrarium sortita est. *Cap. 5.*

Septem tempora, decemque observationes præfert, è 18
quibus palam fit Gallicanæ nationi, ac Regiis ejus genealogiis feliciter tunc fuisse, cum veræ religioni, ac Summo Pontifici adhæsit. Secus cum contra. *Cap. 6.* Regni Anglici, Britanniæque quinque tempora affert, septemque observationes subjicit, è quibus manifestum fit, tunc feliciter illi fuisse, cum veræ religioni favit, ac Pontifici Summo obediit. *Cap. 7.* asserit, Daniam tribus temporibus maximè præstitisse temporalium bonorum felicitate, quibus amplexata est maximè sinceram pietatem. *Cap. 8.* Poloniæ quinque tempora inducit, quibus quoad bona temporalia maximè excelluit, simulque pietati veræ magis studuit, & contra.

Peroro cum Ivone Carnot. *Epist. 159. Quoniam*, in- 19
quit, *judicia Romanæ Ecclesiæ à nemine foris retractari posse, eadem Romana Ecclesia docente, didicimus, si qui aliquando se prægravatos ipsius Ecclesiæ auctoritate conqueruntur, hoc eis consilium damus, ut non descendant in Ægyptum propter auxilium, sed ab ipsa ad ipsum confugiant, & indè expectent levamen, unde se conqueruntur, accepisse gravamen. Quia quæ aliquando corripit paterna severitate, eadem frequenter colligit materna pietate.*

Ad secundum autem quod attinet, asserendum est, 20
Principem vigore præinsertæ exceptionis, loquentis de feudis, eorumque collatione non posse prætendere jus in bonis libellutiis, & Censualibus, quæ ad Episcopum pertinent ratione horum fines, ac propterea non posse eorundem possessores edictis pœnalibus obligare Cæsareo, eosque cogere, ut investituram ab se recipiant. Quod non solum cederet in diminutionem omnimodæ jurisdictionis totius rei poralis dominii, atque imperii, quæ dictæ pactiones voluerunt liberè remanere apud Episcopum, sed amplius in ademptionem ejus peculiaris dominii directi, quod hactenus habuit, ac certum est habere in agris, & bonis, quæ recognoscuntur ab eo in libellum, eique certam pensionem annuam pendunt.

Et

21 Et quamvis Princeps huic rei clarissimæ tenebras obducere possit ex Speculatore *tit. de feud. §. quoniam num. 60. propè finem vers. non interest*, existimante ejusdem naturæ esse contractus rei feudalis, sive emphyteuticæ, sive libellariæ conditionis, quod Bald. *tit. de pac. Constant. v. libellariæ num. 3.* negat esse verum, subdendo, nisi fortè loquamur in feudo quarumdam Ecclesiarum Lombardiæ, pro quo non præstatur servitium, sed census pecuniarius ad instar ficti; puta certa quantitas pecuniæ, vel frumenti, vel aliud simile quolibet anno, quia Ecclesiæ Lombardiæ non curant de servitiis atmorum; sed de tedditibus, & ideò in talibus putat, quod succederet mutus, & surdus, etiam à nativitate, & quilibet hæres.

22 Nihilominus respondetur, Speculatorem, & Baldum locutos esse de feudis, abusivè nuncupatis; non habentibus propriè naturam feudi. Nam, ut inquit Cynus *in auth. ingressi sub num. 13. C. de sacrosc. Eccles.* ex quo debetur reale servitium, non est feudum. Indeque etiam Baldus *in l. liberti, libertaque num. 42. C. de oper. lib.* adnotavit, quod si Instrumentum dicit concessam rem in feudum pro annua quantitate frumenti, istud non est propriè feudum, sed magis Emphyteusis, vel contractus innominatus, & ideò iste non debet præstare juramentum fidelitatis, nec censetur jure feudatarii. Quæ comprobat Alex. *consil. 136. n. 3. vol. 1.* Vnde etiam infert Afflict. *dec. 129. n. 1. & seqq.* non valere hujusmodi consequentiam: Res est redditicia feudo. Ergo est feudalis. Quia redditus non est de substantia feudi, sed fidelitas juxta notata ab Isernia *in cap. 1. §. item, qui Dominus, quæ fuit prima caus. benef. amit.* illudque propriè dicitur feudum, in quo præstatur servitium personale; nam quando præstatur reale, non dicitur propriè feudum, sed contractus Emphyteuticus, vel innominatus, & alios in idem congerit Vrsel. *num. 1. & 2.*

23 In exceptione autem præfata nomine feudi intellectum fuisse de propriis, iis nempe, pro quibus dominis præstatur servitium personale, & servanda sunt expressa *in cap. 1. de nova forma fidel.* cùm feudum *in cap. 1. post med. vers. hujus autem ex quib. caus. feud. amit.* definiatur, esse beneficium illud, quod ex benevolentia ita datur alicui, ut proprietas quidem rei immobilis penes dantem remaneat, usus fructus verò illius, ita ad accipientem transeat, ut ad eum, ejusque hæredes masculos, sive fœminas, si de eis nominatim dictum sit, in perpetuum pertineat ad hoc, ut ille, ac ejus hæredes fideliter Domino serviant, sive servitium illud nominatim, quale esse debeat, sit expressum, sive indeterminatè sit permissum. Ex qua definitione Baldi *in proem. feudal. n. 8. in fine, & num. 26.* adnotat compensationem, sive vicissitudinem feudi onerosam ad hoc, ut serviant, procedere ex primo consensu partium, & sic nasci ex radice contractus, ipsamque loco tacitæ conditionis haberi. Quæ repetit Mantic. *de tacit. lib. 23. tit. 2. num. 19. ac seqq.* subdens hujusmodi servitium esse onus injunctum feudo. Ideòque etiam Molina *de just. & jur. tom. 1. disp. 10. col. 1.* non solum ait, quod feudum est concessio rei alicujus immobilis, aut quæ pro immobili habetur, quoad dominium utile pro fidelitate, servitioque personali exhibendo, retenta proprietate, sive id, quod conceditur sit Castrum, Civitas, Oppidum, aut Regnum, sive aliquid aliud, sed etiam subdit, feudum dici à fidelitate, quam feudatarius domino præstare debet.

24 Quod si replicetur ex parte Principis, libellum propriè esse, quod alteri datur à vasallo, seu feudatario perpetuo sub modica pensione, *ad text. in cap. 1. §. donare vers. sicut est per libellum, &c. quatuor olim feud. potuer. alien. & cap. 1. in fine*, ibi: *Libellum, &c. de prohib. feud. alien. per Lothar.* sicque bona libellaria, de quibus agitur pendere à feudis ipsi reservatis.

25 Facillimè poterit responderi, ex communi usu loquendi libellum accipi pro contractu Emphyteutico, ejusdemque naturæ, ac indolis esse, sicut communi calculo asseverant Bartol, *in l. si finita §. si de vectigalibus num. 9. ff. de damn. infect.* & Alexand. *nu. 39.* idem Bartol. *in l. 1. num. 7. vers. breviter puto. quod nulla sit differentia inter Emphyteusim & libellum C. de jur. Emphyt.* ubi quoque Bald. *in addit. num. 27.* & Jas. *num. 39.* qui etiam testatur de communi, Card. *in cap. possit nu. 6. de loc.* Imol. *ibid. num. 8. & in cap. fin. num. 8. de precar.* annuentes quoque Paduæ contractum Emphyteuticum dici, & appellari contractum libellarium, Alvarot. *in præm. feud. num. 45.* Angel. *cons. 148. nu. 3.* Alex. *cons. 117. num. 12. vol. 4.* Aret. *cons. 46. n. 12. & seq.* Dec. *cons. 146. & 164.* utrobique *num. 2. & cons. 518. n. 4.* Socin. Sen. *cons. 50. num. 1. vol. 4.* Paris. *cons. 85. n. 4. vol. 3.* Aldobr. *cons. 70. nu. 3.* dicens communem, Menoch. *cons. 291. num. 7.* ita interpretans legem Veneram, Clar. *in §. Emphyteusis quæst. 1. nu. 1.* Tiraquel. *de retract. lign. §. 74. glos. 1. num. 1.* Rhedoan. *de reb. Eccles. non al. quæst. 1. cap. 12. num. 2. & 3.* Molin. *d. disp. 10. col. 2.* Mantic. *de tacit. lib. 22. tit. 3. num. 4.* bon. *de cens. ar. 50. n. 80.* Cenc. *eod. tr. quæst. 1. num. 14.* Valasch. *de jur. Emphyt. quæst. 35. n. 2.* qui etiam testatur de communi, Amic. *eod. tit. in præf. nu. 14.* & Fuligin. *in prælud. quæst. 7. nu. 5. & 6.* Mar. Burg. *de lauden. p. 2. inspect. 31. num. 6.* qui pariter communem appellat, Seraph. *decis. 288. num. 13.*

Indubitati autem Iuris est, Emphyteusim pro servi- 26
tio à feudo differre in pluribus, quæ recenset Ias. *d. l. 1. à n. 50. C. de jur. Emphyt.* Mantic. *loc. alleg. tit. 4. à num. 2.* Valasch. *loc. cit. quæst. 39.* Fulgin. *ibid. quæst. 9. num. 2. & 3.* aliique relati ab Amic. *in d. præfat. num. 15.* præcipuè ex eo, quod Emphyteusis datur pro solo servitio reali, hoc est certa pensione annua, feudum verò conceditur à domino pro servitio personali cum juramento fidelitatis, & consequenter etiam contractum libelli à feudo differre fatendum est, cum sit ejusdem naturæ Emphyteuticæ.

Quod igitur dictum Oppidum non sit feudale, Episc- 27
copus videtur habere intentionem fundatam, cum sit res, quæ respondet ipsi Episcopo de fructibus, qui ibi colliguntur, nec habet aliquod servitium personale, neque juramentum fidelitatis requiritur, ut ait Bald. *in d. l. liberti C. de oper. libert.* qui communiter approbatur, etiamsi in concessione appelletur feudum, ut per Bald. *ibi.* & Alex. *cons. 136. num. 4. & num. 8.* dicens esse communem. Quia qualitas contractus non inducitur à denominatione, sed à natura pactorum, Alex. *cons. 40. n. 14. vol. 4.* Soccin. *cons. 88. num. 2. vol. 1.*

Non obstat prætextus investituræ. Quia prima investi- 28
tura est attendenda, ut per Dec. *cons. 390.* Ideòque cum prima sit potius libellum, quam feudum, non potest Princeps in præjudicium Episcopi facere, quod bona libellaria efficiuntur feudalia, cum concordia intelligatur de iis, quæ tunc erant feudalia ad notata *in l. Rutilia Polla ff. contrab. empt.* Nec Princeps acquisivit aliquam quasi possessionem, in præjudicium Episcopi, nisi probetur ejus scientia, & patientia, ut observat Bald. *in l. 2. num. 4. C. de oper. libert. & in l. 2. nu. 18. C. de servit.* Cùmque verba contrahentium sint intelligenda propriè, ac strictè, *l. quidquid ff. de verb. oblig.* & non sit propriè feudum, ut per Bald. *loc. alleg.* & in favorem Ecclesiæ, quando sint dubia, etiam in materia feudorum, Felin. *in cap. per tuas nu. 9.* ubi etiam Dec. *in vlt. vers. de probat. l. sunt personæ ff. de relig. & sumpt. fun.* Eoque magis cum Ecclesia tractet de damno vitando, & conservando jus suum, Princeps autem de acquirendo, interpretatio contra illum fieri debet, *l. veteribus ff. depact.*

Cæterùm, quamvis ex iis, quæ hactenus à nobis dicta 29
sunt, res clarissima videatur pro Episcopo, ejusque Ecclesia, erit tamen operæ pretium antea inspicere, an Sedi Apostolicæ expediat hujusmodi judicium ad se avocare, propriumque efficere, an verò ex concordia, & compositione rem agere. Nam, ut plurimum, hujusmodi Principes non consentiunt in illius judicium, existimantes, licet perperam, agi de articulo pendente ex sibi reservatis in pactionibus, & consequenter de re non

re non spectante ad forum Ecclesiasticum. Idque, ne semel assumpta illius cognitione, Sedes Apostolica pro sua dignitate tuenda, cogatur severioribus uti remediis adversus Principes, consuetos non cedere in hujusmodi controversiis.

CONSULTATIO XXXII.

An Clericus, in sacris constitutus, restituendus sit Ecclesiæ, à qua fuit extractus, prætextu, quod proditorie, atque ex insidiis suum socium itineris lethali vulnere sauciaverit, ex quo ille obiit?

1 IN hac re, ut sæpè diximus, certum est, quod ut quis privetur immunitate Ecclesiastica, ut homicida proditorius, constare debet de qualitate, & causa proditionis ex Constitutione Gregoriana 7. §. 5. Quod procedit non solum, quando agitur de privilegio immunitatis Ecclesiasticæ, sed etiam de puniendo ipsum delictum homicidii proditorii, seu cum qualitate assassinii patratum. Nam tunc ista qualitas proditionis debet concludenter probari, ut tradit Cabal. *de omn. gen. homicid. num. 319.* Farinac. *de inquis. quæst. 8. nu. 85. ac seq. & de reo conf. quæst. 86. num. 49.*

2 Idque adeò certum est, ut ad hanc inducendam qualitatem non sufficiant præsumptiones, & conjecturæ, sed plenè, & concludenter per veras probationes probari debet qualitas proditionis, quia provenit à lege, Farinac. *de immunit. Eccles. cap. 12. nu. 374. in append. & cons. 76. num. 5. & seq. tom. 1.* Ambrosin. *de immunit. cap. 11. nu. 4.* Ricc. *in prax. var. resol. 38. num. 3.* Estque vera conclusio. Quia cum agatur de pœna ordinaria, opus est ad illam irrogandam, quod reus sit vel sponte confessus, vel legitimè convictus, ut per Cabal. *cas. 254. num. 8.* & Farinac. *de reo confess. quæst. 81. num. 1.*

3 Et ad hunc effectum testes debent esse contestes super facto principali, & omni exceptione majores, quodque concludant perneccsse, non autem per possibile, Farinac. *cons. 82. nu. 1. & cons. 193. nu. 41. tom. 2.* In criminalibus enim, non solum requiruntur probationes concludentes, sed etiam sole ipso clariores, Farinac. *ibidem q. 86. num. 6.* Ac ita, ut plures imperfectæ, sive duæ semiplenæ nullo modo conjungantur, Farinac. *d. cons. 282. num. 2.* Etiam quod tendant ad ejusdem rei finem, idem in eadem *quæst. 86. num. 28.* Et hæc procedere videntur etiam quando existerent indicia indubitata, cùm illa non sufficiant ad condemnandum reum pœna ordinaria, Farinac. *d. q. 86. num. 57. & 110.* Et hanc esse veriorem sententiam firmat *num. 112. & 117.* quam comprobat Cabal. *cas. 288. num. 15. ac seq.*

4 Immò, etiamsi concurrant indicia ad pœnam ordinariam, sive ad torturam irrogandam, non sufficiunt, quando agitur de privilegio immunitatis Ecclesiasticæ, ut, reprobatis contrarium asserentibus, tradunt tres celebres consulentes inter consilia Farinacii *cons. 168. tom. 2.*

5 Præsertim verò in hoc casu, in quo prætensus reus est Clerus in sacris constitutus, cui etiam ad effectum puniendi denegari non debet privilegium immunitatis Ecclesiasticæ, nisi quando locum haberet actualis degradatio, quæ tantum fit in crimine hæresis, in crimine falsi, in litteris Apostolicis, & in aliis à nobis alibi relatis. In cæteris verò delictis denegatur, ut etiam tradit Barbos. *de offic. & potest. Episcop. alleg. 110. nu. 11. & 12. p. 3.*

6 Et quidem non est locus degradationi, etiamsi agatur de homicidio proditorio, & per insidias patrato, ac de similibus enormissimis delictis, nisi Clericus sit incorrigibilis, tradit Farinacius, re ad utramque partem examinata *de inquisit. q. 8. n. 81.* & declarando textum *in cap. 1. de homicid. in 6.* plerisque rationibus id ampliat, etiam in Clero, inquisito pro crimine assassinii, Barbos. *d. alleg. 110. num. 13.* Quibus non obstat Constitutio Gregoriana. Quia restricta videtur ad Laicos, non autem extenditur ad Clericos, ut legitur in ejus §. 3. 5. & 7. Ideòque, cessantibus probationibus ad pœnam ordinariam infligendam, qua non potest affici Clericus ex hactenus adductis, locum habet privilegium immunitatis Ecclesiasticæ, ut probant Doctores apud Farinac. *cons. 168. num. 19.* Ricc. *loc. alleg. resol. 38. num. 3.* ita ut in dubio respondendum videatur pro reo ad favorem immunitatis juxta ea, quæ tradit Gturba *cons. crim. 10. num. 25.*

Minimè obstantibus indiciis, præsertim illis, ex qui- 7
bus non potest inferri ad qualitatem proditionis, quæ non definitur ex solo actu homicidii in locum itineris, sed ulterius requiritur, quod tale homicidium fuerit patratum absque rixa, ut firmat Gigas *de crim. læs. majest. lib. 3. tit. de proditor. quæst. 9. nu. 5.* Unde esto, quod resultaret ex indiciis, atque ex testibus probatio vulneris, vel homicidii, non idcircò dicitur probata qualitas assassinii, sive proditionis, ut in specie assassinii tradit Farinac. *cons. 10. nu. 54. & 57. lib. 1.* Cùm enim intentio Fisci ad inducendam proditionem fundetur in hac qualitate, quod scilicet vulnus lethaliter illatum, sive homicidium commissum fuerit absque rixa, erit utique ab eo plenè, non autem ex præsumptionibus probanda, præsertim in criminalibus, & in hoc casu, in quo agitur de tribuenda jurisdictione in præjudicium immunitatis Ecclesiasticæ, Farinac. *cons. 37. num. 2. & 10. cum seqq. & cons. 76. num. 4. tom. 1.* Id quod procedit, etiamsi qualitas consistat in negativa, Farinac. *d. cons. 10. num. 23. ac seq. lib. 1.* Est enim regula, quod negativa probanda est ab illo, qui in ea se fundat, sive sit negativa juris, sive facti, sive qualitatis probabilis, sive improbabilis, ut per Farinac. *cons. 152. num. 1. vol. 2.* & Mascard. *de probat. concl. 1087. num. 1. vol. 2.*

Eoque facilius, qui proditio virtualiter præsupponit 8
causam, sive præmeditationem, quæ ex naturali ratione est necessaria in quocunque delicto, Farinac. *de indic. & tort. quæst. 52. num. 150.* Guazz. *defens. 28. cap. 1. n. 6. tom. 2.* Qua non probata, præsumitur homicidium patratum fuisse ex pura, ac mera rixa sine ulla præmeditatione, ac proditione, Farinac. *cons. 138. nu. 17. & 27. ac 31. tom. 2. & instr. de pœn. temper. quæst. 96. num. 75. & de homicid. quæst. 126. num. 106.* Data enim hac possibilitate, excluditur proditio Farinac. *cons. 174. n. 6. tom. 2.* Cum causa exclusiva delicti semper sumatur in destructionem alterius, quæ sonat in delictum, Barbos. *tract. var. axiom. 68. num. 14. & seqq.* & inter vota, decisiones, & Consilia post *tract. de pension. lib. 2. vot. 61. nu. 18.* præsertim ad favorem Clerici, Farinac. *quæst. 85. nu. 2. 19. & seqq.* Unde, cessante causa delicti, cessant omnia indicia, Farinac. *cons. 130. nu. 15. tom. 2. & de indic. & tort. d. quæst. 52. num. 150.* Sicuti non probata qualitate delicti reus est absolvendus à pœna prætensi qualificati delicti, Scacc. *de judic. cap. 51. num. 39. lib. 1.* Neque in his quicquam relevat assertio vulnerati, etiam in articulo mortis, ut per Peguer. *dec. 17. num. 5. cum seqq.* Farinac. *cons. 127. nu. 37. tom. 2.* maximè si fuerit criminosus, ideòque non est ei fides adhibenda, Farinac. *de testibus. quæst. 56. num. 126. & seqq.* Burat. *dec. 381. num. 5.* Et testes sint minores, qui non sunt idonei, nisi ad inquirendum, non autem ad torquendum, Farinac. *de indic. & tort. q. 37. num. 25. cum seqq.*

Ex quibus cum delictum remaneat sine legitimis pro- 9
barionibus proditionis, restituendus est hujusmodi Clericus Ecclesiæ, à qua fuit extractus.

CONSULTATIO XXXIII.

Quomodo probetur recursus in causis Ecclesiasticis ad Judices laicos, ut incurrantur censuræ? De Regulari recurrente, an & quatenus teneatur ad damna? Et quis?

DIcendum est, ut incurrantur hujusmodi censuræ, 1
requiri mandatum speciale, Rota *in recent. dec. 602. nu. 3. p. 1.* Semperque facta fuit hæc distinctio, quod si agatur ad effectum denegationis audientiæ tantum,

recursus probatur per præsumptiones, si ad effectum pœnæ, vel declarationis censuratum, non sufficit sola præsumptio, sed requiruntur claræ, ac plenæ probationes, Rot. *decis.* 534. *nu.* 8. *p.* 1. *& dec.* 751. *num.* 3. *p.* 2. *rec.* & coram Gregorio XV. *dec.* 96. *nu.* 9. ibique adjunctor. *nu.* 7. Cùm igitur non doceatur scriptura aliqua authentica de recursu habito à Regulari, non potest dici esse probatum, quod ipse habuerit recursum ad effectum pœnæ, sive declarationis censurarum, nec sufficit, quod in provisione Judicis laici inseratur prætensus libellus supplex ab ipso Regulari porrectus. Quia in hac re non est standum assertioni Judicis laici, præsertim, ut probet contra tertium, & in hoc casu, in quo requiritur plena, & concludens probatio.

2 Neque possunt prætendi damna. Non quidem à Regulari. Quia ipse nihil habet proprii, neque à P. Generali, *cap. non dicatis* 9. *d.* 1. *cap. Monachi. & cap. cum ad Monasterium*, ubi Doctores *de statu Monachor.* Neque Monasterium, si non habeat dotem, neque constet, recursum habitum fuisse per Procuratorem generalem cum mandato speciali, quod non censetur datum ad delinquendum, Glos. *in l.* 3. §. *si procurator ff. quod quisq. jur.* Alex. *cons.* 108. *num.* 6. *lib.* 6. Paris. *cons.* 110. *num.* 7. *lib.* 7. & Menoch. *de arbitr. cas.* 316. *nu.* 23. Unde solum tenetur Prælatus de delicto Monachi, quando delictum fuit patratum, communicato consilio cum Prælato, & Capitulo, ut præ cæteris firmat Navar. *de Regular. comm.* 2. *nu.* 62. ubi etiam respondet ad simile deductum à servo.

3 Quicquid tamen sit, an de jure Prælatus regularis possit cognoscere de crimine Religiosi, & an valeant consuetudo, vel privilegia in iis, quæ non pertinent ad Regulam, de quibus latè per Navar. *de Regular. cons.* 58. *lib.* 3. *& incit. comm.* 2. *nu.* 63. hoc certum est, quod dum Sacra Congregatio Immunitatis, maximè ex speciali commissione Pontificis, manus opponit, cessat jurisdictio uniuscujusque inferioris, Simon. *de reservat. quæst.* 52. *nu.* 3. Adiun. ad eundem *quæst.* 47. *nu.* 10. & Cassador. *decis.* 23. *num.* 2. *de probat.* Nunquam enim censetur Summus Pontifex sibi manus ligasse, ac minorem sibi potestatem reservasse, ut per Caputaquen. *decis.* 6. *parte* 2.

4 Probato autem recursu Regularium ad Judices laicos, ex eo firmatur, quod ipso jure fuerint excommunicati, tam ex textu *in cap. noveritis, & in cap. gravi de sent. excom.* quam ex Bulla Cœnæ, quæ tanquam notoria, non indiget declaratione, Rota *p.* 1. *rec. decis.* 534. *nu.* 4. Maximè si habuerint recursum ob suppositam negligentiam, seu violentiam Judicis Ecclesiastici contra expressam dispositionem Sacrorum Canonum, & Apostolicarum Constitutionum, quæ attendenda est, non obstante quacunque consuetudine contraria, ut rejectis, ac reprobatis iis omnibus, quæ in contrarium adduci possunt, decidit S. Rota in Oscensi Canonicatus 5. Decembris 1595. coram Pegna, relata post 2. *vol. consil.* Farinac. *cons.* 68. *num.* 16.

5 Unde tenetur reficere omnia damna, tam parti, quàm Judici Ecclesiastico à Judice laico illata, *cap.* 2. ubi Glos. *de injur. & dam. dat.* Molin. *de just. & jur. tom.* 2. *disp.* 697. *n.* 16. non solum ex peculio particulari Regularium, & quatenus acquisita ab eis per Monasteria, & Religionem sufficiant, ut esse rem quotidianam in omni casu, & damno dato per Religiosum, tradit Navar. *d. comm.* 2. *n.* 62. *in fine*, Sanch. *in decal. lib.* 7. *cap.* 31. *nu.* 38. Sed etiam ex bonis totius Monasterii, & Religionis, si Regulares recursum habuerint, & damna inferre curaverint, ac petierint superiores Regularium, eorumve consilio per Glos. *fin. in l. si quis in tantam vers. de Abbate C. unde vi*, & per Navar. *loc. alleg. nu.* 2. & Sanch. *d. lib.* 7. *cap.* 31. *num.* 12. Estque regula, quod quis tenetur de culpa illius, quem præposuit officio, ut ait Rota in Romana damnorum 11. Maij 1629. coram Cardinali Virili. Præcipuè verò si recursus fuerit habitus pro Monasterii, ac Religionis commodo, ac utilitate, præsumitur factus de totius Monasterii scientia, consensu, & mandato, *cap. constituit* 1. *vers. quis autem*, ac ibi Glos. *v. verisimile de testibus.* Bartol. *in l. de pupil.* §. *si quis nu.* 19. *ff. de nov. op. nunc* Lancellot. *de attent. cap.* 1. *num.* 80. *& seq.* qui, licet loquantur in servo, ac filio, adaptantur etiam Regulari, qui iis adæquatur à Navarro *ubi supra num.* 30. Ipsumque Monasterium ex dicto recursu facto de ipsius consensu perdidisse in pœnam omne jus, tam in petitorio, quàm in possessorio, quod habebant, seu prætendebant in causa ex Constitutione 14. *Innocentii VIII.* de qua *in Bullario p.* 1. quæ incipit: *Officii nostri.* Quarè post contemptum declaratoriæ censurarum, illorumque aggravatoriam, quæ in Bulla Cœnæ non requiruntur, invocari debet brachium sæculare, ut tradunt Adjunctores *ad decis.* 2. *de rescript. in nov. à num.* 53.

6 Hinc Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium super immunitate Ecclesiastica, & controversiis jurisdictionalibus præpositorum sub die 19. Augusti 1653. in causa Januensi Patrum Theatinorum S. Siri, & Patrum Congregationis Oratorii S. Philippi, visis processu, & aliis juribus exhibitis, ac re maturè discussa, & Sanctissimo D. N. approbante, declaravit, renunciationes, recursus, omnesque alios actus gestos apud Judices laicos, fuisse prorsus invalidos, ac irritos, manifestamque jurisdictionis immunitatis, ac libertatis Ecclesiasticæ violationem continere; ideòque nullius esse momenti, & pro abolitis haberi debere futuris temporibus.

7 Et eadem die, eodemque anno in eadem causa eadem S. Congregatio, approbante Sanctissimo declaravit, eosdem Patres incursos in censuras Ecclesiasticas, & ideo absolvendos esse per D. Vicesgerentem in illius Capella secreta, in reliquis forma Ecclesiæ consueta. Ulterius sub præcepto pœnali suspensionis, & inhabilitatis ipso jure incurrenda, ac aliis pœnis arbitrariis injungendum eisdem Patribus, ne audeant amplius ad Civitatem Januensem se transferre absque speciali licentia Suæ Sanctitatis, & ita committendum Auditori Cameræ, ut exequi quamprimum faciat.

8 Scripsitque eadem Sacra Congregatio Epistolam Archiepiscopo Januensi in hunc tenorem. *Con precedenti giustificationi, con reiterate discussioni, e con approbatione della S. di N. S. hà resoluto questa S. Congregatione dell' Immunità Ecclesiastica, e controversie giurisditionali, che da cotesta Curia Arcivescovale si procedi alle censure contro quelli, che hanno fatto atti, ò participato in essi in pregiuditio della giurisditione, e immunità Ecclesiastica nella Causa de' Padri Teatini di San Siro, e i Padri della Congregatione dell' Oratorio di San Filippo. Si compiacerà dunque V. E. di fare ciò eseguire servatis servandis, e in oltre conservare l'accluso decreto negli atti della medesima Curia Arcivescovale in conservatione di essa giurisditione, e immunità Ecclesiastica per conformarsi con la santa mente di Sua Beatitudine, e qui à V. E. bacio humilmente le mani.*

Di Roma 19. *di Agosto* 1653.

CONSULTATIO XXXIV.

1 *An laici consanguinei, aliique viventes in communi, ac pro indiviso cum Clericis, debeant gaudere illorum immunitate, an verò sit demandanda divisio bonorum, ut cognoscatur portio laici, utque à suo Judice compelli possit ad solutionem onerum, & collectarum?*

2 *An patrimonium Clerici debeat solvere onera laicalia pro ea parte, in qua excedit solitam quantitatem constituendam juxta morem regionum?*

3 *Et an in domo Clerici fieri possit à Curia sæculari executio rerum laicorum? Et quid si fieret in odium immunitatis, libertatis, ac jurisdictionis Ecclesiasticæ in domo ejus consanguineorum?*

AD primum respondeo, negativè, ideòque demandanda divisio, ut alibi dixi, & aliàs declaravit S. Congregatio Immunitatis in subjectis declarationibus.

2 In Viterbiensi 6. Decembris 1627. *Bona Clericorum pro indiviso cum fructibus sunt exempta pro virili.*

3 In Albanensi 14. Augusti 1634. & in Auximana 25. Januarii 1650. *Exemptio bonorum Ecclesiasticorum non suffragatur bonis ad matrem, fratrem, & sororem spectantibus.*

4 In Aprutina 8. Martii 1635. In Hydruntina 14. Junii 1630. in Cavensi 27. Aprilis 1632. *Ecclesiastici viventes simul cum conjunctis, sunt exempti à Collectis proportione bonorum ad eos spectantium.*

5 Idemque justu Urbani VIII. scriptum Episcopis Ditionis Ecclesiasticæ, ut patet ex literis tenoris hujusmodi.

6 *Al Vicario Arcivescovale di Fermo. Perche alcuni Chierici di Monte Rubbiano, e in particolare Domenico Segreti, e Concetto Tullii pretendendo di participare l'immunità, queste alla madre per lo dotio del fuoco, e quelle al fratello per la gabella sopra à gli animali in d. luogo di quella Communità, che con queste impositioni supplisse a' pesi Camerali, Nostro Signore commanda, che ciascheduno paghi i suoi pesi, & ella non permetta, che i Chierici col manto della loro esentione fraudino il publico di quello, che devono i loro Congiunti. Sarà pero cura sua di fare, che si ano eseguiti i commandamenti di Sua Santità, e Iddio la conservi. Di Castel Gandolfo à 10. di Maggio 1634. Al piacer suo il Cardinal Barberino, Giulio Donati Segretario.*

7 *Al Governator di Monte Alb. Alcuni particolari di Porchia, che vivono in commune cogli Ecclesiastici, loro Congiunti, ricusano pagare à quella Communità la gabella del pascolo per la rata de' loro animali, pretendendo essi col manto de gli Ecclesiastici andare ancor essi esenti dal peso, il che non essendo conforme alla giustitia, Nostro Signore commanda, che fatta la divisione, ad effetto di vedere solamente, quanto sia la portion loro, paghino per quella quantità, che spetta la sudetta gabella. Si compiacerà per tanto V. S. di far eseguire la divisione sudetta, e di permettere poi alla Communità, e al Giudice l'esecutione contro i laici secondo la Giustitia, e Iddio la conservi. Di Castel Gandolfo à 22. di Giugno 1637. Di V. S. Come Fratello il Cardinal Barberino. Giulio Donato Segretario.*

Rationes alibi adduximus.

8 Ad 2. affirmativè. Nam ita alias à Sac. Congregatione Immunitatis fuisse declaratum, tradit Cohell. *in suo Bullar. fol.* 171. §. *E sopra i beni*, & patet ex hac Epistola jussu ejusdem Urbani VIII. missa.

9 *Al Vicario Vescovale di Rina Transone. Nostro Signore per ovviare alle frandi, che si commettono da que' laici, che donano à Congiunti grosso patrimonio ad effetto di poter si promovere agli Ordini Sagri, commanda, che'l detto patrimonio non sia esente da' soliti pesi, se non in quella quantità, che vien prescritta dalle Constitutioni, e dalle consuetudini della Diocese, che'l rimanente sia soggetto all' impositioni, si come prima. E di più commanda che coloro, i quali sono ordinati ad titulum patrimonii, ottenendo beneficii sufficienti alla loro sostentatione, non godano più esentione alcuna per lo patrimonio, ma paghino i soliti pesi. Così ella farà, che si osservi costì, e Iddio la preservi. Di Roma à 16. di Agosto 1634. Al piacer vostro il Cardinale Barberino. Giulio Donati Segretario.*

10 Ad 3. Dubia est hæc quæstio. Verior tamen sententia est, Domum Clerici non gaudere immunitate, quemadmodum gaudet Domus Parochi, ut alibi tradidi. Hoc certum, quod si affligatur Officio domus Clerici inhibitio Episcopi, ne sub pœna censurarum laici audeant dictam domum ingredi, & executionem facere, ipso Episcopo inconsulto, non potest Curia sæcularis hujusmodi executionem facere absque incursu censurarum. Nam inhibitio sive justa, sive injusta timenda est. Unde non debet esse penes arbitrium laicorum illam spernere, sed recurrendum est ad inhibentem pro moderatione, ut per Add. ad Burat. *decis.* 177. & in Cracovien. juris respondendi 23. Januarii 1651. coram Bichio. Et in Colonien. Vicariæ 24. Januarii 1653. coram Meltio, ac in aliis.

Quod si hoc in odium immunitatis, libertatis, ac jurisdictionis Ecclesiasticæ, nec non ipsius Clerici fiat in domo conjunctorum ejus, est utique contra dispositionem *cap. sæpe cuncti de elect. in* 6. Metus enim illatus Consanguineis Clerici censetur illatus ipsi Clerico, ut notat Felin. *in cap. Ecclesia S. Mariæ num.* 99. *de Constit. & in cap. literas num.* 20. *de præsumpt.* Glos. *in Clem.* 2. *vers. quomodolibet de sent. excom.* & injuria facta uni de agnatione, censetur irrogata omnibus *l. lex Cornelia*, ibique Bartol. *ff. de injuriis*, ideòque qui in odium Prælatorum, sive Judicum Ecclesiasticorum conjunctos, vel affines eorum, aut aliorum Clericorum in carceres detrudunt, percutiunt eorum bonis, gradibus, & dignitatibus spoliant, seu aliàs injustè persequuntur, & gravant, sunt ipso facto excommunicati *in d. cap. sciant cuncti*, ubi Glos. *v. Consanguineos de elect. in* 6. *& Clem.* 2. ibique etiam Glos. *v. quomodolibet*, & Abb. *num.* 8. *de sent. excom. & cap. quoniam juncta Glos. v. propter quorum de immunit. Eccles. & cap. quicunque*, ibi etiam Glos. *v. fautores de sent. excom. in* 6. Hæc enim committentes, & committi mandantes, tacitè, ac indirectè lædunt, deprimunt, ac restringunt libertatem Ecclesiasticam.

CONSULTATIO XXXV.

An extractio delinquentis ab Ecclesia in casibus exceptis, facta de licentia Vicarii foranei, cui Vicarius generalis in absentia Episcopi deleg verat facultatem in genere concedendi hujusmodi licentiam, sit valida, ita, ut nulla indigeat sanatione Summi Pontificis?

Ubi per quem Judicem extractio fieri debeat?

ET tenendum videtur, hujusmodi extractionem esse invalidam. Id probatur ex verbis Constitutionis Gregorianæ *de immunit. Eccles.* quæ sunt ista: *nemo extrahatur, &c. sine licentia Episcopi, vel ejus Officialis, ad quos solos, & non alios Episcopis inferiores, &c. prædictam licentiam dandi facultas pertineat.* Cùm igitur designetur specialis persona Episcopi, & ejus Officialis, qui tantum est Vicarius generalis, *Clem. si principalis*, ibique, Glos. *v. Officialis*, ubi etiam Doctores *de rescript. cap. Romana in princ. de appel. in* 6. *& cap. ex frequentibus*, ubi pariter Glos. *v. Officialem de constit. & cap. licet de Offic. Vicar. in* 6, cæteros excludit. Quia censetur electa industria personæ, atque adeò non potest ipse Vicarius hanc facultatem alteri concedere per textum *in cap. quoniam* §. *is autem v. propter quam*, & notat Glos. *v. inquisitionem*, quæ communiter approbatur, Jas. *in l. à Judice num.* 11. *in* 5. *limit. C. de judic.* facitque textus *in l. inter artifices ff. de solut.* Cùmque extractio sit odiosa Ecclesiæ, non potest extendi auctoritas extrahendi ad personas non expressas. In Constitutione autem Gregoriana exprimuntur solum Episcopus, & ejus Officialis, atque adeò ad illos solos pertinet facultas dandi licentiam extrahendi.

2 At nihilominus cum in S. Congregatione Immunitatis Ecclesiasticæ proponeretur, *come nella Congregatione de* 20. *di Decembre del* 1661. *fu reserito per la pena straordinaria della galera per sette anni contro Giuseppe Orlandi, inquisito d'haver ucciso il proprio Capitano nella fortezza di Livorno; ma perche l'estratione dalla Chiesa del detto Giuseppe fù fatta con licenza del Vicario foraneo, à cui il Vicario generale in assenza del Signor Cardinale Arcivescovo haveva delegata la facoltà in genere di concedere simili licenze si è dubitato, se il Vicario Generale havesse perciò la facoltà necessaria, & non essendo si trovato alcun decreto ne' registri della S. Congregatione, mà solo una lettera, che parla in persona del Vescovo, si come si riferito nel foglio di Monsignor Segretario nella Congregatione de' 16. di Gennaro prossimo passato. Si supplica di risolvere, se l'estrattione fatta con la licenza sudetta fosse valida, ò habbia bisogno della sanatione di Nostro Signore.* Quare S. Congregatio Immunitatis in Spoletana 29. Maij 1629. declaravit in hæc verba: *Vicarius*

curius foraneus non habet facultatem extrahendi. Sacra Congregatio respondit sub die 13. Martii 1663. *Extractionem in casu, de quo agitur, non indigere dispensatione.*

3 An autem in casibus in quibus ad Ecclesiam confugientes non gaudent illius immunitate, fieri debeat extractio per Judicem Ecclesiasticum, an verò per Judicem laicum? Abb. *in cap. inter alia nu.* 29. *de immun. Eccles.* proponit, sed non solvit hanc quæstionem, Cynus verò *in l. præsenti in* 2. 2. *quæst.* C. *de his qui ad Eccles. confug.* ita distinguit. Aut talis ita deliquit in Ecclesia, & tunc est de jurisdictione Ecclesiastica, & punietur per Judicem suum, non per sæcularem. Aut deliquit extra Ecclesiam, & tunc extrahetur per Judicem laicum.

4 At, rejecta hac distinctione, dicendum est in nullo casu extractionem fieri posse per Judicem sæcularem. Quia Ecclesia non est de territorio Principis sæcularis, *cap. postulasti* cum ibi annotatis *de for. comp. & can. Rex debet* 23. *quæst.* 5. Abb. *d. num.* 29. ubi ait, Ecclesiam non habere territorium, nisi respectu eorum, quæ sunt seu pertinent ad forum Ecclesiasticum, neque est subdita Judici sæculari, sed Ecclesiastico tantùm, ut *l.* 2. *C. de summ. Trin. can. miror.* 17. *quæst.* 4. *cap. Ecclesia S. Mariæ de Constit.* cum aliis Paul. de Castr. *in l. si quis in hoc benus num.* 3. *C. de Episc. & Cler.* A proinde Judex laicus non potest in Ecclesia ullam jurisdictionem exercere, delinquentes inde extrahendo, quia sic exerceret jurisdictionem extra territorium, *l. fin. ff. de jurisd. omn. Jud. cap. ut animarum de constit. lib.* 6. Et in Ecclesiam sibi non subditam, *cap. à nobis* 1. *de sent. excom. & d. cap. ut animarum.* Unde non evaderet pœnas violantis immunitatem Ecclesiasticam, Dei ordinatione, & Canonicis sanctionibus constitutam, ut in Concilio Tridentino *cap.* 20. *sess.* 25. decernitur. Sed extrahi debet per Judicem Ecclesiasticum, qui postea debet tradere extractum Judici laico. Ita probat Textus *in auth. si quis ei C. de adult.* ibique tenet Salic. *not.* & August. *in addit. ad Angel. de malef. in part. in scal. S. Petron.* Jo: Tiet. *in tract. de fugit. num.* 9. Gomez *var. tom.* 3. *cap.* 11. *num.* 2.

5 Verùm hodie abolita remanet ista de hac re inter Doctores controversia, de qua latè Farinac. *in pr. crim. p.* 1. *tom.* 2. *quæst.* 28. *tit. de carcer. nu.* 75. *&* 76. Quoniam in Constitutione Gregoriana expressè cavetur, ne Judices sæculares possint propria auctoritate extrahere, vel extrahi facere delinquentem per vim ab Ecclesia absque licentia Episcopi, vel ejus officialis, & cum interventu personæ Ecclesiasticæ, ab eo auctoritatem habentis, etiam in casibus exceptis, & à jure permissis, nisi quando Episcopus talem licentiam dare recusaverit, ut fusiùs Farinac. *loc. alleg.* qui contrarium tenuerat ante dictam Constitutionem in prima editione sui operis.

CONSULTATIO XXXVI.

An & quatenus Clericus, præcipuè conjugatus, privatus habitu Clericali per sententiam sui Ordinarii, possit illum resumere, & post illius resumptionem declinare jurisdictionem Judicis secularis, & gaudere privilegio fori, aliisque immunitatibus, & exemptionibus à jure, vel à consuetudine hujusmodi Clericis concessis, dummodo habeant omnia requisita cap. un. de Cler. conjug. in 6. *innovati à S. Concilio Tridentino adeò, ut contra ipsum gesta à dicto Judice sint irrita, ac proinde ad suum Judicem Ecclesiasticum sit remittendus?*

1 CRebra est hæc quæstio, atque in foro, & in ore omnium quotidiè versatur, sed subobscurè. Et profectò affirmativè in omnibus respondendum videtur. Siquidem ita sæpiùs fuit à S. Congregatione Immunitatis decretum in hac specie, ut ex litteris Episcopo Melevitano datis sub anno 1643. Quibus suffragantur jura, & rationes. Certa enim res apud omnes, quod Clericus in minoribus constitutus, si dimisso habitu incedat, ut laicus, & sæcularibus se immisceat, quandocumque illum resumpserit dummodo non in fraudem, iterùm gaudet privilegio fori, & canonis, ea potissimùm ratione, quia propter dimissionem habitus Clericalis suspenditur tantum, non autem abdicatur perpetuò à Clerico, cum sit inseparabile à charactere Clericali, qui est indelebilis, ut ex aliis latè comprobat Sperell. *dec.* 26. *num.* 18. *cum seqq.* Quodque etiam Clericus sponte à se, suoque judicio absque alia Episcopi licentia possit habitum, ac tonsuram resumere, probat Ricc. *decis.* 168. *p.* 2. & declaravit S. Congregatio Immunitatis in Mezarien. per hæc verba: *Clericus potest aliquando habitum resumere, etiam contradicente Episcopo, ut gaudeat privilegio fori, ut habetur in clyp. immunis. Eccles. num.* 27. Extantque ad rem plures ejusdem S. Congregationis, & S. Congregationis Concilii declarationes, quas alibi adduxi.

2 Etenim privilegium immunitatis, de quo *in d. cap. unde Cler. conjug. in* 6. est concessum ordini, ac personæ propter ordinem. Sicut igitur Ordo imprimit characterem indelebilem, ita etiam privilegium, si non actu, saltem habitu, hoc est in potentia obtinentis. Quamvis enim Clericus ex facto suo, suaque culpa, quandoque non gaudeat, dum scilicet dimisso habitu, sæcularibus se immiscet, si tamen resipiscat, recuperat privilegium, atque adeò efficitur exemptus à potestate laica per text. *in Clem.* 1. ubi Glos. *v. quandiu de vit. & honest. Cler.* Jo: Monach. *in alleg. cap. un. de Cler. conjug. in* 6. *num.* 2. ibique Probus ait, quod hujusmodi privilegia Clericorum cum personis sepeliuntur. Textus quippe non dicit, quod Clerici, uti laici se habentes, amittant privilegium, sed dumtaxat, quod non gaudeant eo tempore, quo habitum non deferunt, hoc est, donec illum non resumpserint, ibidemque Anchar. *num.* 6. in hisce terminis inquit, quod hujusmodi privilegium fori, & canonis fuit suspensum pro tempore, quo habitum non defert. Sæpè enim suspenditur effectus privilegii, sed non expirat, *cap. fin. de vit. & honest. Cler.* Atque ita id explicant communiter Doctores allegati à Carolo de Grass. *eff.* 1. *Cleric. num.* 85.

3 Ideòque non plus afficit sententia privationis Episcopi, quàm id, quod ipsa jura, & Canones disponunt. Quia sententia recipit interpretationem passivam à jure, nempè *à d. cap. fin.* & aliis superiùs adductis, quæ, ut dixi, non tollunt perpetuo, ac irrevocabiliter, sed ad tempus, & donec Clericus habitum, & tonsuram non resumpserit, Anchar. *d. Clem.* 1. *num.* 7. ubi ait: *ex hoc enim patet, quod ista privatio est temporalis, non perpetua*, & ita judicatum Patavii fuisse, refert Jo: Andr. *in cap. Joannes num.* 19. *de Cler. conjug.* Idemque asserit Archid. *in d. cap. un. de Cler. conjug. num.* 1. inquiens: *Vel si vis dicere, quod amittant, intellige usque ad resumptionem.* Atque ideò dicta sententia Episcopi, uti à jure exorbitans, nullius est momenti, deberque contineri intra terminos Sacrorum Canonum, Craver. *cons.* 78. *num.* 9. *lib.* 1. ac Rota *dec.* 176. *num.* 3. coram Ludovisio.

4 Idque adeò certum est, quod Clericus per sententiam non possit perpetuò privari privilegio fori, ut ne per Summum quidem Pontificem legislatorem, quique est supra omne jus positivum id fieri possit. Nam hujusmodi exemptio Clericorum à potestate sæculari prodiit à jure divino ante omnes leges positivas, vel Constitutiones Apostolicas, ut pluribus probat Covar. *pr. quæst.* 31. *num.* 4. quem sequitur Marth. *de jurisdict. p.* 4. *cas.* 135. *num.* 3. ubi ait: *privilegium fori ideò difficilius amittit, quam illud comitis, quia est de jure divino Clericis concessum, cap. quanquam de censibus in* 6. Glos. *in can. si Imperator v. discuti d.* 96. Innocent. *in cap.* 2. *de major. & obed. n.* 1. & Concilium Tridentinum *sess.* 25. *cap.* 20 *de reform.*

5 At nihilominus in hac specie tenendum est, quod licet Clericus conjugatus, non incedens in habitu, ac tonsura, non privetur perpetuò privilegiis Clericalibus, sed ad tempus, donec sine habitu incedat, ita, ut habitu resumpto, recuperet sua privilegia, etiam post monitiones, & in his terminis loquuntur Doctores *in cap. un. de*

Cler. conjug. in 6. *secus tamen, est post latam sententiam privationis. Quare si Clericus conjugatus, qui habitum, & tonsuram dimisit, & pluries monitus ab Episcopo cum termino unius mensis ad resumendum habitum, & deferendam tonsuram, & post alteram canonicam monitionem parere neglexerit, jure, ac merito privari potest per sententiam omni privilegio Clericali juxta Oraculum Urbani VIII. datum Cardinali Pamphilio, olim Præfecto S. Congregationis immunitatis, postea Innocentius X. nuncupatus, quo scilicet continebatur, quod Episcopi, præsixo Clericis conjugatis, & non conjugatis termino unius mensis ad resumendum habitum Clericalem, tonsuramque deferendam, eo elapso, si inobedientes fuerint, eosdem denudarent omni Clericali privilegio, ac fusè Riccius *in pr. p.* 2. *resol.* 172. *tom.* 1. *vit citat.*

6 Quinimò Clerici conjugati sine aliqua monitione privantur Clericali privilegio, quando habitum, & tonsuram non deferunt, ut *in d. cap. un.* Ergo multò magis post monitionem Ricc. *loc. alleg. num.* 2. Maximè autem nunc ex S. Concilii Trid. *sess* 23. *cap.* 6. *de ref.* ex cujus dispositione non requiritur monitio.

7 Non obstat, quòd privatio privilegii intelligatur, quatenus Clericus habitum non resumat, sed resumendo quadrat privilegio fori, ex Ricc. *cit. dec.* 168. *p.* 2. & Sperello *dec.* 26. *num.* 18.

8 Primò, quia id non procedit in Clerico conjugato, quando post monitionem lata est sententia privationis, quæ transitum fecit in judicatum, eoque magis si ipse postea se gesserit tanquam laicum. Hoc enim casu privatur omnino omni privilegio, nec datur purgatio moræ, ut in his terminis firmat Capr. *concl.* 97. *nu.* 105. *cum seq.* Burr. *in d. cap. Joannes num.* 15. præsertim *in vers. satis puto de Cler. conjug.*

9 Tunc enim sententia non debet esse ludibrio, & privilegium semel ablatum à Judice sine auctoritate Superioris, non recuperatur, ut in terminis declarat Burr. *in d. cap. Joannes d. num.* 15. quem sequuntur alii communiter, & specialiter Imol. *ibid. num.* 17. Affl. *ad Constit. Regni lib.* 1. *rubr. de apostas. num.* 15. Vitalin. *in Clem.* 1. *num.* 64. *de vit. & honest. Cler.* Capr. *d. concl.* 97. *num.* 105. *ac seq.* Carol. de Grass. *eff.* 1. *num.* 1232. Farinac. *quæst.* [illegible] *num.* 61. Quæ duo ultimi hanc sententiam sequuntur, dum ad Cæsarem [illegible] Ubald. *jun. inter consil. criminn. divers. tom.* 2. *cons.* 32. *num.* 26.

10 Secundò non procedit quando, in quibus Clericus conjugatus fuit præventus à Judice Laicali, pura denunciatione, vel inquisitione [illegible] capitura. Quia tunc resumptio habitus [illegible] in fraudem, & non admittitur Capr. *de concl.* 97. *n.* 111. *& seq.* ac plenè Capel. Tholos. *decis.* 144. Attenditur enim tempus delicti, ac sententiæ. Quod si tunc Clericus non deferat habitum, & tonsuram, non gaudet privilegio fori, etiamsi habitum postea resumat per textum *in cap. ex parte de privil. & in cap. ex parte suæ de Cler. conjug.* Clar. *in pr. §. fin. quæst.* 36. *nu.* 18. *& seq.* Sanch. *de matr. lib.* 7. *disp.* 46. *nu.* 10. Sic vera etiamodo id intelligendum, ut alibi fusiùs docui.

11 Id autem potius jure procedit, si post trinam canonicam monitionem fuerit privatus Clericali privilegio per sententiam, eaque ipsi personaliter intimata, non appellaverit, ac transiverit in Judicatum, & in pertinacia perseverans se gesserit tanquam laicum, & postquam fuerit condemnatus ad pœnas corporales, vel ad publicationem bonorum, cœperit prætendere in fraudem commissi delicti recognitionem causæ, ac resumptionem habitus, sicque ad eludendam jurisdictionem Judicis sæcularis. In quo casu non potest habitum, ac tonsuram resumere, quod ad ea, in quibus fuit per sæcularem prævenitum, & sic in præjudicium dictæ sententiæ, præsertim si fuerit executioni demandata, bonis fisco addictis, post rem judicatam super privatione privilegii Clericalis, ut rectè Capra *d. concl.* 97. *nu.* 111. *ac seq.*

12 Minus obstat, quòd privatio non censeatur perpetua, sed temporalis, & sententia intelligatur prout de jure, donec Clericus non resumpserit habitum.

13 Primò, quia id procedit, quando præcessit sola monitio, vel comminatio privationis, nisi intra certum tempus resumpserit. Et in his terminis loquitur Sperel. *alleg. dec.* 26. Secus autem quando præter monitionem, ac præfixionem termini, eoque elapso, fuerit lata sententia privationis. Hoc enim casu privatio censetur perpetua, non temporalis secundum Burr. & alios *loc. alleg.* alias non plus operaretur comminatio privationis formalis per sententiam. Ideoque hoc casu requiritur saltem nova licentia Episcopi pro resumptione habitus. Undè si Clericus ex Constitutione Sinodali privatur privilegio Clericali, non potest habitum, & tonsuram resumere sine licentia sui Ordinarii, Ciarlin. *contr.* 36. *num.* 50. & tamen plus operatur sententia, quàm Constitutio Synodalis, & multò plus operatur mandatum Summi Pontificis, quod Oraculo suo in specie emanavit ad toliendum abusus horum conjugatorum, qui Sacros Canones, & Characterem clericalem contemnunt. Esset enim superfluum præceptum, si privarentur donec habitum non resumpserint. Nam id satis cautum erat *in d. cap. un. de Cler. conjug. in* 6. atque adeò debet intelligi de privatione totali, ut similem Constitutionem in his terminis induxit Alex. de Neu. *cons.* 63. *num.* 12.

14 Secundò resumptio habitus, etiam cum licentia, non restituit privilegia Clericalia quod ad ea, in quibus Clericus fuit præventus, sed suffragatur in foraneum ut in specie declarant Imol. *in d. cap. Joannes num.* 17 *de Cler. conjug.* Angel. *de cons.* 30. *num.* 30. *& seq.* Ricc. *resol.* 59. *p.* 2. Marth. *de jurisd. p.* 2. *cap.* 32. *num.* 41. *& seq.* Viv. *dec.* 512. *num.* 15. Clar. *in d. §. fin. quæst.* 36. *nu.* 16. de Graff. *de eff.* 1. *num.* 1233. Decian. *tr. crim. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 101. & Farinac. *d. quæst.* 8. *num.* 66. Et sic cùm medio tempore fuerit inquisitus, ejusque causa cognita per Curiam sæcularem, nec non condemnatus, resumptio habitus, ac tonsuræ ipsi non suffragatur, quemadmodum explicat Capra *in alleg. concl.* 97. *num.* 111. ubi ait, quòd talis resumptio post privationem non potest prodesse, quominus coram Judice sæculari respondere de crimine, & saltem fiat executio in ejus bonis.

15 Præterquam quod, quando habitus, & tonsura resumi potest, resumptio debet fieri ante sex menses commissi delicti juxta Constitutionem Pii IV. quam refert Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disp.* 46. *num.* 10. vel ante quatuor menses juxta Constitutionem Alexandrinam, quæ servatur in Regno Neapolitano secundum Covar. *pr. quæst.* 31. *num.* 8. De quo tamen nos alibi.

16 Quod verò Summus Pontifex non possit tollere Clericis privilegium exemptionis, verum est, si illud abrogare, & à toto Ordine Clericali auferre voluerit, secus autem, si jus divinum interpretando, in hoc vel illo casu declaret, Clericum privilegio exemptionis non gaudere. Qua de re nos quoque alibi.

17 Itaque facta declaratione, quæ necessaria est post dimissionem habitus Clericalis, Clerici non possunt illum resumere, ut declaravit Sacra Congregatio Immunitatis sub die 16. Decembris 1642. In Mazarien. sì. Quibus & id subjicio ex S. Congregatione super Episcopis sub die 3. Octobris 1651. *Al Vescovo di S. Marco, acciòche l'habito Clericale non serva di scudo alle frandi, che molti commettono in pregiuditio di cotesta Università, ricordano questi Eminentiss. miei Signori à V. S. di non permettere in verun maniera à quelli, che hanno esercitato ufficii di viaffumerlo, se non doppo che haveranno reso conto della loro amministratione, e sodisfatto à loro debiti, e che ella trasmetta una nota de' Chierici, che sono in cotesta Città, e del bisogno, che ne hà ciascuna Chiesa, conformandosi nel resto in quanto all' esentione de' Chierici conjugati da' posi commessi con la disposizione del Sacro Concilio di Trento. Eseguisca, e Iddio la prosperi.*

CONSULTATIO XXXVII.

An causa super validitate, vel invaliditate pacti appositi in contractu censûs, ut si per biennium, vel triennium fructus soluti non fuerint à venditore censûs, possit emptor repetere illius sortem principalem, sit cognoscenda coram Judice Ecclesiastico, an verò coram Judice laico? Ubi aliqua de quæstione facti, & juris ac de utraque potestate Ecclesiastica, & civili hac in re disceptantur.

1 NEgativè respondendum videtur. Nam Conventio ex præscripto Constitutionis B. Pii V. tunc esset illicita, si sortis restitutio penderet à libera & absoluta voluntate creditoris, secus verò quando est implicita, ac dependens à debitoris morositate, ejusque culpa, & facto, quia si solvit fructus, prout tenetur, ad sortis restitutionem cogi nullatenus, potest.

2 Et sub hac conditionali qualitate, quatenus non solverit fructus, dictum pactum esse illicitum, firmarunt Gabr. *conf.* 152. *nu.* 5. *lib.* 1. Navar. *conf.* 15. *tit. de empt. & vendit. num.* 6. Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 18. *nu.* 80. Mastril. *dec.* 95. *nu.* 4. *& seqq.* Feder. Martin. *de jur. cens. cap.* 6. *num.* 272. Anton. Fabet. *de fin.* 3. C. *de pact. inter empt. & vendit.* Et in Regno Navarræ lege sancitum fuisse, dicit Felician. *de cens. lib.* 1. *cap.* 10. *nu.* 19. Greven. *ad Gail. lib.* 2. *conc.* 7. *nu.* 11. Mangil. *de evict. quæst.* 84. *nu.* 20. Ac in Regno Neapolitano Molphes. *de contract. quæst.* 6. *num.* 97. Rovit. *in pragm.* 1. *de cens. num.* 35. Tapia *ad eandem pragm. nu.* 122. ubi de usu, ac praxi S. Concilii in hoc se gerentis cum summo rationis moderamine. Nam antequàm proferat sententiam pro rescissione fiunt præcepta debitori censûs, ut solvat fructus decursos cum comminatione dictæ rescissionis, & quando devenitur ad sententiam, in ea præfigitur terminus, quod possit purgare moram, & tunc si debitor adhuc insordescit in non solvendo, devenitur ad executionem de remissione moræ juxta stylum Sacri Consilii, secundum Jo: Vincent. de Anna *sing.* 349. ubi refert casum, in quo dictum Sacrum Concilium moræ purgationem denegavit.

3 Justitiam verò, & validitatem hujus pacti sæpiùs approbavit etiam S. Rota Romana coram Setaphin. *dec.* 1418. *nu.* 15. in qua sequitur dictum Consilium Gabrielis, & ponderat sortis repetitionem in hoc casu contingere ex culpa debitoris non autem Creditoris illam repetentis, idemque firmat *dec.* 1431. *num.* 3. *& dec.* 152. post Cencium *de censibus num.* 9. *&* 11. ubi qui in specie approbatur consilium Gabrielis, & Navarri supra citati, ac latissimè *dec.* 147. *num.* 7. *& seqq.* post eundem tractatum. Et in pacto dationis certorum fidejussorum *dec.* 153. *num.* 2. *&* 3. & in puncto possessionis cedulæ bancariæ *dec.* 535. *num.* 11. *ac seqq.* post eundem tractatum. Et quidem si rigor hujus pacti suffragari non potest ad solum inducendi debitorem ad solutionem fructuum decurrorum, quid esset si in hoc contractu non adesset hujusmodi pactum.

4 At ego diserte affirmo. Quia est pactio usuraria pertinens ad quæstionem juris. Nam B. Pius V. in sua Constit. super forma creandi census reprobat quodcumque onus alicujus pœnæ subeundæ. Quarè, stante hac clausula, non potest ita pacisci. Primò, quia imponeretur onus venditori præter naturam contractus censuatis. Pactum autem, per quod obligatur dilatio solutionis, ad restituendum pretium, receptum, inducit onus grave præter naturam contractus. Quia natura contractus tribuit quidem jus emptori exigendi usuras, & cogendi per viam juris ad eas persolvendas, atque adeò debet agere ad implementum ipsarum, non ad rescissionem.

5 Deindè quia, completo contractu per legitimum consensum, ac per ea, quæ requiruntur ex natura ejusdem, & ex dispositione Juris maximè si sint contractus pertinentes ad emptionem, ac venditionem, non potest emptor pretium solutum repetere, sed solum potest exigere rem emptam, si illi ei reddita non sit. Ac proindè etiam completo contractu censuali, potissimum quia contractus census est quædam emptio.

Postremò quia in alia clausula subsequenti dictæ Constitutionis ita dicitur: *Pacta etiam continentia pretium census extra casum prædictum ab invito, aut ob pœnam, aut ob aliam causam repeti posse, omninò prohibemus.* Casus autem, de quo loquitur Pontifex, ille est, quo ipse venditor sponte monito emptore ante bimestre pretium receptum pro constitutione census restituit. Cùm ergo dicat *extra prædictum casum* excludit quemcunque alium casum, sive jus quocunque alio casu ad repetendum, adeòque etiam in isto, de quo loquimur. Atque ita Lugus *de censibus disp.* 27. *sect.* 8. *num.* 121. & Salas *ead. tr. dub.* 43. *num.* 2. & alii. 6

Neque obstat, quòd in Contractibus, quando unus satisfecit, alter minimè, datur locus pœnitentiæ respectu ejus, qui satisfecit, tam in jure civili, quàm in jure canonico, ea ratione, quia in pactis respectivis semper inest tacita conditio onera servandi, si alter ex contrahentibus eadem servaverit. Ergo, altero non servante, potest cedere à contractu. 7

Nam responderetur, primò, quòd hæc procedunt dumtaxat in pactis nudis, & contractibus innominatis, non in pactis vestitis, & contractibus nominatis, cujusmodi est contractus censualis, qui proprio, ac specifico nomine gaudet, & etiam generico emptionis, & venditionis. Unde si consummato contractu emptionis, ac venditionis, licet ab ipso recedere, sed tantùm agere ad complementum, ita consummato contractu censuali non erit licitum etiam ab ipso recedere. Respondetur secundò, quòd non potest dici absolutè censuarium passivum non satisfecisse saltem quoad substantiam. Nam id, quod per emptorem emitur non sunt ipsæ actuales pensiones, sed jus ad ipsas exigendas cum hypotheca in fundo censito. Hoc autem jus in solutione pretii conventi facta per emptorem, supponitur perfectè in ipsum translatum, adeòque completus ex omni parte contractus, qui non debet irritari per subsequentia, cùm detur in ordine ad ipsa consequenda actio ad complementum. 8

Minus obstat non esse eandem rationem de contractu censuali, ac de contractu emptionis, & venditionis. Siquidem per istum transfertur res vendita cum pleno dominio, sive cum pleno jure, quam propterea potest emptor per actionem realem vindicare; per illam verò cum non transferatur res ipsa cum omni jure, nec possit emptor census ad se illam trahere, debet posse in defectus solutionum recedere. 9

At contrà. Nam si in contractu venditionis transfertur jus ad rem illam vindicandam, in contractu census transfertur jus ad exigendas pensiones. Et si emptor in defectu translationis rei venditæ potest agere ad rem habendam, censuarius activus in defectum solutionis annuarum pensionum potest agere ad illarum solutionem, maximè cum semper pro illis hypothecatus remaneat fundus censitus, & sic salvatur propriè inter utrumque contractum. Nam sicut in illo ex eo, quod emitur res ipsa datur actio ad rem ipsam; ita etiam in isto ex eo, quod emitur jus ad pensiones, datur actio ad istas. 10

Cùm igitur hujusmodi pactum sit improbatum à Constitutione B. Pii V. tanquam usurarium, atque adeò nullum, ut relatis verbis ejusdem Constitutionis, firmat Redoan. *in tract. de annal. redit. lib.* 2. *quæst.* 1. *num.* 7. Petr. Gregor. *de cens. quæst.* 7. ita ut pactum non substineatur, & in specie, quod pactum pœnale in transactione conventum repetendi sortem in casu cessationis à solutione fructuum, tanquam usurarium sit damnatum ab allegata Constitutione *in* §. *pacta*, ideòque sit rejiciendum, neque possit absque labe usurariæ in praxim adduci, docet Cenc. *de cens. par.* 2. *cap.* 1. *quæst.* 3. *art.* 8. alias *qu.* 60. *n.* 15. juxta recentem editionem, Mantic. *de* 11

tacit. lib. 8. *tit.* 37. *n.* 8. Duard. *de cens. ib.* 4. *qu.* 29. *nu.* 28. *& seqq.* ac pluries decidit S. Rota, præsertim in nullius Mellivicen. Census 16. Martii 1615. coram Coccino, quæ est decisio 157. inter impressas post Cencium *de cens. in qua sub num.* 11. *ac seqq.* comprobatur injustitia hujus pacti, & quod improbatur à dicta Constitutione B. Pii V. ac in eisdem terminis in Neapolitana Domorum 13. Maij 1641. coram Cardinali Verospio, & in Brundusina assistentiæ 27. Martii 1645. coram Dunonetro, & in Theatina Census 9. Decembris 1630. coram Decano, passimque alibi. Rectè sequitur, hujusmodi causam esse omninò cognoscendam coram Judice Ecclesiastico privativè quoad Judicem sæcularem, quidquid esset si verteremur in quæstione facti, de quo infra.

12 Quare Judex sæcularis est omninò incapax, & incompetens in materia usurariæ pravitatis. Ex quo infertur, Constitutionem ipsam usurariorum non posse condi à potestate laica, ut disponat de re non pertinente ad jurisdictionem judicis temporalis, sed de jure hæc causa spectat ad Judicem Ecclesiasticum, ut concludit Bartol. *in l. Titia, ff. solut. matr.* Feder. de Sen. *conf.* 245. & tradit Alexan. *in d. l. Titia. col.* 4. *& conf.* 9. *lib.* 4. Et sicut Judex sæcularis non potest de causa usuraria cognoscere, ita pariter non potest in ea tatuere aliquid, quoniam à pari procedunt potestas cognoscendi, judicandi, & statuendi, ut per Feder. de ten. *conf.* 96. Paul. de Castr. *conf.* 71. *col.* 1. ac Philipp. Dec. *conf.* 170. ubi plenè, ac strenuè.

13 Neque attendenda sunt, quæ ab aliquibus Auctoribus contra deducuntur, præsertim à meis Regnicolis, & quod possit etiam coram Judice laico dari de invaliditate hujusmodi pactorum. Nam loquuntur cum falso suppositò, quod dicta Constitutio B. Pii V. non sit recepta. Unde satis notum est in Tribunalibus laicis vigere hanc falsissimam opinionem ab omnibus Tribunalibus Ecclesiasticis toties damnatam, cum quo falso principio admittunt pacta rescissoria repetitionis sortis, ac census constitutos absque pecunia numerata, immò ex fructibus alterius census, ut per Rovit. *in pragm.* 1. *de cens. ib. num.* 35. Molfensium, & alios. Quare frustra hæc in illis Tribunalibus deducerentur, minimèque dubium est, hanc Pianam Constitutionem vim habere in omnibus Regnis, ac Provinciis. Id quod non obscurè declarant verba illa ejusdem Constitutionis. *Volumus autem, quod præsentes in Cancellaria, & in acie Campi Floræ publicentur, & inter Constitutiones extravagantes perpetuò valituras conscribantur.* Ergo si futura est Constitutio extravagans, cur non pertinebit ad universos, qui christiana imbuti sunt religione? Ex fine etiam Constitutionis intelligi potest, illius vim permanere ad omnes. Finis enim hic fuit, ut cognoscimus ex proœmio Constitutionis, *animarum saluti consulere, piarum mentium petitionibus satisfacere, gravi morbo, letiferoque veneno salutari antidoto mederi.* Acceditque hæc firmissima ratio. Pontifex perniciosis censibus necessaria lege potuit mederi, debuit, & voluit, debuit, potuit, ac voluit in omnibus locis mederi. Quare maximè generalem hanc legem esse oportuit, alioquin omnium Christianarum nationum, & suæ item saluti Romanus Pontifex non valdè prudenter consuluisset, cum non sustulit illud malum ex omnibus Provinciis Orbis Christiani, quod æqua sanctione tollere poterat, ac debebat. Hæc sunt contra Lessium *de just. & jur. lib.* c. *cap.* 22. *dub.* 13. *num.* 98. *& num. seqq.* cujus doctrina damnata est à S. Tribunalibus Urbis, & ab ipso Vaticano in Signatura Sanctissimi.

14 Quod vero ad Doctores, Gabriel *cons.* 152. *lib.* 1. scripsit in terminis juris communis, nulla facta mentione dictæ Constitutionis. Navar. *cons.* 7. *num.* 6. *de empt. & vendit.* alias *cons.* 15. admittit validitatem pacti ante Constitutionem, non autem post illam. Rota in Romana Census 21. Octobris 1603. coram Justo apud Cencium *decis.* 152. loquitur de censu impositò ante sæpiùs citatam Constitutionem, ut respondit Duard. *dict.* §. 4. *q.* 29. Et nihilominus ibi non agitur de sustinendo pacto, sed de sustinendo contractu, ut per tale pactum non corruat, sed potius pactum vitietur. Et hoc idem firmatur apud Seraph. *decis.* 1418. *n.* 5. *&* 1431. *num.* 3. ac *dict. dec.* 147. apud Cencium. Dubitant enim Doctores, an pactum repetitionis sortis sit contra substantiam Census, ac improbatum de jure communi ex ipsa natura contractus ita, ut vitiet Contractum censualem, illumque reducat ad purum mutuum, vel potius sit contra accidentia ex prohibitione Constitutionum Apostolicarum adeò, ut vitietur, non autem vitiet. Et licet multi, gravesque Doctores teneant, illum esse contra substantiam, & vitiare contractum in totum, alii tamen magis communiter distinguunt inter pactum resolutivum, purum, & pactum conditionale in pœnam non solutionis, ut primum vitiet, secundum verò, de quo nos agimus, vitietur, & habeatur, ac si non esset appositum, ut plenè Rota in d. Mellivicnsi coram Coccino, ac Duard. *loco allegato.*

Præterea, vel hoc pactum est fœneratitium ex jam dictis, & nemini permittendum est, illud exercere coram quocumque laico, illud perperam permittente, cum certum sit, quod etiam contra Creditorem laicum possit adire debitor Judicem Ecclesiasticum, ut tam creditori, quàm Judici laico inhibeat, ne pactum usurarium exequantur, & exerceant, ac in peccato persistant. Aut est dubium, an sit fœneratitium, & sic cum agatur de materia peccati, pertinet ad Judicem Ecclesiasticum privativè quoad laicum, id cognoscere, ac de larare. Maximè ubi quæstio non est facti, sed juris, Gloss. *in Clem. de usur.* Abb. *in cap. quoniam num.* 1. *& cap. præterea nu.* 2. *eod. tit.* cum aliis congestis à Cacher. *dec.* 137. Farinac. *de inquis. quæst.* 8. *nu.* 134. *&* 135. Sperel. *dec.* 40. *nu.* 80. *& seq.* ac proindè, utcumque sit, nunquam adiri potest Judex laicus respectu dicti pacti rescissorii pro repetitione sortis, & pacti reservivi ad priora jura census fœneratitii, sed solus Judex Ecclesiasticus, ad quem solùm spectat de eò cognoscere. Nam ejus solius proprium munus est inter lepram, & non lepram, peccatum, & non peccatum discernere, & valor, ac justitia dictorum actuum propter annexam spiritualitatem, errandique periculum debet secundum jus Canonicum, ac divinum examinari, ac definiri. Ita de sponsaliorum valore, Abb. *in cap. ex litteris* 21. *num.* 4. *de sponsal.* & Doctores cæteri, quos sequitur Sanchez *de matrimon. lib.* 1. *disp.* 29. *num.* 9. de valore matrimonii citati Doctores communiter, quos idem Sanchez sectatur *lib.* 3. *disp.* 54. *nu.* 4. qui amplius putat, sed minus rectè, Judicem laicum posse cognoscere, an matrimonium sit clandestinum, quasi hæc sit quæstio facti, & non juris. De crimine perjurii, ac vinculo juramenti ex communi, Felin. *in cap.* 2. *nu.* 28. *de sponsi.* Gail. *lib.* 1. *obser.* 38. *n.* 5. & Abb. *in cap. cum sit nu.* 21. *& in cap. cum contingat num.* 15. *de jureiur.* ubi ait, quod cum ex rationum, ac opinionum conflictu, redditur saltem probabile dubium de valore juramenti, non possit Judex sæcularis cognoscere, sed debeat ad Judicem Ecclesiasticum referre, & de usuræ crimine idem Abbas, ac cæteri superiùs adducti. De causa decimarum Fagnan. *in cap. Juam num.* 39. *de ordin. cognit.* De quæstione nativitatis idem Fagnan. *num.* 41. De causa legitimitatis, idem *num.* 42. *& seqq.* ubi *num.* 52. advertit non esse faciendam vim, an materia cadat in laicum activè, vel passivè, sed tantummodò, an res, circa quam incidit quæstio facti sit spiritualis, quia tunc, ne de ipsa quidem quæstione facti Judex laicus, potest cognoscere *ex cap. si Judex de sent. excom. in* 6. Ratio autem est, quia ex facto jus oritur, *leg. si ex plagiis*, §. *ultim. ff. ad leg. Aquil.* Unde quæstio juris à quæstione facti videtur separari non posse. Ad facti enim quæstionem sequitur quæstio Juris, & quæstio facti necessariò habet mixturam, & complicationem inseparabilem cum juris quæstione, ut per Fulgos. *consil.* 135.

consil. 133. & ratione connexitatis, ac mixturæ, hoc totum est deferendum ad Judicem Ecclesiasticum, tanquam digniorem, *cap. quanto de judiciis*; quidquid dixerit Jason. *in leg. quoties numer.* 7. *Cod. de judic.* quem sequitur Ripa *in cap. decernimus num.* 17. *de judic.* nimirum, quod licet ex facto oriatur jus, non tamen oritur jus spirituale, de quo contenditur. Et quamvis causa facti sit spiritualis, tamen de causa facti non disceptatur, sed de facto ipso. Et hinc apparet, quæstionem facti esse separabilem à quæstione juris, licet quæstio juris à facto separari non possit. Nam contrarium convincitur *ex dict. cap. si Judex laicus de sentent. excommun. in 6.* ubi quæstio facti, an quis sit Clericus, dicitur esse de re Ecclesiastica, & spirituali, & propterea ad Judicem Ecclesiasticum pertinere, & tamen ibi non disceptatur de causa facti, scilicet de ordine ipso, sed solùm de facto, idest, an Ordo fuerit collatus. Ergo quando causa facti est spiritualis, etiam factum ipsum propter connexitatem reputatur spirituale, & spectat ad forum Ecclesiasticum.

16 Et quamquam de usuræ crimine, etiam si agatur de quæstione juris, aliter sentiant Tanner. *in* 2. 2. *disp.* 4. *quæst.* 4. *dub.* 1. *nn.* 25. Salas *in tract. de empt. dub* 45. *n.* 1. & 2. Sà *v. usura num.* 15. Roderic. *de ann. reddit. lib.* 3. *quæst.* 3. *num.* 122. Curtel. *de Eccles. libert. lib.* 2. *quæst.* 78. & Jo: de Hevia *in labyr. commer. lib.* 2. *cap.* 1. *nn.* 37. & in Cur. Philipp. *par.* 3. §. 9. *num.* 27. Contrarium tamen certum est, ac docent magnum juris Canonici lumen. Abbas, ut eum appellat Pius Secundus *in cap. cum sit n.* 17. *de jurejur.* Molin. *tom.* 2. *disp.* 333. Sylvest. *v. Usura quæst.* 3. *in princ.* Turrecrem. *in cap. quid dicam num.* 5. 14. *quæst.* 4. Scacc. *in tract. de commerc.* §. 8. *glos.* 5. *n.* 81. Tusch. *tom.* 8. §. *usura concl.* 357. *nu.* 19. Reginald. *in prax. tom.* 2. *lib.* 23. *cap.* 9. *sect.* 1. *num.* 93. Laym. *lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 2. *n.* 8. & 9. Azor. *p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 53. *q.* 2. Raguc. *in lucem Paroch. tit. de restit. qu.* 219. Mich. de Palar. *lib.* 4. *contract. cap. ult.* Salon. *in* 2. 2. *qu.* 78. *art.* 3. *controv. ult.* Bonac. *de contract. disp.* 3. *qu.* 3. *pun. ult. nu.* 3. Dian. *par.* 2. *tr.* 22. Marth. *de jurisd. par.* 2. *cap.* 7. Fagnan. *in d. cap. tuam à num.* 36. ubi rem examinat, ideòque videndus, Clar. *in* §. *fin. qu.* 37. *nn.* 2. ubi ait quod ex communi sententia Canonistarum, & Legistarum, si vertitur quæstio juris super usura, cognitio spectat ad Judicem Ecclesiasticum, neque potest Judex laicus in ea ullo modo se ingerere, licet minus rectè subjungat, quærè si quæstio usuratum non veniat principaliter in judicium, sed per modum exceptionis contra actorem, tunc possit, ac soleat Judex secularis cognoscere, tametsi quæstio juris sit. Nam sive quæstio in judicium veniat principaliter, sive incidenter, semper militat eadem ratio, ut habetur *in dict. cap. tuam de ordin. cognit. & cap. lator, qui fil. sint legit.* & fusè Fagnan. *loc. alleg. num.* 24. Quapropter ex communi Corasc. *misc* 2 *cap.* 3. docet, quod pendente causa natalium coram Judice Ecclesiastico, non possit Judex secularis procedere in causa principali hæreditatis, & Abb. *in cit. cap. lator nums.* 3. & 5. ait, quod universim, si spiritualis quæstio incidat coram Judice seculari, supersedendum sit in causa principali, donec incidens terminetur à Judice Ecclesiastico, & postea causa remittenda sit ad Judicem secularem, qui eam inchoaverat, *& in alleg. cap. tuam nu.* 4. *de ord. cognit.* tradit quod exceptio peremptoria, quæ suapte natura examinanda est coram alio Judice, operatur effectum dilatorium causæ principalis, quia differt, ac suspendit jurisdictionem Judicis causæ principalis, donec super peremptorio fuerit judicatum.

17 Quare in hoc usuræ ficmi, & in omni alio simili, potest Judex Ecclesiasticus sub pœna excommunicationis præcipere Judici seculari, ut supersedeat executionem contractus, donec decidatur, an alle sit usurarius, & Judex secularis teneatur ei obedire, ac supersedere in executione, ut per Alexand. *in l.* 4. §. *condemnatum nu.* 17. *ff. de re judic.* & Guttier. *de juram. confirm. par.* 1. *cap.* 2. *nu.* 11. *ac seqq.* Quia cum exceptio hæc sit præjudicialis executioni, non debet super ea amplius procedi, alioquin judicium Ecclesiasticum redderetur elusorium, quidquid contra tradant Angel. Imol. Ripa, & Roderic. Suar. *n.* 15. *in dict. leg.* 4. *ff. de re judic.* Bertach. *vol.* 2. *cons.* 45. *n.* 10. & Ceval. *de cognit. per viam violent. par.* 2. *quæst.* 96. *n.* 12. Quinimmò Doctores, quos citat & sequitur Barbos. *in collect. tom.* 2. *lib.* 4. *tit.* 17. *cap.* 5. *nu.* 4. & 5. addunt, quod possit Judex Ecclesiasticus, ad quem causa spiritualis remittitur, opponere exceptionem, ac præfigere terminum peremptorium, intra quem fiat probatio, non tamen id possit Judex secularis, qui exempli gratia de causa principali hæreditatis cognoscit, præfigere partibus terminum, intra quem causa incidens spiritualis terminetur coram Judice Ecclesiastico, ad quem illam remittit. Quia cum Judex Ecclesiasticus sit superior, saltem in spiritualibus, non licet ei legem imponere.

Atque ita demum declaravit Sacr. Congregatio Immunitatis sub die 16. Aprilis 1630. in Melevitana, nimirum, *Quando quæstio usurarum est juris, cognitio causa spectat ad Judicem Ecclesiasticum privativè quoad Judicem secularem. Quando verò est facti datur locus præventioni.*

Porrò quando quæstio juris est an sponsalia, vel matrimonium sit validum, an invalidum. An juramentum sit licitum, vel obligatorium, an ne? An actio sit licita, an ve superstitiosa? An contractus licitus sit, an verò usurarius, & id genus alia? Quæstio autem facti est, an reipsa intercesserint sponsalia, matrimonium, juramentum, contractus usurarius? Et hæc spectat præventivè etiam ad Judicem laicum in foro suo inter laicos cognoscere, ac reum confessum, vel per testes ab ipso examinatos convictum ad sponsaliorum matrimonii, ac juramenti observationem, vel ad usuræ restitutionem compellere, eundemque tanquam sponsaliorum, matrimonii, & juramenti violatorem, vel usurarium punire, ut post Bartol. *in leg. Titia*, tenent omnes communiter *ff. solut. matrim.* & post Anchar. Barbat. & Covar. firmat Vincent. de Franch. *dec.* 36. Simanch. *de Cathol. instit. tit.* 40. *de matrim.* Fontanel. *claus.* 4. *glos.* 12. *par.* 2. *num.* 27. Guttier. *de juram. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 35. Mastril. *dec.* 113. Orer. *qu.* 30. *lib.* 1. & Roman. *cons.* 7. *num.* 27. *ac seqq.* Et in hisce quæstionibus facti Judex laicus est competens, non solùm incidenter, sed etiam principaliter, & est locus præventioni, ut annotant omnes *in cap. cum sis generale de foro compet.* ubi etiam Fagnan. *& in cap.* 1. *num.* 39. *de adult.*

CONSULTATIO XXXVIII.

An Clericus, qui à sententia sui Episcopi appellavit ad suum Archiepiscopum coram personis laicis incurrerit aliquam censuram?

1 Videtur incurrisse. Nam honestæ personæ juxta *cap. Pastoralis*, §. *ultim. de offic. ordin.* illæ intelliguntur, quæ in dignitate aliqua positæ sunt *ad cap. statutum in princip. de rescript. in* 6. Unde Cæpolla *cast.* 78. *in fine* scribit, *honestas personas Prælatos dici.*

Verùm dicendum puto, id remitti arbitrio Judicis. 2
Simile est, quod legitur *in cap. ultim. de appellat.* deficiente scilicet Judice, & Episcopo, appellatio potest coram viris bonis interponi. Boni viri erunt Judicis arbitrio æstimandi, sive laici sint, sive Clerici, cùm id Canones non exprimant, ut per Doctores apud Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *centur.* 1. *cas.* 69. Decius tamen *in dict. cap. ultim. num.* 24. docuit, honestam personam, & virum bonum non dici, qui excommunicatus est, quia eum non tolerat Ecclesia.

Et quidem contingit aliquando, non sine iniustitia, 3
quod Judices proferant sententias, à quibus cùm quis vult Superiorem appellare coram præsentia nequit haberi. Quo in casu consulendum est, ut appelletur coram

coram actuario per ea, quæ differt Arnon. *cast.* 12. Sed quia interdum, ne quidem Actuarii præsentia haberi potest, appellandum est hoc casu ad Judicem, ad quem per text. *in leg.* §. *dies, ff. quando appellan. sit.* Vel appelletur, ac fiat protestatio coram probis viris in præsentia aliquorum testium juxta *cap. si justus metus de appell.*

4 Ad Cæpollam respondetur, *dict. cap. statutum*, in causarum dumtaxat delegationibus locum sibi vindicare, ac proinde non procedit in hoc casu, ita Baldus, Abbas, ac Decius apud Menoch. *loco allegato.*

CONSULTATIO XXXIX.

De Clerico conjugato, incedente sine habitu, & tonsura, & comprehenso in habitu laicali à Curia seculari. Ubi cuinam competat discussio Clericatus, ejusque habitus?

1 Hic Clericus debet remanere in carceribus laicis, donec definiatur à Judice Ecclesiastico, an gaudeat privilegio fori, quidquid sit de Clerico non conjugato, Fulgos. *cons.* 123. *num.* 2. Alexand. de Neu. *cons.* 59. *num.* 26. Rot. *dec.* 3. *de sentent. excommun. in non.* Bellug. *in Specul. Princip. rubr.* 11. §. *Videamus num.* 4. ubi ait, esse id speciale in conjugato, ut non remittatur, donec probetur illum habere requisita, *cap. unic. de Cleric. conjug. in* 6. & Concilii Trident. *sess.* 24. *cap.* 6. *de reformat.* de Graff. *eff. Cleric.* 5. *num.* 1257. & 1275. ubi quod hæc declaratio fieri debet, citato Judice sæculari, Intrigliol. *singul.* 1. ubique planè Addit. *litt. C. lib.* 3. Sanchez *cons. mor. l. lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 11. *n.* 17. Thom. Delben. *de Im. cap* 4. *dub.* 10. & *dub.* 29 *n.* 15. Farinacc. *quæst.* 8. *n.* 60. nec dubium est id negare, sed planè concessit in Clerico conjugato, Sperel. *dec.* 132. *num.* 26. & 82. & *dec.* 133. *num.* 67. & 75. Cum autem sine requisitis *dict. cap. unic. & dict. cap.* 6. Concilii Tridentini, Episcopus non habeat fundatam intentionem, meritò dispositum est in jure, quod non possit interim vindicare comprehensum, & carceribus mancipatum, cùm non sit certus de sua jurisdictione absque dicta probatione requisitorum, Alexand. de Næu. *cons.* 59 *nu.* 26. & *seq.* & Delben. *dict. dub.* 10. *n. item* 10. Atque ita demum declaravit Sac. Congregatio Immunitatis in Tiphernaten. 20. Decembris 1661. proponente Cardinali Celso.

2 Et Sacr. Congregatio Concilii sub die 2. Januarii 1619. ita declaravit: *Clericus repertus à Curia seculari sine habitu Clericali, donec doceat de suo Clericatu, in carceribus laicis potest detineri, dummodo non sit notoriè Clericus, & si per octo menses ante carcerationem habitum dimiserat, privilegio Clericali nullo modo gaudet, si à Curia, ut supra, captus fuerit in tali habitu.* Vide quæ alibi scripsimus.

3 Secus autem, si comprehendatur Clericus notoriè conjugatus, incedens in habitu, & tontura, & habens alia requisita Sacri Concilii Tridentini. Quidquid enim sit de articulo, an Clerici conjugati subjaceant foro, sæculari, in quo post Sacr. Concilium Tridentinum verior est sententia negativa ex deductis à Squillante *de privileg. Cleric. cap.* 27. *num.* 27. Ricc. *dec.* 170. *par.* 3. & 320. *par.* 4. Duard. *ad Bull. Cœn. cap.* 15. *quæst.* 4. *num.* 13. & Dian. *par.* 1. *tr.* 2. *resol.* 50. Ciarlin. *controv.* 53. *num.* 34. ac cæteris, eamque tenet Sac. Congregatio Immunitatis, de qua nos alibi, licet aliter sentiant Doctores profani apud de Marinis, *par.* 1. *resol.* 58. *num.* 11.

4 Attamen, si pro cautela civili, Clericus conjugatus esset comprehendendus, id fieri non poterit, nisi à Judice Ecclesiastico, non autem laico, alioquin Injiceretur manus in Clericum, ut est communis Canonistarum sententia, quam etiam ipsi laici admittunt, ut constat ex Rovito *in pragm.* 1. *de Cleric. Salvat. num.* 2. fusè de Marin. *dict. resol.* 58. *num.* 13. & ita tenet eadem Sacr. Congregatio Immunitatis, quæ sæpè declaravit, Clericos Conjugatos gaudere privilegio Canonis, & fori tantum, *ut in Bononiensi* 29. *Decembris* 1629. *in Neo castrensi* 6. *Maij* 1631. *in Bovinensi* 13. *Novembris* 1629. *in Alessanensi* 9. *Octobris* 1628. Quod intellige, si habuerint requisita.

Cuinam competat discussio Clericatus, quando dubium esse potest, an quis sit Clericus, vel gaudeat privilegio fori, necne? Quando item habitus esset dubius, nec videatur omninò Clericalis, vide *Consult.* 44. *tom.* 2. Speciatim verò in Investitura Regni Neapolitani, quæ singulis conceditur ad limites concessæ per Iulium Secundum, Ferdinando Austriaco, Patri Caroli Quinti litteris Consistorialibus, Romæ datis apud Sanctum Petrum Pontificatus ejus anno septimo, ita legitur: *Promittent etam, quod nullus Clericus, aut persona Ecclesiastica ejusdem Regni Siciliæ citra Farum in civili, vel criminali causa ad faciendum fidem de titulo, vel de possessione Clericatus convenietur coram Judice secularis.*

CONSULTATIO XL.

An, & quatenus ob nullitatem censurarum in materia immunitatis Ecclesiastica, procedi possit ex integro?

1 In Sacr. Congregatione Immunitatis Ecclesiasticæ die 18. Novembris 1664. ad rectum à Lælio Parisio, Gubernatore Terræ Bonetti, declarato excommunicato à Vicario Generali ob processum ab eo formatum contra Josephum Puglisem Clericum Conjugatum, ejusdem loci post resumptionem habitus Clericalis. Ob insuper iteratam hujusmodi declarationis responsum fuit, declarationem censuram non sustineri, & Vicarius procedat ex integro die 16. Junii 1665.

Iterum institit idem Parisius, non posse Vicarium generalem formare novum processum ex integro post nullitatem declaratam, nisi prius sibi à dicto Vicario expensæ reficiantur cum damnis, ac interesse, ut de expensis Monach. *decis. Bononien.* 2. *num.* 16. Surd. *consil.* 3. *num.* 5. *vol.* 2. Rot. *decis.* 20. *num.* 1. post Nig. *de subst. tut. de damnis*, Rota *decis.* 31. *num.* 5. apud posthum. *de subhast. & inspect.* 68. *nu.* 7. *& inspect.* 50. *n.* 110. Peregrin. *decis. Patau.* 52. *n.* 7. *& hac species nullitatis censurarum*, Doctores *in cap. sacro de sentent. excomm.* apud Barbos. *in collect. ad dict. textum*, & prosequuntur Sayr. *de censur. lib.* 1. *cap.* 13. *nu.* 16. Monet. *de distribut. lib.* 2. *quæst.* 15. *num.* 45. Ric. *in prax. forens. Eccles. part.* 3. *resol.* 176. *num.* 2. Vulpes *in prax. Judic. capitul.* 13. *num.* 16. *versic.* 2. & 3. Farinac. *fragm. par.* 1. *v. excommunicator nu.* 42. Villagut. *dec.* 211. *num.* 62. Bellet. *disq. Cleric. de pœn. Cleric. par.* 2. §. 48. *num.* 7. qui plures alios referunt.

Et generaliter Judex non potest formare novum processum ex integro, nisi præcedat refectio expensarum *l. sancimus* 13. ubi Iaf. *num.* 14. *Cod. de judic. & leg. non ignoret* 4. *C. de furt. & lit. expens.* cum practicis relatis à Grivel. *dec. Dolana* 50. *num.* 20. Peregrin *dec.* 52. *num.* 7. Cùm parte opponente, debeat prius nullitas purgari cum refectione expensarum, Coccin. *decis.* 206. *num.* 1. & 2. Rota *in Reatina Castrorum* 27. *Junii* 1664. §. *ult. coram Tatia.* ac ita etiam declaravit eadem Sacr. Congregatio Immunitatis sub die 15. Septembris 1665. proponente de Rubeis.

CONSULTATIO XLI.

1 *An, & quatenus Ecclesiastici, tam seculares, quam regulares, teneantur contribuere ad sumptus belli pro communi necessitate veluti utilitate gesti, & pro qua portione?*

2 *Et an, quando Clerus in subsidium Civitatis cum consensu Apostolico, cæterisque solemnitatibus transegerit cum ipsa Civitate, quod sibi retineat partem sue immunitatis à vectigalibus, possint successores hujusmodi transactionem impugnare?*

3 *Et an Clerici exteri, degentes in dicta Civitate teneantur servare ejusmodi transactionem?*

Plura

1 PLura de hac re alibi diximus. Nunc autem lucem addimus rebus obſcuris, vetuſtis novitatem, novis auctoritatem, confuſis ordinem.

2 Quamquam itaque, non ſolum Sacerdotes, & Clerici, ſed etiam eorum poſſeſſiones, ac bona de jure divino ſint immunia à Collectis, & impoſitionibus laicorum, ut luculenter probatur *in cap. non minùs de immun. Eccleſ.* in quo non dicitur de Pharaone, quod Sacerdotibus immunitatem conceſſerit, ſed quod Sacerdotes, eorumque poſſeſſiones in priſtina libertate dimiſerit, quamvis divinæ legis notitiam non haberet, & ſic præſervavit immunitatem, eis competentem ex lege divina, & ante omnem humanam Conſtitutionem, Ad quod apprimè facit textus *in leg. ſancimus*, ibi: *Competens prærogativa cœleſtis favoris conſervetur*, *Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* & textus *in cap.* 1. *de cenſib. in 6.* ac probatur ex Geneſ. *cap.* 47. *ex lib.* 1. Eſdr. *cap.* 7. *num.* 11 & Matth. 17. adjuncta ibi expoſitione Hieronymi, & Auguſtini, ut fusè deducit Sac. Rota Romana in Albanenſi Gabellæ, ſive onerum 28. Junii 1630. coram Merlino, quæ habetur in impreſſis *deciſ.* 339. *par.* 6. *recent.* ubi præclarè firmatur, hujuſmodi immunitatem competere perſonis Eccleſiaſticis, earumque bonis jure non tantum civili, & canonico, ſed etiam divino, quàm deciſionem poſtea ſequuta eſt eadem Rota coram Coccino in Barchinonenſi exemptionis 20. Junii 1636. Et pluries declaravit Sacr. Congregatio Immunitatis, eſtque unanimis Canoniſtarum ſententia, ut ſcribit Fagnan. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ num.* 15. *de Conſtit.* & Thom. Delben. *de immmun. cap.* 1. *dub.* 2. & nos albi.

3 Verùm quia contra decernunt jura *in can. tributum* 2. 3. *quæſt.* 8. *in can. ſi tributum*, *& in can. magnum nu.* 11. *qu.* 1. ideò pro concordia ita diſtinguendum eſt.

4 Aut quæritur de bonis, quæ uſibus Eccleſiaſticis dedicantur, quoad fundationem, vel manſum, aut cœmeterium vel domus, vel hortos juxta poſitos, aut dotem Eccleſiæ, & hæc indiſtinctè ſunt immunia ab omnibus tributis, & oneribus laicalibus, *arg. cap.* 1. *de cenſib. & c.* 2. *de Eccleſ. ædif.* in quo nemo diſcrepat, ut legere eſt 1. apud Innocentium, Oſtienſem, Jo: Andream, & alios in *d. cap. non minus de immun. Eccleſ.* Quod vendicat ſibi locum in oneribus, nedum publicis, ac regiis, ſed etiam privatis, & aurea impoſitis, ob ſpecialem eorundem bonorum ſanctitatem, ut habetur *in can. ſecundùm* 23. *quæſt.* 8. & pluribus relatis, tenet Rota præallegata coram Merlino.

5 Aut quæritur de aliis bonis, quæ aliis titulis, vel cautis ad Eccleſiam pervenerint, & tunc inſpiciendum eſt, an agitur de oneribus impoſitis, antequam bona hujuſmodi in Eccleſiam tranſirent.

6 An verò de impoſitis eo tempore, quo bona jam facta erant Eccleſiæ?

7 In primo caſu bona, & prædia hujuſmodi tranſeunt ad Eccleſiam, & ad Eccleſiaſticos cum ſuo onere ſecundum Gloſſam, Innocentium, & alios citatos, & probatur *in d. can. tributum* 23. *quæſt.* 8. ibi: *De exterioribus Eccleſiæ, quod Conſtitutum eſt antiquitus perſolvendum eſt*, ideſt antequam prædia pervenerint ad Eccleſiam, & in *d. can. ſi tributum*, ibique Turrecremata. Dummodò tamen copulativè hæc omnia concurrant. Ut onera ſint vera, & realia, ideſt ipſis fundis infixa, & impoſita bonis propter bona. Ut ſint perpetua, certa, & invariabilia, ceu tenent communiter Doctores, & ſtabilivit Rota *in Benedictina Gubbelle* 13. *Februarii* 1604. *coram Pegna, quod ſemper amplexa eſt S. Congregatio Concilii, & S. Congregatio Immunitatis.*

8 In ſecundo autem caſu certum eſt, ab hujuſmodi oneribus Eccleſiam, & Eccleſiaſticos eſſe prorſus immunes, in quo caſu loquitur textus *in d. cap. non minus.* Et hanc diſtinctionem ſequitur Bald. *in l. placet num.* 10. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* Abb. *in d. cap. non minus num.* 16. & Rota ſupra apud Merlinum, rejecta cautela Bartoli *in l. reſcripto* §. *fin. num.* 5. *ff. de minor.* de qua nos alias fusè.

9 Dixi, bona Eccleſiarum, & Clericorum. Quia quoad immunitatem à Collectis, & impoſitionibus laicalibus pari paſſu ambulant bona Eccleſiarum, & patrimonialia Clericorum, ut per Oſtiens. *in d. cap. non minus num.* 8. ibique Butr. *num.* 3. Card.n. *nu.* 4. Anchar. *not.* 2. Abb. *in cap.* 1. *n.* 3. poſt Butr. *ibi num.* 5. & Imol. *n.* 1. *de conſuet.* & Rota ea *dec.* 339. *n.* 23. coram Merlin. de quibuſdam autem differentiis inter bona Eccleſiarum, & Clericorum, item de differentiis inter bona, ad quorum titulum Clerici ſunt ordinati, & alia bona patrimonialia, vide quæ ſcribit Fagnan. *in cap. Epiſcopus à num.* 35. *de præb.*

10 Id tamen fallit in oneribus, quæ ratione naturali ipſis rebus incumbunt, ut in refectione viæ ante domum, *l.* 1. *ff. de via publ. ref.* Bartol. *in l. adminiſtrationes num.* 3. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* & Abb. *in d. cap. non minus num.* 16. In purgatione putei neceſſarii tori viciniæ, in qua ſita eſt Eccleſia, Specul. *in tit. de cenſibus*, §. *nunc dicendum*, & Aob. *loc. allegato.* Quo in caſu poſſunt vicini propria auctoritate collectam indicere, *l.* 1. §. *vicinales, ff. ne quid in loc. publ.* ſecundum Anchar. *in d. cap. non minus*, quem ſequitur Decian. *conſ.* 14. *num.* 21. *& ſeq. lib.* 1. *In inſtructione viarum, ac pontium*, *l. ad inſtructionem, C. de Sacroſ. Eccleſ.* In conſtruendis, vel inſtaurandis muris, fontibus, aquæ ductibus, portibus, foſſatis in cuſtodienda civitate, Cynus, Dynus, Oldradus, Baldus, & alii *in d. l. ad inſtructionem.* In redimenda vexatione, & incurſione hoſtium, Turcarum, & Hæreticorum, Bartol. *in leg. nullus, C. de curſ. publ.* 12. Bald. *conſ.* 246. *&* 312. *vol.* 3. In reparatione aggerum, ne flumen vicinos agros Eccleſiaſticorum, & laicorum inundet, in averſione peſtis, famis, & belli, ac hujuſmodi aliis, in quibus neceſſitas, vel utilitas eſt communis. Eſt communis opinio etiam Canoniſtarum *in dict. c. non minus*, & apud Delben. *de immun. cap.* 5. *dub.* 16. *& ſeq.* & Carol. de Graſſ. *eff. Cler. à num.* 200. licet, circumſcriptis auctoritatibus in puncto juris, verior videatur opinio favens Eccleſiæ per rationes, quas tradit Abb. *conſ.* 3. quibus nemo hactenus ſufficienter reſpondit. Et quamvis Decianus *conſ.* 14. dicat, Barbatiam reſpondere rationibus Abbatis, ſi tamen rectè perpendatur, minime eis reſpondet. Quia Barbatia conſuluit in caſu, quo res erant affectæ onere reali gabellæ, antequam ad Eccleſiam pervenirent. Et quamvis teneat contra Abbatem, etiam cum agitur de novo onere imponendo, id tamen non facit ad caſum, de quo erat conſultus.

11 Sequendo igitur communem opinionem, tenentur in caſibus ſupradictis Eccleſiaſtici contribuere, dummodò concurrant hæc omnia.

12 Primum requiritur, ut Epiſcopus ſimul, & Clerus ſuper hoc deliberent, & conſentiant, *dict. cap. non minus de immun. Eccleſ.* Unde hoc non poteſt Epiſcopus ſine Clero, neque Clerus ſine Epiſcopo. Eſtque caſus in quo Epiſcopus in diœceſi ſua non poteſt aliquid agere ſine conſenſu Cleri, ut etiam obſervavit Butr. *in d. cap. non minus*, ibique Jo: Andr. Cardin. Abbas, & alii, & probatur apertius *in cap. adverſus de immu. Eccleſ.* Quo fit, ut nec cum Capitulo Epiſcopus id poſſit, quia in tangentibus totum Clerum, non ſufficit Epiſcopum habere conſenſum ſui Capituli, ſed oportet, ut interveniat conſenſus Cleri *per Clem.* 1. *&* 2. *de cenſib.* & tenet Abb. *in d. cap. non minus nu.* 3. Beilett. *in diſq. Cler. par.* 1. *tit. de exempt. Cler. & eor. bon.* §. 2. *numer.* 5. Megal. *par.* 2. *lib.* 2. *cap.* 17. *quæſt.* 2. *num.* 124. Marchin. *de peſte par.* 4. *cap.* 4. *num.* 11. Et ita fuit obſervatum anno 1624. in Ditione Mediolanenſi, dum Eccleſiaſtici admonitionem Urbis Novariæ, aliorumque locorum, ex decreto Urbani VIII. contributionem præſtare cogerentur, & tradit Rota in cietà Brundiſina coram Pegna. Quia quod omnes tangit, ab omnibus particulariter approbari debet, *cap. cum omnes de conſtit. & cap. quod omnes de reg. jur. in 6.* quod eſt contra Suarez *in Regem Angl. lib.* 4. *cap.* 26. *numer.* 16. qui putat Epiſcopi, & Capituli ſuæ Cathedralis Eccleſiæ conſen-

conſenſum ſufficere; tum quia totius Cleri conſenſus ferè eſt impoſſibilis. Tum quia nomine Cleri ſæpè Capitulum intelligitur. Et tum quia regulariter totus Clerus Capitulo Eccleſiæ Cathedralis committere conſuevit poteſtatem decidendi negotia, quæ ad ipſum totum Clerum ſpectant. Verùm ideſt contra diſpoſitionem *d. cap. non minus*, *& d. cap. adverſus de immun. Eccl.* Sub nomine autem Cleri venit, non ſolùm Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, ſed etiam totus Clerus totius diœceſis, vel ſaltem ejuſdem Urbis, aut oppidi. Nam illis omnibus tributum eſt imponendum, atque adeò omnes illi tributum approbare debent.

13 Quod ſi Clerici nollent abſque juſta cauſa deliberare & conſentire, tunc Communitas laicorum poteſt, ac debet implorare officium Summi Pontificis, ut compellat Clericos ad contribuendum, & tali caſu ſufficit, ut conſentiat ſolus Epiſcopus, dummodò ſubſit juſta cauſa *arg. cap. nullus de jurep.* Menoch. *conſ.* 800. *nu.* 15. Surd. *conſ.* 301. *num.* 97.

14 Nec Cleri conſenſus ex lapſu quinquaginta annorum præſumi poteſt. Quoniam in hac re à Sacris Canonibus expreſsè prohibita, & in qua, nonniſi concurrentibus requiſitis, diſpenſari non ſolet, ex ſolo temporis curſu non præſumitur, ut in hac ſpecie reſpondet Surd. *d. conſ.* 301. *ſub n.* 56. Rota *dec.* 72. *nu.* 15. *par.* 5. *& dec.* 412. *n.* 13. *par.* 9. *rec.* Nec beneplacitum Summi Pontificis præſumi poteſt ex lapſu temporis, ſi deficiat obſervantia, ex quo Eccleſiaſtici nunquam contribuerunt, ſine qua præſumptum beneplacitum non habet locum ex annotatis à Beltram. *in dec.* 354. Ludoviſi *num.* 18. & à Rota coram Orthobono *dec.* 159. *n.* 11. *& dec.* 209. *n.* 5. *par.* 10. *rec. cum aliis relatis in Aſſoricenſi, ſive nullius juriſdictionis* 19. *Junii* 1654. §. *minus coram Eminentiſſimo Cerro*, *& 4. Junii* §. *præſumptum coram Celſo.*

15 Secundò requiritur, ut evidens utilitas, vel neceſſitas ſubſit, ut ex verbis textus *d. cap. non minus*, ibi, *tantam neceſſitatem, vel utilitatem aſpexerint.* Cùmque textus dicat *tantam*, non ſufficit quælibet neceſſitas, ſed requiritur maxima ſecundum Abb. *in d. loco num.* 5. pendeque ex arbitrio Epiſcopi cum Clero id judicare, cum textus dicat, *aſpexerint*, & concordat *d. cap. adverſus*, ibi, *tantam neceſſitatem, vel utilitatem aſpexerint.*

16 Tertiò requiritur, ut hujuſmodi neceſſitas, vel utilitas ſit communis, videlicet tam laicorum, quàm Clericorum, ut probatur *ex d. cap. non minus*, ibi, *ad relevandas communes utilitates, vel neceſſitates*, quæ verba repetuntur *in d. cap. adverſus.* Et id omninò eſt obſervandum, ut annotat Abb. *in d. cap. non minus num.* 18. reſpondens argumentis Ancharani *ad d. textum num.* 8. Eſtque ratio, quia textus ad demonſtrandam Clericorum immunitatem à Collectis laicorum utitur hiſtoria Geneſis *cap.* 47. ubi Joſeph Prorex Pharaonis præ magnitudine famis ſubjecit ipſi, ac tributariam fecit univerſam terram Ægypti, præter terram Sacerdotum quæ libera ab hac conditione fuit. Agebatur enim de neceſſitate, quæ proculdubio erat communis Sacerdotibus, & laicis. Nam, ut ibi legitur, in toto terratum Orbe panis deerat, & oppreſſerat fames terram Ægypti, & nihilominus Sacerdotes fuerunt in priſtina libertate dimiſſi. Ac proindè textus *in d. cap. non minus*, qui hujuſmodi exemplo innititur, neceſſariò intelligi debet procedere ubi neceſſitas, vel utilitas eſt communis ſimul laicorum, & Clericorum, non autem laicorum tantum, ut malè intelligit Ancharanus. Exemplum enim declarat, diſpoſitionem de ſimilibus eſſe intelligendam, *l.* 1. §. *quod vulgo, ff. de vi, & vi arm.* & annotat Bartol. *in l. Scire*, §. *oportet* 2. *n.* 7. *ff. de excuſ. tut.*

17 Quartò requiritur, ut ad relevandas communes utilitates, vel neceſſitates, laicorum facultates non ſufficiant, ut conſtat ex verbis illis textus *in d. cap. non minus, ubi laicorum non ſuppetunt facultates*, quæ etiam leguntur *in d. cap. adverſus.* Et ita Clerici non concurrunt niſi in ſubſidium.

18 Et quamvis Suarez loco allegato, & Narbona *in* 3. *par. recop. lib.* 2. *tit.* 4. *l.* 57. *gloſſ. unic. num.* 11. puteret, tunc cenſendum eſſe, laicorum facultates non ſufficere quando non ſufficiunt facultates communis Civitatis. Quia ſi non de communibus, ſed de ſingulorum Civium facultatibus intelligendum eſſe rarò, vel nunquam Clerici tenerentur ad hujuſmodi contributiones. Siquidem rarò facultates Civium ita exhauſtæ ſunt, ut ad hæc opera neceſſaria non ſuppetant. Et quia ferè impoſſibile eſt Prælatis Eccleſiaſticis inveſtigare, an facultates ſingulorum laicorum ſufficiant, ideòque ſolùm de facultatibus communibus intelligendum eſt.

19 Tenendum tamen eſt, tunc cenſendum eſſe laicorum facultates non ſufficere, quando moraliter conſtat, communia Civitatis bona non ſatis eſſe, & ſingulos Cives non poſſe ſine amiſſione decentis ſtatus, vel ſine magno incommodo ſuis ſolis ſumptibus, communi neceſſitati, vel utilitati providere, ut per Marth. *de juriſdict. par.* 4. *cent.* 1. *cap.* 1. *num.* 49. Megal. *par.* 2. *lib.* 2. *cap.* 17. *quæſt.* 6. *nu.* 123. Marchin. *de peſte d. par.* 4. *c.* 4. *num.* 29. & comprobatur ex Brevi Urbani VIII. conceſſo pro Ditione Mediolanenſi apud Marchin. *loc. cit.* in quo ſic habetur: *Cùm autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, in muniendis Civitatibus, & locis prædictis ingenti pecuniarum vi opus, ærariumque ipſius Philippi Regis valde exhauſtum, & attritum ſit, ex monitioneque hujuſmodi totius ſtatus, tam Clerici, quàm populi ſecuritati proſpiciatur. Communitatum vero, ac Univerſitatum, & hominum ejuſdem ſtatus propter eorum inopiam ad totam impenſam neceſſariam ſupportandam facultates non ſuppetant, niſi Clerus, & Eccleſiaſtici quoque eò aliquid conferant, &c.* Ex quibus verbis clarè conſtat, in tali caſu non ſolùm facultates communes, ſed & particulares attendendas eſſe.

20 Porrò facultates laicorum non fuiſſe ſufficientes tempore impoſitionis contributionis probandum eſt à laicis, tanquam fundamentum ſuæ intentionis ad validitatem collationis neceſſarium, Menoch. *conſ.* 284. *n.* 11. Cravett. *conſ.* 112. *num.* 6. Gratian. *diſcept.* 793. *num.* 9. Rota *dec.* 351. *num.* 4. *par.* 10. *rec.* Quamvis neget Bartol. *in l. penult.* §. *docere*, *ff. ne quis eum quo in jus voc.*

21 Tolliturque omnis difficultas ex obſervantia ſubſecuta, ſi Eccleſiaſtici ſpatio triginta, vel quadraginta annorum non contribuerint. Ex non obſervantia enim prætenſi beneplaciti Apoſtolici declaratur, in contributione non eſſe comprehenſos Eccleſiaſticos, Dec. *conſ.* 48. *num.* 2. Cyriac. *controv.* 141. *nu.* 38. Rota coram Seraphin. *dec.* 1410. *num.* 8. *& dict. dec.* 316. *num.* 11. *& ſeq. & dec.* 289. *n.* 16. *par.* 9. *rec.* ubi, quod ex non facto reſultat interpretativè intentio Pontificis concedentis, & partis ſupplicantis, *& in Bononienſi Primogenitura* 14. *Februarii* 1656. §. *fin. coram Bichio.* Quinimò cùm tam ante, quàm poſt aſſertum Breve Eccleſiaſtici nunquam contribuerint, utique libertatem non contribuendi præſcripſerunt, quæ ſpatio triginta, vel quadraginta annorum præſcribitur, non ſolùm ex diſpoſitione juris, *cap. cum perſonæ* 7. *de privileg in 6.* Cum. *conſ.* 268. *nu.* 19. *lib.* 4. cum aliis apud Ciarlin. *controv. forenſ.* 110. *nu.* 12. *lib.* 1. & Covar. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 10. Verùm etiam ex decreto Clementis VIII. edito ſub anno 1600. & innovato à Sacr. Congregatio Immunitatis 20. Aprilis 1640. ubi extenditur immunitas Clericorum ad impoſitiones etiam Camerales, quæ comprehendunt Eccleſiaſticos, quando Eccleſiaſtici libertatem eis non ſolvendi præſcripſerint, quod decretum integrè adducitur ab Add. *ad d. dec.* 412. *num.* 13. *par.* 9. *recent.* eſtque ſequentis tenoris: *Bona per Eccleſiaſticos poſſeſſa gaudent exemptionibus à quibuſvis impoſitionibus, & oneribus, quæ non ſunt copulativè certa, & invariabilia, necnon ab impoſitionibus Camerulibus, etiam comprehenſivis Eccleſiaſticorum, quando Eccleſiaſtici libertatem eas non ſolvendi præſcripſerint.* Quod habet vim legis, ac pro lege obſervari debet, Honded. *conſ.* 70. *n.* 27. *lib.* 2. Rot. *dec.* 321. *num.* 2. *par.* 10. *rec.* Non obſtante decreto irritanti in Brevi contento, non ſolùm quia

non

non operatur, nisi quando certum est, ac omninò indubitatum, Breve habere locum, Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 37. n. 14.* Posth. *de manut. observ. 46. num. 15.* Rot. *dec. 38. nu. 14. par. 10. rec.* Sed etiam, quia locum non habet, ubi illi, quorum favore dictum decretum appositum fuit, illo usi non fuerint, Dec *in cap. cum accessissent 8. num. 17. de constit.* Gratian. *discept. 516. num. 8.* Rota *in Bononien. Gabellæ coram Otthobono dec. 175. nu. 16. & seq.* ubi cùm Breve non fuerit usu receptum, non potest dici illi contraventum fuisse, Gratian. *discept. 202. num. 18.* cum aliis ibi relatis.

22 Nec potest obligatio Cleri sustineri ex sola voluntate Summi Pontificis, qui voluerit illum obligari. Nam certissimum est, debere illam esse clarissimam, & quidem in specie, ut Clerus contribuat, non obstante, quod Laicorum facultates supperetent, aliàs intelligeretur voluisse, illum obligari in subsidium juxta dispositionem textus *d. cap. non minus, & d. cap. adversus de immun. Eccles.* ex adductis à Bero *conf. 31. sub nu. 25. cum seqq. lib. 1.*

23 Estque regula, quod Papa non supplet consensum ad obligandum, Rot. *dec. 458. n. 11. par. 3. lib. 3. div.* & in alia, de qua Garz. *de benef. par. 1. cap. 5. n. 24.* ante finem.

24 Nec relevat, quod Clerus acquisiverit plura bona stabilia, quorum ratione laici ad onerum solutiones tenebantur, & collectari poterant. Quia non exindè infertur, posse Clerum collectari; nam onus hujusmodi non est reale, certum, & invariabile, quo casu transiissent bona cum suo onere juxta deducta in *Brunduſiana Gabellæ dec. 42. num. 2. par. 4. rec. & in Albanen. Gabellæ inter dec. Merlini 902. in add. nu. 55. ac seq.* Sed personale, licet pro bonis, ad quod Clerus non tenetur juxta latè deducta à Sperello *dec. 35. num. 7. & dec. 36. nu. 11. ubi num. 30. ac seqq.* respondit ad solitas expostulationes laicorum de præjudicio resultante ex hujusmodi Cleri acquisitionibus, illisque fit satis à S. Rota in *Barchinonensi exemptionis 31. Junii 1646. sub §. hæc autem sententia Corrado.*

25 Quintò requiritur, ut contributio ab Ecclesiasticis fiat sponte, & sine aliqua coactione, sive exactione laicali, ut disponit textus *in d. cap. non minus.* Ad hoc enim Clerici non sunt per sæculrem, sed per Ecclesiasticum Judicem, de cujus foro sunt personæ, licet res sint de foro laici compellendi, & propterea *in d. cap. adversus cautum est, ut laici humiliter, & cum gratiarum actione recipiant subsidia, quæ Clerici duxerint conferenda*, quæ verba excludunt apertè quamcunque exactionem, & coactionem Judicis sæcularis.

26 Sextò, ut Romanus Pontifex prius consulatur, aliàs enim Clerici non debent communibus necessitatibus, vel utilitatibus subvenire, etiamsi laicorum facultates non suppetant, ut in *d. cap. adversus*, ubi omnes, constat ex hoc diplomate Apostolico: *Urbanus Papa Octavus. Venerabili fratri, &c. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti Filii Terra Taurisani, Ugentina Diœcesis, quòd ipsi audientes, & considerantes, quot, & quantis Universitas, & homines dictæ Terræ, maximè circa unum grave, & extraordinarium ipsi nuperrimè à dilectis filiis Commissariis regiis impositum, & alia etiam tributa quamplura, & vectigalia ab eis exigi, ac persolvi solita, ad quorum supportationem facultates, & redditus Universitatis, & hominum hujusmodi minime suppetunt, premantur necessitatibus, & ministeriis, fraterna commiseratione, & pietate moti, eosdem Universitatis homines tanto onere gravatos sublevare, eisque in eorum necessitatibus subvenire, ut infra devenerunt, si ipsi ad id nostra, & Apostolicæ Sedis licentia suffragetur, & facultas. Idcòque nobis humiliter supplicari fecerunt exponentes prædicti, ut pris eorum propositis hac in parte favorabiliter annuere, ac in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eosdem exponentes specialis gratiæ favore prosequi volentes, necnon eorum singulos à quibusvis excommunicationis suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodato existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, eorum tamen de præmissis notitiam non habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati fraternitati tuæ frater Episcope, seu discretioni tuæ, filii Vicari per præsentes committimus, & mandamus, quòd constito tibi legitimè de præmissis, eisdem exponentibus, ut per quinquennium tantum à data præsentium computandum totius emolumenti, seu lucri ipsis, & eorum cuilibet ex datis seu gabellis panis exemptione annis singulis computanda, & pervenienda eisdem Universitati, & hominibus remittere, & condonare, necnon, durante dicto quinquennio, decimam redditumm emnium eorum bonorum, & proprietatum stabilium in Feudo dictæ Terræ sitorum, non tamen Ecclesiasticorum, ac quintam decimam emnium eorum aliorum bonorum extra dictam Terram constitutorum ab ipsis exponentibus, & eorum quolibet respective annuatim exigi & percipi solitorum, in ipsius Universitatis, & hominum favorem, & commodum per duos Presbyteros ab ipsis exponentibus quolibet anno, durante dicto quinquennio deputandos, Cameræ, fiscibus, aut Commissariis, & Officialibus, quibus magis expediens fuerit, addicendam, & applicandam, contribuere, & assignare libere, ac licite valeant, auctoritate nostra concedas, & indulgeas, seu etiam licentiam, & facultatem ipsis desuper impartiaris, non obstantibus quibusvis Apostolicis, & etiam Synodalibus, & Provincialibus Conciliis editis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, & Apostolica auctoritate decernimus, quod elapso quinquennio hujusmodi, præsens gratia statim cesset. Et quicquid Universitas, & homines post quinquennium ex Presbyteris, & Clericis prædictis ratione bonorum hujusmodi receperint, illis restituere omnino teneantur, quodque præfata contributio bona Ecclesiastica nullo modo efficiant. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 22. Januarii 1630. Pontificatus nostri anno nono.*

His igitur requisitis appositis, sive contributio facienda sit æquè primario in utilitatem ipsorum Ecclesiasticorum, & laicorum, sive sit facienda pro necessitate, vel utilitate publica, hoc est per se, ac principaliter pertinente ad ipsam communitatem, aut Rempublicam, Ecclesiastici tenentur contribuere. 27

Quoad primam partem, ratio est, quia in his Ecclesiastici non tam adstringuntur à Republica, & à jure positivo, quàm à justitia, & à jure naturali, cùm bonum, quod intenditur, & ad quod contribuitur directè, ac proximè respiciat, etiam bona Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum. Ità ex communi sententia docent Henriq. *lib. 10. cap. 15. n. 8. & 9.* Molin. *tract. 2. tom. 3. disp. 673.* Jul. Ferret. *de gabell. num. 129.* Gandau. *quod l. 9. quæst. 31. in fine*, ubi sic ait: *Pro expensis Principis factis pro Ecclesia in exercitu contra hostes Ecclesiæ, debent Ecclesiæ & Clerici conferre sicut & laici.* Intelligo autem per hostes Ecclesiæ impugnatores fidei, aut contra justitiam Regum, vel Civitatum, non tamen tunc, ut dicit Glossa, super illud *necessitatis*, par laicos, sed per Episcopos petatur juxta *cap. non minus de immun. Eccles.* nec similiter in aliis casibus prædictis, in quibus contribuere tenentur, nisi quod fortè cogente necessitate, quæ legem non habet, in casu defensionis fidei, aut Regni, aut Civitatis, ponere possunt manus ad res ipsorum, si per Episcopum ad hoc compelli non possent. 28

Idem docet Abb. *in d. cap. non minus*, ubi ait, quòd si sic casus necessitatis, quæ directè, ac immediatè respiciat, etiam bona Ecclesiarum, aut Ecclesiasticorum, debent etiam Ecclesiæ, & Ecclesiastici contribuere; quia jure naturali in tali casu tenentur, quamvis non secundum voluntatem, & exactionem laicorum, sed præmissa deliberatione Clericorum, atque ad voluntatem, & imperium Ecclesiasticorum Prælatorum, Natta 29

conf. 311. num. 4. Corn. *conf. 72. num. 15. lib. 4.* Barbat. *conf. 1. n. 72. lib. 3. & num. 86. ac seq.* ubi ad ea, quæ à nonnullis adducuntur *ex d. cap. non minus*, quod hodie Ecclesia, & Ecclesiastici sunt deterioris conditionis, quàm erant sub infidelibus, id est sub Pharaone, qui Sacerdotes immunes reliquit à tributo, respondet, quod hæc vera essent, si Principes laici imponerent nova onera, quæ non essent communia laicis, & Clericis, & ex quibus tam laici, quàm Clerici commune insimul commodum non reciperent utilitas, vel necessitas respicit communiter laicos, Ecclesias, Clericos, & pauperes Christi, non est justum, neque decens, quod laici soli teneantur ad onera tam pro suis rebus, quàm pro bonis Ecclesiarum, Clericorum, & pauperum. Nam jura canonica sunt fundata non solum super eo, quod licet, sed etiam super eo, quod decet, *cap. cum non liceat de elect. in 6. cap. licet de immun. Eccles. eod. libro.* Hactenus Barbatia, qui hanc conclusionem extendit ad casum propulsandi hostium invationes, & incendia agrorum, ac Civitatum.

30 Id ipsum asserit Bero. *in cap. 1. num. 224. & seq. de constitut.* ubi firmat, taxam factam pro securitate Civitatis ac Reipublicæ solvendam esse, nedum Ecclesiasticis in foro conscientiæ, sed etiam ab ipsa Ecclesia, quæ tempore belli potest etiam reduci in formam Castri, sive, ut Ancharanus post Innocentium, & Jo: Andream ait *cons. 96.* incastellati Thologan. *de republ. lib. 2. cap. 3. n. 5. vers. Nehemias, & in Syntagm. jur. univ. lib. cap. pen. num. fin. & cap. fin. num. 2.* qui à jure divino deductum putat, ut Clerici, & Ecclesiastici teneantur ad instaurationem, & extructionem murorum Civitatis exemplo Nehemiæ *cap. 4. Esdr. lib. 2.* qui multa diligentia etiam à Sacerdotibus instaurari fecit muros Civitatis Hierusalem, D. Greg. *epist. 20. lib. 7.* relatus *in cap. pervenit de immun. Eccles.* Gemon. *de immun. Sacr. lib. 3. c. 17. n. 26.* Riminald. Jun. *cons. 2. lib. 1.*

31 Et quod Ecclesia teneatur contribuere pro bonis, quæ possidet in oneribus bellicis, sive à bello dependentibus, Guidopap. *quæst. 78.* ibique Add. Purpur. *cons. 485. num. 1.* Aug. Caputaq. *de regim. Reipubl. cap. 7. §. 25. nu. 23. & seq.* aliique bene multi, quos sequitur Carol. de Grass. *de eff. 3. num. 200. & seqq.* ac ita etiam censuit S. Congregatio boni regiminis ditionis Ecclesiasticæ *sub die 29. Novembris 1642.* quæ ob timorem invasionis, ac deprædationis hostium multas impensas subministrando, utensilia parando domus, pro hospitandis militibus, reficiendo mœnia, construendo cancellos fecit juxta formam præscriptam à ministris, & officialibus Sedis Apostolicæ. Volunt tamen eadem S. Congregatio, ut hæc declaratio, priusquam publicaretur, Summi Pontificis accederet assensus, prout necessarium esse putant Doctores superius relati per *d. textum in cap. adversus de immun. Eccles.* quibus adde Alban. ad Bartol. *in l. hæredes absens num. 7. & 12. ff. de judic.* quia ubi intervenit consensus Pontificis, immunitas Ecclesiarum non læditur, nec violatur, Purpur. *cons. 50.* Rota coram Merlino *d. dec. 339. num. 70.* Riminald. jun. *cons. 4. n. 15. ubi enumerat consensus Pauli II. Sixti IV. Alexandri VI. Julii II. Clementis VII. Pauli III. Julii III. & Pii V.*

32 Quo verò ad secundam partem, quando scilicet contributio facienda sit pro necessitate, vel utilitate publica, idest per se, ac principaliter pertinente ad ipsam Communitatem, aliqua est difficultas.

33 Nam, etsi ex auctoritate præcipuè legistarum ferè omnium teneantur etiam in hoc casu Ecclesiastici ad hujusmodi collationem. Quia nulla est major pietas, quàm pauperes, & patriam sublevare, *can. fortitudo, can. si quis, can. non inferenda, can. qui potest 23. quæst. 3.* & Clerici, atque Ecclesia magis, quàm laici tenentur ad opera pietatis exercenda, Vincent. de Franch. *d. 9. num. 6.* Jo: Franc. Leon. *in thes. for. Eccles. part. 1. cap. 9. n. fin.* ubi quod bona Ecclesiæ non sunt nostra, sed pauperum, quorum procurationem gerimus, & patrimonium Christi, atque idcirco in opera pia eroganda, Nicol. Bal- inter *dec.* Ofaschi *decis. 68. num. 5. 6. & 20.* Thesaur. *decis. 234. num. fin. & in can. scimus can. expedit, can. Episcopi, can. tres Ecclesiæ 11. quæst. 1. & can. gloria Episcopi 12. quæst. 2.* dicitur, quod bona Ecclesiæ sunt pro communi necessitate, quapropter pro captivorum redemptione vendi undari, ac distribui possunt, *can. Apostolicos cum tribus sequentibus 12. quæst. 2.* & tradit S Gregor. *ep. 35. lib. 6.* his verbis: *Et Sacrorum Canonum, & legalia statuta permittunt minist. rea Eccl. sia pro captivorum esse redemptione vendenda.*

Cùmque Clerici sint membra reipublicæ, *can. duo* 34 *sunt genera 12. quæst. 1.* Bald. *cons. 241. vol. 3.* Oldrad. *cons. 32.* naturalis ratio postulat, ut Reipublicæ indigenti opem ferant.

Utilitas eadem est communis, cum ex commodo Rei- 35 publicæ tam Clerici, quàm laici commodum sint sensuri. Unde videntur etiam Clerici teneri ad contributiones. Primò, quia æquum est, eos sentire onus, qui commodum sentiunt, *l. lem. 1. de censib. l. secundum naturam, ff. de reg. jur.* Quam rationem sæpè Doctores ad hanc rem inculcant. Secundò per textum *in d. l. ad instructionem, C. de Sacros. Eccles.* quo probatur, Ecclesiam teneri ad instructionem viarum, & pontium, quia ex eis etiam Cleri commodum reportant. Idemque videtur probat *in cap. 2. de immun. Eccles. & in d. cap. non minus* aliis verbis, *ad rei veritatem communes utilitates*, quæ adducuntur etiam *in d. c. universis.* Tertiò, quia hæc est communis opinio legistarum *in d. l. ad instructionem*, ubi post eos Alber. *num. 3.* & Bald. *ibi.* contra Gloss. m tenent pro construendis, vel instaurandis muris, fontibus, ac similibus ad communem utilitatem spectantibus, promiscuè teneri tam Clericos, quàm laicos, & hanc opinionem sequitur Bartol. *in l. nullus, C. de curs. publ. lib. 12.* dum ex illo textu notat, Clericos teneri ad collectam impositam ad redimendam vexationem, incursionemque hostium, qui patriam deprædari volunt, ejusque opinio communiter approbatur, Ripa post Jas. *resp. 168. num. 7.* Guidopap. *d. quæst 78. num. 1.* Bald. *cons. 246. & 312. vol. 3.* Jacob. de Albarot, Parpalia, Corneus, Bertrandus, Alexander citati à Deciano *cons. 14. n. 19. vol. 1. ubi testatur de communi* Barbat. *cons. 1. col. 28. vol. 3.* ubi etiam de communi, Alciat. *in d. l. ad instructionem, v. iterum.*

Immò videtur etiam communis opinio Canonistarum 36 quam tenuit Anchar. *in d. cap. non minus num. 8.* ubi tradit generalem doctrinam, quod ubicumque tractatur de communi utilitate Clericorum, & laicorum etiam, Clerici tenentur contribuere, & pro hac parte consuluit, ejusque consilio subscripserunt Butrius, & Salicetus, se tamen subjicientes judicio S. Romanæ Ecclesiæ, ut refert Jo: de Anania *in d. cap. non minus num. 10. & seq.* & fuit opinio antiquorum, quos sequi videtur Archidiac. *in can. juxta sanctionem 16. quæst. 1.* Innoc. & Cardinal. *in d. cap. non minus* relati per Albert. *in d. l. ad instructionem n. 3.*

Nihilominus tamen inspecta juris censura, opinio 37 contraria verior est. Probatur primò *ex d. cap. non minus* ubi agitur de communibus necessitatibus, vel utilitatibus laicorum, & Clericorum, & tamen prohibetur quidquam exigi à Clericis, nisi cum conditionibus ibi expressis, & in *d. c. adversus*, Episcopo, & Clero approbante, & ubi laicorum facultates non sufficiunt absq; ulla exactione laicali, ac Romano Pontifice prius consulto.

Secundò, quia exemptio concessa Clericis tam jure Divino, ut diximus supra, quàm humano redduntur elusoria, & Clerici eodem jure cum laicis censerentur, si tenerentur contribuere ob communes necessitates laicorum. Nam sicuti ad impositiones Clericorum laici non tenentur, nisi respiciant communes necessitates, vel utilitates Clericorum simul, & laicorum, Imol. *in c. Romana de censib. lib. 6.* quem refert Decian. *loco allegato.* Ita quoque Clerici non tenentur ad collectas laicorum, nisi respiciant necessitatem, vel utilitatem communem laicorum, & Clericorum, alioquin nulla erit differentia inter Clericos, & laicos.

39 Tertiò, quia bona Ecclesiarum sunt deputata publico usui spirituali, *l. placet, C.de Sacros. Eccles. Clem. quia contingit de relig. domib.* Et ideò laici, quorum utilitas principaliter consistit in Republica civili, debent subire onera Reipublicæ.

40 Et quartò, quia Ecclesiastici ad dictas necessitates, vel utilitates communes laicorum contribuere teneri non possunt ex lege sæculari cum ab illa sint exempti ex dictis juribus canonicis, neque ex aliquo pacto inter Clericos, & laicos inito, cùm nullibi tale pactum existat, neque ex beneficio accepto, cùm esto beneficium commune sit Clericis, & laicis, sumptus tamen non debent esse communes. Siquidem dignitas Clericalis perit, ut Clerici aliquo privilegio speciali fruantur. Nam si privilegium militiæ, ac regiminis Reipublicæ eximere solet militem, & Magistratum ab his collationibus communibus, quamvis de beneficio communi utetque participet, cur etiam dignitas Clericalis non eximat Clericum ab eisdem? Accedit quod Clerici hoc beneficium à laicis acceptum aliis beneficium compensant, cùm specialiter concurrant ad subventiones pauperum templorum reparationem, illorumque ornatum, & cultum administrent Sacramenta, & assiduè fundant sacras preces. Quæ omnia cedunt in utilitatem laicorum.

41 Hanc sententiam tuetur Abb. *cons. 3. vol. 1.* & pro ea citatur Glossa *penult. in d. l. ad instructionem*, quæ dicitur sentire, Clericos non teneri conferre ad constructionem murorum Civitatis, Barthol. *in d. l. num. 5.* dum tenet, eam legem esse correctam, aut saltem declaratam per *auth. item nulla communitas, C. de Episc. & Cler.* subdens, *si est onus reale, ut pota, quia statuitur, quemlibet debere reficere viam ante domum suam, Ecclesiam teneri. Si verò est onus, quod imponitur* | *personæ pro rebus, ut pro faciendo viam, vel pontem, & non teneri Ecclesiam.* Et sic etiam in casu, in quo utilitas est communis. Allegatur etiam Glossa juris Canonici *in can. generaliter, §. novarum, v. collationibus 16. quæst. 1.* quæ tenet ad instructionem, quæ gravat Clericos pro utilitate communi non valere. Cùm ea sentit Jo: Monachus relatus per Alber. *in dict. l. ad instructionem num. 3.* Ostien. *in sum. tit. de immun. Eccles. §. quibus muneribus, vers. Ego puto*, Butr. licet pro contraria sententia citetur à Decio *in dict. cap. non minus numer. 10.* Jo: Andr. *ibid. n. 14.* quem sequitur Abb. *d. cons. 3.* ubi ait, neminem ausurum ab hac opinione in praxi discedere, quam tenent utriusque juris illuminatores. Et hanc esse communem opinionem Canonistarum, testatur Angelus, qui Jo: de Lignanum pro hac parte citat *v. immunitas num. 33.* ac Sylvest. *eod. v. 1. num. 20.*

42 Ad rationes contrariæ opinionis respondetur. Ad primam. Contribuere ad necessitates, vel utilitates communes laicorum non est propriè opus pietatis, cum non sit opus pietatis, aut misericordiæ, nisi ad summum cum facultates laicorum non sufficiant, sed est propriè opus convictus, seu regiminis politici.

43 Ad secundam. Quamvis Clerici sint membra Reipublicæ, tamen cum omnia membra non eumdem actum habeant, ut Apostolus ait *ad Rom. 12.* Clerici tenentur quidem subvenire Reipublicæ indigenti, & patriam sublevare, sed in præcipuo eorum actu, ac ministerio, *can. singula 96. d.* idest in divinorum celebratione, & administratione, quorum ratione, divino & humano jure exempti fuerunt ab exactionibus secularibus, *cap. quamquam de censib. in 6. cap. 1. & 3. de immun. Eccles.*

44 Ad tertiam. Textus *d. l. ad instructionem*, aliosque similes conditos à sæcularibus Principibus non valere in præjud. cium Ecclesiæ, *cap. Ecclesia S. Mariæ de constitut.* Præsertim cùm de Ecclesiis, & Ecclesiasticis personis expressam mentionem faciant, quo casu leges omnes sunt irritæ defectu potestatis, Doctores *in d. c. Ecclesia S. Mariæ.* Nec verum est, quod ait Decian. *d. cons. 14. n. 20. textum in l. placet, C. de Sacros. Eccles.* per quem datur immunitas Ecclesiis à Cóllectis, & excipiuntur communes necessitates laicorum esse approbatum *in cap. placet 16. quæst. 1.* Quandoquidem cum illa lex solùm fuerit volumini decreti inserta à Gratiano, non aliam habet auctoritatem, quam prius habebat ut notat Jo: Andr. *in cap. 2. num. 24. de rescript.* Nam illæ tantum leges censentur approbatæ, quæ à Summo Pontifice Canonibus inseruntur, *ut in can. in primis*, ibique annotat Glossa *v. Capitali 2. quæst. 1.* Rot. *dec. 35. num. 59. part. 5. recent.*

Sed quia prævaluit sententia Legistarum, & quoad 45
Canonistas videtur etiam magis communis opinio, quæ asserit, Clericos etiam in hoc casu teneri ad hujusmodi Collationem; Ideò in praxi ab ea non est recedendum. Nam pro ea stant Bernardus, Archidiaconus citans alios quatuor Canonistas antiquos, Innocentius, Cardinalis, Ancharanus, Joannes de Anania, & Barbatia *loc. allegatis*, Turrecremata, Franchus, & alii allegati à Deciano *d. cons. 14. num. 19.* Quibus addo ex recentioribus Piasec. *in pr. Episc. part. 2. cap. 4. art. 8. nu. 5.* Suarez *lib. 4. de immun. cap. 26. num. 3.* Less. *de just. lib. 2. cap. 17. dub. 3. num. 25.* Homobon. *part. 2, tract. 11, c. 6. num. 9, suppos. 2.* Jo: de la Cruz *part. 1. pr. 7. quæst. 7. art. 3. dub. 1. concl. 5.* Portel. *in addit. ad dub. regul. v. tributum num. 5. & 8* Salon. *22. tom. 2. quæst. 78. art. 5. controv. 5.* Megal. *part. 2. lib. 2. cap. 17. quæst. 6. num. 121.* Molfes. *in sum. tom. 2. tract. 12. cap. 23. n. 174.* Sahagun. de Villasanct. *in cap. decernimus de judic. num. 36. & 38.* Rodriq. *in sum. tom. 2. cap. 75. num. 13.* Ledesma *tom. 2. tract. 7. cap. 2. concl. 27.* Lopez *instr. part. 2. cap. 4.* Diana *part. 1, tr. 3. resol. 22.* Dianæ assecla Delbene *cap. 5. dub. 17. num. 5.* Valboa de Magronejo *in script. ad reg. nom. Decan. & Capit. Eccles. Salmantic. concl. 12. num. 147.* Sanch. *cons. mor. lib. 2. dub. 10. num. 11.* Duard. *in Bull. Cœn. can. 18. quæst. 12. num. 1.* Sous. *in eand. Bull. can. 19. disput. 92. num. 6.* Faust. *in Spec. Confess. disput. 33. quæst. 19. num. 2.* Alter. *de censur. tom. 1. dub. 5. cap. 6. disput. 16. dub. 13.* Bellet. *in disq. Cler. titul. 5. part. 1. §. 2.* Garz. *de benef. tom. 1. part. 2, cap. 4. num. 13.* Marth. *de jurisdict. part. 4. cent. 1. cas. 152.* Guttier. *tom. 2. lib. 1. quæst. 4. num. 6.* Gregor. Lopez *l. 54. & 6. part. 1.* Azor. *part. 1. lib. 5. cap. 13. quæst. 8.* Cened. *ad decret. collect. 153. num. 4.* Molina *de just. & jur. tom. 3. disp. 672.* aliique innumeri. Atque ex his patet, opinionem affirmativam magna cohorte Doctorum niti majoribus auctoritatibus, negativam melioribus rationibus.

In utroque tamen casu concurrere debent præallega- 46
ta requisita, præcipuè consensu Summi Pontificis, itaut in utroque casu sine consensu Pontificis Clerici ad dictas Contributiones faciendas à laicis cogi non possint, cùm ad hanc obligationem inducendam ex juribus adductis requiritur deliberatio Episcopi, & Cleri, evidens utilitas, vel necessitas, tam laicorum, quàm Clericorum, ut laicorum facultates non suppetant, ut exactio non fiat à Judice sæculari, & ut obtenta sit licentia à Romano Pontifice propter imprudentiam quorundam, atque adeò, cessante hoc consensu, cessat conditio ad obligationem, & consequenter ipsa obligatio. Et ita docent Sanch. *in opusc. tom. 1. lib. 2. cap. 4. dub. 56. num. 36.* Ortiz. *de polit. immun. Eccles. part. 3. fol. 322.* Maximil. Faust. *de erar. claus. 17. num. 42.* Fragos. *de regim. Reipub. part. 1. lib. 2. disp. 4. num. 334.* Maynard. *de privil. Eccles. part. 2. art. 23. num. 30. & seq.* Comitol. *lib. 1. resp. mor. qu. 95. & lib. quæst. 36. num. 4.* Tambur. *de jur. Abb. tom. 1. disput. 15. qu. 20. num. 5.* Baun. *in theol. mor. part. 1. tract. 1. qu. 33.* March. *de peste part. 4. cap. 4. num. 14.* Borrin. *in tr. de Cavalcata, seu servit. Vassal. part. 6. cap. 6.* Baron. *tom. 4. annal. an. 387.* Cardin. de Lugo *de just. & jur. tom. 2. disp. 36. sect. 8 num. 117.* Valboa *concl. 11, n. 136. & seq.* Valentin. *de potest. Sum. Pontif. cap. 2.*

Immò ex his, qui allegantur pro opinione affirmati- 47
va, permulti asserunt, Romanum Pontificem esse consulendum, ut Innoc. *in d. cap. non minus num. 8.* Probus, quem sequi videtur Archid. *in d. can. juxta sanctionem* Hugo, & Goffred. relati ab eod. Archid. *in d. cap. placet*

placet 16. quæst. 1. Jo: Andr. & Jo: de Anan. *in d. cap. non minus*, Calder. *cons. 2. num. 3.* Jo: Monachus relatus per Alber. *in d. l. ad instructionem n. 3.* Ostiens. *in sum. tit. de immun. Eccles. §. quib. muneribus*, adeo ut ex supradictis constet crebriorem opinionem esse tam apud Canonistas, quàm Legistas Ecclesiam, & Ecclesiasticos teneri, sed esse consulendum Romanum Pontificem. Itaque Auctores, qui contra Ecclesiam constituunt regulam affirmativam, idest Clericos teneri, illam limitant, si concurrant dictorum Canonum requisita, ne alioquin videantur decidere contra expressam illorum determinationem. Contra verò Auctores pro Ecclesia, qui constituunt regulam negativam, idest Clericos non teneri, limitant itidem illam, nisi concurrant requisita per Canones supracitatos. Unde liquidò constat, eos concordes esse, & Suarez *cit. cap. 26. num. 17.* Azor. *tom. 1. lib. 5. cap. 13. quæst. 8.* Bonac. *in Bull. Cœn. disp. 11. quæst. 19. punct. 3. §. 3. num. 16.* Rabard. *sect. 3. fol. 56. ac seqq.* & Curtel. *lib. 2. de immun. Eccles. quæst. 36. num. 55. & quæst. 13. num. 1.* aliique, qui asserunt jure ordinario consensum Episcopi, & Cleri esse validum, quin & sufficere, & licet *ex cap. adversus.* Consensus Episcopi, & Cleri reddatur iniquus, ac punibilis, non tamen irritatur, non sunt audiendi, quia per *d. cap. adversus* inducitur forma, qua non servata corruit actus. Unde necessarium non erat decretum irritans, cùmque immunitas in favorem totius ordinis Clericalis concessa sit, non potest in sui præjudicium Clerus renunciare, *cap. si diligenti de foro comp.* Doctores verò illi, qui sentiunt solam communem utilitatem sufficere, ut Ecclesiastici ab ordinariis locorum cogi possint ad Collectas pro necessitatibus publicis inductas hallucinantur, quod pertinet ad Juris Canonici dispositionem.

48 Quod adeò certum est, ut Sacra Congregatio Immunitatis die 25. Januarii 1619. Cùm Universitas Civitatis Polianensis, ut æs alienum ducatorum centum millia persolueret presbyteros ad solvendum omnium bonorum suorum, non tamen patrimonialium, bona tenentium cogere posse per S. Congregationem, sibi facultatem impertiri supplicasset Sacra Congregatio petitionem hanc, ut potè sacris Canonibus directè contrariam rejecit.

49 Et perente Vniversitate, Lauretana, Pennensis diœcesis Ecclesiasticos ad solutionem onerum pro Physico, Ludimagistro, & Chirurgo impositorum, attento quod illorum opera utuntur, obligatos esse declarari, S. Congregatio negativè respondit die 2. Augusti 1619.

50 Idem decreverat S. Congregatio super Episcopis 5. Novembris 1602. pro studio, vel Academia publica, quod est contra Menoch. *cons. 800. num. 26.* & Gasparem Klockium *tract. de contribut. c. 12. n. 227.*

51 Eademque S. Congregatio in Squillacensi die 21. Maii 1598. *Non esse permittendum*, dixit, *ut pro Universitatum oneribus quicquam Ecclesiastici contribuant, neque sub Eleemosynæ nomine.*

52 Hinc sequitur, Ecclesiasticos absque licentia Romani Pontificis non teneri ad contribuendum, ut oppidum, sive Civitas, quàm Rex vendere intendebat, se redimat, ut docent Doctores, quos citat, & refert Diana *part. 1. tract. 2. resol. 18.* contra Bobadil. *in polit. lib. 2. cap. 18. num. 286.* Ribardeum *sect. 3. fol. 60.* & Henriquez *lib. 10. cap. 13. num. 5.* in Glossi *lit. L.* subdit, per contentiam Senatus Regi, pro sua sententia fuisse declaratum, sed an justè?

53 Neque contribuere tenentur, si contributio facienda sit pro manutentione, sive defensione turrium, aut militum ad profugandos hostes, vel ut tutius confinia Regni tueantur, ut tenent Doctores, quos sectatur Carol. de Grass. *d. eff. 3. num. 243.* & Dian. *loc. allegg. resol. 78.*

54 Neque tenentur contribuere, si contributio facienda sit pro primo Regis in Civitatem ingressu, ut firmant Azor. *part. 3. lib. 5. cap. 19. quæst. 11.* de Grass. *dict. eff. 3. num. 264.* Sanch. *tom. 1. opusc. lib. 2. cap. 4. dub. 55. num. 23.* Diana *part. 3. tract. 1. resol. 20.* Trullench. *in Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 12. dub. 5. num. 24.* Alvar. *in spec. Pontif. cap. 35.* Aloys. de Leo. *in l. placet num. 7. Cod. de Sacros. Eccles.* contra Remig. de Gonn. *tract. de charit. subsid. qu. 59. num. 13.* Baunium *part. 1. tract. 11. quæst. 33.* Paponium *lib. 5. tit. 11. arest. 15.* ubi subdit pro sua sententia mense 1595. in Curia Parisiensi fuisse judicatum, & non secundum Canones, neque apud Vaticanum.

Quare, posito privilegio, à Sede Apostolica verè 55
concesso, & non revocato, possunt aliqui Principes, est Rex Galliarum, sine licentia Summi Pontificis pro publica necessitate accipere à Clero hujusmodi Contributiones ex privilegio Bonifacii VIII. concesso Philippo Pulchro, quod neque expectato Episcoporum consensu, possit urgente publica necessitate, onus Ecclesiasticis imponere, ut Doctores, quos citat Dian. *part. 7. resol. 21.* Sanchez *tom. 1. cons. mor. lib. 2. cap. 4. dub. 55. nu. 30.* Mexia *in pragm. tax. pan. concl. 5. num. 64.* Maxim. Faust. *de erar. claus. 17. cons. 44.* Quamvis de usu talis privilegii valdè dubitet, Chassan. *in consuet. Burgund. tit. de justit. §. 4. num. 24. & seq.* ubi *num. 28.* observat, idcircò anno 1552. Ecclesiam Gallicanam, se opposuisse Francisco Primo, Ecclesiis tributum imponenti. Quin usum dicti privilegii simpliciter improbat Jo: Arias Maldonatus *de contrib. Ecclesiast. urg. necess. num. 111.* & non omninò absque re saltem propter Concilium Lateranense sub Leone X. celebratum *anno 1521. sess. 9. sub fine, §. & cum à jure divino*, ibi: *Innovamus omnes Apostolicas sanctiones in favorem libertatis Ecclesiasticæ*, illudque innovat quotannis Bulla Cœnæ *can. 18.* ac revocat quæcumque privilegia concessa.

Itaque respondendum est ad quæstionem proposi- 56
tam, Ecclesiasticos non esse cogendos ad hujusmodi Contributionem, cùm non teneantur, nisi volentes. Quod si prævio tractatu, ac deliberatione Episcopi, & Cleri assensum præstiterint, tunc Romanum Pontificem esse consulendum. Et notandum est, quod Ecclesiastici regulares duodecim Congregationum, præter assistentiam juris communis, & peculiarium privilegiorum habeat exemptionem ab hujusmodi contributionibus titulo oneroso. Siquidem soli Casinenses persolverunt Cameræ Apostolicæ tempore B. Pii V. pro subventione Classis contra Turcas quatuor centum millia scuta, Tempore Clementis VIII. pro argumento Montis Novennalis sexaginta millia scuta aurea, & tempore Pauli V. alia scuta centum millia, ut patet ex Brevi Pii sub die 14. Kal. Aprilis 1570. Clementis sub die 5. Maii 1595. Pauli sub die .... Omniaque extant apud Tambur. *de jur. Abbat. disp. 15. & disput. 18.* Quæ proindè sine speciali derogatione eorum immunitatis remanet illæsa juxta *cons. Rom. 393. in fine*, Paris. *cons. 11. nu. 133. & 137. lib. 1. & cons. 140. num. 5. & seqq. lib. 4.* Decian. *cons. 18. num. 385. lib. 1.* Menoch. *cons. 294. num. 20.* Et in terminis subreptionis Rota *dec. 664 n. 1. par. 2. rec.*

Id, quod intelligi debet, si Pontifex consuli potest. 57
Quia si consuli non potest, ut quia casus urget, & periculum est in mora, consensus Episcopi, & Cleri sufficit, ut docent Gig. *de pens. quæst. 90. in fine.* Gregor. Lopez *ad l. 52. tit. 6. p. 1.* Medin. *de rest. qu. 15.* Narbon. *ad l. 2. recop. tit. 4. l. 59. gloss. un. n. 24.* Guttierez. Lopez, Suarez, Fragosus, Maynardus, Bounius, Cardin. Baronius, Cardin. de Lugo, Valboa, Valentinus, & alii supracitati. Quia tunc adest præsumpta voluntas Pontificis, quæ rationabilis est, si pro hujusmodi contributionis continuatione potest commodè postulari consensus Pontificis, ipse consulendus est.

Alioquin hodie ex d. Bulla Cœnæ, §. 18. exigentes, vel 58
imponentes collectas ab Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis, etiamsi Imperiali, vel Regali dignitate præfulgeant, sunt eo ipso excommunicati, ac similiter impedientes Prælatos, quominus sua jurisdictione utantur excommunicati sunt per Decretalem: *Quoniam de immun. Eccles. in 6.* & per *d. Bullam Cœnæ §. 16.* Vnde *d. cap.*

non minus, & *dict. Concilium Lateranense*, tam quod ad Collectas, quàm quod ad jurisdictionem respectu monitionis servari non debet.

59 Expeditum verò Breve Apostolicum sine ulla retardatione executioni demandandum est; nam brevia Apostolica in his materiis habent eandem vim, quàm aliæ litteræ Apostolicæ, Felin. *in rubr. de rescript. num.* 8. Staphil. *de lit. in forma Brev. num.* 3. Put. *dec.* 149. *lib.* 1. ac proindè illis ob reverentiam parendum est instar earundem litterarum, etiam absque alia comprobatione, donec de contrario constet, *cap. Si quando de rescript.* ibi: *Mandatum nostrum reverenter adimpleas*, Staphil. *loc. alleg.* Mohed. *dec.* 13. *ut lit. pend.* cum similibus. Dummodò tamen non constiterit de illius obreptione, & subreptione, *cap. super litteris de rescript.* Dec. *in cap. cum cessante num.* 7. *de appell.* Crescent. *dec.* 8. *numero* 6. *de præb.* Aymon. *cons.* 68. *n.* 5. Veral. *dec.* 34. *num.* 8. Seraphin. *dec.* 601. *num.* 2. ac Rot. *decis.* 621. *num.* 3. *part.* 3. *rec.* Ad quem effectum sola verisimilitudo, & conjecturæ sufficiunt, *cap.* 2. *de fil. presbyt. in* 6. Doctores *in cap. super his de rescript.* Ægid. *dec.* 125. & 698. Cassad. *dec.* 12. *de præb. in fin.* Gemin. *cons.* 65. *n.* 24. cum aliis per Add. ad Greg. *dec.* 150. *num.* 10.

60 Ad ratam verò quod attinet, videtur quod inspecta qualitate onerum numero Ecclesiasticorum, ac rerum, teneantur ad proportionem geometricam, quàm Papinianus in distributionibus, sive in his contributionibus servari mandavit *in l. divortio, ff. sol. matrim.* & sic ad tertiam partem totius oneris, cùm in hujusmodi oneribus Ecclesiastici minus gravari debeant, quàm laici. Præsertim si ita sæpius fuerit observatum, quòd est attendendum; Deciano *cons.* 31. *num.* 142. *lib.* 1. Mantic. *de tacit. lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 67. & *lib.* 13. *tit.* 21. *num.* 32. Buratt. *dec.* 154. *num.* 1. & Rota *dec.* 69. *num.* 8. *part.* 7. Ac ponderandum pro justa, ac discreta portione tertiæ partis; nam hæc geometrica proportio rectè referri potest ad tertiam, ac etiam ad quamcumque minorem discretam quantitatem, oneribus æqualem, ut declarat Cyriac. *lib.* 24. *observ. cap.* 22. ubi animadvertit ex sententia Papiniani hanc proportionem geometricam in similibus distributionibus, & contributionibus esse semper servandam, quod repetit *in d. l. divortio, & in l. si ita scriptum, ff. de lib. & posthumo*, Fabr. *de conject. jur. civil. lib.* 1. Thesaur. *dec.* 56. cum aliis adductis à Costa *de rat. port. rat. quæst.* 6. *præmiss.* 3. *num.* 12. & *seq.*

61 Ac eadem ratio est de justitia distributiva, pro qua hæc sit hypothesis. Duo una ex parte, ut *a.* & *b.* meriti sunt; ut tres, ceu *c. d. e.* tres verò *c. d. e.* ut quatuor, ceu *f. g. h. i.* duo autem primi simul videntur à Republica meriti, ut eis ex communibus distributionibus distribuantur 1500. argenteæ libræ; quare & tribus secundis distribuendæ erunt, æquitate servata 1500. argenteæ libræ, & quatuor tertiis simul totidem. Verùm *a. ad. b.* meritus sit de Republica in sesquialtero, *c. ad d.* iterùm in sesquialtero. *d. ad e.* in duplo. Vide Arist. Eth. *lib.* 5. *cap.* 3. ubi agitur de justo distributivo.

62 Contra verò regula videtur esse, quod in oneribus distribuendis æqualitas sit servanda, ut latè Costa *loc. alleg. quæst.* 158. post Socc. num, & Gravettam, traditque Thesaur. *dec.* 140. *num.* 6. ubi, quod æqualitas est nutritiva, & conservativa concordiæ. Et speciatim in oneribus bellicis ratione publicæ utilitatis, quod pro rata bonorum sit faciendæ collatio, differit Bertaz. *de cham. gloss.* 10. quem citat Costa *ibidem num.* 7. Ubi enim ratio æqualitatis suadet, ut in peste, bello, & hujusmodi, nulla dari potest differentia respectu numeri, vel totius secundum quidditatem proportionum, ut declarat Pinel. *select. interpret. c.* 1. *num.* 11.

63 In hac re observandum tamen est Breve Apostolicum. Nam si in illo dicatur, quod compellantur Ecclesiastici ad eandem proportionem laicorum, nullam admittit restrictionem, ac interpretationem *vulg. l. ille. aut ille*, §. *Cum in verb. de legat.* 3. Et de dictione idem Bald. *cons.* 94. *num.* 2. *lib.* 3. Cæphal. *cons.* 256. *n.* 41. Vel si legatur ad contribuendum proportionabiliter cum laicis; quod importat eandem æqualitatem, stante maximè observantia subsequuta tempore aliarum contributionum, ut in specie deducit Costa *loco alleg. quæst.* 106. *num.* 11. Si ad portionem tertiæ, vel quartæ partis ita pariter est observandum.

Ad secundum, negativè, sed tenetur stare dictæ com- 64
positioni, tanquam legitimæ, & canonicæ, utpotè celebratæ cum omnibus solemnitatibus, quæ requiruntur *in d. c. non minus, & in d. cap. adversus de immun. Eccles.* dummodo tamen compositio non sit facta ad tempus limitatum, quod sit transactum, & quod non cessaverit causa, ob quam facta est.

Primò, quia licet exemptus non possit renunciare 65
privilegio exemptionis potest tamen renunciare cum consensu Summi Pontificis, ut notant Abb. *in cap.* 1. *nu.* 19. *de re jud. & in cap. si de terra num.* 5. *de privil.* Felin. *in cap. cum accessissent num.* 29. *de Constit.* Dec. *ibidem propè finem concluf.* 6. Paul. de Castro *in l. penult. C. de pact.* ibique Jas. *num.* 14. Armil. *v. exemptio num.* 8. Sylvest. *nu.* 11. Navar. *in quæst. forens. quæst.* 43. Roman. *cons.* 369. *nu.* 18. Cardinal. *cons.* 38. *in fine*, Gail. *obser.* 40. *num.* 3. *lib.* 1. Tusch. *lit. C. conc.* 1027. *num.* 3. Rovit. *pragm.* 2. *nu.* 25. *tit. de jurisd.* Cened. *qu.* 12. *canon. num.* 8. *& seq.* Giurb. *cons.* 95. *num.* 13. Rota coram Coccino *in Ulyssiponen. Monasterii* 19 *Novembris* 1625. & habetur *ex cap. cum tempore de arbitr.* Unusquisque enim potest juri suo renunciare. Et quando pertinet ad alium, potest renunciare cum consensu illius, ad quem pertinet. Et ideò cum privilegium exemptionis Cleri à vectigalibus pertineat etiam ad Summum Pontificem, potest Clerus, consentiente Pontifice, renunciare.

Si igitur valdè fuerit renunciatum parti immunitatis 66
à vectigalibus talis renunciatio afficit etiam successores, quia subintrat jus commune tollens immunitatem, quando stante necessitate Civitatis, vel Regni remittitur immunitas à vectigalibus, quoad aliquam partem ab ipso Clero cum requisitis solemnitatibus *in dd. cap. non minus, & cap. adversus.* Qua sublata per jus commune, afficiuntur etiam successores, ut potè juri communi subjecti. Præsertim quia consensus Cleri est quædam declaratio, quod locum habeant jura prædicta *cap. non minus, & cap. adversus*, & consensus Apostolicus est confirmatio talis declarationis, & ideò juxta prædicta jura cessat immunitas Cleri quoad ea, quæ expressa sunt in compositione.

Deinde cum privilegium speciale deroget universali, 67
saltem quando de universali fit specialis mentio, ut inter alios docent Gloss. *in cap.* 1. *v. super privilegiis de rescript.* ibique Abb. *num.* 10. Felin. *num.* 3. Bero. *n.* 39. Ripa *n.* 74. Alex. *cons.* 155. *n.* 21. *lib.* 6. Atque stante consensu Cleri, & Episcopi cum beneplacito Apostolico subintrat privilegium *d. cap. non minus, & cap. adversus*, exigendi aliquam partem ex vectigalibus à quibus Clerus est immunis, censetur in hoc derogatum privilegio immunitatis per dictos textus. Siquidem, non obstante immunitate Cleri, conceditur sæcularibus, ut stante necessitate, possint exigere illam contributionem, in quam Clerus consenserit, accedente beneplacito Apostolico.

Hoc autem privilegium derogat immunitati, etiam 68
successorum, quia durat saltem quamdiù causa durat, ut docent quamplures apud Sanchez *lib.* 8. *de matrim. disp.* 30. *num.* 14. & tenet Suarez *lib.* 8. *de legibus cap.* 30. *num.* 18. Tiraquell. *in tract. quod cess. caus. part.* 2. *limit.* 12. Castropal. *part.* 1. *tr.* 3. *disp.* 4. *punct.* 16. *n.* 6.

Ex quibus sequitur, quod denegantes Clero supradi- 69
ctam plenam immunitatem à vectigalibus, non incurrant aliquam excommunicationem, latam contra violantes immunitatem Ecclesiasticam, cùm nulla interveniat violatio. Siquidem denegatur Canonico modo ex canonica transactione, partium consensu sequuta.

Nec obstat, quod immunitas à vectigalibus sit 70
privile-

privilegium personale, atque adeò, quod non possit in ipso unus alteri præjudicare. Nam, ut probatum est, tale privilegium cessat ex dispositione juris communis, quando agitur de sublevanda necessitate publica, & concurrit consensus Cleri, & Episcopi cum approbatione Apostolica.

71 Postremo hoc privilegium non est concessum immediatè singulis personis, sed statui Clericali, atque adeò communitati Ecclesiasticorum. Privilegium autem concessum communitati, non est personale, sed reale, ut docent Dinus *in cap. privileg. num.* 7. *de reg. jur. in* 6. Bartol. *in l. ultim. num.* 5. *ff. de servit. legat.* Bald. *in l. omnia sub initio, C. de Episcop. & Cler.* Anchar. *cons.* 327 Aretin. *in cap. nullus de for. comp.* Roman. *consil.* 180 Dec. *in l. in omnibus causis num.* 16 & *in l. qui in jus n.* 2. *ff. de reg. jur.* Bellon. *cons.* 90. *num.* 9. Zas. *lib. singular. resp. cap.* 4. *in fine*, quos sequitur Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 103. *n.* 24. & *cons.* 727. *num.* 14. & *cons.* 1007. *n.* 98.

72 Privilegium autem reale est sub dispositione Communitatis, consentiente superiore, ad quem spectat conservatio Privilegii.

73 Ad tertium. Affirmativè, quia ratione incolatus, ac domicilii incorporantur Communitati Clericorum, & habentur tanquam cives, ut tradunt Alexan. *cons.* 19. *num.* 6. *lib.* 6. Alciat. *in l. provinciales num.* 2. *de verb. signif.* Gozadin. *cons.* 49. *num.* 13. Paris. *cons.* 71. *num.* 3. & 4. *lib.* 1. Archid. *in cap. statuta de constit.* Soccin. *cons.* 129 *col.* 1. Bald. *in l.* 1. *num.* 13. *Cod. de Sum. Trinit.* ac proindè dicti Doctores notant obligari, tanquam Cives, & quidquid in Cive disponitur, censeri dispositum in ipsis, facitque *cap. dilecti de for. comp.*

74 Immò quod incola habens domicilium, sit propriè subditus, & teneatur ferre onera communia simul cum aliis docent Gloss. *in Clem. de for. comp. v. subditos*, Zabarel. & Anchar. *ibid.* Abb. *in cap.* 3. *de appell.* Bald. *in l. omnis*, §. *si apparitor, C. de Episc. & Cler.* Natt. *cons.* 4 *num.* 1. *lib.* 1. Jas. *in l. si placet, C. de Sacros. Eccles.* Imol. *cap. fin. de vit. & honest. Cler.* & Doctores communiter *in l. rescripto, ff. de muner. & honor.* Et ideò prædicti Clerici, tanquam de corpore Cleri, tenentur stare transactionibus, compositionibus, & oneribus cæterorum Clericorum, quatenus etiam in futurum obligantibus. Quia sicut pars communicat cum toto, ita etiam debet participare in incommodis ipsius, & communicare in ferendis oneribus, quæ communia sunt toti corpori. Impossibile enim est, quod aliquis sit de corpore, & non subjiciatur iis, quæ communia sunt toti corpori; nam esset de corpore, ut supponitur & non esset de corpore, quia non communicaret in iis, quæ habet corpus.

75 Accedit, quod prædicti Clerici ratione incolatus gaudent commodis, ac privilegiis aliorum Clericorum, ut docent Bartol. *in tract. de repres. al. qu.* 5. *princip. quæstione.* 1. Aretin. *cons.* 77. Soccin. sen. *cons.* 129. *num.* 2. *lib.* 1. Bertrand. *cons.* 75. *part.* 1. *lib.* 2. & *cons.* 92. *part.* 2. *lib.* 2. Gail. *lib.* 2. *pract. observ. cap.* 35. *n.* 6. Et ideò, tanquam participes commodi debent etiam esse participes incommodi, atque oneris juxta regulam, *qui sentit de reg. jur. in* 6.

CONSULTATIO XLII.

An licitè, & quomodo Ecclesiastici præter regalia, quæ iis occasione Episcopatus, tanquam Principibus competunt, peculiares titulos sæculares Principatuum, Comitatuum, ac Baroniarum usurpent?

1 Respondeo affirmativè. Occasio hujus amplissimæ concessionis veterum Principum fuit in Religione devotio, qui tum demum omnia rectè processura credebant, si Religionis Antistites suis Conciliis præsentes haberent, idque Caroli Magni temporibus cœpisse, ait Andr. Knich. *de jur. territ. cap.* 1. *num.* 12. Ludovici verò Pii devotione Episcopos expressè in ordinem Principum relatos, testatur Helmold. *lib.* 1. *cap.* 4. ubi ait, *Ludovicum Pium maxima liberalitate erga Dei cultum usum in tantum, ut Episcopos, qui præter animarum regimen Principes sunt cœli, ipse eosdem nihilominus effecerit Principes Regni* Sixtin. *de regal. lib.* 1. *cap.* 4. *numer.* 125. Cacheran. *decis.* 30. *num.* 5. & 6. Coler. *de jur. Imper. German. concl.* 49. Communicationem verò jurisdictionis sæcularis sub Ottone I. cœpisse, ex Reiner. Reinec. *ad annal. incert. author. de gest. Caroli Magni*, scribit idem Knich. *de autocrat. n.* 1065. & *seq.* At hanc potestatem antiquiorem esse probavit *tom.* 3. *consil.* quam adi.

Non obstat primò dictum Christi dicentis: *Reges gentium dominantur, vos autem non sic.* Luc. 22. *v.* 25. 2

Neque secundò praxis Ecclesiæ primitivæ, ubi talem 3
dominationem Episcopi non habebant.

Neque tertiò, quòd separata Dei dona sunt, Sacerdo- 4
tium, & Imperium. Illud divinis ministrat, hæc sæcularibus præest negotiis, Novel. 6. *in princip.*

Nec quartò, quod sine confusione misceri non possint 5
cap. causam, qua qui fil. sint. legit. Eamque ob causam Deus in populo suo munera Ecclesiastica commisit Tribui Leviticæ, Levit. *num.* 9. & 10. Num. 16. *v.* 8. 9. & 10, Tribui Judæ sceptrum politicum, Genes. 49. *v.* 10. Judit. 8. *v.* 2.

Nec quintò, quod Ecclesiasticis prohibitum sit, ne 6
se rebus sæcularibus immisceant, nec quicquam commune cum publicis, & ad Curiam pertinentibus habeant.

Ad primum enim respondetur, si quam habent Epis- 7
copi potestatem sæcularem, hanc habere, ut Principes in administratione civilem suorum bonorum, ideoque tanquam Ecclesiasticæ personæ propriè territorium non habent, *Clem. ne Romani*, §. *sanè de elect.* Siquidem in jure Canonico planum est, quod Episcopi tanquam Episcopi, per se non habent sæcularem jurisdictionem, *cap. lator. qui fil. sint legit. cap. si Clericus de foro comp.* Sicuti nec ipse Pontifex, Episcoporum Summus, *cap. venerabilem. de elect. cap. novit. de judic. cap. si duobus*, §. *denique de appel.* Bellarm. *de Roman. Pontif. lib.* 5. *cap.* 4. & *passim per tot.* nisi ex defectu justitiæ sæcularis *cap. licet, cap. ex tenore de for. comp.* Vel Imperiali rescripto *auth. si quis, C. de Episcop. aud.* Et olim Episcopalem tantum audientiam in Clericos, & Monachos in causa religionis, vel negotio Ecclesiastico, non in alios, vel in aliis causis, nisi inter consentientes obtinuerunt, Cujac. *in paratit. C. de Episcop.* & Matth. Stephan. *ad eundem tit.*

Ad secundum. Multum interest inter primitivæ Ec- 8
clesiæ statum, & hunc præsentem, & inter id, quod fuit, & quod nunc est, *l. qui res*, §. *aream, ff. de solut.* Cùm enim à tanto tempore, de cujus contrario non extat memoria, cum potestate spirituali, & Ecclesiastica obtinuerunt, & adhuc legitimè obtinent Ducatus, Comitatus, Baronias cum jurisdictione temporali. Quis eos destituet jure quæsito, & multis annorum centuriis roborato? Nec enim ea, quæ certam observationem semper habuerunt, temerè mutanda, *leg. minimè ff. de legib. cum tanti temporis vetustas pro lege habeatur, leg. fin.* & ibi Doctores *de aqu. & aqu. pl. arc.* & veritati æquipolleat, *leg.* 1. ubi Gloss *C. de servit.* Unde eorum hominum cogitationes, & consilia, qui de introducenda nova Episcoparuum forma laborant, nihil aliud, quam seditiones, & vim injustam præseferunt. Deinde primitivæ Ecclesiæ, sicut aliarum rerum initia, fuerunt tenuia & longè alius status, quàm hodie.

Ad tertium. Etiam si Episcopi jura territoralia, & sæ- 9
cularem potestatem, ex liberalitate Piorum Principum unà cum Episcopali, & diœcesano jure possideant, manent tamen separata munera Sacerdotium, & Imperium nec propterea confunduntur; quia illud jure ministerii, hoc jure obtinent territorii. Nam idem homo diversis respectibus præditus, diverso jure censeri, & sic duplicem personam repræsentare potest, *cap. cum Capella de privileg. cap. ex litteris de prob. l. fin. de instit. l. apud filium fam. de manum. vind.* Tiraquel. *de nobilit. c.* 18. *n.* 15. & Gail. *lib.* 1. *observ.* 30. *n.* 2. *in fine.* Sic Paulus poterat esse Apostolus, & textor, Act. 20. *v.* 24. 1. Corinth. 12. *v.* 12. confer. Gail. *de arest. c.* 6. *n.* 27 & 29. diversi namque respectus in eadem persona considerantur,

non ſecundùm idem, & idem, ſed ſecundùm aliud, & aliud. In Ægypto, in Græcia placuiſſe omninò imperium cum religione copulari, Ærod. *rer. ab omn. antiquit. judicat. lib.* 1. *titul.*4. *cap.* 1. ubi id latè multis ex veruſtate adductis ornat. Vide etiam *can. Cleros*, ubi ex Iſidoro in hæc verba ſcriptum legimus: *Antea autem, qui Reges erant, & Pontifices erant; Nam majorum hæc erat conſuetudo, ut Rex eſſet etiam Sacerdos, & Pontifex. Unde Romani Imperatores Pontifices dicebantur.* Licuit etiam in Romana Republica, & aliis multis Sacerdotibus, & Religioſis in Republica verſari, immò cum Regno, & Sacerdotio quandoque imperium conjunctum reperimus, ut in ea Conſtitutione oſtendi. Quod non videtur uſquequaque improbandum, ſi gubernatio ſæcularis ſpiritualem non omnino impediat.

10 Ad quartum. Concedimus, quod utrumque munus miſceri non poſſit. Ex hoc tamen, quod in una, eademque perſona utrumque concurrit, non miſcetur, ſicut nec miſcebatur in perſona Moyſis, Samuelis, ac ſimilium. Immò ſæpè per regnum terrenum cœleſte profecit, *can. Principes ſæculi* 23. *qu.*5. *can. filii* 17. *qu.* 6.

11 Ad quintum. Clericis merè privatis prohibitum eſt, ne ſe negotiis publicis, & ad Curiam pertinentibus immiſceant, ſed Epiſcopi non ſunt tantum Clerici, ac more privati, ſed etiam Principes, qui per inveſtituras in partem ſollicitudinis publica auctoritate aſſumpti ſunt. Textus allegati loquuntur de iis, qui ſe privata auctoritate rebus ſæcularibus ingerunt, & ad eas non aſſumpti ſunt, alia vide *in cit. Conſult.*

CONSULTATIO XLIII.

De aſſaſſinio quoad immunitatem Eccleſiaſticam. Quibus modis, & à quibus committatur. Quomodo probetur, ubi plura ad rem diſceptantur, ac præſertim an, & quatenus reintegrationi immunitatis Eccleſiaſticæ, quis poſſit moram injicere prætextu conſtructionis novi proceſſus? Deque pœnis in aſſaſſinos?

1 COrnelius Sylla quæſtiones publicas conſtituit, veluti de falſo, de parricidio, de ſicariis, & Prætores quatuor adjecit, *l.* 2. §. *deinde*, *ff. de orig. jur.* Inde lex Cornelia de ſicariis, quæ tamen tantum punit doloſa homicidia, ad alia enim non pertinet, Marc. *in l.* 1. §. *Divus Adrianus ad l. Cornel. de Sicar.* quæ aliis judiciis caſtigatur. Et id nomen Sicæ indicat, quæ eſt gladius brevis, recurvus, acinacis Perſici longitudine, quo clam necabantur homines, ut apparet ex Suida *in illo verbo*, & Joſepho *lib.* 20. *antiq. Jud. cap.* 1. *& cap.* 17. §. *item lex de Cornelia de ſicar.*

2 Docet & quid ſit Sica Fabius *lib.* 10. *cap.* 1. Proinde omne homicidium dolo illatum hac lege comprehenditur veluti *l.* 1. *in prine. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* ſi ſica fiat, ſi veneno, ſi incendio doloſè ſuppoſito, ſi quis falſum teſtimonium capitalis criminis dixerit, ſi quis cum eſſet in magiſtratu pecuniam accepit, ut capitalis criminis reus fieret. Si magicis ſuſurris aliquem quis necaverit, §. *Item lex Cornelia de public. Iudic.* Sic voluntas maximè hic occidendi conſideratur, ut non immerito qui occidendi animo cum telo ambulaverit, *l. is, qui cum telo, C. ad l. Cornel. de ſicar.* lege hac coerceatur, & dolus hic pro facto habetur Paul. *in l. lege Cornelia* 7. *ff. eodem*, non expectato exitu, Calliſtr. *in d. l. Divus Adrianus* 14. *eodem.*

3 Inter autem ſicarios annumerantur aſſaſſini. Erat aliquando tempore Innocentii IV. Summi Pontificis, & poſtea quoddam genus Perſarum, qui cum impietatis eſſent Mahometicæ, conjurarunt in necem Chriſtianorum, ſe conſequuturos vitam æternam, ſibi perſuadentes, ſi quendam ſuſtuliſſent, idcirco miſificè idiomata Chriſtianorum edocti, proditoriè ſe illis inſerebant, & proceres quoſque, dum nemo ſuſpicaretur, trucidabant, neque ob id ſcelus ſua ſententia præclarum, mori triſtabantur, quinimo gaudebant. Dicti Aſſaſſini, & Arſacidæ à Paulo Æmilio *lib.* 5. *de geſt. Franc. in Ludov. jun. & lib.* 8. *in D. Ludov.* polyd. Virgil. *lib.* 18. *hiſt. Anglic.* quod is, qui illius factionis princeps ab illis deligebatur, Arſacidas diceretur. Idque, ut arbirror, Parthorum more, qui ſuos Reges vocabant Arſacidas, ut Ægiptii partim Ptolomæos, & antea Pharaones, Latini Mutianos, Albani Sylvios, Romani Imperatores & Cæſares. Meminit Cornelius Tacitus *lib.* 2. *annal.* Arſacidarum gentis, Parthos ſignificans, ſeu exules Scythas. Nam, ut ex aliis, & Dione *lib.* 40. Exules Scythæ primum innotuere ſub Arſace, Scytha quidem ignobili, ſed ſtrenuiſſimo, qui exutum collecta manu, Regnum ſibi virtute bellica conſtituit, à quo Parthiæ Provincia dicta Arſacia & qui ab eo genus duxerunt hæreditario Regno Potiti, Arſacidæ dicti fuerunt. Hos Aſſaſſinos Concilium Lugdunenſe *in cap. pro humani de homic. in* 6. Excommunicavit anathemate, & eos, qui illis opem ferrent, vel domi reciperent, dignoſque horum ſocios, & fautores depoſitione ab omni officio, gradu, ordine, & honore Eccleſiaſtico ſtatuit. Atque ab his, & qui per inſidias alios interficiunt, eorumque mores imitantur, nunc dicuntur Aſſaſſini.

Inter caſus exceptos à Conſtitutione Gregori XIV. 4
de immun. Eccleſ. §. 3. Secundus eſt aſſaſſinus, qui etiam cum ſuis bonis mundanis omnibus, tanquam Chriſtianæ Religionis Æmulus à toto Chriſtiano populo perpetuo diffamatus eſt, ut legitur *in dict. cap pro humani.* Et ideo ſi ad Eccleſiam confugiat, non eſt tutus illius immunitate, ſed poteſt inde extrahi à Judice tantum Eccleſiaſtico, non autem ſeculari ex d. Conſtitutione Gregoriana contra Plazam *ca.* 19. *n.* 24. & Clarum *in paragraph. aſſaſſinorum verſ. Item licet.* De hoc crimine loqui videtur textus juris civilis *in l. non ſolum* §. *ſi mandato verſ. Proculus, ff. de injuriis*, cujus verba ſunt; *Proculus rectè ait, ſi in hoc te conduxerim, ut injuriam facias; cum utroque noſtrum injuriarum agi poſſe*, ibique Doctores communiter, ac textus juris Canonici *in d. cap. pro humani c. de homic. in* 6. ubi Doctores etiam communiter.

Aſſaſſini autem illi dicuntur, etiam quoad Conſtitu- 5
tionem Gregorianam, qui pecunia, vel alia re pretio æſtimabili accepta, ſive fideles ſint, ſive infideles, Chriſtianos incautos interficiunt, vel occidi mandant, *d. cap. pro humani*, & Doctores, quos ſequitur Clarus *loc. alleg.* & alii congeſti à Boſſio *in prax. crim. titul. de mand. ad homic. num.* 16. & Ambroſ. *de immun. cap.* 7. *num.* 5. & à Peregrin. *de immun. cap.* 7. *num.* 24. *& ſeq.* Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 20. *num.* 10. Decian. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 79. & 8. teſtans de communi, Probus, Ancharanus, & Imola *in dict. cap. pro humani de homic. in* 6. & alii, quos ſequitur Delben. *de immun. cap.* 16. *dub.* 21. *ſect.* 1. *num.* 5. & Peregrin. *d. cap.* 7. *num.* 26. *& ſeq.* Tum ex Conſtitutione Gregoriana, quæ loquitur generaliter de aſſaſſinis, ideoque ita intelligi debet ad textum *in cap. ſolitæ, paragraph. fin. de major. & obed.* Tum ex communi uſu loquendi, qui nomine aſſaſſini comprehendit omnes, quicumque ii ſint. Verba enim ſecundum communem uſum loquendi accipiuntur, *leg. Labeo. ff. de ſuppel. leg.* Bart. *in l. omnes populi n.* 58. *ff. de juſt. & jur.* Et tum quia tempore Gregorii XIV. qui condidit, ac evulgavit hanc Conſtitutionem, Aſſaſſini infideles non amplius extabant apud Chriſtianos, ac proindè Conſtitutio intelligi debet de aſſaſſinis, etiam fidelibus, qui illorum mores imitantur.

Ex communi quoque uſu aſſaſſini dicuntur, ac ſunt 6
quicumque pretio conducti, non ſolùm ex mandato Principum, & Magiſtratuum, ut ex *dict. cap. pro humani* ſed etiam qui ex mandato hominis privati hominem occidunt, ut oſtendit Decian. *lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 18. *in fine*, & Ambroſin. *de immun. dict. cap.* 7. *n.* 6.

An autem Conſtitutio Gregoriana locum habeat in 7
mandatario, negant aliqui. Nam textus *in dict. cap. pro humani*, loquitur de mandante, non autem de mandatario. Communis tamen ſententia Doctorum affirmat. Nam omnes ſub nomine aſſaſſini comprehenduntur.

duntur. Et ex communi interpretatione receptum eſt, ut etiam ad mandatarium interfectorem privatio immunitatis extendatur. Cùmque Conſtitutio Gregoriana generaliter loquatur de aſſaſſinis, non diſtinguens inter mandantem, & mandatarium, ideò comprehendit utrumque. Nam ipſe mandatarius eſt quidem propriè aſſaſſinus, & tanquam cauſa phyſica homicidii, potiori jure continetur nomine aſſaſſinii. Ita docent Salyc. *in leg. non ideo minus num.* 36. *Cod. de accuſ.* Clar. *in prax. crim.* §. *aſſaſſinus num.* 1. Boſſ. *leg. alleg. num.* 16. & 23. Suarez *de relig. tom.* 1. *tract* 2. *lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 15. Ambroſ. *dict. cap* 7. *num.* 15. Capyc. *dec.* 155. *à num.* 3. Grammat. *vot.* 9. *ſub initio*, & *num.* 1. Carter. *in pr. crim. tract.* 3. *de homic. & aſſaſ. num.* 11. Lopez ad Diaz. *in prax. crim. can. cap.* 96. *alias* 91. *lit. C.* ac alii, quos refert, ac ſequitur Farinac. *quæſt.* 125. *n.* 19. Peregr. *cit. cap.* 7. *n.* 29. Delben. *loc. cit. n.* 6. & Scottia *theor.* 385.

8 Volunt multi, quod id procedat, etiam non ſequuto effectu homicidii, dummodò deventum ſit ad actum aliquem proximum conſummationis, nempè inſultus, aut vulnerum. Nam eſt vetus Aſſaſſinus, quia per eum non ſtetit, quominus homicidium patraret, *arg. textus in l. ſi is, qui cum telo, C. ad leg. Cornel. de Sicar.* ibique Faber. *in breviar.* Boſſ. *ubi ſupra num.* 16. Plaza *in epit. dict. cap.* 19. *num.* 24. quem Farinac. *de carcer. quæſt.* 28 *num.* 23. *& d. quæſt.* 125. *num.* 104. *&* 106. ubi declarat, quod actus proximus in crimine aſſaſſinii, tunc dicitur, quando deventum fuit ad inſultum, vel offenſionem, multaque cumulat de actu proximo, ac remoto in hoc delicto, Menoch. *de arbitr. in* 2. *caſ. princ.* Giachanius *in addit. ad Clar.* §. *fin. quæſt.* 92. *litt. B.* Philipp. Franch. *in dict. cap. pro humani num.* 8. *per dict. textum in l. is, qui cum telo, & l. ſi quis non dicam, C. de Epiſc. & Cler.* Remig. *de immun. fall.* 15. *n.* 8. Guttier. *lib.* 3. *pr. quæſt.* 7. *num.* 54. Marc. Mant. *lib.* 5. *obſerv. cap.* 41. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 598. *num.* 6.

9 Et ad regulam illam, quod non puniatur effectus, niſi ſecuto effectu, ut docent communiter Doctores, quos ſequitur Clar. *dict. quæſt.* 92. *num.* 1. reſpondent illam non procedere in delictis atrociſſimis, ut tradit idem Clar. *eo loco*, *& in* §. *aſſaſſinus num.* 6. Felin. *in c.* 1. *de offic. deleg. num.* 9. vocans communem, Farinac. *quæſt.* 123. *num.* 77. Guttier. *dict. quæſt.* 7. *num.* 35. afferens in hoc caſu, reum eſſe puniendum pœna ordinaria. Et licet Marſil. *conſ.* 105. *num.* 3. *ac ſeq. & num.* 22. aliique oppoſitum ſentiant, ii tamen intelligendi ſunt, quando affectus, ſeu conatus non devenit ad actum proximum conſummationis, ut docet idem Faber. *loc. alleg. quæſt.* 123. *num.* 119. & Guttier. *dict. quæſt.* 7. *num.* 59. Gambacurt. *de immun. cap.* 34. *num.* 12. *lib.* 5. Curtel. *eod. tit. lib.* 1. *quæſt.* 18. Barbof. *tract.* 2. *de jur. univ. cap.* 3. *num.* 97. Bonac. *tom.* 2. *diſp.* 3. *quæſt.* 7. *pun.* 6. §. 5. *num.* 6. Megal. *in* 3. *part. lib.* 4. *cap.* 2. *quæſt. num.* 20. Lezan. *in ſum. v. Immunitas num.* 13. & Sarpus *de jur. aſyl. cap.* 5. *fol.* 45. Maſtril. *de indult. cap.* 31. *num.* 14.

10 At vera ſententia eſt, quod ad immunitatem Eccleſiaſticam non eſt aſſaſſinus, qui vulnerat tantùm, & non occidit, ac proinde illa gaudet. Tum quia citata Conſtitutio Gregoriana loquitur tantùm de occidentibus, non de vulnerantibus, & pœnæ, maximè in præjudicium immunitatis, non ſunt extendendæ, niſi extenſæ reperiantur in jure. Tum quia *dict. cap. pro humani* ſolùm ſtatuit de mandante, quod puniendus ſit pœnis aſſaſſinii, quamvis mors non ſequatur, nihil ſtatuens de mandatario, atque adeò ſi mortem non intulerit, relinquitur diſpoſitioni juris communis decernentis quod nemo ob vulnerationem tantum immunitate Eccleſiaſtica privetur.

11 Ac ita docent Doctores, quos ſequitur Farinac. *de homic. quæſt.* 123. *num.* 77. *de immun. cap.* 8. *num.* 123. *in fin.* Maſcard. *de prob. concl.* 138. *num.* 2. *&* 55. Suarez *dict. l.* 3. *cap.* 11. *num.* 14. Laym. *lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 3. *num.* 9. Ceval. *com. contr. com. quæſt.* 540. *num.* 5. *& ſeqq.* Dian. *p.* 1. *tract.* 1. *reſ.* 18. Delben. *loc. cit. ſect.* 4. *num.* 2. *&* 3. Gomez. *tom.* 3. *cap.* 3. *de homic. num.* 11. *&* 30. ubi tradit, quod contraria concluſio ex generali conſuetudine, etiam in hoc caſu minimè ſervatur, in quo reus delinquens non punitur pœna mortis ordinaria, ſed mitiori extra ordinem, Judicis arbitrio, ſi delictum non eſt conſummatum, neque homicidium ſequutum, licet ad aliquem actum facti proceſſerit. Et ita, ait, ſingulariter tenere Specul. *in tit. de accuſ.* §. 1. *concluſ.* 6. *arg. textus in l. aut facta, ff. de pœn.* quod ſequitur, & commendat Ang. Paul. ac recentiores *in leg.* 1. §. *fin. ff. quod quiſque jur.* quos citat Farinac. *dict. quæſt.* 123. *num.* 115. *& quæſt.* 124. *num.* 84. & Curtel. *ead. quæſt.* 18. *num.* 6. & ex antiquioribus Baldus *in l. ſi fugitivi, C. de ſerv. fugit. n.* 3. Cyn. *in dict. l. is qui cum telo, C. ad l. Cornel. de Sicar. col.* 2. ibique Faber *in brev. col.* 1. annotatque Salicet. *col.* 2. non allegans Speculatorem, ſed Baldum, qui hoc tenebat, dum jus publicè interpretabatur Nicol. de Neapol. *in* §. *item lex Cornelia inſtit. de publ. jud.* ac mirabile cenſet Auguſtin. in Addit. ad Angel. *de malef. in part. Et ex intervallo col. penult.* idem Auguſtin. *in part. in Platea communi col. fin.* Jaſ. *in rubr. inſtit. de act. n.* 31. Siquidem in hoc caſu verè crimen aſſaſſinii committitur, quoad affectum, non autem quoad effectum, cui tantùm pœna aſſaſſinii annexa eſt. Et quidquid ſit, quod ad pœnam corporalem, in qua non immoror, quod autem ad pœnam privationis immunitatis Eccleſiaſticæ id non obtinet ex communi.

Multòque minus privatur, qui immunitate in caſu 12
quo conductus eſt ad vulnerandum dumtaxat, ut contra aliquos tradunt Farinac. *de homic. dict. quæſt.* 123. *n.* 139 *ac de immun. cap.* 8. Decian. *tract. crimin. lib.* 9 *cap.* 30. *num.* 41. Guttier. *pr. qu. civil. lib.* 3. *quæſt.* 7. *n.* 69. Baiard. ad Clar. §. *aſſaſſinium num.* 2. Alciat. *conſil.* 11. *num.* 17. *lib.* 1. Hond. *lib.* 2. *conſil.* 93. *num.* 65. Vulpel. *conſil.* 143. *num.* 1. Gabriel. *com. opin. concluſ.* 1. *de delict. num.* 30. Maſcard. *tom.* 1. *concl.* 138. *num.* 2. Peregr. *dict. cap.* 7. *n.* 44. Ricc. *part.* 1. *dec.* 112. *num.* 1. Bonacc. *diſp.* 3. *qu.* 7. *punct.* 4. *num.* 20. Dian. *pare.* 1. *tract.* 1. *dict. reſol.* 18. Lezan. *d. v. immunitas num.* 13. *de immun. d. cap.* 7. *num.* 11. Delben. *d. cap.* 16. *dub.* 21. *ſect.* 4. *num.* 1. ac demum ita declaravit. Sacr. Congregatio ſuper Epiſcopis *in Neapolitana* 25. *Junii* 1601. per hæc verba: *Gaudet Eccleſiaſtica immunitate qui mandat, & mandatum recipit, vel cooperatur propter pretium acceptum, vel promiſſum ad faciem ferro cuipiam deformandum, aut vulnerandum, quia tales impropriè dicuntur aſſaſſini.* Quod eſt contra Alexand. *lib.* 6. *conſ.* 166. *n.* 5. qui tenere videtur, aſſaſſinium committi, etiam ob mandatum ad vulnerandum, ipſe tamen nihil firmat.

Non eſt autem aſſaſſinus, qui pretio conductus oc- 13
cidit infidelem, aſſerunt Covar. *var. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 10. Guttier. *d. qu.* 7. *num.* 8. Clar. *in prax.* §. *aſſaſſinium verſ. bene verum*, ibique Baiard. *d. n.* 13. Ambroſ. *d. cap.* 7. *n.* 12. ubi citat Corneum *lib.* 1. *conſ.* 249. *nu.* 21. Unde cautelam aiunt eſſe, ut poſt probatum aſſaſſinium per legitimas probationes, vel probabilia argumenta, ut dicitur *in d. cap. pro humani*, allegetur, occiſum non fuiſſe Chriſtianum. Quod ſtatim probatur, ſi contrarium non probatur. Cùm nemo naſcatur Chriſtianus, ſed quiſque naſcatur infidelis, & Chriſtianus fit per Baptiſmum, ut per *tot. tit. de baptiſm. & ejus effect.* Quod annotandum eſſe ait Jo: Andr. *in d. cap. pro humani*, ubi refert, evaſiſſe quendam Prælatum à pœna impoſita mandanti aſſaſſinium committi contra Chriſtianos. Nam licet fuerit per teſtes probatum, quod fuerit mandatum aſſaſſinium, quia tamen non fuerat probata qualitas, quod eſſet Chriſtianus, fuit abſolutus, quia poterat eſſe Judæus, vel infidelis. Idemque tenet Baldus *in d. l. ſi quis non dicam col.* 3. *C. de Epiſc. & Cler.* Alex. *conſ.* 365. *& 366. & conſ.* 457. & Jaſ. *in l. pen.* §. *docere, ff. ne quis eum, qui in jus* licet aliter videatur referre, Felin. *in c. inquiſitionibus col.* 2. *de accuſ.* quibus adſtipulatur Novar. *in concl.* 43. *Jur. Pontif. n.* 22. Guazz. *def.* 1. *cap.* 38. *num.* 42. Maſcard. *de prob. lib.* 1. *concl.* 137. *nu.* 13. Diana *part.* 4. *tr.* 1. *reſol.* 105. & Farin. *d. q.* 123. *n.* 33. Moventur ex textu *in d. quis*

cap. pro humani de homic. in 6. ubi expresè habetur: *Si quis occiderit fidelem.* Ergo tacitè excludit, si quis occiderit infidelem. Eoque præsertim, quia illa decretalis condita fuit contra infideles, ne occideretur fidelis, atque adeò non potest convenire occidentibus infidelem. Neque obstat, quod infidelis sit verè proximus. Quia pœna hæc assassinii non incurritur pro cujusvis proximi occisione, sed solùm pro occisione proximi fidelis, quamvis non sic in occasione proditoriè facta contingat. Nam in crimine homicidii proditorii non fuit facta limitatio ad proximum fidelem, sicut facta fuit in crimine assassinii. Quare hanc opinionem satis probabilem appellat Delbene *loc. cit. dub. 21. sect. 2. num. 6.* illiusque auctores vocant communem, & in praxi receptam.

14 Verior tamen sententia est, quod etiam assassinus sit, ac immunitate privetur, qui pretio conductus occidit infidelem in ditionibus Christianis toleratam. Eam tenent Decian. *tract. crim. lib. 6. cap. 28. n. 18.* Farinac. se retractans *in append. de immun. lib. 1. cap. 5. §. 4. num. 20. & seq.* Mar. Ital. *de immun. lib. 1. cap. 5. §. 4. num. 20.* Henriq. Bucer. *de homic. lib. 1. cap. 3. num. 14.* Peregr. *de immun. dict. cap. 6. num. 39.* Bonac. *tom. 2. disp. 3. quæst. 7. punct. 6. §. num. 9.* Delbene *loc. cit. num. 2.* multique alii. Unde Brun. à Sol. *in qu. legal. 34. num. 24.* probat committi assassinium, etiam quando occiditur Judæus toleratus in dominio Christianorum; Et multò magis committitur, quando Judæus prætio Christianum occideret, vel occidi mandaret, ac similiter quando Judæus Judæum occideret, vel occidi mandaret, ut probat Colleg. Bonon. *in consil. crim. div. 41. num. 8. lib. 1.* & Farinac. *d. quæst. 123. n. 135. & seq.*

15 Ratio autem est. Tum quia fidelis, vel infidelis materialiter se habet ad crimen assassinii. Alias neque etiam occidens per fidelem assassinium committeret. Et tum quia Constitutio Gregoriana non distinguit inter illos assassinos, qui occidunt, vel occidi faciunt fideles, vel infideles, atque adeò, intelligenda est de omnibus assassinis *ad textum in l. de pretio, ff. de public. & l. Præses, ff. de offic. Præsid.* Textus verò *in d. cap. pro humani.* declaratur per Constitutionem Gregorianam, quæ excipiendo assassinos, illos non distinguit, ideòque omnes comprehendit, qui secundum communem usum loquendi, dicuntur assassini ex Salyc. *in d. l. non ideò minus nu. 36. C. de accus.* ubi ait: *quod assassini vocantur vulgo, pecunia accepta, vel promissa, homicidia committunt, & quod ista, vulgaris interpretatio est attendenda.* Doctores autem, qui contra sentiunt, loquuntur de pœna imponenda contra dictos assassinos, & an ii comprehendantur *in d. cap. pro humani de homic. in 6.* Nos autem loquimur, an immunitas Ecclesiastica illis suffragetur, quæ sunt diversæ, ex quibus non fit illatio, *cap. ad audientiam de decim.* cum vulgò aliis.

16 Licet autem assassinus sit, ideòque immunitate Ecclesiastica privetur, qui pretio conductus occidit inimicum mandantis tantùm, assassinus tamen non est, & immunitate non privatur, qui pretio conductus occidit inimicum mandantis, ac suum simul, etiam cum sociis pretio conductis. Id docent Covar. *d. cap. 20. n. 9.* Farinac. *cit. qu. 123. num. 157. & de immun. cap. 8. n. 132.* Peregr. *cod. tit. cit. cap. 7. n. 45.* Bonac. *loc. alleg. n. 18.* Lezana *cod. verb. n. 13.* Dian. *d. resol. 18.* Ambros. *d. cap. 7. num. 10.* Grammat. *cons. 52. n. 49.* Vulpel. *cons. 143. n. 10.* Honded. *consil. 87. num. 4. lib. 2.* Gabr. *consil. 170. n. 13. lib. 1.* Gratian. *cons. 52. n. 45. ac seq. lib. 2.* ac Delben. *loc. cit sect. 3. n. 1. & 2.* Neque assassinus est, qui propriam injuriam ulciscens per se ipsum, ope tamen aliorum, quos pretio conduxit, hominem occidit ac propterea non privatur immunitate, ut per Farinac. *d. quæst. 123. n. 148. & de immun. cap. 8. n. 113.* Vulpel. *d. cons. 143.* & Ambros. *dict. num. 10.* Gabr. *cons. 180. n. 11. lib. 1.* Bertazol. *cons. 143. num. 15. vol. 1.* Dian. *dict. resol. 18.* Nam in hoc casu non occiditur incautus, tum quisque sibi prospicere, ac præcavere debeat à suo inimico, sibique imputet, si non præcaveat, nec qui eos pretio conducit est propriè assassinus, sed instigator.

Privatur tamen immunitate Ecclesiastica, qui recep- 17
tat, defendit, vel occultat assassinum, dummodò receptans, defendens, vel occultans sit verè causa mortis illatæ per assassinium, & cognoscat, assassinum esse, cui auxilium præstat, & quatenus tali auxilium præstet, alioquin pœnas assassinii non incurret, Farinac. *dict. qu. 123. num. 29. & seqq.* Guttier. *loc. cit. num. 53.* Peregr. *d. cap. 7. num. 336.* Non autem privantur mediatores, ut perperam Barbos. *de jur. Eccles. cap. 3. num. 97.* & Cuttel. *de immun. lib. 1 q. 18. n. 6.* neque privantur Socii, & complices hujus criminis assassinii, qui habuerint scientiam qualitatis assassinii, ut minus rectè tradit Peregr. *d. c. 7. n. 37.* Cabal. *de omn. gen. homic. n. 412.* & Tusch. *lit. E. concl. 10. n. 10. & concl. 11. n. 7.* Nam in Constitutione Gregoriana privantur tantùm assassinii, Mediatores autem socii, & complices hujusmodi non sunt propriè assassini. Et ita in S. Concilio Neapolitano sub anno 1615. decisum fuisse refert Rovit. *in pragm. 1. de assas. n. 49.* & Gambacurt. *de immun. lib. 5. c. 34. n. 14.* Massul. in addit. ad Capyc. *decis. 112.* Dian. *p. 4. tr. 1. resol. 109.* de Marin. *resol. quotid. cap. 171. nu. 5.* & Novar. *in Sum. Bullar. tit. de immun. Eccles. n. 72.*

De receptatoribus, & occultatoribus est textus *in d. c.* 18
pro humani de homicid. in 6. ibi: *Aut eos receptaverint, seu occultaverint*, & tradunt Gloss. *ad d. locum v. receptaverint*, ibique Ostiens. *in princip. & n. 15.* Boss. *d. titul. de mand. ad homicid. n. 23.* Plaza *in epit. de delict. c. 19. nu. 24.* Decian. *lib. 9. c. 30. n. 42.* passimque, quos sequitur Farinac. *q. 123. n. 29.* passimque alii.

De defensoribus patet etiam ex *d. cap. pro humani*, ibi: 19
Vel defenderit, ac firmant ibid. Ostiens. *n. 26.* Jo: Monach. *n. 9.* & Farinac. *loc. alleg. n. 30.*

De fautoribus docet Plaza *d. c. 19. eod. n. 24.* Remig. *de* 20
immun. fall. 15. nu. 9. Guttier. *d. q. 7. n. 33.* & Farin. *de carcer. qu. 28.* ac Peregr. *d. c. 7. n. 35.*

De præstantibus auxilium asserit Prob. ad Monach. 21
in d. c. pro humani n. 1. lit. C. ubi etiam ait, quod prohibeatur auxilium omne, per quod insultans efficitur audacior, & insultatus timidior. Quod tradit etiam Bald. *in d. l. non ideo minus col. ult. C. de accus.* & latè Anchar. *cons. 276.* Angel. *cons. 14. col. 2.* Paris. *cons. 166. num. 1. lib. 4.* Capyc. *ea dec. 155. num. 13. 15. & 17.* ac procedit etiam homicidio non secuto, ut docet Farinac. *d. q. 123 & Capit. ea dec. 155. n. 13.* qui loquitur de auxilio cooperativo, & dummodò deventum sit ad actum proximum homicidii ita ut per eum non steterit, quo minus patraretur, Peregr. *loc. cit.* ubi annotat cum Jo: Monacho, Francho, & Sylvestro differentiam inter receptantes, & occultantes, ut receptantes, sint illi, qui patenter receptant, occultantes verò qui celant, vel occultè receptant. Sed hoc levissimum est. Occultator enim usitato jurium vocabulo sub nomine receptatoris exprimi solet, *arg. l. 2. ff. de recept.* cum similibus.

Porrò receptatores sunt, qui scientes assassinum, ad 22
eum tuendum in domum suscipiunt, *arg. l. 1. & 2. ff. de receptat. l. Congruit. ff. de offic. Præsid.* Nec in propriis tantum ædibus, sed & in alienis, in quas suscipere possunt receptantes, pœnæ huic fiunt obnoxii, *arg. l. 1. §. quod autem, ff. de serv. corrupt.* Et quæ de domibus, eadem est de ægris, cæterisque alias, aptis ad receptandum locis, ratio quamobrem non solum privatæ personæ, sed etiam Principes, aut quævis aliæ publicæ personæ, quæ in Regnum, ac ditionem, quo tuti sint, assassinos recipiunt, hac pœna afficiuntur.

Et quamvis receptatoris nomen frequentativum sit, 23
si grammaticæ rudimenta spectemus, ex usu tamen simplicem etiam receptionem significat, ac ideò qui semel tantum reciperet, pœnam non declinaret *ex l. fin. Cod. de recept. dict. l. congruit ff. de offic. Præsid. l. fin. C. de his qui latrones occultarunt, l. mariti, ff. ad l. Jul. de adult.* Neque dicendum est, declinari hanc pœnam, qui à principio non recipit, sed receptaturum inveniens, positivè receptationem confirmat. Nam ut paulò inferiùs dicetur, malitia receptationis consistit in occultatione, aut favore

fautore quibus assassinium fruitur, quam vultis, qui receptionem confirmat, unde ad minus, tanquam fautor hanc pœnam incurrit.

23 Insinuavimus autem supra ad hanc pœnam incurrendam necessariam esse scientiam, quod receptatus sit assassinus. Ignorantia siquidem facti excusat, ut est vulgatum. Unde & in foro externo alleganti ignorantiam hanc creditur, si assassinus, receptatus non fuit ex notoriis, vel ex famosis, alias tenetur probare. Quia in notoriis potius scientia, quàm ignorantia præsumitur. Gloss. & Bartol. *in l. 1. ff. de recept.* At ab initio suscipiens eum, quem ignorat assassinum, non incurrit, si comperiens esse assassinum receptationem confirmet, & occulter Judici timore, ne & ipse deprehensitio multetur, quia id non assassinium, sed ob propriam defensionem ex intentione sit. Qui autem non confirmat receptionem, neque cooperatur occultationi, etiamsi non prodat, non est receptator.

24 Adhuc autem tripliciter contingere potest hæc receptatio. *Indirectè, Directè, Reduplicativè. Indirectè* quando recipitur, qui est assassinus, sed ut hospes incola, amicus, maritus, &c. ex qua receptione sequitur, velut per accidens, quod bannitus non puniatur, cùm tamen declinatio pœnæ à receptante non sit positivè intenta. *Directè*, quando exquisitus ad pœnam receptatur ex intentione, ne illum luat, licet sit ex affectu misericordiæ, consanguinitatis, amicitiæ, aut similis, cùm tamen alias displiceat assassinium. *Reduplicativè*, quando ex affectu assassinii, aut personæ, prout assassinium committit receptatio fit, & intenditur declinatio pœnæ, ut assassinium non coerceatur.

25 Præcipua igitur difficultas est, an solùm reduplicativè receptans, vel etiam, qui directè, huic pœnæ privationis immunitatis Ecclesiæ sit obnoxius. Et re maturè perpensa, probabilius censeo, utrovis modo recipientem incurrere, cum aliquo tamen personarum discrimine. Nam pœna infertur in exterminium assassinii. Vix autem unquam puniri poterit assassinus, si receptare, ut plurimum assassinos non est inhibitum. Nullus enim ferè est, nisi sit assassinus, qui ob defensionem assassinii reduplicativè receptet. Unde quamvis dicendum sit, receptatores sumi formaliter, ut scilicet assassinos formaliter receptent, tamen id non cadit in solam intentionem, sed in ipsum assassinium, & assassinum, qui dum formaliter exquiritur, ut assassinus, remanet etiam occultatus, ut assassinus, & ipsum assassinium directè, ac formaliter gaudet beneficio receptionis. Nec novum est, receptatorem formaliter sumi in hoc sensu. Quandoquidem *in l. 2. ff. de recept.* decernitur, puniendum esse inter receptatores etiam consanguineum latronis, qui receptat, ut Judicem evadat, & tamen certum est, eum non recipi, ut latronem, sive ut salvetur, qua latro, sed qua consanguineus.

26 In sententia autem, quam sequimur, volumus excipiendos receptatores, consanguinitate, affinitate, ac valida amicitia receptatis conjunctos. Quia metus mortis mariti, vel consanguinei æquivalet metui mortis propriæ, cum eadem persona, cum receptante reputetur, & timor infamiæ cunctæ cognationi, ac familiæ sit communis, estque metus cadens in constantem virum, *l. isti quidem, ff. quod met. caus.* Unde cùm regulariter humanæ leges non obligent cum tanto rigore, poterit consanguineus ad pœnam & infamiam vitandam receptari, dum à Judice inquiritur, Et illustratur maximè *ex d. l. 2. de receptat.* ubi statuitur, consanguineos, receptantes latronem, ut judicium declinet, esse quidem receptatores, & aliqua, sed mitissima pœna esse puniendos arbitrio Judicis, quia affectus conjunctionis excusat. Facit ad id Gloss. *in can. de filia 27. quæst. 1.* Nec coarctamus conjunctos ad solos parentes, filios, & conjuges ut aliqui limitant, sed includimus omnes ita propinquos, ut rationes illatæ, præsertim illa, quæ ex metu infamiæ deducitur, militent.

27 Addimus verò conjunctioni amicitiam. Nam aliquando invalida est, ut nexum superet sanguinis, & fraternitati æquivaleat *ex l. verum, ff. pro soc.* Jas. *in l. qua dotis, ff. sol. matr.* Soccin. *cons. 263.* Alexan. *cons. 144. l. 2.* Unde non quælibet amicitia sufficit, sed ingens, licet in foro exteriori sæpius hæc conjunctio non admittatur.

Eximimus ulterius vi, metuve coactos recipere, dum- 28
modo non in gratiam assassinii reduplicativè recipiant. Ad hoc siquidem nullus cogi potest, cùm id in animo & intentione consistat, Bald. *in l. in delictis, ff. de nox.* Ratio petitur ex communi doctrina, quod humanæ leges non obligant cum tanto rigore, ut in utriusque juris titulo *de his, quæ met. caus.* & ex eo, quod hi non recipiunt ex intentione, ut pœna effugiatur, licet inde sequatur.

Fautores verò, ac defensores jure meritò hac immu- 29
nitate privantur, cùm omnes ii de assassinio sint suspecti. Suspicio autem in assassinio ex speciali criminis enormitate semper est vehemens, ac æquivalet præsumptioni. Simul autem de fautoribus, ac defensoribus aliqua dicemus, eo quod omnis defendens similiter faveat. Defensor enim est, qui favorem præbet vitibus, vel potentia, vel arte, ingeniove, propugnando assassinos oppressos, vel ne opprimantur, patianturve, sed ut turò vivant, *arg. ut de defens. Civit.*

De consilio est aliquod dubium, an pœnam hanc in- 30
ducat, & negandum videtur; quia consilium res est à favore diversa, cùm dicat instructionem mentis, favor verò operam ad executionem. Unde cum non sit in pœnis facienda extensio, consulentes *in d. c. pro humani* non egressi, non debent includi.

Requiritur autem primò, ut quis dicatur, ac si verè 31
assassinus, ac privetur immunitate Ecclesiastica, ut præcedat mandatum ad occidendum *ex dict. cap. pro humani de homicid. in 6.* ubi Doctores communiter. Et ideò assassinus est, ac immunitate privatur, qui sub promissione pecuniæ, vel alterius rei pretio æstimabilis, mandat aliquem occidi, etiamsi effectus non sit sequutus, sed solùm actus effectui proximus, ut insultus, aut vulneratio, statuitur *in d. cap. pro humani.* Ideòque si mandans, morte non sequuta punitur, ut assassinus punietur etiam, ut assassinus quoad privationem immunitatis Ecclesiasticæ, præsertim cum Gregorius XIV. in sua Constitutione generaliter loquatur de reis assassinii. Et ita contra Henr. Bucen. *de homic. lib. 1. cap. 3. num. 130.* ex communiori, ac probabiliori sententia docent Mascard. *tom. 1. concl. 138. num. 4.* Decian. *lib. 6. cap. 28. num. 18.* Ambros. *dict. cap. 7.* Nald. *in sum. v. Ecclesia*, Thesaur. *in prax. part. 2. v. assassinium cap. 1.* Lezana *dict. v. Immunitas num. 13.* Suarez *de relig. lib. 3. cap. 11. num. 15.* Peregr. *de immun. dict. 7. num. 29.* Guttierez *d. quæst. 7. num. 26. & seqq.* Franc. Leo *in thes. part. 1. cap. 23. num. 27.* & Farinac. *de immun. cap. 8. num. 128. & de homic. dict. quæst. 123. num. 26. 29. & 82.* Subdens, id esse verum, etiamsi mandans mandatum revocaverit ante effectum secutum, quia commisit jam crimen, cui ipso facto annexæ sunt pœnæ assassinii. Antequam tamen sequatur effectus, qui pecuniam dedit propter homicidium, gaudet immunitate, ut declaravit S. Congregatio super Episcopis in Sarzanensi 21. Februarii 1620.

Secundò requiritur, ut mandatarius pretio ducatur 32
ad occidendum, pecunia scilicet, vel re alia certa, non vaga pretio æstimabili, data, vel promissa, ac dependente à voluntate dantis, vel promittentis, & in ea quidem quantitate, ut arbitrio Judicis assassinium constituat. Nam alioquin pecuniæ, vel rei promissio, vel datio non censetur assassinii causa, cum ex re, ut potè exigua, non videatur apta animum ad id immane, ac truculentum scelus movere, ut per Farinac. *cit. quæst. 123. num. 43.* Vulpel. *cons. 143. num. 9.* Gabr. *cons. 170. num. 21. lib. 1.* Eugen. *cons. 76. n. 139.* Massul. ad Capyc. *dict. dec. 155. n. 4.* Dian. *part. 6. tract. 1. resol. 11.* & Ambros. *dict. cap. 7. n. 9.*

Quod procedit non solùm, quando à mandante fuerit 33
solutum pretium mandatario pro homicidio tempore mandati, vel antequam homicidium committatur, sed

sed etiam, quando fuerit promissum pretium. Quia sola promissio pecuniæ, vel alterius rei loco pecuniæ constituit assassinium per Salic. *in d. l. non ideo minus n.36. C.de accus.* ubi æquiparat pecuniæ receptioni promissionem, Gratian. *consil.52. num.47. lib.2.* Curt. sen. *consil.20.num.43.*Capyc.*dec.125.num.6.& seq.& n.17.&* 18.quos sequitur Farin. *d.q.123.num.36.*Bos.*loc.cit.num.*14. *&* 31. Grammat.*vot.9.num.2.*Ambros.*d.cap.7.num.3.*& Guttier. *lib.3. qu.7. num.* 20. etiamsi promissio facta sit absque scripto, vel alia cautela, ut docent Capycius, Grammaticus, & Farinaccius *locis allegatis*, & alii apud ipsos ac præcæteris Bartol. *in l. non solum, §. si mandato, ff. de injur. & in l. Cicero, ff. de pœnis,* ac omnes *in dict. cap. pro humani de homic. in 6.* Vbi enim non est præmium, neque spes præmii, assassinium non est.

34 Et propterea docet Burſatt. *cons.* 20. *num.4. lib.1.* requiri ad consuetudinem assassinium, quod interveniant pecunia, aliæve res, vel promissiones certæ, non vagæ, neque jactatoriæ. Unde Vulpel. *d. cons.*143. ait, quod neque accipiens pecuniam pro sumptibus in hospitio faciendis, dicitur assassinus, neque recipiens dono par caligarum, quibus assentit Baiard. ad Clar. *dict. §. assassinium num.*7. Neque dicendus assassinus, occidens sub spe consequendi equum, quem fortè sibi daturum à mandante existimet, ut consulit Bald. *consil.383.lib.5.* & approbat Alciat. *dict. consil.* 11. *num.*14. *lib.* 1. ac sequitur Carrer. *in prax.§.circa igitur tertium de homicid. num.5.* qui respondet Jo: Andreæ *in cap. penultim. de Cleric. non resid.* & Grammatico *dict.vot.9. num.* 3. ubi dicunt, assassinii crimen dici patratum, nedum pro pecunia, sed etiam si quis delinquat, ut alteri complaceat. Quod procedere solum posset, si delictum esset commissum sub spe consequendi præmium ex tali complacentia, ut quod ei complaceat, qui verisimiliter esset ipsum remuneraturus. Carrerium sequitur Monticel. *in prax. crim. reg.8. num.* 8. ac Hond. *cons.63. nu.68. lib.* 2. Et quidem si opinio Jo: Andreæ, & Grammatici esset vera, semper mandatum contineret assassinium, cùm semper mandatarius, aut ob præmium, vel ut complaceat mandanti, exequatur mandatum, quod falsum est. Quia non interveniente pecunia, aut alia re, seu certa promissione, non committitur assassinium juxta sententiam communiter receptam, etiam si animo alteri complacendi committatur, ac fortasse locum haberet, si committens esset alicui certo domino subditus, cui ut obediat, committeret homicidium, secus si committatur à persona libera, & nullo modo subjecta mandanti, ut declarat Gabr. *d. cons.* 70. *num.* 15. *& seq.* ubi firmat, quod generalis, ac incerta promissio non constituit assassinium, *& nu.*21. ait quod sumptus non inducunt assassinium, sed id, quod supereſt, si lucrum afferat, & tantùm sit, ut movere possit animum ad perpetrandum homicidium, ut eum, ac Riminaldum jun. *cons.* 685. *num.* 22. *lib.* 6. explicatos velim.

35 Neque sufficit ad constituendum assassinium, si promissum sit alicui dari mulierem aliquam in uxorem, dari aliquod officium, vel hujusmodi aliud. Quia executio talis promissionis non est in potestate promittentis, atque adeò reputatur, ac si nihil promissum esset ut per Bos. *tit. de mandat. ad homic. num* 35. Dian. *part. 6.tr.1.resol.*11.Farin. *d.q.*123. *n.*44.contra Decian. *tr.crim. lib. 9.c.3.n.*16.

36 Minusque sufficit promissio rei incertæ, ac generalis, cujus exempla jam alibi tradidi. Quia promissio incerta & generalis nullam inducit obligationem. Unde gratis fieri actio censetur. Nam, ut jam dixi, iterùmque dico, ad constituendum assasinium, necessaria est datio, vel promissio pecuniæ, vel rei certæ dependentis à voluntate danris, vel promittentis, nec sufficiens censeri potest spes, minusque promissio generalis, ac incerta. Ac ita docent Farinaccius cum Baldo, & Bossio *quæst.* 113. *num.*145.*& in append. cap.*8. *num.*231. *& cons.* 170. *num.* 18. *& seq. lib.*1. traduntque communiter Burſat. *dict. consil.* 20. *num.* 4. Bertazzol. *consil.* 341. *num.*38. *vol.* 2. Honded. *consil.*93. *num. 66. lib.*1. Riminald. jun. *dict. consil.*185. *num.*12. Peregrin. *de immun. dict. cap.* 7. *num.*40. Ambros. *cit. cap.*7. *num.* 9. Grammat. *vot.* 11. *num.*29. Corn. *consil.*249. *lib.* 1. Eugen. *cons.*76.*num.*138. Dian. *dict.resol.*11. Vulpel. *cons.*143.*nu.*5. Baiard. ad Clar. *loc. cit. num.*7. Cabal.*de omn.gen.homic.num.*494. *&* 548. Giurb. alios referens *cons.*70.*num.*37. *& seqq.* ubi *num.*38. ait, quod à sæculo non fuit auditum, quod magna Regia Curia sequta fuerit opinionem, quod ex incerta, & generali promissione probetur assassinium. Quod etiam testatur Intriglio. *decis. Regn. Sicil.* 40. *num.* 57. & ita decisum refert Bardeoll. *consil.* 123. *num.*26. *& cons.* 147. *num.*24. *lib.*2. Decian. *tract. crim. lib.*4. *cap.*30. *num.* 17. Guazzin. *defens.*10. *cap.*13. *num.* 8. Adden. ad Farinac. *consil.*4. *litt. A. limit.*2. *& cons.*10. *num.* 1. *& seq.* Squil. *de privileg. Cler. cap.*7. *num.*113. Lezan. *dict.v. Immunitas num.*13.Bonac. *disp.3.qu.7.de immun.pun.*4. *num.*18. Gabr. *d. cons.*170. *à num.*18. *lib.* 1. injustè reclamantibus Justo Osdesob. *in prax. crim. tit.*2. *can.*10. *num.*9. Vincentio de Franch. *dec.* 170. Mastrillo *de indult. cap.* 31. *num.* 11. Villagut. *de extens. leg. tit. de crim. assas. num.*8. pluribusque aliis.

Tertiò requiritur, quod promissio sit expressè accep- 37
tata, alioquin nullam parit obligationem, ac proindè non est pretio æstimabilis, nec æquivalet pecuniæ, Bald. *cons.* 183. Decian. *dict. lib.* 9. *cap.* 30. *numer.* 17. Boss. *de homic. numer.* 35. Gabriel. *de malef. lib.* 7. *concl.* 1. *numero* 39. de Grass. *eff.* 1. *Cler. numero* 8. *&* 131. *& cons.* 10. *num.*3. *vol.* 1. Gratian. *discept. forens. lib.*4. *cap.*619. *num.* 6. *& seq.* Farinac. *dict.qu.*113.*num.* 147. Grammat. *cons.*11. *num.*19. Qui subdit, non sufficere promissionem esse postea executam, quia requiritur, ut interveniat conventio, & contractus mutuæ voluntatis inter mandantem, & mandatarium, Riminald. jun. *d. cons.*685.*num.*12.qui etiam *num.* 14. subdit, non sufficere præsumptionem, quod mandatarius præsumatur accepisse promissionem mandantis, favorabilem sibi factam. Ac ita, ut requiratur acceptio expressa, nec sufficiat tacita, etiam si postea fuerit secutum homicidium, Farin. *d. num.*147. Gratian. *d.cap.*4.*num.*8.Guazz. *d.cap.*13.*n.*7. Et ut eadem acceptio expressè probetur, ut latè declarat Riminald. *d.consil.*185.*num.*14. *& seq.*

Quartò requiritur, quod pecunia data, vel alterius 38
rei promissio accepta sit pro ipsa occisione, non autem pro re alia, ut pro expensis itineris ad occidendum, vel pro occisore, à morte eripiendo, vel pro simili. Quoniam ad constituendum assassinium requiritur, quod non gratis, sed pretio committatur homicidium, ut supra diximus, & docent Bald. *dict.consil.* 170. *num.*21. *&* 23. Boss. *loc.cit.num.*34. Vulpel. quem sequitur Ambrosin. *dict. cap.*7. *numero* 9. Farinac. *dict. quæstion.* 123. *numero* 158. *& in append. dict. cap.* 8. *numero* 127. Lezana *dict.v. immunitas num.* 13. & Bonac. *dict. quæst.* 7. *pun.*4 *num.*18.

Quare si quis, nulla interveniente promissione, ali- 39
quem incautum occidat, vel occidi faciat, motus spe solùm aliquid obtinendi, vel succedendi in bona occisi, assassinium non committeret, ac proinde immunitate gaudebit, ut contra Jo: Andream *in dict. cap. penultim de Cleric. non resid.* & alios, quos citat Giurb. *cons.*70. *nu.* 27. & Graf. *eff.*1. *Cler. num.*701. docent Farinac. *de homic. dict. quæst.* 123. *num.* 158. *& seqq. & in Appendice de immun. dict. cap.*8. *num.*138. Paris. *cons.*166.*n.*2. *& seqq. lib.*4. Honded. *cons.*86.*n.*68. *lib.* 2. Grillenzon. *cons.* 45. *num.*7. Mascard. *de prob. tom.*1. *concl.*138. *num.*2. Gabr. *com. opin. tit. de malef. concl.*1.*n.*34. Menoch. *de arb. l.*2. *cent.* 4. *cas.*360. *n.*42. Peregr. *d.c.*7.*n.*48. Ambros. *eod. cap.*7.*n.* 8. Diam. *d. resol.*11. Baiard. ad Clar. *§. assassinium nu.*11. aliique. Quia necessarium est, ut pecunia, resve alia, vel promissio interveniat, ut assassinium dicatur commissum.

An autem testis, qui pecunia, vel alia re corruptus 40
falsum deponit, undè innocens ad mortem damnatur, ac Judex, qui etiam corruptus, innocentem ad mortem damnat, sint verè assassini, controvertitur. Negat Bonacin. *dict. quæst.*7.*punct.*6. *§.* 3. *num.*8. Affirmant Marc. Ital. *de immun. lib.*1.*cap.*5.*§.*4.*&* 5. *num.*144.*ac seqq.* Curtel. *lib.*1. *quæst.*19. *num.*14. *& seq.* Peregr. *d.cap.*7.*nu.*42. ac Delben. *loc. cit. sect.*7. *num.*2. quibus & ego adstipulor, cùm hi puniantur lege Cornelia de Sicariis, quæ punit omne homicidium dolo illatum, si quis falsum testimonium capitalis criminis dixerit, si quis cum esset in magistratu pecuniam accepit, ut capitalis criminis reus fieret, *l.*1.*& 4. ad leg. Cornel. de Sicar.* Quare incurrunt sicariorum crimen, & pœnam, atque adeò privationem immunitatis Ecclesiasticæ. Idem affero de muliere, quæ procuravit abortum propter pecunias sibi datas ab aliis hæredibus, ac substitutis. Secus verò si non pecuniis, sed odio mariti, vel ex alia causa. Idque elicio ex *d. l. non solum, §. si mandato, ff. de injur. & ex d. cap. pro humani de homic. in 6.* ubi expressè tales delinquentes vocantur assassini, & in Constitutione Gregoriana dicuntur assassinii rei.

41 Illudque advertendum omninò est, quod non solùm debet intercedere pecunia, ut assassinium dicatur, sed etiam requiritur, ut plenè constet, aut per testes, aut per confessionem rei, quod ipsa pecunia fuerit data pro illa causa, pro qua prætenditur datum mandatum, ut in simili de crimine Simoniæ probat textus *in cap. de hoc de Simon.* Multòque magis hoc procedit, quando potest apparere alia causa probabilis, propterquam pecunia sit data, cùm potius sit præsumendum, esse datam pro causa licita, quàm illicita, ut per Farinac. *dict. quæst.*123. *nu.* 154. *cum seqq.*

42 Certumque est, quod cessante assassinii qualitate, concludenter non probata, non est locus Constitutioni Gregorianæ adeò, ut nec præsumptiones, neque indicia sufficiant, quominus prætensus reus extractus ab Ecclesia, sit eidem restituendus, ut per Mar. Ital. *de immunit. lib.* 5. *cap.*6. §.1. *num.*80. *& seqq.* Castil. *dec. Regn. Sicil.*156. *num.*5. *ac seqq. lib.*2. Giurb. *cons.*10.*num.*24. Ric. *in pr. var. resol.* 38. *num.*4. *& seqq.* Ambrosin. *de immun. cap.*11.*num.*4.*ac seqq.* Farinac. *eod. tit. cap. ult. num.* 374. *& cons.*76. *num.*3. *ac seqq. lib.* 1. *& plenius cons.*168.*n.*8. *& seq.* Ubi contraria diluit, *& lib.*2.*part.*1.*c.*22.*n.*4.

43 Præcipuè si id deducatur ex actis Judicis sæcularis quæ in eo, quod attinet ad immunitatis Ecclesiasticæ judicium, attendi non debent, sed acta solius Judicis Ecclesiastici competentis, Mar. Ital. *d.c.*6. *num.*79. Ambros. *d. c.*11. *num.*2. *ac seqq.* Farin. *de immun. n.*367. *& seqq. & n.*373. *& d. cons.*168. *num.*26. *& seqq.* Ricc. *resol.*450. *n.*3. & nos alibi. Sique in actis Judicis sæcularis non sint testes examinati pro institutione Curiæ repetiti, ut ad effectum exclusionis ab immunitate requiritur, Ambros. *loc. alleg.* & Farin. *d. cons.* 178. *num.*1. *& seqq. & d. cons.* 168. *num.* 49. & 40. Sique indicia, quæ prætenduntur pro mandato ad occidendum non censeantur relevantia, non solum ad convincendum, sed neque ad torquendum.

44 Non enim relevat prætensi mandatarii depositio. Quia solùm ejus dictum in crimine assassinii non est sufficiens ad torquendum, nisi alia concurrant, quæ sint proxima delictum tangentia, non autem remota, Farinac. *cons.*10.*num.*31.*ac seqq.* Ubi rationes, *& cons.* 19. ibique Add. *litt. B. & quæst.*4. *num.*19.

45 Cùmque ipse sit mandatarius, non meretur fidem quamvis diceret, se occidisse de mandato alterius. Osasch. *dec.* 71. *num.*5. & 12. Vermigliol. *cons.*119. *nu.* 33. Carpzov. *in prax. part. quæst.*120. *num.* 40. Guaz. *de* 32. *cap.* 8. *num.*5. Farinac. *qu.*79. *num.*52. *& cons.*10. *nu.* 25. *ac pluribus sequentibus.* Ubi ait, hoc maximè procedere, quando inculpatur vir bonæ famæ, ac conditionis Præsertim si deposuerit sub spe impunitatis, sibi promissæ quo in casu nullum facit probationis gradum juxta consilium Imolæ 109. & firmat Farinac. *qu.*81.*cap.*8.*n.*276. Sique ex testibus examinatis à Curia Ecclesiastica convincatur mendax, ut per Farin. *cons.* 182. *n.*19. & indicia deducantur à fisco sæculari ex suo processu, qui tanquam constructus contra Clericum, nihil operatur, estque ipso jure nullus, ut comprobat Carolus de Graf. *eff. Cler.*1. *num.*228. *&* 232. Bellet, *disq. Cler. prax. tit. de fav. Cler. pers.*§.12. *&* 13. minoraque indicia resultent ex actis Curiæ Ecclesiasticæ, quibus standum est.

Minus publicæ vocis, & famæ prætextus, quamvis 46
dici posset, ortum habuisse tempore asserti delicti, cùm potuerit originem habere à sola depositione dicti mandatarii, Boss. *de mand. ad homicid. à num.* 38. Farinac. *quæst.*47.*n.*173.*ac seq. & num.* 176. Cabal. *resol. crimin.* 200. *num.*132. *&* 133.

Quandoquidem fama est indicium remotum, nec fa- 47
cit indicium ad torturam. Ad probandam autem qualitatem assassinii requiruntur, vel probationes plenæ, & concludentes, vel indicia indubitata, non autem per famam Genuen. *in prax. cap.*94. Ambros. *cap.* 21. Avendign. *de exequend. mand. part.*1.*cap.*22. Farinac. *cons.*168. *volum.*2. *& cons.*26.*nam.*2. *& seq. ac de immun cap.*22. *nu.* 37 4. *& d. quæst.*123. *num.*66. Novar. *in Sum. Bull. titul. de immun. num.*88. *& in tract. de assas. num.* 8. Sperel. *decis.* 64. *num.*18. *& seq.* Ac ita, ut ne quidem sufficiat ad inquirendum, etiam in casibus privilegiatis ex Pegn. *in direct. Inquis. lib.* 3. *Schol.* 20. *tit. de mod. contin. proc.* omissis aliis per Farinac. *cons.*40. *num.*36. & maximè si non sit probata cum suis requisitis, & testes non dixerint, audiville à majori parte populi, ut requiritur ex Clario *in prax. lib.*5. *quæst.* 6. *num.* 12. Giurb. *consil.* 91. *num.* 43. Farinac. *quæst.*47. *num.*136. Sitque orta post inchoatum judicium criminale, Farinac. *dict quæst.*47. *nu.* 173. *& seqq.* Cabal. *resol.* 200. *num.* 132. *& seqq.* Unde potius esset vana vox populi, quæ originem duxit ab inimicis, ut comprobant Clar. *alleg.qu.*6. *à n.*10. & alii superiùs adducti, qui docent modum probandi famam.

Nequetestium, si nihil dicant super solutione pecuniæ 48
vel rei promissæ ad occidendum, & propterea depositiones eorum prosternuntur, Cardin. Mantic. *dec.* 317. *numer.* 8.

Non obstat si dicatur, quod testes de auditu, ac fama 49
publica probant assassinium, saltem ad torturam inferendam ex Marsil. *in prax. §. examinando cum seqq.* Nam hoc privilegium peculiare, quod concedi posset in probatione assassinii, non procedit respectu probationis pecuniæ, ac mercedis promissæ, aut datæ ad hunc effectum. Cùmque sit qualitas, jurisdictionem tribuens, & mutans homicidium in aliam speciem, est probanda plenè, vel secundum communem opinionem, ac verjorem, per judicia indubitata, non autem per famam, neque per indicia, quæ influunt ad torturam. Et hæc probatio in hoc casu debet esse juxta regulas communes, ac promiscuas omnibus delictis, non autem per probationem privilegiatam, ac specialem. Quia si privilegium, quod conceditur in probatione assassinii resultat ex promissione pecuniæ, non deber concedi, ac impertiri, antequam causa privilegii, quæ est promissio mercedis sit probata,

Hinc omnia privilegia, & specialitates, quæ conceduntur in probatione assassinii, procedunt, dummodo appareat concludenter, pecuniam fuisse hac de causa, & ad hunc effectum datam, vel promissam. Unde, probata qualitate promissionis, vel dationis mercedis, si exinde dubitetur, an homicidium fuerit à mandatario commissum, tunc fortassis potest procedere conclusio, quod sufficiant testes de auditu, & fama. Nam, probata concludenter promissione mercedis, oritur qualitas assassinii, quod in hoc casu est corpus delicti, habentque locum qualitates in probatione homicidii. Ita Grammat. *vot.*11. *num.*4. *&* 5. Boss. *in prax. de for. comp. nu.*65. *& seq.* Cæphal. *cons.*621.*n.*28. Gabr. *de malef. lib.*7. *concl.*1.*n.*28. Farin. *in prax. quæst.*7.*nu.*11. *& qu.*8.*nu.*87. *& q.*86. *n.* 49. *& q.*35. *num.*31. Ciarlin. *cap.*10. *n.*77. Scap. *n.*77. *de jur. non script. rubr. de assass. cap.*18. *& seq.* At in specie, quod licet testes de auditu, & fama probent in assassinio, id tamen procedit, probata prius concludenter datione, vel promissione pecuniæ vel alterius rei ad hunc effectum docent Mascard. *de prob. lib.*1. *concl.* 157. Gabr. *dict. consil.*170.*n.*26. *& cons.*166.*n.*4. *lib.*1. Pacian. *de prob. lib.*1.*c.*9. *n.*36. Brun. *cons* 115.*nn.*39. *inter cons. crim. tom.*2. Farin. *quæst.*69. *n.*17. *& quæst.*117. *n.*5. Non enim deveniendum est ad qualitates, & accidentia inhærentia, subsantia

prius

prius non probata, Bald. *conſ.*465. *num.*5. Gratian. *diſcept.*490. *num.*24. *& diſcept.*486. *num.*8 ac alibi, & in ſpecie excommunicationis firmant Covarruv. *in cap. alma mater* §.9. *n.* 5. *de ſentent. excommun. in* 6. Sayr. de *cenſ. lib.*1. *cap.*12. *n.*3.

50 Neque fuga, & tremor mandantis, quia nihil operantur, quando datur aliqua juſta cauſa, qualis eſt rumor auditus prætenſæ inculpationis, Farinac. *dict. queſt.* 19. *num.*6.

51 Minus quoque ſi apud mandatarium fuerit inventa aliqua pecuniarum ſumma. Quoniam cum pecuniæ poterint haberi abſque delicto, nihil operatur ad illius præſumptionem, Baldus firmans, nunquam inditium oriri, ex eo, quod aliquid uno, vel altero modo eſſe poteſt præter delictum *conſ.* 259. *num.* 4. *lib.*1. Becc. *conſ.*6. *num.*12. *& conſ.*85. *num.*1. *lib.*1. Vulpel. *conſ.*97. *num.* 3.

52 Et licet prætenſus mandatarius confeſſus fuerit, ſe homicidium commiſiſſe de mandato mandantis; ſi tamen de pecunia, vel alia re ſibi data, vel promiſſa, nihil in ſuis Conſtitutis habetur, non poteſt reſpectu ſuæ perſonæ firmari, quod homicidium per aſſaſſinium commiſerit, Caſtillus, aſſerens id etiam fuiſſe diſpoſitum ex litteris Clementis VIII. *dict. dec.*156. *num.*38. & Giurba *conſ.*10. *num.*10.

53 Neque præparatio armorum, ac hominum improborum ad malum finem. Nam id non concludit perneceſſe homicidium cum mandato, ac per ſe adeò ut nec ſufficiat ad torturam, ut teſtatur Farin. *qu.*52. *n.*164. Neque id conſideratur, niſi cum inimicis, ut per Guazzin. *def.* 4. *cap.*14. *ac* 21. Unde prius oporteret probare inimicitiam capitalem, aut litem, quæ contineat omnia, vel majorem partem bonorum, ut requiritur ex traditis à Farinac. *qu.*49. *num.*13. Vermigl. *conſ.*331. *num.* 6. Vulpel. *conſ.* 5. *n.* 53. Et converſatio cum dictis hominibus probari debet ante delictum, & ad hunc effectum præciſè. Nam ſi aliam interpretationem id accipere poterit, ex eo non oritur indicium ſufficiens, Honded. *conſ.*96 *num.*5. *& ſeq. vol.* 2. Guazz. *d. def.* 4. *cap.* 14. *num.* 16. Allocutio verò nunquam inducit præſumptionem tractatus illiciti, & potius in bonam, quàm in malam partem accipi debet, Vulpel. *conſil.* 96. *num.*4. Maſcard. *de probat. concl.*1139. *n.*19. Farinac. *conſ.*55. *n.*18. *ſeq. & conſ.* 219. *n.*5. *vol.*3. *& conſil.*37. *n.*23. *& qu.*134. *nu.* 60. egregiè *conſ.*141. *num.*70. Vermigl. *conſ.*46. *num.*16. *& ſeq.* qui omnes, tunc tantum retentionem, converſationem, & allocutionem conſiderant, quando præcedit capitalis inimicitia.

54 De Clerico autem aſſaſſino alibi copioſè diſſeruimus.

55 Quod verò ad conſtructionem novi proceſſus non poteſt retardari, & ſub prætextu redintegratio immunitatis Eccleſiaſticæ. Si aſſignatus, vel lapſus fuerit terminus competens conſtruendi proceſſum, illumque Ordinarius tranſmiſerit ad S. Congregationem.

56 Si probationes jam fuerint receptæ, inſtante fiſco ſæculari; Unde non eſt locus novo proceſſui, præſertim in materia immunitatis, quæ requirit celerem expeditionem, ne illi detrahatur, & reis extractis, ac reſtituendis irreparabile præjudicium inferatur per longiorem cuſtodiam, Lezzan. *in ſum. v. immunitas numer.* 28. ac Delben. *de immun. cap.*16. *dub.*43. *ſect.*2. *num.*11. ubi refert, quod ſit ſublata longinquitas temporis in procedendo in hujuſmodi cauſis.

57 Si fiſcus ſæcularis concluſerit in cauſa coram Ordinario Eccleſiaſtico. Poſt enim concluſionem in cauſa, nemo admittitur ad novas probationes faciendas, *cap. cum dilectus*, ubi Gloſſa, *v. concluſum de fid. inſtr.* Scacc. *de judic. cap.*12. *num.*16. *lib.*2. Ideoque cum fuerit prima inſtantia terminata in partibus per ſententiam diffinitivam, non competit aliud remedium, quàm appellationis, Scacc. *de appell. quæſt.* 17. *num.* 1. Eoque præſertim, quia fiſcus ex laudabili conſuetudine à modica pœna ſeu ſententia contra ipſum lata, non appellat, idque non ſolum ex ſtylo Romanæ Curiæ, ſed etiam ubique locorum obſervatur, ut in tota Italia teſtatur Farinac. *quæſt.*101. *num.*32. Maceraten. *reſol.*41. *num.*2. *& ſeq. lib.* 3. Guazz. *defenſ.*36. *cap.*14. *num.*2. & egregie Donat. Anton. de Matin. *tom.*3. *alleg.*17. *num.*1. *& ſeq.* Quandoquidem Auditor Cameræ Apoſtolicæ juxta ſuas facultates ſibi à Summis Pontificibus attributas, eſt Judex Ordinarius Secundarum inſtantiarum omnium cauſarum, ad forum Eccleſiaſticum ſpectantium, ut in Bulla Gregorii XIV. poſt Saluſt. *in prax.* §.9. exercetque juriſdictionem in Univerſi Orbis terrarum Provinciis, ac Regnis, tam in civilibus, quàm in criminalibus, Ridolphin. *in prax. part.*1. *cap.*1. *num.*20.

58 Ac præſertim ſi Epiſcopus, tanquam delegatus Apoſtolicus proceſſerit, poſt cujus ſententiam cauſa ad Curiam Romanam devolvitur, Scacc. *loc. alleg. qu.*8. *n.* 96. *& ſeq.* & Guazz. *d. defenſ.*36. *cap.*17. *n.*1. Et circumſcripta dicta delegatione, omnes cauſæ appellationum devoluntur ad d. Curiam Romanam, *cap. ut debitus de appell.* Gabr. *conſil.* 182. *num.*2. *lib.*2. Ridolphin. *loc. cit. part.*3. *cap.*1. *num.*148. In Romana enim Curia ob reſidentiam Summi Pontificis, qui habet omnia jura in ſcrinio pectoris ſui, æqua lance juſtitia utrique parti redditur, Zabarel. *conſil.*136. *ſub initio*, Ridolphin. ibidem *c.*1. *num.* 162.

59 Quinimò propter tranſportationem actorum ad Auditorem Cameræ, etiam in hoc caſu, quo non eſſet devoluta, eſt retinenda in Curia, cùm non ſit res amplius integra, Farinac. *in cap. cum ceſſante numer.* 15. *de appell.* & ob expenſas factas in tranſportatione, Marcheſ. *de commiſſ. avocat. cauſ. part.* 2. §. *num.* 68.

60 Et nunquam fit remiſſio à majori tribunali ad minus juxta conſilium 124. Oldradi *num.* 4. & maxime in Romana Curia, in qua viget antiquiſſima conſuetudo ut nunquam remittatur, ut per eundem Oldrad. *loc. cit: num.* 5. Boer. *deciſ.* 29. *num.* 7. Hinc quotidie experimur, quod nedum rei, qui ſtant ſub fidejuſſione, ſed etiam qui frangunt carceres ſe conſtituunt in Urbe coram Auditore Cameræ, & nunquam eorum cauſæ remittuntur ad partes, ſed definiuntur ab eodem Auditore Cameræ.

61 Attenta maxima qualitate cauſæ, quæ cùm ſit demajoribus, concernens immunitatem Eccleſiaſticam, Dei ordinatione, & Canonicis ſanctionibus conſtitutam in Curia eſt cognoſcenda, ut late comprobat Ridulphin. *dict. part.*3. *cap.*1. *num.*143. *&* 145. Quod verò ad pœnas Eccleſiaſticas in aſſaſſinos *ex dict. cap.* 1. *de homicid. in* 6. Si quis quempiam Chriſtianorum per aſſaſſinium interfici fecerit, vel tantum mandaverit, quamquam mors non ſit ſequuta, aut aſſaſſinum receptaverit, vel defenderit, ſeu occultaverit, primò excommunicationis ſententiam incurrit ipſo facto, quæ tamen non eſt reſervata, ut notat Gloſſa, *ibi*, & Farinac. *quæſt.*123. *num.*11.

62 Secundò incurrit pœnam depoſitionis, ſeu privationis omnis dignitatis, honoris, ordinis, officii, ac beneficii ipſo facto *ex dict. cap.* 1. & hæc pœna reſpicit tam laicos, quàm Clericos, ut de communi teſtatur Farinac. *loc. cit. num.*13. Et hæc depoſitio privat etiam omni privilegio Clericali, ut mox dicetur. Sed non ligat hæc pœna ante declaratoriam criminis commiſſi, ut per Suarez *diſput.*23. *ſect.*5. *num.*46, *de cenſur.* ac de communi teſtatur Farinac. *ibidem num.*17. Quare non poterit Judex, ſive ſæcularis, ſive Eccleſiaſticis ante declaratoriam illum expoliare.

63 Tertiò ex eodem *cap.* 1. incurrit pœnam perduellionis, ſeu diffidationis perpetuæ à toto populo Chriſtiano ipſo facto in perſonam, & bona ſua, ut tanquam publicus hoſtis habeatur ita, ut poſſit impunè à quocumque occidi, ut declarant Gemin. *in dict. cap.* 1. Sylveſt. *v. aſſaſſinus* §. 3. Alter. *tom.* 1. *de conſ. diſp.* 20. *lib.* 5. *capit.* 1. §. 7. Farinac. *dict. quæſt* 123. *numer.*8. Et bona ipſius primo occupanti concenduntur, Farinac. *ibid. num.* 9. cum multis Doctoribus. Sed requiritur ad hanc pœ-

nam diffidationis exequendam ſententiæ declaratoriæ criminis probati, Farinac. *eo loc. num.* 17. cùm per eum adductis. Immò gravius dicunt Doctores, etiamſi ſit declaratus, quod non fiant tales executiones à privatis, niſi ex licentia ſpeciali, ut per Farinac. *quæſt.*189. §. 3. *nu.* 35. cum communi.

64 Et amplia ſecundum magis communem, quòd licet textus *in dict. cap.* 1. inferens pœnas prædictas, non loquatur de ipſo aſſaſſino, ſeu mandatario, mercede conducto, tamen per interpretationem communiter extenditur, etiam ad eundem, ut Doctores plurimi, quos allegat, & ſequitur Farinac. *dict. quæſt.* 123. *num.*19. Quamvis contrarium teneat Suarez *diſp.* 23. *ſect.* 4. *num.* 18. *de cenſur.* Sayr. *eod. tract. lib.* 3. *cap.*34. *num.*21. & Farinac. *tract.*29. *num.*106.

65 Quattò irregularitatem incurrit ex homicidio voluntario mandans, & mandatarius, & omnis cooperans, ſequuto effectu, Reginal. *lib.* 30. *num.* 123. Suarez *loc. cit. diſp.*44. *ſect.*3. *num.* 7. Avil. *de cenſ. par.*7. *diſp.* 6. *ſect.* 2. *dub.*2.

66 Quintò, etiam non ſequuto effectu, ſequuta tamen ſententia de crimine probato erunt infames infamia inris, quia eſt judicium publicum, & erunt conſequenter irregulares. Quod etiam probatur *ex dict. cap.* 1. dum vult, eos eſſe eo ipſo depoſitos omni honore, & ordine, quàm eſſe irregularitatis pœnam, ait Barboſ. *in dict. cap.*1. *num.*13.

67 Sextò mandans, & mandatarius, & cooperantes eo ipſo privantur immunitate Eccleſiæ, ſeu loci ſacri, ut ſi ad illum confugiant, extrahi poſſint, ſervatis conditionibus, de quibus in Conſtitutione Gregoriana, & procedit etiam effectu non ſubſequuto. Quia Gregorius XIV. in dicta Conſtitutione privat jure immunitatis, non ſolùm eos, qui proditoriè proximum ſuum occiderunt, ſed etiam aſſaſſinii reos. An autem dicantur rei aſſaſſinii, etiam effectu non ſequuto, ſupra jam diximus.

68 Septimò Clerici, & Eccleſiaſtici de hoc crimine puniri poterunt à Judice laico abſque alia degradatione, quia ſunt ipſo jure degradati, ita Gemin. *in dict. cap.*1. *in fin.* Capyc. *dec.*155. *num.* 25. & communem, ait Guttier. *pract. lib.* 3. *quæſt.*7. *num.*23. Zerol. *in prax. par.*1. *v. aſſaſſini*, Diaz. *in pr. cap.* 100. *num.* 4. ibique Salzedo. Quod intelligendum eſt ſequuta prius declaratoria ſententia Judicis Eccleſiaſtici, ut cum pluribus Doctoribus; atque ex vera ſententia, diffusè alibi tradidi. Quamvis Barboſa *in dict. cap.* 1. *num.* 14. cum quibuſdam teneat; neque eſſe degradandum, neque tradendum Curiæ ſæculari Clericum ob crimen aſſaſſinii, ſed ſolum deponendum, & textui concedenti eum impunè occidi, reſponder, loqui de laicis, non de Clericis. At tu lege, quæ alibi ſcripſi.

69 Si denique ex proceſſu Eccleſiaſtico conſtructo è proceſſibus ſæcularibus loco articulorum, ſeu inſtructionis pro parte fiſci laici exhibitis in S. Congregatione, excludatur qualitas delicti excepti in Conſtitutione Gregoriana. Quo caſu, quando materiæ ſunt irrelevantes, non eſt locus ulteriori examini ad probandum, id quod ſi probatum fuiſſet, non relevaret, *l. ad probationem, C. de probat.* Rota *dec.* 111. *num.* 8. *par.* 6. *rec.* Maximè in Regno Neapolitano, ut dixit Rota *in Neapolitana illegitimitatis* 18. *Maii* 1607. *coram Pegna* poſt Conſil. Farinac. *dec.* 239. *num.* 3. *ac ſeqq. lib.*2. At iniquè. Id enim ab adverſariis noſtris extractum eſt variis calumniis. Exiſtunt etiam injuriæ ſæpè calumnia quadam, & nimis calida, & malitioſa juris interpretatione. Quare tu, mi Judex, æquitatis judicium cum erit, cave ne iſta tam frigida, tamque jejuna calumnia deliteſcas.

CONSULTATIO XLIV.

An Principi ſive Univerſitati vigore generalis edicti ſæcularis, liceat abſque metu cenſurarum Epiſcopum, aliaſque Eccleſiaſticos, verſantes à locis morbo contagioſo infectis, vel ſuſpectis, impedire, ne ingrediantur eorum civitatem, ac diœceſim, quæ libera eſt à contagione? Ubi aliqua de excommunicatione cautè ferenda, ubique peſte nonnulla erudite.

1 ET ſanè ſunt, qui univerſim aſſerant, Epiſcopos, & quoſcumque alios Eccleſiaſticos, tanquam inobedientes juſtis mandatis Principum, vel ex quibuſcumque aliis delictis, licitè poſſe ab ipſis Principibus è Regno expelli, quia debent eis obedire, eorumque leges ſervare, cum ſint partes Reipublicæ. Ita Bobadil. *in polit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.*10. *num.*66. Caliſt. Ramirez *in tract. de leg. Reg.* §. 27. *n.* 12. Jo: de Hevia *in Cur. Philip. par.* 1. §. 5. *num.* 33. Pereir. *de man. Reg. cap.* 121. *num.*12. Padill. *par.*2. *cap.* 8. *nu.* 4. Giurb. *conſ. crim.* 48. *num.* 16. Anton. de Ball. *tract. var. lib.*3. *prag.* 1. *tit.*10. *num.* 4. Fuſc. *de viſit. lib.*2. *cap.* 20. *nu.* 25. Humad. *in leg.* 65. *tit.*5. *par.* 1. *in gloſſ.*8. Cèval. *de cognit. perviam viol. gloſ.* 6. *num.* 54. Azuved. *tom.* 2. *lib.*4. *tom.*1. *leg.*4 *n.*12. Cened. *in quæſt. Can.* 25. *num.* 24. Salgad. *de proſect. regi. tom.* 1. *par.* 1. *cap.* 2. *à nu.* 273. Sotomajor. *de tertiis tom.*7. *cap.*41. *num.* 190. Curtel. *ad leg. Feder. cap.* 22. *not.* 25. *nu.*5. aliique Juriſtæ apud ipſos. Nam debent juſtis Principum mandatis obedire, ac obſervare eorum leges, cum ſint, & ipſi pars Reipublicæ quæ debet eſſe ſibi ſufficiens. Quare ſicut propria auctoritate poteſt ſe defendere, & conſervare indemnem à quacumque alia civili Republica, ſic etiam poterit ab Eccleſiaſticis.

2 At verò ita hac in re diſtinguendum eſt. Leges, vel edicta Principum ſæcularium, quæ lædunt libertatem Eccleſiaſticam, uti injuſtæ, non ligant vi ſuæ coactivæ Eccleſiaſticos, Paret *ex cap. quamquam de cenſib. in* 6. *ex cap. Eccleſia S. Mariæ. & cap. quæ in Eccleſiarum de conſtit. cap. noverit de ſentent. excommun. cap. nit. de immun. Eccleſ. in* 6. *cap. diligenti, cap. ſignificaſti de for. comp.* ac decernit Sacr. Concil. Trident. *ſeſſ* 25. *cap* 20. *de reform.* & nos paſſim. Defectu enim poteſtatis non poſſunt comprehendere Eccleſiaſticos, Menoch. *conſ.* 100. præcipuè *num.* 221 *ac ſeq.* Cabal. *caſ.*9. *nu.*10. *&* 11. *& caſ.* 12. *à n.* 1. & in ſpecie de peſte Marchin. *de bell. div. par.*4. *cap.* 2. aliique omnes. Nemo enim dicere non horret, Epiſcopum edictis, ac ſtatutis ligari poteſtatis ſæcularis in ſua diœceſi, in qua Princeps dicatur, *cavendum* 10. *quæſt.* 3. *cap. ſi quis de major. & obed.* Sacr. Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.*6. *de reform.* in qua præcipuam omnium rerum agendarum auctoritatem habet, Bald. *in cap. at ſi Clerici num.* 16. *de judic.* Speterl. *dec.* 110. *nu.* 23. *& ſeqq.* & major quocumque Principe ſæculari in illa eſt, Abb. *in cap. cum omnes num.* 1. *& cap. ſolita. num.* 7. *de major. & obed.* Viu. *dec.* 230. *num.*33. Ricc. *dec.* 97. *n.* 2. *par.*1. Giurb. *conſ.*74. *num.*9. *&* 16. Speterl. *dec.*122. *num.* 16. *& dec.*10. *n.*18.

3 Hinc ſequitur, excuſari non poſſe Univerſitatem, quæ decreto ſuo, vel parendo edictis ſui Principis ingreſſum in Civitatem, vel diœceſim proprio Epiſcopo prohibet. Quia hujuſmodi edicta nullo modo ligant Epiſcopum, & Eccleſiaſticos defectu poteſtatis. Ubi enim defectus poteſtatis eſt notorius, atqueadeò nullitas legis, non excuſantur executores à pœna, Farinac. *quæſt.*31. *n.* 100. Scacc. *tract. crim. de judic. lib.*1. *cap.*46. *nu.*30. Cavalcan. *de brach. rég. par.*1. *nu.*43. *& ſeq.* Peregr. Janouin. *de citat. real. lib.*1. *cap.* 1. *num.* 180. *& ſeq.* Guaz. *def.* 5. *cap.* 4. *num.* 7. & generalius idem Farinac. *quæſt.* 97. *num.* 3. & Marant. *diſp.* 1. *num.* 20. *&* 37. ubi omnia jura, quæ dicunt obediendum eſſe præcepto Superioris juſto, vel injuſto, intelligenda ſunt, ſi non ſit ipſo jure nullum, vel non contineat notoriam injuſtiam.

4 Ligant verò vi ſolùm directiva, dummodò non dedeceant Eccleſiaſticorum ſtatutum ſint communes Eccleſiaſticis, & laicis, non autem ſpeciales pro ſolis Eccleſiaſticis, in quo caſu ipſi non comprehenduntur, Rota *deciſ.* 520. *num. par.*3. *rec.* ac denique ſint convenientes rectæ gubernationi Reipublicæ. Ita docent Canoniſtæ *in dict. cap. Eccleſia Sancta Mariæ de conſt. & cap.* 1. *de nov. oper. nunc.* Ac Legiſtæ *in l. cunctos populos, C. de ſum. Trin.* Theologi, ac Doctores communiter,

Angel. *in sum. v. lex*, Sylv. *eod. v. quæst.* 17. Sà *eod. etiam v. num.* 11. Victor. *relect.* 1. *de potest. Eccles. quæst.* 1. *prop.* 4. Sot. *de just. lib.* 1. *quæst.* 6. *ar.* 7. Medin. 1. 2. *quæst.* 96. *art.* 5. *dub. ultim.* Navarrus, sibi contrarius, *in man. cap.* 23 *num.* 88. Molin. *tom.* 1. *de just. tr.* 2. *disp.* 31. *concluſ.* 9. Suarez *de leg. cap.* 34. *num.* 6. *& lib.* 4. *defenſ. fid. cap.* 16. Ledeſm. *tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 32. *diffic.* 4. Peyr. *de privil. Minim. tom.* 1. *conſt. ſub.* 2. §. 33. *num.* 151. Salgad. *tom.* 1. *par.* 1. *cap.* 5. *num.* 64. *prælud.* 2. Curtel. *de immun. Eccleſ. lib.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 2. Arauxus *in* 1. 2. *quæſt.* 97. *diſp.* 3. *ſect.* 5. *diff.* 4. *num.* 4. Ceval. *de cognit. per viam viol. in prælect. num.* 30. Salon. *tom.* 2. *in* 2. 2. *quæſt.* 77. *art.* 1. *contr.* 10. Covar. *pract. cap.* 33. Vaſquez 1. 2. *diſp.* 167. *cap.* 4. Sayr. *in clav. reg. pt.* 1. *lib.* 3. *cap.* 4. *numer.* 16. Azor. *tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 12. *quæſt.* 3. *& tom.* 2. *lib.* 9. *cap.* 7. *quæſt.* 8. *&* 9. Tanner. *in diſp. de legib. & privil. aſſert.* 45. Salas *de legib. diſp.* 14. *ſect.* 8. *num.* 94. Salzed. *in prax. crim. can. cap.* 55. Lorca *in* 1. 2. *tom.* 2. *tract. de legib. diſp.* 25. *membr.* 4. Bellarm. *lib.* 1. *de Cleric. cap.* 28. Dian. *p.* 1. *tract.* 10. *reſol.* 12. & quamplures alii.

Deſumitur *ex can.* 1. *cap. quoniam, can. de capitulis diſt.* 10. *can. cum ad verum d.* 96. *& cit. cap.* 1. *de nou. oper. nunc.* probatur ratione. Quia Eccleſiaſtici neque de jure divino, neque humano eximuntur à legibus, quatenus hæ cum libertate Eccleſiaſtica, ſive quatenus cum ſacris, Canonibus, & cum Clericorum ſtatu non pugnant, ſed ſolùm ad Reipublicæ rectam gubernationem, ac quietem pertinent. Quapropter D. Chryſoſtomus locum illum Apoſtuli: *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit*, ita interpretatur. Quaſi dicat, *etiamſi Apoſtolus ſis, etiamſi Evangeliſta, etiamſi Prophetа, ſive tandem quiſquis fueris, neque tamen poteſtatem ſubvertit iſta ſubjectio.* Et paulò poſt: *Facit hoc Apoſtolus, ut oſtendat, Chriſtum leges ſuas non ad hoc induxiſſe, ut politias evertat, ſed ut ad melius inſtruat, oſtendens, quod iſta omnibus imperentur, & Monachis, & Sacerdotibus, non ſolum ſæcularibus.* Et antea dixerat: *Omnibus hæc præcipi Sacerdotibus, ac Monachis, non autem iis ſolis qui hujus vitæ negotiis occupantur.* Idem quoque fatetur reſponſio ad apologiam contra Bellarminum ſub nomine Romuli, quæ communi conſenſu eidem Bellarmino tribuitur *fol.* 114. in qua hæc habentur: *Epiſcopi in temporalibus Regibus, & Reges Epiſcopis in ſpiritualibus ſubjecti eſſe debent, ut copioſè diſputant Gelaſius Primus in ep. ad Anaſtaſium, & Nicolaus ad Michaelem Imperatorem. Quoniam verò Romanus Epiſcopus, non modo Summus eſt Princeps Eccleſiaſticus, cui omnes Chriſtiani divino jure ſubjiciuntur, ſed etiam quoque in ſuis Provinciis Princeps temporalis, exindè fit, ut ipſe nullam ſupra ſe poteſtatem in terris habeat.* Ita Romulus, ſive Bellarminus, qui *in cit. at. lib.* 1. *de Cleric. c.* 28. diſertè ait, *quòd Clerici non ſunt exempti nullo modo ab obligatione legum civilium, quæ non repugnant ſacris Canonibus, vel officio Clericali quoad Deum, ac in Divinis.*

6 Quod tamen intelligendum eſt in temporalibus tantùm, & ſolùm, quod ad vim directivam, non autem quod ad vim punitivam, ſive coercitivam, quidquid in contrarium efficiverit Curtellius *de immun. Eccleſ. lib.* 2. *quæſt.* 8. Nam quod ad vim punitivam certum eſt, quod Eccleſiaſtici, etiam in temporalibus, à legibus civilibus de Jure Canonico exempti ſunt, ut liquet *ex c. ſi & Clerici, c. qualiter de judic. & ex dict. cap. Eccleſia S. Mariæ de conſtit. cap. decernimus de re judic. & cap. ſæculares de form. comp.* quæ jura non ſolùm probant de punitione, quæ cauſæ cognitionem requirit, ſed etiam de punitione, quæ ipſi delicto annexa eſt. Quandoquidem hæc punitio eſt etiam quædam virtualis ſententia, lata non adverſus Communitatem, ſed adverſus quamlibet perſonam delinquentem. Atque adeò, cùm Eccleſiaſticus exemptus ſit à juriſdictione ſæculari, quod ad vim punitivam, conſequens eſt, quod ligari non poſſit pœna per Judicem ſæcularem conſtituta.

7 Solùmque poteſt aliquando poteſtas laica exercere vim punitivam, & coactivam in Eccleſiaſticos poteſtate extraordinaria in caſu, quo Eccleſiaſtici Reipublicæ moleſtiam ac periculum inferant, & remedium, neque à Superiori Eccleſiaſtico, neque à Summo Pontifice obtineri poſſit, vel quia tenuant aures præbere, vel quia periculum ſit in mora, & ad eos recurrere, tempus non ſuppetat, cùm res dilationem non patiatur, Quia tunc id ſe habet non per modum juriſdictionis, ac imperii, ſed per modum juſtæ, ac neceſſariæ, atque naturalis defenſionis ſuorum, nam jure naturali dictante, licet vim vi repellere, etiam præveniendo. Siquidem metuenda, & antevertenda ſunt damna, quæ evenire probabiliter poſſunt, *arg. cap. bona*, ubi gloſſ. *v. metuebat. de elect.* & docent Grammat. *dec.* 5. *num.* 7. Gaill *de pact. publ. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 6. Fernandez *par.* 2. *cap.* 6. §. 2. *num.* 4. Simanc. *de cath. inſtitut. cap.* 44. *nu.* 31. Autter. *de poteſt. ſæculari in Eccleſ. reg.* 2. Guliel. de Bened. *in cap. Rarnuciùs v. & uxorem nn.* 454. Souſ. *in Bull. Cœn. cap.* 16. *diſp.* 82. *nu.* 9. Bannes 2. 2. *quæſt.* 67. *art.* 1. *dub.* 2. Lorca 1. 2. *tom.* 2. *de legib. diſp.* 25. *membr.* 4. Jo. de la Cruz. *in direct. par.* 1. *c. præcept.* 8. *quæſt.* 3. *art.* 1. *dub.* 3. *concl.* 31. & alii, quos citat, & ſequitur idem Curtell. *in Cod. polit. not.* 24. *n.* 5.

8 Ubi enim fruſtratio judicii ex Judicis mora, vel abſentia, periculo inſtante timetur, quiſque Judex eſt, *l. nulli, C. de judic. & l.* 3. §. *ſi debitorem ff. quæ in fraud. cred.* Idemque dicitur de nocturno fure *in la C. quando licet unic. ſive ludic. vindic.* Qua propter ubi Iudex Eccleſiaſticus renueret mederi, vel abeſſet, id licere, tradunt Victor. *relect. de not. Eccleſ. quæſt. fin. n.* 8. Sot. *in* 4. *diſt.* 25. *art.* 2. *quæſt.* 2. Azor. *par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 14. *quæſt.* 2. Molin. *de juſt. tom.* 1. *tr.* 1. *diſp.* 31. *concl.* 4. Henriquez. *par.* 1. *ſum. lib.* 4. *cap.* 12. *n.* 6. Salas *de legib. diſp.* 14. *ſect.* 9. *n.* 111. Suarez *in Reg. Angl. lib.* 4. *cap.* 34. *n.* 6. *& ſeqq.* Baldel. *lib.* 5. *diſp.* 33. *n.* 18. Waldenſ. *lib.* 2. *doctrinal. fid. cap.* 8. & alii, quos ſectatur Curtel. *dict. not.* 25. *ad legem Feder.*

9 Quæ ita vera ſunt, quod ſi ſuperior ipſe Eccleſiaſticus turbationem ſuſcitat, poſſe & ipſi reſiſti exemplo Salomonis animadvertentis in Abiathar, Summum Sacerdotem, ſeditionem, ac perduellionem tentantem, Reg. *lib.* 3. *cap.* 2. 26. licet non in eum juridicè ſtatui, docent Felinus, ac Decius *in cap. ſi quando de reſcrip.* Soccin. ſen. *in cap. nulli de ſentent. excommun.* Navarr. *in cap. cum contingat remed.* 2. *de reſcrip.* Ortiz. *par.* 2. *oppoſ.* 1. Sot. *in* 4. *diſt.* 25. *quæſt.* 1. *art.* 2. *num.* 23. Victor. *de poteſt. Pap.* ubi ait, quod ſi Papa præciperet aliquid in deſtructionem Eccleſiæ, poſſit Princeps ſæcularis de facto, vel vi reſiſtere, ac impedire illius executionem, Gerſon, *in regul. moral. tit. de Præcept. Decalog. & conſ.* 10. *de unit. Eccleſ.* Sylveſt. *v. Papa* 4. Caiet. *de poteſt. Pap. cap.* 27. Cordub. *lib.* 4. *quæſt.* 10. *diſt.* 13. Turrecr. *lib.* 2. *cap.* 106. Tolet. *in ſum. explic. Bull. Cœn. excommun.* 9. & Bellarm. *de Rom. Pontif. lib.* 2. *c.* 29. *ad* 7. ubi docet quod *ſicuti licet reſiſtere Pontifici invadenti corpus, ita licet reſiſtere invadenti animas, vel turbanti Rempublicam, & multo magis ſi Eccleſiam deſtruere niteretur.* Hoc eſt ei reſiſtere, non faciendo quod jubet, ac impediendo, ne exequatur ſuam voluntatem. Nam hæc eſt poteſtas unicuique inſita, non ſubjecta poſitivis diſpoſitionibus in rebus publicis rectè ordinatis, reſiderque in Principe, ne ſi liceret cuicumque id agere, majora ſcandala, & incommoda ſequantur.

10 Atque ex his nonnulli magni nominis Doctores aſſerunt, poteſtatem hanc in profanis Eccleſiaſticorum cauſis Principibus, ut Eccleſiæ protectoribus ab ipſa, vel ab ipſius capite Chriſto Domino daram eſſe, ut diſciplina Sacerdotalis ſarta, tectaque ſervetur, utque eis hæc facultas ex omiſſione Superiorum Eccleſiaſticorum quodammodò, ad tempus tantùm accreſcat; ut inter alios Gerſon. *ſuper lud. ſtultor. concl.* 3. *tom.* 4. ſic inquiens *In abuſibus, quibus non medentur Prælati poſſunt Principes ſanctè, & juſtè providere per edictum, ac prohibitionem generalem, atque per coactionem inobedientium, & rebellium, immò apparere poſſet, illos obligari ad id exequendum, veluti S. Eccleſiæ protectores.* S. Thom. 2. 2. *qu.* 102. *art.* 2. Abulenſ. *quæſt.* 28. & Gaſpar. Sanchez *ad lib.* 3. *Reg. cap.* 2.

Quia

11 Quia cùm id, ut diximus, non ſe habeat per modum juriſdictionis, & imperii, ſed per modum juſtæ defenſionis naturalis, minimè lædituir immunitas Eccleſiaſtica. Ex quo rejicitur Bonacin. *de legibus diſp.* 10. *quæſt.* 2. *pun.* 5. *num.* 11. Et dato, quod lædatur, adhuc fas non eſt dicere, Eccleſiam magis curare, ne ſua temporalis juriſdictio in minimo lædatur, quam ſi omnis Chriſtiana Reſpublica perturbetur, cum omnes Pontifices fateantur deſpicere ſe humana hæc omnia, ne pacis vinculum diſſolvatur. Qua de re Victor. *de poteſt. Eccleſiæ relect.* 1. *ſect.* 6. *num.* 8. *& ſeqq.* ac Suarez *in defenſ. fid. lib.* 4. *cap.* 34. Ita enim Chriſtianæ diſciplinæ, ac Pontificis muneri convenit juxta textum *in can. memor. num.* 24. *quæſt.* 1. ubi Pontifex ait: *Intelligo mihi aliter non licere, quam ut omnes conatus meos ei cauſæ, in qua univerſalis Eccleſiæ ſalus infeſtatur impendam, ne ob unam, alteramve cauſam trahendam univerſo corpori pernicies ultima eveniat.* Et Alexander III. *in cap. cum teneamur de prab.* inquit: *Si non poteſt ei ſine ſcandalo, provideri, æquanimiter ſuſtineamus, ſi mandatum noſtrum non duxeris exequendum.* Quæ adeò apud Theologos, ac juris interpretes certa ſententia eſt, ut in eam ex æquo conſentiant utriuſque opinionis vindices, tum qui pro Pontifice ſtant in controverſia de Conciliorum auctoritate, tum illi, qui Concilium Pontifici præferunt. Aſſerunt omnes eo caſu reverenter agendum cum Romana Sede, ita tamen, ut executio reſcriptorum ſuſpendatur, *non quod aliquis poſſit eſſe Judex Papæ, aut auctoritatem habeat in illum, ſed per modum defenſionis, cuilibet enim jus eſt ad reſiſtendum injuria, & impediendum, defendendumque*, ait Cajetanus *in tract. de auctor. Papæ cap.* 27. Palud. *de poteſt. Pap.* Turrecrem. *lib.* 3. *de Eccleſ. cap.* 106. *& in can. ſi Papa d.* 40. *& in can. in nomine Domini d.* 25. *& can. ſi tranſitus d.* 70. Iacobat. *lib.* 8. *art.* 3. *in* 6. *remed. & art.* 12. Eadem eſt ſententia Innocentii IV. & Oſtienſ. *in cap. quanto de jurejur.* ac Sylveſtri *in ſum. v. Papa* §. 15. *non eſſe parendum reſcriptis Papæ, quibus ſtatus Eccleſiæ perturbaretur, aut inſigniter decoloraretur.* Parnormit. *in c. ſicut de jurejur.* inquit eo caſu Imperatorem teneri ad ſubſidium Eccleſiæ. Unde Victoria *de poteſt. Pap. & Concil. propoſ.* 7. & Cordubenſis *de poteſt. Pap. quæſt.* 8. hauſerunt, in his difficultatibus poſſe ſubditos auxilia Principum implorare, ut eorum auctoritate executio impediatur.

12 Quæ omnia ita interpretanda ſunt, ut deinde argui non poſſit defectus auctoritatis in Summo Pontifice, ſed defectus intentionis. Nec enim exiſtimandum eſt ab illa Sede, quæ paternarum regularum, & juris, ac æqui cuſtodiam ab aliis exigere ſolet, alienas à commodis Eccleſiæ inſtitutiones conſultò proſicifci. Etſi enim legibus cæteris non teneatur, à rectæ rationis legibus ſolvi non poteſt. Quare ita ſe gerere ſoler, ac debet, ut præmittat clavem directionis, ante clavem poteſtatis, quemadmodum loquitur Innocentius *in d. cap. quanto de jurejur.* Unde fluxit vulgatum illud uſurpatum à Panormitano *in cap. venerabilem de elect.* & à cæteris interpretribus, omnia in arbitrio Pontificis eſſe poſita, *clave non errante.*

13 Eò ſenſu accipiendæ ſunt Leonis IV. comminationes anathematis in eos, qui mandata Romanorum Pontificum violaverint, quæ ſcilicet ab iis *ſalubriter* fuerint promulgata. Hæc ſunt eius verba relata ab Ivone *par.* 5. *decreti can.* 35. *&* 36. Et Concilio Leonis Papæ IV. Epiſcoporum 72. *Si quis dogmata, mandata, ſanctiones, interdicta, vel decreta pro Catholica fide, pro Eccleſiaſtica diſciplina, pro correctione fidelium, pro emendatione ſceleratorum, vel interdictione imminentium, vel futurorum malorum à Sedis Apoſtolicæ Præſide ſalubriter promulgata contempſerit, anathema ſit.* Eadem eſt ſententia Gregorii VII. ex Ivone *dict. loco. Qui Apoſtolicæ Sedis ſaluberrimo præcepto obedire noluerit, idololatriæ peccatum incurrit, teſte Samuele, & Beato Gregorio aſtruente.* Unde patet manifeſte, quod ſupra monui, alienum eſſe à propoſito Sedis Apoſtolicæ, ut injuſtis decreris, forteſsè pernitioſis paretur, cùm in iis tantum, quæ ſalubria ſunt, & commoda obedientiam exigat.

14 Ex quibus uniquique conſtat, hoc quoque eſſe Summorum Pontificum conſilium, ut iniquius reſcriptis conſenſus non accommodetur. Et ſi quis expectet, ut quis fuerit in hac re veterum ſenſus, nihil illuſtrius afferri poteſt eximio Facundi Hermianenſis loco, qui ſummam quoque Romanorum Pontificum auctoritatem commendat. Agit de Vigilio, Papa, quem impugnatores Trium capitulorum ſe conſuluiſſe dicebant. *Ille*, inquit Facundus, *non in deſtructionem paternæ ſententiæ*, ideſt Papæ Leonis, & Synodi Calcedonen. *ſed potius in defenſionem, atque ultionem primam accepit, & maximam poteſtatem, nec aliquid contra veritatem; ſed pro veritate plus cæteris conſacerdotibus poteſt. Paulus enim dicit Apoſtolus: Non enim poſſumus aliquid adverſus veritatem, ſed pro veritate.* Quæ verba, licet negotia fidei præcipuè reſpiciant, attamen ad diſciplinæ juſtum ordinem, qui peſſundari non debet, rectè quoque trahi poſſunt. Faciuntque tradita per Sylveſtr. *v. obedientia*, & Cordub. *lib.* 3. *quæſt.* 13. *reg.* 3. ſcilicet cenſuras, & anathema quoque diſſimulari poſſe, & aliquando etiam debere, ne ſtatus Eccleſiæ perturbetur vel ſcandalum ſequatur.

15 Et ex hac eadem ratione poſſunt Epiſcopi, cæterique Eccleſiaſtici à Principibus Regno expelli, ſi Pontifex providere nollet, vel conſuli non poſſet, & tanta eſt neceſſitas, quod clarè, ac evidenter periculum eſſet in mora, ut docet Molin. *tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 31. *concl.* 4. Salas *de legib. tract.* 14. *diſp. ſect.* 9. *num.* 111. Ugolin. *in Bull. Cœn. cap.* 11. *par.* 2. §. 1. *num.* 3. Cevallus mutans ſententiam *tract. de cognit. per viam viol. par.* 2. *quæſt.* 77. *num.* 9. Sylſed. ad Diaz. *cap.* 14. *litt. B.* Diana *par.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 17. Hurtad. *diſp.* 162. *de charit. ſect.* 2. §. 26. *& ſeq.* ac Tanner. *in* 22. *diſp.* 4. *quæſt.* 4. *dub.* 1. *num.* 30. per modum ſcilicet juſtæ defenſionis facere id, quod recta ratio ad impediendum damnum Reipublicæ imminens opus eſſe dicaverit. Quod & Onias ille Sacerdos apud Machabæos *lib.* 2. *cap.* 4. agnovit adverſus exceſſus Simonis, Templi Præpoſiti, ibi: *Videbat enim ſine regali providentia impoſſibile eſſe, pacem rebus dari, nec Simonem poſſe ceſſare à ſtultitia ſua.* Quare ipſe ad Regem ſe contulit, ut & Salomon Rex contra Abiathar, Summum Sacerdotem ſervaverat, quem jure ſuo uſus è templo, & ab urbe expulit, cujus factum rectè tuetur Solorzanus *lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 45. Et in hunc genuinum ſenſum reducenda ſunt cætera facta, quæ à Pſeudopoliticis, & à quibuſdam Legiſtis referuntur, alioquin eſſent contra jus divinum, & humanum injuſta, & illicita.

16 Reſtat itaque diſſerere quatenus liceat de facto impedire ingreſſum Epiſcopi, morbo contagioſo affecti, vel ſuſpecti, & ſic ad defenſionem propriæ ſalutis, *ex l. ut vim, ff. de juſt. & jur.* quàm omni jure permiſſam probat Seyſel. *in dict. leg. in* 1. *lect. num.* 1. *& in* 2. *lect. nu.* 72. ac plenè Carpan. *ſuper nova Conſtitut. Mediolan. cap. homicidia nu.* 337. Farinac. *quæſt.* 125. *nu.* 10. *& ſeq.* Et contra quemcumq; Superiorem ex deductis à Chartar. *de sapiens. bannit. in præf. num.* 11. *& ſeq.* Farinac. *d. quæſt.* 125. *nu.* 33. Carpan. *loc. cit. nu.* 386. Guaz. *def.* 29. *ca.* 4. *n.* 16. & in hac ſpecie Delben. *de immun. cap.* 9. *dub.* 4. *n.* 10. *&* 11.

17 Et quidem, ſuppoſito juſto timore morbi contagioſi, affirmandum eſt, id licere. Hic tamen timor probari debet ita, ut conſtet, id verè ex illo fieri, non autem ex edicto Principis, quod ad excuſationem nequit admitti ex Maranta, Guazzino, Farinaccio, Scaccia, & aliis *locis allegatis.* Unde ſufficeret probatio, quæ deſumi poſſet ex enunciativa Principis, ſi eſſet generica, & non genetica, Merlin. *dec.* 218. *num.* 16. *& in rec. dec.* 24. *num.* 14. *par.* 1. ſed magis attendenda eſſet probatio Epiſcopi, ſi eſſet ſpecialis, ac diſtingueret locum ſuſpectum à non ſuſpecto, Gabr. *concl.* 4. *de teſtib. num.* 73. Rot. *dec.* 55. *in fine par.* 3. *recent. & dec.* 272. *num.* 7. *par.* 7.

18 Minuſque ſufficere videntur teſtes examinati pro parte Univerſitatis, vel Principis. Quia ſunt ejuſdem Uni-

Universitatis, & deponunt ad suum commodum, Osasch. *decis. 99. num. 37.* Afflict. *dec. 40. num. 5.* Farinac. *dec. 60. nu. 496.* ne scilicet excommunicationi, vel interdicto subiaceant. Præcipuè si fuerint recepti à Judice allegato suspecto, Lancell. *de attent. par. 2. cap. 6. nu. 4. & seq. & cap. 5. num. 1. & 2.* Osasch. *dec. 84.* Adden. ad Farinac. *cons. 117. lit. A.* Guaz. *def. 1. cap. 19. num. 55. & cap. 20. num. 1.* Et ab eo, qui solo juramento recusari poterat, uti Iudex destinatur ad suscipiendum examen testium, Add. Farinac. *d. cons. 117. litt. G.* Thesaur. *dec. 255. nu. 6.* Guazz. *dict. cap. 19. num. 17.*

19 Neque hic justus timor convinci poterit ex alicujus morte cum suspicione contagii in loco, è quo discesserat Episcopus. Nam non videtur esse talis, qui ad resistendum proprio Pastori sufficeret, sed videtur esse vanus, ideoque nullam præbet excusationem, *cap. consultationi, & cap. veniens de spons. impub.* Rot. *dec. 243. num. 12. par. 6. recent.* Sperel. *dec. 108. num. 19. & dec. 139. num. 15.* potiusque dici potest color quæsitus, quam occasio defensionis, ac proindè id fieri ex decreto, sive edicto Principis, non ex timore pestis, Hier. Federic. *resol. 55. num. 13.* & Chartar. *dec. 1. num. 214.* Quod si ex vano timore Universitas duceretur ad resistendum Episcopo, nec minus excusaretur ex adductis à Rota, & Speculo *cit. locis.* Esseque vanus timor, si suspicio morbi contagiosi, quæ supponitur evenire ex cujusdam morte, uti suspecta; non probetur per peritos ad textum *in l. septimo mense*, Giurb. *cons. 43. num. 10. & cons. 82. num. 5.* Quinimo data etiam hac suspicione, communicari non poterit Episcopo, si cum hominibus loci suspecti conversatus non fuerit, *l. adigere, §. quamvis, ff. de jurep.* Cabal. *cons. 25. n. 28.*

20 Et certè tota hæc difficultas consistit, an verè locus, à quo Episcopus discesserat, esset morbo contagioso infectus, vel suspectus. Hoc posito, licita quidem erit Episcopi rejectio, absque incursu censurarum, in quas non incidunt parere renuentes ex justa causa imminentis periculi, ac naturalis defensionis, ut per Abb. ac Felin. *in cap. si quando num. 2. de rescript.* Rodriq. *quæst. reg. 7. tom. 1.* Dian. *in miscel. par. 3. tract. 6. resol. 32.* cum urgenti necessitate, præsertim propriæ salutis licita sit cuique defensio, etiam contra ipsummet Summum Pontificem, ut in hac specie pestis Marchin. *de bel. divin. par. 4. cap. 2. num. 6.* & ad effectum non admittendi aliquem, sufficit sola suspicio pestis vigentis, *l. casus majoris*, ibi, *adversus timorem contagionis, Cod. de test.* Peguer. *dec. 8. num. 6.* & Cialin. *controv. forens. cap. 26. num. 9.*

21 Ex pluribus autem liquido patere poterit, an locus sit morbo contagioso infectus, vel suspectus. Primò ex litteris Principis Universitati missis, jubentis neminem è dicto loco venientem admittendum. Quæ cum legis, & edicti vim habeant, Fulgos. *in leg. Civitas, ff. si cert. pet.* Corset. *de Regib. quæst. 22.* Surd. *cons. 371. num. 27.* Ciarlin. *cap. 10. num. 99.* utique probant assumptum, *l. 2. C. de offic. Civit. Jud. cap. in præsentia*, ubi Doctores *de renunc.* Alexan. *cons. 2. num. 20. vol. 2.* Saltem ad effectum excusandi, etiam à peccato dictam Universitatem parentem mandatis sui Principis, Cyn. *in l. rescriptanu. 3. C. de prec. Imper. offert.* Curt. sen. *cons. 49. num. 30.* Themud. *dec. 93. num. 10. part. 1.* Caramuel. *theol. moral. lib. 3. quæst. 2. num. 1412.* cùm alioquin contempto Principis præcepto, incurreret pœnas ob alicujus admissionem in Civitatem, quamvis sanitatis fidem haberet, ut in terminis Ripa *de pest. tit. de remed. ad conser. ubert. num. 287. & 290.* Marchin. *loc. cit. par. 7. cap. 5. num. 8. & 9.* & edicto prohibita Civitate, vel Oppido, censentur etiam prohibita eorum suburbia, quarteria, & vici, ut latè Sanfelic. *dec. 50. n. 4. 10. & seqq.*

22 Secundò ex literis testimonialibus ejusdem loci morbo contagioso laborantis, vel suspecti ob mortem plurimorum. Quæ utique probant morbum contagiosum vigere. Doctores *in l. fin. ff. ad leg. Iul. de annon.* Rota *dec. 525. n. 5. par. 2. & dec. 24. n. 18. & dec. 243. n. 7. par. 1. rec.*

Tertiò ex testibus, qui licet non admittantur ad probandum sanitatem ob conclusionem muti testimonii, Ripa *loc. alleg. nu. 277.* recipiuntur ad probandum morbum contagiosum, vel illius suspicionem, Patis. *cons. 33. num. 12. lib. 2.*

Et quartò ex attestationibus medicorum, quibus in 24
iis, quæ ad eorum munus pertinent, plenam fidem faciunt ex vulgò relatis. Ex quibus Episcopus poterit impunè non excipi, ut in specie Marchin. *loc. cit. par. 7. cap. 5. num. 6.* ut de Domino loci ait Cancer. *var. resol. 10. nu. 37. tst. quando sic. Iud. par. 2.* Alciat. *præsumpt. 51.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 44. n. 7. & 8.* Præsertim, si fidem sanitatis non ostenderit, sine qua nemo potest admitti, licet è loco sano discesserit, Ripa *dict. tit. de rem. ad conserv. ubert. num. 248.* Marchin. *ubi supra num. 8.* Quinimò repertus sine fide sanitatis, ejiciendus est militum copiis, non solùm è civitate, sed etiam è toto territorio, ne sanos inficiat, Bald. *in cap. significavit nu. 12. de rescript.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. qu. 99. num. 11.* Marchin. *eo loco par. 4. num. 8.*

Unde non obstat, quod Princeps, vel Magistratus 25
sæcularis non habeat jurisdictionem ejiciendi Ecclesiasticos è loco, ne tempore quidem pestis. Nam non ejiciunt illos per actus positivos, contra eos procedendo per modum jurisdictionis contentiosæ, ac judicialiter, sed tantùm ex naturali defensione. Quod facere licet, non solùm contra quoscunque Ecclesiasticos, ut per Molin. *de just. tr. 1. disp. 31.* & Marchin. *d. tit. cap. 2. num. 6.* multosque alios superius adductos, nominatim Delben. *cap. 2. dub. 14. nu. 8.* ubi refert, ita decretum fuisse coram Urbano VIII. à Sac. Congregatione Immunitatis anno 1631. de Archiepiscopo Pisano testatur Curt. sen. *cons. 20. num. 39,* sed etiam contra ipsummet Pontificem Summum, ut per March. *dict. num. 6.* Maximè autem, si aliquis Ecclesiasticus, vel ipse Episcopus morbo contagioso, vel infectus, vel suspectus clam in Civitatem ingrediatur. In quo casu quomodo contra eos, ac etiam in odium sui Prælati sic injustè bellantis procedendum sit, tradunt Candid. *disq. moral. 17. ar. 8. dub. 2. tom. 1.* Bannes. *in 2. 2. D. Thom. quæst. 40. art. 2. dub. ultim.* Caramuel. *lib. 2. theol. moral. disp. 2. ar. 1. n. 340.* Quare videns Princeps, vel Magistratus sæcularis posse inferri vim suo populo ob ingressum Episcopi, aliorumve Ecclesiasticorum tumultuanti, justè potest naturali defensione, ac per viam extraordinariæ protectionis ad tumultum sedandum, arcendamque violentiam se ingerere, ac populum de facto defendere ab eorum ingressu maximè si postea illicò recurrat, & reclamet ad eorum Superiores Ecclesiasticos, ut in specie firmat Posth. *de manutent. obser. 6. num. 26. & seqq.*

Cùm igitur Princeps, vel Magistratus non excedat li- 26
mites naturalis defensionis cum moderamine inculpatæ tutelæ, non poterit ab Episcopo subjici Ecclesiastico interdicto, neque excommunicationi tempore contagioso, maximè prohibitis, ut per Marchin. *dict. cap. 2. num. ultim.* Unde Sacr. Congregatio Immunitatis anno 1657. die 29. Maii in Carinolensi censuit, attento quod Episcopo innotescebat, quod in casali *S.* Angeli irrepserat morbus contagiosus, à quo ipse discesserat, videntur Mandragonenses excusandi, si in suum Oppidum non exceperint, ac proinde idem Episcopus removeat interdictum, ac doleat censuras.

Ideòque cautè censuræ ferendæ sunt, alioquin supe- 27
rior, ad quem recurritur, sententiam ipsam sine difficultate relaxans, latorem excommunicato ad expensas, & omne interesse condemnet, & alias puniat animadversione condigna, ut pœna docente discant Judices quam grave sit excommunicationum sententias sine maturitate debita fulminare. Et hæc eadem in suspensionis, ac interdicti sententiis volumus observari. Sunt verba Innocentii IV. *in cap. 1. §. superior de sentent. excommun. in 6.* Simile *in cap. sacro 48. §. cumque adversus eod. tit.* Atque in eo, quod interest, aliquem non fuisse excommunicatum, habetur ratio sumptuum licitum, & alio-

& aliorum ejus causa factorum, cap. in primis 2. quæst. 1. leg. si quando, C. unde vi, taxatione à Judice facta, *cap. fin. de his, quæ vi, metusve caus. fiunt, cap. constitutis de procur.* Item & si propter illam excommunicationem injustam excommunicatus fuerit privatus electione, ac beneficia non fuerit consequutus, alioquin nihilominus consequuturus, quia illud interesse est circa rem, *can. si quis de Clericis 2. quæst. 2. can. super causa 2. q. 5. leg. Iulianus de act. empt.* Secus si interesse esset extra rem, *l. si sterilis, §. cum per venditorem, ff. de act. emp.* Verum Glossa *ad dict. cap. sacro, §. cumque v. ad interesse,* existimat tale interesse electionis, & beneficiorum non habitorum, non debere æstimari.

28 Qui etiam excommunicaverit sine præcedente admonitione, quamvis justa fuerit excommunicatio, debet interdici per mensem ab ingressu Ecclesiæ, & alia nihilominus pœna mulctandus, si visum fuerit expedire *dict. cap. sacro in princip. de sentent. excommun.* Et hæc privatio inducitur ipso jure per mensem, quo elapso etiam statim censetur eodem jure restitutus ad ingressum, *can. si qui sunt 8. d.* Teneturque injustè excommunicans excommunicato injuriatum actione, *can. illud, & can. temerarium 11. quæst. 3.* & crimine sacrilegii, *can. non in perpetuum 24. quæst. 3.* Quia non parum est, aut non leve infligere tantam pœnam Innocenti. Quæ ratio, & exceptio ponitur *in d. cap. sacro, §. cumque.* Maxima quippè hæc est pœna Ecclesiastica, *can. corripiantur 24. quæst. 3. can. non ad feramus 24. quæst. 1.* Quia separat à Corpore Christi, quod est Ecclesia, *can. Engeltrudam 3. quæst. 4. cap. penult. de sentent. excommun.* nisi forsan, qui excommunicat ex causa probabili erraverit, maximè si laudabilis opinionis existat. Causa probabilis errandi poterit esse factum alterius, quod quos libet, etiam prudentes decipere potest, *l. juris ignoratia, & l. reg. ff. de jur. & fact. ignor.* Ut si putaverit ex justa causa fuisse monitionem excommunicato significatam, forsan quia fuit ei ostensa relatio publicationis. Vel si existentibus dubiis probationibus excommunicaverit. *cap. cum Bertholdus de re jud.* Quemadmodum, & qui habuit probabilem causam litigandi excusatur à condemnatione sumptuum litis *l. qui solidum, §. etiam ff. de legat. 2. & cap. finem litibus de dol & contum.*

29 Porrò pestem Λοιμὸν, Græci vocant, morbum vide licet epidemicum, non quidem simpliciter, sed perniciosum, ac lethalem, adeòque epidemius genus ad perniciosum, & mitiorem morbum pertinens, latinis popularem morbum, hoc est tempore aliquo eodem in loco abundantem, non tamen exitium adferentem, Galen. *lib. 1. de rat. vict. in morb. acut.* & ad Pisonem *de Theriaca,* pestilentem luem dicit, veluti feram quandam ab aeris putredine exortam, per inspirationes influentem, non unum, aut alterum hominem, sed plures quoque Civitates depascentem, vastantem, depopulantem.

30 Quamvis pestis multæ soleant esse causæ, & aliquando ex sordibus residentibus, nec purgatis Cloacis oriatur, *l. 1. §. 1. ff. de Glo ac.* aliquando, ut ait Heraclides Ponticus *in allegatione Homeri, pestilentibus morbis præcipua, naturalis scilicet causa est in sole, cùm enim æstiva lux mollis, ac ablanda temperato calore leviter fovetur, salubris aura hominibus spirat, sicuti si calore, vel nimio ardore æstuat, morbidos ex terra vapores trahit; ægra autem corpora, & ob insolitam mutationem aeris languentia pestilentibus morbis consumuntur.* Diodorus Siculus *lib. 12. biblior.* ex aquis stagnantibus, ex æstu solis concalefactis, & efferventis auras crassas, tetrique odoris exhalare tradit, hac diffundi, inficere halitum, item & fruges nimium humectas indecocto succo virulentas, vescentes mortales inficere, auramque æstivam nocere, si ethesiis non refrigerentur. Vide Fernal. *de abdit. rer. caus.*

31 Propriè tamen pestis epidemicus morbus, contagio populum inficiens, flagellum Dei est, & pœna peccatis imposita. Eam enim communicat Deus recusantibus suscipere suam disciplinam, Levit. *cap. 26.* Num. 14. Reg. *24. can. 1. 24. quæst. 3. Pestilente flagellato stultus sapientior erit,* inquit Salemon Prov. 19. Et quando insignem vindictam Deus multitudinis peccatis decrevit exequi tria, ut plerumque flagella exerit pestem, gladium, seu bellum, & famem. Sic apud Ezechielem *cap. 6.* Dominus ait ad Prophetam: *Percute manum tuam, & allide pedem tuum, & dic heu ad omnes abominationes malorum domus Israel, quia gladio, fame, & peste ruitura sunt. Qui longè est, peste morietur, qui autem prope, gladio corruet, & qui relictus fuerit, & obsessus, fame morietur.* Et rursum: *Gladius foris, pestis, & fames intrinsecus. Qui in agro est gladio morietur, qui in Civitate pestilentia, & fames devorabitur.*

Noverunt, & Ethnici pœnæ causa à Numine immissas 32
sævissimas pestes, & si illi nihilo meliores fuerint facti, nec verum Deum ideò amplexi sint. Proindè anno ab urbe condita Roma 384. ut Auctor Paulus Orosius *lib. 3. contra Gentes cap. 4. L. Genutio, & Q. Servilio Coss.* à salubus Calabris orta aura Romæ, quæ universa corrumperet, ludos scenicos ad placandos suos Deos exhibuerunt. Et anno ab Urbe condita 450. existente bello Romanis cum Samnitibus, Romanam tum artem pestis invasit, ut consulerent libros sibyllinos. & Colubrum Epidauri, & lapidem Æsculapii, idem *lib. 1. cap. 22.* Ut & in alia sævissima peste duorum annorum Romæ sibyllini libri consulti responderunt, iram Deorum venisse. Idem *lib. 4. cap. 5.* Omitto similia in Cladibus pestiferis Romanis observata, & sacrificia, & lectisternia ob eam adverrendam facta, Liu. *in 5.* Vel. Max. *in 2.* D. Augustin. *lib. 3. de Civit. cap. 17.* Crediderunt id ipsum Carthaginenses, Oros. *lib. 4. cap 6.* qui dum iram Dei in pestifera aeris temperie ferventem placare se putarent, humanis juvenum hostiis expiarunt, sic Homerus scribit *lib. 1. Iliad.* Græcorum exercitum peste mulctatum ob raptum Chryseidis per Agamemnonem factum. Narrat Dyctis Cretensis *lib. 1. de Bello Troiano,* pestem advenisse exercitui Græcorum, quia Agamemnon Rex exercitus ab omnibus declaratus, longius paulò ab exercitu progressus in loco Dianæ capram pascentem, imprudens religionis, quæ in eo loco erat, jaculo transfixit, nec potuisse leniri priusquam sacrilegii pœnæ darentur, & auctor ejus sceleris filiam natu maximam vicariam victimam immolasset. Fertur à Philostrato *lib. 4. de vit.* Apollonii Ephesi dæmoniacum quoddam spectrum pestem disseminasse, idque in forma, & specie senis mendici peram gestantis paniceis fructis refertam, laceram, & sordidam vestem gerentis, quem Apollonius Tyanæus ad expiandam Civitatem, cùm derexisset, jussit lapidibus obrui, quod factum est, & sublatis deindè acervis lapidum ait, in ejus locum inventum esse canem, tanquam molossum, magnitudine tanta, quanta maximi leonum essent solent, quasi rabidi canis spunam emittentem, & ita liberatam à peste Civitatem. Hebræi Thalmudistæ in Pirke abot, idest capitulis patrum *cap. 5.* sic scriptum habent: *Deberah l h holamh hal mithot haamuroth. Bethorah schela ymscheran lebeth din vehhal peroth. Schebahheth* 33
idest, pestis venit in mundum, quæ denominatæ sunt in lege, scilicet quando non traduntur judicio puniendi malefici, nec non & propter fructus anni septimi, nempè si fructus anni septimi communes non relinquantur, maximè pauperibus, ut statuerat in lege Moysis Deus, Levit. *cap. 25.*

Æschines refert *epist. ad Philocr.* Delienses peste te- 33
terrima punitos ab Apolline, quod virquidam illustris contra morem veterem in insula sepultus fuisset, additque ita: *Ea igitur de causa Deum sibi morbum illum immittere putabant.* Constantinus pestis feralis consumptionem maleficis, & incantatoribus pro diro supplicio imprecatur *in leg. multi magicis 6. C. de malef. & mathem. tit. 18.* Et Justinianus *in §. 1. tit. nullum credendi agric. tem. illius ter. in auth. collat. 4. tit. 5.* tristissimam dicit pestem incusione barbarica non minorem. Immò majorem cognoscimus, quando data trium exitialium malorum electione Davidi, pestis trium dierum tantum æquiparatur perse-

persecutioni hostili trium mensium, & fami septem annorum 2. Reg. Et in una Judæa septuaginta millia absorpsit die non toto. Sub Gallo, & Volusiano Imperatoribus pestis ab Æthiopia exoriens, omnes Romanas Provincias pervasit, & per quindecim continuos annos incredibiliter exhausit. Nec alia unquam major lues mihi lecta spatio temporum, sive terrarum. Sævitia tamen, & impetu insignior illa, quæ Bizantii, finitimisque locis grassata, Justiniano Principe, cujus vis tanta, ut in singulos dies quinque millia funerum daret, interdum etiam decem. Huic par fuit, quæ anno 1657. Neapolis grassata est. Utinam temporibus nostris non evenisset. Nec minus miranda Africana pestis, quæ eversa Carthagine orta in sola Numidia octingenta millia delevit. In marima Africæ ducenta, & apud uticam tringinta millia militum, qui ad oræ ejus præsidium relicti fuerant. Iterumque in Græcia Michaelis Ducæ imperio tam æva, ut vivi prorsus pares non essent mortuis sepeliendis. Petrarchæ ævo, ut ipse refert, tam valida in Italiam incubuit, ut ex millenis quibusque hominibus vix decem super essent. De peste vide Codicem Cardinalis Castaldi, in quem omnia, quæ ad eam curandam pertinent, congessit.

CONSULTATIO XLV.

De præcipuis probationibus Clericatus, ejusque qualitate quoad privilegium fori nonnulla magis necessaria.

1 SÆpe contingit, Judices sæculares conqueri contra Judices Ecclesiasticos, qui, ut oportet, Clericos reos tuentur, sed immeritò quidem. Nam in Clericos nulla Judicibus laicis competit actio defectu jurisdictionis, *can. denique 96. dict. can. si quis 23. quæst. 8. cap. si Judex laicus de sentent. excommun. in 6.* Morl. *in Empor. utr. jur. tit. de jurisdict. omn. Iud. num.* 123. Et quamplurib. relatis Carol. de Grass. *eff. Cler. 1. num. 1.* ubi reprehendit illos, qui vel ad ostentationem ingenii, vel passione moti, vel pecuniæ aviditate ducti audent huic vulgatæ veritati se opponere.

2 Qualitas autem Clericatus præcipuè probatur ex Episcopi certioratione de probationibus Clericatus à se factis, & ex illarum exemplo ad Judicem laicum misso cum requisitione ad submin stran dum inditia, quibus non submin stratis, nec re aliqua, probationibus factis opposita, Judex Ecclesiasticus, negligente Judice sæculari suas exceptiones deducere ad causæ expeditionem devenire potest, *c. licet ex suscepto, &c. extravagantes de for. comp.* cum aliis apud de Grass. *dict. eff. 1. numer. 391. & seqq.* Quare permitti non debet, quod Clerici se constituant in carceribus laicalibus, etiam pro copia processus habenda ex Sacr. Congregatione super Episcopis in Hydruntina 19. Novembris 1609. Nec ideò Judex laicus potest contra Clericum in contumacia procedere, ead. Sacr. Congregatio in Neapolitana 9. Octobris 1623. Sed sufficit habere certam notitiam extrajudicialem, quod carceratus sit persona Ecclesiastica, adhoc ut eum remittere teneatur, eadem S. Congregatio in Aquilana 16. Februarii 1589.

3 Et publico Instrumento collationis primæ tonsuræ, quod in hac re omnem superat probationem, Roland. *cons. 4. num. 5. vol 1.* plenè Marscard. *de probat. concl. 305. num. 2. & 4.* Seraph. *dec. 713. numer. 1.* Farinac. *q. 8. nn. 40. & dec. 67. post. 2. vol. cons. crimin.* Coccin. *dec. 97. num. 4.* Ludovis. *dec. 78. num. 5. & dec. 490. num.* 6. Rota apud Buratt. *dec. 390. num. 8. & dec. 540. num. 3. & dec. 706. num. 7.* Ricc. *collect. decis. 729. num. 6.* Delben. *de immun. cap. 4. dub. 29. num. 4.* Quare statim, ac Judex sæcularis videt instrumentum, ac litteras Clericatus, remittere debet Clericum ad suum Judicem, nec debet in causa se ingerere, & anxiè discutere, an possit aliquid contra opponere, ut per Bald. *in l. si qua per calumniam col. 1. in fin. C. de Episcop. & Clerec.* Alexand. *consil. 8. vol. 1.* Carpol. *cons. crim. 10. & 11.* Decian. *tract. crim. par. 1. lib. 4. cap. 9. num. 112.*

4 Ex testibus de visu formaliter examinatis, ut alibi dictum est. An autem ad id sufficiat unus testis, affirmat Aflict. *in Const. Regn. tit. de Apostat. rub. 3. num. 12.* Delben. *dub. 29. num. 9.* Ea ratione, quia cum agatur de favore immunitatis Ecclesiasticæ, non requiritur plena, & exacta probatio, at tu lege quod scripsimus, Capyc. Latr. *dec. 17. par. 2. & 173. & dec. 73.*

5 Ex fidibus Sacristæ, vel Vicarii foranei, vel aliorum attestantium, reum semper incessisse in habitu, & tonsura, Ecclesiæ, interfuisse, ac interfuisse divinis officiis eo modo, quo cæteri Clerici, cui probationi nihil objici potest, ut tradunt Alexand. de Neu. *cons. 59. num. 4.* Vermigliol. *consil. 98. num. 2.* Bellet. *loc. cit. §. 15. 16. ac 17.* firmans, ad id sufficere semiplenam probationem, Seraph. *dec. 162. n. 6. & 8. ac dec. 713. num. 5.*

6 Non obstaret, si hujusmodi attestationes carerent juramento, quia Parochi, ac Sacristæ in similibus illud non tenentur præstare, sed satis est quod fidem, sive litteras testimoniales faciant juxta formam relatam à Barbosa *de offic. & potest Paroch. cap. 16. numer. 22. & seq. par. 1.*

7 Ex sententia, etiamsi sit interlocutoria, Vicarii Episcopi, declarante reum esse Clericum, cui declarationi Judex sæcularis stare tenetur, ut citra omnem controversiam firmat Cabal. *resol. crim. cas. 223. nu. 81. cent. 3.* Adeòque, ut ab hac declaratione minimè possit appellare, quamvis Clericus requisitas Sac. Concilii Tridentini non habeat ex traditis à Sperel. *dec. 17. num. 33. & dec. 132. num. 7.* ubi referuntur declarationes S. Congregationis, approbatæ ab Urbano VIII. sub anno 1630. Quibus addo Mar. Anton. *resol. 48. num. 5. lib. 3.* & Ciarlin. *cap. 20. num. 60. lib. 1.*

8 Non obstat quod in hujusmodi probationibus sit citandus fiscus sæcularis. Nam sufficit si citatus fuerit ad opponendum, quæ habebat, & submin stran dum inditia, traditumque fuerit exemplum probationis Clericatus, idque ex abundantiori cautela, quia Judex Ecclesiasticus ad id de jure non tenetur, Alex. *cons. 149. num. 4. lib. 6.* Cabal. *resol. crim. cas. 223. num. 85. cent. 3.* Guazzin. *def. 1. cap. 3. n. 4.* Sperel. *dict. dec. 17. nu. 12.* inquiens, bonum esse citare Judicem sæcularem, sed si non fiat, Judex Ecclesiasticus excusatur. Ratio autem est, quia ipsum tantum privativè, quod ad omnes spectat cognitio Clericatus, & an Clericus gaudeat privilegio fori, ac remittendus sit, ut *ex cap. si Judex laicus de sentent. excommun. in 6.* ait Covarr. *prax. quæst. cap. 33. num. 1.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 16. num. 34.* Marth. *de jurisdict. par. 2. cap. 31. num. 1. & 16.* Mar. Anton. *dict. resol. 48. num. 1. & 3.* At teneri ad id de jure alibi censui Hoc verò certum est, quod non datur appellatio à declaratoria Clericatus ab Episcopo facta, Sperel. *dec. 17. nu. 33. & dec. 132. num. 70. lib. 2.* ubi referuntur declarationes Sac. Congregationis Concilii, approbatæ ab Urbano VIII. sub eodem anno 1630. quodque Judex sæcularis non possit reclamare, sed teneatur stare declarationi Judicis Ecclesiastici, quando pronunciat, aliquem esse Clericum, probat aliis relatis Cabal. *loc. cit. num. 81.*

9 Minus officit, si opponatur, quod Clericus se immiscuerit enormitatibus. Nam ad effectum privandi Clericum privilegio fori hac de causa, requiruntur quæ alibi tradidi. Nec sufficit unicum crimen enorme, sed plura requiruntur, ita ut sit inveteratus in delinquendo, & plus, plusque in dies perseveret, Abb. *in cap. contingit. de vit. & honest. & Cleric.* Alexan. de Neu. *cons. 59. num. 20. & seq.* ubi, quod ad inducendam hujusmodi perseverantiam requiruntur saltem duo, vel potius tria delicta enormia, Foller. *in prax. crim. v. audiantur executores sub num. 47.* Boss. *de for. comp. num. 134, & 139.* qui testatur de communi.

10 Quod si semper incesserit in habitu, & tonsura, etiam si detur, quod enormia commiserit, gaudebit planè privilegio fori, ut firmant Doctores superiùs adducti, quibus adhæret Clar. *in prax. quæst. 36.* Præsertim si judex

judex sæcularis Clericum in flagranti crimine enormi non comprehenderit, ut quamplurimis allegatis comprobat Farinac. *de inquisit. quæst. 8. nn. 58. & seqq.* Beller. *dict. par. 1. §. 7.* ubi copiosè.

11 Neque obstaret, quod Clericus aliquando visus fuerit in habitu breviori. Nam non est valdè alienus ab habitu Clericali, ut annotat Ciarlin. *dict. cap. 20. num. 54.* Et cognitio hujus differentiæ pertinet ad Judicem Ecclesiasticum, qui si reum esse Clericum declaraverit, non est ulterius quærendum, Ciarlin. *loc. cit. num. 55.* ac planè Farin. *dict. quæst. 8. num. 60. cum multis seqq.* nec quod aliquoties detulerit habitum breviorem, præsumitur animus deserendi habitum Clericalem, atque adeò non privatur exindè privilegio fori, cùm ad hunc effectum requiratur perseverantia, Gratian. *discept. forens. cap. 440. num. 4.* Ricc. *in prax. resol. 530. nu. & seqq. & in collect. dec. 1610. par. 5.* Bellet. *d. p. 1. §. 8. n. 14.* Ciarlin *dict. quæst. 20. n. 56. ac seqq.* Præterea, ut Clericus ob delationem habitus sæcularis privetur privilegio fori, requiritur quod deferat etiam tonsuram, ac præcedat declaratio Judicis Ecclesiastici, ut pluribus congestis tradit Bellet. *eod. §. 8.* Quamimò trina monitio Canonica à Judice Ecclesiastico facienda in personam Clerici, ita ut generalis non sufficiat, *Clem. 1.* ibique Glost. *v. tertio* Abb. *num. 7.* & communiter Doctores *de vit. & honest. Cleric.* Bue... *dec. 69. num. 13.* Covar. *pract. quæst. cap. 32. n. 1.* Verùm de hac trina monitione post decretum Sac. Concilii Tridentini vide, quæ alibi disseruit. Præsumque quoad hoc edico, Clericum sine requisitis Sac. Concilii Tridentini *cap. 6. sess. 23. de ref.* ex se privilegio fori non gaudere. Id firmat Rota in Tudertina Successionis 18. Maii 1654. coram Meltio, etiam absque trina monitione ante Concilium requisita, Sperel. *dec. 26. num. 4.* Sanfelic. *dec. 13. num. 11. & 15. par. 1. & dec. 14. num. 11.* amplians, id etiam procedere in Clerico latitante ob delictum patratum, quia si excusatur à servitio Ecclesiæ, non tamen excusatur à delatione habitus, & tonsuræ. Ac relata declaratione Sacr. Congregationis Concilii, firmat Donat. Anton. de Marin. *resol. quotid. cap. 47. num. 9. lib. 2.* Dixi autem ex se, nam Episcopus poterit semper hujusmodi Clericum sibi vindicare, ut fusè alibi.

12 Minusque officeret, quod aliquando cum armis incesserit. Nam poterit illa deferre cum licentia sui Superioris Ecclesiastici. Vel si absque licentia detulerit, ab eodem esset puniendus, sine tamen privatione privilegii fori, Gratian. *discept. 190. num. 9. & discept. 440. n. 4.* Cabal. *cas. 9. num. 14.* Farinac. *quæst. 108. nu. 24.* Ciarlin. *eo cap. 20. num. 71. cum duobus seqq.* referens declarationes Sacr. Congregationis Clerici effecti militis.

13 Itidem non obstaret, quod habitum Clericalem susceperit in fraudem. Nam hæc est una ex præcipuis fraudibus Curiæ sæcularis, ut si non posset, quo ad personam Clerici procedere, possit saltem quoad bona. Quam in rem animadvertendum est. Nam cognito Clericatu, Curia sæcularis debet illa restituere, alias dicitur spoliare, attenta ejus incompetentia. Dec. *consil. 125. num. 2. & 3.* Paris. *consil. 35. num. 11. & 65. lib. 1.* Cavalcan. *dec. 19. nu. 1. lib. 3.* Carol. de Grass. *dict. eff. 1. num. 122. & seq.* omninò videndus. Et nihilominus onus probandi hujusmodi susceptionem Clericatus in fraudem pertinet ad fiscum sæcularem, quia in dubio non præsumitur, Piaz. *in epit. delict. cap. 35. num. 1. & seq.* Farinac. *quæst. 8. num. 111.* Giurb. *dec. 82. num. 8.* Et nunquam præsumitur susceptus in fraudem, nisi præcesserit diffamatio, accusatio, vel inquisitio, Franch. *decis. 395. num. 5.* Chartar. *de execut. sent. cap. bannit. cap. fin. nu. 308.* Fatinac. *quæst. 8. num. 110.* Carol. de Grass. *dict. eff. 1. num. 1076.* Masttril. *dec. 294. nu. 3. & 4.* Quæ declaratio hujusmodi susceptionis in fraudem non pertinet ad Judicem laicum, sed ad Ecclesiasticum, adeò ut donec Ecclesiasticus non declaret, sæcularis omni jurisdictione careat, tam in personam, quàm in bona Clerici, Oldrad. *consil. 4. in fin.* Vulpel. *de libert. Eccles. par. 2. numer. 41.* de Graff. *loc. cit. num. 1079.* Giurb. *consil. crim. 15. num. 33.* Ideòque, dum Judex Ecclesiasticus hoc non declaraverit, perperam Judex laicus conquiritur. Et quatenus Judex Ecclesiasticus declararet, Clericatum fuisse susceptum in fraudem, adhuc nulla actio acquireretur fisco læculari in personam, sed tolùm in bona ex Poss. *de for. comp. num. 144.* Clar. *quæst. 36. vers. sæpè numero*, & firmant Giurba, *decis. 15. num. 33.* & Masttril. *dec. 94. num. 3. & seq.* Excluditurque omnis suspicio fraudis si reus Clericatum susceperit statim, ac obierit ejus uxor, cujus obitus causam præbuit suscipiendi Clericatum, ut cum aliis tradit Vermigl. *consil. 98. num. 7.*

14 Non item refragaretur, quod reus sit inquisitus de assassinio. Non enim ex hoc illius cognitio pertinere poterit ad Judicem sæcularem, cùm prius præcedere debeat declaratio Judicis Ecclesiastici, ut alias probavi, & docent Bonacin. *de legibus disp. 10. quæst. 2. punct. 5. §. 4. & de censur. in Bul. Cœn. disp. 1. quæst. 16. sect. 2. punct. 6. num. 15.* Duard. *ad dict Bul. can. 15. quæst. 11. num. 13.* de Grass. *eff. 2. nu. 164.* Masttril. *dec. 288. nn. 19. par. 3.* Dian. *1. tract. 2. resol. 51.* Mar. Anton. *var. resol. 48. num 43.* & admittit Constitutio Clementis VIII. edita 18. Decembris 1595. ubi Chembin. in ejus *Compend. Schol. 1.* Scacc *de judic. cap. 11. nu. 70. lib. 1.* Novar. *in singul. jur. can. concl. un. de assas.* ac ejusdem Novarii frater *in Sum. Bullar. tit. de assassino num. 1.* Ambrol. *de immun. Eccles. cap. 17. num. 10. & 11.* ubi ait, quod si admitteretur posse Clericum pro assassinio puniri à Judice laico absque aliqua declaratione Judicis Ecclesiastici sequeretur, quod per simplicem querelam, ac imputationem hujus criminis, amitteret privilegium fori. Quod non est dicendum. Alia vide alibi à nobis dicta.

15 Id tamen non negaverim, quod si reus fuerit repertus in habitu sæculari, & in flagranti crimine enormi, dùm probationes de ejus Clericatu fiunt, conjiciendus est in carcerem sæcularem, ne fugiat. Nam, quidquid fit, ante consignationem rei Ecclesiastici, & dum ille in carceribus laicis detinetur, ita ut non detur appellatio à declaratione Ordinarii super remissione, post hanc, tamen à declaratione gaudendi privilegio Clericali, debet admitti, & Ecclesiasticus illi deferre, firmo interim in custodia retento Clerico, donec competentia Judicis terminetur, adeò quod nec sub quavis fide jussione sit, habilitandus, ut vehementer exclamat Covar. *prax. quæst. 33. num. 4.* quem sequuta est in causa assassinii signatura Justitiæ in Mediolanen. Clericatus 9. Decembris 1649. proponente R. P. D. Marcellino, & resolutio per trinam propositionem semper confirmata, rescribendo firmo remanente in carceribus, traditque Diaz *in prax. crim. cap. 65. nam. 19.* Didac. de Paz. *in prax. tom. 2. pralud. 2. num. 15. & seqq.*

16 Eoque magis id admittendum est, si à fisco sæculari petatur remissoria ad probandum à se articulata, nempe non esse Clericum, non gaudere privilegio Clericali, non benè in prima instantia probatum. Unde appellatio, ac per consequens restitutio rei non potest denegari, ut per Sanfelic. *dec. 4. num. 26.* Cùm sit regula; quod à pronunciatione Judicis sive expressa, sive tacita suæ competentiæ undique detur appellatio, tam de jure civili, quàm Canonico, Burat. *dec. 134. num. 2. & 3.* & in Cervien. bonorum 29. Martii 1647. coram Ghisleno. Quia interlocutoria non potest reparari per diffinitivam, Thomat. *dec. 21. num. 12.* Bell. *consil. 61. num. 2. & 4.* Et quando suspicatur de fuga, non potest reus sub fidejussione relaxari, Clar. *in prax. §. fin. quæst. 46. num. 2.* Unde consulerem, quod Judex Ecclesiasticus, pendente discussione, & appellatione à præjudiciali competentia jurisdictionis, non procedat in meritis ad condemnandum reum, sed debet illius extum per rem judicatam expectare ad textum. *in cap. suam de ordin. cognit.* ubi quod si aliter permitteretur, maxima esset confusio, & res implicaretur diversis actibus, ordoque judicii perverteretur, *cap. dilecti in princ. & §. quia verò de appell.* Farinac. *quæst. 100. num. 81.* Præsertim in Clerico primæ tonsuræ sine requisitis, & in delicto, in

quo datur prævention inter Judicem Ecclesiasticum, & sæcularem, & re ipsa hic prævenit. Quo saltem in casu debet Judex Ecclesiasticus abstinere à condemnatione dicti Clerici, durante discussione, an debeat gaudere, & à quo cognosci, ut per de Matin. *quotid. resol. cap.* 51. *num.* 10. *lib.* 1.

CONSULTATIO XLVI

An Universitates sæculares transferre possint collectam impositam animalibus laicorum, ad pascua civibus communia? Ubi aliqua de pascuis.

1 REspondeo negativè. Nam id est in fraudem, ac in odium Clericorum, ut hoc modo Clerici, etiam solverent ratam taxæ hujusmodi collectæ, sicuti illam solvunt laici. Cùm enim pascua sint communia civibus laicis, & Clericis, uti singulis, non autem, uti universis absque onere quicquam solvendi, non possunt Universitates imponere collectam, vel aliam solutionem in præjudicium Clericorum, ut distinguit Abb. *cap.* 6. *n.* 1. *p.* 1. & latè Marth. *de jurisdict. par.* 4. *cent.* 1. *cas.* 8. *nu.* 5. & 6. ac declaravit Sac. Congregatio Immunitatis in Ferentina sub die 26. Junii 1628. his verbis: *Pascua reducenda sunt pro Ecclesiasticis in pristinum statum libertatis.* Et in Firmana die 13. Julii 1637. *Ecclesiastici, quoad pascua animalium, non sunt subjecti statutis communitatis.* Et Laquedonen. *Communitas non potest transferre collectam animalium laicorum ad pascua communia etiam Clericis.* Nec manutentio dari potest Universitati, si non probaverit possessionem exigendi ab Ecclesiasticis, præsertim si ipsi libertatem non solvendi præscripserint per immemorabilem, ideòque non tenentur, *l. licitatio*, §. *earum*, ubi Gloss. & Doctores, *ff. de publican.* Et manutentio non datur, quando jus resistit, ut in hoc casu, nisi adsit titulus, & immemorabilis, Coccin. *dec.* 354. *num.* 5. & Gratian. *discept.* 801. *n.* 27. *& discept.* 870. *numer.* 17. *&* 19. Jus autem absolutè resistit, quia Ecclesiastici sunt omninò immunes à solutione hujusmodi onerum, à laicis impositorum, ut per Rotam in Brundusina gabellæ 13. Februarii 1604. coram Pegna, & sanè de jure divino, ut per Bursat. *consil.* 42. *num.* 1. *lib.* 1. ac Rota in Albanensi gabellæ coram Merlino. Quare inconsulto Romano Pontifice, non tenentur, ut cavetur *in cap. adversus de immun. Eccles.* & in d. Brundusina gabellæ §. 5. *& nil.* Nec propterea suffragatur observantia solutionis, ut ait Gratian. *discept.* 390. *num.* 22. ac Rot. *dec.* 72. *num.* 9. *par.* 1. *recent.*

2 Immemorabilis verò probari debet cum suis requisitis, ut per Rotam coram Caval. *dec.* 140. *&* 174. *num.* 1. *&* 2. Neque titulus probatur ex prætensa concordia inita cum Capitulo solvendi hujusmodi collectam. Nam etiam si detur, interceßisse consensum Capituli, & Episcopi, non tamen ligat alios Ecclesiasticos, qui in transactione non interfuerunt, quia non extenditur ad singulos. Nam aliud est Capitulum, aliud verò singuli, ut deduxit Apostolico dicit Ab. *consil.* 6. *n.* 2. *vol.* 1.

3 Neque obstaret confirmatio Apostolica. Quia confirmatio addit robur confirmato, non autem facit, quod censeantur comprehensi illi Ecclesiastici, qui in dicta concordia non comprehenduntur, Rota coram Seraphino *dec.* 971. *num.* 7. Neque in rebus communibus possunt laici imponere vectigalia in aliorum præjudicium, habentium jus in rebus, illis non vocatis, neque consentientibus, quia potior est conditio prohibentis, ut in specie firmat Abb. *cons.* 6. *num.* 2. *lib.* 1.

4 Porrò qui immisit animalia in pascua, vel sylvam, vel saltum Principis, si jus non habeat pascendi, jure illa amittit, & fisco dantur, arque saltuum, vel pascuorum procurator, ideßt qui curam gerit eorum, si conniveat, & pretio venalem gratiam fecerit, gravissimo subditur supplicio, *l.* 1. *C. de fund. & salt. rer. domin.* Pascua sunt propriè loca inculta crebris sylvis, & dum etsi repleta, ut tradit Varro *lib.* 4. *de ling. lat. Quos agros*, inquit, *non colebant propter sylvas, aut id genus, ubi pecus pasci posset, & possidebant, abusu suo saltus antiqui nominabant, Græci* Νέμη, *latini* nemora.

Saltus, atque pascua, aut sunt privatorum, aut publica, seu Universitatis alicujus. Generaliter non licet in pascua alterius, sive ea sint fiscalia, sive privata, pecus pascendi gratia immittere, nec militibus quidem *l.* 2. *&* 3. *C. de pasc. publ. & prin.* Quia nec licet fundos alienos, invito domino, ingredi sine jure servitutis, *can. omnes leges d.* 1. *l. per agrum* 1. *C. de servit. l. Divus Pius* 16. *ff. de serv. rust. præd.* Cajus in *l.* 3. *ff. de acquirer. dom.* Justin. §. *fere de rer. divis.* maximè si prohibeat dominus. Prohiberi autem videtur ingressus duobus modis, vel expressa voce, vel signo. Quid vocalis expressa prohibitio sit, palam est. Signo verò fit prohibitio, si in ingressu, vel limitibus, seu terminis fundi, seu prati crux, vel aliud simile, quod dicitur bannum, ponatur, vel figatur auctoritate Judicis ordinarii, vel territorii, vel civitatis habentis imperium merum, seu aliam jurisdictionem, cujus indictæ pœnæ adversus scientes, & violantes bannum, habent executionem, *l. fin. ff. de decr. ab Ordin. fac.* & notat expressè Petr. Jacob. *in rubr. de act. ex pauperie* §. *item notandum.* Secundò fit inhibitio, si pascua, prata, vel nemora cingantur fossa, aggere, vel macerie, *l.* 3. §. *item feras ff. de acq. poss. f. l. usufructuarium ff. de usu.*

Hoc singulare in pascuis Principis, ut animalia inibi inventa aliena, fisco adjudicentur pro noxa, in aliis aliorum nequaquam receptum; non tantum dominus animalium, quæ damnum dedere, tenetur illud resarcire, nec domino fundi læsi, jus retentionis animalium datur, sed actio ad damni repetitionem, Pompon. *in l. quamvis alienum ff. ad leg. Aquil.* Quinimò si quis durius, aut aliter quam suum animal à fundo suo alienum expellendo, & abigendo lædat, ut si abortum equa abacta fecerit, pro damno tenetur, Pompon. *in l. Quintus Mutius, & in l. si boves ff. eod.* Habet enim actionem paratam contra dominum animalis, ut de passu pecoris, cum in suo alienum pecus depascitur, Julianus *in l. qui servandarum* §. *fin. ff. de præscr. verb.* Fuerunt tamen qui defendant posse à domino fundi detineri inventum alienum animal, donec fuerit damnum datum reparatum, vel de eo cautum. Quod & servatur ex consuetudine diversorum pagorum, & approbatum videtur auctoritate Neratii in *l. rates ff. de incend. ruin. & naufr.* & Ulpiani *in hoc amplius* §. *Neratius ff. de damn. infect.* Suntque expensæ, quæ in hac detentione fiunt, resarciendæ quoque à domino animalis, *arg. l. Celsus scribit* §. *sed & si ratio ff. ad exhib. l. Prætor ait* §. *fin. ff. de dam. infect. l. si non sortem* §. *si centum ff. de cond. indeb.* Et pro damno dato electio domini animalis est, vel damnum reparare, vel dare animal pro noxa *lib.* 1. *ff. quadrup. paup. fecisse dic. &* §. 1. *eod. tit.* apud Justin. *lib.* 4. *ti.* 9.

Receptum quoque est, ut testandi damni causa quis 7
possit hominem repertum in crimine, etiam retinere per viginti horas, Ulpian. *in l. capite ff. ad leg. Jul. majest.* Et ita potest retineri animal nocens, & recludi testationis causa, & ut damnum restituatur. Nec pugnat lex *quamvis ff. ad l. Aquil.* quæ dicit, non licere includere. Etenim hoc verum est, si dominus damnum offerat, vel non licebit ei concludere, ut suum pecus faciat, vel domino intervertat. Hoc enim ad pascua Principis solum pertinet, non privatorum. Item non licere puto, diutius animal includere sine monitione domini, ut sunm recipiat, *d. l. quamvis ff. ad leg. Aquil.* si sciatur cujus sit animal. Quod si quis ignoret, utetur consilio Ulpiani *in l. falsus creditor paragrapho qui alienum. ff. de furt.* ut proponat palam libellum, se invenisse tale animal in suo prædio, quod sit restituturus domino damnum solventi. Quo invento, & de damno caveni, id restituere debet, ut alias fuit judicarum apud Papon. *lib.* 18. *rhapsod. arest. tit.* 9. *arest.* 1. Cautione quippe recepta, probare debet damnum testibus, vel per relationem, seu censuram peritorum, qui damna judicant. Sic tutò ad petitionem condemnationis damni accedit; alioquin enim deficiente in probatione damni capiente, adversarius rectè de occupatione illegitima, vel de furto adversus eum conqueri posset.

Inutile tamen hic non erit annotare duos casus, in 8
quibus in suo depascentia animalia pro damno non potest retinere, vel damnum repetere ab eorum domino. Primus in viatore, si necessitate compulsus equum in itinere, vel vicinis pratis, pavit, *cap.* 1. §. *fin. de pac. ten. lib.* 2. *feud. tit.* 27. puta equo deficiente ob penuriam alimenti, vel ob morbum, & necessitas facit licitum, quod alioquin prohibitum, *cap. quod non est licitum de reg. jur.* apud Gregor. 1 *Machab.* 2. Alius casus notatur ab Alberico *in* 2. *par. stat. quæst.* 76. ut dominus animalis non teneatur de damno ab eo dato, quando animal deperditum fuisset sine domini culpa, & depopulatur alienа. Verùm ego non subscribo, sed arbitror, damnum teneri resarcire, liberari tamen à pœna, quæ ultra damnum domino imponitur fisco, vel domino rei læsæ addicenda. Neque enim æquum esset evasisse saturum, vel nutritum animal cum alterius jactura, & ita ditari alterius malo dominum, *l. nam hoc naturæ ff. de condit. indeb. l. locupletari de reg. jur. l. jure naturæ ff. eodem* Excipitur tamen alius casus à reparatione damni dati in prædiis alienis ab animalibus nostris, si in illis servitutem pascendi pecoris habeamus, quæ jus tribuit impunè, Ulpian. *in l.* 3. *ff. Papin. in l.* 4. *ff. de serv. rust. præd.* & acquiritur interdum in rebus dominorum clientelarium ex cautione traditionis in emphyteusim nominatim facta, vel alio titulo, seu præscriptione longissimi temporis, quæ vicem legis obtineat, *lib.* 1. §. *penult. ff. de aqu. pluv. arc.* Pompon. *in l. hoc jure ff. de aqu. quotid. & æst.* etiam sine titulo. Cum titulo tamen decem annorum possessione, vel quasi inter præsentes, & viginti inter absentes, *l. si quis diuturno*, ibique Glos. & Doctores *ff. si serv. vend. & in l. si servitutes ff. de servit.* Et contra dominum, etiam directum, si modò ei triburum, seu census eo nomine præstetur, Ulpian. *in l. venditor* §. *si constat ff. com. præd.*

Quæ vera sunt, quatenus modus concessus pascendi 9
servatur. Nam pascendi modi duo, viridis, inquam pascui, & vacui. Viride pascuum est, quod tempore fructuum conceditur, ut in pratis tempore, quo herbæ virent, in fœnumque crescunt, & in sylvis, tempore; quo glans est. Ita vacuum, quod exciso fœno, & collectis glandibus tantum permissum est. Pascua viventia, & virentiæ intelliguntur in nemoribus, & saltibus à die festi S. Michaelis usque ad diem S. Andreæ. Quare hoc tempore inhibetur his, qui tantum vacuum habent pascuum. Marcus Cato in hæc verba ita scribit *lib. de re rust. cap.* 149. *Qua lege pabulum hybernum vendere oporteat, qua vendas, finis dicito. Pabulum fini accipito. Ex Calendis Septembribus prato sicco decedat, ubi pyrus florere cœperit, prato irriguo; ubi super, inferque vicinus permittet, tum decedito, vel diem certum utrique facito. Cætero pabulo Calendis Martiis cedito.* Et iftis legibus uti licet pascuis jure, etiam vicinitatis extra tempora prohibita, & dummodo prædia vicina non sint circumdata, quæ ita excipi videntur, & dummodo in prata aliquo tempore porci non immittantur, quia isti rostro radices herbarum exarant, & eruunt. Neque enim hoc modo, vel alio licet, etiamsi concessa sit pascendi facultas, abuti rebus, seu nemoribus, vel pascuis, alioquin abutentes privantur jure.

Erant etiam Romæ pascua publica, ex quibus etiam 10
vectigalia perveniebant ad ærarium publicum, vocabanturque agri illi scripturarii, in quibus, ut pecora pascerentur, certum æs erat, ita dicti, quia publicanus scribendo conficit rationem, ut ait Sextus Pompejus, & eorum, qui pascua publica conducebant, ratio, scriptura dicebatur, ut ait Asconius Pedianus *in divinat. Cicer.* eratque lex Thoria, quæ animadvertebat in eos, quorum pecora agros publicos depascerent, Cicer. 2. *de orat.* Scribit. & Plinius *lib.* 1. *cap.* 3. etiam nunc id suo tempore in tabulis censoriis Pascua dicuntur omnia, ex quibus populus reditus habet, quia diu hoc solum vectigal fuerat.

Pascua Universitatis cujusdam, vel pagi, vel civitatis, 11
illis tantùm communia sunt, qui ejusdem sunt municipii, vel qui jus alio modo sibi quæsierint. Sic enim fuisse communia in divisionem agrorum pascendi causa, tradunt Agennius, Flaccus, & Frontinus *de condit. agror.* Quæ tamen postea privati, sibi aliquando usurparunt, & invaserunt per potentiam. Data & compascua à dominis directis aliquando colonis agrorum, & clientibus censualibus sub censu certo annuo, certis legibus, & conditionibus, quæ placuerunt in traditione.

CONSULTATIO XLVII.

1 PRopter belli necessitates sæpè coguntur Reges, ac Principes exigere contributiones ab Universitatibus per æs & libram inter privatas, & particulares personas. Ad hanc solutionem evitandam in fraudem Universitatum, ac singulorum solent pater, patruus, aliique consanguinei, imò etiam extranei donare omnia bona, aut majorem eorum partem filio, nepoti, vel amico Clericis, ut, adveniente legitima ætate, possint ad sacros ordines promoveri, remanentibus tamen in possessione eorundem bonorum ipsis donatoribus. Deinde Clerici extorquent ab Auditore Cameræ Apostolicæ monitorium cum inhibitione, ne super bonis donatis, eorumque fructibus, tam ab Ordinariis, quàm à prædictis Universitatibus, & Officialibus molestentur, ac per contradictas obtinent ab ipso Auditore Cameræ pronunciari, omnia bona donata esse exempta ab omnibus oneribus.

Quæritur an hujusmodi sententia sit valida, & justa?

2 Et negativè respondendum censeo. Nam Auditor Cameræ non potest in præjudicium Ordinariorum, ac partium decernere monitoria in prima instantia, neque extrahere collitigantes ab eorum domicilio, eos compellendo ad litigandum in Romana Curia, neque ferre contra illos sententias per contradictas, ut in specie tradunt Flores de Mena *var. quæst.* 12. *nu.* 8. *lib.* 1. Novar. *de elect. for. sect.* 1. *quæst.* 9. *n.* 3. & Ciarlin. *contr. cap.* 125. *n.* 17. *tom.* 2. Idque fortius ex 5. Concilio Trid. *cap.* 20. *sess.* 24. *de reform.* Quia non est Judex competens forensium, Vberi. *de cit. cap.* 9. *num.* 39. Post. *de subhast. inspect.* 61. *num.* 11. & ibi Rota *decis.* 49. *n.* 1. Quare ex defectu jurisdictionis sententia est nulla.

Quod ea quidem ratione sancitum est, ne auctoritas 3
Ordinariorum diminuatur, & ut evitentur graviores expensæ, quæ in Romana Curia fiunt. Unde respicit favorem Ordinariorum, & partium, quibus non consentientibus, causa prioris instantiæ cognoscenda est ab Ordinario, ut declaravit S. Congregatio Concilii sub die 27. Junii 1585. teste Gratiano *discept.* 817. *num.* 15. *& seq.* Hincque meritò Innocentius X. & S. Congregatio Immunitatis censuerunt, hujusmodi causas in ditione Pedemontana esse cognoscendas ab Ordinariis locorum, non attentis monitoriis Auditoris Cameræ, qua de re fuerunt datæ litteræ circulares, quas alibi integras adduxi.

Præsertim autem si sententia lata fuerit absque citatione Universitatis, quæ citari, ac moneri debet, convocato consilio, ut requiritur, Vbert. *de cit. cap.* 11. *num.* 384. Post. *de manut. obs.* 107. *num.* 11. Rot. *in fin. tr. decis.* 285. Beltram. ad Gregor. *decis.* 584. *num.* 6. & speciatim quod sententia Auditoris Cameræ ob non intimatum monitorium Capitulo, collegi direr congregato, sit nulla, firmat Cavaler. *decis.* 235. *num.* 1.

Eâque item injusta, quia laici, qui habent uxores, 5
alios filios non possunt sua bona omnia, vel majorem eorum partem donare hujusmodi Clericis in præjudicium uxorum, ac aliorum filiorum. Neque possunt constituere bis Clericis, nisi patrimonium sufficiens, non autem excedens eorum qualitatem, ideòque eius quantitas taxatur arbitrio Ordinarii, ut per Paris. *de resig. benef.*

lib. 2. quæst. 6. num. 13. & seq. Azor. *instit. moral. tom. 2. lib. 3. cap. 4. quæst. 8.* Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst. 2. n. 31.*

6 Præterea cùm donationes istæ censeantur fraudulentæ, quia donatores remanent in possessione bonorum donatorum, utique ad Ordinarium pertinet illas cognoscere, ut sæpiùs declaravit S. Congregatio Immunitatis, cujus declarationes alibi retuli. Cùmque bona donata ad titulum patrimonii non gaudeant immunitate, donec Clericus habuerit legitimam ætatem, ut promoveatur ad Sacros Ordines. Quod ab Ordinario cognoscendum, ac definiendum est, ut pluries respondit S. Congregatio Immunitatis, præcipuè sub die 4. Augusti 1643. in Oppidensi, & sub die 18. Septembris 1639. referente Conrado in *addit. ad Apostol. dispensat. nu.* 33. & S. Congregatio Boni regiminis in Firmana montis Ulini sub die 11. Maii 1652. Ideò sententia Auditoris Cameræ habetur, ac si non esset lata. Nam idem judicatur de sententia nulla, & injusta, ac de ea, quæ non extat; ut proinde non indigeat revocatione, neque ab illa sit appellandum, *l. 4. §. Condemnatum*, ubi Doctores *ff. de re jur.* Altogr. *cons. 99. n. 27. cum duob. seqq. lib. 1.* Gratian. *discept. 850. nn. 14. & discept. 950. nu. 24.*

CONSULTATIO XLVIII.

An Regularis ejectus à sua Religione, tanquam incorrigibilis, si committat delictum, gaudeat privilegio fori Ecclesiastici?

1 REspondeo, gaudere. Ita etiam declaravit S. Congregatio Immunitatis in Nolana sub die 11. Maii 1660. Etenim ejecti ab Ordine etiam justè, ac definitivè non desinunt esse subditi Prælatorum regularium, immò manent ejusdem veri Ordinis Religiosi, ac votis ligati, sicut vice versa Superiores Regulares remanent illorum Prælati, & Pastores, ut patet ex tota serie *cap. ne Religiosi de Regular.* præsertim ponderando illam rationem *ne sanguis eorum &c.* Et illud verbum: *Religiosi*, & verbum hoc *Prælatorum.* Itemque verba illa *in monasteriis suis.* Nec non ista: *Abbates, seu Priores eorum.* Et tradunt Navar. *cum. 2. de Regul. n. 34. ac seqq. & com. 3. n. 46.* Molin. *disp. 140. vers. quando verò, & vers. quoad votum*, Vasquez. *in 1. 2. quæst. 96. art 4. disp. 165. num. 87.* & Suarez *tom. 5. disp. 21. sect. 3.*

2 Nihil enim magis exegerant sacræ litteræ, Canones, & Concilia, quam, ut Prælati subditos suos corrigant, & more mercenariorum non deserant ita, ut propterea Superioribus Regularibus negligentibus suos subditos ad monasterium reducere, optimè congruant in specie verba Concilii Tridentini *cap. 1. in fin. sess. 24.* scilicet, *Illorum sanguinem, qui ex malo negligentium, & sui officii immemorum Pastorum pereunt, Dominus noster Jesus Christus de manibus eorum est requisiturus.* Et de Prælatis Regularibus est textus in *d. cap. ne Religiosi, & in cap. cum ad monasterium §. penul. de stat. Monach.* Undè rectè Ost. *in d. cap. ne Religiosi* sub initio adnotavit, Abbatem teneri de sanguine Monachi vagabundi, sicut & alii Prælati subditorum correctionem negligentes, ut in *cap. 1. de Off. Archid.* cum hujusmodi aliis.

3 Si igitur ejecti, ut incorrigibiles non desinunt esse subjecti suis Prælatis regularibus, remanent Regulares, atque adeò gaudent privilegio fori Ecclesiastici.

4 Non obstat res judicata, ut per Navar. *in com. 2. de Regul. num. 36.* Quia Prælati Regulares judicant tantummodo super expulsione, non autem super liberatione à nexu monasticæ professionis, nec ab obligatione se corrigendi, & ad monasterium redeundi. Nec in reductione ejecti imponunt ei novam pœnam pro delictis commissis, sed tantummodo cogunt eum implere obligationem suæ professionis, quod justissimum est, cum ab ea per sententiam expulsionis non fuerit absolutus, nec potuerit absolvi. Quoniam hæc potestas faciendi de Monacho non Monachum, nullatenus competit inferioribus Summo Pontifice, *d. cap. cum ad monasterium, vers. nec æstimet Abbas*, cum ibi notatis à Glos. *v. abdicatio*, ab Innoc. & aliis *de stat. Monachorum.*

Præterea, quatenus obstaret res judicata, cum tamen 5
Papa in *d. cap. ne Religiosi de Regul.* mandet ut expulsi reducantur, & inobedientes excommunicentur, etiamsi regularis ordo repugnet, & sic deroget regulæ secundum Ostiensem *num. 5.* & alios relatos, consequens est, ut sublata regula, tanquam principali, censeatur etiam sublatus effectus sententiarum, quæ in vim regulæ sunt prolatæ ex iis, quæ notat Vitalin. *in Clem. dudum §. nos etenim num. 10. de sepult.* ubi pluribus concludit in revocatione pactorum, de quibus in d. Clementina, includi etiam sententias latas super iisdem pactis. Et pro hac parte Jo: Andr. dicit, pronuntiasse Joannem XXII. ut refert ibi Cardinal. *num. 1. in 7. quæst.* Eòque magis, quia hoc casu non agitur de duplici vinculo, sicut agitur quando pactum est confirmatum. In quibus terminis procedit contraria opinio Glossæ *in d. Clem. Dudum v. pacta*, & Jo: Monach. *ibidem*, sed agitur de ipsa executione regulæ, quæ perpetuò excludit ab ordine expulsos post trinam reconciliationem. Vnde sublata in hoc dispositione regulæ, procul dubio censetur sublata ipsius regulæ executio. Demum cessat difficultas, quia *d. cap. ne Religiosi de Reg.* mandat, reduci ad monasterium etiam ejectos perpetuò, ac per sententiam diffinitivam. Ergo apertè sustulit rem judicatam, quatenus obstaret.

Minus obstat, quod servus ejectus à Domino, aut pro 6
derelicto habitus, desinat esse sub Domini potestate, ut *l. ff. de his qui sine manumiss. ad libert. perven.* Nam servus potest à domino liberè manumitti, *tot. tit. de manumiss.* ac pluribus titulis sequentibus, ac pro derelicto haberi, ut *l. quod servus ff. de stipul. servor.* At professus non potest à Superioribus regularibus absolvi à jugo Monasticæ servitutis.

Postremo non obstat, quod Clericus depositus se- 7
cundum Navarrum non possit cogi redire ad dignitatem, & locum, quem tenebat antequam deponeretur. Siquidem hoc ideò est, quia per depositionem solvitur vinculum spiritualis conjugii inter Prælatum & Ecclesiam, ut est textus in *cap. inter corporalia de translat. Episcop. vers. non enim humana.* At per expulsionem ab Ordine Religiosus non absolvitur à vinculo suæ professionis, ut constat ex jam dictis.

CONSULTATIO XLIX.

An, & quatenus ad validitatem censurarum non sufficiat prima citatio ad dicendum causam, quare &c. sed requiratur nova monitio, sive citatio ad sententiam? præsertim in materia immunitatis Ecclesiasticæ?

Quid in delicto notorio, an scilicet in notoriis ordo juris sit servandus? Et quid de sententia?

Nunquid in notorio requiratur probatio, & quot testes requirantur ad illud probandum?

Et an à sententia super notorio lata detur appellatio? Vbi Parerga nonnulla de appellatione in materia immunitatis Ecclesiasticæ ex decretis Sacrarum Congregationum.

IMpeditum, ac perplexum est argumentum harum 1
quæstionum. Nos verò, quod fieri potest, illud expediemus, & explicabimus, nam sæpè retractatum, & commentatum, nec dum tamen absolutum est.

Ad primum igitur quod attinet, nullitas censurarum 2
clara est, si defecerit canonica monitio, nec non citatio ad sententiam pro die, quo relaxatæ fuerunt censuræ, ac emanavit, sententia declaratoria. Hæc enim citatio est omnino necessaria, nec sufficit præcedens prima citatio ad dicendum causam, quare &c. executa ante biduum relaxationis censurarum, si reus comparuerit? quia evanuit per comparitionem, adducendo causas, quare non erat locus censuris? sique Episcopus post diem citationis receperit probationes, & examinavit testes absque alia citatione. Vnde totus proces-

processus est nullus, unà cum sententia declaratoria, ut latè probat Covar. *in cap. alma mater par. 1. §. 9. num. 4. & 5.* ubi, quod requitur trina monitio canonica, & necessariam esse citationem etiam ad probandum factum, & crimen, per quod prætenditur violata immunitas Ecclesiastica.

3 Et licet aliquando sufficiat una pro tribus *ad text. in cap. Constitutionem de sent. excom.* attamen tres saltem horæ debent assignari distinctim pro tribus separatis terminis, ac monitionibus juxta textum, ibique Glossam communiter receptam *in d. cap. Constitutionem*, alioquin præceptum non afficit, Covar. *in d. cap. alma mater num. 6. de sent. excom. in 6.* Sayr. *de censur. lib. 1. cap. 9. num. 35.* Tunc quoque sufficit una pro trina, quando agitur de excommunicatione lata à jure, secus autem, deferenda ab homine, Glossa insignis *in Clem. 1. de vit. & honest. Cleric.* Covar. alios adducens *loc. cit. n. 5.* Raguc. *de excom. quæstio 55. n. 5. & 52.*

4 Ad 2. Sed quid in notoriis? Non esse observandum juris ordinem, quamplures firmant ex *can. manifesta, & can. seq. can. de manifesta, & can. Calum. 2. quæst. 1. ex hoc quidem C. de accus. cap. bona 1. de elect. cap. quoniam de fil. presbyt. cap. super eod. de testibus cap. porrò de divort. cap. evidentia de accus.* cum hujusmodi aliis, annotatque Innoc. *in cap. ex parte 1. nu. 1. & 3. de verb. signif.* Nam, ut colligitur ex prædictis juribus, accusatio, denunciatio, libelli oblatio, seu petitio, litis contestatio, & probatio non sunt necessaria, & ideò dicitur in notoriis, non esse servandum juris ordinem, qui debet in aliis observari, vel per omnia observandum, ut *cap. ad nostram 3. de jur. jur.* & notat idem Innoc. *in cap. tua num. 8. de cohab. Cler. & mul.* ubi ait, quamvis in notoriis procedi possit, præsentibus partibus, lite contestata, & servato alio judiciario ordine, posse tamen, eis præsentibus, procedi, lite non contestata, nec alio judiciorum ordine servato, sicut quando reus est absens, & contumax. Concordant Jo: Andr. *cap. vestra num. 20. de cohab. Cler. & mul.* ibique Cardin. *num. 45.* Abb. *num. 18.*

5 At Butrius *in d. cap. vestra num. 38.* in omni casu requirit citationem, & quod veniens exponatur factum, pro quo citatus est, & quod audiatur ejus defensio. Quod si non fiat, potest dici, sententiam non tenere super notorio latam, ut inquit Innoc. *ubi supra* in hac re mirificè varius, & Jo: Andr. *d. num. 20.* per *cap. qualiter 2. §. debet de accus.* & in hoc nullus dubitat, ut ait Alber. *in l. ea quidem n. 14. C. de accus.* Et hanc dicit, esse magis communem opinionem Aretin. *cons. 153. num. 7.* quem refert Boss. *instit. de denunc. num. 9. & in tit. quomodo procedatur in crimine notorio post num. 6.* & Cla. *in prax. crim. §. fin. quæst. 9. vers. Quæro nunquid.* Sicut enim in aliis causis, quæ requiunt ordinem judiciarium, non valet sententia, quæ fertur, non adhibita causæ cognitione, *ut l. prolatam C. de sent. & interloc. omne Jud. l. accusatoribus, & l. absentem C. de accus.* ita videtur in notoriis, ubi, & si non omnis, aliquis tamen ordo servandus, ut *in d. cap. ad nostram 3. de jure jur.* secundum Jo: Andream.

6 Communiter verò ita distinguitur. Aut factum est ita notorium, ut certum sit, absenti nullam defensionem competere, & tunc non est necessaria citatio. Quia illa fieri debet, ut reus se defendat, & sic intelligitur textus *in cap. Venerabilem de elect. & in l. 2. ff. de admin. rer. ad Civit. pertin. & in cap. cum olim de re jud.* observatque ibi Glos. *v. licet absenti*, quam pluribus exornat Felin. in eum locum *num. 11.* Socin. sen. *cons. 4. num. 24. & seq. lib. 3.*

7 Aut potest reo competere aliqua defensio, quod regulariter contingit, & tunc requiritur citatio, alioquin non valeret sententia, & sic intelligunt textum *in cap. fin.* juncto *cap. 1. de offic. deleg. lib. 6.* & in *Clem. pastoralis de re judic.* & in hoc casu loquuntur Innoc. & Jo: Andr. *locis allegatis.* Et hanc distinctionem fieri ab omnibus, atteststatur Pract. Carret. *fol. 28.* quem refert Clar. *§. fin. d. quæst. 9.*

8 Asserunt alii, quòd in delicto notorio non requiritur citatio, quotiescunque sine alia citatione, ac processu fertur declaratoria super incursu excommunicationis, à jure latæ, contra contumacem notoriè incursum. Quia tunc ipsum jus excommunicat, & Judex solum publicat excommunicatum, exequendo canones, secus autem quando Episcopus cœpit citare ad dicendum causam, quare &c. Et sic judicialiter procedere, & rursus non simpliciter relaxavit edictum, sive cedulones, tanquam notorium contumacem nonpriè incursum, sed procedit ad sententiam, in qua declarat, Judicem, & alios Curiæ sæcularis incurrisse excommunicationem, recipiendo prius absque alia citatione probationes post unicam citationem ad dicendum causam, quare &c. Et post comparitionem citari. Hoc enim casu tenetur etiam in sequentibus actibus, & ad sententiam citare, aliàs non sustinetur declaratoria, ut apertè sentit Covar. *loc. cit.* ubi etiam *num. 6.* subdit, quod in notoriis non aliàs ferenda est sententia excommunicationis, quàm præcedente canonica monitione, cum etiam ubi crimen est manifestum, & adest contumacia, debet prius constare, delinquentem esse veram contumacem. Quod prosequitur Ricc. *in pr. par. 2. resol. 394 n. 1, & 2. ac n. 3.* ubi ait, hanc esse communem, & veriorem, *& par. 3. resol. 174.* ubi, quod etiam in crimine notorio requiritur citatio, in formando processu, & citatio, ac bina monitio, in sententia ferenda, vel unica cum trina monitione, *ut in resol. 175.*

Neque obstaret, si post citationem executam Judex 9
processerit ad ulteriora, & sic adesset contumacia notoria, etiam cum contemptu, ita, ut possit de facto contra eum procedi, vim vi repellendo. Nam etiam in hoc casu requiritur citatio, tam super hac probatione, postmodum facta, quàm ad sententiam super excommunicatione, ex quo Judex procedit, uti Judex, non uti privatus, defendendo jus suum, Ricc. *d. resol. 174. num. 3.* ac Diana *par. 1. tr. 9. resol. 18. de excom. §. advertendum*, ubi, quod etiamsi lex excommunicet ipso facto requiritur citatio contra transgressorem. Quia potest citatus, sive monitus, vel desistere, vel reponere in pristinum, & purgando contumaciam satis facere, ideòque necessaria est citatio, etiam in notoriis. Quare Jul. Clar. *in pr. crim. loc. cit.* indistinctè tenet in quocunque notorio, si reus est absens debere citari, non modò ad processum, dummodo non sit de fuga suspectus, nam eo casu deber, si potest personaliter capi, secundum opinionem, quam dicit communem Ferret. *cons. 31. num. 11.* sed etiam ad sententiam. Non enim apparet, quomodo constare possit, nullam defensionem reo competere, nisi eo monito, & audito. At quidquid de his sit.

Ego tamen honestius, ac tutius esse puto, ut in om- 10
ni casu fiat citatio, ac monitio; quod ante me censuit Calderinus *in d. cap. vestra num. 47. de cohab. Cler. & mul.* Nam, ut inquiunt Ost. & Jo. Andr. *in cap. cum sit Romana in fin. de appell.* multi dicuntur notorii, qui non sunt, *cap. consuluit de appell.* Et ideo justius, ac tutius est, nullum, quantumcunque notorium fore damnandum sine citatione, vel admonitione. Et ita captiunculæ forenses, & altercandi vices libellis frequentibus evitantur.

De sententia verò, nunquid in notorio sit necessaria? 11
Doctores similiter dissentiunt. Nam Glossa *in cap. super per eo v. non requiratur de testib. cogend. & in cap. porrò v. notoria de divort. & cap. penult. v. non erat illi indicenda de purg. can. & cap. evidentia v. non indiget de accus.* tenuit, etiam super notorio servandam esse sententiam, & hanc Glossam dicit communiter approbatam Marsil. *in pr. crim. §. aggredior nu. 133.* Pract. Corradi *fol. 238. post num. 4.*

Contrariam tenet Innoc. *in cap. ex parte 1. num. 1. de* 12
verb. signif. Calder. *in d. cap. vestra n. 47. de cohab. Cler. & mul.* ubi ait, in notoriis non esse necessariam sententiam in scriptis, & cum solemnitate, ut notatur in *Auth. ut Judici sine quoque suffr. §. necesse autem in Glos. v. sine libello.*

libello. Requiritur tamen aliqualis sententia, ut videtur textus *in l. si confessus ff. de custod. & exhibit. reorum. Et can. nos in quemquam 2. quæst. 1.* & satis est, ut fiat præceptum juxta Calderinum, quem sequitur Abb. *ind. c. vestra n.* 18. & ita intelligunt Innocentium loco citato.

13 At, quidquid sit de jure, certè de consuetudine indistinctè observatur, ut etiam in criminibus notoriis requiratur sententia declaratoria, ut attestatur Clar. *in pr. crim. d. quæst. 9. vers. præterea quæro.* Et ita etiam hanc sententiam esse in praxi receptam, fatetur Covar. *in d. cap. alma mater par. 1. §. 2. num. 9. de sent. excom. in 6.* Immò dicunt aliqui, non posse dici delictum notorium, quod excusationem non habeat, nisi prius fuerit super hoc cognitum, ac declaratum per Judicem, illud esse notorium, citato etiam ipso reo. Et hanc opinionem, testatur esse communem Aretin. *cons. 163.* quem referunt Ferret. *cons. 31. num. 5.* & 35. & Clar. *loc. cit.* ubi etiam admoner Judices, ut in hujusmodi notoriis cautè ambulent, ne si nimis properent, se ipsos involvant. Plus enim æquitati, vel non minus æquitati, quam scripto juri tribuendum est. Quod si, secundum alterum tantùm judicandum sit, cedat scriptum potius æquitati, quam æquum & bonum summo juri. Conniveat Jus scriptum æquitate disceptatrice.

14 Ad 3. Distinguit Butrius *in d. cap. vestra num.* 42. *de cohab. Cler. & mul.* ibique Abb. *num.* 19. Aut enim quæritur de notorio facti permanentis, & nulla probatio requiritur, *ut in cap. tua eod. tit. & in d. cap. evidentia de accus.* Aut de notorio juris, & necessaria est probatio, ut si reus negaret sententiam contra se latam; nam deberet concludenter probari, ut *in cap. si ut de rejudic.* Et idem dicendum de notorio præsumptionis, ut *in cap. per tuas de probat.* Aut quæritur de notorio facti interpolati, & requiritur probatio, licet non multum plena, ut in *cap. cum in diœcesi de usur.* & Glos. *1. in d. can. manifesta 2. quæst. 1.* dicit, in hoc notorio requiri semiplenam probationem. Aut quæritur de notorio facti transeuntis, & in hoc Doctores non conveniunt.

15 Nam Innocentius variè loquitur, ut plenè per Butr. *in d. cap. vestra num. 42. de cohab. Cler. & mul.* At *in cap. tua n. 2. eod tit.* videtur, tenuisse in hujusmodi notorio, necessariam esse probationem. Ait enim, testes debere duo concludere, se vidisse id, de quo testificantur fieri, & tot alios fuisse præsentes, ut crimen factum fuerit notorium, alias non probaretur, crimen esse notorium; & ideò non deberet reus ad ipsorum dicta condemnari. Quod si fieret, sententia esset nulla, quia lis non esset contestata, ut *l. prolatam C. de sent. & int. non contest.*

16 Contra tenet Vincentius *in cap. Consuluit 1. de appell.* relatus à Calder. *in d. cap. vestra num.* 48. & hanc dicit esse communem in *l. ea quidem num. 18. C. de accus.* & ut inquit Angelus *in l. ictus fustium num. 4. ff. de his, qui not. infam* hodie mos inolevit, ut Rectores immediatè absque aliquo processu faciant decapitari, ac suspendi de facto malefactores notorios, eisque membra mutilari, quibus, ut ipse ait, ita pœnas imponi subitò expedit Reipublicæ, ut refert Jul. Clar. *d. quæst. 9. vers. Item quæro.*

17 Pro concordia Speculator. *in tit. de notor. crim. §. jam de notorio num.* 17. dicit, opinionem Innocentii esse veram, quando Judex procedit ad petitionem alicujus. Contrariam verò Vincentii, quando ex officio inquirit.

18 Tenenda tamen est indistinctè opinio Innocentii, quæ efficacitet probatur *in cap. cum dilectus vers. dicitur enim de purg. Canon.* Eam sequitur, ac pluribus confirmat Calderin. *in d. c. vestra n.* 48. inquiens, satis esse probare qualitatem istam, scilicet quod est notorium, vel major pars populi pro certo asserit, id publicè factum fuisse, vel esse, & quod inficiationi locus non fuit, nec est nec ab aliquo contrarium asseritur. Idem tenet *n.* 19. ubi ait: in notorio facti transeuntis requiri plenam probationem, & esse valde utile, ut Judex à principio declaret factum esse notorium. Allegat textum cum Glos. *in v. declarato in Clem. pastoralis de re jud.* Hoc ipsum voluit Salyc. *in l. ea quidem col. 2. de accus.* ubi concludit, probandum esse crimen, de quo agitur, notorie commissum fuisse. Et in hoc nemo contradicit, ait Clar. *d. quæst. 9.* subdens, opinionem Alberici esse valde periculosam.

Debet igitur Judex super tali notorio informationes 19
assumere, & hæc est communis opinio, ut testatur Afflict. *super 2. par. Constit. Regni rubr. 10. post n.* 30. Neque sufficerent informationes, ab ipso Judice extrajudicialiter assumptæ, sed debet constare Judici, ut Judici, ex actis juxta communem opinionem, ut inquiunt Pract. Corradi *fol. 240. in fin. & fol. 241. nu. 14.* & Clar. *loc cit.* Et ideò recte Salyc. *in d. l. ea quidem num. 9.* ait: *Caveat Judex ne asserat delictum notorium, cùm non sit. Multa enim dicuntur notoria, quæ non sunt.* Et præterea consulit Judici, ut majorem partem vicinæ examinet super delicto commisso, ne postea tempore depositi officii puniatur, si de notorio non doceat. Et id quidem justius, tutius, ac æquius est, ideòque observandum.

Ad id autem probandum sufficiunt duo, vel tres te- 20
stes idonei, sicuti sufficiunt ad probandam famam, ut *cap. tam litteris de testibus, cap. inquisitionis, & cap. testamentum de accus. l. bonorum C. de bonor. possess. l. quæstionem C. de fideic.* Tenetque Glos. *in can. Deus omnipotens §. quando autem v. Judicis 2. quæst. 1.* Estque communis opinio, teste Butrio *in d. cap. vestra num.* 48. & Saliceto *in d. l. ea quidem nu. 82.* ut in ore duorum vel trium stet omne verbum. Et in id omnes concordant, ut ait Calder. *in d. cap. vestra n.* 50. Neque obstat *d. cap. inquisitionis*, quia non ait, duos non probare infamiam, sed non infamare.

Ad 4. autem variè quoque Doctores loquuntur. Ju- 21
ra tamen decernunt, quod notorius criminosus non auditur appellans, *cap. Cum sit Romana §. præterea in fin. & cap. pervenit*, ibi: *Si verò publicus est, & notorius, appellationis obtentu non prætermittas, quin eos excommunicatos denunties de appel. cap. consuluit 1.* in hæc verba: *Quod si aliqui, quos manifestum sit, & notorium, uxorem alterius detinere, aut injecisse manus violentas in Clericum, appellaverint, eorum appellationi non est aliquatenus deferendum, cap. proposuit in fin. & cap. proposuisti in fine.* Et *cap. Cum speciali §. porro.* ita *Commonito ad appellationis obstaculum convolante, si ejus excessus evidentia rei, vel ipsius confessione, aut alio modo legitimo fuerit manifestus, cum appellationis remedium non sit ad defensionem iniquitatis, sed ad præsidium innocentiæ institutum, non est provocationi hujusmodi deferendum, eod. tit. & cap. Romana §. si autem de appel. in 6.* & ita inquit communiter teneri Jo. de Anan. *in cap. quam perniciosum post num. 1. de usur.* & Butr. *in d. cap. vestra n. 41. de cohab. Cler. & mul.*

Sed Calderin. *in d. cap. vestra nu. 51.* distinguit, an Ju- 22
dex ptocesserit contra absentem non citatum, aut ipso citato, probationibus receptis, vel non receptis. Ego autem consequenter ad dicta censeo. tutius esse admittere appellationem. Tu verò adi Butrium, & Salycetum qui rem hanc copiosè examinant, ille *in cap. pastoralis de appel.* hic in *d. l. ea quidem num. 88. & seqq. de accus.* Id solum subjicio. Cum in S. Congregatione Immunitatis Ecclesiasticæ proponeretur ab Episcopo Cæphalunensis, an appellatio prohibita in Constitutione Gregorii XIV. de immun. Eccles. intelligatur tantummodo de appellatione frivola, eadem S. Congregatio respondit, appellatio in Bulla Gregoriana intelligitur indistinctè prohibita ex *lib. 2. decret. Paulucii fol. 7.* Alia vide in *cons. 60. tom. 2.*

CONSULTATIO L.

1 *An absolutio rei à crimine, sibi imputato, à carceribus cum libertate dimissi, fieri debeat postquam ipse restitutus sit eidem Ecclesiæ, à qua injustè fuit extractus?*

2 *Et*

2 *Et an verè extet indultum pro ditione Mediolanensi, quod causa omnes Ecclesiasticæ tam civiles, quàm criminales in omni instantia coram iti debeant à Romana Curia Judicibus ejusdem ditionis in beneficium, ac commodum litigantium?*

1 AD 1. Cùm reus sit constitutus in plena libertate, videtur vanus prætextus ille, quod cùm is fuerit per vim extractus ab Ecclesia non possit absolvi, nisi prius eidem Ecclesiæ restituatur. Nam deficit in hujusmodi deductione extremum illius necessarium, quod constituitur in confugæ ipsius petitione, ac instantia pro suo interesse, ut redintegretur sibi pristina libertas, quemadmodum post alios insinuat Bartol. *in l. præsenti num. 5. C. de his, qui ad Eccles. confug.* ubi non vult necessitati adscribi, quod extractus ab Ecclesia illi restituatur, sed tantum ait, quod id per ipsum extractum de jure peti possit, cujus doctrinam sequitur Abb. *in cap. inter alia num. 26. de immun. Eccles.* sentitque Remig. de Gonn. *de immun. quæst. 10. vers. refert Bartol. in tract. diversi. tom. 13. par. 1.* & ita loquuntur ferè omnes, quos in hac specie congerit Farinac. *de immun. Eccles. cap. 2. num.* 48 supponentes promoveri restitutionem per ipsum confugam.

2 Quandoquidem finis ultimus, cujus gratia sacri canones sanxerunt, quod intecutor in honorem divini Numinis subsistat, neque injiciat manus in illum, qui ad Ecclesiam confugerit, consistit in servanda libertate eidem confugæ, quasi illum emancipando à vinculis Curiæ, adeoque in tutela ipsius refugii, ut inquit textus *in cap. cum Ecclesia in fine*, ubi Glos. *v. tutelam de immun. Eccles.* Et *in can. id constituimus 17. quæst. 4.*

3 Et hac ratione palam fit, restitutionem indistinctè faciendam esse Ecclesiæ, cum supposito, quod persona restituenda sit detenta in carceribus Judicis, qui mandavit extrahi, ut sic possit in ipso actu restitutionis melior fieri conditio extracti ab Ecclesia, in quibus terminis loquitur D. Augustinus relatus *in can. miror. 17. quæst. 4.* Quippe non potest considerari ullum Ecclesiæ interesse, nisi sit commistum cum illo ipsius confugæ, quod tendit ad scopum libertatis, ut probatur *in d. can. id constituimus, ver quod si is*, ubi cavetur ab Ecclesiæ Clericis, non esse quærendum confugam, si de Ecclesia timore actus discesserit.

4 Quare quod satisfiat immunitati relaxando reum extractum, ita ut facilè comprehendi non possit, idque debeat facere Judex ex officio, etiam parte non opponente, firmat Farinac. *de immun. num. 52. & seq.* ubi plures alios citat, traditque Roman. *cons. 227. in fin.* Decian. *lib. 6. cap. 29. n. 7.* & hoc modo fuisse à Bonifacio Rege immunitatis satisfactum, constat ex ejus epistola ad D. Augustinum per hæc verba: *Virum morte dignissimum, quem meus de Ecclesiæ foribus furor abstraxit, vitæ tuæ jussionibus donamus illæsum*; ex quo reum liberando Ecclesiæ satisfactum cognoscitur.

5 Præterea potest reus immunitatis beneficio renunciare, *cap. inter alia in fine de immun. Eccles.* ubi dicitur, quod non debet extrahi inventus. Ergo poterit extrahi volens, Decian. *cap. 26. n. 12.* Et privilegium immunitatis non aufertur invito Farin. *loc. cit. numer. 304.* Ergo etiam extractus, beneficio restitutionis poterit renunciare.

6 Et quidem cum Ecclesia una sit, *can loquitur 24. quæst. 1.* & beneficium immunitatis non sit uni Ecclesiæ in specie concessum, sed Ecclesiæ universali, Decian. *lib. 6. cap. 28. num. 8.* Ambrosin. *de asylum. cap. 5. n. 3.* & reus in una Ecclesia delinquens, si ad aliam confugiat, potest ab illa, ad quam confugit extrahi, quia cùm unam Ecclesiam lædit omnes videtur lædisse, Decian. *loc. cit.* Clar. *in §. fin. quæst. 30. num. 15.* Ambros. *d. cap. §. n. 3.* Farin. *ibid. n. 59.* Cur ergo à pari, si immunitatem unius Ecclesiæ quis offendit, extrahendo reum, non debeat censeri omnibus Ecclesiis satisfecisse, eundem reum in alia Ecclesia reponendo?

Unde, quamvis Doctores velint restitutionem extracti 7
faciendam esse ipsi Ecclesiæ, à qua fuit extractus, ut nominatim firmant Glos. *in d. can. miror, v. præcipit*, ibique Archid. *n. 2.* Bellam. *n. 1.* Mantic. *cons. 60.* & Farinac. *d. cap. 2. num.* 48. Vbi tamen contingit, extractum ita sibi consulere, ut potius eligat, se constituere in alia Ecclesia, conveniunt, quia redintegratur rei libertas, in qua consistit tota ratio, & substantia immunitatis, ut proinde absque dubio indulgendum sit petitioni illius, quidquid foret dicendum, eo coadjuvante, ac petente se restitui eidemmet Ecclesiæ, à qua fuit extractus, ut post alios distinguendò, tradit Remig. *d. quæst. 10. in fin. vers. sed an videatur.*

Præsertim si reus auctoritate Judicis Ecclesiastici, 8
apud quem comprobavit suam innocentiam, evasit liber è carceribus. In quo casu non solum videtur cessare restitutionis necessitas respectu ipsius Ecclesiæ, à qua fuit extractus, sed etiam respectu cujuscunque alterius Ecclesiæ. Hoc ipso enim, quod secundùm præsentem statum extractus est magis liber, dissolvitur materia restitutionis. Et hoc est, quod tenuit Bartol. *in lib. 1. §. omnes num. 2. ff. de acq. rer. dom.* ubi, quod si captus in Ecclesia, & postea relaxatus, statim rursus capiatur, non dicitur restitutus Ecclesiæ, quia ad hunc effectum debet esse talis libertas, ut difficilis sit persecutio, manifestò innuens, quod in casu talis libertatis non sit necessaria restitutio Ecclesiæ, sed illius immunitati satisfactum sit. Hanc doctrinam sequitur Felin. *in cap. 2. n. 1. de treg. & pac.* & Remig. *loc. cit. quæst. 11.*

At nihilominus tenendum est, hujusmodi reum esse 9
prius restituendum eidemmet Ecclesiæ, à qua fuit extractus, & postea ex processu jam constructo, post extractionem convalidato per dispensationem Summi Pontificis, cùm sit nullus, legitimè ejus causam expediendam.

Ratio autem est, quia privilegium immunitatis non 10
conceditur intuitu personarum, sed propter honorem, ac reverentiam, quæ locis sacris, & divino cultui debetur *l. præsenti vers. ipsis servata loci reverentia C. de his, qui ad Eccles. confug. can. reum, can. frater, & can. definivit 17. quæst. 4.* Ac illi Ecclesiæ, cui ex captura irrogatur injuria. Privilegio autem Ecclesiæ nemo potest renunciare, *arg. cap. contingit. 1. de sent. excom.* & ex communi docent Navar. *in man. cap. 15. n. 21.* Graff. *lib. 1. cap. 3. n. 47.* Covar. *var. cap. 20. n. 17.* Farinac. *in append. de immun. cap. 19. n. 306.* Decian. *lib. 6. cap. 26. n. 11.* Suarez. *de relig. tom. 1. lib. 3. cap. 19. n. 5. & seq.* Lezan. *v. Immunitas n. 18.* Laym. *lib. 4. tract. 9. cap. 3. n. 13.* Delben. *de immun. cap. 16. dub. 25. n. 2. & dub. 26. n. 7.* Peregrin. *eod. tract. cap. 15. n. 23.* Mar. Ital. *eod. arg. lib. 1. cap. 6. §. 2. n. 84.* qui pro hac sententia citat Mastril. *decis. 169. lib. 2.* ubi ait, ita fuisse decisum in casu, quo reus fuit legitimè extractus ab Ecclesia, & nomine Episcopi in carceribus sæcularibus detentus, & quærebatur, an reus, dùm agitabatur causa, num deberet gaudere immunitate, posset eidem immunitati renunciare. Sicuti enim Clericus non potest renunciare privilegio fori, quia concessum est ordini Clericali, ita neque confugiens ad Ecclesiam potest renunciare illius immunitati, cùm juri publico non derogatur pacto, vel voluntate privatorum, ut habetur *in cap. si deligenti de for. comp. & in l. jus publicum ff. de pact.*

Et quatenus immunitas esset etiam concessa intuitu 11
personæ, tamen generale est ut privilegio in favorem duorum concesso, alter, altero invito, renunciare non possit, *cap. ad apostolicam*, ibique Glos. *v. monasterii*, Ost. *n. 4. & 8.* Butr. *n. 3.* & Abb. *n. 10. de regular.* ut alibi dixi. Quare ante omnia redintegranda est Ecclesia spoliata, *cap. conquerente, & cap. item cum quis de rest. spol.* Remig. *de immun. quæst. fin.* Eique competit pro restitutione hominis ab ab ea extracti, interdictum de libero homine exhibendo, ut ait Bartol. *in lib. 2. C. de his qui ad Eccles. confug.* & Abb. *in d. cap. inter alia n. 26. de immun. Eccles.* Quod interdictum, licet sit personale, est tamen in rem scriptum, sicut cætera interdicta, *lib. 1. §. pen. ff. de interd.*

interd. & datur contra quoscunque detinentes, quamvis non extraxerint.

12 Cur autem restitutio extracti fieri debeat eidem Ecclesiæ, à qua fuit extractus, tradidi *tom.* 1. ibique plures Sacræ Congregationis Immunitatis declarationes adduxi, quibus nunc addo sequentes. *Extractus à Curia laicali debet restitui eidem Ecclesiæ etiam supervenientibus probationibus super aliis delictis S. Congr. Immun. die* 8. *Decembris* 1632. *in Januen.*

13 *Deinde est extrahendus servatis, servandis juxta formam Bullæ Gregorianæ.* Eadem S. Congregatio in Mediolanensi 13. Novembris 1634.

14 *Si delinquens injuriosè extrahatur ab Ecclesia, restituendus est eidem Ecclesiæ*, S. Congr. super Episcop. *Etiam ab eo, qui non extraxit, si detinet.* Eadem S. Congregatio in Bolensi 10. Februarii 1604. *Non autem Episcopo, vel alteri Ecclesiæ, nisi de licentia S. Congregationis.* Eadem S. Congregatio in Asculana 14. Maij 1613. Quod planè magis favorabile est immunitatis Ecclesiasticæ, ut extractus eidem Ecclesiæ, à qua fuit extractus, si commodè fieri poterit, restituatur. Cæterùm non repugnat, quod stante incommoditate extracti, ut si magna esset Ecclesiæ distantia, indemnitati extracti consulendo, ipsique supplicanti ex gratia, reponatur in alia Ecclesia, ne beneficium immunitatis videatur illi quodammodo reddi odiosum. Et ita aliquando restitutio extracti facta fuit alteri Ecclesiæ cum dispensatione Summi Pontificis, ut sub die 29. Novembris 1634. Quidquid perperam dixerint Curtel *de immun. Eccles. lib.* 1. *quæst.* 30. *nu.* 14. Barbos. *de jur. Eccles. tom.* 2. *cap.* 3. *num.* 58. Et Genuensis, qui sæpè eludit lectores cum illis suis frivolis enuntionib. in *prax. Archiep. Neap. c.* 17. *n.* 8. Bonacina *d.* 3. *quæst.* 7. *de imm. §.* 55. Castropal. *t.* 2. *de rever. deb. loc. sacr. disp. un. punct.* 11. *n.* 13. & Farin. *de imm c.* 2. *n.* 48.

15 Nec erit difficultas, quominus causa ex processu jam constructio possit terminari, cujus nullitas cum sit reo favorabilis, potest utique suo favori renunciare *l. si quis scribendo C. de pact. l. si plures, C. de fid. instr.* Felin. *in d. cap. si diligenti de for. comp.*

16 Ad 2. Hujusmodi indultum verè extat, estque à Leone X. concessum Francisco Primo, Galliarum Regi tunc Mediolanensi Duci tenoris sequentis: *Leo Episcopus &c. Et insuper statuimus, & ordinamus, quod causæ criminales contra Clericos, & laicos, ac personas Ecclesiasticas, præterquam ubi ratione alicujus criminis in Bulla Cœnæ Domini recenti contra eos, vel etiam laicos agi deberet, Ordinarius, vel aliis judicibus Ecclesiasticis in partibus, ac Domatio, & districtu Ducatus hujusmodi committi, cognosci, decidi, ac terminari debeant, nec de cætero ad Romanam Curiam advocari, & in ea tractari, vel extra Ducatum Mediolanensem, & districtum hujusmodi committatur, nisi ad effectum privationis beneficiorum, quatenus beneficia obtinentes, præter delictu pro tempore perpetrata, privari possint, quo casu causa privationis beneficiorum hujusmodi, etiam alibi, quam in dicto ducatu, & districtu per alios Judices tractari possint. In casu verò homicidiorum, mutilationum alicujus membri, vulnerum animo deliberato occidendi illatorum, raptus mulierum, furtorum, depopulationis agrorum, & incendiorum, ob grav. criminum, volumus, & dicta auctoritate statuimus, quod Archiepiscopus Mediolanensis pro tempore existens, & ejus Vicarius in spiritualibus generalis possit se intromittere, ac de illis cognoscere, & contra Clericos, & personas Ecclesiasticas totius dominii, & districtus Ducatus Mediolanensis aliquod ex dictis criminibus perpetrantes, procedere valeat eo casu dumtaxat, ubi Ordinarii delinquentium intra mensem à die perpetrati delicti, & per quos perpetratum fuerit notitia hujusmodi fuerint per famam habeatur computandum contra ipsos delinquentes procedere neglexerint, & incœperint &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ* 1518. *die* 17. *Kal. Julii, Pontificatus nostri anno sexto.*

17 At nunquam fuit observatum, & custoditum, sed semper neglectum, sicuti testantur Doctores ipsi Mediolanenses, nominatim Boss. *in tit. de Princ. num.* 344. Gallia *cons.* 82. *nu.* 9. Beret. *cons.* 1. *num.* 19. Surd. *cons.* 127. *n.* 67. Borgnin. *decis.* 28. *n.* 115. *par.* 2. ubi etiam refert, non solum in Romana Curia id minimè attendi, sed ne nominari quidem, & pluries rejectum fuit à signatura Justitiæ, præsertim in una Comensi 16. Martii 1662. ponente Eminentissimo D. meo Joanne Francisco Ginetti Præterea hujusmodi indultum fuit personale, ideòque expiravit per dicti Francisci Primi discessum à dicto Ducatu Mediolanensi, ac per ejus obitum.

CONSULTATIO LI.

An inimicus, vel quisque alius, extrahens ab Ecclesia inimicum, vel quemcunque alium vi sua privata incidat in excommunicationem Constitutionis Gregorianæ, & extractus sit Ecclesiæ restituendus?

Quidve de exacto, sive egresso ab Ecclesia per metum? Ubi aliqua de reo trahente secum per viam ad Ecclesiam satellites.

AD primum quod attinet, Suarez *tom.* 1. *lib.* 3. *de relig. cap.* 13. *num.* 17. ita distinguit. Si Judex misit privatum hominem, qui, tanquam privatus amicus falsus reum in Ecclesia existentem deciperet, vel inimicus vim inferret, tunc sine dubio non potest capere illum, quia actio principaliter est Judicis, & ideò ipse tenetur reum Ecclesiæ restituere. Si verò ipse nihil cogitando de prioti injuria reum invenit extra Ecclesiam, potest sine dubio illum capere, & contra illum procedere, quia extra locum sacrum illum invenit, & ibi incipit exercere suam jurisdictionem, & ideò non violat immunitatem, neque ipse tenetur hominem restituere Ecclesiæ. Alter verò, qui illum extraxit, tenebitur restituere. Quod si jam non potest est per accidens, & satisfaciet restituendo expensas, & damna, prout poterit.

Et quidem Constitutionem Gregorianam procedere 2
contra quoscunque extrahentes, vel offendentes, sive sint personæ publicæ, sive privatæ, si extrahant, vel offendant ex mandato Judicis, vel Magistratus, certum est, ut ex Farinac. *de immun. num.* 324. Si autem privata tantum potestate, ut ex inimicitia, aliqui dicunt non incurrere in hanc censuram, quia Constitutio Gregoriana solum loquitur de lædentibus immunitatem Ecclesiasticam potestate publica, ut patet legenti, & ita præ aliis tenet Garbacurt. *de immun. lib.* 8. *cap.* 7. *n.* 4. & 5.

At enim verò tenendum est Judicem non restituen- 3
tem reum per vim, sive expulsivam, sive impulsivam ab Ecclesia, etiam privata potestate extractum, peccare contra religionem, ac justitiam. Ita Farinac. *in append. de immun. cap.* 2. *num.* 53. & *cap.* 9. *nu.* 295. Bonac. *disp.* 3. *quæst.* 7. *de immun.* §. 2. & *de excom. in part. extr. Rull. Cœn. disp.* 2. *quæst.* 3. *pun.* 6. §. 3. *nu.* 10. Delben. *de immun. cap.* 16. *dub.* 25. *sect.* 3. *num.* 1. Castropal. *tom.* 2. *de rev. deb. loc. Sacr. disp. un. punct.* 12. *nu.* 4. & melius *pun.* 11. *n.* 2. Genuens. *in prax. cap.* 17. *nu.* 6. testans, ita fuisse in Curia Archiepiscopali decisum sub anno 1598. Estque textus *in cap. sollicitè in fin. de rest. spol.* In reddenda tamen ratione flavescunt. Castropalaus ait, quia id est contra tenorem Gregorianæ Constitutionis. Genuensis, quia confugiens ad Ecclesiam à nulla persona, sive publica, sive privata extrahi potest. Jura enim generaliter loquuntur, & generaliter sunt intelligenda *lib.* 1. §. *generaliter ff. de leg. præst.* cum aliis ab eo deductis. Ad scopum magis accessit Delbene, inquiens; Quia cum talis extractio, utpotè violenta, nulla sit, reo præjudicare non debet. Quod rectè confirmat; nam alioquin facile posset Judex confugientes ad Ecclesiam capere, ac punire, si per vim ab aliis extractus licitè capere, ac punire posset. Ego hanc adduco. Quoniam talis, etiamsi à privata persona sit ab Ecclesia extractus, tamen habet jus, ut Ecclesiæ restituatur. Nam quando fieri Canones faciunt jus tale, ut Ecclesiæ restituatur, absolutè loquuntur, neque determinant, id tantum faciendum esse, quan-

quando extrahitur iniquè ab ipso Judice, ut patet *ex cap. inter alia de immun. Eccles.* ibi: *non est violenter extrahendus, ex can. miror.* 17. *quæst.* 4. *hominem de Ecclesia rapuisti*, & mox: *Ecclesiæ igitur illatum revoca, quem irreligiosissimè rapuisti.* Et *can. frater. eod. caus. & q. Ut hominem in sanctuariis constitutum, captata Sacerdotis absentia reluctantem, reclamantemque violenter abstraherent.* Et *can. Siquis contumax* 20. *de porticibus Ecclesiæ, quolibet modo adhærentibus per vim abstraxerint*, & clarissimè *ex can. definivit* 33. *Nullus audeat confugientes ad Ecclesiam, vel residentes inde vi abstrahere, vel quodcunque nocibilitatis &c. inferre*, Nicolaus Papa omnibus Episcopis relatus *in can. Sicut antiquitus eod.* 17. *quæst.* 4. ita scribens: *Sicut antiquitus à Sanctis Patribus statutum est, statuimus, ut major Ecclesia per circuitum quadraginta passus habeat, Capella verò, vel minores Ecclesiæ, triginta. Qui autem confinia earum confringere tentaverit, aut personam hominis, vel bona ejus inde subtraxerit, nisi publicus latro fuerit, quousque emendet, & quod rapuerit reddat, excommunicetur.* Idemque habetur *in lib.* 3. *C. de his qui ad Eccles. confug.* nimirum si quis eos conetur invadere, & *in l. præsenti C. eod. expelli, aut trahi, vel protrahi confugas.* Atque adeò Judex tenetur illum restituere. Quia in tali casu Judex non condemnat reum juridicè, ac proinde inique, ac privata auctoritate id facit. Nam reus habet tunc jus ad hoc, ut restituatur Ecclesiæ, *ut ex d. can. Sicut antiquitus.* Ergo Judex non habet jus, ut procedat contra ipsum extra Ecclesiam, alioquin esset bellum justum ex utraque parte, quod est impossibile. Adde, quod difficile posset reddi ratio disparitatis, cur liceat Judici condemnare reum à privata persona iniquè extractum ab Ecclesia, & non liceat etiam postquam est extractus ab ipsomet Judice. Denique ita occurritur fraudibus.

Et hanc sententiam veram esse censeo, quæ est Turre- 4
cremataæ *in can. Sacrilegium* 17. *quæst.* 4. & dicitur etiam fuisse Francisci Victoriæ. Eamque confirmo declaratione S. Congregationis super Episcopis in Neapolitana 2. Junii 1620. quæ est hujusmodi: *Extrahentes inimicum per vim, illumque extra locum sacrum satellitibus consignantes, incurrunt in excommunicationem, & qui suscipiunt, vel damnant, si sciunt extractum fuisse à loco immuni.*

Quod ad secundum. Major difficultas est. Nam Abb. 5
in cap. fin. de imm. Eccles. Sylvest. *in sum. v. Immunitas* 3. *quæst.* 6. Remig. de Gonn. *in tract. ejusd. tit. fall.* 12. *num.* 1. & Peregr. *eod. argum. cap.* 14. *num.* 2. asserunt, etiam Judicem, qui non blanditiis ac promissionibus, sed verbis injuriosis, vel minis induxit delinquentem ad egrediendum ab Ecclesia, & extra Ecclesiam eum capit, non peccare, neque incurrere in aliquam pœnam, neque reum gaudere immunitate. Quia sine coactione est egressus ab Eccle. atque adeò non habent locum jura canonica, quæ tantum loquuntur, ne reus abstrahatur per vim, ut ex supra deductis, & videtur decisum *in can. constituimus.* 34. *eadem causa. Et quæstione* his verbis: *Timore aliquo, vel ob compositionis spem ab Ecclesia discedens, à Clericis repeti non debet.* Quasi dicatur, sibi imputet, qui vano ductus timore, respectu, vel spe, secum læso componendi, Ecclesiæ refugium deserit, ac alibi se recipit, *arg. lib.* 1. *ff. de eo, per quem fact. fuer. vers. quamvis*, ibi: *Sibi eum imputare debet, qui credulus fuerit.*

Et sanè quæ fiunt ex metu sunt simpliciter voluntaria; 6
ita Arist. 3. *eth. cap.* 1. D. Thom. 1. 2. *quæst.* 6. *art.* 6. & D. Augustin. *cap.* 31. *de spirit. & lit. & epist.* 49. Namque proveniunt simpliciter à principio intrinseco cum cognitione, sunt voluntaria. Talia autem sunt, quæ fiunt ex metu. Nam voluntas amplectitur id, quod displicet, atque adeò vult, quod cognoscit.

In hac re ita distinguendum puto. Metus ex Aristotele 7
2. *Rethor. cap.* 5. Est ægritudo, seu perturbatio orta ex cognitione mali imminentis. Est autem duplex. Alius, qui cadit in virum constantem, & est ille, qui rationabiliter

movet voluntatem, ut cum eligitur minus malum ad vitandum majus. Alius verò, qui non cadit in virum constantem. Vir autem constans est ille, qui est medius inter timidum, & audacem. Item aliud est fieri cum metu, aliud fieri ex metu. Primum dicit, quod metus non sit causa operationis, sed concomitanter se habeat. Secundum dicit, quod metus moveat ad operandum, pro quo requiritur, quod non perturbetur usus rationis, alioquin operatio non esset libera. Et quod id, quod fit ex metu, sit contra inclinationem elicitam voluntatis, atque adeò interveniat actus oppositus ex diverso motivo circa idem objectum.

Ex his autem respondeo ad propositam quæstionem. 8
Si talis metus fuerit illatus, qui cadere possit in virum constantem, quique metus justus dicitur, mortis periculum, aut corporis cruciatus continens, *l. interpositas C. de transact. cap. dilecti, cap. perlatum de his quæ vi met. caus. fiunt, can. Lotharius & can. si verum* 31. *quæst.* 2. Glos. *ult. in cap. is, qui fidem de sponsal.* ibique Cardinal. *num.* 1. facultatumve omnium jacturam, ni aliquid fieret qui & actum revocet, *cap. Abbas* 2. *de jurejur. can. presbyteros d.* 50. *can. fin.* 22. *quæst.* 2. Sicque reus ob metum illatum, quod Judex laicus sit eum à loco immuni extracturus, ac pœna capitali puniturus, ideòque oporteret egredi ab Ecclesia, & egressus comprehenditur, utique censerem, esse restituendum Ecclesiæ cum Delbene *d. cap.* 16. *dub* 25. *sect.* 4. *nu.* 1. Farinac. *in append. de immun. cap.* 2. *num.* 55. id extendens, etiam ad metum non cadentem in constantem virum, Lezan. *in Sum. v. Immunitas num.* 18. Gennen. *cit. cap.* 17. *nu.* 6. Ciarlin. *cap.* 163. *num.* 23. *cum seqq. par.* 2. & Castropal. *loc. cit. d. punct.* 11. *num.* 2. *in fine*, quia, inquit, tunc non tam dicitur egredi, quàm extrahi per violentiam, Sperel. *decis.* 149. *num.* 65. *vers. Unde contraria sententia est verior*, adversus quòd hodie non exigitur amplius, violentia, sed sat est, quod voluntas minis, ac terroribus coacta fuerit. Maximè si metus ita esset illatus, ut perturbaret usum rationis, ex quo operatio non esset libera. Cæterùm, quæ fiunt ex metu, semper habent admixtam aliquam rationem involuntarii. Quia non sunt ex se eligibilia, sed tantum ad vitandum majus malum, & sunt contra inclinationem elicitam voluntatis, ac proindè ex hoc capite habent aliquam rationem involuntarii. Ipsi autem egresso ab Ecclesia incumbit onus probandi, non solum ipsum metum, sed etiam illius qualitatem.

Secus autem dicendum est, si metus non caderet in vi- 9
rum constantem, esseque vanus. Hic enim non excusat, *l. metum autem* 2. *ff. quod met. caus. l. vani timoris ff. de reg. jur. & l. si quis ab alio ff. de re jud.* Quod arbitrio Judicis relinquitur, *l. metus autem ff. ex quib. caus. mai.* Glos. *in d. l. interpositas v. Cruciatus C. de transact.* Glos. *in addit. in d. cap.* 15. *qui fidem v. in constantem de sponsal.* Abb. *in cap. Cum virum num.* 8. *de regular.* & alii apud Menoch. *de arb. cas.* 135. *num.* 3. In jure enim vani timoris, ac doli ratio non habetur per textum *in d. cap. delicti de his, quæ vi metusve caus.* his perspicuis verbis: *Non obstante violentia, quæ proponebatur illata, cùm neque metum mortis, neque cruciatum corporis contineret, & ideò non debuerat cadere in constantes, non obstante dolo, quo se proponebant fuisse seductos, cum talis dolus non tam ad circumventionem prædictorum, quam ad fatuitatem eorum debeat retorqueri, super restitutione petita silentium ejus duximus sententialiter imponendum.* Et ex hac distinctione solvuntur argumenta adversariorum.

Quod verò ad reum trahentem secum per viam ad Ec- 10
clesiam satellites, hæc addo Consultationi 116. tom. 8. Capto à Curia sæculari, si dum ducitur ad carceres, ponat alterum pedem super gradu Ostii Ecclesiæ, absque eo, quod unquam, à satellitibus relinquatur, non suffragatur immunitas. S. Congr. Immun. in Sarzanen. 1. Septembris 1671.

Qui manibus, & corpore, adhæret muro Campanilis 11
Ecclesiæ, gaudet immunitate. Eade S. Congr. in Montis Falisci 24. Maij 1672.

12 Capto super sedili marmoreo, conjuncto muro Ecclesiæ, gaudet immunitate. Eadem S. Congr. in Montisfulti 8. Februarii 1664.

13 Il Vescovo di Gerace rappresentò, che conducendosi dalla Corte secolare carcerata Elisabetta, andando libera, vicino ad una Chiesa: si pose in fuga, ma prima d'arrivare, fù ripigliata d'a ministri della medesima Corte, rimanendo meza dentro, e meza fuori. Eadem S. Congregatio die 17. Septembris 1651. respondit, *non gaudere.*

CONSULTATIO LII.

An, & quatenus Episcopus possit declarare excommunicatum equitem Hierosolymitanum ex eo præcipuè, quod extractioni Rei ab Ecclesia Religionis Hierosolymitanæ se opposuerit in casibus exceptis à Constitutione Gregoriana, eandemque Ecclesiam interdicto Ecclesiastico supponere?

Et quid de equite S. Jacobi, qui in loco publico Vicarium generalem Episcopi in exercitio suæ jurisdictionis verbis injuriosis affecit.

1 AD primum, non posse, asserendum videtur ex defectu jurisdictionis. Nam Episcopus nullam habet jurisdictionem in Equitem Hierosolymitanum, qui, tanquam verè religiosus, gaudet privilegiis. Religiosis omnibus concessis, ut per Fagnan, *in cap. Cum & plantare n.* 11. *de privil.* Novar. *in Sum. Bullar. in Bull. B. Pii V.* Lezan. *tom.* 2. *cap.* 5. *num.* 2. & 5. Carleval. *de judic. tom.* 1. *lib.* 1. *disp.* 2. *nu.* 415. Delben. *de immun. eccl.* 1. *par.* 1. *cap.* 1. *dub.* 11. *sect.* 1. *num.* 2. & 3. Cortiad. *in pr. constit. tom.* 1. *decis.* 8. *nu.* 6. *ac seq.* Francesc. *de compet. jurisd. inter Curias quæst.* 75. *nu.* 3. aliosque passim, ac ita, ut Eques Hierosolymitanus, uti verè religiosus, nequit admitti ad officia jurisdictionalia, & Magistratus Civitatum exercendum, ut per Grat. *cap.* 457. *nu.* 28. Giurb. *cons.* 22. *num.* 9. Viu. *tit.* 7. *de præceptor. & Commend. Ord. milit. n.* 54. Sperel. *decis.* 2. *nu.* 122. *ac dec.* 21. *n.*36.

2 Et præ cæteris aliis privilegiis Equites Hierosolymitani Ordinario loci non subduntur, sed omnino sunt ab ejus jurisdictione exempti ex Constitutione Anastasii IV. Pii IV. Pii V. & Gregorii XIII. de quibus testantur Chassan. *in catal. glor. mund. par.* 9. *consid.* 4. Novar. *q. for.* 42. *lib.* 1. Barbos. *in collect. decis. apost. v. Equites Hierosolymitani num.* 6. Pasqualig. ad Laur. de Franch. *par.* 1. *quæst.* 3. *n.* 118. ac Rota coram Coccino *decis.*1763. *num.* 1. Adeo, ut si publicè delinquant, non possint ab Episcopo auctoritate Ordinaria puniri ut in terminis Equitis Hierosolymitani, qui publicè alapa percussit proprium Parochum, non potuisse Curiam Episcopalem Ecclesiasticis censuris contra eum procedere, tradunt Barbos. *ad Concil. Trid. sess.* 24. *de refor. cap.* 11. *nu.* 12. *post* Sell. *in select. cap.* 71. *num.* 20. asseritque Fagnan. *in cap. non potest. num.* 8. *de sent. & re jud.* Cum enim quidam Eques Hierosolymitanus suum Parochum publicè alapa percussisset, ac citatus ab Ordinario, sua privilegia opposuisset, & quamvis ipso jure excommunicatus esset, cum omnibus tamen conversaretur, re ad Congregationem Concilii delata, Sacra Congregatio censuit, non posse Ordinarium exercere in eum ullam jurisdictionem, neque excommunicando, neque declarando excommunicatum, quia ex privilegio exemptus est, ut in *cap.* 11. *sess.* 24. Concilii Tridentini. Tamen ex quo ipse ob talem percussionem incidit in excommunicationem *can. Si quis suadente*, posse Episcopum præcipere omnibus Parochis, & Canonicis, & aliis Sacerdotibus, ne eum admittant intra Ecclesias, eidem Episcopo subjectas. Atque idem postea respondit eadem S. Congregatio annis præteritis ab Archiepiscopo Salernitano consulta.

3 Quæ quidem declaratio in ea parte, in qua dicit, Episcopum non posse exercere ullam jurisdictionem in exemptum etiam declarando eum excommunicatum, eam habet rationem, quia hujusmodi declaratio, requirit partis citationem, Glos. *in Clem. præsenti v. constiterit de cens.* Et in *Clem.* 2. *eod. v. de pœn.* Felin. *in cap. Rodulphus n.* 41. *de rescript.* & Cardinal. *cons.*132. *n.* 4. Aut certè requiritur citatio partis in discussione causæ, & verificatione facti, propter quod fertur declaratoria, licet in declaratoria ipsa non requiratur. Citatio autem cùm sit actus jurisdictionis, non potest decerni ab Episcopo contra exemptum, cujus non est Judex competens, *can. illicita* 24. *quæst.* 3. *cap. ex parte v. de auctoritate de rescript.* & tradit Vant. *de nullit. tit. de nullit. ex defectu citat. nu.* 27. & 35. Est enim citatio decretum interlocutorium, ut probatur *in l. cum Clericis*, ibi: *Sententiarum tuarum auctoritate pulsantur*, atque ibi tradit Glos. & Bald. *C. de Episcop. & Cleric.*

Quinimò Episcopus nec quidem, tanquam Delegatus 4
Sedis Apostolicæ, contra Equitem Hierosolymitanum procedere potest juxta dispositionem S. Concilii Tridentini, ut firmant Azor. *par.* 1. *instit. moral. lib.* 13. *cap.* 4. *quæst.* 39. Monet. *de conservat. cap.* 10. *n.* 393. Cokier. *de jurisd. in exempt. par.* 2. *quæst.* 102. *num.* 10. Cesped. *de exemp. Regular. quoad delict. toto cap.* 253.

Maximè autem si Episcopus expresserit, se auctorita- 5
te ordinaria protulisse censuras, quæ propterea in vim delegatæ jurisdictionis amplius sustineri nequeunt, Barbos. *locucit. nu.* 8. & in specie ita declaravit S. Congregatio Concilii, teste Fagnano *in cap. cum dilectus nu.* 42. *in fine de relig. dom.* ac decidit Rota *decis.* 391. *nu.*7. *par.* 13. *recent.* Ac proinde si ferantur censuræ, essent invalidæ ex defectu potestatis.

Non obstat, quod Episcopus possit Ecclesiasticas cen- 6
suras à Sacris Canonibus inflictas, & in corporei juris clausas, etiam adversus exemptos tantummodo declarare, se habendo tanquam simplicem, ac purum ministrum. Nam in contrarium videtur stare verior, ac magis recepta opinio, quam mordicus tuentur Portel. *in dub. Regular. v. Episcopus nu.* 9. Bordon. *tract.* 8. *de Regular. cap.* 6. *n.* 45. Cesped. *de exempt. Regul. par.* 2. *tract.* 13. *quæst.* 26. Pelliz. *tract.* 8. *de Regular. cap.* 6. *num.* 45. Donat. *de Regular. par.* 2. *tract.* 13. *quæst.* 26. aliique Auctores Regulares, qui pro suis aris, ac focis pugnant. Ea quidem ratione, quia citatio, declaratio censurarum, atque edictorum, sive cedulonum affixio sunt actus jurisdictionis, qui contra exemptos exerceri non possunt.

At verò tenendum omnino est, in delictis certis, ac 7
notoriis, pro quibus in jure feruntur censuræ, potest Episcopus procedere contra Equites Hierosolymitanos & quoscunque alios exemptos, non obstante defectu jurisdictionis. Nam in his casibus non agitur de excommunicatione inflicta ab homine, sed à jure, ad cujus declarationem potest Episcopus procedere, etiam contra illos exemptos, qui expressum habent privilegium, possint censuris innodari per *text. in Clem.* 1. *de privil.* qui videtur expressus, ibique Zabarella, Abbas, & alii, quibus relatis, hanc opinionem veriorem profitentur Campanel. *in divers. jur. can. rubr.* 12. *cap.* 16. *nu.* 42. Laurent. de Franch. *de controv. Episc. & Regul. quæst.* 7. Genuens. *in pr. Archiep. cap.* 59. *nu.* 1. Eamque, maturè discusso articulo, inhærendo pluribus aliis declarationibus editis, præsertim autem sub anno 1620. & 1633. comprobavit S. Congregatio Concilii in Eysterensi 28. Augusti 1649. quam toto primo retuli cum aliis ibi deductis.

Ratio autem est, quia Episcopus non excommunicat, 8
sed tantum denunciat. Denunciatio autem, uti inducta favore animarum, est actus, qui exerceri potest etiam à non habente jurisdictionem, ut per Jo: Andr. *in cap.* 1. *de privil. in* 6. quem cæteri sequuntur, relati à Laureto Franch. *loco allegato.*

Non obstat declaratio S. Congregationis Concilii in ca- 9
su illo Equitis Hierosolymitani, qui alapa percussit suum Parochum, quia delictum illud erat simpliciter publicum, & cum in eo casu requiratur partis citatio, quæ non potest committi in non subditum, verissimum est,

est, Episcopum non posse ullam jurisdictionem exercere in exemptum, etiam declarando eum excommunicatum. Et hoc modo intelligitur declaratio S. Congregationis superiùs objecta. At verò si delictum sit notorium, ut supponitur in hac specie, tunc certum videtur, Episcopum posse denunciare exemptos excommunicatos, ut ab aliis vitentur. Quia denunciatio ex se, circumscripta citatione, non est actus jurisdictionis. Ideòque qui non potest judicare, potest tamen declarare secundum Cardinal. *in Clem. fin. quæst.* 6. *de pœnit. & remiss.* Felin. *in d. cap. non potest de sent. & re jud.* Et similiter, quamvis sententia excommunicationis lata post appellationem sit nulla, *cap. Cum contingat de offic. deleg. & cap. per tuas de sent. excom.* tamen denuntiatio, sive declaratio est valida, *cap. pastoralis in fine de appel.* & denunciatio fieri potest ab Ordinario, etiam in causa, in qua jurisdictionem non habet, ut tradit Imol. *in Clem.* 1. *num.* 19. *de sequestr. poss. & fruct.* Estque Glos. notabilis *in can. si Papa v. nemine d.* 40. quæ in ultima solutione vult, quod qui dicit, alium posse actus facere, non censeatur alium judicare, atque ex illa Glossa in iisce terminis post Geminianum colligit Præpositus *num.* 12. Episcopum posse declarare excommunicatos exemptos, qui ex facto suo notorio excommunicationem incurrunt, nec per hoc censeri eos judicare. Idemque tradit Guil. *in Clem. fin. in fin. de pœnit. & remiss.* ac Gemin. *in cap. Episcoporum de privil. in* 6. ubi si delictum, inquit, exemptorum esset notorium, & ex tali delicto ipso facto incurrerent excommunicationem ex juris dispositione, tunc Ordinarii locorum possent illos denunciare excommunicatos, ut per suos subditos evitentur, nec potest dici quod tunc imponant eis pœnam, quia illa est à jure inducta, nec denunciatio aliquid addit.

10 Neque obstat, quod dicunt Doctores Regulares de cautione, quæ non potest decerni in non subditum. Quia respondetur in declaratione excommunicationis à jure inflictæ, non requiri citationem secundum verissimam opinionem, pro qua consuluit Roman. *cons.* 482. *a n.*5. & nos alibi cum rationibus, quas ibi adduximus.

11 Præsertim si Episcopus injuria fuerit affectus, & offensus fuerit in sua jurisdictione ab exemptis, quo in casu rectè procedere potest contra illos, qui delinquentes in judicem incompetentem efficiuntur de illis foro, nec datur exemptio, quæ tollit hanc jurisdictionem, maximè Ordinariis locorum, quibus contra Regulares, & quoscunque alios exemptos competit jurisdictio habitualis, ex quo de jure communi omnes sunt illis subjecti, ut ex sententia omnium Canonistarum apud Farinac. *quæst.* 114. *num.* 67. *ac seqq.*

12 Eoque magis quia offensa est Episcopi jurisdictio, & majestas in materia immunitatis Ecclesiasticæ, in qua non solum procedit jure ordinario, sed etiam delegato privativè, quoad omnes, & contra quoscunque, etiam exemptos vigore Constitutionis Gregorii XIV. *de immun. Eccles.* Unde S. Congregatio Immunitatis in Messanensi sub die 6. Maij 1653. declaravit, *Episcopum ex Constitutione Gregoriana posse extrahere delinquentes, etiam ab Ecclesiis Religionis Hierosolymitanæ.*

13 Et hac de causa potest Episcopus procedere ad interdictum Ecclesiæ. Quemadmodum enim ejusdem Ecclesiæ causa delictum, & scandalum publicum exortum est; ita & illius punitio.

14 Neque obstat, quod delictum non committitur ab Ecclesia, sed à personis. Tum quia Ecclesia fuit occasio delicti ob injustam illius prætensæ exemptionis defensionem. Tum quia interdictum locale nunquam apponitur ob delictum loci, qui tanquam inanimis delinquere non potest, sed ob delictum personarum. Præcipuè si eques Hierosolymitanus, vel quisque alius exemptus cum sua familia commiserit delictum, & scandali occasionem dederit, non uti privatus, & ob suum privatum commodum, sed uti Prior, Superior, aut officialis Ecclesiæ ob defensionem illius exemptionis. Unde, sicut pro delicto Principis, Episcopi, vel eorum Officialium interdicuntur Civitates, & Ecclesiæ, ut per Sayr. *de censur. lib.* 1. *cap.* 11. *nu.* 8. *& seq.* ita Episcopus interdicere potest Ecclesiam ob delictum ejus superioris, vel ministri, sibique imputet Religio, quæ hujusmodi ministros deputavit.

Ad 2. potest puniri ab Episcopo. Non solum quia 15
Equites S. Jacobi non sunt exempti à Jurisdictione Episcopi, ut probat Sperel. *decis.* 2. *n.* 97. *in fine*, sed etiam, quia cum agatur de contumeliis Vicario generali illatis in usu, ac exercitio suæ jurisdictionis, non potest ei suffragari exemptio aliqua, etiamsi deferret habitum illorum militum Regularium, qui gaudent exemptione, ut, re matura discussa, declaravit S. Congregatio Concilii in Panormitana apud Barbosam *de jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 43. *num.* 154.

Certum enim est, quod Judex Ecclesiasticus, etiam 16
delegatus, possit turbantes de facto exercitium suæ jurisdictionis, ac inobedientes compescere etiam per censuras, quia tales efficiuntur de ejus foro, tanquam ipsum offendentes. Concessa enim jurisdictione, censentur concessa omnia ea, sine quibus jurisdictio exerceri non potest, *cap. suscipiens de off. deleg.* Rota *decis.* 199. *num.* 3. *par.* 3. *rec.* Certaque conclusio est, offendentem Judicem, illumque turbantem fieri ejus subditum, atque in ipsum exercere posse jurisdictionem, quantumvis esset exemptus, cum non detur exemptio, quæ in hoc suffragetur, excepta illa, quæ conferat omnimodam inhabilitatem, qualis est Judicis laici in clericum, ut per Franch. *decis.* 147. *num.* 5. *& decis.* 722. Capobianc. *de Baron. pragm.* 8. *par.* 1. *nu.* 219. *&* 376. Farinac. *in praxi quæst.* 1. *num.* 57. *ac seqq.*

CONSULTATIO LIII.

An regulares, ac Moniales, saltem Ordinum Mendicantium, teneantur ad solutionem subsidii triennalis?

An Episcopi teneantur ad collectam impositam pro reparatione aggeris flaminis publici?

Et an coloni partiarii Ecclesiæ gravari possint à laicis pro oneribus mistis?

1 AD primum respondeo, non teneri, etiamsi probetur hujusmodi onus esse perpetuum, certum, ac invariabile, & impositum bonis propter bona ex communi Canonistarum doctrina in *cap.* 1. *de immun. Eccles. in* 6. præsertim Innoc. *in cap. non minus eod. tit.* & Abb. *in cap. fin. de vit. & honest. Cler.* de quo nos alibi.

Quin per Constitutionem 11. B. Pii V. quæ incipit, 2
Dum ad uberes §. 1. ibi: *Etiam subsidii triennalis* facti sunt immunes à solutione hujus oneris, ideòque cessat juris communis dispositio per textum *in cap. privilegia d.* 3. *l. pecuniam C. de privil. fisc.* & tradit Felin. *in cap. ex litteris de fid. instrum.*

Neque illa fuit abrogata per alias posteriores Consti- 3
tutiones Summorum Pontificum Pauli V. & Urbani VIII. quinimmò præservatur. In illa autem Pauli *sub* §. 4. & in illa Urbani *sub* §. *item* 4. Sunrque adhuc in viridissima observatione. Atque ita in specie hujus oneris declaravit S. Congregatio Immunitatis in hæc verba: *Quatuor Ordines Mendicantium sunt exempti à quocunque onere etiam Camerali* die 7. Novembris 1651. in Fulginatensi, & die 22. Decembris 1621. decrevit, servandum esse decretum Clementis VIII. in favorem Ecclesiasticorum non solvendi subsidium triennale, & alia onera Cameralia.

Ad secundum, negativè, tam ex dispositione Sacro- 4
rum Canonum *in d. cap. non minus, & in cap. quanquam de censibus*, quàm si ex immemorabili tempore non soluta fuerit hujusmodi collecta, ita, ut Ecclesia libertatem præscripserit, ad cujus effectum cum sufficiat titulus coloratus, ut in hac specie explicans doctrinam Alex. *cons.* 136. *col. penul. lib.* 2. probat Balb. *de præscript. in* 2. *par.* 5. *p. princ. quæst.* 7. *num.* 4. multò magis sufficiet

immemorabilis, cujus vigore allegari poteſt melior omnibus titulus per textum in *l. ſi quis ff. ſi ſervit. vendit.* Rot. *deciſ.* 614. *num.* 1. *par.* 2. *recent. & deciſ.* 27. *n.* 8. *par.* 4. *tom.* 2. *& deciſ.* 150. *n.* 4. *cum ſeqq. par.* 5. & in terminis propoſitæ quæſtionis probat Burſatt. *conſ.* 186. *nu.* 8. *& ſeqq.* & declaravit pluries eadem S. Congregatio Immunitatis, ut in Nucerina 5. Februarii 1630. his verbis: *Eccleſiaſtici non tenentur ad onera Cameralia, ſuppoſita illorum quaſi poſſeſſione.* Eſtque receptiſſima omnium ſententia, quod Eccleſiæ, Eccleſiaſticæque perſonæ pro bonis Eccleſiarum ſint immunes à quibuſcumque oneribus, gabellis, collectis, aliiſque impoſitionibus realibus, perſonalibus, & miſtis jure divino, ac humano, ut per Ciarlin. *cap.* 103. *à nu.* 1. & hanc certam eſſe Theologorum, Canoniſtarum, & Juriſconſultorum ſententiam firmavit Rota coram Merlino *deciſ.* 339. *nu.* 1. *par.* 6. *rec.* Et in ſpecie quod Clerici pro ſuis prædiis vicinis non teneantur contribuere expenſis pro refectione viarum, pontium, ac ſimilium, ut eſt reparatio aggeris fluminum, tradit Antonel. *de regim. Eccleſ. Epiſc. lib.* 4. *cap.* 4. *nu.* 24. ubi cum aliis inquit, quod hujuſmodi onera imponuntur perſonis pro rebus, & quod nullo jure cavetur, fundos, ſive bona Clericorum his oneribus eſſe obnoxia, ſecus autem quando concurrerent requiſita, de quibus nos alibi.

5 Et quoad tertium, pariter negativè, durante colonia pro oneribus miſtis, qualia ſunt quæ perſonis pro rebus imponuntur ad textum *in l. reſcripto* §. *fin. ff. de muner. & honor.* Eſtque conſtans S. Congregationis Immunitatis ſententia, de qua nos alibi, ne gravando Colonos, indirectè gravetur Eccleſia contra diſpoſitionem textus *in cap. eos, qui* §. *nos igitur de immun. Eccleſ. in 6. & in cap. Satutum de hæret. eod. lib.* ac probant in ſpecie Bald. *conſ.* 21. *num.* 1. Dec. *conſ.* 46. *col.* 2. Roland. *conſ.* 61. *nu.* 20. *lib.* 4. cum aliis, quos ſequitur Sperell. *deciſ.* 41. *nu.* 68. & Antonel. *d. lib.* 4. *cap.* 7. ſignatè *nu.* 8. 9. & 10. ubi, quod etiam Emphyteuta Eccleſiæ excuſatur à muneribus ſordidis. Nam diſtraherentur coloni à cultura bonorum Eccleſiæ, ſubeundo hujuſmodi onera & Clerici difficilius, ac majoribus expenſis eorum bona colerent. De qualitate autem hujuſmodi Coloniæ, ac de privilegio Colonorum, quod immunitatem à vectigalibus, & exemptionem à foro ſæculari alibi diximus diffusè.

CONSULTATIO LIV.

An reus comprehenſus à lictoribus, dum ab Eccleſia unico tantum paſſu diſtabat, & unum ex illis eodem inſtanti traxerat ad ipſam Eccleſiam à qua per vim fuit extractus, reſtituendus ſit eidem Eccleſiæ.

1 AFfirmo cum Caſtropalao *tom.* 2. *Theol. moral. de rever. deb. loc. ſacr. diſp. un. punct.* 7. *num.* 11. his verbis *Quod credo extendendum, etiamſi per vim tecum ferres miniſtros juſtitiæ. Semper enim verum eſt, te ad Eccleſiam confugere, ac proinde illius debet immunitate gaudere*, Idem tradit Mar. Ital. *de immun. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 6. §. 2. *num.* 70. *& ſeq.* Farinac. *eod. tract. cap.* 15. *num.* 196. Diana *par.* 4. *tr.* 1. *reſol.* 106.

2 Quod ſi abſolutè procedit ad favorem illius, qui extra Eccleſiam fuit comprehenſus, & ſecum traxit lictorem ad ipſam Eccleſiam, nulla facta diſtinctione, an in ſpatio unius tantum paſſus fuerit comprehenſus, in quibus terminis loquuntur præcitati Doctores, facilius id affirmandum eſt ad favorem hujuſmodi rei, qui tunc temporis in Eccleſia commorabatur animo in ea perſiſtendi, tanquam proximus, Eccleſiæ comprehenſi, cum de tam minima diſtantia nulla ſit habenda ratio ex traditis, à Becc. *conſ.* 15. *num.* 18. *lib.* 1.

3 Etenim ob tam breve ſpatium proximum Eccleſiæ muris, ille, qui in illa permanebat, ut ejus immunitate gauderet, propè Eccleſiam ſtare dicitur. Qui autem ſtat propè Eccleſiam, ei contiguè ſtare dicitur. Quod vicinitatem ſignificat. Quæ vicinitas extremas fores Eccleſiæ continere dicitur ad textum *in l. patenti in princ. C. de ſis qui ad Eccleſ. confug.* ibi: *Sed uſque ad extremas fores Eccleſiæ, quas oratum geſtiens populus primas ingreditur confugientibus aram ſalutis eſſe præcipimus. Extremas autem fores nonniſi ultimam vicinitatem, quam finem Eccleſiæ, ubi cum via publica conjungitur, dicimus.* Et notandum, quod dicit fores, non valvas. Quia fores propriè ſunt, quæ foris aperiuntur. Valvæ, quæ intus revolvuntur, & ſe velant, ut ex Varrone teſtatur Servius. Unde Plutarchus memorat, primùm Valerio Publicolæ fratri, cum Sabinis triumphaſſet, domum publicè poſitam, cujus fores extra aperirentur, conceſſum fuit cum antea cæterarum ædium intro referando impellerentur, ut ex hac conceſſione honoris apparet quotidie, eam domum aliquod publicè admiſſurum. Ideòque ſaltem ſolum illiud viæ publicæ, quod fores occupant, cum aperiuntur, immunitate gaudere debet. Præterquamquod poſt confines domus paſſus unus relinquitur ubi ſtillicidia domus ſtillant, ſicque quod eſt ſub ſtillicidio eſt Eccleſiæ juxta ea, quæ tradit Cæpolla *de ſervit. urb. prad. cap.* 28. *nu.* 28. Area enim, in quam cadit ſtillicidium, præſumitur eſſe proprietatis ejus, cujus ædes ſunt quantum ſtillicidium protenditur, *l. ſervitutes* 19. §. *fin. & l. Si domus* 20. *de ſervit. urban.* Atque adeò eſt immunis, unde ſi quis ſtaret ſuper extremitate ſtillicidii tecti Eccleſiæ, gauderet immunitate Eccleſiæ ad tradita à Mario Ital. *loc. cit. cap.* 4. §. *num.* 42. Sperel. *deciſ.* 63. *num.* 8. per textum in *can. ſicut antiquitus* 17. 44. Multò ergo magis qui ſtat ſub ſtillicidio, gaudere debet.

Eoque maximè cum agatur de immunitate Eccleſiæ, 4 cujus favore quis redditur rutus, etiam intrà triginta, vel quadraginta paſſus, ut latè Farinac. *de immun. cap.* 18. *num.* 283. *& ſeqq.* de quo tamen nos alibi. Ideòque cenſeo, hunc reum Eccleſiæ reſtituendum, etiam in dubio, ut firmat Giurba *conſ.* 10. *num.* 25. *lib.* 1.

CONSULTATIO LV.

1 *An cenſura lata in materia immunitatis Eccleſiaſticæ ſint irritæ eo, quod Judex allegatus fuerit ſuſpectus?*

2 *Quod excommunicatus eſſet infirmus, & ideò non poterat comparere?*

3 *Quod in declaratoria nominatim non fuerit excommunicatus, ſed ſolum in cedulone?*

4 *Quod in declaratoria facta fuerit mentio incurſus in excommunicationem Conſtitutionis Gregorii XIV. de immun. Eccleſ. in qua caſus excommunicationis, jam latæ, non eſt comprehenſus? &*

5 *Quod excommunicatus ſit exemptus, tanquam ſubcollector Nuncii Apoſtolici?*

NEgativè ad omnia reſpondendum cenſeo. Non 1 enim relevat prima nullitas de prævia allegata ſuſpicione. Quia declaratoria ob violatam immunitatem non admittit appellationem juxta declarationes S. Congregationis Immunitatis, de quibus nos alibi, & teſtatur Sperel. *deciſ.* 78. *num.* 42. Ubi autem denegatur appellatio, rejicitur etiam recuſatio, *cap. ſuper eo 2. de appell.* ibi: *In cauſis quoque Eccleſiaſticis, ubi appellationi, ita recuſationis non eſt aliquatenus deferendum.*

Neque ſecunda de allegata infirmitate. Nam in cau- 2 ſa cenſuraum poſſunt deduci defenſiones per procuratorem, & non eſt opus perſonali conſtitutione, *cap. intelleximus de judic.* Zabarel. *in cap. veniens num.* 9. *de accuſ.* Farinac. *quæſt.* 99. *num.* 208.

Minus tertia de omiſſa expreſſione nominis excom- 3 municatorum. Nam declaratoria eſt relativa ad monitorium, & cedulones, in quibus ſunt expreſsè nominati. Expreſſio autem per relationem ſufficit in omnibus, neque differt ab ea, quæ legitur ad litteram, Chartar. *dec. crim.* 94. *num.* 35. cum ibi fusè allegatis.

Pariter nec quarta. Quoniam dum cauſa violatæ 4 immu-

immunitatis, ac juriſdictionis Eccleſiaſticæ, ob quam fuerunt excommunicari, eſt vera, atque adeo eſt juſta, licet facta fuerit expreſſio juris non facientis ad cauſam, adhuc excommunicatio ſuſtinetur, Apoſtill. ad Bartol. *in l. ſi cum inter C. quando provoc. non eſt neceſ. verſ. jure nulla*, ibi: *Item fallit, ſi ſit expreſſio juris non facientis ad cauſam*, Abb. *in cap. per tuas num.* 11. ibi: *aut contra jus, ſed non contra idem de quo agitur.* Animadverto præſertim, quòd non continet aliquem intolerabilem errorem, aut aliquod abſurdum ex iis, de quibus exhibetur exemplum *in cap. venerabilibus* §. *poteſt quoque de ſent. excom. in* 6.

5 Similiter nec quinta defectus juriſdictionis, quoad ſub collectorem exemptum. Nam in articulo violatæ immunitatis, ac juriſdictionis Eccleſiaſticæ, in quo ex juris communis diſpoſitione incurritur ipſo facto excommunicatio, etiam exempti poſſunt per Epiſcopum pro excommunicatis publicari, ut evitentur à populo ſuæ diœceſis, Piaſec. *in pr. Epiſcop. par.* 2. *cap.* 3. §. 6. *nu.* 59. Alter. *de cenſur. tom.* 1. *diſp.* 10. *lib.* 3. *cap.* 5. *in fin.* Barboſ. *in Collect. Bullar. v. Epiſcopus num.* 1. ubi etiam refert declarationem S. Congregationis, & ita etiam declaravit S. Congregatio Immunitatis in Averſana inter Gregorium Procellum beneficiarium Diaconiæ S. Felicis, & Fratrem Antonium, Turcum, Equitem Religionis Hieroſolymitanæ, quem uti detentorem bonorum Eccleſiæ Epitropus Averſanus in cenſuras incurriſſe declaravit, de quo & nos ſæpè.

CONSULTATIO LVI.

An qui Epiſcopo occurrens, nullum obſequii ſignum præbuit, ſed tecto capite ſtans contra eum obloquebatur, unde Epiſcopus pileum ab ejus capite amovit, aſt ille confeſtim, manum in Epiſcopum injiciendo, violenter abſtulit ab ejus capite galerum, illudque in terram projecit; Idèoque monitus, & comparens, nullamque cauſam legitimæ excuſationis allegans, nec probans, poſſit per ſententiam definitivam declarari incurſum in excommunicationem can. Si quis ſuadente diabolo 17. *quæſt.* 4. *& cogi ad canendam palinodiam?*

Ubi, & quid ſi Epiſcopus eſſet etiam miniſter Regius, & injurius officialis regius?

1 AFfirmo. Et ſententia nititur diſpoſitioni *d. can. Si quis ſuadente, cap. olim. cap. Venerabilibus cum ſeq. de ſent. excom. in* 6. *& Clem.* 1. *de pœn.* Ubi pro violenta manus injectione in Clericum, Officialis laicus excommunicatur, nam excommunicatio eſt pœna contemptus pro omni actione injurioſa, quæ fit contra Clerici perſonam conſiſtente immediatè in facto, nec requiritur actio phyſicè, ut mortale peccatum ſit, ſed ſufficit eam eſſe contra immunitatem corporis proprii, ſeu contra jus, quod quiſque habet in corpus ſuum, vel, ut gravis, ut in hoc caſu, contra honorem, dummodo corpus attingat, ita ut licet contactus leviſſimus ſit, ſi tamen ſecundum moralem exiſtimationem ſufficiat ad gravem injuriam contra honorem, ac reverentiam Clerico debitam, ſatis ſit pro incurſu cenſuræ, ut per Suar. *de cenſur. diſp.* 22. *ſect.* 1. *num.* 25. *& ſeq.* Sperel. *deciſ.* 45. *num.* 36. Sive ipſi Clerico, aut veſtibus, vel pileo, vel rebus ejus perſonæ cohærentibus illata ſit. Ut de communi *nu.* 66.

2 Eoque magis, quia hæc injuria illata fuit coram populo, manum ſacrilegè ſuper ſacrum caput Epiſcopi injiciendo, quod facinus ſacræ litteræ deteſtantur *Levit.* 21. *v.* 10. his verbis: *Pontifex inter fratres ſuos, ſuper cujus caput fuſum eſt unctionis oleum, & cujus manus in Sacerdotio conſecrata ſunt, caput ſuum non diſcooperiet*, traditque Sperel. *in Epiſcop. par.* 1. *cap.* 4. §. *Nè voleva.* Quare tenebatur ille aperto capite obviam Epiſcopo ire juxta monitum *Leviticæ.* 19. *v.* 32. *Coram cano capite conſurge.* Quandoquidem de jure Canonico Reges ipſi Epiſcopis aſſurgere debent, *cap. ſolita de major. & obed.* Quia Epiſcopus ſuper alios conſtituitur, ac ei propter excellentiæ gradus honor, ac reverentia debetur ex congeſtis à Caſſan. *in catal. glor. mund. par.* 1. *conſid.* 60. §. *alia autem.* Quapropter S. Ignatius Martyr. *in Epiſt. ad Smirnenſes* gradus honoris ſic diſtinguit: *Ego autem dico honorare quidem Deum, ut auctorem omnium, ac Dominum, Epiſcopum verò, tanquam Principem Sacerdotum, imaginem Dei ferentem, Principatum quidem ſecundum Deum, Sacerdotium verò ſecundum Chriſtum, & poſt hunc honorare oportet etiam Regem.* Hinc Epiſcopis honor magnus, penè Regius, & interdum major exhibitus eſt, præcipuè cum dignitatem ornavit ſanctitas. Martino ſanè Imperator non modo aſſurrexit, ſed etiam ſervivit. Omninò verò convenit, ut velut publicus, & à Deo conſtitutus cenſor morum, & doctor à cunctis audiatur. Vide Adrianum de Saravia *de honore Epiſcopis & Presbyteris debito*, & nos *tom.* 1. Eſtque mos vetuſtiſſimus oſculum manus, & aperitio capitis reverentiæ, ac humilitatis ergo ex Mureto *var. lect. cap.* 1. Apuleio *in apolog.* 1. Minutio *in Octav.* Plinio *lib.* 28. *cap.* 2. Petro Pitæo *in adverſar. lib.* 1. *cap.* 7. Luſino *in parerg. lib* 2. *cap.* 19. Rodigino *lib.* 20. *cap.* 12. Valerio Maximo *lib.* 5. *cap.* 2. *in Syll.*, Arnobio *lib.* 7. & Herodoto *lib.* 2.

Non obſtat, quod Epiſcopus fuerit primus, qui alteri amovit pileum, ipſeque dederit cauſam ſuæ injuriæ. Nam Epiſcopus egit, quod tibi, ac ſuæ dignitati debebatur, atque adeò nemini injuriam fecit, *l. injuriarum* §. 1. *ff. de injur.* Mar. Anton. *lib.* 3. *reſol.* 12. *nu.* 2. At non exhibens honorem alteri debitum, injuriam inferre dicitur. In occurſibus enim, & in colloquiis, quæ inter magnos viros contingunt, qui ſunt dignitate, ac fortuna minores, primi eſſe debent ad occurrendum, ad loquendum, & inclinatu venerandum, Jo: Zonar. *lib.* 3. *in Soldano*, Cornel. tacit. *annal. lib. in Tiridate*, Livius *deciſ.* 3. *lib.* 10. *in Annibale, & deciſ.* 5. *lib.* 2. *in Tito Quintio, ac in Philippo*, Cedrenus *pag.* 513. *in Imperatore Conſtantinopolitano.*

Minus obſtat, quod in hoc caſu Epiſcopus fuerit con- 4 ſideratus, tanquam miniſter regius, & alter tanquam regius officialis pari honore, ac reverentia dignus.

Nam, poſita conſideratione alterius perſonæ diſtinctæ à perſona Epiſcopi, adhuc ſubintrat alia juris diſpoſitio favens habenti adminiſtrationem regalem, cui reverentia, & honor exhiberi debet, ſi uti perſonæ Principis exhibetur, teſte Luca de Penna *in l. un. C. de comit. qui provinc. reg. lib.* 12. Honor enim præcipuè conſiſtit in ſalutatione, ex qua dicitur præſtari reverentia, & haberi ſubjectio, *l. fin. C. de offic. div. jud.* cum aliis adductis à Gratian. *diſcept.* 284. *nu.* 2. & 3. qui addit *num.* 13. non honorantes officialem Principis incurrere pœnam quaſi ſacrilegii, cum contemnant eum, quem ipſe aſſumpſit, ac elegit, ideoque aiebat Seneca *epiſt.* 54. *Si Conſulem videro, aut Prætorem, omnia, quibus honos haberi ſolet, faciam, equo deſiliam, caput adaperiam, ſemitam cedam.* Unde tantò magis æſtimandus eſt Epiſcopus, quo magis concurrunt in eum duo inſeparabilia cum ejus majeſtate, judicare ſcilicet ac dominari juxta illud Davidicum: *Judicabunt nationes, & dominabuntur populis.* Quod explicat D. Bernardus *Serm. ad paſtor. in ſynod. congreg. in fin.* his verbis: *Duplex eſt dominium Prælatorum, habent enim claves Eccleſia, quibus claudunt, & nemo aperit; aperiunt, & nemo claudit. Habent & regalia, quia domini ſunt urbium, & oppidorum. Nec ſolum Epiſcopatus, ſed & Conſulatus habent, ut merìtò eis dicatur: Quid ultra debui facere, & non feci?*

Idque præcipuè, ſi Epiſcopus Proregem ageret, qui immediatè is eſt, qui repræſentat Imperatorem, vel Regem. Et licet Majeſtas propriè in Rege reſideat, ſi tamen Rex immediatè tribuit adminiſtrationem alicui cum tali qualitate, transfert quidem in illum Majeſtatem, & ſi Majeſtas non appelletur, ſed ut eam habeat, quatenus ſi offenderetur, ut Prorex, offendens crimine læſæ majeſtatis puniretur, & ita hanc Majeſtatem in

Proregibus tantùm non autem in aliis inferioribus admittit Frachetta *in tr. de regim. cap.* 15. *in discursu fol.* 133. *col.* 1. quem sequitur Anton. de Fuertes in *addit. ad Bellug. in specul. Princip. edit. Bruxel.* §. *habent fol.* 388.

7 Quare hujusmodi injurians, antequam à Summo Pontifice ab incursa, & justè declarata excommunicatione absolvatur, debet in loco publico petere Episcopo veniam palinodiæ instar, ut docent honoris Magistri, Birag. *cons.* 28. §. *Hora fol.* 157. *lib.* 1. ubi adductis Mutio *lib.* 3. *cap.* 13. *lib.* 5. Albergato *in tr. del ridurre à pace l'inimicitie private lib.* 3. *cap.* 32. Comite Lando, & aliis inquit, *che il pentir si d'errore commesso, e domandar perdono, non è infamia, anzi è virtù, pero che con una tale attion l'huomo si fà ragionevole, e giusto, ritrattando l'opera malfatta.* Et inter Jurisconsultos exrat consilium Jo: Baptistæ Cæsaris *cons.* 27. §. *denique*, in hæc verba: *Denique palinodia, sive recantatio honoris pristini conservatio est, cui etiam in dubio, ne dum in causa injuriarum manifesta magis favemus, quàm juramentis ejusmodi, à perjurio, quod omnimodè præcavere debemus, non longè alienis periculosè indulgeamus.*

8 Et quidem, ut plerumque injuriis satisfit verbalibus, aut scripto probatis, cum quis palinodiam eorum, quæ temerè protulit, jubetur agere eo loco, ubi protulit, vel alio publico, vel præsentibus testibus adhibitis, dicimus mulctam, vel emendam honorariam, quibus & additur mulcta nummaria. Quod intelligendum est quando ipsa palinodia tantundem restituitur famæ, quantum ademerat injuria; alioquin si remaneat injuria post palinodiam, alia satisfactio conjungenda. Et tunc qui iniuriam intulit, non potest se tueri dicendo, se non habuisse animum iniuriandi. Quia verba, vel facta, quæ injuriam sua natura continent, animo censentur dicta, vel facta injuriandi, nisi manifestis probationibus contrarium appareat, Socin. *cons.* 146. *nu.* 7. *vol.* 1. Paris. *cons.* 149. *n.* 14. qui dicunt, esse hanc Doctorum communem sententiam. Idcircò, ut plena sit satisfactio, recantatio injuriarum, ut plerumque fit cum face ardente manu comprehensa rei, nudis pedibus, & indusio corpori obvoluto, venia proclamata injuriato. Et illa dicitur propriè forma emendæ, seu emendationis honorabilis. Quæ, an hodie sit in usu, saltem apud honestos viros, aliis relinquo. Suadet remittendum odium ex injuria id, quod moris fuit apud Romanos majores, convivium solemne instituere, quod Charistia dicebatur, cui præter cognatos, & affines, nemo interponebatur, ut si qua inter necessarias personas querela esset orta, apud sacra mensæ, & inter hilaritatem animorum, fautoribus concordiæ adhibitis tolleretur, Val. Max. *lib.* 2. *cap.* 1. dum agit de sacello Viriplagæ. Habemus nos Christiani sacratissimam illam mensam, melioremque, & vitæ datricem Eucharistiam, ad quam venire non oportet, antequam reconciliemur proximis, *Matth. c.* 5.

CONSULTATIO LVII.

An extractus ab Ecclesia per Judicem laicum ob crimen non exceptum, & carceribus mancipatus, à quibus fuit dimissus cum cautione de se repræsentando, iterùmque postea comprehensus à curia Ecclesiastica, & in carceres conjectus, gaudere debeat immunitate Ecclesiastica?

1 Affirmativè respondendum censeo. Primò, quia licet secunda carceratio facta sit à diverso Judice, non ideò tamen est diversa à prima, ratione enim continuationis pro una reputatur, Bald. *in l. quicunque nu.* 5. *C. de serv. fugit.* Atque adeò sicut per primam carcerationem non fuit privatus privilegio immunitatis, ita neque per secundam continuantem primam, mediante fidejussione præfixa, & proinde habetur ac si semper fuerit retentus in carceribus. Unde sicut gaudere debet immunitate, si semper permansisset in carceribus, ita pariter dum fuerit è carceribus dimissus cum cautione de se repræsentando. Quo casu non dicitur à carceribus liberè dimissus *l. nec non* §. *item si quis ff. ex quib. caus. major.* Mascard. *de prob. concl.* 820. *num.* 7. *lib.* 2. Igneus *in lib.* 1. *nu.* 25. *& seqq. ff. ad Syllan.* ubi ait, quod ille non est liber, neque solutus, nisi qui eam naturalem libertatem recepit, ut oculos nostros effugere possit, vel ita sit in conspectu nostro, ut difficilis sit ejus persecutio, *l. naturalem ff. de acquir. rer. dom.* quem textum ait notasse singulariter Bartolus pro illis, qui ad Ecclesiam confugiunt, qui in ea libertate reddi debent, ut liberè, & absque impedimento potestatem Judicis evadere possint per textum *in l. eodem, & in l. necnon* §. *item si quis ff. ex quibus caus. major.*

2 Deinde quia sicut reus ab Ecclesia injustè extractus, si postea è carceribus effugiat, & iterùm capiatur in loco non immuni, restitui debet Ecclesiæ, quia sic extractus, affectus est restitutioni Ecclesiæ, quæ per injuriam spoliata fuit, Dian. *par.* 4. *tract.* 1. *resol.* 34. *in fin.* Donat. Anton. de Marin. *resol. quotid. cap.* 80. Delben. *de immun. cap.* 16. *dub.* 35. *sect.* 1. *num.* 33. cum per injuriam fuit privatus Ecclesiastica immunitate, illum in carceres conjiciendo, & quomodocunque à carceribus quis exierit cum sua naturali libertate, non exierit, sed semper cum hujusmodi onere censendus est exivisse, *arg. textus in l. obducta de furt.* §. *furtiva instit. de usucap.* Ita pariter à fortiori dici debet in hoc casu, quia reus cum cautione, & non liberè à carceribus dimissus fuit. Quod etiam sentire videtur Farinac. *de immun. in append. cap.* 2. *num.* 53.

3 Non obstat, quod secunda captura facta fuerit à Curia Ecclesiastica, non autem per primum Iudicem, qui reum cum cautione relaxavit. Quia cùm à Curia Ecclesiastica fuerit avocata causa in statu, ac terminis, in quibus reperiebatur, producendo processum, acta, & decreta primi Iudicii nondum terminati, nec non obligationem, & cautionem respectivè factam, ac præstitam per dictum reum, videtur continuasse præfatum primum præjudicium, & non diversum inchoasse, atque dictam cautionem approbasse, & consequenter habuisse illum carceribus mancipatum, quoniam alias in suis carceribus habere non potuisset. Ideòque sicut esset relevandus, si illum invenisset carceribus mancipatum, ita similiter dum invenit duplicibus vinculis fidejussionis, & obligationis alligatum.

4 Nec suffragatur, quod secundus Iudex non fuit usus vinculis obligationis, & fidejussionis, sed illis contemptis per novam, realem, & manualem comprehensionem reum in carceres detrusit. Quia nova, & realis carceratio non tollit vincula cautionis, & obligationis, sub quibus reus detinebatur, per ea, quæ singulariter annotat Bald. *in l. si quis in jus num.* 3. *ff. si quis in jus voc. non ier.* Immò in carceribus non existeret, nisi freno, ac timore fidejussionis, & obligationis non fuisset, cum alias in loco immuni se tutum reddidisset.

5 Minusque relevat, quod actus obligationis, & fidejussionis fuerint nulli, ac per consequens habitus fuerit reus, ac si nunquam se obligasset, nullamque fidejussionem præstitisset, ideòque comprehensio rei, tanquam facta in personam non obligatam, neque sub fidejussione adstrictam, & in loco non immuni, non redditur irrita.

6 Nam respondetur, quod in dicta fidejussione, ac obligatione duo consideranda sunt. Primum consistit pœna exigenda in casu contraventionis. Et hoc casu rectè procedit, quod nullitas operatur, ac si non fuisset præstitæ obligatio, & fidejussio. Alterum consistit in non libera rei è carceribus dimissione, ut requiritur quando quis relaxatur privilegio immunitatis. Et in hoc nullitas fidejussionis, & obligationis non facit illum libere dimissum, dum ille semper sub quodam meticuloso ligamine, à Iudice, cui debetur reverentia sibi illato, reperiatur alligatus, & sic non fuit omnino liber ita, ut, mente, si non corpore, alligatum semper se crederet; immò ne facilè posse capi timeret, prout facilè, stantibus obligatione, ac fidejussione comprehensus fuit, Alex. *cons.* 145. *n.* 14. *in fin. lib.* 7. Farinac. *de immun. d. cap.* 2. *nu.* 53. dum ait, quod timor, etiam non cadens in constantem virum, sufficiat quod captus extra Ecclesiam, illi restitui possit.

7 Denique non obstaret, si reus passus fuerit se examinari, & fatendo delictum, ac præstando cautionem, & se obligando de redeundo ad carceres, videatur tacitè renunciasse hujusmodi privilegio. Tum quia, cum exceptio immunitatis sit expeditio declinatoria, quæ reddit judicium retrò nullum, negando funditus jurisdictionem, semper, & quandocunque opponi potest. Quia cum litis contestatio non valeat, semper sumus in principiando judicium ex annotatis à Bald. *in l. ex quacunque num.* 9. *ff. si quis in jus voc. non ier.* Tum quia cum fuerit à loco immuni contra suam voluntatem extractus, non potest inferri, quod tacitè renunciaverit. Quoniam cùm tacitum ortum habeat ab aliquo actu expresso, verbi gratia si volo probare tacitam hypothecam, sufficit, me probare causam expressam, nempè bona invecta, & illata, ut docet Bald. *in l. de quibus nu.* 112. *ff. de leg.* Ita similiter si vult probare quod tacitè reus renunciaverit privilegio immunitatis, oportet probari actum expressum, nempè quod sponte in carceribus se constituerit, & non per manuum injectionem, quæ præsefert coactionem.

8 Neque ex actibus expressis à reo factis de se subjiciendo examini, ac fatendo delictum, nec non se obligando, ac fidejubendo possit colligi tacita renunciatio Immunitatis. Nam adhoc, ut tacita renunciatio, in casu, de quo agitur, locum habeat, oportet, quod procedat ab aliquo actu expresso valido. Quia cum primus actus expressus, nempè comprehensio, fuerit nullus, quicquid inde postea sequutum fuit, nullum omninò est, nec confirmari potest per obligationem, ac fidejussionem, cùm ipsæ etiam sint nullæ propter primum actum comprehensionis nullum ex dictis, & ex adductis à Farinac. *in addit. ad quæst.* 27. *nu.* 150.

CONSULTATIO LVIII.

An, attenta necessitate Belli, Coloni, pensionarii, conductores, censuarii, ac inquilini Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum compelli possint ad solutionem eorum, quæ tangunt dictorum Colonorum personas, eorumque colonicam portionem, non obstante immunitate eis concessa per privilegia Regum, vel Principum?

1 Affirmativè respondendum videtur. Siquidem Magistratus laicus potest inniti auctoritate Bossii *tit. de Princip. & privil. ejus num.* 221. *& seqq.* ubi proposita quæstione, an Senatus Mediolanensis, qui tunc ratione belli apposuerat manum ad immuniratem colonorum Monasteriorum dominii Mediolanensis ab Imperatore concessam, disponendo, ut dicti coloni, non obstante dicta immunitate solverent, donec duraret bellum esset excommunicatus? Respondit per verbum *credo*, quod non erat excommunicatus. Quia, etiamsi ita facere sit contra libertatem Ecclesiasticam, juxta conclusionem per ipsum in præcedenti *num.* 220. firmatam, nempè quod illa dicuntur contra dictam libertatem, quæ sunt contra privilegia, Ecclesiæ, & Clericis concessa, non solum à Papa, sed etiam ab Imperatore, & Principibus sæcularibus juxta Bartolum, & communiter scribentes *in auth. Cassa C. de sacrosc. Eccles.*

2 Attamen cùm casus, an dicti coloni debeant esse immunes tempore belli, non sit clarè decisus in ipsis privilegiis, sibi videatur, quod cessabat privilegium. Primo, quia ad Principem concedentem in dubio pertinet interpretatio sui privilegii. Deinde quia Princeps potest tollere suum privilegium concessum Eccl. & Clericis licet illud tollat post jam factam acquisitionem. Item quia privilegium, quantumvis sit concessum intuitu Eccl. tamen respectu colonorum non est concessum Ecclesiæ non subditæ, sed Colonis subditis. Tum quia hoc non est tollere privilegium, sed moderari. Ac demum quia Senatus apposuerat manum contra dicta privilegia cum causa, ut ibi per eum.

3 At nihilominus tenendum est, dubium hoc, an hujusmodi coloni ad id teneantur, solvendum esse ex forma privilegiorum. Si enim hæc privilegia concessa sunt titulo oneroso, certum est ad id non teneri. Nam privilegium ex causa onerosa, ut si magna quantitas pecuniarum soluta fuerit, non potest à Principe revocari, tradente Baldo *in l. qui se Patris nu.* 32. *C. unde liber.* Alex. *cons. ult. num.* 16. *lib.* 4. Socin. *cons.* 87. *n.* 12. *lib.* 3. Gabr. *concl.* 7. *de jur. quæs. non toll. n.* 5. Ber. *in cap. ex epistola n.* 16. *&* 17. *de prob.* Quia censetur hoc casu orta mutua obligatio consensu utriusque partis, quæ altera invita, & renuente tolli non potest, Bartol. *in l. quod semel ff. de decr. ab Ord. fac. & in l. omnes populi in* 3. *q. princip. de just. & jur.* Felin. *in cap. cum olim col.* 3. *de re jud.* & facit quod scripsit Romanus *cons.* 436. *nu.* 14. ubi ex facto consuluit, privilegia Auditoribus Rotæ concessa in remunerationem laborum, quos jugiter partiuntur pro Reipublicæ utilitate, esse irrevocabilia, quia transeunt in contrarium. Cujus dictum sequitur Rebuf. *super concord. in præf. ad rubr. de collat. ante fin.* Idemque generaliter de privilegiis concessis propter benemerita, respondit Oldrad. *cons.* 266. *num.* 7.

4 Contractum verò cum Principe initum etiam cum subditis, esse irrevocabilem, probat textus *in d. ca. ex epistola de prob.* estque communis opinio, ut testatur Jal. *cons.* 1. *in princ. lib.* 1. Quod adeo verum est, ut nec etiam de plenitudine potestatis, possit Imperator, vel Papa contravenire contractui, ut ibidem Bald. notat. *in l.* 1. §. *ad hoc col.* 5. *ff. de pact. jur. firm.* Paul. de Castr. *in l. digna vox C. de legib.* Soc. *cons.* 86. *nu.* 14. *lib.* 4. Dec. *in cap.* 1. *num.* 20. *de Constit.* & Gemin. *cons.* 74. Zabar. *cons.* 174. per rationes ab eis adductas.

5 Et idem juris est in successore, qui nec ipse potest resilire à contractu per prædecessorem initio, etiam de plenitudine potestatis, ut scripsit Paul. de Castr. *in d. l. digna vox C. de legib.* cum aliis allegatis à Gabr. *loc. cit. num.* 18.

6 Nec audiendi sunt, qui dicunt, Principem id posse, etiam sine causa de potestatis plenitudine, sed tamen graviter peccare, ut per Ber. *in d. cap. ex epistola nu.* 22. Quoniam ad peccatum non se extendit potentia Principis, immò nec potentia Dei, S. Thom. *p.* 1. *q.* 25. *ar.* 3. *ad* 1. latè Card. *cons.* 147. *n.* 2.

7 Præcipuè autem rationes sunt. Quia nihil est, quod lumine clariore præfulgeat, quam recta fides in Principe. Et quia si esset in sola Principis voluntate contractum, quem cum subdito facit, infringere, nullus verisimiliter contraheret cum ipso, & sic hominum commercio careret in contrahendo. Esset autem absurdum, ut qui Princeps est hominum, careret commercio hominum. Inter majores enim pœnas revocatur inter homines esse, & hominum carere commercio, *l. hi qui ad sanctam C. de apost.* Et quia Princeps etiam Imperator ac Papa contrahendo obligatur jure naturali, à quo surgit æquitas obligationis, *l.* 1. *ff. de pact.* Quod autem habet subsistentiam à Iure naturali, à Principe tolli non potest, *l. fin. C. si contra jus, vel ut il pub.* Idcoque Princeps obligatur ex contractu ratione consensus, qui est de jure naturali, cui etiam Imperator, & Papa subjiciuntur, *Clem. pastoralis de re jud.*

8 Non applicatur, quod in præjudicium successoris non valeat concessio facta de regalibus, ut per Bald. *in tit. de pac. Const. v. amplius.*

9 Nam præter id, quod non versamur in regalibus, quæ in signum dominii, & ratione jurisdictionis competunt, de quibus loquitur Bald. & alii qui ipsum sequuntur, quæ conclusio non procedit in regalibus, quæ solita sunt concedi per Principem Claud. de Seisell. *in tit. qui feud. dar. poss. col.* 3. præsertim ubi non inducitur notabilis diminutio Principatus, ut post alios tradit Gabr. *d. conc.* 5. *n.* 8.

Neque

20 Neque obstat, si dicatur, quod saltem ex justa, & rationabili causa, respiciente publicam utilitatem, possit Princeps rescindere contractum, ut per Aym. *cons. 5. n. 4.* Nam ex justa causa potest dominium rerum auferre uni, & dare alteri *l. benè à Zenone*, ibique Bald. *C. de quadrien. præscript. l. Lucius ff. de evict.* Innoc. *in cap. quia plerique n. 5. de immun. Eccles. & in cap. debitores de jurejur.* Unde sicuti potest ex causa tollere jus quæsitum, ita & Contractum rescindere, quæ causa benè præsumitur in Supremo Principe, Alex. *cons. 1. num. 11. & seq. lib. 2.*

11 Id, inquam, non obstat, quia intelligitur, quando alias publica utilitas haberi non posset, nisi auferetur tertio jus quæsitum ex contractu, ut post alios declarat Gabriel. *d. concl. 5. n. 4.* Vide quæ alibi à nobis de hac re dicta sunt.

12 Atque ex his perneccsse resultat, quod etiamsi privilegium esset *concessum dictis colonis*, ut laicis, ac subditis ipsis Principibus, qui illud concesserunt, adhuc rectissime pronunciandum est, quod illud in hisce præcisis terminis casus belli ac conservationis Regni, vel Principatus non possunt revocari, sed præservari debent, prout Senatus Mediolanensis ab anno 1564. & sequenti firmavit, quod privilegia concessa Carthusiæ Papiensi, ac ejus Colonis erant concessa titulo oneroso, & ideò ad nullam solutionem teneri. Cùmque non attenta Senatus sententia, Fiscus prætenderet, quod eadem privilegia non continebant immunitatem ab oneribus belli, & conservationis status, & quod Princeps poterat eandem immunitatem Colonis concessam revocare, idem Senatus exceptionibus dicti Promotoris fiscalis, & consequenter opinione Bossii minimè attentis, pro observantia immunitatis ad favorem Carthusiæ, ac ejus Colonorum iterùm pronunciavit. Quod inconcussè ad præsentem usque diem observatum est.

13 Accedente præsertim libertate non solvendi, legitimè præscripta, quæ sola satis est ad eos præservandum ab hac solutione ex juribus vulgò notis.

14 Opinio verò Bossii, quam communem ipse profitetur *d. num. 222.* quod tam Princeps concedens privilegia Ecclesiæ, ac ejus Colonis, quàm illius successores, ea revocare possint, admissa non fuit, nedum per dictam sententiam Mediolanensem in terminis privilegiorum concessorum colonis, sed in durioribus terminis gratiæ concessæ non subdito ex titulo merè gratioso, neque admissa fuit in supremo Italiæ Consilio Catholici Regis Hispaniarum, habito in Oppido Vallisoletano sub die 8. Octobris anni 1601. juxta ea, quæ refert Rovitus, supremus Regens Cancellariæ Regiæ Regni Neapolitani super *Pragm. d. Regni rubr. de revoc. & suspens. grat.* Idemque tenet Bobadil. in sua *polit. lib. 2. cap. 18. n. 269. tom. 1.* & nos alibi.

15 Quare consulendum est indemnitati hujusmodi colonorum, alioquin actum erit de portione colonica, acerrimè defensa sub Paulo V. & Urbano VIII. pro qua ad favorem Ecclesiasticorum scripserunt Ioannes Baptista Spada, & Hortensius de Rubeis, aliique celebres Iurisconsulti, collecti à Gattica in sua Catena aurea pro immunitate Ecclesiastica.

16 Obstandumque principiis. Tunc enim supremi Officiales laici, sive virtutis amore, sive formidine justæ pœnæ capita Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, ejusque mandatis reverenter subijciunt, quemadmodum anno 1596. subjecit Ia. Menochius, supremus Præses Mag. reddituum extraordinariorum Regis Hispaniarum ditionis Mediolanensis qui leviori de causa à Vicario Generali Mediolanensi excommunicatus, humillimè supplicavit Clementi VIII. ut suæ consuleret conscientiæ & si quid admisisset venia dignum, eam Sanctissimi provolutus pedibus expostulavit, ut in ejus *cons. 965. lib. 10.*

CONSULTATIO LIX.

An, & quo jure violetur immunitas Ecclesiastica per violentam extractionem rerum ab Ecclesiis, & locis immunibus? Quanamve pœna incurratur?

CErtum est, immunitatem violari, non solum per extractionem personarum, sed etiam rerum *ex can. sicut antiquitus 17. quæst. 4.* ibi: *aut personam hominis, vel bona ejus inde subtraxerit*, & ex *can. quisquis eadem causa, & q.* ibi: *Vel domus, quæ intra prædictos passus fuerit, aliquid inde diripiendo, vel auferendo*, & infrà: *Aliqua inde abstulerit*, & mox: *Reposita, vel alia quælibet exinde abstrahunt, damnum novies componant, & immunitatem tripliciter.* Sicque abstrahentes sacrilegi judicantur *in can. si fortè, & can. qui rapit 17. quæst. 4.* Committitur enim sacrilegium auferendò sacrum de sacro, vel non sacrum de sacro, sive sacrum de non sacro, ut legitur *in d. can. quisquis.* 1

Verum, & si tales, ut violatores immunitatis, & sacrilegi de jure communi, nisi emendent, sint excommunicandi, ut *in d. can. sicut antiquitus*, & notat Glos. *in cap. conquesti v. excommunicatos nuntietis de sent. excom.* Tamen non videntur incidere in censuras Constitutionis Gregorii XIV. Quia hæc loquitur de abstrahentibus personas, nec debet extendi ad eos, qui abstrahunt res. Tum quia personarum appellatione non veniunt res, ut *Instit. de jur. natur. §. fin. & de rer. divis. sub initio.* Undè cum extrahentibus res non adaptentur verba Constitutionis, & consequenter neque ejus dispositio adaptari debet, *lib. 4. §. varies ff. de damn. infect.* Tum quia Constitutio est pœnalis, & exorbitans à jure communi, & ideò de casu ad casum non extendenda, etiam ex majoritate rationis per *l. sed sciendum ff. ad l. Pompeiam. de Parricid.* quam ad id ponderant Aret. *in c. cum non ab homine nu. 59. de judic.* facitque Glos. *in c. ut ii v. ejusdem de stat. & qual.* Tum quia non viget tanta ratio in extrahentibus res, quanta in extrahentibus personas. Immò qui personas violenter abstrahunt plus delinquunt quia inferunt injuriam loco sacro, ac personæ simul, *can. miror 17. quæst. 4.* Ideòque plus puniuntur, *can. non. afferamus 24. quæst. 1. cap. quæsivit de his, quæ fiunt à ma. par. Capit. & cap. ult. in fin. de excess. Prælat.* 2

Si verò abstractio bonorum fieret auctoritativè per ministros Curiæ, vel de mandato Iudicis, seu Magistratus sæcularis, tam abstrahentes, quàm mandantes, quamvis non inciderent in pœnas Constitutionis Gregorianæ, inciderent tamen in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini §. 17. latam in usurpatores jurisdictionis ad Sedem Apostolicam, vel quascunque Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum pertinentis. Sive enim facultas dandi licentiam abstrahendi, res à locis immunibus spectat ad Sedem Apostolicam, sive ad Episcopum juxta textum *in d. can. quisquis 17. quæst. 4.* ibi. *Si quis Domum Dei violaverit, & alia sine licentia illius, cui commissa esse dignoscitur* (ideſt Prælati secundum Glossam) *inde abstulerit &c. utroque casu Ecclesiasticam jurisdictionem usurpat.* Et ideò incidit in illud caput Bullæ Cœnæ Domini. 3

Pro extrahendis autem rebus à locis immunibus licentiæ expediri solent per litteras S. Congregationis super Episcopis, & regularibus, quæ sub die 14. Novembris 1636. præcepit, bona posita in loco immuni in præjudicium creditorum deponi debere in loco non immuni. Et sub die 9. Martii 1635. præcepit Vicario generali Mediolanensi, ne talia bona tenerentur in loco immuni in præjuditium Creditorum, & sub die 12. Decembris 1642. præcepit, ut ex quadam Ecclesia extraherentur bona eò transportata in fraudem Creditorum, consignanda tamen Iudici competenti. Hodie tamen hujusmodi Epistolares licentiæ conceduntur à S. Congregatione immunitatis, Ordinario directè sub hac formula: *Supponendosi per parte di N. di haver ottenuto mandato esecutivo contro i boni, e i mobili di N. qual mandato non può fare egli eseguire per esser stati trasportati detti mobili nella Chiesa N. Acciochè sia rimosso il pregiuditio publico, e conservata l'immunità Ecclesiastica, potrà V. S. col. mezo del Ministri Ecclesiastici far estrarre dalla sudetta Chiesa, o da altro luogo immune le dette robbe, e quelle con inventario consegnare a Giudice* 4

competente, affinche sopra di esse si possa eseguire quello che sarà di giustitia, concedendo seco con la presente dalla Santità di Nostro Signore la facoltà in ciò necessaria.

CONSULTATIO LX.

An, & quatenus ladatur immunitas, & libertas Ecclesiastica in comprehensione operariorum, panis, aliarumque rerum fuctæ à Judice, & fisco latce in domo annexa sub eodem tecto, ac stillicidio Ecclesiæ, præsertim ruralis?

PRimo læditur ratione loci, si pateat ex fundatione, ac dotatione Ecclesiæ, quod domus est ipsius Ecclesiæ, erectæ in beneficium. Undè cùm sit domus Ecclesiastica, & in ambitu triginta passuum, gaudet immunitate ex *can. sicut antiquitus, can. quisquis 17. §. sacrilegium, & can. definivit 28. vers. in quibus 17. quæst. 4.* ac docet Farinac. *in prax. crim. par. 1. tom. 2. quæst. 28. & de carc. nu. 12.* Donat. *de asil. resol. 43.* Dian. *par. 6. tr. 1. resol. 2. §. & his non obstantibus*, ac declaravit S. Congregatio Immunitatis in Spoletana 24. Julii 1634. & in Atiminensi 15. Septembris 16.... de quo & nos alibi. Idemque Diana *loc. cit.* firmat cum Peregrino *de immun. cap 4. n. 33.* & cum Tuscho *v. immunitas concl. 59. nu. 1.* hanc immunitatem triginta passuum non esse consuetudine subiatam, immò esse de jure divino, & *nu. 18.* probat, Doctoribus restantibus de tali consuetudine in contrarium non esse credendum, nisi intelligantur de Ecclesiis Castrorum, ac Urbium, Donat. *resol. 3. num. 2.* Guezzin. *cap. 37. defens. 1. num. 9.* Farinac. *in append. d. cap. 28. in fine.* Tusch. & Mar. Ital. *de immun.* Castropal. *disp. un. punct. 12. num. 13.* 1

Non obstat, si hujusmodi domus sit frequentata, & ex una parte habitata ab operariis, Quia illi, ut conducti mercede diurna, ibi per accidens, ac diu tantùm reperiuntur pro colendis agris Ecclesiæ, in hortis Religiosorum: cumque domus sit contigua Ecclesiæ, & Ecclesiastica, non autem laicalis, gaudet immunitate, Tusch. *d. v. Immunitas concl. 59. num. 22.* Farinac. *in appendic. de immun. d. cap. 18. num. 291.* Castropal. *par. 2. tom. 12. de rever. deb. loc. sacr. disp. 1. pun. 6. n. 12.* Nald. *in sum. v. Ecclesia nu. 7.* & Dian. *d. par. 6. tr. 1. resol. 2. vers. Primum*, quia ibi Doctores loquuntur de domibus laicorum, positis intra ambitum triginta passuum, non de domibus Ecclesiæ, cum ea incorporatis, & inservientibus pro Rectore, illiusque familia, & licet una pars domus non gauderet, adhuc reliquæ essent immunes, ut per Dianam, & Donatum *locis citatis* ita, ut gaudeat etiam Ecclesia polluta, Diana *ibidem §. nota secundò* cum Doctoribus ab eo relatis. 2

Quod adeò verùm esse autumant Dian. *d. resol. 2. §. rectè etiam, & par. 3. tract. 1. resol. 71.* Donat. *resol. 47. n. 1.* Giurb. *cons. 10. nu. 11.* Decian. *tr. cr. lib. 6. cap. 35. num. 16.* Farinac. *in append. cap. 17. num. 206.* ut si talis domus Ecclesiæ esset locata laicis, adhuc gauderet immunitate, atque ita observatum fuisse Mediolani anno 1539. testatur Chartar. *decis. crim. 46. num. 20.* At de hoc alibi à nobis dictum est. Et gaudere, etiamsi hujusmodi domus datæ essent in Emphyteusim laicis, tradit Diana *loco citato*, ac Donat. *d. resol. 47. num. 48.* cum pluribus ibi allegatis. Ac etiamsi esset Domus Capella, dummodo esset erecta auctoritate Ordinarii, adhuc quoque gauderet, Donat. *resol. 1. n. 16. §. quarto* sub nomine Ecclesiæ, *resol. 38. n. 2. & 11. resol. 40. n. 4.* Navar. *in manual. cap. 25. num. 17.* & Dian. *d. resol. 2.* 3

Secundò læditur ejusmodi immunitas ratione fori. Quia nequit Judex laicus perquirere loca Ecclesiæ, Rectoris presbyteri, & Clerici, ut firmat Sperel. *decis. 49. n. 16.* Nam id pertinet ad Judicem Ecclesiasticum. Neque auferre annonam pro illius introductione contra sua edicta, ut per Sperel. *decis. 12. num. 39.* & Dian. *par. 5. tr. 1. resol. 6. & par. 6. tr. 8. resol. 4. §. secundo infertur n. 59.* ut proinde §. *Ex supradictis* dicat, hac de causa non posse comprehendi famulos, colonos, & præcipuè operarios Clericorum, cum non teneantur obedire Judici laico in re, quæ de sui natura non sapit delictum ex Glos. *in l. in rem §. signum. ff. de rei vin.* quam omnes sequuntur, teste Decio, *in l. velle*, ibique Cagnol. *nu. 11. de reg. jur.* Et hoc judicium est Ecclesiasticum, quia substantiatur in Clericis, ut per Sperel. *loc. cit.* Ac ita ut pro oneribus quidem Cameralibus possint Commissarii repressaliis gravare Clericos, aut pro illis deportari manu regia, sed in foro Ecclesiastico illos convenire debeant, ut sæpè declaravit S. Congregatio Boni Regiminis, licet in dictis oneribus comprehendantur. Ergo multò minus in rebus, in quibus non sunt nominati, ut in prohibitione panis, ac pœnis maleficiorum, Dian. *D. par. 6. tract. 8. resol. 4.* Clericus quippè non tenetur ad vectigal panis, ut per Matcabrun. *cons. 18. num. 241.* Fagund. *de just. lib. 5. cap. 37. num. 12.* & Dian. *d. tract. 8. resol. 4.* Multò minus Ecclesiæ pro cultura suorum agrorum.

Et quatenus hujusmodi Commissarii haberent facultatem in Clericos, adhuc, uti laici non possent illam in Clericos exercere, ut id circò neque Fabrica S. Petri, neque S. Congregatio Boni Regiminis deputat Commissarios laicos ob defectum characteris in Ecclesiasticos, *cap. cum non ab homine de judic.* 4

Tertiò læditur libertas Ecclesiastica, quia non potest Judex laicus prohibere Clericis introductionem frumenti, & panis forensis, ut per Dian. *d. par. 6. tract. 8. resol. 4. & par. 1. tract. 2. resol. 69. & 70.* Jo: Beltram. *in propugn. libert. Eccles. assert. 1. §. 3. nu. 11.* Sperel. *decis. 12. num. 45.* Carpan. *ad stat. Mediolan. in prol. contr. for. lib. 1. cap. 31.* Nam id est contrà libertatem Ecclesiasticam, ut ibidem Sperel. *num. 61.* & *decis. 4. num. 7.* attestans, ita respondisse S. Congregationem. Mihtarque eadem ratio de pane, ac de furno, & macello, ac molendino, quod scilicet Clerici non possint cogi ad molendina laicorum, declaravit S. Congregatio Immunitatis etiam quoad Colonos 25. Maii 1655. in Urbevetana. Nam Clericis neque jure divino, neque humano ut prohibetur, ut docet Sousa *in Bull. Cœn. Can. 16. disp. 46. concl. 3.* Filiuc. *tom. 1. tract. 16. cap. 10 nu. 270. §. 3.* Bonac. *in eandem Bul. disp. 1. quæst. 16. sect. 2. num. 51.* & ex Rota tradit Novar *de gravam. vas. tom. 1 gravam. 62. num. 2.* estque textus *in l. libertas ff. de jurepatr.* Unde sic statuentes esse excommunicatos ipso jure, firmat Rota in Sulmonensi 7. Junii 1627. coram Durano *decis. 61. num. 11. tom. 2.* & in Hydruntina pecuniaria 26. Junii 1641. coram Merlino. 5

CONSULTATIO LXI.

An immunitas Ecclesiastica sit de jure divino.

NEgant Lutherus, Calvinus, eorumque sequaces, & statuunt, Magistratum sæcularem superiorem esse Ecclesiasticis, eorumque causas merè spirituales decidere posse, ac debere. Unde Henricus VIII. Rex Angliæ seipsum appellavit totius Anglicanæ Ecclesiæ summum caput immediatè sub Christo, & Elisabeth Regina Angliæ se nominavit Ecclesiæ gubernatricem in omnibus rebus, & causis tam Ecclesiasticis, quàm sæcularibus, etiam præsidendo Concilijs generalibus, judicando controversias fidei, constituendo Ministros, & Pastores, ut legitur apud Sanderum *de Monarch. Eccles. lib. 2. cap. 2.* Nec desunt ex Theologis, qui asserant Immunitatem Ecclesiasticam esse tantùm de jure humano apud Duardum *in Bulla Cœnæ*, & Delbene *de immunit. Eccles. cap. 1.* Ut proinde dixerit Ferrar. *in sua prax. form. in act. confes. pro servit. v. plenam, & omnimodam col. 1.* quod bene & sanctè faceret Papa si totam temporalem jurisdictionem in manibus Imperatoris remitteret, nec aliter unquam Respublica, & maximè Italia quiesceret, nec ulterius de Papatu schismata evenient. Et ex hoc status universus Clericorum magis redderetur Deo, ac populo devotus, ipseque Papa cum Cardinalibus quietiùs viveret, quod etiam tradit Boer. *decis. 69. nu. 3.* 1

Probari potest, quia Christus accusatus fuit de blasphemia, & aliis criminibus contra Religionem, & tamen se subditum fatebatur Pilato, inquiens Jo: 19. *Non haberes* 2

haberes potestatem adversum me ullam, nisi tibi datum esset desuper. Nec ipse Christus voluit quemquam judicare, inquiens. *Quis constituit me Judicem inter vos.* Et Paulus *Act.* 25. in carceres conjectus Religionis causa, nempè superstitionis, ut ibi expressè dicitur, Cæsarem cognovit in Judicem, dum ad Cæsarem appellavit, inquiens: *Ad Tribunal Cæsaris sto, ubi oportet me judicari, Cæsarem appello.* Hoc dixit, quia causa tractabatur apud Præsidem Cæsaris, & fratres ei suadebant ut Præsidis judicium recusaret.

3 Et primis nascentis Ecclesiæ temporibus Clerici erant Principibus subjecti, ut constat ex Paulo *ad Romanos* 13. Et ne dicatur, eos Principes ethnicos fuisse, ac sibi usurpasse jus, & potestatem in Clericos, contra hoc vim habet, quod ibidem dicit Apostolus: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, & hoc propter ordinationem Dei,* ubi Glossa ait: *Omnis anima nullus excipitur, neque excluditur.* Et Chrysostomus addit: *Omnis homo, sive sit Evangelista, sive Propheta, sive Apostolus, sive quisque tandem sit.* Et paulò superiùs dicit: *Ista imperantur omnibus, & Sacerdotibus, & Monachis, non solum secularibus.* Eodem modo exponunt verba D. Pauli Theodoretus, Theophylatus, & Oecumenius. Insuper 1. *Petri* 2. legimus debere omnes subjici Principibus, etiam discolis, *& Matth.* 22. dixit Christus Dominus: *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.* Neque in sacris litteris ullum extat divinum præceptum, quo Clerici à Civilium Principum potestate solvantur.

4 Asserunt Catholici, & convenit inter omnes Theologos, hanc immunitatem in rebus spiritualibus, divinis, & Ecclesiasticis esse de jure divino. Talia sunt sacramenta ministrare, sacra munera, & officia obire, ac exequi, sacras litteras interpretari, peccata, quibus in his delinquitur, punire, pœnas Ecclesiasticas sancire, quales sunt excommunicationes, suspensiones, interdicta, irregularitates, depositiones, & degradationes, hæreticos punire, causas omnes quomodocumque ad fidem pertinentes cognoscere, idoneos Ecclesiarum ministros examinare, eligere, creare, instituere, confirmare, ad ordines promovere, vel alia hujusmodi, quæ Religioni opponuntur ac polygamia, quatenus matrimonii contractus in Sacramentum à Christo est elevatus. Præterea juris divini est, ut omnes etiam fateantur, Clericos Sacris usibus consecratos, profanis, ac civilibus rebus, & negociis perpetuo implicari non posse, nec Imperator, Rex, ullusve civilis Princeps potest edicere, ut Clerici sacris rebus addicti, arma tractent, militent, bella gerant, aut alia sæcularia factitent. Illud etiam nemo negat, quicquid juris, & potestatis habent laici in rebus spiritualibus, habere concessu, seu privilegio, ac beneficio Ecclesiæ, quale est jus patronatus in nominandis, designandis, & offerendis Clericis, qui præficiuntur Ecclesiis, vel in beneficiis Ecclesiasticis instituuntur. Item jus sepulturæ, jus exigendi pensiones, beneficiis Ecclesiasticis impositas, jus eligendi aliquos ad beneficia, & dignitates Ecclesiasticas, & alia hujusmodi jura, de quibus privilegiis alibi dictum est susè.

5 Quæ sicut nefas est Judicibus, vel Principibus sæcularibus, spiritualia administrare, ita neque de iis quoquomodo judicare, idcòque Ozias Rex 2. *Paralip.* 20. annotante Lyrano, volens sibi arrogare Sacerdotis officium, fuit reprobatus à summo Sacerdote, diceratibus viris fortissimis: *Non est hoc tui officii, Ozias, quia sunt destincta Regis, & Sacerdotis officia.* Ac ideò *Deuter* 17. Dominus sic decrevit: *Venies ad Sacerdotem Levitici generis ad Judicem, qui fuerit illo tempore, quæresque ab eis, qui indicabunt tibi judicii veritatem, & facies quodcumque dixerint. Qui autem superbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo suo, & decreto Judicis, moriatur ille homo.*

6 Confirmat id Paulus *ad Ephes.* 4. ubi ait: *Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Evangelistas, alios autem Pastores, & Doctores ad consummationem Sanctorum in opus ministerii in edificationem corporis Christi, ut jam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrina.* Ex quibus Joannes Damascenus *orat.* 2. *de Imagin.* sic arguit: *Regum partes non sunt, ut Ecclesiæ leges præscribant. Considera enim quid Divus Apostolus dicat, & quosdam quidem in Ecclesia posuit primum Apostolos, deinde Prophetas, tum Pastores, & Doctores ad Ecclesiæ Constitutionem non adhibuit Reges.* Et mox: *Obedite,* inquit, *præpositis vestris. Regum est civilis administratio; Ecclesiastica verò constitutio Pastorum, & Doctorum. Paremus tibi Rex in iis, quæ ad vitæ civilis negotia pertinent, ut in tributis, vectigalibus solvendis, quorum tibi quantum ad nos spectat, munus est creditum, ac demandatum. At in Ecclesiasticis rebus statuendis, ac decernendis habemus Pastores, qui nobis loquuti sunt verbum, leges, & instituta Ecclesiastica tradiderunt. Non transgredimur terminos sempiternos, quos nobis Patres nostri constituerunt, sed quæ nobis præscripta sunt, & recepimus, tuemur.*

7 Extat in hanc rem Epistola Honorii Augusti ad Arcadium Orientis Principem, quæ inter alia sic ait: *Si quid de causa Religionis inter Antistites ageretur, Episcopale oportet esse judicium. Ad illos enim divinarum rerum interpretatio, ad nos Religionis spectat obsequium.*

8 Justinianus quoque Imperator *const.* 123. *Si Ecclesiasticum,* ait, *negocium sit, nullam communionem habent Civiles Magistratus, sed religiosissimi Episcopi secundum Sacros Canones negocio finem imponunt.*

9 Hoc idem probant verba Ambrosii *ep.* 32. ad Valentinianum Imperatorem, *& epist. Nolite gravari, Imperator, ut putes te ea, quæ divina sunt, imperiale aliquod jus habere &c.*

10 Joannes Carnotensis *lib.* 4. *polyc. cap.* 3. *Hunc ergo gladium de manu Ecclesia accipit Princeps, cujus tamen ipsa gladium sanguinis omnino non habeat, habet tamen & ipsum, sed eo utitur per Principis manum, cui coercendorum corporum contulit potestatem, spiritualium sibi in Pontificibus auctoritate servata. Est ergo Princeps Sacerdotis quidam minister, & qui sacrorum officiorum illam partem exercet Sacerdotis quidem manibus videtur indigna. Sacrum namque legum omne officium religiosum & pium est. Illud tamen inferius, quod pœnis criminum exercetur, & quandam carnificis videtur representare imaginem &c.*

11 Suffragantur Severus Sulpitius *lib.* 2. *sacr. hist.* loquens de Martino, qui satis superque sufficere dicebat, ut Episcopali sententia hæretici Priscillianistæ judicati, Ecclesiis pellerentur, novum esse inquiens, & inauditum nefas, ut causam Ecclesiæ Judex sæcularis judicaret.

12 Et Hugo Victorinus *de Sacram. fid. lib.* 2. *par.* 2. *Negocia sæcularia terrena; spiritualia vero & Ecclesiastica à spirituali potestate examinentur. Secundum personam ergo justitia violaretur, si Judex sæcularis in Ecclesiasticam personam manum mitteret. Secundum causam, si Ecclesiastica negocia examinanda susciperet.*

13 Idipsum decernit Bonifacius Primus *Epist.* ad Honorium Augustum: *Ecclesia mea,* inquiens, *cui Deus noster meum sacerdotium, vobis res humanas regentibus deputavit, cura constringit, ne causis ejus, quamvis adhuc corporis incommoditate detinear, propter conventus, qui à sacerdotibus universis, & Clericis, & Christianæ plebis perturbationibus agitantur apud aures Christianissimi Principis desim.*

14 Gelasius I. *Epist.* ad Anastasium Imperatorem ita scribit: *Nosti, fili clementissime, quod licet præsideas humano generi dignitate rerum terrenarum, tamen Præsulibus divinarum rerum colla submittis, atque ab iis causas tuæ salutis expetis, inque sumendis cœlestibus sacramentis, eisque, ut competit disponendis, subdi te debere cognoscis religionis ordine potius quàm præesse. Itaque inter hæc ex illorum te pendere judicio, non illos ad tuam velle redigi voluntatem.*

15 Romana Synodus quarta sub Symmacho *cap.* 3. inquit: *Laicis, quamvis religiosis, nulla de Ecclesiasticis facultatibus legitur unquam disponendi attributa facultas.*

Eu-

16 Eugenius II. *ep.* 4. *Decrevimus, ut laici determinare Ecclesiastica negotia non præsumant.*

17 Nicolaus I. *ep.* 8. ad Michaelem Imperatorem: *Dicite, quæso, ubinam legistis, Imperator, antecessores vestros Synodalibus Conventibus interfuisse, nisi forsitan in quibus de fide tractatum est, quæ omnium communis est, quæ non solum ad Clericos, verum etiam ad laicos, & ad omnes omnino pertinet christianos? Vos autem non solum in Synodo in causa Sacerdotis collecta interfuistis, verùm etiam numerosa sæcularium millia, forte ad videndum ejus opprobrium aggregastis, cum magis debueratis in hoc imitari Constantinum Pium Augustum, de quo scriptum est, quod dixerit: Quia si vidissem aliquem eorum, qui religioso circumamicti sunt habitu, turpitudinem aliquam operantem, clamydem meam explicassem, & cooperuissem eam, ne videretur à quoquam. Nolite qua sua sunt usurpare, nolite quæ ipsi soli commissa sunt velle surripere, scientes quia tantò nimirum à sacris debet omnis mundanarum rerum administrator esse remotus, quantò quemlibet ex catalogo Clericorum, & militantium Deo nullis convenit negotiis sæcularibus implicari. Deinde hi, quibus tantum humanis rebus, & non divinis præsse permissum est, quomodo de his, per quos divina ministrantur judicare præsumant penitus ignoramus. Quibus omnibus ritè collectis, satis evidenter ostenditur à sæculari potestate, nec ligari prorsus, nec solvi posse Pontifices.*

18 Dilucidè S. Thomas Cantuariensis *epist.* ad Regem Angliæ: *Ecclesia in duobus consistit ordinibus, in Clero & in populo. In Clero sunt Apostolici, & Apostolici viri, Episcopi, & cæteri Rectores Ecclesiæ, qui tractare habent negotia Ecclesiastica, ut totum reducant ad salutem animarum. In populo sunt Reges, Duces, Comites, & aliæ potestates, quæ sæcularia habent tractare negotia, ut totum reducant ad pacem, & unitatem Ecclesiæ. Et quia certum est, Reges potestatem suam ab Ecclesia accipere, non ipsam ab illis, sed a Christo, ut, salva pace vestra loquar; non habetis Episcopis præcipere, absolvere aliquem, vel excommunicare, trahere Clericos ad sæcularia judicia, judicare de decimis, de Ecclesiis, interdicere Episcopis, ne tractent de transgressione fidei, vel juramenti &c.*

19 Georgius Cedrenus in Leone Iconomico: *Gregorius Papa, missa decretali Epistola ad Leonem Imperatorem monuit, non esse Imperatoris de fide statuere, aut veteris Ecclesiæ decreta à sanctis Patribus facta convellere.*

20 Lucifer Calaritanus *lib.* 1. ad Constantinum Augustum pro S. Athanasio: *Proba te,* ait, *super nos factum Judicem. Proba te ad hoc constitutum Imperatorem, ut nos armis tuis ad omnem implendam voluntatem amici tui diaboli perduceres, cùm probare non possis; quia præceptum sit tibi, non solum non dominari Episcopis, sed & ita eorum obedire statutis, ut si subvertere eorum statuta tentaveris, si fueris in superbia comprehensus, morte mori jussus sis.*

21 Non obstat, quod plures Theologi asserant, immunitatem Ecclesiasticam esse de jure humano dumtaxat. Nam nemo ex illis dubitat esse de jure divino, quod ad res spirituales, divinas, & Ecclesiasticas. Theologi autem allegari à Duardo, & ab aliis loquuntur de immunitate in ordine ad solutionem tributorum, quæ solent Principes laici communiter imponere, qui tamen addunt, hanc immunitatem esse juri naturali, ac divino consentaneam, ex quo alii Theologi, & Canonistæ omnes inferunt esse de jure etiam naturali, quod idem est, ac jus gentium primævum cum ipso genere humano, à rerum natura proditum, quinimò illam esse de jure etiam divino ipsi comprobant Canonistæ, & alii, quos alibi adduxi. Quod enim est dispositum, juri divino conforme, juris divini esse dicitur, non autem humani, ut habetur ex Geminiano, & Martha *de jurisdict. par.* 2. *cap.* 6. *num.* 15. Unde ipse Suarez *lib.* 3. *de relig. cap.* 9. *de immun. Eccles.* qui contrarium in hoc sentit, fatetur, immunitatem hanc esse multò convenientiorem voluntati Christi Domini, qua voluit omnia in Ecclesia cum ordine disponi, & sancta sanctè tractari. Et quod ad immunitatem Templorum habetur expressè *Exod.* 21. de qua alias fusè.

22 Quod autem ad Christum constat apud omnes, Marsilium Patavinum esse meritò ab Ecclesia damnatum, eo quod asseret, non solum Clericos, sed etiam Ecclesiarum Antistites, ac ipsum Romanum Pontificem, Imperatoriæ potestati jure divino subjici, immò jure quoque divino Principes habuisse potestatem in Christum Dominum, tanquam hominem, quod ostendere nitebatur ex illo *Joannis* 19. superius relato, & ex iis, quæ supra memoravimus ex Paulo *ad Rom.* 13. & 1. *petr.* 2. *Act.* 25. & ex Glossa, & Chrysostomo. Ad quæ respondetur primis Ecclesiæ temporibus, Ecclesiam non habuisse plenum, suæ potestatis, & juris usum, & actum, sed tantùm quasi habitum, & originem, & ideò mirum non est, si Paulus *Act.* 25. ad Cæsarem provocavit, si dixit *ad Rom.* 13. *Omnis anima &c.* Non quod jure divino Civilibus Principibus Clericos, causasque Ecclesiasticas subjiceret, sed quod interim dum Christiani erant in paganorum potestate, eorum Principibus parere deberent, ne detrimentum Christi fides, ac Religio pateretur. Quare ad illud Caristi dictum ad Pilatum *Io.* 19. respondetur, loquutum esse Dominum de potestate facti, non juris. Legendi Bellarminus, Gravina, Boverius, Bzovius, Baronius, Marsilius Honorati in vita Christi, & Covar. *lib.* 2. *pract. quæst. cap.* 31. ac Duard. *loc. cit. quæst.* 18. *in can.* 15. *Bulle Cœne,* Masinus Paramus *de orig. Inquis.* Turrelebanca *in utroque opere,* Gastald. *de Imper. quæst.* 110. Nazarius, & Suarez *par.* 3. *quæst.* 54. Bannes, Arauxus, Cornelius, Sylvius & alii *in* 2. 2. Supponentes, Christum esse etiam verum Regem constitutum super Sion montem sanctum ejus *Psal.* 2. id est super Ecclesiam, & *regnabit in domo Iacob in æternum, & regni ejus non erit finis Luc.* 1. Unde *Matth.* 28. de se ipso ait: *Data est mihi omnis potestas in Cœlo, & in terra. Omnia,* inquit *Ioan.* 11. dedit ei Pater in manus. Et Paul. *ad Hebr.* 1. *Illum constituit hæredem universorum.* In quo sensu D. Thom. *opusc.* 20. *lect.* 3. *cap.* 5. 12. 13. *& seq.* & *par.* 3. *quæst.* 54. *art.* 4. appellat Christum Monarcham omnium creaturarum, & si noluerit eligi in Regem, nec ostentaverit dominium, ut humilitatem, fundamentum omnium virtutum nos exemplo doceret, juxta illud *Matth.* 11. *discite à me, quia mitis sum, & humilis corde &c.* Erat enim Christus, etiam ut homo Summus Pontifex, cum potestate excellentiæ, caput hominum, & Angelorum. Quare non erat illi ullus superior in terris, & de jure à nemine judicari poterat, sed tantum de facto. Et de hac potestate facti loquebatur Christus, quæ etiam competit tyrannis, est que in vitio, & culpa, deque ea dixit *Lucæ* 22. *Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.* Unde verba opposita intelliguntur de potestate permissiva, redduntque hunc sensum: *Quod nisi tibi, ô Pilate, esset cœlitùs permissum, etiam facto ipso, & opere, meam causam non cognosceres, & judicares,* nihil Pilatus Christo facere potuisset. Ita Chrysostomus super eundem locum. Vide alias responsiones apud Salon. 2. 2. *quæst.* 67. *art.* 1. *contr.* 1. *concl.* 5. & præ cæteris legendus Azor. *instit. moral. par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 12.

23 Quod autem ad illud D. Pauli respondet Turrecremata *lib.* 2. *Sum.* eodem modo Paulum cognovisse Cæsarem pro suo Judice de facto, & consequenter, non autem de jure. Tunc enim latebat potestas D. Petri. Unde si ad illum appellasset, tanquam Christi Vicarium, irrisissent illum accusatores. Nulla enim alia notat ibidem Salas, supererat via evadendi iniquitatem Judicis, & accusatorum. Dici etiam potest, Paulum appellasse ad Cæsarem, quia erat Superior Festi Judicis, non sui, & quærebat liberari ab iniquitate Judicis occasione talis appellationis, ut hoc modo sua prædicatione gentes ad fidem converteret, ut ipse testatur. 2. *ad Timoth.* 4.

24 Hinc quamvis aliquando potiti sint Imperatores Romani auctoritate in rebus, & judiciis Ecclesiasticis, nullum tamen proferri potest exemplum Judicis Canonici ab uno Episcopo redditi, de quo statim recta via, querela delata fuerit ad Principem. De judicio Canonico loquor, in quo de fide, de ritibus, deque disciplina Cleri, & de quæstione canonica ageretur, non autem de cæteris litibus adversus Clericos motis. De judiciis Synodorum tantum appellationi non obnoxiis damnati conquerebantur interdum apud Principes. Illi Judices Ecclesiasticos dabant, nunquam autem de re Canonica cognitionem suscipiebant, sed de ordine judiciorum, neque acta rescinderunt, nisi ad asserenda mandata quæ dederant, quorum contemptus lædebat auctoritatem publicam. Neque executionem rerum judicatarum suspenderunt, nisi ob manifestissimam Canonum violationem, è qua scandala, & dissensiones oriebantur.

25 Et quidem Sacerdotium, & Imperium ita distincta sunt, ut sine magna divinarum, humanarumque rerum perturbatione confundi non possint, *cap. tuam nos de ordin. cognit.* ac ita Ecclesiasticam,& spiritualem potestatem à temporali distinctam esse, ac fuisse, constat, ut nihil deroget illi, aut detrahat, quominus & divina Dei ordinatione sæculares Principes propriam exercere valeant jurisdictionem absque ulla Sacrorum Canonum, & Conciliorum læsione, ac injuria. Præsertim ex eo, quod & ipse Summus Ecclesiæ Pontifex non semel testatissimum faciat, se minimè velle Regiam, Civilem, & sæcularem perturbare dignitatem, inquit Covarruvias, Episcopus Segobiensis *pr. quæst. cap.* 31. *nu.* 1. Quo collimat Innoc. *in cap. novit de judic.* ubi ita scribit: *Non putet aliquis quod jurisdictionem illustris Regis Francorum perturbare, aut minuere intendamus, cum ipse jurisdictionem nostram nec debeat, nec velit impedire.* Et textus *in cap. causam qui fil. sint legit.* ibi: *Nos attendentes, quod ad Regem pertinet, non ad Ecclesiam de talibus possessionibus judicare, ne videamur juri Regis Anglorum detrahere.* Et *cap. Venerabilem eodem,* ubi expresse, dicitur, Regem Francorum non recognoscere Superiorem in temporalibus. Et *d. cap. tuam de ord. cognit.* ubi Honorius III. præsupponit se idoneum judicem ad cognoscendum de natalibus Reginæ Cypri, at verò ad cognoscendum de ipsius successione, non ipsum, sed Regem Francorum existere competentem. Et textus in *can. quoniam d.* 10. *can. cum ad verum, can. duo sunt d.* 96. Ex textus notabilis *in cap. nos si incompetenter* §. *sed notandum* 2. *quæst.* 7. ibi: *Duæ sunt personæ, quibus mundus regitur. Regalis videlicet & Sacerdotalis. Sicut Reges præsunt in causis sæculi, ita sacerdotes in causis Dei.* Et §. *seq. Sicut ergo Ozias à Domino lepra percussus est, quod Sacerdotum officia usurpare voluit, sic Sacerdotibus, & Prophetis Regum usurpare officia non licuit;* ideòque nec gratiam facere posse Papam in territorio immediato Principis capitis reo, rectè asserit Farinac. *de inquis. quæst.* 6. *n.* 2. *in fin.*

26 Accedit ratio, quæ suadet singula officia singulis committenda *can.* 1. *dist.* 89. *cap. cum singula de præb. in* 6. *l. nemo C. de assessor. l. consulta C. de testam.* ubi dicitur, absurdum esse, si promiscuis actibus rerum turbentur officia, & præcipuè Clericis opprobrium est, si peritos se velint ostendere disceptationum forensium. Et ideò nemo debet esse carnalis, & spiritualis pater. *can. ad limina* 30. *quæst.* 1. Qui enim ad utrumque festinat, neutrum benè peragit. *d. l. nemo C. de assessor.* Ea verò, quæ effutivit Ferrarius alibi dicemus.

27 An autem, & quatenus Summus Pontifex utrumque habeat gladium, nempè spiritualem, ac temporalem potestatem, differunt præ aliis Azorius *par.* 2. *cap.* 10. *cap.* 2. *& 6. §. secunda sententia,* & Bellarminus *de Rom. Pontif.* illos adi, & nos alios.

CONSULTATIO LXII.

An Principibus laicis competat imperium aliquod circa sacra?

QUi hoc asserunt, fatentur, non esse Reges ministros immediatos rerum sacrarum. Nam in veteri Testamento Tribum Levi, & in novo Apostolos, eorumque successores hoc à Deo obtinuisse ministerium, conspicuè cernitur; sed sub Regum directione, ac jurisdictione hujusmodi ministros, & sacra ipsa esse in foro exteriori, probare contendunt, adeò quod ad Regem in Regno suo spectet Synodum convocare, & in ea præsidere, leges condere, causas audire, & cognoscere, controversias dirimere, beneficia conferre, ministros Ecclesiæ constituere, vel deponere, reos censuris afficere, & cuncta, quæ ad fidem, ac Religionem pertinent sic judicare, ut à nemine dependeat. Hoc enim est habere in Ecclesia primarum, & imperium in exteriori regimine.

Ad hæc probanda his utuntur argumentis. Primum 2
Summam Potestatem Personam esse, aut Optimates, qui jus habent super populum, soli Deo subditum. Comprobant. Nam Optatus Milevitanus adversus *Parm. libr.* 3. ait: *Super Imperatorem non est, nisi solus Deus, qui fecit. Imperatorem,* & Tertullianus ad Scapulam: *Colimus, inquit, Imperatorem sic, quomodo & nobis licet, & ipsi expedit, ut hominem à Deo secundum & quicquid est à Deo consecutum, solo Deo minorem, hoc & ipse volet. Sic enim omnibus major est, dum solo verò Deo minor est.* Quibus inferunt, Principes laicos sic omnibus majores esse, ut nemini possint esse subjecti. Hoc posito fundamento, etiam circa sacra imperium obtinere, ostendere nituntur.

Adducunt & illud Apostoli ad Rom. 3. *Omnis anima* 3
potestatibus sublimioribus subdita sit &c. Dei enim minister est, vindex in iram ei qui malum agit. Ergo omnis homo, etiamsi Ecclesiæ minister, summis potestatibus subest, qui omnem causam judicare valent, & omne malum punire, ac etiam errorem circa sacra. Quia illud *malum agit,* est propositio indefinita, quæ universali æquivalet. Quod Salomon *Prov.* 20. etiam docuit, dicens: *Rex solio justitiæ insidens oculis suis ventilat omne malum.* Et Chrysostomus *in d. Epist. ad Rom.* ait: *Etiamsi Apostolus sit, si Evangelista, etiamsi Propheta,* & Bernardus *in Epist.* ad Archiepiscopum ..... *Si omnis, & vestra. Quis vos excipit ab universitate?*

Ac item illud Josue *cap.* 1. ubi dictum est ei à populo 4
Israel: *Omnia, quæ præcepisti nobis faciemus, & quocumque miseris, ibimus. Sicut obedivimus in cunctis Moysi, ita obediemus & tibi.* Ergo à simili universi regnicolæ Regi omnibus in rebus, tam sacris, quàm laicis obedire tenentur. Confirmatur. Nam Deus Moysen, qui Magistratus fuit politicus, Aaroni Sacerdoti in Deum, constituit, *Exod.* 4. *v.* 16. à quo etiam Summus Sacerdos fuit constitutus, Tusch. *par.* 1. *concl.* 2. *v. Aaron. tom.* 1. *n.* 1. Aaron ipse Moysen pro Domino agnoscit, & colit, *Exod.* 22. *v.* 23. *n.* 12. *v.* 11.

Sed & Moyses à Deo ordinatus, non tantum popu- 5
lo, sed & Sacerdotibus jura, & mandata præscribit, *Exod.* 19. *v.* 22. *& 24. cap.* 22. *v.* 20. *cap.* 24. *v.* 14. *Levit.* 1. *v. & 10.* Sed & tam Sacerdotibus, quam populo ob delicta pœnas infligit. *Levit.* 4. *v.* 3. *cap.* 12. *v.* 11. Moyse rebus humanis exempto, Josuam Deus successorem facit, & Israelitis præponit, concedens ei potestatem in populum, & in Sacerdotes, *Ios.* 1. *v.* 10. *& seqq. & cap.* 3. *v.* 6. *& 8. & cap.* 6. *v.* 6. David imperat Sadoco Pontifici, & Nathani Vati, 1. *Reg.* 1. *v.* 32. Salomon Abiatharum destituit. Sadoco ei substituto 1. *Reg.* 1. *v.* 7 cum similibus.

In novo testamento ipse Christus non denegavit Ca- 6
fari tributum, & subjectionem, *Matth.* 17. Et propterea confessus fuit, Pilatum, uti Præsidem Provinciæ habere in ipsum à Deo potestatem, *Ioan.* 19. Si ergo Dominus, & Magister noster Principibus, & Magistratibus, non impia præcipientibus obedire voluit, quare non multò magis ejus Vicarius, *can. Imperatores, & can. quid ergo* 11. *quæst.* 3. Nec enim esse debet discipulus major magistro, aut servus Domino, *Matth.* 10. Osiasch. *decis.* 30. *nu.* 12. ubi id etiam textibus juris Canonici confirmat. Apostoli magistratui obedientiam præstiterunt, non propter defectum virium, sed propter iram & conscientiam, *Rom.* 13. Ergo, & Summus Pontifex eodem jure se censebit modò iræ divinæ, & conscientiæ rationem habere velit.

7 Sic & in primitiva Ecclesia Clerici omnes, sub quibus & Papa comprehenditur, & eorum res jurisdictioni Regum, & Imperatorum suberant, ut constat ex multis Imperatorum, etiam Christianorum legibus, & Constitutionibus, latis de personis ipsis, ac rebus Ecclesiasticis, omnique disciplina Ecclesiastica, quæ extat sub titulo *Cod. de sacrosc. Eccles. de Episc. & Cler. ac Episcopal. aud. cum* similibus. Et Carolus Magnus, ejusque successores jus constituendi Pontifices habuere *can. Adrianus, can. in Synodo dist.* 63. Paurmeister *de jurisd. lib.* 1. *cap.* 24. *n.* 14.

8 Neque anteriores Pontifices Imperatori tributum in signum debitæ subjectionis denegarunt, *can. tributum* 22. *quæst.* 8. *can. magnum quid* 11. *quæst.* 1. quæ tributi præstatio subjectionis est probatio, *cap. omnis anima de censibus.* Neque ulla Evangelicæ legis, & novi testamenti extat lex, quæ Clericos à jurisdictione Principum sæcularium exemerit, Covar. *pract. quæst. cap.* 31. *n.* 2. quam sententiam etiam alii tuentur, Petr. Ferrar. Nicol. Boer. *decis.* 69. Alciat. *in cap. cum non ab homine de judic.* Osach. *d. decis.* 30. *n.* 12.

9 Deinde inquunt, Regnum jure naturali, duplicem esse summam Potestatem. Ergo etiam sacra summæ potestati subjacent. Aliter tolleretur ordo, & ratio summæ Potestatis. Olim Patres contra Gentiles, Deum esse unum probarunt, quia qui summus est, multiplex esse nequit, alirer nullus esset summus. Sicut enim in homine una est potentia, scilicet voluntas, quæ omnibus membris imperat, sic in civili corpore, quod est Regnum, una Potestas omnia imperare debet. Res publica tunc una est, cum unus imperat. Et quia Imperii effectus est, obligatio, & coactio, si plures imperarent, imperata possent esse contraria. Quod est contra boni regiminis rationem. Nam ideò imperium patris in filios cedit imperio summæ Potestatis, quia impossibile est in eodem Regno, & in eadem causa duas esse summas Potestates.

10 Sicque instant. Si plures Summæ Potestates, civilis una, Spiritualis alia, confusio proculdubio adesset. Nam prior unum aliquid mandaret, posterior oppositum præciperet, & idem homo contraria exequi, vel neutrum operari teneretur, unde Tacitus: *Omnes præcipiunt, nemo exequitur.* Vel si alter alteri cedit, prior non erit summus, quia alteri parere debet. Hæc autem sunt absurda. Et huc tendunt divinæ illæ sententiæ: *Nemo potest duobus Dominis servire. Et regnum in se divisum desolabitur.* Omnis enim potestas consortis impatiens. In summis enim Imperiis subordinatio haberi non potest.

11 Tum producunt multas Sanctorum Patrum autoritates, quibus ostendere nituntur, ad Reges, & laicos Principes quos Summas Potestates appellant, pertinere, omnia quæ Religionis sunt, ordinare, & sancire. Augustinus *lib.* 5. *de Civit. Dei cap.* 14. Felices dici Reges si suam potestatem ad Dei cultum maximè dilatandum, Majestati ejus famulam faciunt. Et contra Crescentium *lib.* 3. *cap.* 51. *& epist. ad Bonifacium* docet Reges tunc servire Domino in timore, cum potestate sua, quæ contra Deum sunt prohibent, & vindicant legibus, & pœnis. Et addunt, hanc esse illam regiam nutricationem Ecclesiæ, quæ dicta est ab Isaia *cap.* 49. *& 60. Et epist.* 50. ad eundem Bonifacium Reges commendat, qui quæ sunt contra Deum prohibuerunt, & culpat eos, qui eadem non everterunt.

12 Isidorus Hispalensis *lib.* 3. *sent. cap.* 51. inquit: *Cognoscant Principes sæculi, Deo debere se rationem reddere propter Ecclesiam, quam à Christo tuendam susceperunt. Nam sive augeatur pax, & disciplina Ecclesiæ per fideles Principes, sive salvatur, ille ab eis rationem exigit, qui eorum potestati suam Ecclesiam credidit.*

Leo *epist.* 75. ad Leonem Augustum. *Debes incunctanter advertere regiam potestatem tibi non solum ad mundi regimen, sed maximè ad Ecclesiæ præsidium esse collatam.* Et *epist.* 42. ad Marcianum: *Magnam materiam gratulationis accepi, quòd studiosissimos vos Ecclesiasticæ pacis agnovi, cui desiderio divina æquitate confertur, ut quem statum capitis esse Religionis, eundem habeatis & Regni.* 13

Optatus Milevitanus *lib.* 3. ait: *Non enim Respublica est in Ecclesia, sed Ecclesia in Republica,* idest in Romano Imperio. 14

Socrates *hist. lib.* 5 *præf.* inquit: *Ex quo Imperatores facti sunt Christiani, res Ecclesiæ ab ipsis dependere.* 15

Constantinus in antiqua inscriptione: *Religionis, & fides Author dicitur.* 16

Basilius Imperator *Ecclesiam Navem* vocans *universalem cujus sibi gubernacula, ait, à Deo concredita.* 17

Circumfertur nomine Eleutherii Romani Episcopi 18
vetus Epistolium, quo Regem Britannum Vicarium Dei dicit in Regno suo.

Imperatores Theodosius, & Honorius *in epist. ad* Mar- 19
cellinum ajunt: *Neque enim aliud aut belli laboribus agimus, aut pacis conciliis ordinamus, nisi ut verum Dei cultum Orbis nostris plebs devota custodiat.*

Theodosius *in epist.* ad Cyrillum: *Cæsarei est muneris;* 20
ut non solum pacifice, sed piè etiam subditi vivamus.

Author libri de regimine Principum, qui D. Thomæ 21
adscribitur, ait: *Finis, ad quem Rex principaliter intendere debet in se ipso, & in subditis, est æterna beatitudo, quæ in visione Dei consistit. Et quia ista visio est perfectissimum bonum, maximè movere debet Regem, & quemcunque Dominum, ut hunc finem subditi consequantur.*

Concilium Moguntiacum I. *Carolum Magnum* dicit 22
veræ Religionis Rectorem.

Et Justinianus, *nil tam studiosum in omnibus rebus in-* 23
venitur, quàm legum authoritas, quæ & divinas, & humanas res bene disponit, & omnem iniquitatem expellit.

Præterea proferunt morem Ethnicorum Principum, 24
qui supremum jus in Religione, quam habebant, tenuerunt. Et hoc factum esse monent, quia naturæ lumen id faciendum ostendit.

Postremò sic aiunt: Religio facit homines placidos, 25
obsequiosos, patriæ amantes, juris, & æqui retinentes, & Religione servatur Respublica, ut Philosophi docent, ac Lactantius ait: *Religio homines sacramento obstringit, ne furta, & latrocinia committant, ne fidem frangant. &c.* Est ergo necessaria Religio. At pacem, & utilitatem non infert, nisi supremum Religionis jus residеat in Principe civilium. Si autem ab alio pendeat Principe, rixæ & dissensiones oriri oportet. Ergo Summa Potestas circa Sacra in Principe Civilium esse debet in Regno, cujus est Princeps. Id confirmatur ex Joanne Parisiensi, asserente, posse Principem gladio punire potestatem spiritualem, si damnum inferat Reipublicæ, quia pax Regni aliter haberi nequit.

At nihilominus tenendum est, tanquam certum, Prin- 26
cipibus laicis nullum competere imperium, nullamque jurisdictionem circa res sacras.

Hæc assertio ita à nobis probata fuit ex iis, quæ do- 27
cuimus *tom.* 2. *consult.* 56. ut nullus superstic locus dubitandi, sed solum restet, ut respondeamus rationibus, & authoritatibus in contrarium adductis.

Primùm, quod adversarii asserunt de summa pote- 28
state, ineptum planè est, cum enim ipsi illis verbis: *Principes laicos deserviant*, sequitur, ut fallaciam committant petitionis principii. Nam hoc est, quod in quæstione inter Catholicos, & adversarios ventilatur, an scilicet Christianus populus sit tantum in politicis Regi subjectus, an etiam in rebus sacris, ut ovis Summo pastori, sacrorum principi subjiciatur. Illi negant, Catholici affirmant. Quod ergo quæritur, & controversum est, ipsi pro fundamento assumunt.

Quoniam autem Apostolus Christianos homines 29
monet *ad Hebr.* 13. ut præpositis Ecclesiasticis obediant,

ut oves subjectæ Pastoribus: *Obedite, inquit, Præpositis vestris, & subjacete eis. Ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri*, hinc sequitur, quod Adversarii non Principes Christianorum, sed Ethnicorum descripserint. Hi enim soli Deo creatori sunt subjecti, quia extra Christi ovile vagantur, & pastoribus carent Ecclesiasticis, quibus obedire tenerentur juxta Evangelii doctrinam. Sed quid mirum, si ita differant? Potestates enim illas pugnacissimè defendunt, quæ sunt extrà Ecclesiam Catholicam, & illarum gentium conditiones delineant, quæ variis hæresibus fœdantur; utrique autem gentiles sunt, non Christiani, ut observat Tertullianus *de præscript. hæret.* ac cæteri Ecclesiæ Patres. Hæreticus enim est nomine Christianus, re paganus. Cùm ergo dixerint eos Principes laicos *summas Potestates*, extra Christi ovile, cujus Pastor est Petrus, illos constituit. Cùmque subdant, *populum soli Deo subjectum*, fidei Catholicæ desertores describunt, qui Deum, ut naturæ auctorem, habent Principem, non ut institutorem gratiæ, qui ovibus suis Pastorem dedit, Jo: 1. *ac ult. & Matth.* 16.

30 Porrò Imperatorem, ac cæteros laicos Principes in suo munere nulli inferiores esse in genere Civilium, sivè politicarum rerum, in quibus soli Deo esse subjectos eo tamen modò, quo in citata *Consul.* 56. exposuimus, planè fatemur. At in iis, quæ Religionis sunt, si Christiani esse velint, Summo Christianorum Pastori subjici oportet. Quia ipsi oves sunt, ille Pastor. Neque aliter metaphora Salvatoris nostri de ovibus, & Pastoribus intelligi potest. Nam omnis ovis in eo genere, quo ovis est, Pastori, qui in hoc genere major est, non potest non esse subjecta, quod ad directionem, & correctionem. Cùmque supernaturalia, & naturalia sint alteriùs generis, ac diversa, ex primatu circa naturalia inepta fit illatio ad primatum erga supernaturalia.

31 Unde Christus manifestè docuit, neque, se, neque Petrum Cæsari esse subjectos, *Matth.* 17. ubi Christus solvit cum Petro tributum, non quidem de jure, sed ad removendum scandalum, quo remoto, fatetur, se, & Petrum à solutione tributi immunes. Tributum enim subjectionem Principi, cui exhibetur infert, & subjectio tributi debitum. Ergo cùm Dominus, se, & Petrum à debito solvendi tributum exemerit, à subjectione se & Petrum liberos denunciavit. Quæ perpendens Hieronymus sic ait: *Post inventum staterem, post tributa reddita, quid sibi vult Apostolorum repentina interrogatio? Quia viderant pro Petro, & Domino idem tributum redditum, ex æqualitate pretii arbitrati sunt Petrum omnibus Apostolis esse Prælatum, qui in redditione tributi Domino fuerat comparatus.* Sicque Paulus, Chrisostomus, & Bernardus Petri Romanam Cathedram non subjiciunt Regum potestati, neque subjicere possunt. Destituerent enim Christi doctrinam.

32 Hinc jure Catholici inferunt, non tantum Cathedram Petri esse Summam Potestatem, nemini subjectam, sed cum Christo Deo unum ac idem esse tribunal, quemadmodum cujuscunque Vicarii tribunal illud idem est, quod Principis, cujus est Vicarius. Et hoc Bernardus ipse docuit, Petri scilicet Romanam Cathedram potestatem sublimiorem esse nemini subjectam *in epist.* ad Conrad. Imper. *Legi*, inquit, *Omnis anima Potestatibus sublimioribus subdita sit. Quam sententiam cupio vos custodire in exhibenda reverentia Christi Vicario, sicut ipsam vobis vultis ab universo servari imperio.*

33 Quare potest Rex judicare, ac punire omne malum, sed omne malum pertinens ad jus sui tribunalis. Cum igitur Rex circa doctrinam revelatam non sit constitutus Judex, quomodo malum in hoc genere illi judicare licebit? Quis enim sanæ mentis ignorat, omnes Christi oves, ut oves, ejus sunt, non Cæsari, sed Petro commissa fuisse?

34 Nec refragantur exempla Moysis, ac Josue, & aliorum, primò, quia lex Moysis abrogata est, ut patet ex *act.* 15. ad *Galat. cap.* 3. *& seq. Luca* 16. *& ad Hebr.* 7. solumque moralia præcepta manent, & observanda sunt. Inter præcepta autem moralia non habetur primatus Regis in Ecclesia. Secundò, quia primatus circa sacra, ne in veteri quidem testamento fuit apud Reges, sed apud Summos Sacerdotes, ut constat ex *Deuteron.* 17. per hæc verba: *Si difficile, & ambiguum apud te judicium esse perspexeris inter sanguinem, & sanguinem, causam, & causam, lepram, & lepram, & judicium intra portas tuas videris verba variari, surge, & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, venieſque ad Sacerdotes Levitici generis, & ad Judicem, qui fuerit illo tempore, quæreſque ab eis, qui judicabunt tibi judicii veritatem, & facies quodcunque dixerint, qui præsunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te juxta legem ejus, sequeriſque sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, neque ad sinistram. Qui autem superbierit, nolens obedire Sacerdotes imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, & decreto Judicis, morietur homo ille, & auferes malum de Israel.* Et *Josue v.* 27. præcipitur à Domino ut Rex Sacerdoti obediat in sacris: *Pro hoc si quid agendum erit Eleazar Sacerdos consulat Dominum, ad verbum ejus egredietur, & ingredietur Josue, & omnes filii Israel cum eo, & catera multitudo.*

Et licet Reges nonnulla egisse in scripturis legatur 35
circa sacra, ea tamen facta sunt non jure potestatis Regiæ, sed pro rerum expeditiori executione, vel patrocinio, prout opus fuerat, judicium verò circa sacra, quod primatum infert, Sacerdotum erat. Factum autem Salomonis vel fuit ex speciali Dei mandato, nam *cit. lib. 3. Reg. cap.* 2. sic legitur: *Ejecit ergo Salomon Abiathar, ut non esset sacerdos Domini, ut impleretur sermo Domini, quem loquutus est super domum Heli in Silo.* Vel erravit. Utinam Salomon nunquam erravisset; plura enim contra Dei legem perperavit. Nam Saulo Regi Regiam habenti potestatem non licuit aliquam jurisdictionem exercere in Sacerdotes Domini. præcipienti enim illi in *Reg.* 22. ut Sacerdotes Domini interficerentur, eo quod conspirassent cum Davide contra ipsum Regem, pro ut ipse opinabatur, ministri Regis in re hujusmodi obedire noluerunt, quia noverant, Regem non posse legitimè id mandare, nec Sacerdotes potestati regiæ subjacere, ersi homo Idumæus Doeg gentilis id exequutus deinde fuerit. Ita enim legitur: *Dixit Rex Saul, morte morieris Achimelech tu & omnis domus patris tui. Et ait Rex emissariis, qui circumstabant eum: Convertimini, & interficite Sacerdotes Domini. Nam manus eorum cum David est. Noluerunt autem servi Regis extendere manus suas in sacerdotes Domini.* Igitur ne in veteri quidem Testamento Reges circa sacra imperium habuerunt. Cætera, quæ subduntur de subjectione Romani pontificis Jurisdictioni Regum, & Imperatorum nugæ sunt, quas diluit Jo: Azor. *instit. moral. par. 1. lib. 5. cap. 12. & par. 2. lib. 10. cap. 2. & cap. 8. & lib. 11. cap. 5. & lib. 4. cap. 20.* & nos multis in locis.

Et sanè repugnat juri naturæ, quòd duplex in eodem 36
Regno sit summa potestas ejusdem generis, quæ habeat idem objectum, ac circa idem versetur. Contra. Non repugnat, immò juri naturæ valdè consentaneum est, quod circa ea, quæ sunt diversi generis, ac distincta, ut certò sunt sacra & profana in eodem Regno sint duo principes. Hoc enim modo rectus ordo servatur, nullaque oritur confusio, Nec ratio summæ potestatis aufertur. Quia Princeps dicitur summa potestas in Civilibus tantum causis, circa autem civiles causas repugnat duos esse summos principes. Ideòque exemplar de unitate Dei, & de unica hominis voluntate ad hanc rem non aptantur. Non primum, quia princeps laicus non est ita summus, ut ei quoque sacra judicare contingat. Neque secundum. Nam ita expedit, ut una sit voluntas in homine, quæ omnia imperet. Quia omnes potentiæ ad unum finem, utilitatem scilicet hominis in ordine naturali, ut humano intrinsecè diriguntur. At extrinsecè homo dupliccm habet finem. Naturalem, & cœlestem, sive spiritualem, ad quem assequendum media diversa, & disparata proponuntur. Ideòque duplici indiget Rectore ac Principe, quorum unus naturalem finem, & naturalia media curet. Alter cœlestem, ac relevata media statuat, dirigatque.

37 Fatemurque, tunc Rempublicam unam esse, cum unus imperat. An in Regnis Catholicorum duplex est Respublica, Civilis, & Ecclesiastica. Civilis una non esset, si duo in Civilibus imperarent. In re autem nostra unus in Civilibus, alter circa sacra imperat. Et idcircò unitas Reipublicæ non evertitur, sed stabilitur. Quod autem effectus Imperii sit obligatio, & coactio, unde si plures imperarent, imperata possent esse contraria, fatemur etiam, si Imperium esset in eodem genere, & circa idem. Sed quia est in diverso genere, & circa distincta, non rectè infertur. Et hac ratione Imperium Patris in filium cedit imperio summæ Potestatis, quia in eodem genere civilium nequeunt esse duo Principes, Imperium utriusque, patris scilicet, & Principis, idem habet objectum, ac ideò unum alteri cedit. Imperium autem Potestarum temporalium, ac divinarum rerum distincta, & valdè diversa considerant, ideòque omnes exequuntur & sacra, & civilia, nemoque admittit esse summum in suo genere, neque hoc modo Regnum est divisum, nec duos obtinet Dominos, eo sensu, quo Salvator noster loquutus est, quia, ut diximus, regimen non est circa idem, sed in diverso genere, & circa separata, & distincta.

38 Si autem contingat, Potestatem civilem contra potestatem Ecclesiasticam aliquid mandare, tunc Potestas Civilis cedere debet, & Regnicolæ Potestati Ecclesiasticæ parere teneatur, nec tunc Potestas civilis cessat esse summa, quia transit sui juris fines, sed diceretur summa Potestas, usurpans aliena. Undè esset summa in suo genere; neque in hoc casu Regnum esset divisum, haberetque duos Dominos; quia præcepta Regis & Dei sunt diversi generis, sicque Potestas Civilis cedere tunc deberet Potestati Ecclesiæ, divinam legem custodiri mandanti, nec tamen Regnum divideretur, neque essent duo Reges ejusdem Regni, quia fines sunt diversi, & media sunt alterius generis. Sicut ergo lex Evangelica, & divina Regnum non dividit, neque duos in Regno constituit Dominos, sibi oppositos, ita Potestas Ecclesiastica, quæ divinam legem custodit, hæc eadem, quæ præmisimus, non infert.

39 Testes verò, quos adducunt, nonnisi patrocinium, adjutorium, & obsequium Principum erga Petri Romanam Cathedram, non autem Imperium, potestatem, ac jurisdictionem ostendunt. Quod autem ita sit ejusdem generis virorum illustrioribus sententiis hæc veritas demonstratur.

40 Gregorius Nazianzenus *orat.* 17. ad populum ait: *Quid autem vos Principes, & Præfecti? Ad vos enim nostra se convertit oratio.* Et mox: *An me liberè loquentem æquo animo feretis? Num vos quoque lex Christi Imperio meo, ac throno subjicit. Imperium nos quoque gerimus, addo etiam præstantius, ac perfectius; nisi vero æquum est spiritum carni fasces submittere, & cœlestia terrenis cedere.*

41 Osius Cordubensis ad Constantinum Imperatorem sic inquit apud Athanasium *in epist. ad solit. vit. agent. Tibi Deus Imperium commisit, nobis quæ sunt Ecclesiæ concredidit. Et quemadmodum qui tuum Imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi divinæ; ita & tu cave, ne quæ sunt Ecclesiæ ad te trahens magno crimini obnoxius sias.*

42 Chrysostomus *homil. 5. in epist. 21. ad Cor. Iste autem Principatus*, nempè Potestatis spiritualis & Ecclesiasticæ, *civili tanto melior est, quanto Terra Cœlum, immò & multò magis, & non multa illi cura est de sæculari vita, omnia autem de cœlestibus rebu pronuntiat.* Et *homil. 4. super Isaiam tom. 1.* ait: *Quamquam admirandus videatur thronus regius, tamen rerum terrenarum administrationem sortitus est, nec præter potestatem hanc præterea quidquam habet auctoritatis.*

43 Cùm Valentinianus Imperator ad Synodum indicendam sollicitatus esset ab Episcopis Orientalibus anno 364. pro restauranda consubstantialitatis fide, quæ à Constantio pessundata erat,; præclarum hoc responsum dedisse, testatur Sozomenus lib. 6. cap. 7. *Sibi, qui unus è laicorum numero erat, non licere se ejusmodi negotiis interponere. Et ideo Sacerdotes, & Episcopi, quibus ha curæ sunt seorsum per se ubicumque ipsis libitum fuerit, in unum conveniant.*

44 Ambrosius *lib. 5. epistol. in orat.* de Basilicis tradendis ad finem *tom. 3.* ait: *Quid honorificantius, quam ut Imperator Ecclesiæ filius esse dicatur? Quod cum dicitur, sine peccato dicitur, cum gratia dicitur. Imperator enim intra Ecclesiam, non supra Ecclesiam est, Bonus enim Imperator quærit auxilium Ecclesiæ, non refutat. Et epist. 32.* ad Valentinianum Augustum inquit. *In causa fidei Episcopi solent de Imperatoribus Christianis judicare, non Imperatores de Episcopis.*

45 Agapitus Pontifex *epist. ad Iulianum Imperatorem* prudentissimè rescripsit, qui edictum aliquod de fide orthodoxa promulgaverat, sed illud laudare, & amplecti, *non quia laicis auctoritatem prædicationis admittimus, sed quia studium fidei vestræ Patrum regulis convenientes confirmamus, atque roboramus.*

46 Marcianus Imperator in oratione sua ad Concilium Chalcedonense *act. 4.* dixit: *Nos enim ad fidem confirmandam, non ad potentiam aliquam exercendam, exemplo religiosi Principis Constantini, Synodo interesse voluimus.*

47 Hilarius Pictaviensis Episcopus Constantio Imperatori objecti *lib.* ad eundem: *Provideat Clementia tua, ut ad omnes ubique Judices Provinciarum, ad quos sola cura publicorum negotiorum pertinere debet, scribatur, ne posthac præsumant, atque usurpent cognoscere causas Clericorum.*

48 Augustinus *de libero arbitr. tom. 7.* de humanis, & sacris legibus differens, sic ait: *Quid deinde censes, legem temporalem jubere, nisi ut hæc, quæ ad tempus nostra dici possunt, quando eis homines cupiditate inhærent, eo jure possideat, quo pax, & societas humana servetur, quanta in his rebus servari potest &c. Satis est enim videre non ultra porrigi hujus legis potestatem in judicando, quam ut hæc, vel aliquid horum adimat, atque auferat ei, quem punit, vel metu coreat, &c.*

49 Theodosius junior Imperator *in epist.* ad Ephesinam Synodum scribit, se Comitem Candidianum mittere, ut adsit sanctæ Synodo, sed ea lege, & conditione, ut cum quæstionibus, & controversiis, quæ circa fidei dogmata incidunt, nihil commune habeat, quia nefas est, ut qui Sanctorum Episcoporum catalogo adscriptus non est, Ecclesiasticis negotiis, & Consultationibus se se immisceat, sed eum tantum ad ea, quæ turbationem causare poterant, tollenda delegasse.

50 Leo Papa *in epist.* ad Marcianum Augustum, quæ habetur 3. *par.* Concilii Chalcedonensis ait: *Habeat, sicut optamus, Constinopolitana Civitas gloriam suam, ac protegente dextra Dei, diuturno clementia vestra fruatur Imperio. Alia tamen est ratio rerum sæcularium, alia divinarum. Nec præter illam Petram, quam Dominus in fundamento posuit, stabilis erit ulla constructio.*

51 Symmachus *in apolog.* adversus Anastasium Imperatorem, quem communione excluserat ob Acaii causam, inquit: *Conferamus autem honorem Imperatoris cum honore Pontificis. inter quos tantum distat, quantum ille rerum humanarum curam gerit, iste divinarum &c. Tu humana administras, ille Tibi divina dispensat. Itaque, ut non dicam superior, certè æqualis honor est.*

52 Basilius Imperator ad octavam Synodum *act. 10.* inquit: *Laico cuicunque nulla ratione de Ecclesiasticis causis disputandi, aut universam Ecclesiam occumenicamque Synodum oppugnandi, fas esse dico. Hæc enim excutiendi, & in utramque partem agitandi Patriarcharum, Sacerdotum, & Doctorum est officium, quibus à Deo ligandi, & solvendi potest est concessa. Nam laicus, & si omni*

pietatis, & sapientiæ laude præstet, tamen laicus est, & ovis, non pastor.

53 Ex quibus, & hujusmodi aliis evidens est, Principibus laicis nullam creditam fuisse spiritualem potestatem, quia omnem naturæ ordinem superat, quam Christus Dominus Petro, & Apostolis sub metaphora ligandi, solvendi, & pascendi tribuit, nec tunc Regum mentio facta fuit, ac proinde Principibus laicis Ecclesiasticas leges condere non licet. Ad tuendos autem Canones leges dare decet, immò, & tenentur, quia sunt oves Christi, & Ecclesiæ filii. Et hoc dicebat Leo Papa *Epist.* 81. ad Leonem Augustum. *Debes incunctanter advertere regiam potestatem tibi non solum ad mundi regimen, sed etiam maximè ad Ecclesiæ præsidium esse collatam.* Si ergo præter præsidium ac tuitionem in rebus hujusmodi jus habere sibi persuadent, errant. Nam oves suas Salvator non commisit Cæsari, sed Petro. Quare Concilium Chalcedonense *act.* 4. jure dixit: *Contra Canones Ecclesiæ nihil pragmaticum valet,* & Constitutiones Justiniani in judiciis Ecclesiasticis viguerunt, quia secundum Canones latæ fuerant. Cùm autem eæ Canonibus adversantur, irritæ sunt. Pro quo extat Constitutio Valentiniani 3. in *l. privilegia 12. C. de sacros. Eccles.* & Constitutio Marciani edita anno 454. à qua abire non licet, *Omnes statuit, sanè pragmaticas sanctiones, quæ contra Canones Ecclesiasticos interventu gratiæ, & ambitionis elicitæ sunt, robore suo, & firmitate vacuatas cessare præcipimus.*

54 Exemplum item Principum Ethnicorum aptissimum est pro hæreticis, qui similes facti sunt Ethnicis, & Paganis, ut Tertullianus *de præscript.* ac cæteri Patres docent. At reipsa Ethnicorum exemplum nullius est momenti, Propensio enim illa Ethnicorum Principum ad imperandum circa Religionem à natura destituta, & depravata ortum duxit, quæ ad dominium exercendum, etiam immoderatum, ac inordinatum tendit, non autem à natura, cœlesti lumine Christianæ fidei illuminata, quæ docet, ac dirigit homines ad Deo parendum, præcipienti cœlestia, & divina, & eorum ministros venerandos esse, ac digniora esse cœlestia, & divinitus revelata rebus naturalibus, ac temporalibus, & Potestatem altioris, ac dignioris ordinis diversam, ac nobiliorem esse potestate, quæ super temporalia jurisdictionem habet. Unde sicut hæ diversæ ordinationis sunt, ita Principes habere diversos debent.

55 Falsumque omninò est, Religionem pacem, ac utilitatem non inferre, nisi supremum jus residеat in Principe Civilium, & sæcularium rerum. Pax etenim servatur, si neuter fines suæ potestatis transiverit. Neque utilitas, & Religionis integritas haberi potuerit, nisi una summa Potestas à Deo esset constituta, quæ universæ Religioni prætideat ubique Regnorum. Nam Rex unus in Regno suo ea, quæ Religionis sunt uno modo definiret, ac judicaret; Rex alter alio modo, sicque Religionis integritas, atque adeò utilitas peribit. Religio quippe cum adulteratur, vera non est, neque utilitatam pro politica, & æterna felicitate assequenda conferre potest. Quod exemplis comprobatur. Constantinus Imperator Catholicus fuit, Constantius Arrianus, Julianus Idololatra. Nunc temporis Principes alii Catholici ac optimi sunt, alii Calviniстæ, Luterani alii, Evangelici alii dici volunt, & Reformati. Religionis igitur excidium ex eo provenit, quia Principes jus circa Religionem usurpant, indeque oriuntur bella, rebelliones, rixæ, contentiones, odia, dissidia, tandem animarum interitus. Quæ omnia removentur, constituto Principe Supremo circa Sacra, qui Romanus est Pontifex Summus, Petri successor, quique in toto Orbe Christiano integritatem, ac veritatem Religionis perquam religiosissimè custodit.

CONSULTATIO LXIII.

An, & quatenus Imperium, & functio, cui imperatur, differant vicissim?

QUi asserunt, ita disceptant. Non est Architecti, quà Architectus est, operi manum admovere, ut inquit Philosophus, quia Architecti est secundum rectam rationem, unicuique, quæ facienda sunt præscribere. Sic imperantis non est imperata exequi. Unde à simili infertur, Regem, & Optimates præesse fructionibus Religionis, sed ministros Religionis cæteros homines esse debere. 1

Et concedendum quidem aiunt, Ecclesiarum Pastores, ut Pastores sunt, non esse summarum Potestatum Vicarios, illis tamen subditos esse volunt, etiam in sacris functionibus. Ita medici in Civitate degentes, qui artem medicam à Principe non accipiunt, Principi tamen subjiciuntur. Pastores autem tunc sunt Summarum Potestatum Vicarii, ac delegati cum imperio, & jurisdictione utuntur. Et quoniam Reges à Sacerdotibus consilium quærunt, non putent idcircò esse Rege Superiores. Nam Reges consiliarios audiunt, & nihilominus Regibus Consiliarii non præsunt, nec Rege majores sunt. 2

Certumque est, posse Imperium, & functionem sacram in una persona consistere. Quia potest idem esse Cantor, & Medicus, neque tamen aut canendo medebitur, aut medendo canet. Quod probari potest pluribus exemplis sacris, & profanis. Et licet Apostolus *ad Hebr.* 5. dicat: *Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron.* Tunc Apostolus Sacerdotes Mosaicæ legis alloquitur, non autem eos, qui ante, & post legem Moysis fuerunt. Unde ministri novi Testamenti rarò sacerdotes appellantur, ut sciamus à Sacerdotibus Levitici generis ad ministros, & præcones Evangelii argumentum ducere non licere, cum magnum sit inter eos discrimen. Christus autem, & Apostoli ab hoc nomine abstinuerunt, nec sine causa. 3

Et licet sub lege Evangelica summum Imperium, & Pastoris munus quod Sacerdotium appellatur, in unam personam rectè coalescere posse, propugnatores Romani Pontificis asserant, Osius tamen Cordubensis apud Athanasium ad *solit. vit. agent.* ait: *Neque igitur fas est nobis in terris imperium tenere, neque tu sacrorum, & thymiamatum habes potestatem, Imperator.* Et Gelasius Episcopus Romanus *epist.* 8. ex quo sumpsit Nicolaus, inquit: *Fuerunt hæc ante Christi adventum pariter Reges, & Sacerdotes, ut Melchisedech, sed cum ad vorum ventum est, sic Deus munera discrevit, ut & Christiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro temporalium cursu rerum imperialibus dispositionibus uterentur.* Quæ veritas probatur ex illo 2. *Timoth.* 11. *Nemo militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus.* Et cum cura magna sit, unus utrique muneri non sufficeret, sed succumberet. Quamvis autem munera sint diversa, Rex tamen potest Sacerdotibus præesse. Et idcircò Imperatores aliquando Episcopos, Pontifices, & Sacerdotes enunciatos fuisse legitur. Et sexta Synodus œcumenica cum Laicis prohiberet ad altare, hoc est ad mensam dominicam accedere, excipit Imperatorem. Et Balsamo, Episcopus Antiochenus notat, Imperatorem characterem imprimere, quod eo tempore Episcoporum erat, & circa sacra potuisse etiam populos instituere. 4

Verum hæc omnia pugnant cum verbo Dei scripto. Nam Petro dictum est *Matth.* 16. *Quodcunque ligaveris super Terram, erit ligatum & in Cœlo, & quodcunque solveris &c.* Quæ verba supremum Principatum inferunt. Nam Principis est legare, & solvere, non funibus, sed legibus. Sic enim Principes ligant. Non autem hoc, vel illud, sed *quodcumque.* Hunc autem horum verborum fuisse legitimum sensum Catholica Ecclesia ab initio testimonium reddidit. Ita quoque *Joan. cap. ult.* Petro dictum fuit à Domino: *Pasce agnos, & oves meas.* Ut autem hæc Salvatoris similitudo subsistat, Petrum usque ad consummationem sæculi in successoribus suis omnium, & quorumcunque Christianorum, qui ovis Christi. 5

Christi nomine gaudent, Principem esse, certò asseverandum est. Nam nullo unquam modo ovis à potestate directiva, & coercitiva Pastoris eximi potest. Vel ergo omnes Christiani, etiam Principes, Petro subjiciuntur, vel similitudo Christi inepta est. Quod asserere impium planè est. Enimverò si Petri successor Cæsari, ac cæteris Potestatibus debet esse subiectus, Salvator non similitudinem Pastoris, sed Oratorum, Medicorum, & Consiliariorum assumpsisset, & David Rex, cui, ut esset Rex dictum fuit: *Tu pasces populum meum Israel* super Hebræos nullam obtinuisset potestatem, sed Oratoris, Medici, vel Consiliatii munus accepisset.

6 Matthæi item *cap.* 16. Petro dictum est: *Tibi dabo Claves Regni Cœlorum,* ideſt Ecclesiæ, qua in Sacris Scripturis Regnum Cœlorum significatur, ut Dan. 2. *Suscitabit Deus Cœli Regnum.* Et *Simile est Regnum Cœlorum sagenæ &c.* Claves autem potestatem indicant, quia qui daves habet, aperire, & claudere, probare, ac reprobare, intromittere, ac rejicere potest. Quomodo igitur qui super universam Ecclesiam potestatem à Christo suscepit, inferior est, ac subditus unius Regni Principi?

7 Apostoli autem abstinuerunt à nomine Sacerdotum, ut Ecclesiam à Synagoga distinguerent, ne simile aliquid inducere viderentur, quod ad legem Moisis abrogatam spectaret. At, postquam Hierusalem eversa fuit, ac Templum combustum. & memoria veteris Templi, & Sacerdotis abolita, passim cœperunt Sancti Doctores nomine Templi, & Sacerdotis uti, cum occasio non ampliùs aderat credendi Judaicas Cæremonias adhuc permanere. Attamen, sicut Isaiæ *cap. ult.* legimus: *Et annunciabunt gloriam meam Gentibus &c.* Ita etiam subdit: *Et assumam ex eis in Sacerdotes, & Levitas, dicit Dominus.* Et hoc idem alibi. Nam Apostolus ad Hebræos ait: *Translato Sacerdotio, necesse est ut & legis Translatio fiat.* Sacerdotium autem translatum dicit, non abrogatum. Sicque antiquissimi Ecclesiæ Patres his usi sunt nominibus, ut Justinus, Ignatius, Tertullianus, & alii. Et Cyprianus *lib.* 4. *ep.* 9. ait: nunquam Dominum, nec Apostolos reprehendisse Pontifices, & Sacerdotes Judæorum, nominando eos Pontifices, & Sacerdotes, sed solum sub nomine Scribarum, & Pharisæorum, ut Cathedram, & Sacerdotium obiurgare viderentur, ac ut moneret, quod semper nos honorem adhibere debeamus Sacerdotio, & Pontificatui, etiamsi fortè persona, quæ cathedram tenet, sit minus proba.

8 Cæterùm numquid Rex laicus homo est alterius speciei, roboris, ac virtutis à Pastoribus? Si Pastor utrique muneri non sufficit, sed succumbit, nec Princeps laicus utrique oneri sufficiet, sed succumbet. Quod si regerent, Principem laicum præsidere tantum circa sacra, non autem ea ministrare, Catholici hoc idem pro Romano Pontifice affirmavit. Nam regimini rerum sæcularium præsidet, & regnum gubernat per Præfectos, non ministrat autem ea immediatè, quia hoc modo utrique muneri non sufficeret, neque Apostoli admonitionem servaret, qui non præsidentiam in genere negotiorum sæcularium prohibet Pastoribus, sed ministerium immediatum, & proximum.

9 Osius autem, Gelasius & Nicolaus ea dixerunt, ut Imperatores monerent, ne jure Imperii sibi persuaderent jus circa sacra etiam obtinuisse, sicut ipsi noverant jure Pastoris munus imperandi sibi non contingere. Non autem docuerunt repugnare Pastori Ecclesiastico generalis quædam præsidentia super temporalia Regna, si illi fuerint tributa.

10 Quod autem Imperatores aliquando Sacerdotes, & Pontifices denunciati sint, id proclamatum fuit à Synodi Patribus, ut illorum pietatem, & Christianam diligentiam in sacris patrocinandis commendarent, non ut inter Pontifices, ac Sacerdotes eos connumerarent, ut accuratè ea legenti patet. Quare appositè Maximus Abbas respondit Constantinopolitano Magistratui, ipsi impiè suadenti, ut editam legem, seu typum à Constante Imperatore de professione unius voluntatis in Christo, suo consensu firmaret, ut habetur in collatione Maximi cum Principibus: *Quoniam Sacerdotum est quærere, ac definire de salutaribus Ecclesiæ dogmatibus.* Urget Magistratus. *Ergo non est omnis Christianus Imperator, etiam Sacerdos.* Respondet Maximus: *Non est; neque enim adstat altari, neque post sanctificationem panis exaltat eum, dicens: Sancta Sanctis. Neque baptizat, neque Chrismatis confectionem parat, neque facit Episcopos, vel Presbyteros, aut Diaconos, neque limit Ecclesias, neque judicia Sacerdotis fert super humerale scilicet, Evangelium, quemadmodum Imperii coronam, & purpuram.* Et quoniam exemplum Melchisedech, qui Rex, & Sacerdos fuit, afferebant, respondit Melchisedech fuisse Christi Domini, non aliorum Regum figuram. Et denique subdit, in altari primo mentionem fieri Cleri, & postea laicorum, inter quos Imperator nominatur. Et nihilominus adulatio hujusmodi Aulicorum mansit apud multos Græcos, aut Sacerdotii muneribus Imperatores impliciunt cum munere docendi, quod Episcopis ita severè vindicat Ambrosius, ut Imperatori dixerit: *Quando audisti, Clementissime Imperator, in causa fidei laicos de Episcopis judicasse? Ita ergo quadam adulatione curvamur, ut Sacerdotalis jurgs simus immemores?* Quamobrem Theodorus Balsamo, homo græcus graviter errat, dum ait *in medit. de Patriarch. vit.* munus docendi propter unctionis sacræ vim Imperatoribus competere. Nec idem idem fides est in rebus hîsce adhibenda, cum multa falsò recitet, ac tueatur. Hinc damnare cogimur Justinianum, dum *Novel.* 137. *de Sacra Liturgia* constitutionem edidit, ut mystica verba alta, non verò dimissa voce dicantur, ut moris erat. Principes enim Christiani de rebus fidei controversis leges ferre non possunt, cùm hæc sit Cathedræ Petri potestas. Unde perfidiam Arrii, non Constantinus, sed Synodus Nicena discussit, ac judicavit. Macedonium, & Apollinarem Occidentalium libellus, & Synodus Constantinopoli coacta improbavit, non autem Theodosius Imperator Nestorii hæresim Synodus Ephesina, & Eutichetis delirium Chalcedonense Concilium, non Theodosius, aut Marcianus condemnarunt.

CONSULTATIO LXIV.

Quousque conveniant sacra, & profana quoad jus imperandi?

SUnt qui persuadeant, jus Imperii laicorum Principum tam circa sacra, quàm circa profana extendi. Distinguunt actiones hominis in internas, & externas. Externas esse primariam, internas autem secundariam materiam humani Imperii, fatentur, neque propter se, sed propter externas, quia in jure *cogitationis pœnam nemo patitur.* Et Seneca 3. *de benef. Corpora obnoxia sunt, & adscripta dominis, mens sui juris est.* Quare Summis Potestatibus vim facientibus, ac injustitiam non esse resistendum, sed ut discolos sufferendas esse autumant, illasque tamen jus non habere immutandi, quæ Deus statuit, quia *Act.* 5. legitur, Deo magis parendum, quam hominibus. Et *Exod.* 1. Obstetrices Regi non obedierunt, neque Apostoli Concilio Synedrio. *Act.* 5. Formam tamen & ritum circa sacra ad Summas Potestates facere affirmant, quia Ezechias amovet excelsa, frangit statuas, comburit lucum, & serpentem æneum, Josias comburi jubet Idolis consecrata, abolet Idolorum Sacerdotes. Unde Augustinus *epist.* 48. *ad Vincent.* ait: *Serviant Reges terræ Christo, etiam leges ferendo pro Christo.* Idcircò, inquiunt, ea quæ in lege divina præscripta non sunt, ad Summam Potestatem decernere spectat. Ita David pro dividenda præda, & Romani Imperatores pro solemnitatibus Contractuum, ac testamentorum innumeras ediderunt Constitutiones. Quod etiam fecit David, Salomon, & Joas, & Justinianus modum eligendi Pasto-

res, cogendi Synodos, ordinem inter Pastores servandi, ac similia præscripsit. Sique Summæ Potestates contra Deum insurrexerint, vel fugiendum esse cum Elia, Athanasio, & aliis, vel patienter sufferre, necesse est ad gloriæ coronam obtinendam. Unde cùm Christianus quidam, olim Diocletiani crudele edictum à muro pendens, laceraſſet, capitisque pœnam dediſſet, christianos dixisse traditur, justè pœnam solvisse, quia Summæ Potestati sic contraire non licet.

2 Sed in his verbis erassa Minerva agunt. Vel enim ad subditos laicos sermonem dirigunt, vel ad Pastores, & ad Pastorem summum, Petri Successorem. Si primo modo, id nunc non discutimus; si secundò, falsidici sunt. Quia Pastor Ecclesiæ cultum, & legem Dei, ac sanam ovibus suis religionem tueri debet, ac ita pervigilare tenetur, ut monet Apostolus ad *Hebr. cap. ult.* quasi rationem pro animabus redditurus. Ideòque Salvator noster in Ecclesia sua Pastores constituit, ut lupos pro viribus expellant. Quare Ambrosius *lib. 2. in cap. 2. Lucæ*, ait: *Ait fortasse etiam ille sic Pastor, cui dicitur, Esto vigilans, & confirma; quia non solum Episcopos ad tuendum gregem Dominus ordinavit, sed etiam Angelos destinavit.* Et Deus per Ezechiam *cap.* 33. sic ait: *Quod si speculator viderit gladium venientem, & non insonuerit buccina, & populus se non custodierit, veneritque gladius, & tulerit de eo animam, ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem ejus de manu speculatoris requiram.*

3 Enim verò Salvatorem nostrum Pastor imitari tenetur, qui fecit flagellum de funiculis ad ejiciendos ementes, & vendentes de Templo. Hoc flagellum assumpsit Ambrosius, cum Theodosium Imperatorem propter cædem Thessalonicam ingressu Ecclesiæ prohibuit, & publicam ei pœnitentiam imposuit, quam humiliter egit. Audiatur Apostolus docens Timotheum Episcopum. 1. *cap. 6. Divitibus hujus sæculi præcipe, non sublime sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo &c.* Titum similiter Episcopum *cap. 2.* sic instruit: *Hæc loquere, exhortare, & argue cum omni imperio, Nemo te contemnat.* Quod ministris suis dixit Christus Luc. 10. *Qui vos audit, me audit. Qui vos spernit, me spernit. Qui autem spernit me, spernit eum, qui me misit.* Non ergo Pastores Eccl. medicis, pedagogis, & artificibus pares sunt, ut hæretici nugantur. Non enim existimandum est, Ambrosium, qui fuit Galliæ Præfecti filius, & potestatem Mediolani exercebat munus illud voluisse dimittere, ut illius Urbis fieret pedagogus. Optimè noverat Ambrosius, vir eximiæ nobilitatis, doctrinæ, & sanctimoniæ potestatem ligandi, & solvendi, pascendique miram, valdèque venerandam secum ferre auctoritatem ac jurisdictionem.

CONSULTATIO LXV.

De judicio circa Sacra.

1 IVdicium, inquiunt Acatholici, aut est directivum declarandum, vel persuadendum, aut imperativum. Imperativum duplex. Summe summum, sive absolutum, & est Dei. Restrictè & est Regum, sive Summarum Potestatum. Quamobrem Romanus Pontifex judicium de Religione sibi arrogat. Quod ortum est, quia nonnulli Reges, & Imperatores, qui se cognoverunt ineptos, illud à se rejecerunt, eique dederunt.

2 Constantinus tamen Imperator anno Christi 451. causa Episcopi Tyri, an rectè se haberet judicare voluit. Marcianus Imperator suum esse judicium fidem divindicare, testatus est. Carolus Magnus annos 794. controversiæ Felicianæ arbiter fuit. Hi autem optimi fuerunt Principes qui tamen imperium circa sacra tenuerunt.

3 Afferunt ad id plurimum Imperatorum, ac cæterorum virorum testimonium, ut ostendant, Principes laicos Religionis curam suscepisse, & subdunt, quod, & si Theologiæ facultas ardua sit, & Summæ Potestates illi non vacent, satis tamen illis erit, fidei præcipua dogmata novisse. Quæstiones enim circà credibilia sunt evitandæ, ut monet Apostolus 1. *Timoth.* 1. Ideòque nudam, ac simplicem veritatem illa scire sufficit. Siquidem Deus Potestatibus sapientiam, quæ necessaria est, præbet; Ipsæ enim & natura non desunt in necessariis. Ideòque Ecclesia pro illis orat dicens: *Deus judicium tuum Regi da, & justitiam tuam filio Regis.* Josue, filius Nun *Deut.* 34. repletus est scientia à Deo. Saul mutatur in virum alterum. Præterea Dominus noviſſimè loquutus est nobis in Filio *ad Hebr.* 1. Sic apertè, ut Magistris opus bis in Filio *ad Hebr.* 1. Sic apertè, ut Magistris opus non sit, *Matth.* 2. Quia magister Christus satis est. Non requiritur nova patefactio, sed manifestationis factæ continua promulgatio.

Quare Summarum Potestatum decreta, & si non re- 4
cta sint, rata, & firma sunt circa Dei cultum, dummodo contra Dei legem non pugnent, ut patet de Pharaone Hebræorum erga Palestinam discessum impediente. Nam Deus, ut abirent, mandabat, illi tamen, non consentiente Rege, egredi ausi non sunt. Igitur recta sunt imperia Summarum Potestatum circa sacra, etiamsi non rectè de illis sentiant.

Addunt exemplum de Nabucodonosor, qui primum 5
pro Idolo colendo mandatum dedit. Deinde pro Judæorum vero Deo venerando legem tulit. Similiter de Cyro, Persarum Rege. Impiumque, ajunt, fuit Concilium Synedrii, Petrus tamen illius non respuit judicium. Idcircò *Act.* 4. inquit: *judicamur de beneficio in hominem infirmum.* Idemque Petrus ait coram Concilio, judicate an Deo magis, quam hominibus parendum sit *Act.* 24. Paulus apud Felicem Præsidem ait: *De resurrectione mortuorum ego judicor; Ad* Tribunal Cæsaris sto, ibi oportet me judicari. Paulus Samosatenus ab Episcopatu Antiocheno, re in judicio posita, ab Aureliano Imperatore removetur, Euseb. *lib. 17. cap.* 30. Archelaus Episcopus anno 275. contra Manetem hæreticum, Vnde Manichei nomen, disceptationem habuit coram Marcello viro illustri, judice, qui assessores vocavit Philosophum, Medicum, Grammaticum, & Rethorem, omnes Paganos. Igitur etiam Pagani Principes circa sacra imperium, & judicium habent. Quod confirmatur *Act.* 13. Nam Sergius Paulus Prætor Judex fuit, Apostolo cum Elyma mago disputante. Judex enim si paganus fuerit, à Deo illuminatur, ut rectam ferat sententiam. Quamobrem siquid de sacris imperant Reges Christiani, jus imperandi habent, ut Reges, peritiam, ut Christiani.

At quis non rideat tam futiles, & inanes inanias? 6
Imperium circa sacra Romanæ Petri Cathedræ à Domino tributum, & Principes laicos oves esse sub Petri regimine circa sacra præcipuè constitutos, ex Evangelica doctrina conspicuè alibi demonstravimus, ac similiter judicium imperativum circa Religionem, sic Petro, & Successori suo creditum esse, ut non tantùm Principibus, sed ne Angelis quidem contingat, qui plura divina mysteria ab Ecclesia discere debuerunt, ut Apostolus *ad Ephes.* 3. monet: *Ut innotescat Principibus, & Potestatibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei.*

Neque hoc judicium sibi arrogat Romanus Pon- 7
tifex, sed ille, qui ovis est, & munus pastoris sibi usurpat. Ad illum verè imperium circa Religionem spectat, cui dictum est: *Tu es Petrus. Quodcumque ligaveris. Pasce agnos, & oves meas?* cui scilicet totius Christiani gregis cura compissa est, non autem ad Cæsarem, ac cæteros laicos Principes, pro quibus in rebus hujusmodi, ne verbum quidem factum est. Reges autem, ac Imperatores, qui judicium circa sacra exhibere renuerunt, viri eruditi, pii, optimique fuerunt. Qui autem hoc jus sibi arrogarunt, alienæ potestatis invasores extiterunt, & temporum ratio Romanum Pontificem universalis Ecclesiæ Pastorem cohibuit, in quando hujusmodi alieni juris aggressores virga corriperet, qua postea, cum opus fuit usus est.

Cæte-

8 Cætera, quæ adduntur, errores, falsitates, cavillationes sunt, jam antè depulsæ. Nam Constantinus Imperator à judicio circa sacra sic abstinuit, ut aliquando coactus ab importunis Donatistarum hæreticorum clamoribus, qui Romanum Pontificem non venerabantur, illorum causam judicare voluerit, cum tale judicium primò repulerit veniam ab Episcopis petiturus, ut Augustinus ait, cujus verba sunt ista: *Neque ausus est Christianus Imperator sic eorum tumultuosas, & fallaces querelas suscipere, ut de judicio Episcoporum, qui Romæ jederant ipse judicaret, propter improbitatem tandem illorum appellationem cognovit, ab Episcopis tamen, qui judicaverunt, veniam petiturus.* Athanasius verò occasionem sumpsit Concilium Tyrium infectandi ex eo capite toti Ecclesiæ notissimo, quod scilicet judicia Ecclesiastica habere non licebat Imperatori, illi autem Concilio adfuerat Dionysius Comes, satellitio militum cinctus, ut esset animadversor, & custos observandæ æqualitatis ac ordinis. Quare Athanasius Romanum Pontificem appellavit, à quo & sententiam, & Ecclesiam recepit.

9 Marcianus Imperator in Concilio Chalcedonensi *act.* 6. cum Synodo interesset ita dixit: *Nos enim ad fidem confirmandam, non ad potentiam aliquam exercendam, exemplo religiosi Principis Constantini, Synodo interesse voluimus, ne vel ulterius populi pravis suasionibus separentur.* Tranquillitatem populorum, & pacem, non autem sacra judicare, officium esse Principis, Marcianus testatus est. Ad id etiam Theodosius, & Valentinianus Imperatores testantur, misisse ad Ephesinam Synodum Comitem Candidianum ea lege, ut cum quæstionibus, & controversiis, quæ circa fidei dogmata verruntur, nihil quicquam commune habeat, quia inquiunt, *nefas est, ut qui Sanctissimorum Episcoporum Catalogo adscriptus non est, Ecclesiasticis negotiis, & consultationibus se se immisceat.* Sed ut ea tantùm curare satagat, quæ turbationem inferre possunt, ut habetur ex epistola ante acta Concilii Ephesini.

10 Leo tertius accusatus in Concilio Romano, præsente Carolo Magno, Francorum Rege, ut refert Anastasius in vita Leonis anno 800. Episcopi, & Proceres Francorum sic omnes dixerunt: *Nos Sedem Apostolicam quæ est caput omnium Dei Ecclesiarum, judicare non audemus. Nam & ab ipsa nos omnes, & ab ejus Vicario judicamur, ipsa autem à nemine judicatur, sicut antiquitus mos fuit. Sed sicut ipse Summus Pontifex censuerit, canonicè obedimus.* Non potuit ergo Carolus contrarium docere, ac exequi, dum re ipsa in actione illa solemni Cathedræ Petri potestatem agnovit, & veneratus est.

11 Idipsum pergimus ostendere ex eo, quod de Anatolio Constantinopolitano Episcopo legitur in actis Concilii Chalcedonensis. Damnato enim per vim, ac tumultum in Ephesina Synodo Flaviano Episcopo Constantinopolitano, Anatolius, qui Constantinopoli pro Dioscoro aderat, Regiæ Urbis fuit Ordinatus Episcopus, quæ ordinatio cùm in illo Ephesino latrocinio habita fuisset, cujus acta erant irrita, subsistere non poterat. Quare Leo Papa Anatolio non legitimè ordinato non communicabat; at intercedente pro eo Marciano Imperatore apud Leonem Pontificem, ipse habita Canonum dispensatione annuit. Vndè in Epistola ad Marcianum sic Leo scripsit: *Nos enim vestræ fidei, & interventionis habentes intuitum, cum secundum suæ consecrationis auctores ejus initia tituarent, benigniores circa ipsum, quàm justiores esse voluimus &c. Satis sit prædicto, quod vestræ pietatis auxilio, & mei favoris assensu Episcopatum tantæ Urbis obtinuit &c.* Aliquin secundum sacros Ecclesiæ Canones expellendus erat.

12 Et quoniam idem Anatolius Antiochenum Episcopum, contra Nicænos, & Constantinopolitanos Canones Maximum instituerat in locum Domini, qui ab iniqua Synodo Ephesina fuerat damnatus, Leo Pontifex Apostolica auctoritate ob pacis studium voluit connivere. Ideòque in eadem Epistola ad Imperatorem hæc subjicit: *Neque sibi existimet licuisse, quod Antiochenæ Ecclesiæ sine ullo exemplo contra statuta Canonum Episcopum ordinare præsumpsit, quod nos amore reparandæ fidei, & pacis studio retractare cessavimus &c.* Cùm autem hæc Leonis Epistola sub anno 451. ad Imperatorem Romanum scripta fuerit, in qua summum imperium Pontificis circa Sacra manifestissimè apparet jus Ro. Cathedræ super sacras Ecclesiæ leges indubitatum eo tempore fuisse, necessariò assumandum est. At leges solvere, & constituere, ac solvere ab eodem jure procedunt. Ergo Pontifex ab initio, dum universalis Ecclesiæ leges solvebat, leges similiter eidem dabat.

Testimonia Imperatorum, aliorumque quod attinet, 13
patrocinium, & obsequium dumtaxat Principes exhibuisse ostendunt, ut jam alibi diximus. Hoc tantum nunc adjicimus, formulam illam litterarum, qua magni Principes uti sunt, jus aliquod illos habuisse circa sacra quodammodo aperire apud vulgum, qui ex veritate pauca, ex opinione multa æstimat, sed vir prudens non regium jus circa sacra sed regiam majestatem inde in eorum legibus ferendis colliget.

At illi pergunt pugari. Quomodo fieri, ut indoctus 14
mysteria fidei, judicare, aperire, discernere, ac percipere valeat? *Puerilia sunt hæc, & circum latorum ludo similia, docere, quod ignores, imo, ut cum stomacho loquar ne hoc quidem scire, quod nescias*, ait Hieronymus ad Paulinum. Apostolus verò 1. *Timoth.* 1. sic inquit: *Ut denunciares quibusdam, ne aliter docerent, neque intenderent fabulis, & genealogiis interminatis, quæ quæstiones præstant scandala magis quam ædificationem.* Non igitur studium pro divinis percipiendis mysteriis prohibet Paulus, sed supervacaneas quæstiones circa fabulas, & genealogias damnat.

Nec recta, nec consentanea sunt quæ sequuntur. Nam 15
primò inquiunt, sapientiam, & scientiam ad imperium circa sacra exercendum non requiri, deinde ajunt, inesse debere, & à Deo Principibus infundi. Et sicut variè tentant arcana potestatis Pontificiæ, ita deprehensi mutant stylum, & vultum. Jam dixerant, plures Principes, quia inepti fuerunt, Imperium circa sacra dimisisse. Ignorant ergo de quibus affirmant. Si Deus Principibus laicis hanc infundit scientiam, quomodo illorum plures inepti fuerint? Si scientia non est necessaria, cur Deus illam infundere teneatur? Sophismata sunt hæc, absurda, paradoxa, adversaria. Orat quidem Ecclesia pro Principibus laicis, ut rectè, justè, ac piè populos illis subditos gubernent. Nec quoniam Josue, Salomon, & Saul à Deo sapientiam obtinuerunt, omnes pariter Principes illam à Deo accipere affirmare cogimur. Asina Balaam sapienter etiam loquuta est; ergo monendi sunt homines, ut in consultationibus suis expectent Asinæ consilium. Ad illud verò, quod noviſſimè Deus loquutus est nobis in filio, ita clarè, & apertè, ut magistris opus non sit, cur igitur tot sectæ? Cur tot varii Scripturarum sensus? Aut res sic aperta non est, ut Judice controversiarum indigeamus; aut si aperta est inter tot dissidia, & varias opiniones hi magistelli deliarant. Non requiritur nova patefactio mysteriorum fidei, sed novum judicium circa controversias, quæ in rebus fidei aperiendis in dies oriuntur, vel excitantur. Qua de causa scientia, & doctrina est summè necessaria, Hinc Dominus ait: *Quia scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Os.* 4.

Principum decreta firma manere dicunt, si divinis 16
mandatis non opponantur. Atqui Pharao expresè divino præcepto repugnabat. Judæi enim ab Ægypto non exibant, quia Pharaonis arma formidabant, non autem, ut illi obtemperarent. Exemplum de Nabuchodonosore, & Cyro ineptum est. Nam aliud est præceptum Regis semper esse executioni demandandum, aliud esse rectum, & justum, ac propter conscientiam exequendum. Illud fit formidine pœnæ. Hoc autem jure obedientiæ At viri constantes, quæ impiè, vel contra di-

vina

vina mandata præcipiuntur, exequi renuunt, & id circo à Deo coronantur. Nec Petrus judicio Concilii Synedrii, neque Paulus Fœlici Præsidi in Religionis causa se subjecerunt. Verbum illud: *Judicate* est formula, qua quisque ea, quæ manifesta sunt, oppugnantibus similibus verbis objicit. Et apud veteres accipiebatur pro *consulere*. Vndè consultum dicebant judicium, quod ex animi consilio prodiisset. Eamque ob rem Senatusconsulta, verbo scilicet majestatis, pleno, appellata sunt, quasi judicia, seu statuta. Hinc judicare pro æstimare *in l. hac edictali §. his illud, C. de secund. nupt.* Sic apud Horatium *Sat. 7. l. 2.* Judex rerum pro æstimatore. Nunc verò utimur consilio in rebus dubiis, ac dubiis, judicium adhibemus objectis, & expositis. Paulus autem coactè appellavit Cæsarem, non tanquam Judicem in Religionis causa, sed ad evitandum vitæ discrimen, & quia Judæi alium Judicem non suscepissent, neque obtinere potuissent. Præterea sicut olim Apostoli, ita & nunc Ecclesiæ Ministri, si cum Paganis, & hæreticis controversiam habeant, tribunal Principum laicorum, vel infidelium æspuere nequeunt, quia Summum Pontificem in Judicem competentem circa sacra non accipiunt. Vt igitur litem dirimant, eorum tribunal appellare coguntur. Quod autem fit coactè, nullum jus parit.

CONSULTATIO LXVI.

Statuitur, nulli Principi, aut Magistratui seculari competere in sua ditione primatum Ecclesiæ, nec ejus instituendi ministros Ecclesiasticos, sicut nec populo.

1 ET si primus omnium, Rex Angliæ in sua Apologia pro juramento fidelitatis, & in monitoria præfatione ad Imperatorem, Reges, & Principes, tum ipsius Sacellanus in libro, qui inscribitur *Tortura torti* ex professò docuerint, unumquemque Regem in suo Regno, & ex consequenti unumquemque alium Principem absolutum in sua ditione esse, caput, seu primatum Ecclesiæ; Episcopos, & Pontificem non modò in temporalibus, sed etiam in Ecclesiasticis rebus inferiores esse Rege, ac Principe seculari. Quia tamen plures postea tum Lutherani, tum Calvinistæ huic errori applauserunt, & adhæserunt, ideò placet hic breviter illum refutare, nec non alium quo Lutherus *l. de Potestate Papæ*, Calvinus *l. 4. institutionum c. 3. §. 15.* Matthias Flacius Illyricus, aliique plures contendunt, jure divino convenire multitudini fidelium jus eligendi, atque instituendi Episcopos, indeque nullos esse apud nos Episcopos rite vocatos, quod jamdudum nostri in Episcoporum electionibus plebem excluserint à ferendo suffragio.

2 Pro resolutione igitur veritatis Catholicæ notandum est, quod ad primam partem attinet triplicem distingui debere potestatem Ecclesiasticam, de qua tota lis est. Vnam ordinis, consistentem in collatione, & administratione Sacramentorum. Alteram jurisdictionis interioris pro regimine populi Christiani in foro conscientiæ, eum ligando, vel absolvendo. Tertiam jurisdictionis exterioris ad regendum eundem populum in foro exteriori, Synodos convocando, & in eis præsidendo, constitutiones condendo, causas audiendo, & cognoscendo, controversias definiendo, beneficia conferendo, ministros Ecclesiæ constituendo, delinquentes excommunicando, verbo, omnium causarum, & controversiarum, quæ ad fidem, ac religionem spectant, Judicem agendo. Cum autem adversarii libenter admittant duas primas potestates Regibus, ac Principibus non competere, tota controversia versatur circa potestatem jurisdictionis exterioris, an iidem habeant in suis regnis, ac ditionibus, & quidem supra Pontificem, & Episcopos, idest, an Rex sit supremus Judex Ecclesiasticus, qui sua auctoritate à nullo alio in terris dependente, possit convocare Synodos, eis præsidere, controversias circa fidem, ac religionem componere, Episcopos constituere, ac deponere, beneficia conferre, similesque religionis actus exercere? Hoc enim est habere primatum in Ecclesia quoad jurisdictionem, vel gubernationem exteriorem.

3 Affirmant hæretici, at nos Catholici negamus. Cùm autem veritas nostræ conclusionis sufficienter maneat probata ex dictis à Bellarmino de Summo Pontifice Romano, ex nostra sequenti Consultatione, atque ex aliis passim, qui ostendunt, eum legitimè electum, verum esse B. Petri successorem, eandemque cum illo obtinere in omnibus ubique Ecclesiis ligandi, ac solvendi potestatem, Romanosque Pontifices inde usque ab initio semper hunc primatum agnovisse, defendisse, & in alios exercuisse. Tum etiam Christianos Imperatores, Reges, Principes, & Magistratus sæculares semper Romanæ Ecclesiæ primatum agnovisse, seque ejus Pontifici, tamquam Patri filios subjecisse, sicque de cæteris, unico argumento, omnia alia comprehendente, res hic breviter ita planè absolvitur.

4 Si Rex, aut alius Princeps sæcularis in suo Regno, vel ditione primatum Ecclesiæ haberet, vel talis primatus illi competeret jure naturali, vel jure divino veteris testamenti, vel jure divino novi, vel jure Canonico, vel civili, vel consensu Patrum, aut Doctorum hominum, vel denique titulo præscriptionis. At nullo ex his modo ipsis competit. Id enim videtur omnino certum ab enumeratione omnium titulorum, ob quos primatus Ecclesiæ convenire posset unicuique Regi in suo Regno.

5 Et primo, quod *non competat jure naturali*; ita ut Rex, aut Princeps ex eo præcisè, quia jurisdictionem habet in tribunali politico, illam quoque habeat in Ecclesiastico, vel spirituali, patet ex eo, quod ista sit supernaturalis, atque adeo non à natura, sed à solo Deo immediatè suam potestatem trahit originem, maximè si sermo sit de suprema, de qua procedit controversia. Potestatem autem Ecclesiasticam, ut talem, esse supernaturalem, politicam verò naturalem satis ostendit diversitas finium utriusque, sive Christiano homini propositorum. Vnus est, naturalis, qui est pax, & tranquillitas reipublicæ, spectans ad potestatem politicam, cujus proinde est præscribere media necessaria ad dictum finem. Alter autem supernaturalis, qui est æterna beatitudo, proprius Ecclesiasticæ potestatis, cujus pariter solius est præscribere media supernaturalia, ad illius consecutionem necessaria.

6 Deinde probatur, non competere jure divino veteris Testamenti, quasi tunc Reges habuerint tali jure primatum Ecclesiæ, & inde transierit ad Reges novi Testamenti. Pro quo animadvertendum est, juris divini veteris Testamenti, lege Mosaica contenti, triplicia fuisse præcepta, Moralia, cæremonialia, judicialia, in hoc inter se distincta. Primò, quod moralia per se contineantur in Decalogo, reliqua extra illum. Secundò, quod moralia sint juris naturalis, reliqua positivi. Tertiò, quod moralia non sint abrogata à Christo, sed melius explicata, reliqua verò, præsertim cæremonialia, abrogata sunt. Si ergo Rex, aut Princeps jure divino veteris testamenti habet primatum Ecclesiæ, vel illud ius divinum continetur in lege morali, vel cæremoniali, vel judiciali. At in morali non continetur. Siquidem in Decalogo, cujus decem præceptis lex moralis generatim comprehenditur, nulla fit mentio primatus Regis in Ecclesia.

7 Neque etiam in cæremoniali, vel *judiciali*, imò potius oppositum. Tum quia *Deuter. 17. v. 14.* ubi habetur tota dispositio juris divini circa Reges veteris Testamenti, nulla fit mentio primatus Ecclesiæ qui sine dubio primo loco ponendus fuisset. Tum quia ipsimet Reges veteris Testamenti ingenuè fassi sunt, sibi non competere, sed Sacerdotibus primatum Ecclesiæ, ut patet ex *lib. 2. Paralip. cap. 19. v. 11.* ubi Josaphat Rex, qui sanè fuit optimus, vel Juris sui minimè ignarus, de Regis, & Sacerdotis potestate sic ait: *Amarias Sacerdos, & Pontifex vester in his, quæ ad Deum pertinent, præsidebit. Porrò Zabadias, filius Ismael, qui est Dux in domo Juda, super ea opera erit, quæ ad Reges officium pertinent.* Quibus ad præsens institutum nihil clarius.

Tum

Tum denique quia ille censendus est habere primatum Ecclesiæ à Deo, qui in rebus ad legem divinam, & ejus explicationem spectantibus constitutus est supremus Judex, cui oporteat obedire, Atqui non Rex, sed Sacerdos constitutus est talis Judex à Deo, ut manifestè constat ex eo *cap. 17. Deuter. v. 8.* nec non ex aliis pluribus veteris Testamenti locis *Levit. 10. v. 8. Num. 27. v. 21. Paralip. lib. 2. cap. 26. v. 18 Aggæi cap. 12. v. 12. Malach. cap. 2. v. 7. Labia Sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore ejus.* Cujus ratio mox subditur: *Quia Angelus Domini exercituum est.* Quasi diceretur, Sacerdos est nuncius; sive interpres divinæ voluntatis.

8 Rex igitur, aut quivis alius Princeps nihil præsidii pro suo primatu statuendo habere potest ex veteri Testamento, loquendo de jure divino. Quia constat in veteri Testamento duplex extitisse jus regium. Alterum divinum loco citato *Deuter. 17.* contentum, de quo solum hic agimus. Alterum usurpatum, sive Tyrannicum descriptum *lib. 1. Reg. cap. 10.*

9 Sed esto, quod Reges veteris Testamenti habuissent jure divino cœremoniali, vel judiciali primatum Ecclesiæ, non tamen sequeretur, etiam Christianos Reges; eum habere, cum jam penitùs tale jus abrogatum sit, ut patet in pluribus similibus exemplis. Natn in veteri Testamento inter alia jure divino statutum erat, ut omnes Sacerdotes, ac ministri Ecclesiæ assumerentur ex sola Tribu Levi, utque eorum sacrificia essent cruenta ex animalibus, quæ tamen, ut & alia multa, abrogata sunt. Vnde sicut hæc consequentia non valet: Omnes ministri Ecclesiæ erant olim in eadem Tribu. Ergo & nunciata fieri debet. Sic neque valet ista: Reges veteris Testamenti habebant primatum Ecclesiæ. Ergo etiam nunc habent Reges, ac Principes Christiani.

10 Ex quibus patet ad omnia Adversariorum objecta, non ex jure, sed ex factis petita, diversorum Regum, quæ si legitimè arguerent, fuisse in ipsis primatum Ecclesiæ, primò respondendum esset, non propterea sequi, illum inesse Principibus Christianis, jam abrogatione facta legis Mosaicæ in statu legis Evangelicæ.

11 Secundò respondetur, facta, ab Adversariis adducta, non solum non probare, talem fuisse primatum in Regibus veteris Testamenti, sed potius oppositum. Quod enim primo dicunt, Josaphat Regem *lib. 2. Paralip. cap. 19. v. 8.* constituisse *Levitas, & Sacerdotes*, non est intelligendum, quasi illos crearit, & consecraverit, sed quia ex iis, qui jam antea creati, & consecrati erant, certos delegit, qui judicium Domini exercerent in Hierusalem. Quod minimè arguit ejus primatum. Nam cum tria spectari possint in ministris Ecclesiæ veteris testamenti, electio, sive designatio personæ, Consecratio, & applicatio ad certum usum, seu exercitium; primum non fiebat à Rege, sed à Deo, qui solam Tribum Levi ad ministerium sacrum destinarat. Secundum commissum erat Aaroni, tamquam Summo Sacerdoti, & ejus Successoribus. Tertium autem absque ulla primatus in Ecclesia umbra poterat à Rege, sicut etiam nunc fieret, si quis Princeps ex Sacerdotibus jam ordinatis, & consecratis, nec non ab ordinario approbatis, quosdam in sua ditione constitueret, quorum alii sacras exciperent confessiones, alii verbum Dei prædicarent, aut alia ministeria exercerent.

12 Secundò Regem David abstuliste aliquos abusus, & corruptelas Ecclesiasticas *lib. 2. Reg. cap. 5. v. 6.* tollendo nimirum de Templo cœcos, & claudos, ut interpretantur adversarii. Sed hac interpretatione adhuc admissa, quæ est omnino falsa, generatim dicitur, aliud esse judicare, sive definire, quænam sint corruptelæ, & abusus in religione, aliud verò corruptelas, & abusus, quando certo constat, tales esse, tollere, & exterminare. Primum enim arguit primatum in Ecclesia, diximusque supra pertinuisse ad officium summi Sacerdotis. Secundum autem nequaquam arguit talem primatum, convenitque non modo Regi, sed etiam cuilibet patrifamilias. Quilibet enim in ditione sua potest ea emendare, quæ certò constat per absum irrepsisse, imò interdum tenetur. Qua ratione sæpè in scriptura reprehenduntur Reges veteris Testamenti, quod excelsa non sustulerint. Quare malè indè colligitur, eos habuisse primatum in Ecclesia.

13 Sicut ex alio ejusdem Davidis facto *lib. 1. Paralip. cap. 13. v. 12.* ubi dicitur, perduxisse Arcam fœderis ad constitutum quietis locum, & *lib. 2. Reg. cap. 6. v. 14.* Arcæ deportandæ præsultasse. Quasi ex eo, quod David saltaverit ante, non post Arcam, significarit, se primatum tenere in negotio Arcæ deportandæ, ut ineptè deducunt Adversarii, ut si quis argueret: Pueri Christianorum præcedunt Eucharistiam, quando publicè in supplicationibus defertur. Ergo habent primatum Ecclesiæ.

14 Hæc ergo tria distinguenda sunt, Arcam ædificare, eam deducere, comitari, vel præcedere; eandem portare, vel attingere. Arcam à Beseleel de Tribu Juda, & Ooliab de Tribu Dan ædificatam fuisse habetur *Exod. cap. 31. v. 2.* Arcam autem deduxisse, & ante eam lusisse, non solum Regem, sed etiam populum, plures testantur Scripturæ loci. *lib. 1. Reg. cap. 4. v. 4. lib. 2. cap. 6. v. & 15.* ac *lib. 5. cap. 8. v. 5.* At eam tangere nemini licebat, nisi solis Sacerdotibus. Hinc Oza, quod eam tangere præsumpsisset, cùm Sacerdos non esset, morte à Deo punitus est *lib. 2. Reg. cap. 6.*

15 Tertiò, quod Salomon ædificaverit Templum, & Deo dicarit *lib. 1. Paralip. cap. 28. v. 6. & lib. 2. cap. 6. v. 10.* Item deposuerit Abiathar, summum Sacerdotem, ab officio, & subrogarit illi Sadoc. *lib. 3. Reg. cap. 2. v. 27.* talia facta minimè probant, eum habuisse primatum Ecclesiæ. Ad primum enim respondetur, Salomonem Templum Deo dicasse, secundum quod dedicare rem aliquam Deo, sivis nominis attendatur, nihil aliud est, quam offerre, ac destinare illam ad colendum Deum quomodo etiam filii Israël, *Exod. 35.* dicuntur hiacynthum, purpuram, byssum, coccinum, aliaque similia dedicasse Deo, idest obtulisse ad cultum divinum. Unde non magis colligi potest primatus Salomonis, qui ligna, & lapides, quam eorum, qui aurum, purpuram, & hiacynthum Deo dedicarunt, aut aliorum, quis suis sumptibus Templa in honorem Dei erexerunt, & quotidie erigunt, orantes Deum, ut ea accepta habeat, & preces servorum suorum in iis exaudire dignetur, ut Salomon fecisse legitur.

16 Ad aliud factum, ex quo adversarii præcipuum desumunt argumentum pro primatu Regis, præterquam sic retorqueri posset. Qui deponit Regem ab officio, & alium illi subrogat, necessariò habet jurisdictionem supra Regem. Sed Jojada, summus Sacerdos, non solum deposuit, verum etiam occidit Athaliam Reginam, & Ioas in ejus locum substituit *lib. 4. Reg. cap. 11.* Ergo Jojada, Summus Sacerdos habuit jurisdictionem supra Regem. Præterquam, inquam, sic retorqueri posset argumentum, respondetur, duo in illo supponi. Unum, quod Salomon, quando deposuit Sacerdotem ab officio, usus sit potestate Regia. Alterum, quod rectè, ac legitimè ea usus sit, quorum neutrum probari potest, imò multi constanter docent, non regia, sed prophetica potestate usum esse, nec ordinaria via, sed ex peculiari Dei instinctu id fecisse. Videturque colligi posse ex illis verbis *lib. 3. Reg. cap. 2. v. 27. Ejecit ergo Salomon Abiathar, ut non esset Sacerdos Domini, ut impleretur sermo Domini, quem loquutus est super domum Heli in Silo*, cum Abiathar esset ex familia Heli. Quo semel stante, clarè patet, nullius momenti esse adversariorum objectionem. Nihil enim aliud ex facto Salomonis argui potest, quam Propheras; è quorum numero fuit Salomon Rex, accipere interdum extraordinariam potestatem à Deo, etiam supra Sacerdotes, quod nihil facit ad rem. Præsens namque controversia non est de potestate Prophetarum, sed Regum. Nec status ejus est, an Prophetæ ex peculiari Dei instinctu, possint aliquando punire Sacerdotes, sed

an

an Reges, qua Reges, ordinaria sua potestate possint id præstare. Quæ duo sunt valdè diversa, & unum cum altero minimè connectitur.

17 Sed gratis admisso, quod tamen probari non potest, Regem Salomonem in ejiciendo Abiathar Sacerdote, sua usum fuisse potestate regia, nihil inde habetur pro ejus in Ecclesia primatu, nisi prius constet, ea legitimè usum esse. Quod nec in scriptura exprimitur, nec evidenter ex ea deduci potest. Aliud enim est factum alicujus narrari, aliud probari, seu laudari, ut pater innumeris exemplis. Quare dum dicitur, à Salomone depositum fuisse Abiathar Sacerdotem, ostendendum est ab Adversariis, legitimè factum esse, quod non possunt; imò potius oppositum habetur ex scriptura, cum semper Judæis persuasum fuerit, Reges non habere ullam jurisdictionem in eos, qui ministerio divino mancipati sunt. Cujus evidens est argumentum, quod cum Rex Saul *lib. 1. Reg. cap. 22. v. 16.* mandasset suis famulis, ut interficerent Sacerdotes Domini eo, quod conspirassent cum Davide contra ipsum Regem, noluerunt servi Regis, qui erant Judæi, ipsi obedire, quippè qui noverant, non posse Regem legitimè id præcipere, nec Sacerdotes imperio ejus subjacere. Quod etiam adverrens, homini barbaro, ac gentili jussit, ut quod famuli Judæi facere recusassent, ipse exequeretur, prout factum est. Subjungitur enim in Sacro textu: *Et ait Doeg. Convertere tu, & irrue in Sacerdotes. Conversusque Doeg. Idumæus irruit in Sacerdotes.*

18 Hinc ita discurri potest. Saul & Salomon fuere pares in potestate regia, nec plus juris habuit Salomon in Sacerdotes, quam Saul, ex ea præcisè parte, qua Reges, ut per se notum est. Sed Saul qua Rex, non habuit legitimam auctoritatem puniendi Sacerdotes, aliàs ejus famuli non renuissent illi obedire, sicut libenter obediebant in persequendo Davide, non alia certè ratione, quàm quod crederent, Regem habere potestatem in Davidem, non autem in Sacerdotes. Idem ergo concludendum est de Salomone, qua præcisè Rex erat; Siquè Sauli non licuit punire Sacerdotes Domini, nec Salomoni potuisse licere.

19 Cui non obstat, quod Abiathar graviter peccasset contra Salomonem Regem, atque adeo dignus esset qui puniretur, innocentes autem essent Sacerdotes à Saule interfecti. Hæc, inquam, disparitas, non enervat vim præfati discursus. Præterquam enim non sequitur, esto peccasset Abiathar, ideò à Salomone legitimè officio privari potuisse. Non enim quilibet à quolibet puniri potest, sed ab eo dumtaxat, qui in illum habeat legitimam potestatem, ac jurisdictionem, quam habuisse Reges Judæorum in Sacerdotes, nondum probatum est, imò oppositum. Insuper, licet Sacerdotes qui jubebantur interfici à Saule, re ipsa fuerint innocentes, nihilominus à servis Saulis creditebantur nocentes, læsæque majestatis rei; nec tamen putabant licere Regi, etiam nocentes Sacerdotes punire. Cùm ergo parerent Regi in persequendo Davide, ideòque parerent, quod existimarent Davidem injustè ad Regnum spirare, atque adeo nocentes esse Sacerdotes illi adhærentes, non autem in illis necandis, alia non fuit causa, nisi quia Judæis verè persuasum erat, Regem quidem habere potestatem puniendi, & coercendi laicos, non autem Sacerdotes, etiam nocentes. Hoc factum alibi aliter sum interpretatus.

20 Quartò objiciunt Regem Iosiam *lib. 4. Reg.* in signum sui primatus Ecclesiastici, librum legis à tenebris eruum, populo à se congregato recitari fecisse, atque recitato, fœdus novum iniisse cum Domino, populum quoque ad illud adjurasse. Respondetur, id sanè verum esse, malè autem inde inferri primatum Regis. Siquidem Helias Pontifex, qui librum reperetat eo fine miserat Regi, ut id faceret. Unde executivè solum id fecit, sicut & cætera, quæ ibi enumerantur; nec plus erui potest ex hoc loco, cum cæteris pro nostra sententia allatis, collato, ubi judicium in materia Religionis, seu discernere inter Sanctum, & profanum, ac legem Dei decere, & interpretari solis tribuitur Sacerdotibus, maximè *Levit. 10. v. 8.*

Quintò Regem Ezechiam confregisse serpentem æneum *lib. 4. Reg. cap. 18.* Respondetur, eum id feciss, ut auferretur occasio idololatriæ, ut ibidem narratur; non regia, sed divina auctoritate. Deus enim cuilibet è populo, multòque magis Regibus, mandaverat, ut auferrent omnem cultum Idololatriæ, *Deuter. 7. v. 5.* Quid ergo ad Ezechiæ primatum, quod quilibet alius, ita mandante Domino, exequi potuisset?

Sexta, & ultima objectio desumitur ex titulis Regum veteris Testamenti, ut quod vocentur *filii Altissimi, Dei uncti Domini, in solio Dei sedentes, Famuli Dei, Angeli Dei, Facti juxta cor Dei, Lumina Israelis, Nutritii Ecclesiæ.* Verùm cum hujusmodi tituli, ac similes non minus dentur in scriptura Sacerdotibus, imò privatis etiam personis, quàm ipsis Regibus, inde argui non potest eorum primatus in Ecclesia, sed ad summum in temporalibus, vel etiam in spiritualibus pro ea parte, quæ illis potissimum comperit præ aliis è populo. Nullum ergo extat jus divinum veteris Testamenti pro primatu Regum, benè autem pro primatu Sacerdotum illius in rebus nedum ad interiorem, sed nec ad exteriorem jurisdictionem Ecclesiasticam spectantibus.

Nunc tertiò probandum est, nec hujusmodi primatum convenire Regibus jure divino novi Testamenti, Etsi enim adversarii fateantur, fundamentum illius primatus in solo vetere Testamento quærendum esse, & nullum illius in novo vestigium, aut exemplum haberi, breviter tamen dico, Reges ex institutione Christi non habere primatum Ecclesiæ, seu Christum noluisse, eum esse apud Reges, & Principes sæculares, sed apud Apostolos, & eorum successores. Quod quia abundè probat Bellarminus de Summo Pontifice, ac de Conciliis, primò ex verbis Christi, quibus suam mentem in hac re declaravit. Secundò ex testimoniis Apostolorum, qui proculdubio Christi mentem assecuti sunt. Tertiò ex praxi primæ ad hæc usque tempora Ecclesiæ, ideò sufficit hic ista ostendisse.

Quartò nec Regem jure Canonico, vel civili habere primatum Ecclesiæ, nec quinto ex consensu Patrum, aut Doctorum clarè demonstrant eorum testimonia, quæ locis citatis idem Bellarminus fideliter adducit.

Sextò demum nec titulo præscriptionis Regi competit primatus Ecclesiæ, dum videtur voluisse Jacobus Angliæ Rex, dum in monitoria præfatione ait, aliquos ex suis prædecessoribus usurpasse primatum Ecclesiæ in Anglia, neque passos esse, ut Pontifex ullam jurisdictionem ibi exerceret, atque adeò nihil novi se facere, eumdem primatum usurpando. Sed vanitas hujus argumenti patet. Præterquam quod enim sic facilè possent omnes penè abusus, ac imperatae excusari, ut innumeris probari posset malè agentium, & excusationes in peccatis adducentium exemplis contra Jus divinum, quo locis citatis ostenditur Ecclesiæ primatum ad ejus Prælatos, non autem ad Reges pertinere, nihil prosunt, etiamsi infinita in contrarium proferrentur exempla. Cum enim tale jus à Deo, qui homine major est, suam vim habeat, nulla præscriptione, nulla consuetudine humana abrogari potest, sed quamdiù Deus vult, vim suam retineat, necesse est.

Deinde si Rex ad probandum titulum præscriptionis pro primatu Ecclesiastico volebat legitimè ex factis Regum arguere, sic ei potius discurrendum erat. Multò plures ex meis prædecessoribus agnoverunt Supremam Romani Pontificis auctoritatem, ut Eduardus *in epist.* ad Nicolaum Secundum circa annum Christi 1060. ubi ita scribit: *Summo universalis Ecclesiæ Patri Nicolao, Eduardus gratia Dei Anglorum Rex, debitam subjectionem, & obedientiam*, Henricus Secundus *in epist.* ad Alexandrum III. quæ habetur apud Petrum Blesensem secretarium *epist. 136.* ubi ait: *Vestræ magnitudini promitto, me vestræ dispositioni paritum.* Itemque: *Deus*

Deus extulit vos in eminentiam officii pastoralis ad dandam scientiam salutis plebi ejus. Et sic de aliis, quàm fuerunt ij, qui illam respuerint, quibusque adhuc Summus Pontifex Romanus, cæterique boni, & Sancti Ecclesiæ Anglicanæ Pastores totis semper viribus obnixi sunt; imò ex Polidoro Virgilio *lib. 4. hist. Anglic.* & aliis ab antiquis temporibus usque ad Henricum VIII. Elisabethæ parentem tota Anglia quotannis solita erat Romano Pontifici dare vectigal in recognitionem supremæ ipsius jurisdictionis Ecclesiasticæ.

27 Igitur si in hoc primatus Ecclesiæ negocio datur locus præscriptioni, plus favet Romano Pontifici, quàm Regi, habeturque ex ea, esse supremum Ecclesiæ universalis Pastorem, atque adeo Anglicanæ. Unde cùm pro tali exemplo majoris numeri majorum suorum venerari debet, non autem sibi Ecclesiæ Anglicanæ primatum usurpare.

28 Quod ad alteram partem de institutione ministrorum Ecclesiæ, sive Episcoporum, cujus appellatione tria continentur, *Electio*, quæ nihil est aliud, quàm designatio certæ personæ ad Ecclesiasticam præfecturam. *Ordinatio*, quæ sacra est ceremonia, qua certo ritu futurus Episcopus inungitur, & consecratur. *Vocatio*, seu missio, qua jurisdictio tribuitur, ac re ipsa Pastor, ac Præsul quis fit.

29 Cùm Lutherani, & Calvinistæ, eorumque sequaces affirment, electionem, & vocationem, jure divino ad universam Ecclesiam, hoc est ad Clerum, & populum pertinere, ita prorsus, ut sine populi consensu, ac suffragio, nemo legitimè electus, aut vocatus ad Episcopatum censeri debeat; Ordinationem autem quæ per manus impositionem fieri solet solis Pastoribus esse tribuendam, fieri siquidem non posset, ut universus populus manus imponeret.

30 Contra, Doctores Catholici unanimiter docent, tamquam quid ad fidem spectans. Primò Ordinationem, tum Episcoporum, tum aliorum Ecclesiæ ministrorum, non ad plebem, sed ad solos Episcopos spectare. Secundò vocationem, seu missionem ministrorum non competere populo, sed Episcopis, ac præsertim Summo Pontifici Romano. Tertio, Electionem ministrorum non fieri à solo Deo, sed etiam convenire Clero jure Divino. Quæ omnia quia satis patent ex iis, quæ tradit Bellarminus *loco allegato*, ac de ministris Ecclesiæ satis hæc breviter attigisse, ut sciatur quid in hac re inter Catholicos, & hæreticos controvertatur, stabilitaque semel veritate sententiæ Catholicæ, ex ea sequi; nullam esse apud hæreticos ordinationem, nullam vocationem, nullam electionem, ac proinde nullam Ecclesiam, nisi malignantium.

31 Patentissimè igitur assentatus est Imperatori suo Demetrius Clematianus, cùm in responsis ad Cabasilam dixit: *Imperator, ut Communis in Ecclesiis sapientum Princeps & re, & nomine, Syndorum placitis præsidet, & auctoritatem ipsis largitur, Ecclesiasticas ordinationes disponit, & legem ponit vitæ, atque officio eorum, qui altari inserviunt. Quin & judiciis Episcoporum, & Clericorum, & electione Ecclesiarum vacantium. Promovet insuper à minori dignitate ad majorem, puta ab Episcopali ad Metropolitanam, honorem meum exhibens aut Urbi, aut homini. In summa præter sacrificandi potestatem, cætera omnia jura Pontificalia manifestè exprimit Imperator, quibus in rebus convenienter agit & legibus, & Canonibus.* At quid à sacris Canonibus, & bonis quibusvis legibus alienius, quam Imperatorem talia attingere? Video eadem assentatione parasitica laborasse Balsamonem disceptatione de lampade Imperatoribus prælata, quæ habetur *lib. 7.* juris Græco-Romani, idcircò dicere prælatam esse Imperatori geminam lampadem, Imperatrici unam, Patriarchæ item unam, quod Patriarcha sola spiritualia curat, Imperatrix solum temporalia, Imperator autem utraque. Ad eandem vesaniam arrogatæ in sacra quoque jurisdictionis per Græcos Imperatores, refert Bosquetus *ab lib. 3.* Epistolarum Innocentii III. circa *epist. 19.* quod loco flammei juberent præferri sibi Crucem, ut est apud Codinum *lib. de offic. Aulæ Constantinop. cap. 5.* Crux enim prælata est insigne jurisdictionis sacræ, & quidem supremæ saltem participatæ, ut propterea Romanis Pontificibus jam olim legatur prælata Crux, & ita Anastasius in Leone Tertio cum de Cruce ei donata à Carolo Magno. Legaris item Pontificis Crux prælata. Unde Innocentius III. *epistola illa 19.* sic scribit Archiepiscopo Thessalonicensi, quem constituebat Sedis Apostolicæ Legarum: *Dominicæ Crucis vexillum per tuam diœcesim, & Episcopatus tibi subditos ante te deferendi fraternitati tuæ licentiam impartimur.* Sancto item Stephano, Regi Ungariæ, dum jus præferendæ ipsi Crucis, quod vicarium in suo Regno curam Romani Pontificis in dispositione Ecclesiarum obirer, ut notat in ejus actis Cartuicius. Et quod Metropolitani in suis quisque provinciis olim ferè essent Legati nati, inde factum, ut præferri eis Crucem receptum sit more propè universali, de quo fusè Andreas Saussajus *lib. de argumento*, & fuit hæc Crucis prælatio Legatis, & Metropolitanis adeò in usu, ut Rodericus *lib. 8. histor. cap. 10.* testetur, cum ipse, qui erat Toletanus Archiepiscopus in acie adversus Saracenos ad animandos Christianos milites præsens adesset, non esse intermissam in medio prælio inter grandinum telorum prælationem Crucis, incolumi eo, qui Crucem gestabat. Quo officio recentiori memoria functum Cardinalem Reginaldum Polum, cum is, qui Crucem illi præferre consueverat, præ metu absisteret prælatione, apud Sanderum legere est in historia *de Schism. Anglicano.* Hæc abundè monstrant, prælationem Crucis esse vetus insigne jurisdictionis Ecclesiasticæ. Potuit itaque Imperator Constantinopolitanus hoc usurpatæ sacræ jurisdictionis Symbolum sibi arrogare.

Idem dicerem de gestatione Rocheti, uti nunc vocant, quod malè Menardus *disp. de jurib. Episcop. cap. 5. n. 17.* confundit cum homophorio laneo, de quo ipsedorus Peluſiota *lib. 1. epist. 136.* Rochetum ergo lineum, quo utuntur Antistites per eandem abusionem à Græcis Imperatoribus usurpatum dicerem, ut est apud Codinum *loc. cit.*

Nulli ergo sive laico, sive sacro homini sigillatim dignitas Supremi Capitis, sive primatus Ecclesiæ tribui potest, præterquam Romano Pontifici. Qui verò usque eo deliratunt, ut Caput Supremum Ecclesiæ dicerent esse vulgus fidelium, fecere Ecclesiam belluam multorum capitum, & regimen Ecclesiæ ex monarchico, verterunt in Democraticum, claves statuentes in tota Ecclesia. Quod esse contra fidem rectè pronunciavit Jolanus *lib. 2. de imperio militantis Ecclesiæ tit. 6. quæst. 2.* Duvallius de Pontifice *par. 1. quæst. 3. & 8.* Natalantus *opusc. de potest. Pap. Subintium*, Cajet. *to. 1. opusc. tr. 1. c. 6. & 7. ac 11. & tr. 2. par. 1. à c. 4.* Victoria *relect. 2. sect. 1.* & Thomas Illyricus *tr. de potest. Summ. Pontif. §. non igitur.* Resecant validè hæc tùm numerosa multiplicis hydræ capita, Ruardus *orat. 7. theolog.* Sanderus *lib. 1. visib. Monarch. à cap. 6.* Stapletonjus *lib. 5.* de principiis, initio, & Bellarminus *lib. 1. de Pontif. cap. 6.*

Inter laicos monstruosum Ecclesiæ caput apparuit superiori sæculo. Regum namque Anglorum infelicissimus Henricus VIII. Cœlum terræ commiscens, & spiritualia jura cum humanis confundens, caput Anglicanæ Ecclesiæ audire voluit, spiritualem Monarchiam à Christo institutam in tot capita, quot Principes dilacerans, ex occasione admodum fœda, quæ natalis Anglicani hujusce Pontificatus valdè dehonestat, ut apud Sanderum *de Schism. Anglic.* legitur. Dimicant adversus monstrosum hoc Ecclesiæ Caput idem Sanderus toto *lib. 2. de visib. monarch.* & de Clave David *lib. 6.* Stapletonius *d. lib. 5. de princip. à cap. 17.* Hosius toto *lib. 2. Ambrentii*, Suarez *lib. 3. defens. fidei à cap. 6.* Bellarmin. *lib. 3. de verb. Dei à cap. 7. & lib. 1. de Pontif. cap. 7.* Coccius *tit. 1. lib. 7. art. 22.* aliique.

CONSULTATIO LXVII.

An, & quatenus Imperatores in approbandis Pontificibus Romanis jus habuerint? Et quomodo viceversa Pontifices Cæsarum confirmandorum, rejiciendorumque auctoritatem habeant? Ubi ad rem multa, sed paucis, præsertim de investituris Ecclesiasticis historicè, ac juridicè narrantur, sine tamen odio, vel amore sed in omnibus lector moderationem, & modestiam agnoscet.

PRo Imperatoribus ita disceptari poterit: Electionem Episcopi, seu Pontificis Romani in initio nascentis Ecclesiæ, ut & aliorum Episcoporum penes populum, & Clerum fuisse, historiæ tradunt. Testatur id præter alios Nicephorus *lib. 5. cap. 26. Eccles. hist.* cum Fabianum Pontificem Romanum populi, & Episcoporum suffragatione in Episcopalem thronum collocatum refert. Duravit hæc eligendi Pontifices ratio ad ea usque tempora, quibus Imperatores Romani Christiana fide recepta, Ecclesiarum curam mandato divino ad se quoque pertinere, & plurimum Ecclesiæ Christianæ interesse, ut idonei, ac boni Pontificatui præficerentur, cognoverunt. Tunc enim vana Cleri, ac populi electio habita fuit, nisi Imperatoris auctoritate confirmata fuisset, & si quis, consensu Imperatoris neglecto, sedem Pontificiam invasisset, mox ea dejectus, etiam exilio temeritatis suæ pœnas dedit, Plat. *in vita Severini primi.*

2 Hinc Julianus Imperator Hormisdæ primo, Mauritius Tiberii gener Pelagio Secundo, & Gregorio Primo, alii aliis Sedis Apostolicæ auctoritatem confirmasse leguntur, Luitprand. *in vit. Pontif.* E diversa dissentione in electione Bonifacii Primi inter Eulalium Competitorem, & ipsum exorta, Honorius, Imperator Occidentis, Mediolani recognita, ambos ex urbe pelli jussit. Bonifacius tamen deinceps revocato, & Urbis præsule constituto, eo quod litteris ad Imperatorem suppliciter scriptis, Episcopatum sibi ab Imperatore confirmari, & super electione, ac ordinatione Romani Episcopi legem contra Sacerdotum ambitionem ferri rogarit, ut est textus *in can.* 1. *dist.* 97. continens epistolam illam supplicem cum responso Honorii, altera ejus parte posita in *can. si duo ead. d.* Cuspinian. *in vit. Justini minoris.*

3 Cùm autem Imperatores, Constantinopoli habitantes, suos Ravennæ Vicarios, quos Hexarchos dixerunt, constituerent, eos in hujus juris societatem admiserunt, ipsisque inter cætera dignitatis priuilegia, Pontificis quoque Romani approbandi auctoritatem contulerunt ficèti de Severino legitur, quod in demortui Papæ Honorii locum surrogatus, ab Isaacio, totius Italiæ Hexarcho, in Pontificatu confirmatus sit.

4 Quin & Italia à barbaris, atque tyrannis cum omnibus juribus Imperialibus occupata, illi quoque Episcopi Romani constituendi auctoritatem usurpavere, Romanis ipsorum ordinationi humillimè acquiescentibus. Testatur id historia Schismatis inter Symmachum, & Laurentium à Theodorico Veronensi sublati, & confirmatio Agapeti Primi, & Sylverii Primi, à Theodato Gotho, eoque Arriano facta, Nicephor. *lib. 16. cap. 35.*

5 Etsi autem Symmachus Simplicius Theodorico se se Ravennæ continente, laicorum ordinationes convellere attentarit, Romæ Synodo habita, in qua contra Canones esse decrevit, ut laicis religiosorum Electio concedatur, tamen res ipsi clamat, ac temporum præcedentium, ac subsequentium historia evincit, institutionem Pontificis non tantum penes legitimos Imperatores, sed & Imperii usurpatores fuisse, eamque non contra Canones, ut Symmacho videtur, Bonifacii, qui judicio Phocæ privatum obtinuit, constitutio ostendit, qua statuit, Electionem Episcopi à Clero pariter, & populo fieri, eamque ita ratam haberi, ac si à Principe Civitatis sit approbata, quod hac via antiquis Canonibus conformius, vix Simonia, vel alia corruptela ingredi possit, ut est textus *in can. in nomine Domini vers. mox Christi Clericos 23. d.*

6 At illam confirmationem non gratuitam, sed pecunia redimi solitam fuisse, inde conficere licet, quod Agatho Papa apud Imperatores Constantinum, Heraclium, & Tiberium obtinuerit, ut quantitas illa, quæ solita erat dari pro ordinatione Pontificis Romani, remitteretur, prout id ex gestis Pontificum Romanorum refertur, *can. Agatho d. 63.*

7 Cæterùm circiter annum Domini 685. ab hac ratione aliquantulum recessum est. Constantinus enim quartus, cognomento Barbatus, cùm Imperio præesset, Pontifice Romano Benedicto Secundo, hominis sanctitate permotus sanctionem emisit, *ut quem deinceps Clerus, populus, exercitusque Romanus Pontificem delegisset, is plenam obtineret potestatem, nulla aut Constantinopolitani Principis, aut Italiæ Hexarchi expectata auctoritate, ut antea fieri consueverat,* Plat. *in vit. Benedicti,* supplem. Chron.

8 Hæc constitutio deinceps, usque ad tempora Caroli Magni observata, magnis turbis aliquoties occasionem dedit, Clero in electione sæpius ab exercitu dissentiente, & quolibet suæ factionis partes acriter propugnante, ut ejus rei exempla videre est, cùm in vitis aliorum, tum verò Cononis, & Sergii Primi.

9 Carolo autem Magno, post debellatum Desiderium Longobardorum Regem, regnumque eorum eversum, Romam veniente, Adrianus Papa, donatione eorum, quæ Pipinus Gregorio Tertio dederat, ampliotibus privilegiis à Carolo confirmata, benemerita Caroli remunerarus cum centum quinquaginta Episcopis, quos convocarat, decretum perpetuum fecit, *nullum posthac fore, neque Romanũ, neque aliorũ Templorum Antistitem, nisi quem Carolus, Successoresque ejus sciverint, & jusserint, refragantes hujusmodi Patrum decreto, diris devoti, & nisi respuerint, adjecta proscriptio, can. Adrianus d. 63.*

10 Defunctò itaque Præsule quopiam, Sacerdotes lituum cum annulo ad aulam mittebant, cui ea Princeps solemni ritu tradebat, is ejusdem Templi rector designatus erat, Aventin. *lib. 4. fol. 322.*

11 Sic igitur jure Pontifices approbandi, quod Constantiniana lege ab Imperatoribus ad Clerum, populum, exercitumque Romanum translatum erat, Carolo, ejusque Successoribus restituto, factum est, ut nullus Pontificatum inire voluerit, nisi Imperatoris approbatione intercedente, & clarissimi, atque amplissimi quique viri spe dignitatis augendæ, & adipiscendi Sacerdotii, illecti absque stipendio in omnibus Principis dicto obedientes, Aulam frequentarent, Avent. *loc. cit.* Hinc filio Caroli Ludovico Pio imperante, Stephanus Quartus Pontifex, nulla interposita Imperatoris auctoritate electus, ipsemet ad Ludovicum pro consensu obtinendo in Gallias Aureliam profectus est, & à Guidone Comite de consecratione Episcopi Reatini, recens à Clero, populoque electi rogatus, creatum canonicè, & unanimiter ordinare negavit, quod imperialem absolutionis epistolam pro more non attulisset.

12 Paschalis quoque ejus successor, inconsulto Imperatore, Pontifex creatus, hanc ob rem ubi Pontificatum init, statim Legatos ad Ludovicum misit, qui ejus rei culpam omnem in Clerum, & populum rejicerent; quod ab his vi coactus esset Pontificum munus obire. Accepta hac satisfactione Ludovicus, respondit populo, & Clero: *majorum pacta servanda esse; caverent, ne deinceps Majestatem laderent.* Plat. *in vita Paschalis.*

13 Bibliothecarius, referente Platina, scriptum reliquit, Ludovicum Paschali, cæteriisque post eum, confirmasse possessionem bonorum à majoribus ipsius Ecclesiæ collatorum, & electionem permisisse liberam, *ut quem omnes Romani judicassent eo munere dignum, is pro Pontifice haberetur.* Idque pactum, ut & alia Gratianus decretis suis inseruit. Verùm quantum fidei ejusmodi scriptis tribuendum sit, quilibet sani judicii facillimè perspicit. Nam ad Bibliothecarium quod attinet, ejus auctoritas, ut suspecta merito rejicitur, utpotè qui Papæ domesticus, magis domini sui favorem, quàm veritatem

historiæ respexisse credatur. Gratianus verò præterquamquod sua ita inconsideratè constarcinavit, ut quid sequendum in ipsis sit, intelligi nequeat; & si historiis ejus temporis credendum est, rerum gestarum series maximè cum narratione utriusque dissentire videtur. Si etenim Ludovicus jure suo approbandi Pontificis cessit, ut cum Bibliothecario Gratianus refert, cur Gregorius Quartus, à Paschale Tertius, non prius Pontificatum suscipere voluit, quàm à Legatis Ludovici Imperatoris, ob eam causam Romam missis, quo diligenter electionem Pontificiam discuterent, confirmatus esset? Adeone, vel Gregorius juris sui negligens, vel Ludovicus oblivioſus, fuit, ut iste, quæ ad amplificationem Sedis Apostolicæ spectarent, remitteret, hic verò eorum, quæ inter se, & Paschalem acta fuissent non recordaretur? Sanè Platina, & ipse Pontificius Scriptor, in narratione hujus rei, Ludovicum id non superbia motum fecisse, sed ne jura imperii amitteret, clarè, atque expressè commemorat. Quod si ante electionem liberam Romanis permisisset, an non jure suo excidisse diceretur? Quid? Quod Ludovico nepoti Pii idem jus fuisse, præter historicos, etiam Gratianus testatur *in d. can. Adrianus d. 63.* Cùm etenim, Ludovico II. regnante, inter alios Adrianus II. Legatis Cæsareis, qui tum in Urbe erant, non vocatis à nobilitate Romana, Civibus, ac Clero, creatus esset, Legatis id graviter, molestèque ferentibus, id responsum fuisse tradit, *non causa contempsit Augusti, sed futuris temporis prospectu hoc commissum, ne videlicet Legatos Principum in electione Romanorum Præsulum expectandi nos per hujusmodi occasionem inolesceret.* Quod si Ludovicus Primus liberam ejus electionem concessit, ut ajunt, quid ipsius excusatione apud Ludovicum nepotem ejus opus fuit? Vel cur is injuriam sibi factam putare potuit? Quare, quidquid Gratianus cum Bibliothecario narrat, id decretum, seu pactum suspicione minimè carere liquet, ea etiam de causa, quod post mortem Ludovici Secundi, Carolus Calvus quoque ejus Patruus, Imperator factus, electionem Joannis Noni approbarit, haud dubiè Pontificibus minimè confirmationem Imperatoriam requisituris, si quocumque pacti prætexto id ipsis facere licuisset.

14 Verùm post ista tempora, cùm posteri Caroli Magni mutua dissentione conflictarentur, & Galliæ Reges Nordmannorum incursionibus infestarentur, Pontifices auctoritatis Imperialis excutiendæ occasionem nacti, minimè eam prætermisere. Nam initio Martinus Secundus Pontificatum invasit. Deinde verò Adrianus Tertius anno Domini octingentesimo nonagesimo quinto sine auctoritate Imperiali Pontificatum adeptus, ad Senatum, populumque Romanum referre non dubitavit, *ne in creando Pontifice Imperatoris auctoritas expectaretur. utque libera essent populi, & Clerici suffragia* Sabell. *Ennead. l. 9.* Plat. *in vit. Adriani III.*

15 Tandem cum Otho cognomine Magnus ad Italiæ motus componendos evocatus, Joanni XIII. Pontificatum abrogasset, & Leoni à se confirmato Populus Romanus Benedictum suffecisset, iratus Otho, eos vi & armis compulit, dedito etiam Benedicto, Leonem suscipere. Qui statim Romanorum inconstantiam pertæsus, auctoritatem omnem eligendi Pontificis à Clero, populoque Romano ad Imperatorem, ejusque successores in perpetuum rursus transtulit, Imperialia jura de approbando Pontifice sub interregno sopita resuscitans. Verba privilegii apud Gratianum extat *in can. in Synodo d. 63. &* apud Theodoricum Nyem, qui præter hoc privilegium & aliud, quo per eundem Leonem omnia bona, quæ à Romanis Imperatoribus Ecclesiæ Romanæ collata fuissent, Imperio restituta esse commemorat, adjicit. Vide Cranzii *Saxon. lib. 4. cap. 9. 10. & segq.*

16 Verùm, ut nulla sunt Superiorum Imperatorum privilegia, contra quæ alia apud Gratianum non extent, sic & hoc Leonis privilegium Pontificii formula juris jurandi, quo Othonem Joanni Papæ se devinxisse tradunt, eli-

dere conantur. Sed quàm suspecta illa sit formula vel pueri perspiciunt. Præterquam enim quod ne verbum quidem quis ille fuerit Joannes, & quotus ejus nominis, quotus etiam Otho, quis crederet, Imperatorem, constantia, fide, ac religione præstantem, Joanni, quem multiplici crimine pollutum esse sciebat, quodque convocata Synodo, Pontificali Sede deficiendum duxit, jure jurando obstringi voluisse? Et ut id factum fuerit, subsequenti Leonis Constitutione eo Othonem liberatum, ac jura Imperialia eum non tantùm recepisse, sed & ad posteros transmisisse constat. Nam & Otho Tertius Gregorium Quintum Pontificem creasse, eumque factione Joannis Decimi octavi pulsum, in Sedem restituisse, legimus, Antipapæ, oculis prius effossis, Pontificatu simul, & vita privato. Et Henricus, cognomine Claudus, juris istius possessionem, Benedicto contra adulterinum Pontificem defenso, Imperatoribus firmavit.

17 Defuncto verò Henrico, & in ejus locum triennio post legitimis suffragiis Conrado primo creato, factum est, ut interregni occasione Imperii potestas defectione multarum Italicarum Civitatum turbata, afflictaque sit, ac decertantibus de Papatu Benedicto Nono, Sylvestro Tertio, & Gregorio Sexto, Henricus, cognomento Niger, patri Conrado succedens, rebus per Germaniam constitutis, in Italiam cum exercitu contendit, habitaque Synodo, cum Benedictum, Sylvestrum, atque Gregorium abdicare se magistratu coegisset, Syndegerum, Bambergensem Episcopum, cui Clementi Secundo appellatio fuit, Pontificem creat. A quo accepta Imperii corona, Romanos in verba sua jurare compulit, *Pontificum electioni nequaquam se interfuturos, nisi id jussu Imperatoris ipsis concederetur.* Plat. *in vita Sylvestri, & in vita Gregorii.* Videbat enim Imperator eo licentiæ factiosum quemque, ac potentem, quamvis ignobilem devenisse, ut corruptis suffragiis tantam dignitatem consequeretur, quæ nisi sanctitate, ac doctrina benemeritis, violente Deo, eripiam demandari non deberet.

18 Quare ab obitu Damasi, Romani juxta jus jurandum Imperatori præstitum. Legatos ad ipsum Henricum Tertium, Nigrum dictum, miserunt anno 1049. oratum, ut optimum Pontificem sibi daret, qui statim Brunonem, Episcopum Tulensem, virum bonum, & simplicis ingenii, Legatis, & Ecclesiæ obtulit, Leonem Nonum postea dictum, Plat. *in vita Leonis Noni.* Ejus ergo simplicitate Hildebrandus ante in Teutonicas partes cum Gregorio Sexto deportatus, tunc verò intempestiva Imperatoris clementia dimissus, cognita, ei Romam Pontificio habitu petenti persuasit, ut depositio Pontificali ornatu, Romam privatus ingrederetur, quod diceret Henricum nullam creandi Pontificis potestatem habere, sed ad Clerum, populumque Romanum eam pertinere. Quod quidem ipse commotus, urbem privatus ingreditur. At verò Romanus Clerus, suadente Hildebrando, eundem Brunonem Pontificem eligit eo libentius, quod omnem auctoritatem eligendorum Pontificum, ab Imperatore, ipsorum judicio transtulisse videretur. Non tamen quod Romani moliebantur penitus obtinere potuerunt, quin, Leone mortuo, Clerus, populusque Romanus Henrici potentiam reformidantes, Victorem Secundum, Henrici magis gratia, quàm liberis suffragiis adducti. Pontificem reciperent, Legato Hildebrando ob eam rem ad Henricum misso, Plat. *in vita Victoris.* Victori successit Fridericus, è familia Lotharingica, dictus Stephanus Nonus, quem, sunt qui dicunt, in Henricum Imperatorem invectum, quod Summorum Pontificum auctoritatem diminueret. Sed id haud dubiè post mortem Henrici Nigri, quæ ejus tempore incidit, factum est, Nam quoad Henricus vixit, majestatem Imperii fortiter defendit, & potestate Imperiali Ecclesiam ordinavit, tribus Episcopis remotis, toti demque restitutis.

19 Cæterùm post mortem Henrici Nigri, ac Stephani Pontificis, Henrico Quarto adhuc impubere, Rege designato, mox quasi prælagia futurarum contentionum se se ostenderunt. Nam Benedictus quidam auxilio suorum, inconsulto Cæsare, Papatum invasit, ejus nominis Decimus, Aventin. *lib. 3. annal. fol. 544.* Tulit id graviter, molesteque Godfridus Dux limitis Hetrusci, quare eundem vi Roma pellit, Legatos Romanos in Germaniam ad Cæsarem proficisci, ab eoque petere ex consilii decreto, more majorum Episcoporum jubens. Illi itaque Augustam profecti, Gerardum Florentinum Episcopum, virum bonum, studiosumque pastorem postulant. Is ergo continuò Pontifex approbatus, nomen Nicolai Secundi assumpsit.

20 Hinc anno salutis millesimo undesexagesimo, mense Aprili, indictione duodecima decreto sanxit *can. in nomine Domini dist.* 23. ut defuncto Pontifice, primo Cardinales, deinde cæteri Sacerdotes, Senatus, Populusque Romanus coeant, in communemque de creando Pontifice consulant, *salvo tamen*, inquit, *debito honore, ac reverentia filii nostri Henrici, qui in præsentiarum Rex habetur, & futurus Imperator, Deo concedente, speratur.* Id quoque addens, ut si quis pecunia, vel gratia humana, aut populari, militarive tumultu, sine concordi, & canonica electione Cardinalium fuerit in Throno Petri collocatus, is non Apostolicus, sed Apostaticus merito vocetur, liceatque Cardinalibus, Clericis, & laicis, Deum colentibus, illum, ut prædonem anathematizare, & quovis humano auxilio à Sede Apostolica propellere, *can. Siquis dist.* 79.

21 Sed non tanta ejus decreti fuit sanctitas, quin biennio post, etiam cruore fuso pro Papatu certaretur. Nam statim Nicolao mortuo, inter Carolum Parmensem, postea Honorii Secundi nomine appellatum, & Anselmum Lucensem Episcopum, Schisma exortum fuit. Aventinus siquidem dissensione inter Lucensem à Nordmannis Pontificatui impositum, & Honorium litio à Cæsare donatum exorta, refert, auctoritate Cæsaris, partium causa cognita, auspicio ejus Alexandro Lucensi Pontificatum addictum, ac inde turbis majoribus ab Honorio motis, nec eo citato comparente, Alexandrum ritu solemni in Concilio Mantuano Pontificem renunciatum. At Platina, etiam invito Cæsare, ope Mathildæ doctissimæ fœminæ, Alexandro Pontificatum obtigisse commemorat. Sed quoquomodo illa sese habeant, primò in pratis Neronianis, secundò ad Urbem Leoninam infestissimis animis inter Honorianos, & Alexandrinos dimicatum, & Hildebrandinæ factionis acerrimè Imperatori adversantis fundamenta tunc jacta constat. Nam & Alexandrum Pontificem constituit, ac eo electionem suam, invito Cæsare, factam, tanquam minus legitimam improbante, rem eò deduxit, ut Alexander durissimis pugnis tractatus, ac omni reditu, præterquam quinque solidorum Lucentium, privatus sub miserabili jugo vitam finierit, prout Benno Cardinalis, qui eo tempore vixit, memoriæ prodidit.

22 Extincto itaque quodam vespere Alexandro, tum quæ longo tempore sese occultarat dominandi libido, quasi repagulis remotis, effundere cœpit. Nam Hildebrandus armis Nordmannorum, qui tum per Apuliam, Calabriam, Campaniam, quas vi occuparant, de bacchabantur, fretus, confisus etiam opibus Mathildæ, ac discordia Episcoporum Germanicorum, quos arte ab Imperatore alienarat, primus contra morem majorum Imperatoris auctoritate manifestè contempta, Pontificatum occupavit. Ac ne ab Imperatore reliqui Episcopi sui confirmationem peterent, decreto edixit, de facto tum dantes, tum petentes investituram excommunicans, utramque sibi personam impositam esse à Christo, sed quodcumque, ut libere ligare, & solvere posse jactitare, omnem potestatem in se transferre, temporalem, supremamque jurisdictionem lege lata usurpare, Cæsares, Reges, Augustos, ut precario regnantes flocifacere, Cæsari leges de familiaribus dimittendis sub interminatione excommunicationis præscribere, nuncios Cæsareos conatibus ipsius obstituros in vincula conjicere, ac per urbem circumductos Roma pellere cœpit. Formula decreti extat *in can. Si quis deinceps, can. quoniam investituras 16. quæst. 7.*

Id facinus plerisque Ecclesiasticis, Senatui, populoque Romano perquam displicuit. Quare in Concilio Vormatiensi, ea, de causa indicto, Legatis, qui Roma venerant, auditis, & litteris de Hildebrando lectis, decretum Episcoporum Galliæ, atque Germaniæ ejusmodi fit: *ut cum primus sine consensu ipsorum adversus Imperatoris Romani, rerum dominia Deo constituti voluntatem contra morem majorum, contra leges, contra auspicia Pontificatum maximum monachus desertor invaserit, utrumque & Imperium, & Pontificatum sicut Decii, & falsorum Deorum cultores factitare consueverunt, usurpat &c. Huic ob causas Imperatorem, Pontifices, Senatum, populumque Christianum, Hildebrandum abdicandum, neque oves lupo committendas censuisse.* 23

Deinde Cæsar, & Hildebrando, & Sacerdotibus, populoque Romano scribit, imperans ex Concilii decreto, ut ille ad privatam vitam redeat, hi, deserto Hildebrando, more majorum pastorem sibi deligant. Hildebrandus nuntio harum rerum accepto, adeò nihil commotus est, ut & furiosius exarserit, insolentiorque evaserit. Nam cum ante quosdam Imperatoris familiares excommunicasset, quorum consiliis eum ad tales actiones impellere existimabat, Cæsarem jam ipsum in Concilio suo contra ordinem judicandi, sacris Canonibus determinatum, novo exemplo excommunicat, proscribit, Cæsarea dignitate privat, idque per orbem terrarum omnibus Christianis atrocissimis bullis denuntiat. 24

Nec his fulminibus contentus, omnes subditos ejus præstito juramento solutos contra eum instigat, & per emissarios suos Episcopos, & monachos, ac hostes ejus Saxonas, tanta incendia bellorum, tantasque cædes excitat, ut post innumerabiles victorias Henricus in angustiis positus, atque in periculum abrogationis Imperii veniens, supplex Pontificem de absolutione rogare, culpam deprecari, & leges sibi ab Hildebrando præscriptas recipere cogeretur, non sine gravi, & indelebili Imperii macula, Italiæ proceribus eum suggillantibus, quod tam fœde, tamque indignè se submisisset illi, qui malis artibus Papatum invasisset, quique cædibus omnia pollusisset. Hoc itaque Cæsar ad animum revocato, licet quibus calamitatibus premeretur, perspiceret, imperii tamen majestatem, & existimationis Cæsareæ decus commodis propriis præferendum ratus, pactiones, ut turpes, & iniquas rejicit. Ideòque copiis collectis, Rodulphum Sueviæ Ducem, quem prioribus extinctis, Papa illi adversarium excitarat, tertiò conflatu superat, eoque ex vulnere mortuo, denuò Episcoporum Germaniæ, Galliæ, Italiæ conventum Brixiæ haud procul à valle Tridentina, sitæ, indicit. Quò omnibus convenientibus, & actis Hildebrandi examinatis, in hæc verba decretum fertur: *Quia*, inquiunt, *non à Deo electum illum constat, sed à se ipso in fraude, ac pecunia objectum, qui Ecclesiasticum subvertit ordinem, qui Christiani Imperii pertubavit regnum, qui Regi Catholico, ac pacifico corporis, & animæ intentat mortem, qui periurum defendit Regem, qui inter concordes seminavit discordiam &c. Nos, auctore Deo, congregati in unum legatis, ac litteris freti xix. Episcoporum die Sancta Pentecostes, Moguntiæ congregatorum contra eundem Hildebrandum procacissimè sacrilegia, & incendia prædicantem, periuria, & homicidia defendentem, divinationum, ac somniorum cultorem, manifestum necromanticum, pythonico spiritu laborantem, & idcircò à vera fide exorbitantem, judicamus Canonice deponendum, & nisi ab ipsa sede, his auditis, descenderit, condemnandum.*

Post

26 Post hæc Imperator, motibus in Germania qualitercumque sedatis, cum exercitu Romam contendens, Urbe potitur, ac Pontificem in Mole Hadriani obsessum ad pacem compellit, qui ea simulata, fugæque ornatu dissimulato, Salernum ad Nordmannos aufugit.

27 Cæsar itaque Procerum, ac Episcoporum Senatu coacto, morte majorum pontificalia comitia habet, in quibus Hildebrandus, *tamquam fur & latro, veluti perfidus transfuga, ovium desertor, gregis proditor, Christianæ Charitatis Osor, omnium consensu abdicatur*, ac Guibertus Ravennantensium Archiepiscopus, concordiæ, ac pacis studiosus, vir bonus, ac eruditus, Episcopus eligitur, qui mox à Clero nomine Clementis Tertii inauguratus anno Christianæ salutis 1084. Cæsarem cum Bertha uxore consecrat, & Augustos etiam ante populo salutat. Hildebrandus interim Salerni decedit.

28 Non tamen hac face bellorum extincta, pax orbi, & Majestas Imperio est reddita. Siquidem Urbanus post Victorem Secundum paucorum dierum Pontificem factione Hildebrandina Gasturgi ad Pontificatum evectus, cùm ab Imperatore, ac majori Procerum parte irreligiositatis accusatus ac in impiorum numerum relatus, diu sine lare, ac sine grege aberrasset, ita artificiosè telam ab Hildebrando inchoatam perrexit, ut & pro Urbano Turbanus diceretur, & magistrum Hildebrandum longissimè superarè videretur.

29 Nam, cum aliis nocendi artibus Henricum petere non posset, filium Conradum, ex prima conjuge natum, quem pater Italiæ præfecerat, in eum patricidialiter concitat, data illi Rogerii Nordmanni, uxore, ejusque auxilio Clementem Tertium à patre Pontificem constitutum sede pellit.

30 Et mox Urbano, atque Conrado sublatis, Paschalis Secundus, ne quid spatii Henrico ad se colligendum, relinqueretur, Urbani exemplo alterum filium Henricum, quem jure jurando adactum, se nunquam à Parre defecturum; Principes Aquisgrani Cæsarem consalutarant, ad patricidialem rebellionem impellit, ejusque Saxonum viribus suffulti opera, rem eo deducit, ut vir fortissimus, & majestatis Imperii acerrimus, longis certaminibus, & crudelissimis exagitationibus defatigatus, tandem contra fidem datam captus, magistratu se abdicare cogeretur, ac ita, ut qui eo tempore scripsere, Henrici conditionem deplorent, eumque contra Gregorium, ejusque Successores defendant, tum privatim, tum publicè id indignè factum clamitantes; in his Benno Cardinalis, Venericus Vercellensis, Sigibertus monachus Gemblacensis, auctor libri de unitate Ecclesiæ, & Leodienses, quorum scriptum 2. *tom. Concil.* reperitur.

31 Ut verò res ceciderit, cum Henricus Henrici filius à Papa ad juvandum Ecclesiam inductus, jus imperiale in conferendis Episcopatibus, Abbatiis, & Prælaturis defendere cœpit, & capto Romæ Papa Paschali, ei omnia jura Imperii, quæ pater, aliique prædecessores habuissent, extorquet. Confirmat omnia Papa litteris, sigillis, & juramentis, & contra ab Imperatore amplissimis donis ornatur. At mox ubi ille anno 1106. in Germaniam rediit, Papa ingenti Episcoporum Synodo coacta, & peccato, quod remissione istius privilegii commisisset, deplorato, Gregoriique septimi decretis confirmatis, omnia post longam discussionem mutat, atque invertit, ac Imperatorem more jam recens exorto excommunicat, *can. Siquis, can. Constitutiones 16. quæst. 7.* Frisigensis *lib. 7. cap. 14.* Ea res multos Germaniæ Principes, in his maximè Moguntinum, ad rebellionem commovit. Cæsar itaque ad Pontificem Legatis missis, de pace actionem instituit, sed ea, morte Pontificis, abrumpitur.

32 Ab ejus obitu, cum Gelasius Pontifex à Cardinalibus creatur, Cæsare non interpellato, Imperator mullam sui rationem habitam esse molestè ferens, mox Romam venit, & Mauritium Bracharensem Archiepiscopum, Papam constituit. Gelasius verò dejectus, Cæsare abeunte, eum cum Papa devovet, & per Germaniam legatis missis exemplo prædecessorum subditos ad defectionem hortatur. Quare Henricus rebus suis metuens, in Germaniam revertitur.

Tandem, mortuo Gelasio, cùm qui in ejus locum suf- 33
fectus erat, Calixtus Secundus Sede deturbasset, Antipapam ab Henrico, ut dictum, constitutum, & Henricus potentiam Papæ, Nordmannorum viribus suffulti crescere, seque eisdem artibus peti, quibus pater eversus fuerat, videret, anno Domini 1122. Hostiense Episcopo allaborante ita conciliatur Papæ, *ut Imperator investituram omnem per annulum, & baculum dimitteret, & concederet in omnibus Ecclesiis fieri electionem, ac liberam consecrationem, ac regalia ablata, si qua haberet, restitueret aut, ut restituerentur, procuraret.* Pontifex rursus *concessit electionem Episcoporum, & Abbatum in præsentia Imperatoris fieri sine violentia ita, ut electus regalia per sceptrum ab Imperatore reciperet.* Concordia hæc est facta Vuormatiæ nono Kal. Octobris anno 1122. Abbas Vespensis *fol.* 271. Nauclerus *generat.* 37. Frisingensis *lib. 7. cap. 16.* Cuspinianus *in vita Henrici V.*

Sic jura Imperii, quæ penes Imperatores jam inde à 34
temporibus Constantini fuerant, auctore Hildebrando, Pontifices Romani sibi arrogarunt. Hinc Lotharius Saxo. Henrici V. Successor, quo licet vix alius inde à Carolo Magno in Italia gessisse feratur, non tamen vi, vel armis causam recuperationis jurium amissorum, sed querelis, & precibus agendam censuit. Siquidem cum ab eo Leodii, ut putant, Innocentius Secundus, factioni Petri Leonis Roma pulsus opem petiisset, pollicitus quidem eam est, sed ita, ut vires Imperii graviter attenuatas esse conquereretur, cum ei Papa jus conferendi Episcopatus, & Abbatias ademerit, & eo in Sedem Bationæ restituto, Imperator Germaniam repeiturus, sive persuasione Bernardi, quem secum Romam duxerat, sive metu majorum motuum rogare cœpit, ut investituras Episcoporum, quas Imperatores multo tempore ante se habuissent, restitueret. Sed licet benemeritus de Innocentio esset, nihil tamen precibus, vel querelis efficere potuit.

Et si autem jus constituendi Pontificis Henricò ere- 35
ptum subsequentes Imperatores Lotharius, & Conradus neglexerint; tamen qui majestatis Imperii amantiores fuere, idem jus sibi asserere non dubitarunt. Nam Fridericus Primus, qui circiter annum Domini 1154. regere cœpit, majestatem Imperii totis tringinta annis, quibus Imperio præfuit feliciter defendit. Post ortum etiam inter Alexandrum, & Victorem Schisma, hoc mortuo, illo Romam tenente, Fridericus apud Vuirtzburgum omnium Imperii Ordinum frequentissimo conventu coacto, ipsorum consensu Guidonem Cremensem, Paschalem postea nominatum, Pontificem elegit, ac decretum fieri, promulgarique curat; *nullum postea Pontificem fore, nisi qui more majorum consensu Imperatoris creetur, atque nuncius dumtaxat Christi, successorque Petri, non etiam Cæsareæ potentiæ pertinax æmulus esse velit.* Atque singulis juramento adactis, haud alium, aut recepturis, aut passuris Pontificem, etiam mortuo Imperatore, edicto præcipit, ut novi Episcopi à Moguntino inaugurentur, ac mox, dissoluto Conventu, Romam profectus, Paschalem vi introducit, & in Germania Episcopatus, & Abbatias more majorum confert, quod Henrici concessionem Pontifici factam, nulla ratione in præjudicium Imperii valere, & quod Principes Germaniæ ei minimè consensisse, sciret, Aventin. *lib. 6. fol. 643.* Radevic. *lib. 3. cap. 55.* Gloss. *in auth. quomod. oport. Episcop. v. conferens*, Petrus de Bellapert. *in procem. instit.* Alber. de Rosate *in l. benè à Zonone C. de quadr. præscript.*

Secundus ab hoc Fridericus junior in initio quidem ma- 36
xima immunitate Sacerdotum genus donavit, ut privilegia Clero ab ipso concessa testantur. Sed cum mox Romani illis adversus eum abuterentur, & Gregorius Nonus

regnandi cupiditate captus, Imperium discordia debilitare, & Fridericum diris è fastigio rerum humanarum deturbare moliretur, pro commissa sibi à Deo potestate; enseque divinitus tradito, ei fortiter restitit; & ut eundem abdicata regnorum, & humanarum litium cura profanorumque negotiorum administratione, quibus illi interdictum esset, ad æmulanda pauperis Christi, cujus Vicarium se jactaret, vestigia cogeret, omni animi contentione incubuit. Namque hæc, inquit, perniciem esse Religionis adeò, *ut homo ille, qui dicitur Papa, divitiis nimium auctus, maximo pietatis Christianæ detrimento omnia sibi licere, more tyrannorum pessimorum, putet, actionem actuum nemini, quasi Deus sit, reddere velit &c.* Aventin. *lib. 6. fol.* 671. Ac sanè hic Imperator, tum forensi, tum bellica laude clarissimus, Imperio suam majestatem reddidisset, nisi in ea sæcula incidisset, quibus, & Principum, & vulgi animi falsa opinione fascinati, Pontificiæ Sedi adversari, piaculum duxere potiorem ejus, quàm patriæ libertatis, ac majestatis Imperii rationem ducentes.

37 Cæterùm, hoc Principe extincto, tum Pontifices suam potentiam ampliare cœperunt, quod à morte ejus per annos circiter quinquaginta septem, Italia, & ob interregnum, quod ad viginti duos ferè annos duravit, & ob civiles dissensiones ab Imperatoribus negligeretur, & Regno Neapolitano à familia Fridericiad Andegavenses translato, Pontifices armis Gallicis subnixi Imperatoribus non temere oppugnandi viderentur.

38 Donec rerum summa anno 1314. ad Ludovicum Bavarum delata, is Jura Imperii obliterata sua assertione contra Joannem XXII. nitori pristino restituere cœpit. Aventin. *lib. 7. fol.* 760. *& seq.* Nauclerus, & alii. Nam cum à Pontifice excommunicatus esset, quod Italiam cum exercitu ingressus, municipiis, ac oppidis præfectos, ipso oppugnante constituisset, & quod statim post electionem, antequam à Papa juberetur, nomen, jusque Imperii sibi usurpare non dubitasset, ille de consilio Procerum, Petrum Corbariensem Ordinis Minorum, ex Reatino agro oriundum, more majorum Pontificem creavit, & hominibus divini, humanique juris consultissimis, convocatis, ostendit, *Papam nullum omnino jus supra Cæsarem habere*, imò contra, *Papam cum omnibus spiritualibus, summos, & infimis, debere esse subjectum superiori potestati.* Simulque sine discrimine omnes Episcopatus, & Prælaturas Imperii, frendentibus, & varia contra ipsum bella, excitantibus Romanis, contulit.

39 Qui deinceps hunc subsequuti fuere parum contra Principes movertunt, sed illos in quieta juris possessione, vel quasi reliquerunt. Nam, & successor Ludovici Carolus IV. de consensu Papæ Innocentii VI. qui in Galliis tum erat, ab Hostiensi Cardinale, se Romæ ea lege coronari passus est, ne vel Romæ, vel in Italia diutius hæreret, & sigismundus Imperii sui tempore duplici Paparum Schismate exorto, quos suo jure pellere debuisset, non sine gravissimis laboribus, sumptibus, & periculis, regna Chiistiani Orbis ferè omnia pervagatus, auctoritate Concilii generalis Constantiæ indicti, Pontificatu moveri voluit. Naucler. *gener.* 461. Cuspinianus, & alii.

40 Postremò verò cum Fridericus Austriacus ejus nomis nis III. anno 1441. Conventu Moguntiæ indicto, ac Rege Galliæ ad eum per litteras invitato, magnum quid pro Imperii honore, ac commodo moliretur, ejus præclari conatus à Pontifice Regi Gallorum frequentationem istius Conventus dissuadente, repressi fuere. Dicant enim, ait Krant. lib. 3. *Saxoniæ cap.* 4. *Siquis ideo Imperator non est, quia à Papa confirmatus, aut consecratus non est, quis consecravit Augustum, & omnes ab eo Augustos usque ad Carolum Magnum, nisi ille, per quem Reges regnant, & potentes justa decernunt. Prov.* 8. *v.* 16. *Proinde non fraudemus optimos Principes honore suo. Scimus quo ordine Pontifices ad eam se consecrationem ingerebant.*

Hactenus pro Imperatore.

His tamen minimè attentis, sit prima assertio. Catholica Dignitas Summi Pontificatus, quæ hactenus 41
semper fuit in Episcopo Romano, non ab Imperatoribus, neque ab aliis hominibus, sed ab ipso Christo immediatè creata est, & ex ipsius præcepto, & institutione assiduè perseverat. Assertio est de fide, illamque confirmat Suarez *de triplici virtute theolog. disp.* 10. *sect.* 1. *&* 2. Hinc Gelasius Papa in Concilio septuaginta Episcoporum Romanam Ecclesiam asserit, à Christo Domino habere primatum monarchicum, quod esset maximè conveniens ipsi Ecclesiæ, ut probat idem Suarez *loc. cit. sect.* 2. *disp.* 9.

Quare mirum est, quosdam auctores fateri ex tra- 42
ditione etiam Apostolica, Primatum hunc maximè convenientem esse Ecclesiæ, & non ad Christum, sed ad Apostolos illius institutionem velle revocare. Quod probant ex eo, quod Romanus Pontifex frequenter vocatur Petri Vicarius, ut *in Can. Ergo Ludovicus d.* 63. ac sæpè alibi, quasi vices illius suppleat, & ideò ab eo sit institutus. Nam Julius Primus *ep.* 1. apertè docet, Apostolos voluisse Ecclesiam Romanam habere Primatum. Immò, quod difficilius est, Anacletus Papa *ep.* 2. affirmat, Apostolos voluisse Petrum habere Primatum. Quæ sententia erronea est ac fundamento destituta. Nam præcipuè ad Ecclesiæ fundationem pertinet, neque potest talis Primatus consistere absque speciali Spiritus Sancti assistentia, quæ non nisi ex ipsius Christi promissione, ac institutione haberi potest. Dicitur autem Pontifex Romanus Vicarius Petri non proprièt; nam verius, & magis propriè dicitur Vicarius Christi, ut loquitur Concilium Lateranense sub Leone X. & habetur *in cap. ubi periculum de elect. in* 6. & apud Bernardum *lib.* 2. *de consid. ad Eugen.* Solum autem modus ille dicendi verus est, quatenus Romanus Pontifex sedet in Cathedra, & Sedem Petri, ac veluti personam ejus sustinet, non quia ab ipso sit institutus. Anacletus autem *ep.* 3. negat expresè, ab Apostolis habuisse Primatum. Undè cum alio in loco dicit Apostolos ita voluisse, loquitur necessariò de voluntate consentiente in Primatum Petri, non de constituente, eodemque modo potest exponi Julius, quamvis etiam aliam admittat expositionem.

Hinc evincuntur ii qui Summum Pontificatum in- 43
troductum ex hominum institutione crediderunt, si cut Patriarchatum Constantinopolitanum, vel Alexandrinum, & in his Ocham. *in dialog. par.* 1. *lib.* 1. *cap.* 13. *&* 23. referente etiam Turrecremata *lib.* 22. *cap.* 39. dixisse quosdam institutam fuisse hanc dignitatem ab Imperatoribus. Quod etiam vult Calvinus, inquiens. Phocam Imperatorem Græcum dedisse Pontifici Primatum in Græcos, Pipinum, & Carolum Magnum in Gallos, & Germanos. Quod sanè falsò asseritur. Nam evidens est, Pontificiam dignitatem esse multò antiquiorem. Phocas igitur solum declaravit edicto Romanam Ecclesiam esse caput omnium Ecclesiarum, idque, ut ambitionem Patriarchæ Constantinopolitani compesceret, ut Beda refert *lib. de sex ætat. in Phoca.* Quod tamen idem declaraverat Justinianus Imperator *ep. ad Innocentium Secundum*, & Valentinianus utroque antiquior *ep. ad Theodosium.* Pipinus autem, & Carolus Magnus nihil Spiritualis potestatis in Galliam, vel Germaniam Episcopo Romano contulerunt. Multo enim tempore ante ipsos Leo Papa *ep.* 89. & Gregorius *lib.* 4. *ep.* 52. scripserunt ad Episcopos Galliæ, tanquam Pontifices Summi, ac eorum Superiores. Per id quoque tempus antequam Pipinus in Regem Francorum eligeretur, Primates, & Galliarum populi relaxationem juramenti ob justas causas à Summo pontifice petierunt, ut licitè possent iniquum Regem deponere, ac Pipinum surrogare, quemadmodum narrant paul. Diacon. *lib.* 6. *de gest. Longobard. cap.* 5. &

Paul.

Paul. Æmil. *lib.* 1. *&* 2. *de gest. Francor.* ac Blond. *de ead.* 1. *lib.* 10.

44 Evincuntur ac illi, qui opinati sunt, Constantinum Imperatorem dedisse Primatum Episcopo Romano *can. Constantinus d.* 96. ut per Marsilium Patavinum, damnatum à Ioanne XXII. ut refert Turrecrem *lib.* 2. *cap.* 42. *& lib.* 4. *in fine*, Hoc idem putavit Joannes Hus, damnatus in Concilio Constantiensi *sess.* 14. contra quos illud etiam sufficit, quod planè ostenditur, hunc Primatum Ecclesiæ Romanæ esse multò antiquiorem. Immò & ipse Constantinus in eo Canone confitetur, principatum Sacerdotum, & Christianæ Religionis caput ab Imperatore cœlesti institutum esse. Quocirca quæ ibidem Constantinus Pontifici Romano largitur, nihil modò de illius Canonis auctoritate disputando, partim ad dominium temporale spectant, partim ad executionem dignitatis Pontificiæ, non ad ejus institutionem. Nam licet ante illa tempora Episcopi Romani in totam Ecclesiam haberent auctoritatem, attamen ob persecutiones, aliaque impedimenta non poterant, ut oportebat, sua uti potestate, totamque Ecclesiam gubernare; quod ut facere liberius posset, Constantinus curavit.

45 Pariter evincitur Lutherus, qui finxit, hanc dignitatem à Constantino IV. emanasse, prolato ex Platina testimonio in vita Benedicti XII. sed eadem certitudine Lutherus excluditur ex iis, quæ hactenus adduximus. Platina verò solum refert habere olim Imperatores Jus quoddam confirmandi Pontificum electiones, cui Constantinus IV. suo tempore cessit. Illud porrò jus, quomodo Imperatores habuerint, inferiùs dicetur.

46 Denique convincuntur, qui autumant, Primatum, fuisse concessum Episcopo Romano ab universa Ecclesia in Concilio Nicæno. Ibi namque datum esse, ajunt, privilegium Romanæ Sedi, ut in gravioribus causis ad illam ex universa Ecclesia posset appellari. Vnde Melchiades Papa *ep. ad Episcopos Hispaniarum*, Damasus *ep. ad Prosperum*, Zosimus *ep. ad Episcopos Africæ*, cujus verba in *Concilio* 6. Carthaginensi habentur, & Julius primus *Epist. ad Orientales* de hac dignitate tractantes, solùm eam referunt in Ecclesiæ consuetudinem Conciliique Nicæni definitionem. Quod senserunt etiam Africani Episcopi in illo sexto Concilio, profitentes, se obtemperaturos, si Canon ille Nicænus reperiretur. Idipsum indicatur in Concilio Caleedonensi *act.* 16. & Romano quarto sub Simmacho.

47 Hæc autem sententia est non solum hæretica, sed ex ipso usu, & traditione planissimè convincitur falsitatis, atque ex ipso etiam Concilio Nicæno impugnari potest. Nam in plerisque aliis Canonibus pronunciat, veterem esse consuetudinem, ut inter omnes Episcopos, Romanos Primatum habeat. Nullam ergo dignitatem, vel potestatem Concilium illi attribuit, sed, ut paulò ante dicebamus, ante Constantini, & Concilii Nicæni tempora aliunde attributam exercere non poterat. Declaravit itaque Concilium Nicænum, postulante Ecclesia, ut Romanus Pontifex, quod ad appellationes suam potestatem exequeretur. Adde præterea, Pontifices Summos omnibus regulis fidei fuisse usos ad suam dignitatem confirmandam, Evangelii testimoniis, traditione, Conciliorum decretis. Neque oportet, ut omnibus simul regulis semper utantur, sed illa quæ pro temporum opportunitate, & eorum, ad quos sermo est, capacitate, videtur utilior, & accommodatior. Et quoniam, res semel in Concilio definitæ, solent expressius, & clarius retineri, ideò sæpè allegant Concilii definitionem, non instituentem, sed veritatem declarantem. Sic Nicolaus Papa *epist.* ad Michaelem Imperatorem, *Hæc*, ait, *privilegia à Christo Domino sunt donata, à Synodo celebrata, & honorata.* Et Joannes Secundus *Epist. ad Justin.* postquam dixerat Ecclesiam Romanam cæteram omnium esse matrem, subdit, *Sicut Patrum Regula, & Principum statuta declarant.*

Comprobatur autem assertio ex variis titulis, qui- 48
bus Pontifex asseritur constitutus à Deo in fundamentum Ecclesiæ, & ejus moderatorem. Idque diserte agnoscit S. Cyrillus apud D. Thom. *opusc. 19. cap.* 3. & alii Patres apud Bossium *lib.* 18. *de signis Ecclesiæ cap.* 6. ac esse de fide agnoscit Duallius *tr. de Pontif. par.* 1. *quæst.* 7. Multipliciter hanc veritatem confirmant, & illustrant Canus *lib.* 6. *de loco cap.* 3. *prop.* 2. Franciscus Agricola *lib. de Primatu S. Petri cap.* 20. Azor. *tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 11. *quæst.* 3. Cajet. *tom.* 1. *opusc. tr.* 3. *cap.* 1. & Bellarminus *lib.* 2. *de Pontif. cap.* 17.

Sit secunda assertio certa: Dum Pontifex Summus 49
creatur, Electores personam designant, solus autem Christus immediatè confert dignitatem, ac potestatem. Id enim volunt Pontifices, & Patres, cùm docent, Romanum Pontificem habere à Christo Domino potestatem, Papam esse Christi Vicarium. Si enim Ecclesia præberet hanc potestatem, posset illam limitare, vel augere, vel modum illi præscribere, ut solet Pontifex, cum Episcopos creat. Nec Christus dedit hanc potestatem toti Ecclesiæ, idèoque nec ipsa potest illam dare. Cæterùm Christi concessio, quamvis respectu designatæ personæ nova sit, ex priori tamen concessione, facta Petro originem habet, atque etiam moraliter eadem est cum illa. Tunc enim stabili, unaque voluntate statuit Christus, eam Petro concedere, ac omnibus ejus legitimis successoribus, loco illius ritè, & canonicè electis, seu designatis. Potestas verò eligendi, ac designandi personam data fuit hominibus, ut patet ex usu Ecclesiæ. Nam expediens quidem fuit, hominem Ecclesiam humano modo gubernari, quod ad fidei posset. Nec erat consentaneum statui legis gratiæ ac fidei, ut semper de Cœlo expectetur signum ad cognoscendum, quem eligeret Dominus.

Itaque Romanus Pontifex jura sua in universum Eccle- 50
siam non accepit ab hominibus, neque per hominem, ne ab universa quidem Ecclesia, vel à Cardinalibus suffragium ad ejus assumprionem deferentibus, cum ab eis, ne eligatur quidem, propriè loquendo, sed tantum designetur, sive nominetur, jurisdictio autem ei, sic præsentato adveniat à Deo, ut rectè statuunt Driedo *lib.* 5. *de libert. Christian. cap.* 13. Nanclantus *opusc. de potest. Papæ sub initio*, Suarez *tract.* 1. *de fid. disp.* 10. *sect.* 4. *num.* 3. Vt proinde liceat de unjuscujusque Pontificis creatione dicere, quod de Symmachi electione Ennodius *in Apologet. In Sacerdotalis Concilii sententia, inspirante Christo, oracula superna paruerunt, & inter Deum atque homines interpres extitit lingua Pontificum &c. Illa enim Cœli curia variarum dotibus aucta curulium, & multo redemptoris nostri auro, ostroque decorata, nihil in illa discussione auctore se protulit, sed per humanæ linguæ ministerium divino militavit Imperio. Intellexit, non esse suum quicquid impulsa constituit. Nihil habet in illa sententia, nisi unde de sola devotione gratuletur; peregrinum stylus sensit eloquium, inde sumens solam gloriam, quod infusa sibi servavit, & coluit.*

Non poterat luculentiùs dicere, designari tantul. 51
ac præsentari, non etiam eligi à Cardinalibus Romanum Pontificem. Obiter porrò advertè fortassis longè anterius, quàm vulgò statuunt, ac etiam ante tempus notatum à Constantino Cajetano ad calcem *opusculi* 31. Petri Damiani, Cardinales S. R. Ecclesiæ purpura usos, ut dicto Ennodii loco insinuari videtur.

Est ergo Pontifex Vicarius Christi, & caput Eccle- 52
siæ jure divino immediato, hoc est non ea tantum generali ratione, qua legitimi Principes habere dicuntur dominium à Deo, quia per Deum Reges regnant, etiamsi jura sua, saltem spectata radice prima ab hominibus potestatem regendi in eos transfundentibus sunt adepti, isque sit primus fons civilis jurisdictionis eorum. Gregorius quidem Secundus *epist.* 1. *ad Leonem Isaurium* ait, se à S. Petro accepisse facultatem, ac potestatem, atque auctoritatem irrogandi ei pœnam, sed

sensus est, S. Petrum fuisse primum, cui ea potestas collata fuerat, se verò jure successionis, quo S. Petro suffectus erat, eandem accepisse, non tamen à S. Petro sed à Christo.

53 Hinc Glossa *ad cap. cum venisset de sacr. unct.* & ibidem Jo: Andreas, Otho Frisingensis *lib. 3. cap. 25.* Jordanus *lib. de Imperio, & elect.* ac Durandus *in ration.* Capistranus *in tract. de potest. Papæ p. 1. 2. p. princip. n.* 8. Troilus *de sanctor. Canoniz. dub. 2. num. 38.* & Jacobatius *de Concil. art. 1. num. 91.* rationem petunt, cur Romanus Pontifex, præter cæterorum Episcoporum morem non utatur baculo pastorali. Sic enim Juo *epist.* 157. nominat, quem *epist.* 8. *&* 60. *&* 236. pastoralem virgam appellat, passim pedum vocamus, quod esse notam jurisdictionis, & pastoralis dignitatis à Pontifice Romano habitæ, haberur ex octava Synodo in causa Photii. Et hæc est illa mystica ratio, quam subesse huic defectui virgæ pastoralis in Romano Pontifice, dixit Innocentius Tertius *d. cap. cum venisset in fine.*

54 Confirmo hanc veritatem illustri testimonio Petri Damiani *opusc. 5. in Serm. ad Mediolanenses tumultuantes*, & totidem verbis *opusc. 4.* ferè sub initio, ubi agens Romanæ Ecclesiæ defensorem, ejusque causam cum regio advocato disceptans, fontem jurisdictionis Romanorum Pontificum, & unde habeant quod sint Ecclesiæ suprema capita sic exponit: *Omnes, sive Patriarchii cujus libet apices, sive Metropoleon primates, aut Episcopatuum cathedras, vel Ecclesiarum cujuscunque ordinis, dignitates, sive Rex, sive Imperator, sive cujuslibet conditiones homo purus instituit & prout voluntas aut facultas tulit, specialium sibi prærogativarum jura præfixit. Romanam autem Ecclesiam solus ille fundavit, & super Petram fidei mox nascentis erexit, qui Beato vitæ æternæ clavigero terreni simul, & cælestis Imperii jura commisit. Non ergo qualibet terrena sententia, sed illud verbum, per quod condium est cœlum, & terra, per quod denique omnia condita sunt elementa, Romanam fundavit Ecclesiam, illius certè privilegio fungitur, illius auctoritate fulcitur. Undè non dubium, quin quisque cuilibet Ecclesiæ jus suum detrahit, injustitiam facit, qui autem Romanæ Ecclesiæ privilegium ab ipso summo omnium Ecclesiarum capite traditum auferre conatur, hic procul dubio in hæresim labitur, & cum ille notetur injustus, hic est procul dubio dicendus hæreticus. Eidem quippè violat, qui adversus illam agit, quæ mater est fidei, & illi contumax invenitur, qui eam cunctis Ecclesiis præstitisse cognoscitur.* Præclarè idem tradit Gregorius VII. *lib. 8. ep. 21.*

55 Si qui verò interdum Patres, aut Doctores videntur humanum suffragium in delatione potestatis Christi Vicariis concessæ admittere, accipiendi sunt de manifestatione, & comprobatione ejus, quod ferebat cœleste privilegium, ut loquitur Alexander III. *ep. ad Reges Danorum, atque Gothorum.* Optimè verò id expressit Rupertus *lib. 2. de oper. Spiritus Sancti cap. 28.* ubi præmissis locis ex Matthæi *cap. 16.* & Joannis 21. quibus oracula de Petro in Clavigerum, & Agnorum Pastorem per Christum renunciato, continentur addit: *Talia, ac tanta præeunte Evangelicæ veritatis auctoritate Christianissimi Imperatores post multa tempora, omnesque Ecclesiarum Principes hoc censuerunt, & lege perpetua firmaverunt, ut sicut Imperatoris omnes Præfecti, vel Judices, sic Beato Petro, & secundum dignitatem ejus excellenti Romano Pontifici, cæteri subiecti sint Ecclesiarum Pontifices. Magnus honor, & grandis celsitudo.* Lege Turrecremata *lib. 2. cap. 44.* Cajetanum *opusc. 1. de auctorit. Papæ cap. 13. & par. 2. apolog. cap. 22.* ac Turrianum *lib. 1. contra Centuriatores cap. 18.*

56 Sit tertia assertio, etiam certa: Modus eligendi Pontificem non fuit à Christo præscriptus, sed commissus est Ecclesiæ. Constat enim, varium fuisse in Ecclesia hujus electionis modum. Si autem Christus modum determinasset, ille idem, ac unicus fuisset semper in Ecclesia servatus. Petrus quippe, qui fuit Primus Pontifex, Successorem sibi delegit Clementem, ut constat ex ipsius Clementis epistolis, & ex *Epistola 2.* Alexandri Primi ad Orthodoxos, ex epistola Joannis Tertii ad Episcopos Germaniæ, & ex *can. Si Petrus, & can. Vnde 8. quæst. 1.* Et si Clemens re vera non videatur fuisse secundus Pontifex à Petro, ac proinde ab eo non fuerit electus. Desumitur tum *ex Canone Missæ*, ubi Linus, & Cletus ante Clementem numerantur, tum ex variis Patribus, & historiis. Irenæus namque *lib. 3. cap. 3,* Anacletum post Linum recenset, deinde Clementem. Lapsus tamen ex nominis analogia, cum pro Cleto Anacletum posuerit. Idem sentit Hieronymus *de script. Eccles. in Clemente.* Eusebius verò *lib. 3. histor. cap. 14.* Linum post Petrum collocat, tum Clementem. Hoc idem habet Augustinus *ep. 165.* & Epiphanius *Serm. 27.* & Platina Linum & Clerum prius numerant. Propter hæc Turrecr. *lib. 2. cap. 51.* negat, Petrum elegisse Clementem, qui sibi succederet, solumque nominasse illum, ut postea eligeretur. Quod manifestè facit contra ea, quæ dicunt summi Bontifices in allegatis eorum epistolis.

At verò dicendum est, vel Clementem fuisse quidem 57
à Petro electum, & statim post mortem Petri renunciasse, ac noluisse succedere, quod sentit Epiphanius *loco citato*, vel certè probabilius Clementem de facto immediatè successisse Petro, ut per Damasum *in Pontificali*, Tertullianum *de præscript. hæret* Ruffinum *in præf. recognit.* Clementis *ad Gauden.* & indicant Pontifices adducti, ac Leo Secundus *in epist. decret.* De qua re Baron. *an. Christi 69. à num. 35.* Bellarm. *de Rom. Pontif. cap. 7.* & Azor. *tom. 2. lib. 6. cap. 6.* Linus itaque extitit Coadjutor Petri, eo vivente, Romanamque Ecclesiam gubernabat, illo absente, ipsique ante Petrum defuncto, Cletus in eodem munere suffectus est, tandem verò, mortuo Petro, Clementis ejus successoris Cletus itidem, quandiu vixit Coadiutor fuit, ob idque hi duo inter Episcopos Romanos numerantur. Vide Turrianum *lib. 3. contra Centuriatores cap. 10.* Post Petrum verò nullus Pontificum sibi elegit successorem, quamvis Epiphanius *eo loco* id videatur tribuere Lino, & Cleto, sed & sub dubio loquitur, ac potius de consecratione Episcopali, quàm de jurisdictionis potestate. Quare licet non sit omnino certum, probabilius tamen est, quod diximus.

Sit quarta assertio. Sub initio Ecclesiæ electio Sum- 58
mi Pontificis à Clero Romano, & Episcopis, qui Romæ essent, peragebatur, ut colligitur ex Cypriano *lib. 4. ep. 2.* ubi electioni Cornelii interfuisse ait sedecim Episcopos, ex Eusebio *lib. 6. hist. cap. 21.* dum de Fabiano scribit, atque ex Damaso *in Pontificali.* Expectabatur autem in hac electione populi consensus, non, ut suffragia ferret in electione, sed testimonium vitæ, ac morum ejus, qui eligebatur, de quo *can. cum longè d. 63.* & *can. electionem d. 79.* ac Cyprianus *lib. 1. ep. 4.* & *lib. 2. ep. 5.* Postea verò etiam consensus Imperatorum cœpit expectari ita, ut non censeretur omnino firma electio, donec Imperator assentiret. Quod privilegium aliquando fuit per tyrannidem usurpatum, ut ab Henrico V. tempore Paschalis secundi. Interdum falsò confictum, ut de quodam Othone refertur *can. in Synodo d. 63.* Interdum verò concessum ab ipsis Pontificibus, ut de Carolo Magno, & Pipino habetur *can. 2. Adrianus ead. d. 63.* Cui statim renunciavit Ludovicus, eorum successor, *can. ego Ludovicus ibidem.* Quamvis postea alii tentaverint illud reperere, de quo multa Pighius *lib. 3. de Eccles. Hierarch. cap. 13.* & Paludan. *lib. de republ. Ecclesiast. cap. 7.* Turrecremata, & Bellarminus *lib. 2. de Rom. Pontifice cap. 17.* alliique. Vnde perperam Francorum Reges in posterum ad hæc Carolina, & antiquiora tempora provocarunt, cùm in Episcopos ageretur, neque de Romano Pontifice dubitatum est post Gregorium VII. licet ante ipsum Nicolaus Primus fuerit, qui Pontificiæ dignitati maximam potestatem vindicare palam per fas visus sit, & Adrianus

nus Secundus successor Nicolai, vestigia illius prudenter premendo, non arbitria modo Regnorum assequutus fuerit, sed fulmina excommunicationis in hos usus torquendæ justissimè intentavit. Sicque *d. can. 2. Adrianus d. 63.* in quo dicitur, quod potestas eligendi Summum Pontificem, spectat ad Regem; fuit sanè, ut ibi dicitur data Carolo Magno potestas ordinandi Sedem Apostolicam, & investiendi Archiepiscopos, & Episcopos per singulas provincias, & *d. can. in Synodo eadem dist.* in quo pariter fuit concessa potestas per Leonem Pontificem Othoni Primo, Theutonicorum Regi, & ad suos successores prorogata, aliique Canones hujusmodi loquuntur in privilegio, quo casu laici se immiscere possunt rebus spiritualibus, & de jure verò communi, secus dicendum est per textum *in can. 1. Adrianus cum sequentibus d. 63.* Investituras siquidem Ecclesiasticas per annulum, & baculum possunt laici conferre Summi Pontificis permissu, concessu, ac privilegio, cujus rei documentum exhibuit Paschalis Secundus, cùm in potestatem hostis Henrici V. redactus, ei jus investituræ, necessitate ita flagitante, & justa fortassis causa urgente, concessit. Signa tantum sunt sacræ rei, potestatis scilicet Ecclesiasticæ acceptæ, vel accipiendæ baculus, & annulus. non tamen in semetipsis adeo sacra, ut actum Ordinis supponant, aut Sacramentum contineant, sed actum quendam jurisdictionis æternæ, cujus concedendæ non est simpliciter incapax potestas sæcularis, si aliquo inevitabili casu à Pontifice recipiat facultatem, atque Sacramentum includant, vel facultatem disponendarum Ecclesiarum, vel rerum Ecclesiasticarum, aut potestatem animarum regendarum laicis sunt penitus interdicta, & solis Ecclesiasticis à Christo concessa. In eo consistebat pernicious error, & manifesta hæresis illorum, qui Guiberto Antipapæ, & Henrico Regi tunc adhærebant, quod jus investituræ Ecclesiasticæ Imperatoribus ex officio competere contumaciter, & obstinatè contendebant, & licitas illas investituras esse sibi, aliisque persuadebant. Eas verò tanto studio sibi vindicabat Imperator, & qui circumdabant ministri, Ecclesiæ temporalibus lucris inhiantes, & nundinationes circa hæc exercentes, eo dumtaxat tendentes, ut vel pecuniam extorquerent, vel sibi inordinatè subjectas Episcoporum efficerent personas. De his videndus illius temporis scriptor Goffridus Vindocinensis Abbas apud Jacobum Gretserum *lib. 2. cap. 23. contra Replicatorem*, & Joannes Lugdunensis Archiepiscopus apud Baronium *anno 1111. tom. 12. Annal. & anno 1059.* Hinc valdè cavendum est Pontificibus ab hujusmodi privilegiis sæculari potestati concedendis, ne impetratum à Sede Apostolica beneficium in Ecclesiæ demum convertatur maleficium. Obvia sunt exempli, sed illud omnium hoc ipso tempore maximè perniciosum, concessum scilicet, vel confirmatum Henrico Regi in Concilio Romano jus super electionem, aut confirmationem Romanorum Pontificum propter extinctum à patre Henrico Tertio Schisma, & legitimum Pontificem Romanæ Ecclesiæ pace reddita; constituram, quo filius abusus est ad novas excitandas excisuras, dum ejus auctoritate, ac potentia duo pseudopontifices Cadalous & Guibertus contra duos Sanctissimos Pontifices Alexandrum Secundum, & Gregorium Septimum sunt intrusi.

59 Cur igitur Imperatores eo privilegio nunc non utantur, plures sunt rationes, de quibus *in can. quia Sancta Romana §. verum. d. 63.* Prima est, quia Principes sæculares illo abutebantur; nam illius prætextu opprimebant Ecclesias, earumque jura, ac libertates, aut minuebant, aut adimebant. Unde non indignum videri debet, si hoc privilegium fuerit postea revocatum, cùm, cessante causa privilegii, cessare debeat privilegium *l. generaliter C. de Episc. & Cler.* Causa autem concessionis, ut dicitur *in d. can. Adrianus 2.* fuit auxilium, quod præstitit Carolus adversus hostes Ecclesiæ Romanæ. Cùm igitur, procedente tempore, ipsa causa cessaverit, quia successores Principes, quod tueri debebant, evertere conabantur, non debet cuipiam mirum videri, si ipso privilegio, quo abutebantur, fuerint privati. Quando enim aliquid conceditur propter necessitatem, durat concessio, quandiu urget necessitas, *can. generaliter 16. quæst. 1.* & notat Panorm. *in cap. cum venerabilis in fine de consuet.* Facitque quod notat Bald. *in l. veluti ff. de just. & jur. & in l. cum proponas C. de naut. fœn. & in rubr. de consuet. in fin. & in rubr. de fid. instr.* Anchar. *in cap. possessor col. 27. de reg. jur. in 6.* Glol. *in can. quod pro necessitate 1. quæst. 1.* per quam aut Corsetus, quod si aliqua collecta est imposita civibus pro necessitate urgente, ea cessante, debet cessare collecta. Quod, inquit, notandum contra Principes imponentes Collectas suis subditis ob causam, qua cessante, non curant gravamen tollere. Adde Glol. *in can. fin. 25. quæst. 1.* quæ latè probat, quod, cessante privilegii causa, illicò cessat & privilegium. Et quidem privilegium meretur amittere, qui, concessa sibi abutitur protestate, *can. tuorum 11. quæst. 3. cap. privilegium de privil. textus in can. posteaquam Ecclesiæ in fin. 25. quæst. 2.* Idque maximè, quod speciæ licitæ electionis eis permissæ, multa committebant illicita contra *l. quis sub. pratextu C. de Sacros. Eccles.*

Secunda, quia multi ex Imperatoribus prolapsi fue- 60
rint in hæresim, unde, eo veneno corrupti, Sanctæ matris Ecclesiæ unitatem impugnabant, ideòque hoc privilegio indignos se reddiderunt. Non enim quis debet ex eo fructum consequi, quod vilus fuit impugnare, *cap. ex eo de reg. jur. in 6.* Cùmque eo pacto graviter deliquerint, meritò privilegium hujusmodi amiserunt. Nam delinquens amittit privilegium, alias sibi concessum, *l. sed si ex parte §. quanquam ff. quod cum eo, & l. etiam §. fin. ff. jol. matr.*

Tertia est, quia post illud privilegium supervenit con- 61
suetudo, ut electiones Pontificum celebrarentur, inconsultis Imperatoribus, eorumque legatis, quæ sanè consuetudo debet prævalere, quia rediglt rem ipsam ad suum proprium statum. Res enim facilè revertitur ad suam naturam, *can. ab exordio d. 25. l. si unus §. pactus, ne pateret ff. de pact.* Demusque, quod nulla consuetudo fuisset inducta, eo tamen ipso, quod præsentibus Legatis Imperatorum, ac eis inconsultis, fuerunt nonnullæ electiones Romanorum Pontificum celebratæ, quas ipsi Legati non impugnarunt, tacitè renunciarunt juri, quod prius Imperatores habebant, præsertim quod Legati Imperatoris, qui erant præsentes, cum iis inconsultis electio facta fuit Adriani Secundi, eundemque Adrianum humiliter, ut Pontificem salutarunt, ut habetur in *can. cùm Adrianus II. dist. 63.* Facto enim quis renunciat juri suo, *cap. gratum de offic. de leg. cap. ex ore de his, quæ sunt à major. par. Cap. cum super de offic. deleg.* ibique Glosl. *v. confessus est.*

Quarta ratio est, quia Imperatores eidem privilegio 62
renunciarunt, & in iis fuit Ludovicus, ut habetur *in d. can. Ego Ludovicus dist. 63.*

Has rationes ponderat Glossa in *d. can. in Synodo v.* 63
officii d. 63. Quare Imperatores non possunt hodie uti hoc privilegio, cùm per rationes modò expressas, sit illi derogatum. Quod firmat Panormit. *in cap. quod sicut col. 3. de elect. & in d. cap. venerabilem*, ibique Glosl. *v. in Germanos eod. tit.* Ex quibus patet, quod privilegia concessa laicis super rebus spiritualibus, possunt revocari per Pontificem, cùm in illis quisque teneatur obedire Summo Pontifici, ut notat Innocentius *in cap. inquisitioni de sent. excom.* Et in hanc speciem asserit Panorm. *in d. cap. venerabilem de elect.*

Neque alicujus momenti est, quod Imperator neque- 64
at Jura Imperii alienare, unde orta fuit illa quæstio, an sit valida donatio facta à Constantino Papæ Sylvestro, de qua fusè Alexander *in rubr. ff. de verb. oblig.* & Bar. Bel. *in cap. inter dilectos de fid. instrum.* ac Felin. remissivè in *cap. fulitæ in fin. de major. & obed.* recentiores passim, & nos alibi.

Nam

65 Nam licet constans opinio sit, quod Imperator non possit Jura Imperii alienare, id tamen intelligendum est, nisi per talem alienationem res ad suam naturam redeat. Hinc notat Butrius *in cap. statuimus de transact.* quod licet Prælatus inferior non possit regulariter transigere sine consensu Episcopi, *cap. de cætero eod. tit.* ubi tamen agitur de recuperando pristino jure Ecclesiæ jam deperdito, poterit transigere absque consensu Episcopi, ut sic facilius res ad suam naturam redeat per textum *in cap.* 1. *de pœn in 6.* quem etiam adducit Panorm. *in cap. veniens de præscript.* Hinc quoque Geminian. *in c. ab exord. d. 25.* vult, quod, & si Clericis jam promotis, non posset superior indicere asperioremi vitam, ipsis invitis, ut caveatur *in can. proposuisti d. 81.* si tamen illam indixerit, reducendo eos ad statum antiquum, à quo erant collapsi, non requiritur omnium consensus, sed majoris partis dumtaxat. An id autem locum habeat in Regularibus vide Glossam *in cap.* 1. *de stat. Regul. in 6. v. præsentes, & in can. gesta d.* 74. ac Innoc. *in cap. super eo de Regul. & in cap. dudum de convers. conjug.* & Panorm. *in cap. ad nostram de appel. & in cap. Deus, qui de vit. & honest. Cler. & in cap. cum ad monasterium col. pen. de stat. Regul.* Hinc etiam quamvis *in cap. cum Apostolica de his quæ fiunt à Præl.* requiratur necessario pro forma solemnitas Capituli in alienatione rerum Ecclesiæ, non requiritur tamen in actu, per quem res Ecclesiæ revertitur ad suam naturam, asserente id Jo: Andr. *in Specul. tit. de locat. §. nunc aliquo.* Hinc Feder. de Sen. *cons.* 14. decidit, quod licet exemptus non possit se subjicere superiori extraneo sine licentia Summi Pontificis; attamen Ordinario, alias suo, potest absque consensu Papæ, quia hoc modo res ipsa redit ad jus commune. Quod latè, discutit Panorm. *in sua dissputatione*, quæ incipit: *Duo Clericali ordine insigniti.* Hinc pariter procedit conclusio Panorm. *in cap. ad audientiam de Cler. non resid.* quod quamquam Episcopus in decernendo super statu Ecclesiæ debeat requirere Capitulum, *cap. novit de his quæ fiunt à Præl.* si tamen vult decernendo tollere consuetudinem super non residentia Canonicorum, potest id solus, cùm per ejusmodi decretum reducantur Canonici ad originarium, & primævum statum, in jure commuti constitutum. Quod procedit ubi Ecclesia indiget ministris. Hinc, tametsi, *in cap. cum accessissent de constit.* statuentes non possint regulariter auctoritate propria statutum à Papa, vel alio superiore confirmatum tollere, si tamen illud tollendo redirent ad jus commune, posse illos sine auctoritate superioris, qui illud confirmavit, tollere, firmat Bartol. *in l. omnes populi ff. de just. & jur.* per *l.* 2. *de injust. rup. testam. & l. hac consultissima §. Si quis autem C. de testa.* Bald. *in l. ex placito C. de rer. permut.* dicens, quod si Papa confirmat statutum, quod parer possit instituere hæredem filium illegitimum, potest populus auctoritate propria, irrequisito Papæ consensu, hujusmodi statutum revocare, redeundo ad jus commune. Vnde ait Glossa *in cap.* 3. *v. enumerandum de præb. in 6.* quod ubicumque sit aliqua concessio, per quam recedimus, à jure speciali, & redimus ad jus commune, semper fit latissima interpretatio etiam contra propriam naturam.

66 Nec dissimile est, quod inquit Bald. *in l. Si quis ad declinandam in lect. nov. C. de Episcop. & Cler.* dum ibi subjungit, quod in casibus, in quibus videtur alias necessaria clausula *non obstante*, non est illa necessaria, quando per id, quod disponitur fit reditus ad jus commune. Propterea decidit textus *in cap.* 2. *vers. cum non sit de decim. in 6.* quod restitutio privilegii concessi super novalibus, censetur pia, & benigna, quia per eam res magis rediit ad jus commune. Hisque addi potest Glossa finalis *in Clem. sæpè de verb. signif.* quæ ait, quod, licet causa ordinaria de consensu partium non efficiatur summaria, ut per Glossam & Doctores *in cap. de causis de offic. deleg.* secus tamen è converso. Potest enim eo casu summaria de consensu partium reduci ad ordinariam, quia res facilè revertitur ad jus commune. Quare inquit Specul. *in tit. de inquisit. §. 1. ver. sed numquid inquisitores*, quod si non apparet, an superior voluerit dare inquisitorem, vel Judicem, in hoc dubio debemus interpretari, quod voluerit dare Judicem. Quia per hanc interpretationem res ad jus commune revertitur, cùm inquisitio dicatur remedium extra ordinem. Quod sequitur Panorm. *in cap. exhibita de judic.* & comprobat Jo: Andr. *in cap. inter dilectos de excess. Præl.* dum ait, quod si executor Apostolicus nulliter conferat, & aliter non appareat de intentione Papæ, remittitur collatio ad Ordinarium, non autem ad Papam. Quia hoc est juri communi conformius, notatque Panormit. *in cap. cum venissent de integr. restit.* valere consuetudinem, quod Episcopus provideat de Prælato omnibus Ecclesiis, etiam collegatis, quamvis in illis habeat solam confirmationem, quia per talem consuetudinem res ad suam naturam, adque jus commune revertitur, de quo est Glossa *in cap. quamquam sub initio de elect. in 6.* facitque quod tradit Panorm. *cons.* 25. *incip. Canonicus Regularis*, ubi ait, quod, & si Clericus non possit consentire in alium Judicem sine consensu sui Episcopi per textum *in cap. significasti de for. comp.* hoc tamen fallit in Clerico subjecto ex jure speciali Prælato inferiori Episcopo; quia si consenserit in Episcopum, valet talis consensus, estque efficax, licet non interveniret consensus illius inferioris Prælati, cùm per id jurisdictio ad jus commune redeat. Hisque robur adjicit Panorm. *in cap. veniens de præscript.* ubi firmat, quod pactum, vel tacita renunciatio Prælati potest præjudicare Ecclesiæ, quando per hoc reditur ad jus commune, idque sive præjudicium sit leve, sive grave *per cap.* 1. *de pact. in 6.*

67 Quamquam igitur Imperator non possit alienare jura Imperii, neque renunciare tacitè, vel expressè juri, quod competit Majestati imperiali, id tamen non procedit, ubi res per alienationem, vel renunciationem redit ad jus commune, sicut fit in hoc casu, quod apertè docet Glossa *in d. can. Ego Ludovicus v. atque vinculis*, ibi: *Item quia per hanc concessionem &c. d.* 63.

68 Ex dictis igitur apparet, Episcopum, sive Papam Romanum ea ætate fieri solere à Sacerdotum Collegio, ideòt ab Episcopis de Clericorum testimonio, ac plebis suffragio. Sæpè enim variatus est mos eligendi Romani Pontificis. Primum, D. Petrus suos successores designavit. Anacletus ac cæteri usque ad secundum Schisma inter Damasum, & Vrsicinum Cleri suffragiis creati sunt ab Episcopis, si qui fortè præsentes essent, ut ex *præcitata epist.* Cypriani colligere est.

69 Postea verò Adrianus Secundus statuit, ut in electione Pontificis nullius sæcularis Principis consensus observaretur, atque etiam propter abusum consensus populi prætermissus fuit. Ac ita hujusmodi laicorum consensum numquam per se fuisse necessarium, constat ex Concilio Romano sub Symmacho Papa ex sexta Synodo generali, ac multis, quæ congerit Gratian. illa *dist. 63. & d. 34.*

70 Quare postmòdum revocatum est id jus ad Romanos à Gregorio VII. etiam palàm ante Pontificatum. Postremò ad solos Cardinales jus eligendi Pontificis delatum est. Quod quo tempore cœperit, non perindè constat. Nam & si à Nicolao Secundo tale quoddam statutum promulgatum sit, postea tamen adhuc aliquoties intercesserunt populi, & Cleri Romani suffragia. Ego tamen puto, Gregorio VII. ac Vrbani tempore electionem Romani Pontificis Cardinalibus commissam esse, ut patet ex *can. in nomine Domini d. 23. ex can.* 1. *d. 77. ex cap. licet exemplo de elect. cap. ubi periculum eod. tit. in 6.* ac *Clem. ne Romani eod. & ex Concilio Constantiensi sess. 8.* ubi damnatur Wiclefus, qui hanc Cardinalium electionem negabant esse legitimam, de quo Vvaldensis *lib. 2. de doctrinal. fid. antiq. art. 2. cap. 39.* Ivo Carnotensis *lib. 3. decret.* Hugo de S. Victore *lib. 2. de Sacram. par.* 1. *cap.* 14. & nos infra.

infra fusius. De origine verò ac dignitate Cardinalium vide præ aliis Turrecrematam, Paludanum, & pighium locis citatis, Villadiego, & alios *tom. 13. tract. par. 2.* ac recentiores passim.

71 Porrò, ut certo cognoscatur quinam fuerit hic Gregorius VII. utque à calumniis adversariorum, quas accurate confutat Bellarminus *de Rom. Pontif. lib. 4. cap.* 13. & Baronjus *ab anno* 1047. vindicetur, operæ pretium esse duxi catalogum dumtaxat hic attexere Auctorum, qui de illo honorificè scripserunt. Primò igitur siquidem Gregorii ætate scripsit Leo Hostiensis circa annum 1080. *in lib. 3. hist. Cassinensis*, multa de Sanctitate hujus Gregorii, in quibus etiam sunt cœlestes revelationes, & visiones probatissimorum servorum Dei. Eodem tempore de Gregorio, ut Sancto Pontifice, scripsit Marianus Scotus *lib.* 1. *Chron. ab anno* 1075. usque ad annum 1083. Item Lambertus Schaffnaburgensis *in hist. German.* non procul à fine, S. Anselmus Cantuariensis *in Epist.* 8. *& sub initio lib. de azymæ*, S. Anselmus Lucensis *epist. ad Guibertum* apud Abbatem Vspergensem, Stephanus Alberstatensis *in epist. ad Vualramum*, apud Dodochinum *in addit. ad Marianum Scotum*, Bernardus Corbeiensis *in Apologia pro Gregorio*, teste Thuritemio *in catal scriptor.* Guitmundus *lib.* 1. *& 3. de Sacramento Eucharistiæ*, denique Paulus Bernriedensis, & Gerochus Reichersbergensis, quos pro Gregorio scripsisse, & proprerea exilium passos, refatur Ioannes Aventinus *lib.* 1. *annal. Boior.* Hi decem Sancti, & docti scriptores viventem Gregorium defendebant, solus extat, qui accusat & scriptoribus illius ævi Benno Pseudocardinalis, cum non à vero Papa Gregorio VII. creatus fuit, ut mentitur Bibliander *in chron. tab.* 13. qui & ipsi Gregorio intimum fuisse dicit, sed ab Antipapa Clemente III. Imperator in odium Gregorii constituerat, ut patet ex libro Panuini *de Pontificibus.*

72 Deinde circa annum 1100. Sigibertus *in Chronico*, etiamsi Henrico Imperatori faveret, nullum tamen crimen Gregorio affingere ausus est eorum, quæ Benno, & Centuriatores referunt, solum tribuit ei zelum inconsideratum, & errorem circa Sacramenti ministros, à quo satis eum Anselmus purgavit. Porrò idem Sigibertus *ibidem* non tacet, pro Gregorio scripsisse Anselmum Lucensem, & hujus Anselmi sanctitatem à Deo signis, ac prodigiis comprobatam esse. Quod certè ad magnam Gregorii laudem pertiner. Non diu postea Gratianus circa annum 1150. decretum Gregorii retulit, *can. nos Sanctorum* 15. *quæst.* 6. & pro Gregorio egregiè scripsit Otho Frisingensis genere, ac eruditione vitæque probitate nobilissimus, *lib. 6. hist.* Gulielmus item Tyrius circa annum 1180. *lib.* 1. *de bello Sacro cap.* 13. & Gotfridus Viterbiensis *in Chronico suo universali par.* 17. Conradus, Abbas Vspergensis circa annum 1200. *in chronico*, & si nec apertè laudat, neque vituperat Gregorium, laudat tamen occultius multis modis, nullo autem modo reprehendit. Eodem tempore Dodechinus *in addit. ad Marianum* apertissimè Gregorium laudat, & Henricum vituperat. Vincentius circa annum 1250. *in Speculo historiali l.* 25. *cap.* 44. miraculis, ac dono Prophetiæ Gregorium VII. claruisse testatur, & eundem cum honore citat D. Thomas 2.2. *quæst.* 12. *ar.* 2. Martinus Polonus circa annum 1300. *in vita ejusdem Gregorii*, & Ioannes Villanus *lib.* 4. *hist. Florent. cap.* 21. Blondus circa annum 1400. *decad.* 2. *lib.* 3. Matthæus Palmerius *in Chron.* & Thomas Vvaldensis *tom.* 2. *cap.* 43. S. Antoninus circa annum 1450. *par.* 2. *sum. histor. tit.* 16. *cap.* 1. §. 21. Platina *in vita Gregorii*, & Æneas Sylvius *in compendio Blondi*, Ioannes Trithemius circa annum 1500. *in chron.* Joannes Nauclerus *in chron. gener.* 37. Albertus Krantius *lib.* 1. *Metropol.* & Sabellicus *Enead.* 9. *lib.* 1. ac Volaterranus *lib.* 22. *Antropologiæ*, res gestas Gregorii, ut planè sanctissimi viri descripserunt, quos omnes uni Bennoni ad retundendam Centuriatorum, ac Tilemanni impudentiam opponimus.

73 Et sanè, quotquot fuerunt illius temporis boni, piique scriptores, Gregorium summoperè commendant, vitamque extollunt à Religionis, zelo, à fidei tuendæ constantia, à fideli Pontificatus administratione, à virtutum splendore, à justitia, à temperantia, à sanctitatis, excellentia miraculis demonstrat, unde & meruit inter Sanctos connumerari, & à posteris miris encomiis celebrari, tria illa præstitit Ecclesiæ Catholicæ beneficia incomparabilia. E manibus sæcularium Principum Ecclesiarum vindicavit investituras: liberam electionem Romanorum Pontificum postliminio restituit, disciplinam Ecclesiasticam, penitus collapsam reparavit.

74 Porrò sunt, qui totam rem hanc ita se habere ab initio fusiùs differant, Gothis Italia omni Narseis Patritii opera pulsis, & ea cum Vrbe Roma orientalis Imperii parte facta sub Justiniano Imperatore novus quidam in Pontificiis Comitiis mos inolevit, ut mortuo Pontifice Romano, nova quidem electio more veteri majorum, statim à Clero, Populoque Romano fieret; verum electus Pontifex non ante consecrari, ac ordinari ab Episcopis posset, quàm ejus electio ab Imperatore Constantinopolitano confirmaretur, ipséque litteris suis patentibus facultatem Romano Pontifici concederet, ut ordinari, & consecrari posset, atque ita jurisdictionem Pontificiam tum obtineret, cujus facultatis habendæ causa necesse erat, ut electus certam pecuniæ quantitatem Imperatori transmitteret. Qua obtenta facultate, ipse postea consecrabatur, & Romanam Ecclesiam administrabat; antea enim idem dies Comitiorum erat, qui consecrationis Pontificiæ.

75 Hoc autem ideò Justinianum Imperatorem sua auctoritate sibi usurpasse contra jus, credendum est, ut Imperator certior fieret de novi Pontificis creatione, cujus tunc maxima erat auctoritas. Imperatoribus præsertim ab Italia absentibus, ne aliquo Pontifice minus grato Imperatori ordinato, Vrbs, & Italia eo auctore ab Orientali Imperio deficeret, & sefinitimis Barbaris traderet, quod Sylverium Pontificem aliquando tentasse sibi falsò persuaserat Imperator. Qua ratione fiebat, ut in novis Comitiis potissimum Romanus Pontifex crearetur, qui Imperatori, à quo confirmandus erat, amicus, aut gratus esse crederetur, & de quo ille confideret, nihil in Italia moliturum.

76 D. Gregorius *in Psalmo Pœnitentiali* 5. exponens eum versiculum: *Tota die exprobrabant mihi inimici mei* cum de Simonis Magi hæresi disputaret, conqueritur de illo onere impositio per Simoniacam pravitatem. *Hæc est*, inquam, *hæresis, quæ ipsa nascentis Ecclesiæ rudimenta tentavit, & antè alias hæreses prima apparuit. Cujus erroris vesania, licet ex tunc damnata fuerit, postea tamen in Ecclesia germine pestifero pullulavit. Nostris verò temporibus malitia sua virus exeruit, & totius Ecclesiæ pacem schismatica infestatione turbavit. Concitavit enim adversus Ecclesiam Dei, non solum innumerabilem populi multitudinem, verùm etiam regiam, si fas est dicere, potestatem. Nulla enim ratio fuit, ut inter Reges habeatur, qui destruit potius, quam regat Imperium, & quotcumque habere potest perversitatis suæ socios, eos à consortio Christi efficit alienos, qui turpissimi lucri cupiditate illecti, sponsam Christi captivam cupit abducere, & passionis dominicæ sacramentum ausu temerario contendit evacuare. Ecclesiam quippe, quam sui sanguinis pretio redemptam Salvator noster voluit esse liberam, hanc iste potestatis Regiæ jura transcendens, facere conatur ancillam. Quanto melius foret sibi dominam suam esse agnoscere?* Et postea subjungit *In tantum autem sua temeritatem extendit vesania, ut caput omnium Ecclesiarum Romanam Ecclesiam sibi vindices, & in domina gentium terrena jus potestatis usurpet.* Sic D. Gregorius.

77 Ideò Paulus Diaconus *in vita Mauritii* scribit, Pelagium Romanæ Ecclesiæ Pontificem absque jussu Principis ordinatum esse, eo quod Longobardi per circuitum obsederant, ne posset quisquam à Roma progredi. Et Aimonius *lib.* 2. *de gestis Francorum cap.* 16. *Syverinus* inquit, *elevatus est à Tyranno Theodorico, qui apud Gothos Regnum obtinuerat sine deliberatione decreti Imperialis*

Imperialis. Et *l. 3. c. 74.* cùm ageret de electione Gregorii, ait: *Non enim licebat tunc temporis ad Pontificatum promoveri absque jussione Principis Constantinopolitani.*

78 Quidam existimant, Justinianum II. Imperatorem hoc onus remisisse. Nam de eo sic scribit Beda *lib. de sext. etat. mundi anno 465. Constantinum Papam ad se venire jubens honorificè suscepit, ac remisit ita, ut eum die Dominico Missas sibi facere præcipiens, communionem de ejus manu acceperit, quem prostratus in terra pro suis peccatis intercedere rogans, cuncta Ecclesiæ privilegia renovavit.*

79 Alii tamen probabilius putant, Domnum, statim ac est creatus Pontifex Romanus, litteras ad Imperatorem Constantinum V. Pogonatum de more misisse, quibus inter cætera illud postulavit, ut certa illi pecuniæ summa remitteretur, quæ pro Pontificis creatione dabatur, idque ab eo ferunt, Pontificem impetrasse. Perduravit hæc consuetudo usque ad Benedictum Secundum, cujus sanctitate permotus Constantinus ille Pogonatus Imperator, Heraclii pronepos, edicto suo, & epistola ad Clerum, Populum, & exercitum Romanum missa imperavit, ut deinceps quem Clerus, ac Populus Romanus Pontificem delegissent, is nulla amplius Imperatoris confirmatione expectata, more antiquo statim ab Episcopis consecraretur.

80 Rursus Adrianus Primus juxta aliquorum sententiam, ut superius dixi, hoc jus Imperatori Carolo Magno Francorum Regi concessit, ejusque successoribus Regibus Francorum, *can. Adrianus dist. 63.* Deinde id Juris Ludovicus Pius Francorum Rex, ac Imperator, ut dicitur *can. Ego Ludovicus, & can. Sacrorum ead. d.* sua sponte dimisit, ac cæteri ejus successores in Imperio retinuerunt, donec illis eripuit Adrianus III, qui adeò fuit magnanimus, ut non dubitaverit se Imperatorum potentiæ opponere. Anno 884. creatus est Pontifex, & decretum edidit; ne in creando Pontifice, aut consecrando, Imperatoris auctoritas, aut assensus requireretur, aut expectaretur. Quod quidem antea Nicolaus Primus tentaverat, sed non inchoavit. Conquesti de hac re sunt Imperatores, & alii Principes, sed Adrianus suo jure usus est in hujusmodi decreto condendo, ademit Imperatoribus jus, quod, necessitate cogente, antea sui prædecessores permiserant.

81 Postea Leo VIII. Pontifex Othoni Primo, Germanorum Regi, ac Romanorum Imperatori restituit *can. in Synodo d. dist. 63.* Id postremò Gregorius VII. Henrico IV. ademptum, Cardinalibus, Clero, & populo Romano primum permisit, deinde aliiPontifices, qui secuti sunt, Cardinalibus tantum concesserunt, & ita illud Alexander Tertius suo decreto confirmavit, sed longè ante Nicolaus Secundus Concilio Lateranensi coacto, quod habetur *in can. in nomine d. 23.* de Pontifice eligendo sic lege decreverat: *In primis Cardinales Episcopi diligentissimè simul de Pontificis electione consultent, mox Clerus, & Populus ad consensum novæ electionis accedat, caventes, ne venalitatis morbus aliqua occasione subrepat. Eligatur autem de ipsius Ecclesiæ gremio, si reperitur idoneus, sin minus, ex alia sumatur, salvo debito honore, ac reverentia dilecti filii nostri Henrici, qui in præsentiarum Rex habetur, & futurus Imperator, Deo concedente speratur. Quod si pravorum hominum ita perversitas invaluerit, ut pura, sincera, & gratuita fieri in Urbe non possit electio, Cardinales Episcopi cum Religiosis Clericis, & Catholicis laicis, licet paucis, obtineant jus potestatis eligendi Pontificem ubi congruerit. Postquam autem electio fuerit facta, si bellica sit tempestas, vel qualiscumque hominum conatus malignitatis studio restiterit, ut is, qui electus est, in Apostolica Sede juxta consuetudinem inthronizari non valeat, electus tamen, sicut verus Papa obtineat auctoritatem regendi Romanam Ecclesiam, & dispensandi omnes facultates illius, quod B. Gregorium ante suam consecrationem fecisse, cognoscimus.* Hæc ibi.

Ex quibus constat, etiam eo tempore jus eligendi 82a Pontificem ad Clerum, & Populum Romanum quadam ex parte pertinuisse. Nam Cardinales Episcopi, Presbyteri, & Diaconi eligebant, & ipse Clerus, ac Populus comprobabat, hoc est suum præstabat assensum. At verò Alexandri Tertii tempore, tota electio erat ad Cardinales redacta.

Quod verò ad jus Imperatoris Romanorum, muki 83 hactenus tradiderunt à tempore Damasi Papæ, hoc nomine primi in electioneRomani Pontificis interponi cœpisse auctoritatem Imperatoris, & primum quidem schismatis tollendi causa ad sedandos tumultus, & contentiones dirimendas, uti à Valentiniano composita est inter Damasum, & Ursicinum, ab Honorio inter Bonifacium, & Eulalium. Nam Rescripto ipsius Valentiniani Damasi electio confirmata est. Jussit quoque Honorius Imperator, Eulalium Urbe pelli, & Bonifacium in Pontificem confirmari, convocata Romæ Synodo 252. Episcoporum. Et a Theodorico Rege inter Symmachum, & Laurentium. Ambo enim isti Ravennam profecti, judicio Theodorici Regis, alioqui Arriani, se se subjecerunt, Symmachus declaratus est Pontifex, eo quod primo, & à pluribus esset electus.

Deinde etiam extra schisma, nè fortè tumultus con- 84 tingerent. Immò eo res paulatim devenit, ut sine Imperatoris assensu consecrationem suscipere Romani Pontifices electi non auderent. Duravit hic mos, ut diximus, à tempore Justiniani Imperatoris usque ad Constantinum V. qui Benedicti sanctitate permotus, permisit liberam, ut antea, potestatem Clero Romano designandi, ac eligendi Pontificem. Postea Adrianus Papa, convocata Synodo Lateranensi Episcoporum 153. quod antea nulli Imperatorum concessum fuerat, etiam eligendi Pontificis jus ob pulsos Italia Longobardos, Carolo Magno concessit, ut habetur in *can. Adrianus d. 63.* At hujus juri, paulò post filius ejus Ludovicus Imperator renunciavit, ut dicitur in *can. Ego Ludovicus ead. d.* Unde libera fuit Pontificis electio, & consecratio ad longum tempus, videlicet usque ad Leonem VIII. & Othonem I. Imperatorem, cui ipse Leo iterum concessit jus eligendi Pontificis, ut refertur *in can. in Synodo cit. dist. 63.* Hoc privilegio usi sunt Imperatores, qui Othoni I. successerunt usque ad Henricum IV. Justissimis de causis hoc jus Imperatoribus abrogavit Gregorius VII. occasione sumpta à schismate inter Benedictum, Sylvestrum, & Joannem sub Henrico II. Imperatore. Unde Stephanus IX. Nicolaus II. & Alexander II. sine ullo assensu Imperatoris creati, & consecrati sunt. Quod cum iterum subreptitiè per insidias, & fraudem impetrasset à Paschali Secundo Henricus V. ipse Paschalis denuò revocavit, congregata Synodo Lateranensi. Demum ad solos Cardinales jus eligendi Pontificis delatum est, ut constat ex decreto Nicolai Secundi, quod habetur *in can. in nomine dec. 23.*

Extat de hac re liber Apologeticus S. Anselmi Episcopi 85 Lucensis, Gregorii VII. Synchroni, contra eos, qui dicunt Regali potestati Christi Ecclesiam subjacere, ex diversis Sanctorum voluminibus compilatus, ex quo insigniora quædam depromimus. Certum esse ait, quod B. Petrus Apostolus, Primus Ecclesiæ Pontifex, prius Patriarchalibus Sedibus Orientis, postmodum verò primos misit Pontifices Civitatibus Occidentis. Ipsis enim hæc ordinatio maximè competebat, cui principaliter Christus, Dei filius, cœlestis Regni clavibus traditis, suas oves pascere jusserat, & pro cujus fide, ne deficeret, specialiter oraverat, cuique fratres suos in eandem fidem confirmare præceperat.

Sed & reliquos Apostolos, quos reliquis mundi par- 86 tibus novimus prædicalle, singulis Urbibus illarum partium, quibus quisque verbum Dei prædicavit, itidem pastores non dubitamus misisse. Et quomodo Spiritu Sancto docente cognoverunt sæculi Principes ad fidem venturos, & succedentibus temporibus, stimulante avaritia, quosdam eorum Dei Ecclesiam suæ ditioni velle subjicere, suaque auctoritate, ac libitu Pastores eidem subrogare,

gare, inter reliquos Canones, quos pro religionis causa, & Ecclesiastica disciplina statuerunt, eorum pravis conatibus hac constitutione obviaverunt, quæ ita se habet: * *Si quis Episcopus sæcularibus potestatibus usus, Ecclesiam per ipsos obtineat, deponatur, & segregetur, omnesque, qui illi communicant.*

87 Hanc autem Constitutionem, quæ eorum scribitur, si quis authenticam non esse contenderit, Sanctæ Septimæ universalis Synodi 350. Patrum, nec non & Antiochenæ Synodi, quibus authentica esse docetur, eversor, ac per hoc hæreticus judicabitur. Nam & Calistus, & Gregorius, & quidam alii Romani Pontifices eorumdem Apostolicorum Canonum authoritate suas Constitutiones firmaverunt. Stephanus verò Quartus, & Joannes Septimus, ut ait Anastasius in prologo 7. Synodi, quinquaginta capitula eorundem Canonum in plenissimum auctoritatis robur recipi censuerunt.

88 Porrò eisdem Apostolis descendentibus, Ecclesiæ ubique terrarum consuetudinem ab eis traditam inviolabiliter servaverunt, ut decedente cujuslibet Ecclesiæ Pontifice, Clerus, & Populus ejusdem communi deliberatione de suo, vel alter jus Ecclesiæ Clero sibi Pastorem præficerent. Et hæc tam sancta, tamque Deo grata consuetudo, tamdiu integra, illibataque permansit, quousque fidelium multitudo Dei Ecclesias amplissimis possessionibus distare cœpit. Tunc enim ambitionis spiritu interveniente, alii suarum, alii etiam aliarum Ecclesiarum cœperunt Episcopatus ambire, & nefandi Simonis commercio suis fautoribus, etiam quam non habebant, pecuniam promittere. Quod videntes Deo dignissimi Romani Pontifices, qui Sacerdotii Primatum in toto Orbe tenebant, scilicet Bonifacius, Cœlestinus, Leo, Gelasius, Symmachus, Hormisda, Gregorius, alii simoniacam hæresim, prius à Petro damnatam, & tunc, & in æternum damnaverunt, alii priscam consuetudinem decretalibus Constitutionibus ita firmaverunt, ut statuerint nullum ex aliqua Ecclesia alii Ecclesiæ præponi, nisi fortè qui suæ dignè præficeretur Ecclesiæ, in eadem, quod ipsi vix posse contingere credidérunt, nullatenus posset inveniri.

89 Hanc itaque consuetudinem ab Apostolis traditam nullatenus violare præsumpserunt Christianissimi Imperatores Constantinus, Constans, Valentinianus, Theodosius, Arcadius, Honorius, Carolus, Ludovicus, & his imperio, & religione consimiles, qui vel à se, vel ab aliis ædificatas Ecclesias amplissimis donis ditaverunt, & in Clero, ac rebus Ecclesiarum nullum sibi dominum, vel judicium vindicare voluerunt, immò ne quis sibi vindicaret, quidam eorum legibus vetuerunt.

90 At contra Zenon, & Anastasius Imperatores Eutychianistæ, hi leguntur prius Sanctam Dei Ecclesiam sibi subdidisse ita, ut Catholicos Episcopos in exilio relegarent, & Apostolica traditione postposita, sibi consentaneos in eorum sedibus subrogarent. Nam ante horum tempora leguntur quidam hæretici Imperatores Catholicos Episcopos multis modis vexasse, electioni verò, & promotioni cujuslibet Pontificis nusquam leguntur se immiscuisse. Siquidem sub eisdem Eutychianistis, & Constantinopoli, & in reliquis urbibus legitur innumerabilis fidelium multitudo, Cleri scilicet, & populi extitisse, quod Pseudo episcopos eorundem nullatenus voluerunt susci pere, ut ex hoc apertè clareat, eundem Clerum, & Populum idcircò eosdem Pseudo episcopos respuisse, quia constabat, eosdem absque sui electione in Dei contemptum, & erroris augmentum à præfatis principibus promotos fuisse.

91 Et ut exemplo, quod dicimus, adstruamus, Anastasius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Bibliothecarius *in chronico*, quod de græco in latinum Sermonem transtulit, quod ex vetustissimis Chronicis Græcorum compilaverunt quidam Græci, Dei cultores, Theophanes scilicet, & Georgius, quos idem in ejusdem libri præfatione miris laudibus extollit, sic inter cætera scribit: *Vicesimo Imperii Anastasii anno, Joanne Alexandrino Antistite hæretico mortuo, Dioscorus junior Pralatus est Episcopus Alexandriæ. Cùm autem venisset Constantinopolim pro Alexandrinis apud Imperatorem intercessurus propter occisionem filii Calliopii Augustalis, ab Orthodoxis publicè convitiis appetebatur, cùm procederet astantibus eum contra recta dogmata advenisse. Ergo cum ob homicidium intercessisset cum festinatione discessit Causa verò cædis ista fuit. Cum idem Dioscorus manus imposituonem accepisset, recesserunt multitudines rusticorum dicentes, quia, nisi secundum quod sanctorum Apostolorum canones continent, fiat Episcopus, non recipietur, Principes verò inthronizaverunt eum. Dioscorus verò venit ad Sanctum Marcum, & venientes Clerici induerunt eum, secundò & iterùm consecraverunt. Et sta venienes ad sanctum Joannem perficit collectam. Cum autem esset illic Theodosius filius Calliopii Augustalis, & Achatius magister militum, turba turbata cœperunt injuriis afficere filium Augustalis, eo quod laudaret Imperatorem Anastasium. Cum verò jurgium motum fuisset, insilientes quidam à Sede depositerunt filium Augustalis, & interemerunt eum. At verò Archatius magister militum quoquoc capere potuit, interfecit. Quod audiens Imperator iratus est adversus eos. Porrò Dioscorus interveniens mitigavit eum.*

Ecce qui primum Apostolicam traditionem de Pon- 92 tificali promotione ausi sunt violare. Ecce quibus primum auctoribus, sæculi Principes suos Pontifices nituntur Dei Ecclesiæ promovere. Et ut cæpta prosequamur, sicuti sunt horum exempla hæreticorum quidam Græcorum Imperatores Regni sui urbibus suos Episcopos imponentes, Romanæ verò Urbi, Deo præstante meritis Apostolorum, qui in ea vivunt, & præsident, in hoc pepercerunt, decretum tamen electionis futuri Pontificis à Clero & Senatu subscriptum priùs, quam idem consecraretur, sibi mitti statuerunt. Quod cùm legatur eisdem Imperatoribus sæpè directum fuisse, nusquam tamen legitur eosdem Romanorum electionem mutasse. Hoc autem quia Deo contrarium erat, ut Ecclesia Pontifice careret, usque dum qui decretum ferebat, iret, & rediret penitus respuerunt sequentes Imperatores, pietate, religioneque præstantes, sic enim legitur in Romano Pontificali: *Benedictus enim natione Romanus fuscepit jussiones Clementissimi Principis Constantini ad venerabilem Clerum, & populum Romanæ civitatis, per quas concessit, ut qui electus fuerit Pontifex, è vestigio consecretur absque tardicate.*

Itaque qui advertit alios Græcorum Imperatores ante 93 consecrationem decretum sibi mitti voluisse, attendat eosdem Romanam electionem nunquam reprobasse. Attendat etiam posteros eorundem, quia hoc contrarium Deo erat, penitus respuisse. Itaque percurramus Sanctorum Patrum decreta, quæ de Pontificum promotione statuerunt, ut sciamus quid jus Imperatoribus suorum, vel quorumlibet temporum in eisdem servaverunt.

Leo Doctor eximius, ac primus, Ecclesiæ Romanæ 94 Pontifex Anastasio Thessalonicensium Episcopo, qui vices Romani Pontificis super quadragenta Episcopos Illyrici, & Græci habebat, sic inter cætera scribit *Epist. 84. c. 6. De persona consecrandi Episcopi, & de Cleri, plebisque consensu Metropolitanus fraternitati tuæ referat*, & paulo post: *Metropolitano verò defuncto, cum in loco ejus alius fuit subrogatus, comprovinciales Episcopi ad Civitatem Metropolim conventant, ut omnium Clericorum atque civium voluntate discussa, ex presbyteris ejusdem Ecclesiæ, vel ex Diacombus optimus eligatur. Cum ergo de Summi Sacerdotis electione tractabitur, ille omnibus præponatur, quem Cleri, plebisque consensus concorditer postulaverit ita, ut si in aliam fortè personam partium se vota diviserint. Metropolitani judicio, is alteri præponatur, qui majoribus, & studiis juvatur, & meritis, tantum ut nullus invitis, & non petentibus ordinetur, nec civitas Episcopum non optatum, aut contemnat, aut oderit, cui non licuerit habere, quem voluit.* Item idem: *Nulla ratio sinit, ut inter Episcopos habeantur, qui nec à Clericis sunt*

electi, nec à plebe expetiti, nec à provincialibus cum Metropolitani judicio conferati.

95 Cælestinus *ep.* 2. ad Episcopos Galliæ *c.* 4. *&* 5. *Nec emeritis, ait, in suis Ecclesiis peregrini, & extranei, & qui ante ignorati sunt, ad exclusionem eorum, qui bene suorum merentur civium testimonium præponantur.* Et mox: *Nullis invitis detur Episcopus, Cleri, plebis, & ordinis consensus, ac desiderium requiratur. Tum alter de Ecclesia eligatur altera, & de civitatis ipsius Clericis, cui est Episcopus ordinandus, nullus, quod evenire non credimus, poterit inveniri. Primum enim illi reprobandi sunt, qui ibi sunt, ut aliqui de alienis Ecclesiis meritò præferantur. Habeat unusquisque fructum militiæ suæ in Ecclesia, in qua suam per omnia officia transegit ætatem, in aliena stipendia minimè alter obrepat. Sit facultas Clericis renitendi, si se viderint pragravari, & quos sibi ingeri ex transverso cognoverint, non timeant refutare. Quod si non dubium præmium, vel liberum de eo, qui eos est recturus, debeat habere judicium.*

96 Gregorius *lib.* 7. *Epist.* 89. Gaudioso Episcopo inter cætera hæc habet: *Et idcò fraternitas tua ad prædictam Ecclesiam ire properabit, & Clerum, plebemque admonere festinet, ut remoto dissidio, uno, eodemque consensu talem præficiendum sibi expetant Sacerdotem, qui à venerandis canonibus nullatenus respuatur, qui dum fuerit postulatus, cum solemnitate electus, omnium subscriptionibus roboratus & dilectionis tuæ testimonio litterarum ad nos sacrandus occurrat; commonemus etiam, ne nullum eligi permittatis de altera Ecclesia, nisi fortè inter Clericos ipsius civitatis nullus ad Episcopatum dignus, quod evenire non credimus, poterit inveniri, provisurus ante omnia, ne ad cujuslibet conversationis mortuum lasciva persona aspirare præsumat, & tu periculum ordinis tui, quod absit, incurras.*

97 Ex Concilio Nicæno Patrum 318. *cap.* 6. *Per omnia autem manifestum, quia si quis præter voluntatem, & conscientiam Metropolitani Episcopi fuerit ordinatus, hunc Concilium magnum, & sanctum censuit non debere esse Episcopum. Sanè si communi omnium consensu rationabiliter probato, secundum Ecclesiasticam regulam, duo, vel tres animositate ducti per contentionem contradicunt, obtineat plurimorum Sacerdotum sententia.*

98 Ex septima Synodo universali habita à quinque Patriarchis cum 350. Patribus sui Adriano Primo Pontifice *cap.* 111. *Omnis electio Episcopi, vel Presbyteri, aut Diaconi, à Principibus facta irrita maneat, secundum regulam, quæ dicit: Si quis Episcopus sæcularibus potestatibus usus Ecclesiam per ipsos obtineat deponatur, & segregetur, omnesque, qui illi communicant.*

99 Ex octava Synodo item universali habita à quinque Patriarchis cum Patribus 240. Sub Nicolao Primo Pontifice *act.* 10. *cap.* 22. *Promotiones, & consecrationes Episcoporum, concordans prioribus Conciliis, electione, ac decreto Episcoporum fieri hæc sancta, & universalis Synodus definivit, & statuit, atque jure promulgavit, neminem laicorum Principum, vel Potentum semet inserere electioni, vel promotioni Patriarchæ, vel Metropolitæ, aut cujuslibet Episcopi, ne videlicet inordinata hinc, & incongrua fiat confusio, vel contentio, præsertim cum nullam in talibus potestatem quenquam Potestativorum laicorum habere conveniat, sed potius silere, & attendere sibi quousque regulariter à Collegio Ecclesiæ suscipiat finem electio futuri Pontificis. Si quis verò laicorum ad concertandum, & cooperandum imitatur ab Ecclesia, licet hujusmodi cum reverentia, si fortè voluerit obtemperare se asciscentibus, taliter enim dignum Pastorem sibi regulariter ad suam salutem Ecclesia promovet. Quisquis autem sæcularium Principum, aut Potentum, aut alterius dignitatis laicus adversus communem, ac consonantem, atque canonicam electionem Ecclesiastici ordinis agere tentaverit, anathema sit, donec obediat, & consentiat, quod Ecclesia de electione, atque ordinatione proprii Præsulis se velle monstraverit.*

100 Item ex Concilio Antiocheno: *Si quis presbyter, vel diaconus per sæcularem dignitatem Ecclesiam Domini obtinuerit, dejiciatur & ipse, & ordinator à communione modis omnibus abscindatur, & sub anathema sint, sicut Simon Magus à Petro.*

Ex Synodo Simmachi Pontificis cum 218. Episcopis: 101 *Non placuit laicos ad statuendum aliquid in Ecclesia habere aliquam potestatem, cui subsequendi manet necessitas non auctoritas imperandi. Et in eadem, defuncto Pontifice, si in unum totius inclinaverit Ecclesiastici Ordinis electio, consecretur Episcopus. Si verò, ut fieri solet, studia cœperint esse diversa, convincat sententia plurimorum.*

Ex Romano Pontificali: *Benedictus natione Romanus* 102 *fecit Constitutum in Ecclesia B. Petri Apostoli, in quo sedorunt Episcopi septuaginta duo, Presbyteri Romani triginta tres, præsente Clero, sub anathemate, ut nullus Pontifice Romano vivente, visi tertio die depositionis ejus, adunato Clero, & filiis Ecclesiæ, & tunc electio fiat.* Ex eodem: *Stephanus, natione Siculus, congregatis Episcopis totius Tusciæ, atque Campaniæ, considentibus pariter duodecim Episcopis Francorum, & Romanis presbyteris in præsentia totius Cleri, & populi Concilium fecit in Ecclesia Constantiniana, in qua damnavit Constantinum Neophytum, invasorem Sedis Apostolicæ, & allatis sacris Canonibus, eisque liquido perscrutatis, prolata est sententia ab eodem Concilio sub anathematis interdicto, ut nullus unquam laicorum, neque ex alio ordine præsumat, nisi per distinctos gradus ascendens, diaconus, aut presbyter factus fuerit Cardinalis ad sacrum Pontificatus honorem promoveri.*

Ex Concilio Episcoporum 50. *cap.* 5. sub Leone IV. 103 *Si quis Sacerdotibus, seu Primatibus nobilibus, seu cæteris Clero hujus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ electionem Romani Pontificis contradicere præsumpserit, sicut in Concilio B. Stephani legitur statutum, Anathema sit.*

Ex Concilio Laodicensi *cap.* 12. *Non est permittendum* 104 *turbæ electiones eorum facere, qui sunt ad Sacerdotium provehendi.*

Item ex decreto Cælestini Pontificis: *Docendus est* 105 *populus, & non sequendus, neque, si nesciunt, eos, quid liceat, quidve non liceat, commonere, non consensum præbere debemus.*

Decursis itaque tot Sanctorum Patrum auctoritatibus, 106 patet nihil juris Imperatoriæ potestati in Pontificem electione, sive promotione ab eisdem attributum esse. Immò neque laicalis potestas sibi quidquam in his vendicet, à quibusdam eorum sub anathemate hoc est separatione à Deo, inhibitum fuisset. Et certè sub præfatis Romanis Pontificibus leguntur extitisse potentissimi Imperatores, non solum Orienti, sed Occidenti imperantes, scilicet Valentinianus, & Theodosius juniores, Marianus, Mauritius, & Phocas. Et cum præfatæ universales Synodi, ideſt prima, & septima à tot Patribus agerentur Niceæ, christianissimi Imperatores Constantinus Magnus, Constantinus, & Hirene mater ejus affuisse leguntur; sed & Basilio Magno Imperatore petente ac præsente legitur octava Synodus item universalis Constantinopoli celebrata fuisse. Cùm itaque prima earum censeret non habendum quenquam Episcopum sine consilio Metropolitani. Septima verò trium sacrorum ordinum electionem à Principibus prohiberet fieri, Octava verò sub anathemate interdiceret Pontificum electionem laicali potestati, numquid qui præsentes aderant Imperatores quæsti sunt, hoc ad sui contemptum fieri, ut nihil de Pontificum electione eorum quidem referretur potestati? Immò potius leguntur Sanctorum Patrum Constitutiones amplexati fuisse, easque quidem eorum post quinque Patriarchatum subscriptiones suis quoque subscriptionibus roborasse. Item cum contingeret, præfatos Romanorum Pontifices de Pontificum electione decernere, contigit suorum temporum Imperatores hoc ad sui Imperii injuriam fieri quæstos fuisse? Non quidem.

Sunt

107 Sunt autem eorum aliqui, contra quos scribimus, qui putant, se quiddam magni in sui defensionem adinveniſſe, cùm inducunt Gregorium, & Ambrosium à sæculi Principibus ad Pontificatum promotos fuisse. Quod quam frivolum, quamque falsum sit, evidenti judicio clarebit, collatis eorum electionibus cum cap. Octavæ Synodi, quod supra scripsimus. Nam quamvis multorum annorum interstitio à se distent, ita tamen sibi concordare videntur, ut & Synodus, & eorum electio, vel promotio, uno, eodemque Dei spiritu acta fuisse, probentur. Sic enim ex gestis Gregorii Papæ habetur: *Gregorium licet totis viribus renitentem, Clerus, senatusque, & populus Romanus sibi concorditer Pontificem delegerunt. At ille cum decretum generalitatis evadere nequivit, consensurum se tandem aliquando simulavit, & Imperatori Mauritio, cujus filium ex lavacro sancto susceperat, latenter litteras destinavit, adjurans, ne unquam assensum populis præberet, ut se hujus honoris gloria sublimaret. Sed Præfectus Urbis, Germanus nomine ejus nuncium anticipavit, comprehensumque, ac diruptis epistolis, consensum, quem populus fecerat, Imperatori direxit, ac ille gratias agens Deo pro amicitia diaconi, eo quod lectum deferendi ei honoris, ut cupierat, cepisset, ipsum ordinari præcepit.*

108 Ex gestis verò Ambrosii Episcopi sic: *Cum populus magis, magisque acclamaret: Peccatum tuum super nos; Cumque ille videret suam intentionem nihil posse proficere, fugam paravit, egressusque noctis medio civitatem cum Ticinum se pergere putaret, manè ad portam Civitatis Mediolanensis, quæ dicitur Romana, invenitur. Cumque inventus custoditetur à Populo, missa relatione ad imperatorem clementissimum Valentinianum, qui hoc summo gaudio accepit, quod Judices à se directi ad Sacerdotium peterentur.*

109 Ecce ex his, ac præfata Octava Synodo potentissime colligitur, juxta priscam consuetudinem præfatos Pontifices electos fuisse, sed quia nullatenus promoveri patiebantur, cum in alterius electione Præfectus vice Romanorum Mauritii, in alterius verò populus Valentiniani legitur auxilium expetiſſe, patet profecto juxta capitulum Octavæ Synodi Ecclesiam sæculares potestates in sui adjutorium invitasse, easque non imperio, sed obedientia tunc usuras fuisse. Quod quidem non videtur nobis fieri non licere, si contingat dignum quemlibet consensum in sui promotionem non præbere, regalem verò potestatem contingat in eadem diœcesi adesse, ut Valentinianus tunc in Mediolanensi legitur affuisse. Ut autem quæratur extra diœcesim cum longo interstitio possit abesse, absurdissimum est, cùm Sanctissimorum Patrum legibus statutum sit, ne intra tres menses viduatam relinquant Ecclesiam à Pontifice.

110 Quod verò in historia tripartita legitur Valentinianus Imperator dixisse Ambrosio: *Deus commisit tibi animas, ego corpora* quam pessimè cohæreat præcedentibus qui legit, intelligat. Valdè enim contrarium videtur, & hoc eum dixisse, & ut à se Pontifex eligeretur, quod ibidem præmissum est, nullatenus consensisse. Hoc autem nihil nobis adversatur, cum B. Gregorius eandem historiam mendosam, & à Romana Ecclesia repudiatam affirmet.

111 Sunt item, qui objiciunt, Nicolaum Juniorem decreto Synodi constituisse, ut obeunte Apostolico Pontifice, successor eligeretur, & electio ejus Regi notificaretur. Facta verò electione, & ut prædictum est Regi notificata, ita demum Pontifex consecraretur. Quod si admittendum est, ut ratione factum dicatur, objicimus ad hoc confutandum, præfatum Regem, & Optimates ejus, se ea constitutione indignos fecisse. Primum quia postea præfatum Nicolaum, Colonienſem Archiepiscopum pro suis excessibus corripuisse, graviter tulerunt, eumque hujus gratia, quantum in se erat, à Papatu deposuerunt, & nomen ejusdem in Canone Consecrationis nominari vetuerunt. Ideòque decretum ejus de jure irritum esse debebit, quia cum à toto Orbe Papa haberetur, juxta eo-

rumdem sententiam eisdem Papa non fuit, quasi non ex Dei, sed eorum tantum penderet voluntate, quemlibet esse, vel non esse. Romanus enim Pontifex ut sapientes norunt, non modò deponi, sed etiam nullo Christiano jure à quolibet potest judicari. Deinde quia, cùm in eodem decreto cautum esset, ut Romæ Pontificis electio à Romano Clero, & populo ageretur, & postea Regi notificaretur, ipsi præfatum decretum violantes, elegerunt, quod eis non licebat, prius Cadalorum Parmensem, postea Uvichertum Ravennatem, induentes eos Apostolicis insignibus, vocantes Apostolicos, Apostatas, Antichristi præcessores.

Præterea præfatus Uvichertus, ut sui, aut suæ parti 112 favorem ascriberet, quædam in eodem decreto, addendo, quædam mutando, ita illud reddidit à se dissidens, ut aut pauca, aut nulla exemplaria sibi concordantia valeant inveniri. Quale autem decretum est, quod à se ita discrepare videtur, ut quid in eo potissimum credi debeat ignoretur?

* Sed ut tandem invincibili gladio feriamus, præfatus 113 Nicolaus, unus scilicet Patriarcha cum quolibet Episcopotum Concilio non potuit abrumpere, immò nec mutare non obviantia fidei, præfata decreta sanctorum quinque Patriarcharum, scilicet Romani, Alexandrini, Antiocheni, Jerosolymitani, Constantinopolitani, & ut ex numero præfatis Synodis appositi colligi potest, Sanctorum Patrum numero 250. & eo amplius, tot quidem leguntur, præfatas Constitutiones sui temporibus statuisse, in quibus non inveniuntur, quidquam Regiæ potestati in Pontificum electione, seu promotione concessisse. Immò ut prædictum est, confidentibus cum eis Christianissimis Imperatoribus, & non contradicentibus, leguntur sub perpetuo anathemate vetuisse. Quod si hoc vindicandum est ex Græcorum Imperatorum consuetudine, vel ex Ambrosiana, vel Gregoriana electione, constat, ut præmissum est, eosdem ipsos hoc veluti Deo adversum respuisse, eorumdem verò Pontificum electionem, & promotionem octava Synodo, quamvis præposterè concordasse.

Et quamvis decretum, de quo agimus, à præfatis Ec- 114 clesiæ legibus penitus enervetur, videamus tamen adhuc quid de eo iterum Ecclesiæ, ac sæculi leges censeant, ut penitus diluatur.

Ex Synodo Papæ Honorii *cap.* 4. *Illum, quod quis-* 115 *que commisit Episcopus illicitè, aut à decessoribus invenit admissum, si proprium vult evitare periculum, damnabit. Nam in se, quidquid in alio non resecabit, inveniet.*

Gelasius Cresconio, Joanni & Messalæ Episcopis in- 116 ter cætera: *Decessorum statuta, sicut legitima, & justa successorem custodire convenit, ita debet etiam mala facta corrigere.*

Pelagius Armentario magistro militum: *Postea quam* 117 *Ecclesiæ jura documentorum quoque intercedentium fuerint auctoritate firmata, nullatenus ab his discedendi liberam Pontifex, vel si velit permittatur habere licentiam.*

Adrianus Engelramno. *Constitutiones contra sancta decreta Romanorum Pontificum, nullius sint momenti.*

Gregorius in Registro. *Imperiali Constitutione aper-* 118 *tè sancitum est, ut ea, quæ contra leges fiunt, non solum inutilia, sed etiam pro infectis habenda sint.*

Ex Romanis legibus: *Id tantum de sacra responsione* 119 *subsistantiam mutuetur, quod legum auctoritas prosequuntur.* Item *Generale præceptum beneficio specialis anteferendum est.* Ac item: *Contra jus rescripta non valent quocumque modo fuerint impetrata. Quod enim publica jura præscribunt, magis sequi Judices debent.* Et infra: *Personalia rescripta quæ cum jure concordant, valeant more veterum, & negotii, de quo loquitur nostra rescriptio, finis, latæ sententiæ terminis censeatur.* Item: *Illa sacra unius cujusque supplicantis desiderio concessa prævaleant, & effectum mancipentur, quæ tum juris, & legum ratione concordant. Ea verò, quæ surreptione, vel falsis precibus*

* Qualiter hæc intelligenda sint, vide infra §. His itaque, & §. Patet itaque.

forsitan impetrantur, nullum supplicantibus ferant remedium.

121 His itaque narratis, patet præfatum decretum nullius momenti esse, nec unquam aliquid virium habuisse. Et hæc dicens, non præjudicio beatæ memoriæ Papæ Nicolai, nec quicquam ejus honori derogo, Patrum sententias Dei spiritu conditas sequendo. Homo quippè fuit, eique ut contra fas ageret surripi potuit. Nec mirum hoc eidem contigisse, cum quidam ipsius decessor inveniatur quidquam decreviſſe, & meliori usus consilio postea immutasse. Siquidem Bonifacius Secundus legitur, ex decreto constituisse Vigilium Diaconum sibi in Pontificatu succedere. Quod quia Romano Clero visum est Canonibus adversari, præsente Clero ab eodem suppositum est igni ante confessionem B. Petri Apostoli. Et certè præfatus Nicolaus divino metu concussus, hoc idem fecisset, si tot Patrum sententias tunc in unum collectas, vidisset, easque in suo decreto tam concorditer adversari perpendisset.

122 Beatus quoque Augustinus librum retractationum composuit, & correctionem eorum, quæ prius incautè descripsit, & ut idem quisque faciat his verbis commonefacit. Ait enim in procemio ejusdem libri. *Neque enim quisquam nisi imprudens, ideò quia mea errata reprehendo, me reprehendere audebit. Sed & si dicit, non debuisse ea à me dici, quæ postea mihi etiam displicerent, verum dicit, & mecum facit, eorum quippè reprehensor est, quorum & ego sum. Sed sicut volet quisque accipiat hoc, quod facio, me tamen Apostolicam sententiam, etiam in hac re oportet intueri, quæ dicit: Si nos ipsos judicaremus, à Domino non judicaremur.* 1. *Cor.* 11.

123 Excommunicatio autem, quæ in præfato decreto terribiliter præfertur, à Uvicberto, aut à suis fautoribus indita creditur, quoniam in antiquioribus ejusdem decreti exemplaribus longè aliter habetur. Et hæc quidem veniet super eos, qui eam ibidem in sui favorem indiderunt, & super eos, qui eam timendam esse dicere præsumunt. Illos quidem, ut incidant in foveam, quam foderunt, & ut apprehendat eos captio, quam occultaverunt. Super hos autem, quoniam illic trepidaverunt timore, ubi non esset timor, quoniam Dominus in generatione justa est: Nam si in generatione justa est, in præfatis Patribus fuit, & per eos locutus est, ideòque illorum maledictio, sicut Dei, pavenda est. De maledictione verò illorum, qui eorumdem Patrum decretis non obediunt, dicit idem Dominus per Propheram Malachiam: *Benedicam maledictionibus vestris.* Et Psal. 108. *Maledicent illi, & tu benedices.* Et Salomon Proverb. 26. *Sicut avis in contrarium volans, & passer quolibet vadens sic maledictum frustra prolatum super eo veniet, qui misit illud.* Hoc contra decretum, cujus se Uvicbertus auctoritate defendit, ut doceat, se esse quod non est, nec unquam esse poterit.

124 De numero verò annorum, quibus hæc damnabilis consuetudo permansisse dicitur, ut sæculi potestas pro suo libitu, Pontifices promoveat, jure causari non potest. Nam de diversis consuetudinibus illa potissimum sequenda est, quæ cum originem sumeret, catholicos Patres, suorum priorum Patrum vestigia sectantes, auctores habuit, sicut Patres Septimæ, & Octavæ Synodi, sicut sunt statuta Sanctorum Patrum Romanorum Pontificum, & illa consuetudinem ab Apostolorum temporibus per omnes Ecclesias observatam. Ea verò perversitas, quæ à sæculi Principibus super inducta est non præjudicat eidem sanctæ consuetudini, quantalibet temporum obtinuerit curricula. Alioqui Dominus Deus noster culpandus est, qui filios Israel longissima consuetudine sub servitute detentos, tum sub Pharaone, tum sub Cyro, vel Dario liberavit, & humanum genus sub diaboli servitute longa consuetudine derentum post quinque mille annorum curricula propria morte redemit. Præterea cum veteris, & novi testamenti legibus adulterium prohibitum sit, si qui Reges adulterium commiserint, nunquid eorum auctoritate posteri Reges adulterari sibi licitum putabunt? Absit.

Et quidem certum est, Regum contra leges commissa 125
nullatenus sequenda esse, leges verò ab eisdem calcatas in suo statu manere debere. Hinc est, quod Sancti Dei Martyres, & Romani Pontifices in suis statutis inseruerunt, dicentes: *Non licet Imperatori, vel cuiquam pietatem custodienti aliquid contra divinitatis mandata præsumere. Injustum enim Iuditium, & definitio, Regis metu, vel jussu à Judicibus ordinata, non valeant, nec quidquid contra Evangelica, vel Prophetica, aut Apostolica doctrinæ constitutionem, sive Sanctorum Patrum actum fuerit, stabit, & quod ab infidelibus, & hæreticis factum erit, omnino cassabitur.*

Item Adrianus ad Episcopum Engelrammum *cap.* 48. 126
Item Generali decreto constituimus, ut execrandum anathema fiat, & veluti prævaricator Catholicæ fidei semper apud Deum reus existat quicumque Regum, vel potentum deinceps Canonum censuram in quocumque crediderit, vel permiserit violandam. Idem ad eundem: *Constitutiones contra sancta decreta Romanorum Præsulum nullius sint momenti.*

His tantis cladibus, quæ contingunt ex præfatis, 127
promotionibus Gregorius Septimus obviare cupiens Romana Synodo quinquaginta Episcoporum, confidente presbyterorum, & Abbatum multitudine, per omnia sanctis præfatis Patribus consonantia decreta statuit dicens: *Si quis deinceps Episcopatum, vel Abbatiam de manu alicujus laicæ personæ susceperit, nullatenus inter Episcopos habeatur, nec ulla ei, ut Episcopo, aut Abbati audientia concedatur, insuper ei gratiam B. Petri, & introitum Ecclesiæ interdicimus, quousque locum quem sub crimine tam ambitionis, quàm inobedientiæ, quod est scelus idololatriæ, cepit, resipiscendo non deserit. Similiter etiam de inferioribus, & Ecclesiasticis dignitatibus constituimus.* Item: *Si quis Imperatorum, Regum, Ducum, Marchionum, Comitum, vel quarumlibet sæcularium potestatum, aut personarum investituram Episcopatuum, vel alterius Ecclesiasticæ dignitatis dare præsumpserit, ejusdem sententiæ, vinculo se adstrictum esse sciat.*

Et quoniam Sanctorum auctoritate monstratum est, 128
Pontificum electionem sæculari potestati non subjacere libet adhuc Christianissimorum Imperator. quas hac de causa sanxerunt, Constitutiones, in medium afferre, ut pateat nobis, si quid juris in eadem causa voluerunt vindicare. Hoc enim Carolus, & Ludovicus glorioſi Imperatores in primo libro Capitulorum suorum statuerunt his verbis: *Sacrorum Canonum non ignari, ut in Dei nomine sancta Ecclesia suo liberius potiatur honore, assensum Ordine Ecclesiastico præbemus, ut scilicet Episcopi per electionem Cleri, & populi secundum statuta Canonum de propria diœcesi, remota personarum, & munerum acceptione, ob vitæ meritum, & sapientiæ donum eligantur, ut verbo, & exemplo sibi subjectis prodesse valeant.* Certè Constitutio hæc tam consonantissima Sanctorum Patrum constitutionibus esse perpenditur, ut si vel à Nicæna, vel qualibet etiam universali Synodo promulgaretur, non minus spiritu Dei per istorum ora, quam per eandem prolata crederetur. Hoc quippe docet, hunc esse honorem hanc esse libertatem sanctæ Ecclesiæ, Clerum scilicet eidem, & populum sibimet Pontificem eligere, hoc in electione Canonum statuta servanda esse commemorat, hoc simoniacam hæresim prohibendo impugnat, hoc vitæ meritum, & sapientiam in Pastoris electione quærenda demonstrat; & quod mirum est brevissimè videtur tangere, quod B. Gregorius scribit de Pontifice, scilicet: *Ut quisquis perpendere debeat, qualiter ad Pontificatum veniat, & rite veniens, qualiter doceat, & rectè docens, qualiter vivat.*

Hæc Divus Anselmus, quæ utinam adversarii legissent, 129
Non enim more suo modò factum pro infectis, modò rursus pro facto, sed iniquo formassent, reformassent, decrevissent. Vtinam docuissent certis, ac probatis testimoniis

* Decretum hoc refertur à Gratiano, sed à Schismaticis corruptum, Vide Baronium citatum.

testimoniis, quod dicunt, non autem ex nugis, ac gerris, aut auctoribus, quos scimus de hæresi suspectos, eorumque libros nigro theta notatos esse, aut ex pseudo-Conciliis, ut ex Vuormacienſi apud Baronium anno 1076. *n.* 12. non enim toties necessitatem Catholicis imposuissent eorum ineptiis respondere. Sed non eadem mens aliis ab Italia, & totius ferè orbis scriptoribus.

130 Et profectò Imperator nullum jus habuit, neque habere potest in electione Pontificis, *can. nullus laicorum d.* 63. Quia est causa spiritualis, & Ecclesiastica, in qua Imperator potestatem non habet, nec eam consuetudine, quamvis longissima, neque ulla præscriptione sibi potest acquirere, cum laicus capax juris Ecclesiastici non sit. Quare auctoritatem in electione, vel consecratione Pontificis contra Canones, & jus divinum sibi Imperatores usurparunt, aliquando vi, aliquando prætextu inani & falso.

131 Nec est, quod objiciatur quod olim factum est ab Imperatoribus. Nam id factum est contra Canones, & jura, Damasus, Bonifacius, & Symmachus se se submiserunt Valentiniano, Honorio, Theodorici Regi necessitate compulsi, gravioris mali devitandi gratia, nimirum ut seditiosorum hominum tumultus, & violentia Imperatorum auctoritate reprimerentur. Justinianus itidem sibi usurpavit jus, quo voluit ne Romanus Pontifex electus absque ipsius Imperatoris assensu consecraretur. Quod possea successores ejus imitati sunt.

132 Id verò, quod habetur *in can. Adrianus d. dist.* 63. quidam putant, esse falsum, & Gratianum id accepisse ex Sigiberto *in chronico anno* 773. ubi sic ait: *Adrianus Papa ad tuendas res Ecclesiæ, Carolum Romam accersit, qui pergens Papiam obsedit, sibique relicto exercitu, Romam pervenit, sanctam Resurrectionem ibi peregit; postea rediens Papiam cœpit, iterumque Romam rediit, Synodum constituit cum Adriano Papa, aliisque* 153. *religiosis Episcopis, & Abbatibus, in qua Adrianus Papa cum universa Synodo dedit ei jus eligendi Pontificem, & ordinandi Apostolicam Sedem. Insuper Archiepiscopos, & Episcopos per singulas provincias ab eo, investituram accipere desivit, & ut nisi à Rege laudetur, & investiatur Episcopus, à nemine consecretur, omnesque rebelles huic decreto anathematizavit, & nisi resipiscerent, bona eorum publicari constituit.* Sic ille.

133 Certè in hac re Sigibertus suspectus est. Nam ipse solus hæc ita narravit, non scriptores alii illorum temporum, & illum sequuti sunt Gratianus, & post Gratianum omnes historici, cum nihil tale scripserit Eginhardus Cancellarius Caroli Magni in vita ipsius, nihil Anastasius Bibliothecarius in vita Adriani Papæ. Deinde quia Sigibertus, quamvis monachus, fuit tamen Henrici Imperatoris potius fautor, quàm Papæ Gregorii VII. Unde anno quarto sic scribit: *Henricus Rex Romam vadit propter sedandam discordiam, quæ erat inter Regnum, & Sacerdotium, quæ capta à Papa Gregorio VII. qui & Hildebrandus nominatus est, & exagitata à successoribus Victore, & Vrbano, & præ omnibus à Paschali, magno scandalo erat toti mundo. Rex autem volens uti auctoritate, consuetudine, & auctoralibus privilegiis Imperatorum, qui à Carolo Magno, qui post de Regibus Francorum imperavit Romanis, tamque per trecentos, & eo amplius annos imperaverant sub sexaginta trib. Apostolicis, dabat licitè Episcopatus, & Abbatias, & per anulum, & virgam. Contra hanc majorum autoritatem censebant Papæ Synodali judicio non posse, nec debere dari per virgam, vel per anulum Episcopatum, aut aliquam Ecclesiasticam investituram à laicali manu, & quicumque ita Episcopatum, aut aliquam Ecclesiastici juris investituram accipiebant, excommunicabantur.* Ita Sigibertus, sive sit verum, sive falsum quod scripsit, & refertur in citato *can. Adrianus*, nihil facit ad probandum, Imperatores aliquando habuisse jus eligendi Pontificem. Nam & si demus, verum esse Sigiberti, & Gratiani testimonium, ex eo solum colligitur, id habuisse Imperatores, non jure suo, sed privilegio Adriani Pontificis, & aliorum successorum, ut antea diximus. Item, quamvis Sigibertus, & Gratianus dicant, concessisse Adrianum Carolo Magno jus eligendi Pontificem, verbum eligendi acceperunt latè, & amplè, non presse, ac strictè, videlicet pro eo, quod est electioni jam factæ canonicè, ac legitimè assensum præstare. Eligebat Clerus Pontificem, deinde referebatur electio ad Imperatorem, ut suum præstaret assensum, ut ait Gratianus ea *dist.* 63. *can. cum longè* §. *electionis*, & *can. Vota.* §. *Principibus.* Interest Principis infestum non habere Antistitem, non tamen idcirco electio minus valebat, si Imperator dissentiebat, sed poterat sibi consulere, ac intercedere, ne electus præsset. Unde *in cap. Cum terra de elect.* ad finem dicitur: *Quo facto non prohibemus, quin Regis requiratur assensus, sed propter hoc ipsum electionem nolumus impediri.*

Denique, sive concedente Ecclesia jus Imperatori- 134
bus acquisitum fuisse dicamus, ut, iis invitis, Pontifex quantumlibet à Clero, & populo expetitus, non confereretur plenè electus; sive ea foret illorum temporum conditio, ut Clerus, ac populus neminem, nisi ex conditione ratihabitionis Imperatoriæ eligere censeretur, sive tandem violenta hæc fuit Imperatorum usurpatio, cui pro bono pacis acquiescere necessarium censuerint Summi Pontifices, nihil tamen ista Ecclesiæ juri præjudicare potuerint, quin aliam, atque aliam pro libito eligendi Summi Pontificis rationem ipsa præscriberet, & jugum illud excuteret, cum certum sit potestatem Ecclesiæ relictam à Christo designandi, ac deligendi sibi Summum Pontificem, independenter esse ab alia quacumque potestate. Sibi enim Ecclesia sufficiens est, ut de capite sibi provideat, eumque eligat, qui omnibus præfuturus sit. Quacumque autem ratione electio peragenda præscribatur, quæcunque conditiones ad ejus firmitatem ab Ecclesia pro diversis temporibus statuantur, hoc nihil officit aut Ecclesiæ potestati, aut Christi institutioni, aut Pontificiæ auctoritati, quæ cum ab alio superiore independens sit, absoluta omnimodè electione, ac designatione Summi Pontificis, ab omnibus, quorum interest, & ad quos illam spectare Ecclesia determinavit, inviolabilis ipsa, & inconvulsa manere debet, cum ea petræ istius sit soliditas, ut statim atque in ædificium Ecclesiæ compacta fuerit, nulla amplius insultatione, aut humana machinatione concuti, aut labefactari possit.

Nec moror, Henricum Tertium, qui quam bello 135
clarus, tam infectione Pontificum infamis, à quibus diris etiam Pontificiis primus Imperatorum post Archadium petitus est. Causas alibi exquisivimus. Certè nunquam laudes Gregorium Septimum Romanum Pontificem ab eo obsessum, adulterinum Pontificem unum & alterum superinductum, dolis & veneno etiam in illos grassatum; marrem fœminam optimam à filio expulsam, atque in exilium mori coactam; Gallorum memorabilem illam expeditionem sæpè expeditam. Sed luit mox pœnam; ab Henrico enim filio captus & Leodii custoditus, fœdore carceris post annum 48. Imperii miseram animam efflavit. Neque Ludovicum Bavarum, qui ingenti temeritate Imperatorem se citra Pontificis assensum appellavit. Qua injuria offensus Joannes XXII. illi sacris interdixit. Verum homines juxta, ac Numina contemnens, Italiam mox petiit, Romæque coronatus à Stephano Columnio, Petrum Corbariensem pseudopontificem creat, minoritæ familiæ unum, quem & Nicolaum appellari voluit, & nequid ad serendas discordies malorum deesset, tyrannos in iis oppidis, quæ pontificii juris erant, privata auctoritate instituit. Neque alios Imperatores, qui vel tyranni, vel monstra hominum fuere, dum Ecclesiam Catholicam insequuti fuerint.

Nec verò nunc de illis loquimur, qui Ecclesiam na- 136
scentem

scentem adhuc extinguere sunt conati, Neronibus, Domitianis, & ejusdem generis reliquis, sed de his, qui illam persecuti sunt jam adulta ætate, incipientem in Principes auctoritatem sui muneris exercere, postquam constituta jam, & confirmata est Petri Sedes in oculis omnium Principum. Qui verò hujus auctoritati restitere, à Deo sic castigatos constat, ut manifestè appareat quam grata sit, ac semper fuerit Deo Sedis Apostolicæ obedientia, contra autem quam ingrata, & odiosa in eandem inobedientia. In primis cum ex Imperatoribus, qui in apertam defectionem, & contemptum dictæ S. Sedis erupit, legimus, fuisse Anastasium primum, quem à Gelasio Romano Pontifice admonitum, ne Acatii Episcopi Constantinopolitani à Sede Apostolica damnati, partes foveret, cum nec monitis ejus paruisset, & Hormisdæ ejusdem successoris Legatos, ad eum ea de causa missos, ut à communione cum hæreticis desisteret, contemptim primum auditos, contumeliosius dimisisset, divina tandem ira fulmine è vita sustulit.

137 Sequuntur hujus impietatis successores, sed per intervalla multi alij Imperatores, quales fuere Mauritius, Constans secundus, Justinianus, Constantini Pogonati filius, Philippus, Leo, sed hos numerare longum esset, qui diverso quidem genere mortis, sed omnes aut violento, aut ignominioso, spoliati antea Imperio, & omni dignitate perierunt, ut manifestè appareat in eis ultrix inobedientiæ vindicta divina. Quæ series usque ad Henricum illum perduci posset, qui cum gravissimè Sedem Apostolicam vexasset, tandem eum à suo filio captum Leodii, ut diximus, ultio divina in carcere mori fecit, justissimam quidem inobedientiæ pœnam ab ipso repetens, ut à filio castigaretur, qui eum, quem patris loco divina ei providentia in Ecclesia constituerat, tot modis vexaverat, ejusque auctoritatem neglexerat. Id, quod & de Friderico Secundo dici potest, nisi quod infeliciori mortis genere est sublatus, qui filio suo ipso carnificis munere fungente, strangulatus interiit.

138 Unde autem evenerit, ut, mutato veteri instituto, Imperator confirmatur à Pontifice? Non tractatur hæc quæstio de Imperatore Augusto Cæsare, neque de cæteris Imperatoribus Romanis, qui illi successerunt, ac fuerunt à fide, ac Religione Christi alieni, quique modò quidem à populo, modò à Senatu, modò ab exercitu militum, modò à Prætorianis militibus, modò per vim ac tyrannidem, modò demum ab ipsis Imperatoribus nominabantur, eligebantur, & creabantur, & tandem Senatus auctoritate, & consensu, ac proinde Populi Romani confirmabantur expresè, vel tacitè.

139 Et nihilominus etiam tunc penes Romanos Pontifices erat jus adimendi ex certis causis Imperium Ethnicis Imperatoribus. Quoniam, licet Imperatores pagani erant, ut extra Ecclesiam, & Imperium à Papa non habebant. Quatenus vero Evangelii promulgationem, aut vetabant, aut impediebant, quatenus Christianos persequebantur, Ecclesiarum bona occupabant, jus Ecclesia, ac proinde Romanus Pontifex habebat indicendi, ac inferendi illis bellum, ac eos Imperio spoliandi. Ideoque id Ecclesia non fecit, quia licet in multis Ecclesia jus habeat, tamen secundum jus, quod habet, non semper facit. Quoniam non expedit juris rigorem exequi, & aliquando jus nostrum persequi non possumus, vel quia vires nobis non suppetunt, vel quia majora mala credimus evitanda. Divino jure Imperia, & Regna mundi sunt Vicario Christi Domini subjecta ad Evangelicam legem promulgandam, ad Christianam Religionem tuendam, conservandam, propagandamque.

140 Neque item tractatur de iis Imperatoribus, qui post Constantinum Magnum usque ad Carolum Magnum imperarunt. Hi etenim, quamvis Christiani fuerint, ac proinde Summo Pontifici, ut Christi Vicario subjecti, magis tamen per successionem, quàm per electionem Romani Pontificis auctoritate institutam, & peculiariter confirmatam facti sunt Imperatores, tametsi eorum nonnulli per vim, ac tyrannidem Imperium invaserint, & usurpaverint, & alii, vel ab exercitu militum, vel ab ipsismet Imperatoribus nominati, sive electi Imperium susceperint.

Cæterum, quia Imperatores Christiani erant, Roma-141 no Pontifici, tamquam oves Pastori subjiciebantur jure divino, qui successor S. Petri est Christi Vicarius in terra. Unde etiam in temporalibus, etiam erat Imperium tunc Summo Pontifici ipso jure subjectum, non quod Summus Pontifex, nutu, & arbitratu suo posset Imperium Imperatoribus abrogare, sed quod in certis quibusdam causis, ipso jure, quamvis non facto, posset Imperatorem Imperio privare, ut puta si Imperator esset hæreticus, schismaticus, hæreticorum fautor, sive schismaticorum adjutor, defensorve. Poterat jure quidem, licet non facto Constantinus Arianus Imperator, & Arianorum fautor auctoritate Romani Pontificis Imperio dejici. Quia ad factum vires Pontifici deerant, non jus faciendi. Poterat Julianus Christianæ Religionis desertor, ipso jure Summi Pontificis auctoritate ab Imperio removeri. Constantinus Papa Philippicum Imperatorem hæreticum, non solum anathemate percussit, sed etiam coacto Concilio decrevit, ne Philippici, tanquam Imperatoris hæretici, aut litteræ, aut nummi reciperentur, neque imago ejus, ut moris erat, in Templum inferretur, neque nomen ejus in solemnibus sacrificiis ederetur. Gregorius Secundus Leonem tertium Iconomacum Imperatorem à piorum communione submovit, ut qui non solum hæreticus, & hæreticorum fautor esset, sed etiam catholicorum hostis, & persecutor acerrimus, & mox Italiæ populos Sacramenti, quo se illi obligaverant, religione exolvit, & ne ei, aut tributum darent, aut alia ratione obedirent, indixit. Quo decreto accepto Romani, Campani, Ravennates, & Pentapolitani à Leone subitò defecerunt. Poterat jure Imperator auctoritate Romani Pontificis Imperio spoliari, si pacem Ecclesiæ promissam, & juratam non servabat, si Episcopos, & Cleticos suo officio fungi prohibebat, si Ecclesiæ claves contemnebat, si Ecclesiæ jura sibi usurpabat, si denique Christianæ Reipublicæ pacem, salutem & bonum conturbabat. Item si vacante tunc Imperio jus Christianis populis esset ex necessitate dicendum, potestas erat penes Romanum Pontificem dicendi jus populis. Nam vacante Imperio, administratio ejus ipso jure ad Summum Pontificem spectat, ut colligitur ex *cap. licet de for. comp. & extravag. si fratrum Joannis XXII. tit. ne sede vac.* & docuerunt Bartol. *in l. naturaliter, ff. de usucap.* Bald. *in l. cum notissimi §. Immò C. de præscript.* Jo: Fabr. *Instit. de adopt. §. 2.* Abb. *in d. cap. licet num. 8.* ac Roman. *singul. 417.*

Solum igitur tractabitur hæc quæstio de Impera-142 tore Carolo Magno, ac de aliis, qui post ipsum imperarunt, de qua sit prima assertio: Imperatoris jurisdictio, & potestas est, ac pendet proximè à Romano Pontifice, quonjam ipsi data est à Deo omnis potestas gubernandi, & administrandi Ecclesiam, & Christus Dominus unum ovile, & unum gregem constituit, cui Petrum, & successores ejus præfecit. Petro enim dictum est: *Pasce oves meas*, non has, aut illas, sed absolutè, ac simpliciter oves meas. Omnes ergo. Ac proinde Imperatores, Reges, & Principes. Petro item dictum est *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claves Regni Cœlorum, & quodcumque solveris, & ligaveris super terram, erit solutum, & ligatum & in cœlis.* Romanusque Pontifex utriusque Regni terreni, ac cœlestis claves accepit. Ait enim Nicolaus Primus *in can. omnes dist. 22. Beato Petro æternæ vitæ clavigero, terreni simul, & cœlestis Imperii jura Dominus commisit.* Et *in can. duo sunt d. 96.* ita legimus: *Duo sunt quippe, Imperator Auguste, quibus principaliter hic mundus regitur, Auctoritas Sacra Pontificum, & Regalis potestas, in quibus tamò gravius est pondus Sacerdotum, quantò etiam pro ipsis regimini. In divino*

vino sunt reddituri examine rationem. Nosti itaque inter hæc ex illorum te pendere judicio, non illos ad tuam posse redigi voluntatem.

143 Hisque institutis, talibusque functi auctoritatibus plerique Pontificum, alii Reges, alii Imperatores excommunicarunt. Ideòque probat ibidem Pontifex exemplo B. Innocentii Papæ, qui excommunicavit Arcadium Imperatorem, quia consenserat, ut S. Joannes Chrysostomus è sua Sede pelleretur, & exemplo B. Ambrosii, qui licet sanctus, non tamen universalis Ecclesiæ Episcopus pro culpa, quæ aliis Sacerdoribus non adeò gravis videbatur, Theodosium Magnum Imperatorem excommunicans, ab Ecclesia exclusit. Et in *Extravag. Vnam sanctam de major.* Bonifacius Octavus definit Romanum Pontificem duas habere potestates, & eas à Christo Domino accepisse, spiritualem, & temporalem. Quod probat Glossa *in d. can. omnes v. cœlestis d. 22.*

144 Præterea Imperator creatur, ut sit Ecclesiæ Minister, patronus, protector, ac tutor contra hæreticos, schismaticos, paganos, & omnes Christiani nominis hostes. Ergo Imperium existit, ac pendet à Summo Christi Vicario. Nam, ut docet Aristoteles *l. 1. Eth. cap. 1.* Ejus artis est magistros eligere, & instrumenta exhibere idonea, & commoda, cujus est ad finem intendere, ac ducere, sicut ars, cujus finis est in bello victoria, eligit equestrem artem, & alias administras. Cùm igitur Romanus Pontifex Christianam Rempublicam dirigat ad salutem æternam, ejus est, Ecclesiæ ministros idoneos dare patronos, tutores, & protectores adhibere, qui populum Christianum, Ecclesias, Sacerdotes, templa, aliaque sacra contra hostes tueantur, & protegant.

145 Accedit, quod Ecclesia est unum corpus, cujus est unum caput. At Summus Pontifex post Christum Dominum est totius Ecclesiæ caput, cùm sit Christi Domini Vicarius, & à capite est omnis virtus in corpus. Alioqui si imperium non est à Romano Pontifice, Imperator, & Summus Pontifex erunt duo capita in Ecclesia, duo in terris Dei Vicarii. Quod dici non potest.

146 Hæc sententia jure canonico confirmata est sæpius. Nam *in c. Venerabilem de elect.* Innocentius Tertius ait: *Electionem Imperatoris ad Germanos Principes pertinere, verùm*, inquit, *illis Principibus jus, & potestatem eligendi Imperatorem recognoscimus quidem jure, & antiqua consuetudine convenire, præsertim cùm ad eos jus, & potestas hujusmodi ab Apostolica Sede provenerit, qua Romanum Imperium à Græcis transtulit, in Germanos, sed & Principes recognoscere debent, & utique recognoscunt, sicut iidem in nostra recognovere præsentia, quod jus, & auctoritas examinandi personam electam in Regem, & promovendum ad imperium, ad nos spectat, qui eum inungimus, consecramus, & coronamus.*

147 Ex quibus verbis Pontificis hoc sumitur argumentum. Romanus Pontifex Imperium à Græcis ad Germanos transtulit, Germanorum Principibus jus, & potestatem concessit eligendi Imperatorem, electi merita examinat, approbat, confirmat, & ita electum ungit, consecrat, coronat. Quæ omnia perspicua sunt argumenta, quod Imperatoris jurisdictio, & potestas sit, & pendeat à Romano Pontifice. Prædicta enim non nisi superioris sunt potestatis.

148 Ad hæc, Romanus Pontifex Imperatori Imperium abrogat. Nam Gregorius VII. Henricum IV. Imperio privavit. Alexander III. Federicum I. Innocentius III. Othonem III. Gregorius IX. & Innocentius IV. Federicum II. Joannem XXII. & Clemens VI. Ludovicum IV. Bavarum. Constat item ex Auctoribus fide dignis, Emanuelem, Constantinopolitanum Imperatorem, bis per Legatos petiisse ab Alexandro III. Romano Pontifice, ut Occidentale Imperium cum Orientali conjungeret. Emanuel Imperator Orientis intelligens Italiam Federici I. Imperatoris belli vexari, Beneventum ad Alexandrum III. Legatis missis, promisit se Græcos cum Latinis juncturum, & ipsum à molestia Federici liberaturum, & grandi pecuniæ summa donaturum, si corona

Imperii Occidentalis, quæ jure erat Federico adempta, donasset, & utriusque Imperii Imperatorem appellasset. Respondit Alexander ex Cardinalium consilio, se nolle in unum conjungere, quod olim de industria majores sui, & antecessores disjunxissent. Ita Ciaconius in vita Alexandri. Patet etiam ex Sigonio de Regno Italiæ *lib. 14.* anno 1168. Gregorium X. Michaeli Palæologo, Orientis Imperium confirmasse, quod ad Lugdunense Concilium accessisset. Item eundem Gregorium Electores Imperii schismate laborantes ad Imperatorem creandum coegisse, contestatum, nisi id citò fecissent, se eorum negligentiam supplendam curaturum. Clementem itidem VI. dejecto, & damnato Ludovico Bavaro, comminatum fuisse electoribus novum Imperatorem eligere recusantibus, se eos per censuras Ecclesiasticas compulsurum.

Innocentius tum etiam III. *in cap. solita de major. &* 149 *obed.* scribens ad Imperatorem Constantinopolitanum multis rationibus probat, Imperium Sacerdotio subesse, non contra. Primò quia ad Sacerdotes spiritualia pertinent, ad Imperatores temporalia. Sed spiritualia sunt temporalibus digniora. Secundò, quia Sacerdoti, non Regi dictum est Hierem. 1. *Ecce constituite super gentes, & regna, ut evellas, & dissipes, & ædifices, & plantes.* Tertio, quia sicut Deus fecit duo luminaria magna in firmamento Cœli, luminare majus, ut præesset diei, & luminare minus, ut præesset nocti, & utrumque magnum, sed alterum majus, sic ad firmamentum Cœli, hoc est universalis Ecclesiæ, fecit Deus duo luminaria magna, idest duas instituit dignitates, quæ sunt Pontificalis auctoritas, & Regalis potestas. Sed illa quæ præest diebus, idest spiritualibus, major est, quæ verò carnalibus, minor, ut quanta est inter solem, & lunam, tanta inter Pontifices, & Reges differentia cognoscatur. Quarto quia B. Petro commissæ sunt oves à Christo, dicente Domino: *Pasce oves meas*, non distinguens inter has, & illas ut alienum à suo demonstraret ovili, qui Petrum, & successores ipsius magistros non recognosceret, & pastores. Ultimò, quia Dominus dixit ad Petrum, & in Petro ad successores ipsius. *Quodcunque ligaveris super terram erit ligatum & in Cœlis*, nihil excipiens, quia dixit. *quodcunque*. Et *in c. ad Apostolicæ de sent. & re jud. in* 6. Innocentius IV. in Concilio Lugdunensi probat ex illo Christi Domini: *Quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum & in Cœlis*, posse Romanum Pontificem justis de causis, hoc est ob Crimina Imperatorem Regno, & Imperio privare, & absolvere eos, qui sunt Imperatori subjecti, omni vinculo, & obligatione juris jurandi, quo ipsi erant ante adstricti. Idem ostendit Clemens V. in Concilio Viennensi, ut habetur *in Clem. Pastoralis de sent. & re jud.* Denique Bonifacius VIII. *in Extravag. unam sanctam de major. & obed.* inter extravagantes communes definit, unum esse caput in Ecclesia, non duo, Christum, & Christi Vicarium, Petrum, & Petri successorem, cui fuit dictum: *Pasce oves meas, meas* inquit, generaliter, non singulariter has vel illas, & in ejus potestate duos gladios, spiritualem videlicet auctoritatem, sive potestatem, & temporalem auctoritatem subjicit spirituali potestati, quia spiritualis præcellit terrenam dignitatem, & spiritualis potestas terrenam instituit, & judicat, si bona non fuerit juxta illud Hierem. 1. *Ecce constitui te super gentes, & Regna.*

Atque ita propter hæc jura, & decreta, Romanorum 150 Pontificum docent communi ferè consensu juris Doctores, præsertim Pontificii, nominatim Abb. *in c. venerabilem de elect. num. 11. & in cons. 28. par. 1.* Aretin. *cons. 59.* Bartol. *in l. 1. ff. de requir. reis.* Cardinalis *in can. Cum ad verum d. 96.* Butr. *in repet. cap. per venerabilem, qui fil. sint legit.* Felin. *in cap. novit. de judic.* Petr. de Monte *de monarch.* & Castald. *de Imperat. quæst. 4.* D. Anton. *p. 3. tit. 22. cap. 5. §. 15.* Augustin. Triumph. *de potest. Pap. quæst. 36. art. 1. & 2.* Sylvest. *in sum. v. Papa q. 10.* aliique permulti in *d. cap. novit, de judic.* asserentes, Imperium à Romano Pontifice esse, ac pendere,

& imperatorem ab eo ſuam juriſdictionem, & poteſtatem habere, & hoc certi juris eſſe. Et certè qui negat Imperatoris juriſdictionem, & poteſtatem à Romano Pontifice, ſive Eccleſia exiſtere, negat quoque decreta Romanorum Pontificum Innocentii III. Innocentii IV. Clementis V. Bonifacii VII. Negat etiam auctoritatem Conciliorum Lugdunenſis ſub Innocentio IV. & Viennenſis ſub Clemente V. in quibus edita ſunt duo ex prædictis decretis. Unde Bartol. *loc. cit.* & Abb. *in d. cap. novit.* aiunt, Dantem Philoſophum, ac Poetam Florentinum poſt mortem fuiſſe quaſi propter hoc de hæreſi damnatum, quia *lib. 3. de monarch.* ſcripſerit, Imperium non eſſe Eccleſia.

151 Haud ignoro, non ſolum in jure civili, ſed etiam in Jure Canonico multa legi, in quibus Imperatorem à Populo accipere poteſtatem invenitur. Multa itidem, in quibus Imperator dicitur eſſe à Deo conſtitutus. Alia item, in quibus Imperium à Romano Pontifice eſſe, conferri, ac pendere perhibetur. Nam *in l.1. ff. de conſtit.* habentur: *Populus Romanus ipſi Imperatori, & in ipſum omne Imperium, omnemque ſuam poteſtatem contulit.* Idem legitur *inſtit. de jur. nat. Gent. & civil. §. Sed & quod Principi.* Idem *in l. 1. §. Cum enim utique lex. C. de veter. jur. enucl. & l. 1. ff. ad leg. Jul. de ambit.* Alia verò jura civilia expreſsè dicunt: *Imperium eſſe à Deo.* Ita enim *in auth. de inſtrum. cauc. & fid. §. 1.* legitur: *Quia igitur Imperium propterea Deus de Cœlo conſtituit.* Et *in l. 1. C. de Sum. Trinit.* dicitur: *Quia ex Cœleſti arbitrio ſumpſerimus.* Et *in auth. ut defuncti, ſeu funera eorum §. Si verò etiam aliis gentibus, quarum nobis principatum alium quidem ab initio dedit Deus, alium verò adjecit.* Item in *Auth. de non alien. vel permut. rcb. Eccleſ. §. Sanimus igitur, Imperator, cui plurimum dedit Deus habere, & multorum Dominus eſſe.* Et *in lib. feudor tit. de pac. ten. ſub init. Quoniam divina præordinante Clementia, ſolium Regia majeſtatis conſcendimus, l. 1. C. de veter. jur. enucl. in principio. Deo auctore noſtrum gubernante Imperium, quod nobis à Cœleſti Majeſtate traditum eſt.* In *auth. quomodo oporteat Epiſcopos: Maxima quidem in omnibus ſunt dona Dei à ſuperna collata Clementia, Sacerdotium & Imperium, & illud quidem divinis miniſtrans. hoc humanis, eodemque principio utraque excedentia, humanam vitam exornat.* In *l. ult. ad fin. C. de quadrien. præſcript. Quo nutu divino Imperiales ſuſcepimus inſulas.* In *auth. de Conſul. §. Olim. Deus miſit Imperatorem legem animatam in terris.* Et in *l. ult. C. de præſcript. long. tempor.* his verbis: *Ideò noſtri majores ſubtiliſſimo animo, & divino quodam motu.* In *auth. ut non luxurientur initio: Ut crediti nobis à Domino Deo, bene vivant.* In *auth. de quæſtore in princ. Dei auxilio ut ſubjecti ab ejus Clementia nobis traditi, illæſi ſerventur.* In *auth. Conſtitutio, qua de dignit. A Deo tradita nobis Reipublicæ.* In *auth. de armis: Subjectos omnes, quorum regimen nobis dedit Deus.* In *auth. de privil. dot. in auth. ut diſſerentes Judices: Ex quo nos Deus Romano propoſuit Imperio, & commiſſa vobis à Deo Reipublicæ.* In *auth. de triente, & ſemiſſe §. ult. Semper aliquid adjicit Deus noſtris ſcepteis.* Tum in *l. 2. C. de offi. Prætor. Afric. Per ipſum enim jura Imperii ſuſcepimus.*

152 Hoc idem etiam confirmatur ex jure ipſo Canonico. Nam in *can. Conſtantinus d. 96.* quamvis ibi palea eſſe dicatur, legimus tamen: *Unde coram Deo vivo, qui nos regnare præcepit.* Idem colligitur *ex can. quæſtum 23. quæſt. 4. can. quoniam can. in ſcriptis d. 10. can. duo ſunt, can. legimus d 93. can. cum ad verum, & can. ſi Imperator d. 96.*

153 Hinc multi juris interpretes, præcipuè civilis, ſentiunt, Imperatoris poteſtatem eſſe à Deo proximè, non à Romano Pontifice eo, quod, aiunt, Imperium cœperit ante Romanum Pontificem, de qua re Gloſ. *in d. can. Quoniam v. diſcredit, & in d. can. quæſtum in d. can. ſi Imperator, d. can. duo ſunt, & in d. can. Cum ad verum,* ibique Hugo ait, Imperium non eſſe ab Apoſtolica Sede, ſed à Deo. Quam ſententiam probare conatur Gloſſa multis rationibus, traditque Alber. *in dict. v. electio*, ubi inquit: *Credo, Sacerdotium, & Imperium eſſe poteſtates diſtinctas, & à Deo proceſſiſſe, de quo ſatis notavi in l. 1. C. de Sum. Trinit. & fid. cath.* Idemque docet Joan. Pariſienſ. *de poteſt. Spirit. & ſæcular. cap. 4. & ſeq. & cap. 8. ac 9.* & Michael. Vlcarrun. *de regim. mund. par. 2.*

Ex quibus inferunt, tria illa Coronarum inſignia, 154
quibus Imperator coronatur, velut è cœlo eſſe delapſa. Pro qua ſententia pugnant ferè omnes Cæſarei juris interpretes, quorum ſunt veluti anteſignani Bald. *in lib. 1. C. de Sum. Trin.* Bart. *in extravag. ad reprimendam*, & Alberic. *in l. Bene à Zenone.*

Muniunt ſe præſidio *auth. quomodo oporteat Epiſc. col.* 155
1. & auth. de fid. inſtrum. col. 6. In eiſdem quoque ſubſelliis verſantur plerique, quos pro contraria ſententia ſtare putes, ac præſertim Innoc. Papa, quo nemo ſincerius, incorruptiuſque Sacrorum Canonum fontes reſeravit, *in cap. licet* ex ſuſcepto *de for. comp.* & Archid. *in d. can. duo ſunt, d. can. ſi Imperator, & d. can. cum ad unum* Olt. *in Sum. de appel. §. quoniam.* Hos, ut à ſuis deficiant, & velut transfugæ in aliena caſtra demigrarent, in primis compellit auctoritas D. Auguſtini, aſſerentis ipſa jura per Imperatores, & rectores ſæculi Deum diſtribuiſſe humano generi, *Can. quo jure d. 8.* Cui adſtipulatur Joannes Papa *in d. can. ſi Imperator d. 96. St*, inquit, *Imperator Catholicus eſt, habet privilegia ſua poteſtatis, quæ admirandis legibus publicis divinitus eſt conſequutus.* Et mox adjungit: *Ne contra Dei beneficia pugnare videatur, à quo propriam conſequutus eſt poteſtatem.* Quid quod in *can. quæſtum 23. queſt. 4. & l. in nomine Domini ff. de off. Præf. Prætor.* definitur, jura Imperii à Cœleſti Numine tradita eſſe, namque Imperium ſequitur Deum, ut in *auth. de dign. col. 6.* Idcircò Imperator appellatur, Pater omnium poſt Deum, *auth. ut exac. juſt. do. col. 7.* Ad hæc ſtabilienda pleraque afferunt veteris, novique Teſtamenti teſtimonia, ut illud *Proverb. cap. 8. Per me Reges regnant*, & Pſalmographi: *Deus judicium tuum Regi da*, atque id generis alia. Inſuper illum locum ex *1. Petri Epiſtola, Deum colite, Regem honorate.* Item & illum: *Subditi eſtote omni Poteſtati, ſive Regi, tamquam præcellenti, ſive Ducibus ab eo omiſſis.* Nec parum facit D. Pauli auctoritas *in epiſt. ad Rom. Non eſt*, inquit, *poteſtas niſi à Deo*; & Matth. 22. *Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, quæ ſunt Dei, Deo*, *can. convenior 23. q. 8.* ubi D. Ambroſius, quæ Cæſaris, quæve Pontificis partes ſunt luculentiſſimè recenſet.

Ad tot teſtes accedit ratiocinatio hæc. Cum duorum eſt 156
idem per ſe principium, quod immediatum noſtri temporis Philoſophi vocant, neutrum ab altero dependere poteſt. Sed Papa, & Imperator cenſentur ejuſmodi. Alter igitur ab altero nequaquam dependet. *Primum* ſumptum neceſſitatem habet, cum ejus contrarium ſubſiſtere nequat. Secundum ex his elicitur juribus, quæ jamdudum in medium attuli. Ex quibus colligi volunt, Imperatoris poteſtatem à Pontificia eſſe omnino ſejunctam, & diviſam, neutramque ab altera pendere, cum ab eodem principio ortum habeant, & utrique ſuo ductu, ſuiſque auſpiciis rem communem gerant.

Quod hoc quoque connexo ſtabiliri poteſt. Quæ di- 157
verſa ſunt inter ſe, & diverſos ad fines tendunt, alterum ab altero non dependet, ſed utrumque ad tertium quippiam eſt redigendum, *l. 2. ff. de verb. oblig.* Sed poteſtas ſpiritualis, poteſtaſque ſæcularis ſunt diverſa inter ſe, & diverſos ab fines tendunt, *d. can. duo ſunt d. 96.* Unde conficitur, neutrum ab altero pendere, ſed utrumque à tertio quopiam, id eſt à mundi opifice Deo provenire. Præterea Moyſes, & Aaron expreſſam Chriſti imaginem referebant, ut *Deuter. cap. 18. Prophetam*, inquit, *ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum, & erit ſimilis mihi*, & Exod. cap. 18. *Applica quoque ad te Aaron fratrem tuum cum filiis, ut Sacerdotio fungantur mihi.* Sed Moyſes, ut Legislator, Aaron verò, ut Summus Sacerdos eam imaginem referebant. Unde qua ratione Papa tanquam Summus Sacerdos, Aaronis officio fungitur, eadem Imperator, ut legislator, locum Moſe obtinet,

net, ut *cap. translato de conſtit.* Ex quibus planè convincitur, non alterum ab altero, ſed utrumque à ſolo Deo manare, quemadmodum Moſes, & Aaron à cœleſti numine ſuam uterque poteſtatem accepit.

158 Accedit, quod jure gentium diſcretæ ſunt gentes, Regna condita, & dominia diſtincta, *l. ex hoc jure ff. de juſt.* hiſque ductus rationibus, Petrus de Ancharano oſtendit, Regna eſſe de jure divino, deindè gentium, copioſiſſimèque id exequitur *conſilio ſuo 311. & 341.* Quod, ſi etiam demus, Papam, & dignitate, & auctoritate Imperatori eſſe præferendum, nihil tamen prohibet dicere, utrumque à Deo ſeorſum & nullo medio interjecto, proficiſci, cùm omnis poteſtas à cœleſti aula deriveturt *can. omnibus 24. q. 1. can. magnum 11. q. 1. can. ſolita de major. & obed.* Verè & appoſitè Seneca *in lib. de Clementia* perſonam Cæſaris inducens, ita loquitur: *Ego ex omnibus mortalibus placui electus, qui ſim in terris, ut Deorum vice fungerer, in mea poteſtate eſt, qualem quiſque ſtatum ſortemque habeat, quos Reges mancipium fieri, quorumque capiti regale decus circum dare oporteat.*

159 His tamen omnibus reſpondetur, Imperium eſſe à Deo quidem, at non proximè. Nec enim Deus per ſe ipſum Imperatorem elegit, vel creavit, ſed voluit, ut ab Eccleſia, ſive Romano Pontifice, cui totius Eccleſiæ adminiſtrationem commiſit ſpiritualem, & temporalem eligeretur, & crearetur. Unde quia Pontifex id facit ratione muneris, & officii, quo fungitur; ideò ipſe eſt, qui proximè per ſe ipſum, vel per alium Imperatori juriſdictionem, & poteſtatem tribuit; ipſe eſt, qui jus, & poteſtatem eligendi electoribus concedit; demum ipſe eſt, qui electum Imperatorem ungit, conſecrat, coronat, ac patronum, & protectorē Eccleſiæ facit, quo ſenſu intelligenda ſunt, quæ habet D. Gregor. *Epiſt. 61. ad Mauritium Imperatorem lib. 2.*

160 Habeturque pro comperto utrumque gladium penes Eccleſiam eſſe, cum Apoſtoli, qui totius Eccleſiæ perſonam ſuſtinebant intrepidè protulerint: *Ecce gladii duo.* Nec Chriſtus eos, ut ſuperfluos excluſit, ſed reſpondit, *ſufficit.* Et cùm Petrus gladium perſtringeret, nequaquam juſſus eſt, eum abjicere, ſed in vaginam recondere, quaſi uſum prohibens, non auferens imperium. Quæ enucleatius explicat Andr. Sicul. *in d. cap. novit de judic.* Butr. *in d. cap. per venerabilem qui fil. ſint legit.* Auguſt. Triumph. *in lib. de Eccl. poteſt.* qui omnes ex hac Evangelica narratione effici volunt, uſum ſolum, & procurationem alterius gladii Imperatori demandari, poteſtatem verò utriuſque penes Pontificem reſidere, perindè ut legum interpretes ſtatuunt actiones directas, licet inanes, & inefficaces, remanere penes cedentem, ſed earum uſum in ceſſionarium transferri, *l. in cauſa ff. de proc. l. 1. ff. ad Treb.*

161 Cui ſententiæ mirum in modum applaudit illud Leonis Tertii *3. q. 4.* & Nicolai Papæ *in can. omnes d. 22. Eccleſiam*, inquit *ſolus Chriſtus fundavit., & ſupra Petram fidei mox naſcentis erexit, qui B. Petro æternæ vitæ clavigero terreni ſimul, & Cœleſtis Imperii jura commiſit.* Verùm ad hoc perſuadendum nihil videtur accommodatius, quàm ejuſdem Nicolai juſſa, quæ narrantur *in can. auctoritatem 15. q. 6. Hæc*, inquit, *in mandatis damus, ut ſpirituali ſimul, & materiali gladio malignos illos, eorumque fautores inſequantur.* Quo ex loco plerique argumentantur, Pontifici licere bellum hoſtibus indicere, & illud ſuo marte gerere, atque etiam prælio intereſſe, ut *can. igitur 23. q. 8.* Quod adverſus Chriſtianæ pietatis hoſtes fieri poſſe quis ambigat? Cum nec illud dubium ſit, Pontificem bellandi tempora, dieſque legitimos, ut olim Fæciales, poſſe ſtatuere, ut *can. ſi nulla 23. q. 8.* aliiſque ad bella juſtè ſuſcipienda excitare, *can. ut pridem q.* & præcipuè Imperatorem, Adriani exemplo, ejus hortatu, & precibus Carolus Magnus bellum adverſus Longobardos ſuſcepit, *can. hortatu ead. q.* Quod ſi Papa gladii exercendi poteſtatem Imperatori non daret, nec eam quidem auferre poſſet. Sed Innocentius Pontifex Archadium Imperatorem à fidelium communione ſeclusit, ut *in can. duo ſunt d. 96.* & Pontifex Zacharias Regem Francorum regno privavit, ac Pipinum, Caroli Patrem in ejus locum ſuffecit, *can. alius 15. q. 6.* Peremptо autem quod ſequitur, interimitur quod præcedat. Undè neceſſariò efficitur, Pontificem gladii poteſtatem Imperatori dare, cum illam quoque adimere poſſit, quinimo, & Imperium de gente in gentem transferre, *cap. venerabilem de elect.*

Efficax & illud argumentum, quod Imperator à Pon- 162
tifice inungitur, coronatur, judicatur, atque ab auguſtali ſolio deturbatur, ut *d. can. alius.* Quid, quod conceptis verbis jus jurandum præſtat, & quidquid habet, eidem refert acceptum *can. Tibi domine d. 63.* & *Clem. 1. de jure. jur.* Unde Legatus Papæ ad Friderium Primum qua ratione Imperatorem Pontifici ſubjectum eſſe, abundè teſtatur apud Radevic. *lib. 9. cap. 9.* his verbis *Romanum Imperium à Græcis translatum eſt ad Alemannos, ut Rex Teutonicorum, non antequam ab Apoſtolico coronaretur Imperator vocaretur ante conſecrationem Rex, poſt Imperator. Undè igitur habet Imperium niſi à P. Ex electione ſuorum Principum habet nomen Regis ex conſecratione Papæ habet nomen Imperatoris, & Aug. & Cæſaris. Ergo per Papam imperat. Recolamus antiqua. Zacharias promovit Carolum, fecit ei nomen magnum, ut eſſet Imperator & ut poſthac perpetuo Rex Teutonicus eſſet Imperator, & Advocatus Sedis Apoſtol. ut Romano Epiſcopo Apulia per eum pacata eſſet ſubjecta, quæ Papæ cum Urbe Romana eſt, non Imperatoris. Roma Papæ Sedes eſt, Imperatoris eſt Aquis in Arduenna, quæ eſt Sylva Gallica. Imperator, quod habet, totum habet à, Papa, ſicut Zacharias transtulit Imperium à Græcis ad Teutonicos, ita Papa poteſt id ab Alemannis transferre ad Græcos. Ecce in poteſtate ejus, ut det illud cui vult. Propterea conſtitutus à Deo ſuper gentes, & regna, ut deſtruat, evellat, adificet, & plantet.*

Verùm demus tandem aliquando, quod ubi de his 163
agitur, quæ ad Imperii decus, ac dignitatem pertinent, nec civile, neque Pontificium jus ſatis virium, aut firmitatis habere, cum hi, & legum, & Canonum auctores, Architectique fuerint, qui vel Imperii, vel Pontificatus habenas moderabantur, quem autem quiſque rebus in humanis, gradum obtinet, eum honoratiorem, inſignioremque reddere ſtudet. Demus, quod qui leges condidere eodem tenore ſibi ipſis ubique conſtent, qui verò Canones, diverſis, & inter ſe malè cohærentibus ſententiis conflictentur, & nunc Imperii Majeſtatem ad ſuperos uſque tollunt, nunc eam paulatim dejiciunt, quandoque ad imum uſque præcipitant, atque in Euripi modum, modò hac, modò illac reciproco curſu ferantur, ut ſcilicet vel neceſſitas cogebat, vel præſentibus rebus magis expedire videbatur. Sed nihil eſt, cur ea cauſa quiſque ſibi, aut placeat, aut diſpliceat, cùm ejuſmodi ſcriptis ſit ſtandū, quorum repellerentur auctores, *c. fraternitatis de hæret. c. licet ex quadā de teſtam. l. mathematicos C. de Epiſc. aud.* Nec plus credi oportet mortuæ, quàm vivæ voci. *Quid autem ſunt aliud leges*, ut inquit Ariſtoteles, *quam mortui Principis voces?* Nec aliud eſt Princeps, quam lex viva, ut *auth. de conſul. §. ſin.* Quod ſi leges vetant cuiquā, etiā teſti juramento in ſua peculiarique re fidem adhiberi, ut *l. nullus ff. de teſt.* nec ejus profectò ſcitis, Sanctionibuſve credi oportet.

Illis igitur pauliſper depoſitis, ubi quid ambigui, obſ- 164
curique inciderit, ad Sacros Theologorum fontes recurremus, unde omnis pura, & incorrupta veritas emanat, quædam Sancta mutuabimus. In hac verò tam diuturna, & acri juriſperitorum colluctatione, inter quos diſſidium adhuc durat, & quaſi bellum civile, ſi qui velut arbiter honorarius omnem litem ſedare velit ex D. Thomæ ſententia, velut pro tribunali pronunciet *l. 3. de regim. Princip. c. 16. Imperium quatenus ſeparationem quandam executionis temporalis*, ut eiſdē verbis utar, *à ſpirituali deſignat, à Deo manare diſponente, & volente, ut hi gladii per diverſos exerceantur*, de quo egregiè D. Bernardus in eo de conſideratione libro, quem Papæ Eugenio dedicavit, *ſed nihilominus*, ne à verbis D. Thomæ diſcedam, *ordo, & gradus eorum, per quos hi gladii exercentur, ejus generis ſunt, ut minor à minori procedat, ſicut à divinis humana. &*

à cœlestibus terrena proficiscuntur. Sed quemadmodum asserimus, omnem Imperii potestatem à Summo Opifice mundi provenire, tanquam à primo auctore, ita velut in concione promulgamus, usum, & exercitium Imperatoriæ jurisdictionis à Papa, ut Vicario Christi, & in quem omnis Monarchia est transfusa, derivari, sicut peculium servari, non est solum à Domino principali, sed etiam à Vicario, *l. diffinitio peculii ff. de pec.* cui omni ex parte concinit Glos. *in can. in synodo d. 63.* quæ asserit, Papam dare gladii potestatem Imperatori, cujus tamen exercitium ipse non habet.

165 Sed fac, Imperium tam origine, quàm usu à solo cœlesti numine prodire. Et tamen Comitiorum ratio, qua omnis eligendi facultas Germanis Principibus est tradita, ab ipso nimirum Pontifice emanavit, & propterea in ipsius situm est potestate, hanc Principis eligendi formulam, vel omninò abrogare, vel aliter, atque aliter, ut usus postulaverit, immutare, ut pulchrè declarat D. Thomas in citato loco, ex quo verba hæc adjeci: *Imperium transfertur à Græcis ad Francos, deinde per Adrianum Papam ad Germanos, apud quos per Gregorium V. similiter genere Teutonicum institura est electio Imperialis, ut scilicet per septem Principes Alemaniæ fieret, quæ usque adista tempora perseverat, & tandiu durabit quandiu Ecclesia Romana, quæ supremum gradum in Principatu tenet Christi fidelibus expedire judicaverit.*

166 Hæc D. Thomæ sententia ex his stabilitur, quæ Platina scribit in vita Adriani V. *Adrianus*, inquit, *cogitaverat Constitutionem Gregorii de Imperatore eligendo, non quidem omninò tollere, sed in meliorem formam immutare.* Hæc moverunt Petrum de Ancharano, Zabarellam, Paulum, & reliquos, ut in *Clem. Romani de jurejur.* utrumque fatentur, & Imperium prima sui origine à Deo emanasse, & eo postea de Græcis in Germanos translato Pontificem Romanum novæ quasi genituræ habere auctorem, atque parentem, *d. cap. venerabilem de elect.* Quæ autem fuerit illa translatio, & quibus ex causis, & per quem & quo tempore facta memorabilis est Glossa *in d. cap. venerabilem*, ac plenè habetur *in d. Clem. Romani*, exatque de hac re insignis Tractatus Cardinalis Bellarmini, ubi hæreticorum, aliorumque calumnias, ac impostoras, & falsitates diluit.

167 Sit assertio secunda Electus in Imperatorem, facta electione, debet jure communi à Pontifice confirmari. Constat ex *d. Clem. Romani de jure jur.* in qua legitur, electum in Regem Romanorum examinari, & approbari à Summo Pontifice. Idem etiam colligitur ex *d. cap. venerabilem de elect.* August. Triumph. *de Potest. Pap. q. 38. art. 11.* D. Anton. *p. 3. tit. 22. cap. 5. §. 13.* Glos. *in can. legimus v. Imperatorem d. 93.*

168 Et licet Cardinalis in *cit. Clem.* dicat, electum in Regem Romanorum approbationem accipere à Romano Pontifice, confirmationem non item, quia jura tantum dicunt approbari debere, non autem confirmari. Nam approbatio, & confirmatio sunt diversæ. Confirmatio enim indiget superioris auctoritate, non autem approbatio, teste Baldo *in l. Barbarius ff. de offic. Prætor.* & colligitur *ex l. immunitates C. de agric. & censit.* Revera tamen non est, quod negemus, electum in Regem Romanorum esse à Romano Pontifice confirmandum. Siquidem in re præsenti hæc duo verba confunduntur, ut patet ex *c. cap. venerabilem de elect. §. objectioni* ubi primum legitur, *approbando Regem*, & postea *confirmando.* Potest autem Romanus Pontifex electum in Regem confirmare per Legatum, vel Nuncium ad id speciatim destinatum, ut ait Castald. *de Imperat. q. 17.* Antequam verò is, qui eligitur, electionem acceptam, & ratam habeat, electus dici simpliciter non potest, sed nominatus, vel designatus tantum.

169 Hinc Imperio ad fratrem Caroli V. Ferdinandum translato cùm hic pro sua erga Sedem Romanam observantia Paulum IV. Pontificem de Imperii administratione susceptra certiorem redderet frustra fuisset cum significatione voluntatis de diademate Imperiali, prima quavis occasione petendo, recipiendoque Paulus idem respondit, ut mitteret procuratorem, per quem prius acta pœnitentia, cessioni fratris ab electoribus approbatæ renunciaret, rem omnem Pontificis arbitrio permitteret, qui, inaugurationem, quamvis ritè non factam, plena potestate confirmet. Carolum enim apud nullum, nisi se Pontificem Cæsaream dignitatem elerare, nec Ferdinandum eam citra suum Vicarii Christi consensum, cui claves cœlestis, ac terreni Imperii creditæ sint, accipere potuisse, Thuan. *hist. lib. 21. sub initio* Cùmque tres ipsos menses Romæ Legatum Cæsareum detinuisset, ne quidem in conspectum ipsum admittere dignatus, interim de Papæ potestate, Ferdinandique persona quæstionibus per Cardinales examinatis, quas vide cùm dicto loco Thuani, tùm præcipuè *in memor. lect. Vuolfit. 2. pag. 814. & seqq.* ex Schardio, ubi simul adjectæ responsiones, postquam etiam Philippi Secundi Hispaniarum Regis causam Ferdinandi Patrui per Oratores obnixè commendantis preces, tandem ipsum, re infecta, dimisit, quod diceret amplius esse deliberandum. Quam postea confirmationem Pius IV. Pauli Successor, qua Cæsar agebat, concessit. Idcòque scriptores præsertim Itali, non dignantur Imperatoris nomine Henricum Aucupem, quod benedictionem Papalem non haberet ex Krantio *lib. 9. cap. 15.*

Sed quid de unctione? Unctio quidem ad Hebræis 170
cœpit, apud quos, ut in Bibliis legitur, oleum super capite, fusum, regiæ consecrationis, & sacerdotalis electionis signum habitum fuit. Sic Saul à Samuele *1. Reg. cap. 9.* David à viris Judæ. *2. Reg. cap. 2.* Salomon à Nathan *3. Reg. cap. 1.* Haabel, & Jehu, filius Nausi ab Helia Reges inunguntur, Aaron à Mose Sacerdos *Lev. 8.* Imperio autem Constantinopolim transleto, cæteris electionis Reges cœremoniis imitatione Hebræorum, hæc addita fuit, ut qui primum Imperator renunciatus esset, à Patriarcha Constantinopolitano in magna Bizantii basilica oleo unctus diademate aureo coronaretur. Idque primùm, ut conjectura est, Justino, Justiniani avunculo introducente, qui primus à Joanne Pontifice unctus, & coronatus legitur, quo augustius ei, magisque ratum Imperium foret, ac ea ratione, ut Imperatorum examinatione habita, eos, qui ad Ecclesiam coronæ accipiendæ gratia manifestis, atque notoriis delictis polluti venissent, donec quod pœnitentiam egissent, Pontifices arcerent. Cùmque Leo Papa Tertius Populi Romani scito, Clerique rogatu Carolum Magnum ob egregia in se, inque Christianum nomen merita, in magno illo natalis Salvatoris nostri die anno salutis 801. Romanorum Occidentis Imperatorem pronunciasset, eum quoque una cum filio Pipino more Imperatorum Orientalium, oleo unctum aureo diademate insignivit.

Hunc morem à Leone institutum, tam Pontificatus, 171
quàm Imperii successores deinde quasi sibi per manus traditum in signum juris in Imperium religiosè observarunt, eoque ritu Imperatoriam majestatem suo suffragio confirmarunt, eamque sibi fidem ac subditam ostenderunt. Unde Gregorius VII. hac unctione in supremi dominii jus verissima interpretatione mundi Imperium à se pendere asseruit.

Ejectus itaque in Regem Romanorum sacro oleo per- 172
fundi debet ex *d. Clem. Romani de jurejur.* & *ex d. cap. venerabilem de elect.* deberque ungi à Summo Pontifice, ut ex eisdem locis colligitur, Oleo quidem sacro, non autem Chrismate. Nam *in cap. 1. de sacr. unct. §. unde* legitur, Pontifices ungi Chrismate; Reges oleo. At differt Chrisma ab oleo. Chrisma enim conficitur ex oleo, & balsamo, oleum verò sacrum balsamo admixtum non est, *cap. 1. de Sacr. non iter. & d. c. 1. de Sacr. unct.* Nec jure communi canonico ungi ab alio potest, quàm à Romano Pontifice, ut per August. Triumph. *loc. cit. quæst. 38. art. 2.* idque colligitur *ex d. Clem. Romani* illis verbis: *A quo* scilicet Pontifice, *auctoritatem acceperunt.* Et infrà: *Petendi à nobis per nostras manus sibi unctionem impendi.* Item: *ac dicentes, unctionem &c. sibi per manus nostras debere con-*

cedi, & d. c. venerabilem dicitur; *Ad nos spectat, qui eum inungimus.* Et postea: *Nos inungere.* Item *Postquam à nobis unctus.* Potest tamen privilegio, & mandato Romani Pontificis præsertim absentis, electus in Regem Romanorum oleo ab alio deliniri. Unde Cardinalis *in d. Clem. Romani* ait: à Cardinali Ostiensi ex privilegio Pontificio ungi. Idem inquiunt Ost. Jo: Andr. Abb. & alii *in d. cap. venerabilem.* Atque hinc est, ut Imperator *Sacratissimus* dicatur, quia Sacro oleo delinitus.

173 Sit assertio tertia. Electus in Regem Romanorum communi jure consecratur. Id colligitur ex *d. Clem. Romani, & ex d. cap. venerabilem*, quia etiam ratione vocatur merito *Sacratissimus.* Et sicut eum Romanus Pontifex ungit, sic etiam ipse suis manibus consecrat. Differt autem Imperatoris consecratio ab unctione, quia unctio sit oleo Sacrato, consecratio verò sine oleo; nam solum Summus Pontifex super eum manus imponit, adhibitis certis quibusdam precibus, quibus Dei nomen, & auxilium invocatur. Quemadmodum etiam sine oleo res quædam in Ecclesia precibus sacrantur. Aliter vero presbyteri, & Episcopi consecrantur. Nam presbyteri Sacrum ordinem accipiunt, Episcopi itidem accipiunt sacram potestatem certa quædam Sacramenta conferendi, qua presbyteri carent.

174 Sunt qui putent, Imperatorem per consecrationem Sacrum Ordinem recipere, & Subdiaconum fieri. Sed Glossa *in can. Valentinianus 63. v. secundum Ordinem meum*, quæ verba sunt ipsius Imperatoris, ait, ex hoc verbo dixerunt quidam, quod Imperator debeat habere Ordinem. Sed non est verum, quia habet militarem characterem, *can. quod quidam §. si fortè 1. q. 1.* gerit tamen officium Subdiaconatus, quando ministrat Episcopo, sic Glossa ibi, & Abb. *in d. cap. venerabilem* inquit, hanc Glossam esse communi consensu receptam. Nam hoc idem cum Glossa docent Cardinalis *in d. Clem. Romani de jurejur.* Specul. *in tit. de legibus §. nunc ostendendum vers. 29.* ubi ait Imperatorem unctum, consecratum, & coronatum non esse Sacerdotem, neque Subdiaconum, immò neque officio Subdiaconi fungi, cum ministrat Episcopo, in quo ultimo prædictæ Glossæ contradicit. At teste Castaldo *in lib. de Imperat. q. 29. n. 4.* alii Glossam approbant, dicentes, Imperatorem veste Subdiaconi indutum inservire Romano Pontifici Sacris operanti, præsertim in die Natalis dominici, si in Urbe, & Curia Romana Imperator præsens sit, & in matutinis precibus, quæ in nocte Natalis dominici decantantur, si in eis adsit, septimam lectionem sub Evangelio: *Exiit Edictum à Cæsare Augusto* publicè cantare. Quidquid sit, certi juris est, Imperatorem inter laicos censeri, *in can. ubinam d. 96.* Neç Sacrum ullum Ordinem habet qui est matrimonio conjunctus. In libro Sacrarum cœremoniarum *1. sect. 5. cap. 3.* ut citat Castaldus *loc. cit.* legitur, Imperatorem à Canonicis S. Petri in Canonicum, & fratrem admitti, & post coronationem recipi quoque in Canonicum; & fratrem à Canonicis S. Joannis Lateranensis.

175 Assertio ultima. Imperator electus, unctus, & consecratus jure debet coronam auream à Romano Pontifice accipere. Constat id etiam ex *d. cap. venerabilem, & d. Clem. Romani*, ibique Glossa *v. vestigiis*, ait, Imperatorem electum triplici corona exornari, Ferrea, Argentea, Aurea. De qua triplici corona Juris utriusque Doctores, qui aliquando sunt historiarum ignari, multa produnt, quæ extant apud Castaldum *loc. cit. q. 33.* Cur autem has tres coronas accipiat Imperator, vide Sigonium *l. 7. Regno Italiæ*, qui te docebit.

176 Porrò Imperatores, hactenus Romani Pontificis auctoritate coronati, sunt sequentes. Carolus Magnus anno 801. die natalis dominici à Leone III. Romæ in Ecclesia S. Petri. Ludovicus Pius unctus consecratus, & coronatus est à Stephano IV. Remis in Gallia anno 816. Lotharius coronatus est Romæ à Paschali Primo anno 823. Ludovicus II. coronatus est Romæ in Basilica S. Petri à Sergio II. anno 844. Carolus Calvus coronatus est Romæ in Æde S. Petri à Joanne VIII. anno 876. Ludovicus III. coronatus est Lugduni in Gallia à Joanne VIII. anno 878, Carolus Crassus coronatus est Romæ in Æde S. Petri à Joanne VIII. anno 881. Arnulphus coronatus est Romæ in Æde S. Petri à Formoso Pontifice Romano, anno 896. Ludovicus IV. coronatus est Romæ in Æde S. Petri à Benedicto IV. anno 901. Otho I. coronatus est Romæ in Æde S. Petri à Joanne XII. anno 962. Otho II. coronatus est Romæ in Basilica Vaticana à Joanne XIII. anno 968. Otho III. coronatus est Romæ in Basilica S. Petri à Gregorio V. anno 996. Henricus I. coronatus est Romæ in Æde S. Petri à Benedicto VIII. anno 1014. Conradus II. coronatus est Romæ in Basilica S. Petri à Joanne XX. anno 1027. Henricus III. coronatus est Romæ in Æde S. Petri à Clemente II. anno 1047. Henricus V. coronatus est Romæ in Basilica Vaticana à Paschali II. anno 4. Lotharius II. coronatus est Romæ in Æde S. Petri ab Innocentio 1133. Federicus cognomento Ænobarbus coronatus est Romæ in Æde S. Petri ab Adriano IV. anno 1155. Henricus IV. coronatus est in Æde S. Petri à Cœlestino III. Otho IV. coronatus est Romæ in Æde S. Petri ab Innoc. III. anno 1206. Federicus II. coronatus est ab Honorio III. anno 1220. Carolus IV. coronatus est Romæ in Æde S. Petri à Petro Cardinali Ostiensi Legato Innocentii IV. Sigismundus coronatus est Romæ ab Eugenio IV. apud S. Petrum anno 1430. Federicus III. coronatus est Romæ in Æde S. Petri à Nicolao V. anno 1450. Carolus V. coronatus est Bononiæ à Clemente VII. anno 1530.

Constat insuper tum ex jure canonico, Imperatorem 177
diademate Romæ à Summo Pontifice non coronari, nisi prius juret se Romanam Ecclesiam, & Christianam Religionem tutaturum, atque defensurum per *d. Clem. Romani de jurejur*, ubi formula jurisjurandi taliter continetur: *Ego N. Romanorum Rex annuente Domino, futurus Imperator, promitto, spondeo, & polliceor, atque juro coram Deo, & B. Petro, me de cætero protectorem, procuratorem, & defensorem fore Summi Pontificis, & hujus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ in omnibus necessitatibus, & utilitatibus suis, custodiendo & conservando possessiones, honores & jura ejus quantum divino suffultus adjutorio fuero secundum scire, & posse meum rectà, & pura fide. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.* Ita ibi.

Item ostendit ibidem Pontifex, Imperatores, qui præ- 178
cesserunt, jusjurandum præstare consuevisse. Et certe *in can. Tibi Domino d. 63.* Otho I. Imperator juravit in hunc modum *Tibi Domino Joanni Papæ ego Rex Otho promittere, & jurare facio per Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, & per lignum hoc vivifica Crucis, & per has Reliquias Sanctorum, quod si permittente Domino, Romam venero, Sanctam Romanam Ecclesiam, & Te Rectorem ipsius exaltabo secundum meum posse, & vitam, & membra nunquam, neque ipsum honorem, quem habes, mea voluntate, ac meo consilio, aut meo consensu, aut mea exhortatione, perdes, & in Roma nullum placitum aut ordinationem faciam de omnibus, quæ ad te, aut Romanos pertinent, sine tuo consilio. Et quidquid de terra S. Petri ad nostram potestatem pervenerit tibi reddam, & cuicumque Italicum regimen commisero, jurare faciam illum ut adjutor tui sit, ad defendendam Terram S. Petri secundum suum posse.* Hæc ibi. Jurat igitur Imperator, antequam diadema suscipiat à Pontifice Romano, se ipsius Pontificis, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ perpetuum patronum, propugnatorem, & protectorem futurum. Atque de his non plura.

CONSULTATIO LXVIII.

1. An & quatenus sit licita defensio? &
2. An armis defendi possit Religio?
3. Sitque bellum Christianis licitum?
4. Illudque gerere possint contra Turcas,
5. Et hæreticos propter solam hæresim?
6. Et an, & quatenus bellum licitum sit?

AD primum. Quamquam ubicumque illicita sit offensio, ibi sponte sua sequi videatur, defensionem esse licitam, & contra, quemadmodum monet Bar-

Bartol. *ad l. 3. de just. jur. & n. 3.* Vvesembech. *p. 1. conf. 45. n. 48.* Quett. *conf. 6. n. 16. & conf. 14. n. 13. & seq. ac. 31.* Tamen quoniam non semper hoc argumentum obtinet, Oldenn. *in top. loc. à contr.* Donel. *20. com. 5.* Alber. Gentil. *lib. 5. de nupt. cap. 8.* Sed interdum ab utraque parte, ut justa, Alber. Gentil. *lib. 1. de jur. bell. cap. 3.* ita & injusta esse potest armorum contentio ad exemplum contentionum civilium quæ militiæ adsimilari, Lorich. *in enchir. arest. n. 263. & seqq.* ac de rebus nonnunquam excitari solent, ad neutrum litigantium jure spectantibus *l. 11. in princip. ff. de jur.* Ideò præstabilius est, conclusionis istius vim paulò accuratius exponere, ac refutatis contrariis rationibus, quibusdam communire.

2 Imprimis cùm & ostensa justa belli causa elidatur, quæ cæteroquin contra bellum aliquod videtur stare præsumptio, docente Oldend. *in topic. regul. præsumpt. 12. & 31.* Ut enim omne bellum susceptum à Superiore, præsumitur esse justum per ea, quæ dixit Horrleder, *disp. 1.* Sic è contrario omne bellum susceptum ab inferiore regulariter præsumitur injustum, *l. 3. ff. ad l. Jul. majest. l. 24. de capt. & postlim. ren.* Menoch. *lib. 6. præsumpt. 99. num. 4.* Alber. Gentil. *lib. 1. de jur. bell. cap. 2.* Gail. *lib. 1. de pac. publ. cap. 4. n. 4.* Boc. *lib. 1. de jur. duello cap. 4.* Etiamsi ab Imperii Principibus susceptum fuerit. Nam & his quantumvis, & jus gerendi belli der Alber. Gentil. *lib. 1. de jur. bel. cap. 3.* nisi aliud investituræ formula cautum fuerit, rectius tamen negant Vvesembech. *p. 1. cons. 46. n. 5. & seqq.* Petr. Heigius *p. 1. q. 12. n. 27. & seq.* Knichen *de Sax. non. prov. jur. v. Ducum cap. 5. num. 450. & seq.* Quest. *conf. 6. nu. 6.* Zoanett. *in tr. de Imper. Rom. nu. 109.* Quia, ut Samnitium Imperator apud Livium rectè dicebat *in pr. lib. 1. decad. 1. non est justum bellum, nisi quibus necessarium.* Non est autem necessarium iis, qui, ut Principes, aliquem Superiorem, judicemque suum habent, coram quo, institutis actionibus res petere, injuriasque sibi factas, ulcisci possint, *l. 3. ff. quod met. causâ. l. 4. C. de Judæis,* Alber. Gentil. *d. cap.* Bour. *lib. 2. de jur. duel. cap. 7.* Heig. *p. 1. q. 12. n. 31. & seq.* Quett. *d. conf. 6. n. 6.* Zoanet. *loc. cit. n. 110.* Jo: Athus. *polit. cap. 29,* Danæus *polit. christ. lib. 7. cap. 3.*

3 Ad secundum quod attinet, non videtur, quod armis defendi possit Religio. Primum, quia is, cujus Religionis causa est, Deus præpotentissimus, humano non eget patrocinio, sed ipse satis virium habet, tum ad Religionem suam defendendam, *Matth. 26. v. 52. & seq.* tum ad dissipanda gentium contra se coeuntium consilia, *Psal. 2. & 33.* Tum ad ulciscendas suorum mortes, & injurias, *2. Reg. 9. v. 7.*

4 Secundò, quia gladio Christus defendere causam suam vetuit, cum diceret Petro: *Reconde gladium in vaginam tuam. Quicumque enim sumpserent gladium, gladio peribunt: Matth. c. 26. v. 52.*

5 Tertiò, quia nec oportet in auxiliis ullis humanis, sed in solo Deo confidere, quemadmodum Judæis responsum est adversus Assyrios & Chaldæos Ægyptiorum opem implorantibus, *Isa. 20. v. 6. Ezech. 29. v. 6. & 7.* Non etiam oportet Dei immortalis opem curis humanis antevertere, sed expectare; Unde illud *Isaiæ. 30. v. 15. In silentio, ac spe erit fortitudo vestra.*

6 Quartò maximè quia Christianorum non repugnare est, sed pati, atque ut Propheta ait *Psal. 44. Velut oves occisionis reputari.*

7 Quintò, quò & respiciens Christus, regnum de hoc mundo suum non esse, respondit, alioquin certaturos, nec vim pateretur ministros, suosque discipulos fugere tantummodò, non resistere voluit *Matth. 10.* Nec aliud ipse fecit *Matth. 2. Io. 8. v. fin.* Et observavit primitiva Apostolorum Ecclesia, adeò ut etiam gauderent Christiani illi primi quotiescumque digni crederentur, qui paterentur contumeliam pro nomine Christi *q. 3. caus. 23.* Tertullianus, ac Cyprianus apud Alber. Gentil. *loc. cit. cap. 11.* Augustin. *lib. 22. de Civit. Dei cap. 6.* Ambros. *in can. 3. caus. 23. q. 8.* Atque hæ quidem sunt, quæ pro negativa rationes afferri solent.

8 Tenendum tamen est, rectè omnino Religionem armis defendi posse. Antequam id probetur, intelligenda est hic Religio, non in abstracto, sed in concreto, in hominibus considerata, qui homines, ut visibiles, ac corporei sunt, ita & propter Religionem externis obnoxii injuriis, ac defensionis capaces esse possunt. Quo circa cum Religionem armis defendi posse dicimus, hoc significamus, homines Religionis causa vim sustinentes, præsidio armorum rectè defendi posse.

9 Primò, quod non modo in hoc Magistratus constitutus est, ut subditi quietam, & tranquillam vitam agant in omni honestate, sed etiam in omni pietate *1. ad Timoth. 2. v. 2.* ex quo Reges, & nutritii vocantur Ecclesiæ *Isa. 49.* Quia alitur, & sustentatur Ecclesia tum maximè cum Principes verbum Dei tutò prædicari, piorum cœtus colligi, necab impiis dissipari sinunt. Et jubentur non modò tamquam homines, sed etiam tamquam Reges Domino servire, *Psal. 2.* juncta Augustini interpretatione *in can. 24. caus. 33. q. 4.* Volumen legis divinæ nocturna versare manu, versare diurna, *Deut. 17. v. 18. Jos. 1. v. 8.* ac posteaquam voluntatem Domini didicerint, eidem civitatis portas aperire *Psal. 24.*

10 Secundò, quod omni jure injustam vim repellere, etiam privatis, ac tantò magis Magistratibus licere debet, *l. 3. de just. & jur. l. 45. §. 4. ad l. Aquil.* Non enim frustrà gladium gerit ad *Rom. 13.* Est autem vis ista injusta, quæ verè Religionis causa infertur hominibus. Licet itaque, imò verò debet quoque Magistratus eam repellere.

11 Tertiò. Qui non obsistit injuriæ, cùm potest, tam est in vitio, quam is, qui facit, monente Cicerone *offic. lib. 1.* Ambrosio in *can. 7. caus. 23. q. 3.* Pontifice *in can. 12. caus. 23. q. 8.* Potest autem Magistratus, quia in hoc gladium à Deo accepit, ut tueatur bonos, piosque *ad Rom. 13. & d. cap. 2. ad Timoth. 2. Puniat malos d. cap. 13.* Ergo cum non obsistit, tam est in vitio, quam is, qui facit. Quam quidem collectionem, & ad Ecclesiæ caput Augustinus applicat, cùm scribit *in Psal. 81.* referente Gratiano *in can. 11. caus. 23. q. 3. Ostendit Propheta nec illos immunes esse à scelere, qui permiserunt Christum Principibus interficere, cùm præ multitudine timerentur, & possent illos à facto se ipsos à consensu liberare. Quia qui desinit obviare, cum potest, consentit.* Quod autem Augustinus ait de capite, hoc nobis meritò ad cætera etiam Christi membra videmus extendere.

12 Quarto. Si qui deserunt, Ecclesiam, cum ob temporalia quæ possidet bona, affligitur, ne Imperio quidem digni sunt; quantò minus qui cum viva, ac vera ejus membra indignis injuriis afficiuntur? Non digni autem isti. Nam propter hanc causam, quod Imperatores Orientis Ecclesias Occidentales à Longobardorum rapinis defendere negligerent, in toto Occidente Imperatoria majestate exuti sunt, ac translatum in Carolum Magnum Imperium. Quam translationem nemo non justam confitetur, Lupold. de Banbenberg. *de jure & transl. Imper. cap. 3. q. 18.* Radulph. de Column. *de translat. Imper §. hoc itaque Pontifice,* Alberic. Gentil. *de jur. bel. lib. 1. cap. 23.* Multò igitur minus, qui viva Dei Templa injuriis hominum improborum impunè expositos esse sinunt.

13 Quintò. In sacris litteris Apostolus cùm propter Religionem Judæos capitales sibi insidias struere intelligeret, per quemdam cognatum Tribuni opem imploravisse dicitur, *Act. 23.* Id, quod Apostoli exemplum usque adeò episcopis omnibus in consequentiam putat Augustinus trahendum, ut proditæ etiam Ecclesiæ incusari possint quicumque Magistratus opem invocare neglexerint *can. 2. caus. 23. q. 3.*

14 Sextò laudatur, etiam Tribunus, quod militari Paulum præsidio munierit. *Act. 23.* Laudantur Machabæi, quod propter Religionem Judæos sævienti Antiocho fortiter restiterint, *1. Machab. cap. 1. & 2.* Ayala *lib. 2. de jur. bell. cap. 1, n. 11.* De quorum facto, ne quis temerè pronunciet, aut prorevè, cum alioquin inter apocryphos liber ille ab hæreticis referatur, est jamdudum à Daniele provisum *c. 11. n. 52.* Sic enim de Machabæis prædixit: *Populus autem sciens Deum suum corroborabitur.* Abdias vero, quamquam cùm privatus esset, armata manu Propheras, quos Jezabel jusserat interfici non defenderit, laudatur tamen quod defenderit. *1. Reg. 18. v. 4.* Similiterque in Ecclesiasticis prædicantur Armenii, & Constantinus Magnus. Illi quod non minus ac Machabæi furentem ob abjectum Idolorum cultum Maximinum, hic quod propter eamdem causam in Christianos sævientem Licinium vi repressserit, Euseb. *hist. Eccles. l. 9. c. 8. & ult.* Ac Imperatores Germanici ab infinitis pro defensione Religionis Christianæ susceptis expeditionibus hoc sibi jus, nomenque acquisiverunt, ut Advocati, ac Protectores Ecclesiæ *cap. venerabilem vers. numquid de elect. Clem. Romani de jurejur.* Unde sicut olim Religionem Romanam adversus vim summa se fide tuituros jurabant, *can. Tibi Domino d. 63.* Sic hodie non minori fide se vel armis tuituros jurant. Quod facit & Rex Galliæ, & Rex Bohemiæ, & Rex Poloniæ. Sed frustra tamen omnes, si Religionem fas non est bellica vi defendere. Quoniam non est obligatorium jusjurandum, quod non habet comitem justitiam, *can. 2. caus. 22. q. 2. novel. 51. in princ.* Justitia autem non hominibus modo, sed Deo quoque tribuit quod Dei est, Donel. *lib. 2. comm. cap. 3.* Adeò, ut plerique omnes Ordines Equestres ob hanc defendendæ veræ Religionis causam, instituti scribantur.

15 Nec verò mirum. Ita enim constitutum est jure Pontificio, ut si quæ potestates sæculares ditiones suas ab hæretica pravitate purgare neglexerint, illæ Catholicis exponantur occupandæ *cap. excommunicamus, §. moneantur, cap. abolendam §. statuimus de hæret.* Quam Constitutionem, & Fridericus Primus Imperator confirmavit *in auth. si verò C. de hæret. & Manich.*

16 Neque verò est, quod quisquam dubitandi rationibus supra commemoratis aliò se dimoveri patiatur. Nam prima, quamquam Deus pro immensa potentia sua vel absque ullis mediis reprobos convertere, bonos tueri, punire malos, debiles, & ægrotos sanare, atque adeò Religionem quoque conservare posset; nihil tamen hodie ferè, nisi per media, agere consuevit: Et ideò suos sibi in terris ministros, suos Magistratus, medicosque constituit, quorum ope, consilioque uti qui contemnit, nihil est, quod immediatam Dei immortalis opem expectet. Nam quemadmodum non auditur qui dum leges invocat, contra eas committit, *l. 37. in fin. ff. de minor.* ita non exauditur, qui dum Dei immortalis auxilium invocat, media ab ipso ordinata contemnendo, contra Deum committit. Ratio est, quia Deum tentat. Quis umquam dixit, Deum agere sine media, & auxiliante causa? Liberos tibi tollere factum est, sed ita, ut in uxoris tuæ horto prius seras. A morbo sanescere, sed hactenus ut medicum adhibeas, & formenta. Si ad portum pervehi vis, manum remis admoveas oportet, & vela expandas, non ut otiosus capres, & expectes ab alto ventum.

17 Nihilo quoque magis obstat ratio secunda. Nam & ipsi privatos, qui jus gladii non habent, & Religionis defendendæ causa gladium sumere nolumus.

18 Tertia ratio non est sententiæ nostræ contraria. Enimverò mediis uti quidem licet, ut in morbis, remediis. At iisdem supra Deum confidere non licet, neque moram ægrè ferre, si finem, & optatam metam suam statim assequi non possint. Quoniam illud idololatriæ genus, hoc patientiæ Christianæ contrarium est.

19 Quartà verò duplici modo laborat. Primò, quia absurda, & falsa est opinio Lactantii *lib. 6. div. instit. c. 20.* & aliorum, qui cum Christiana patientia pugnare putant hujus mundi media, quibus ad depellendas injurias Christiani utuntur legitimè, ut sunt tum judicia, tum bella justa. Evangelium enim non abrogat politias, hoc est non improbat ea, quæ jure naturæ, gentiumve, aliis legibus bonis civilibus unicuique secundum statum, ac conditionem suam permittuntur. Secundò,

quia certò patiuntur, qui armis Religionem defendunt, vimque adversariorum sustinent. Est enim bellum unum ex gravissimis flagellis, quibus Deus homines castigat. Ayala *lib. 1. c. 2. de jur. bell.* Unde illud: *Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes.*

Quinta, & sequentes sunt ex iis, quæ confutatu non 20 difficiles. Christus enim, Apostoli, ac primitivæ Ecclesiæ martyres, privati omnes erant, neque Magistratum aliquem Christianum habebant. Non igitur mirum, quod persecutoribus, neque suam, neque ministrorum, aut Magistratus manum apponerent.

Ad tertium. Aliqui docent, tametsi bellum ex se li- 21 citum sit, & olim à Judæis licitè usurpatum, tamen Christianis, qui debent esse manueti, & pacifici, interdictum esse. Ita Cornelius Agrippa, Joannes Ferus, & Anabaptistæ apud Valentiam *q. 16. pun. 1.*

Probari potest id primò, Prophetæ prædixerunt in Ad- 22 ventu Christi cessatura bella, *Isaiæ 2. v. 4. Non levabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur ultra ad prælium.* Et Michææ *4. v. 3. Non sumet gens adversus gentem gladium, & non discent ultra belli gerare.*

Secundò. Christus, & Apostoli prohibent bellum, 23 *Matth. cap. 5. v. 39. Ego autem dico vobis, non resistere malo, sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, prabe & illi alteram.* Et Matth. *cap. 26. v. 52. Converte gladium tuum in locum suum. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt.* Et Rom. *cap. 12. v. 16. Nulli malum pro malo reddentes.* Et infra: *Non vosmet ipsos defendentes, charissimi, sed date locum iræ.*

Et tertiò. In Concilio Nicæno *can. 11.* damnatur pro- 24 fessio militaris hic verbis: *Si qui per Dei gratiam vocati primo ostenderunt fidem suam, depositio militia cingulo, post hac autem ad proprium vomitum reversi sunt, ut & pecunias darent, & ambirent, rursum redire ad militiam, isti decem annis sint inter pœnitentes.* Quæ verba referuntur apud Gratianum *in can. si qui verò de consecrat. d. 5.*

Contrarium verò docent Augustinus *lib. 22. contra* 25 *Faustum cap. 54. & epist. 5.* ad Marcellinum, *& epist. 50.* ad Bonifacium Comitem, Ambrosius *lib. 1. de offic. c. 40.* & illud Lucæ *c. 3. v. 14. Contenti estote stipendiis vestris.* Gregorius *lib. 1. ep. 72.* Bernad. *Serm. ad milites Templi c. 2.* alilque passim.

Probatur ex Evangelio. Primò, quia Joannes Baptista 26 rogatus à militibus, *Quid faciemus & nos* non dissuasit illis militiam, sed dixit: *Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendiis vestris. Luc. 3. 14.* Utitur hoc testimonio Augustinus *in cit. epist.* ubi ait: *Si christiana disciplina omnia bella culparet, hoc potius militibus consilium salutis petentibus in Evangelio diceretur, ut abjicerent arma, seque omnino militia subtraherent. Dictum est autem eis: Neminem concusseritis, nulli calumniam feceritis; sufficiat vobis stipendium vestrum.* Et *d. cap. 7. Alioquin Joannes, cum ad eum baptizandi milites venirent, dicentes, & nos quid faciemus? respondit eis, arma abjicite, militiam istam deserite, neminem percutite, vulnerate, prosternite. Sed quia sciebat eos, cum hac militando facerent, non esse homicidas, sed ministros legis, & non ultores injuriarum suarum, sed salutis publicæ defensores, respondit eis: Neminem concusseritis, Nulli calumniam feceritis sufficiat vobis stipendium vestrum.*

Similiter Christus rogatus à Pharisæis, an liceret Cæ- 27 sari dare censum, seu tributum pro stipendiis militaribus, respondit, *Reddite Cæsari, quæ Cæsaris sunt. Matth. cap. 22. v. 21.* de quo idem Augustinus loco posterius citato; *Sed quia Manichæi apertè Joannem blasphemare consueverunt, ipsum Dominum Jesum Christum audiant; hoc stipendium jubentem reddi Cæsari, quod Joannes dicit debere sufficere militi. Ad hoc enim tributa præstantur, ut propter bella necessario militi stipendium præbeatur.*

Tertiò Christus commendavit fidem Centurionis, 28 qui dicebat: *Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic, vade, & vadit; & alii*

alii, veni, & venit. Non respondet Christus desere militiam, sed potius, *Non inveni tantam fidem in Israel. Matth. cap.* 8. Unde Augustinus loco citato: *Fidem* inquit, *Centurionis laudavit, non militiæ desertionem imperavit.*

29 Ratio duplex est. Una, quia Principes Christiani possunt uti gladio in puniendis privatis malefactoribus, *Rom. c.* 13. *v.* 4. Ergo etiam in vindicanda publica injuria. Altera, quæ bellum ex natura sua licitum est, ut infra ostendemus. Ergo etiam licitum est Christianis, modò non sit illis peculiari mandato prohibitum.

30 Non obstat, quod primo loco objicitur. Nam hæc prædictio debet esse vera, quia alioqui Deus mentiretur, quod est absurdum. At non esset vera, si prædiceret, Christianos nunquam bella gesturos, quia constat, hoc falsum esse. Ut ergo vera sit, aliter explicanda est. Solet autem dupliciter explicari. Primò, quod in ipso Christi adventu absolutè nulla futura sint bella, licet postea iterum sint futura. Secundò, quod in ipso Christi adventu, & etiam multò post, non sint futura bella inter Gentiles ad Christum conversos. Utrumque verum est. Nam in nativitate Christi sub Augusto Cæsare fuit pax in universo Orbe *Luc. c.* 2. *v.* 1. Et diu post mortem Christi fuit pax inter Gentiles ad Christum conversos, tametsi Gentiles nondum conversi persequerentur novos Christianos sub Nerone, Diocletiano, & aliis Ethnicis Imperatoribus. Priorem explicationem sequitur Valentia *q.* 60. *pun.* 1. posteriorem magis probat Ribera *in c.* 4. *Michæa.*

31 Neque **ea**, quæ secundo loco. Illud enim dupliciter intelligi potest. Primò, ut absolutè nunquam resistat malo, sed quotiescumque te aliquis percutit in unam maxillam, præbeas illi & alteram. Hoc necesse non est. Nam neque Christus, neque Apostolus hoc fecit. Christus enim cum percuteretur in una maxilla coram Pontifice, non præbuit alteram, sed restitit, dicendo: *Si bene loquutus sum, quid me cædis? Si autem malè, testimonium præbe de malo. Joan, c.* 18. *v.* 23. Similiter Paulus cum mandato Principis Sacerdotum juberetur percuti, respondit: *Percutiat te Deus, paries dealbate. Act. c.* 23. *v.* 3. Secundò potest intelligi, ut non resistas malo, idest ut non quæras privatam vindictam, sed potius paratus sis alteram maxillam præbere, id est alteram injuriam accipere, quàm acceptam ulcisci. Hoc necesse est. Nec inde sequitur, bellum esse illicitum. Nam etiam qui bellum infert, non debet facere, ex privato affectu vindictæ, sed ex recta intentione boni publici, ut etiam ostendemus.

32 *Ad* illud: *Converte gladium tuum in locum suum, &c.* Respondetur. Christus prioribus verbis modestè reprehendit Petrum ob has causas. Primò, quod cum omnes discipuli interrogassent, *Domine, si percutimus in gladio?* ipse solus, non expectato Christi responso, strinxisset gladium, & servum Pontificis vulneravisset. Secundò quod temerarium esset, unum hominem insurgere contra totam militum Cohortem. Tertiò, quod, si opus fuisset defensione, Angeli Christum defendissent, *An putas*, inquit, *quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modò plusquam duodecim legiones Angelorum?* Quartò, quod non vellet suam mortem impediri, *Calicem*, inquit, *quem dedit mihi Pater non vis, ut bibam illum?* Hæc non obstant, quo minus bellum sit licitum, servatis conditionibus ad illud requisitis. Posterioribus verbis non significat, omnes, qui gladium acceperint, gladio perituros. Quia constat, hoc falsum esse, sed allegat veterem legem, quæ jubebat homicidam occidi, Genes. *c.* 9. *v.* 6. *Quicumque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius.* Ex eo autem, quod homicidæ secundum legem debeant occidi, non sequitur, bellum illicitum esse, aut fuisse. Nam bellum pertinet ad publicam justitiam, homicidium ad privatam vindictam. Hæc illicita est, illa licita. Imò sequitur potius bellum licitum esse. Nam si privatum homicidium debet vindicari, per gladium, multò magis publica injuria, quæ Principi, vel Reipublicæ facta est.

33 *Ad* illud: *Nulli malum pro malo redentes.* Item: *non vosmet ipsos defendentes, sed date locum iræ*, respondetur. Prior sententia prohibet privatam vindictam, Posterior similiter. Nam græcè est, *non vosmet ipsos vindicantes, vel ulcisentes*, ut vertit D. Hieronimus in apologia contra Ruffinum.

34 *Ad* Concilium Nicænum respondetur. Illa verba debent intelligi de iis militibus, qui postquam facti erant fideles, seu Christiani, volebant iterum militare Imperatori infideli, nempè Licinio, parati fidē Christianam deserere, & falsam profiteri. Hoc significat illa particula, *ad proprium vomitum reverti.* Vide Valentiam *d. q.* 16. *pun.* 2.

35 *Ad* quartum dubium. Negat Lutherus *art.* 34. his verbis: *Præliari adversus Turcas est repugnare Deo visitanti iniquitates nostras per illos.* Quod sic ferè explicat. Bellum à Turcis illatum est virga, seu flagellum Dei, quo paternè castigat peccata nostra; at non licet repugnare flagello Dei. Ergo non licet pugnare contra Turcas, qui nos mandato Dei flagellant. Quod confirmat ab eventu, quia hactenus pugnando contra Turcas nihil profecimus, & Turcæ semper facti sunt potentiores. Ergo signum est Deo non placere, ut pugnemus contra Turcas.

36 Confirmo; Quia Deus per Jeremiam Prophetam monuit Judæos, ut spontè subjicerent se Nabuchodonosori Regi, qui erat flagellum Dei ad peccata eorum puniendа, neq, resisterent illi, alioqui fore, ut gravius puniantur, *Jer.* 27. *v.* 12.

37 *Asserendum* tamen est, posse Christianos bellum gerere contra Turcas. Primò, quia etiam in veteri testamento Gentiles Reges, qui Judæos bello opprimebant erant flagella Dei, quibus castigabat peccata Judæorum, ut habetur *Judic. c.* 3. *v.* 8. & alibi sæpius. Et tamen licebat Judæis bello se defendere contra Gentiles. Imò Deus suscitavit Othonienlem, Gedeonem, Sansonem, & alios Judices, qui Salvatores vocati sunt, ut populum liberarent à servitute, & oppressione Gentilium, ut patet ex libro Judicum.

38 Secundò, quia sicut bellum Turcarum, & aliorum Infidelium est flagellum Dei, sic etiam fames, pestis, & alii morbi sunt flagella Dei, *Deuter. c.* 28. *v.* 10. *& Reg. c.* 12. *v.* 10. *& Ierem. c.* 14. *v.* 1. *At* licitum est homini Christiano, quantum in se est, arcere famem, munire se contra pestem, propulsare morbos, & si faciat, non censetur Deo repugnare. Ergo etiam licitum est defendere se contra Turcas, & qui id facit, non censetur contra Deum facere. Contrarium asserere, est error Lutheri, quem, quia non potuit Germanis persuadere, postea revocavit.

39 Non obstat, quod eventus sæpè malus sit. Nam & filii Israel quando pugnarunt contrà Benjamitas, sæpè victi, ac fugati sunt, & tamen Deus approbavit illorum bellum. Imò & Ducem militiæ illis assignavit, & ad pugnandum cohortatus est, *Judic. cap.* 20. *v.* 18. *Judas sit Dux vester.* Et infrà *Ascendite ad eos, & inite certamen.*

40 Quod, verò ad illud Jeremiæ, quando speciatim constat, hanc esse Dei voluntatem, ut non resistamus tyrannis, & gentilibus, qui nos affligunt propter peccata nostra, sed patienter toleremus, tunc sine dubio obsequendum est. Quando autem id non constat, tunc possumus uti nostro jure, & injuriam nobis illatam justo bello vindicare. Et ita fit in bello contrà Turcas Nam ex una parte non constat nobis ex peculiari Dei revelatione, quod ipsius voluntas sit, ut spontè subjiciamus nos jugo, ac Imperio Turcarum, & ex altera certum est, nos habere justam ac legitimam causam pugnandi contra illos, qui injustè, ac per tyrannidem terras Christianorum occuparunt. Præterea. Verùm est, quia Judæi non poterant justo bello, de quo hic agimus, contra Regem illum pugnare, idque ex duplici capite. Primò, quia Deus dederat Nabuchodonosori regnum Juda, & omnia regna vicina, *Jer. c.* 27. *v.* 6. Ergo nec Judæi, nec vicini populi poterant justo bello hanc donationem impedire. Secundò, quia Judæi propter sua peccata meriti erant hanc pœnam, ut servirent Nabuchodonosori. Et nisi vellent sponte eam subire, futurum erat ut graviorem pœnam sustinere cogerentur, *ibi v.* 12. Ergo non poterant justo titulo reluctari.

Ad

41 **Ad quintum.** Certum est, licere bellum gerere contra hæreticos, quando est justa belli causa, & recta intentio. Tunc enim & contra Catholicos licet. Et quidem duo spectari possunt in hæresi. Primò, quod sit peccatum. Secundò, quod turbet pacem Ecclesiæ, ac Reipublicæ. Hoc posteriori sensu est sufficiens causa belli triplici modo.

42 Primò, si subditi alicujus Regis, aut Principis deficiant à fide catholica, & alios secum trahant in eandem hæresim, & sic dissentionem faciant in Regno, vel Provincia, potest Rex, aut Princeps Catholicus bello eos coercere, si alius coercendi modus non suppetit. Sic fecit Moyses, quando pars populi commisit Idololatriam, in adoratione vituli. Nam bello eos aggressus est, ut interfecit triginta millia hominum.

43 Secundò. Si Rex vel subditi unius Regni deficiant à fide catholica, & conentur subditos vicini Regni in eandem defectionem pertrahere, potest vicinus Rex bello se defendere, & injuriam illatam vindicare.

44 Tertiò. Si in aliquo Regno, vel Provincia sint multi hæretici turbantes unitatem Ecclesiæ potest Pontifex, tanquam universalis omnium Pastor mandare alicui potenti Regi, aut Principi, ut illos vi ac armis comprimat. Sic fecit Gregorius Magnus, quando hortatus est Exarchum Africæ, ut Donatistas bello compesceret. Verba ejus habentur *lib.* 1. *ep.* 72. Dices. Hæretici non turbant pacem politicam, sed tantùm Ecclesiasticam, & ideò non debent puniri à Magistratu pœna corporali, sive bello, sed tantum ab Ecclesiastico pœna spirituali.

45 Respondeo. Hæretici turbant utramque pacem. Primò quidem, ac per se, pacem Ecclesiæ, quæ consistit in unitate fidei, *Ephes. cap.* 4. *v.* 5. *Unus Dominus, una fides, unum baptisma.* Deinde consequenter pacem Reipublicæ, quæ sine unitate fidei conservari non potest. Ubi enim est publica animarum dissensio, quam introducunt hæretici, ibi pax publica esse non potest. Hoc testatur Christus, cum ait: *Omne Regnum in se divisum desolabitur.* Testantur exempla hæreticorum. Quas turbas toto Oriente excitarunt Ariani? Quas in Græcia Macedoniani? Quas in Africa Donatistæ, & Circumcelliones; de quibus August. *ep.* 68. *ad Ianuarium Donatistam.* Quas in Imperio Romano Iconomachi, & Albigenses: Hussitæ in Bohemia; Calvinistæ in Anglia, Gallia, Belgia, Polonia, Luterani in Germania tempore belli rusticorum.

46 Et quid mirum! Nulla unquam familia fuit, in qua dissentiens religio pacem non turbarit. Exemplo sit discordia inter Isaac, & Ismaelem in familia Abrahæ, inter Jacob, & Laban in Mesopotamia. Inter Moysen, & Uxorem Sophoniam, dum proficiscerentur in Ægyptum. Quomodo ergo in toto Regno, provincia, civitate, pax, & concordia sperari potest, ubi religionis, ac fidei summa est discordia? Vidit hoc olim Julianus Apostata, qui cum Christianorum Ecclesiam turbare, ac pessundare vellet, libertatem, ac varietatem doctrinarum introduxit, ut refert Ammianus, & ex illo Lipsius in libro contra Dialogistam de una Religione.

47 Hæc omnia confirmari possunt ex natura hæreseos. Nam ubi hæresis, ibi superbia, ubi superbia, ibi discordia. Hinc infertur. Cùm hæretici superbi sint, sanè si à nobis dissident in Sacramentorum administratione, si Templa, & Monasteria nostra evertunt, si altaria, & imagines destruunt, si Episcopis, & Clero illudunt, si ritus, & cœremonias contemnunt, si sacrificia, jejunia, & dies festos execrantur, quomodo in rebus politicis concordiam, & pacem nobiscum servare possunt? Id præter consuetudinem, & ingenium illorum est. Qui olim conjunctiores quam Judæi, & Israelitæ; *At* postquam altare contra altare, templum contra templum erectum est, mox inexpiabili dissidio dissecti, & dissociati sunt.

48 *Ad* sextum Manichæi docuerunt, ex natura sua illicitum esse bellum, & ideò Moysen, Josue, Davidem, & alios veteris Testamenti Patres, qui bella gesserunt, tamquam impios accusabant, ut refert Augustinus *lib.* 22. *contra Faustum cap.* 74. *& sequentibus.*

49 Hos certo asserimus, belli ex natura sua tunc licitum esse; quando adsunt hæ conditiones. Legitima auctoritas indicendi bellum. Justa causa; Recta intentio. Tunc illicitum, quando vel omnes, vel aliqua earum conditionum deest, ita D. Thom. *in* 2. 2. *q.* 40. *ar.* 1. Et quidem si desit prima, vel secunda conditio, non solum charitati, sed etiam justitiæ contrarium est cum onere restitutionis. Si desit sola tertia, non est contrarium justitiæ, sed charitati, ut rectè notat Bellarm. *lib. de laic. cap.* 15.

50 Legitima auctoritas indicendi bellum offensivum est in quovis Principe, vel Republica, non agnoscente superiorem in temporalibus. De bello autem defensivo est alia ratio; nam sicut quilibet homo privatus potest jure naturali seipsum defendere contra iniquum invasorem, vim vi repellendo, ita etiam quilibet Princeps, & Respublica, etiamsi agnoscat Superiorem in temporalibus, Bellarm. *loc. cit* Molina. *tr.* 2. *de just. & jur. disp.* 100. passimque alii? Princeps tamen inferior in tribus casibus potest suscipere bellum offensivum. Primò, quando præsumit consensum Supremi Principis. Secundò, quando diuturna, & legitima præscriptione hoc jus obtinuit. Tertiò, quando necessitas urget, nec propriæ securitati, aut indemnitati satis est consultum, nisi statim vindicta exerceatur, Molina *loc. cit. & disp.* 101.

51 Justa causa indicendi bellum, generatim loquendo, est gravis injuria, quæ alicui Principi, aut Reipublicæ vel imminet, vel facta est. Si imminet, ut impediatur per bellum defensivum jure defensionis, si facta est, ut vel reparetur per bellum offensivum jure justitiæ commutativæ, vel vindicetur jure justitiæ vindicativæ, Augustin. *q.* 10. *super Iosue*, D. Thom. *q.* 40. *art.* 1. & Molin. *disput.* 102.

52 Speciatim verò solent hæ causæ assignari. Publica Principis contumelia. Sic David movit bellum contra Hanon Regem Ammonitarum, eo quod Nuncios à Davide missus affecisset magna contumelia, dimidiam barbæ partem, & vestes usque ad nates præsidendo 2. *Reg. cap.* 10. *v.* 4.

53 Rebellio Subditorum. Sic idem David suscepit bellum contrà Seba, filium Bochri, qui cum quibusdam aliis separaverat se à Davide legitimo suo Reg. 2. *Reg.*

54 Defensio male factorum, ne justè puniantur. Sic filii Israel pugnaverunt contra Beniamitas, eo quod nollent tradere quosdam ex sua Tribu, qui nefandum flagitium perpetrarant, *Iudic. cap.* 20. *v.* 13.

55 Suppetiæ inimicis latæ. Sic David percussit viginti-duo millia virorum de Syria Damascei, quia suppetias tulerant Adarezer Regi Soba 2. *Reg. cap.* 8. *v.* 5.

56 Negatio innoxii transitus per alienam terram, qui jure naturali negari non potest, sic Israelitæ indixerunt bellum Arad Regi Chananæo, quod negaret illis transitum per suam provinciam, *Num. cap.* 21. *v.* 1.

57 Violatum fœdus. Sic Rex Joram indixit bellum Regi Moab, qui nolebat illi solvere centum millia ovium, quæ ex antiquo fœdere tenebatur solvere 4. *Reg. cap.* 3. *v.* 5.

58 Idololatria Subditorum. Sic Moyses cum filiis Levi bello aggressus est filios Israel, & interfecit triginta millia hominum propterea, quod aureum vitulum adorassent. *Exod. cap.* 32. *v.* 26. Vide plura apud Molin. *loc. alleg. disp.* 104. *& duabus seqq.*

59 Recta verò intentio ad justum bellum requisita triplex est. Recuperare emissa. Injuriam justè vindicare. Stabilire pacem Reipublicæ, si alio fine, vel intentione bellum suscipiatur, male fit. Unde Augustinus *lib.* 22. *contra Faustum c.* 74. ait: Nocendi cupiditas, viciscendi crudelitas, impacatus, atque impacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & si qua similia hæc

sunt, quæ in bellis jure culpantur, lege D. Thom. *d. q. 40. ar. 1.* Molinam *disp. 107. & alios.*

60 Servatis itaque his tribus conditionibus, certum est, bellum esse licitum, ac justum ex natura rei. Quia bellum vel est defensivum, quod solius defensionis causa suscipitur, vel offensivum, sive aggressivum quod ad vindicandam, sive compensandam injuriam infertur. Si defensivum, constat ex natura rei licitum esse. Nam si jure naturali licitum est homini privato vim vi repellere, multò magis id licitum est Principi, aut Communitati. Si offensivum, tunc etiam licitum est propter similem rationem. Nam si homo privatus potest adversario suo intentare litem, vel actionem injuriarum per viam juris, cur Princeps, vel Communitas non possit idem facere per viam belli, quando via juris non est sufficiens? Alioquin publica injuria, quæ Principi, vel Communitati facta est, nunquam posset resarciri, aut vindicari, & consequenter nec publica justitia, & indemnitas custoditi, Quod est absurdum.

61 Non obstat, quod, etiamsi serventur adductæ conditiones, nihilominus bellum videtur esse contrarium paci charitatis. Nam inter illos, qui bellum contra se mutuò gerunt, non est pax, sed pugna, & dissentio. Huic objectioni respondetur. Ex parte illius, qui injustam causam fovet, aut malam intentionem habet, contrarium est paci charitatis. De hoc nullum est dubium. At ex parte alterius, qui justam causam fovet, & rectam habet intentionem, non est contrarium, sed conforme charitati. Nam homo privatus, qui ex charitate diligit se, & proximum suum, potest secundum ordinem charitatis præferre se proximo. Ut si occurrat casus, in quo vel ipse, vel proximus debeat pati aliquod damnum, vel incommodum, potest, salva charitate, se ipse salvare cum damno, vel incommodo proximi, modò non faciat injuriam proximo, ut Theologi constanter docent. Idem dicendum est de Principe, vel Communitate. Si ergo Principi inferatur injuria ab alio Principe, potest, salva charitate, vindicare injuriam per bellum, & se indemnem conservare. In quo facto servatur simul charitas, & justitia. Charitas, quia servatur regula charitatis *Proximus sum egomet mihi.* Justitiæ, quia officium justitiæ est, illaram injuriam legitimè vindicare.

62 Unde licet verum sit ex parte illius, qui injustam causam fovet, bellum esse causam multarum cædium ac damnorum, non tamen ex parte alterius, qui justam fovet. Nam Princeps, qui alteri facit injuriam, est causa belli, & consequenter omnium damnorum, quæ fiunt per bellum. At Princeps, qui patitur injuriam, non est causa belli, sed invitus cogitur ad bellum, ut vindicet injuriam sibi illatam, & stabiliat publicam pacem, justitiam, & tranquillitatem. Quo spectat illud Augustin. *ep.* 207. ad Bonifacium Comitem: *Non pax quæritur, ut bellum excitetur, sed bellum geritur, ut pax acquiratur. Esto ergo etiam bellando pacificus, ut eos, quos expugnas ad pacis utilitatem bellando perducas.*

63 Sit que etiam verum, quod qui fovet justam causam posset impedire mortes multorum hominum, si abstineret à bello. Simul tamen impediret publicam justitiam, quæ postulat, ut injuria vindicetur. Princeps igitur, qui fovet justam causam, debet ex una parte ponderare damna, quæ sequuntur ex bello, & ex altera publicam justitiam, quæ defenditur per bellum. Hæc in re magni momenti præferenda est. Unde si quis vellet abstinere à bello propter hoc solum, ne interficiantur homines, daret occasionem majoris mali, quia sic nulla servaretur justitia publica, impunè liceret furta, latrocinia, rapinas, & alias injurias exercere. Nec esset vir bonus, sed timidus. Audiamus eumdem Augustinum apud Gratianum *in can. quid culpatur 23. q. 1. Quid enim culpatur in bello? An quia moriuntur, quandoque morituri, ut dominentur in pace victuri? Hoc reprehendere, timidorum est, non religiosorum.*

64 Atque hæc ferè omnia dicta sint contra hæreticos, etiam recentiores, qui volunt, quod Evangelium, postquam semel insinuatum, & promulgatum est, non posse, aut debere spiritu severitatis defendi, & conservari, & quod fides debet esse libera, atque adeò nullus ad eam cogendus. Nam ipsimet Apostoli non semel hoc spiritu severitatis usi sunt. Petrus quidem, quando Ananiam, & Sapphiram occidit, *Act. ca. 5. v. 4.* Paulus verò, quando Corinthium tradidit Satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus fieret. 1. Cor. *cap. 5. v. 5.* Et quando Elymam magnum excæcavit, eo quod vias Domini pervertere non desisteret, *Act. cap. 13. v. 11.* Et quando scripsit: *Quid vultis? In virga veniam ad vos, an in spiritu mansuetudinis,* 1. Cor. 4. *v.* 21. Imò Christus ipse, quando flagello ejecit ementes, & vendentes de templo, Luc. *cap. 19. v. 45.*

65 Et quod ad fidem, duplici sensu potest dici libera. Primò, quod ad internum assensum, seu actum credendi. Sic semper libera est, ut explicant Theologi *in tract. de fide.* Secundò, quod ad externam professionem fidei, sic libera est respectu infidelium, qui nunquam per baptismum susceperunt fidem. Illi enim ad fidem cogi non possunt. At non est libera respectu hæreticorum, qui illam semel in baptismo susceperunt, & susceptam deseruerunt. Nam hi cogi possunt. D. Thom. *q. 10. ar. 8.* Simile fuit in veteri Testamento. Nemo Gentilium poterat cogi ad Judaismum ante circumcisionem. At si semel circumcisi essent, poterant cogi ad observantiam legis Mosaïcæ, ut testatur Apostolus ad Galat. *c. 5. num. 3. Testificor omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est universæ legis faciendæ.*

66 Et quidem remota justitia, bella non nisi magna sunt latrocinia, Cyprianus *lib. 2. epist. 2.* Ut autem justa sint, tria requiruntur. Primum est, legitima belli indicentis auctoritas. Secundum belli justa causa. Tertium est intentio recta. Jure siquidem in bello culpantur nocendi cupiditas, ulciscendi crudelitas, impacatus, atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi Augustinus *lib. 22. contra Faustum c. 74. & 75.* Ordo enim naturalis mortalium paci accommodatus, hoc expoſcit, ut suscipiendi belli auctoritas, & consilium penes Principem sit, exequendi autem jussa bellica ministerium, paci, salutique communi milites debeant. Principis autem nomine intelligimus penes quem totius Reipublicæ auctoritas est. Nam soli Reipublicæ perfectæ, seu Magistratui superiorem non agnoscenti in sua jurisdictione, jus indicendi belli competit.

67 Quando etiam per recursum ad legitimum Superiorem injuriæ compensatio fieri potest, bellum non est necessarium. Absque verò evidenti necessitate, cum plurima suum trahat bellum mala, & incommoda, non debet inferri. Pacem enim habet voluntas: bellum necessitas, ait Augustinus *epist.* 207. At quando per recursum ad Superiorem compensatio damni, vel injuriæ procurari nequit, pro compensanda, vel etiam vindicanda injuria, bellum suscipere licet. *Non enim Princeps frustra gladium portat. Dei enim minister, est, vindex in iram ei, qui malum facit*; sive injuriam Reipublicæ inferendo, sive compensationem justam denegando.

68 At injuriam oportet non esse minorem damnis, quæ bellunt passim adferre solet, cujusmodi injuriarum plura sunt genera. Primum, si denegetur, quod omnibus jure naturæ debetur, ut innoxius transitus, qui omnibus jure humanæ societatis patere debet. Numer. 21. Augustinus *q. 43. in Numer.* Secundum, licitum est bellum pro rerum propriarum detentione, aut recuperatione. Sic bellum gessit David adversus Isboseth. pro regni sibi divinitus concessi adeptione, 2. *Reg.* 2. Tertium pro Reipublicæ contra Tyrannos defensione. Ita Judices, & Machabæi bella gessere. Quartum, adversus eos, qui opem inimicis ferunt; quomodo David pugnavit contra Syros, qui auxilium filiis Ammon præbebant, 2. *Reg.* 8. Quintum, ad ulciscendam publicam injuriam, vel contumeliam Principi factam, ut contra filios Ammon David, quia Nuncios ejus ignominia afficerant, 2. *Reg.* 1. Sextum, adversus rebelles subditos, eorumque fautores,

tores, quomodo pugnavit David contra Absalonem, & Sebam, 2. *Reg.* 10. Vnde colligimus, rectè bella geri contra hæreticos rebelles, ut Theodotio Imperatori suasit Damasus, teste Theodoreto *l. 5. histor. c. 23.* & Gennadio Gregorius *l. 1. epist. 72.* Septimum, contra eos, qui malefactores tuentur, ac impediunt, quo minus puniantur, ut contra Benjamitas populus Israel, *Judic.* 20. Augustin. *q. 10. in li. Josue.* Octavum propter violatum fœdus, aut pactum, ut Joram contra Moabitas denegantes tributum, Babylonii contra Sedeciam. 4. *Reg.* 3. Nonum, ad liberandum socios injuria affectos. Sic Abraham quatuor Regibus bellum intulit ad liberandum Loth; Josaphat in gratiam Joram, consultò prius Domino, 4. *Reg.* 3. An autem, quemadmodum licet justum sociorum bellum promovere, ita in justi belli subsidium, fas est, alios etiam infideles advocare, alibi disceptatum à nobis est in peculiari Consultatione.

69 Cæterum experientia constat, ferè tandem ab hujusmodi sociis, maximè Hæreticis, Apostatis, Mahumeranis, Tartaris, ac Scythis christianos Principes opprimi, sicut ipsi Judæi a Romanis tandem prorsus eversi fuerunt, & Christiani in Palæstina, necnon Græci, & Hungari à Turcis, initio in belli societatem ascitis. Nec ignotæ sunt clades, quas simili occasione pertulerunt Africa, Hispania, Italia, Gallia, Anglia, quibus historiæ refertæ sunt, quarum depulsione generosi Principes, Carolus Martellus, Pipinus, Carolus Magnus aliique Catholicæ fidei defensores, gratam sui nominis ad posteros memoriam transmiserunt.

70 Accedit, quod Asa graviter culpetur, quia idololatras in auxilium advocasset 2. *Paralip.* 16. & Amasias Prophetæ consilio centum millia Israelitarum schismaticorum pecunia conductorum remisit, 2. *Paralip.* 25.

71 Decimum, ut bellum justè geratur, æquitas causæ discutienda est, nec levis persuasio, sed certa, vel admodum probabilis necessaria est; alioqui temere bellum indicitur. Cujus rei indagandæ cura Principi, atque Consiliariis incumbit, non autem militibus. His enim sufficit, non scire causam belli esse injustam, August. *lib. 21. contra Faustum c. 75.* Dispar tamen causa est subditi, cui necessitas obtemperandi suo Principi inest, est stipendiarii liberi. Ille siquidem civicæ pacis ordinem servans, bellare tenetur, Principe suo jubente, cui quod jubetur, vel non esse contra Dei præceptum, certum est, vel utrum sit, certum, non est, at stipendiatio necessaria est persuasio, quod belli causa justa sit. Nam qui omni stipendium offerenti, audito tubæ clangore, aut sono tympani, militare paratus est, damnationi obnoxius est. *Undecimum*, Princeps, antequam bellum indicat, dignam satisfactionem exigere debet, eamque, si offeratur, acceptare. Nam bellum ex necessitate suscipiendum est, *Deuter.* 20. Si autem inchoato bello hostis damna resarcire offerat, & res adhuc integra sit, eoque statu, ut oblatam satisfactionem acceptare pars læsa queat, compensationem admittere tenetur; secus autem inchoato jam conflictu aut dato in civitatem insultu. *Duodecimum* cavendum, ne ex bello plura, & majora damna Respublica patiatur, quàm commoda sperari queant. Nam privatis commodis publicum communitatis bonum anteferendum est.

72 Postrema liciti belli conditio est, ut recta intentione geratur, studio scilicet boni communis, & pacis, ad recuperandum suum, vel rei ablatæ compensationem, aut ad vindicandam, secundùm culpæ proportionem injuriam, stabiliendam pacem, non cupiditate nocendi, nec ulciscendi crudelitate, non implacabili animo, non feritate rebellandi, aut libidine dominandi, quæ omnia in bellis jure culpantur, ut diximus supra cum Augustino.

73 Sciendum tamen, quod licet bellum mala intentione gestum, illicitum sit, attamen, si alioqui justum sit, minimè obligationem restituendi damna illata pariat. Præterea, sicuti ex justa causa bellum suscipere fas est, ita & cuncta media necessaria, vel accommodata fini belli amplecti licet. Damna verò inferre proximo, ad finem belli nihil conducentia, nefas est. Vnde *Deuter.* 20, prohibitum Judæis fuisse legimus, ne arbores frugiferas resecarent.

74 Vtrum autem palam, vel ex insidiis justum bellum geratur, nihil interest, modò tamen fides, hosti data, non violetur. An autem, & quatenus singulare certamen ab hoste oblatum acceptare fas sit, affirmat Navarrus *in Enchirid. c. 15. n. 24.* licitum esse acceptare, ut victoria promoveatur, & honor, atque fortitudinis reputatio conservetur, non autem ad ostentationem virium, artisve pugnandi. Qua de re nos alibi fusè.

CONSULTATIO LXIX.

Quidnam, quantumve Clericus Sacerdotio affectus, sive beneficiatus, qui horas canonicas recitare omittit, restituere teneatur?

Et quid in hac re possit Sacra Pœnitentiaria? Vbi ejus facultates quamplures compendio referuntur ex constitutionibus Apostolicis, ac demum in ordinem capitulatim redactæ à SS. D. N. Innocentio XII.

1 AD primum. Quamquam olim fuerit controversum, an Clericus beneficiatus horas canonicas non recitans, teneretur restituere fructus beneficii, nunc tamen post Concilium Lateranense sub Leone X. & Constitutionem P. Pii V. quæ incipit: *In proximo Lateranensi Concilio*, non est amplius de hac re ambigendi locus. In illa enim constitutione statuit Pontifex, ut qui post sex menses ab obtento beneficio horas canonicas non recitat, beneficiorum fructus suos non faciat.

2 Ex quo primum sequitur, hanc restitutionem esse faciendam in conscientia ante Judicis condemnationem. Non enim hæc restitutio præcipitur tamquam pœna transgressionis legis, sed redditur beneficiatus inhabilis ad fructus percipiendum, ac proinde cum illorum dominium non acquirat, tenetur illos restituere. Ita docent Novar. *de orat. c. 7. n. 22. & in man. cap. 23. n. 122.* Suarez *de relig. tom. 2. c. 29.* aliique. Et contraria opinio est damnata ab Alexandro VII. *propos.* 20.

3 Sequi videtur deinde, restitutionem fructuum esse faciendam pro rata omissionis recitationis officii, ac temporis ita, ut ille, qui totum officium uno die omiserit, teneatur restituere omnes fructus suorum beneficiorum correspondentes illi diei. Qui verò matutinum cum laudibus, & medietatem fructuum. Qui reliquas horas, aliam medietatem, qui harum singulas sextam partem fructuum illius diei, non autem noctis, nam illa respondet officio nocturno, matutino scilicet, & laudibus, ac ita fructus in duodecim partes sunt dividendi, quarum sex correspondent officio nocturno, matutino, & laudibus, & aliæ sex partes officio diurno, nimirum sex aliis horis, atque ita pro singulis horis duodecima pars fructuum correspondentium uni diei est restituenda.

4 Sed quæres fortassis quid restituere teneatur ille, qui omisit aliquid, puta unum psalmum, non tamen integram horam? Respondendum videtur, quod quotiescumque omissio est tam modica, ut non sit peccatum mortale, nulla oritur obligatio restituendi. Sicut enim in furto parvitas materiæ excusat à mortali, atque adeò etiam ab obligatione restituendi sub mortali, ita etiam in hoc casu.

5 Itaque quotiescumque materia omissionis talis est, quæ sufficit ad peccatum mortale, tunc restitutio videtur facienda, non quidem totius partis correspondentis tali horæ, sed juxta proportionem. Exempli causa qui omittit totum matutinum cum laudibus, debet restituere dimidiam partem fructuum. Qui verò omittit unicum nocturnum tenetur restituere sextam, vel quintam partem, & qui laudes, quintam, vel sextam partem. Probatur id primo ex verbis dictæ Constitutionis. Ait enim, restitutionem esse faciendam pro rata omissionis. Hæc autem rata attenditur secundum quantitatem omissionis, & fructuum, ac proinde hoc pacto est facienda. Quod ita confirmatur. Qui unum nocturnum

omittit, certum est debere aliquid restituere. Atqui non debet restituere omnes fructus correspondentes toti matutino, quia non servaretur proportio, neque fieret restitutio pro rata, ut præcipit Summus Pontifex. Debet igitur restituere ad proportionem omissionis.

6 Secundò id probatur, quia non minus est divisibile matutinum, ac sunt aliæ horæ, cum sit quid quantum ex Aristotele *in prædicam. cap. de quanto.* Illæ autem dividuntur in partes, & quælibet pars correspondet parti fructuum. Atque adeò idipsum de matutino dicendum est.

7 Dices, discrimen esse. Nam horæ possunt separatim dici, matutinum verò dicitur totum simul, & ideò non videtur esse quid divisibile. Respondeo. Licet ex usu totum simul dicatur, si quis tamen divisim illud recitaret satisfaceret obligationi, & non esset restitutioni obnoxius. Quod maximè verum est quando plures habet nocturnos. Præterea esto, quod ad recitationem sit quid individuum, tamen quod ad culpam omissionis est divisibile, & sicut qui totum omittit, teneretur restituere totum id, quod illi correspondet, ita qui partem tenetur tantam partem. Hoc enim postulat justitiæ commutativæ ratio, ut servetur æqualitas. Declaro id à simili. Nam operarius denarium pro opere diurno accipiens, si ob pluviam, vel aliud impedimentum non posset integro die laborare, pro rata temporis, quo laboravit mercedem acciperet. Hoc idem ergo servandum est in recitatione officii.

8 Probatur id tertiò ex absurdo. Si namque matutinum, ac cæteræ horæ ita sunt indivisibiles, ut illius parti non correspondeat pro rata pars fructuum, sequeretur, quod omittens partem notabilem matutini, non deberet aliquid restituere. Quod est absurdum, quia Pontifex ait, illum debere restituere dimidietatem fructuum, qui matutinum omittit, sed hic non dicitur, illud omisisse, quia non omisit totum, sed partem. Et quidem cum lex ista sit pœnalis, ut incurratur pœna necesse est, ut omissio actus præcepti sit perfecta, ut pœna incurratur. Qui autem partem matutini omisit, non potest dici, quod illud omiserit: atque adeò non tenetur ad pœnam in lege statutam.

9 Hinc, etsi possit per Superiores imponi pœna, ut qui ante secundum, vel tertium psalmum ad chorum non accedit, amittat distributiones correspondentes toti matutino, hæc tamen pœna non debetur in foro conscientiæ ante condemnationem. Quia talis restitutio non est faciendà vigore Constitutionis B. Pii V. per quam beneficiatus non facit fructus suos, sed vigore statuti peculiaris, quod non obligat ad pœnam ante sententiam. Eoque magis, quod tale statutum est exorbitans à Constitutione B. Pii, ubi decernitur, restitutionem esse faciendam pro rata.

10 An autem hujusmodi statutum esset utile ad divinum cultum promovendum, aliorum judicio relinquo. Hoc solum incommodum ex eo mihi videtur oriri, quod ii, qui tarde ad chorum accederent, videntes jam amisisse distributiones, à choro recederent. Vnde imminueretur frequentia Chori, esseque multorum peccatorum causa, cum non recitantes officium in choro peccent, etiamsi privatim illud recitent, nec pœna amissionis distributionum à culpa excusat.

11 At nihilominus in hac re renendum est, tamquam certum omnes obligatos ad interessendum choro, teneri statis horis interesse, non interessentes autem, cessante legitimo impedimento, peccare, & pro rata omissionis officii fructus suos non facere juxta Concilium Lateranense *sess.* 9. *c.* 9. & Constitutionem Bonifacii VIII. *in c.* 1. *de cler. non resid. in* 6. in usum revocatam à S. Concilio Trid. *sess.* 24. *cap.* 12. Sed quia in præfata Constitutione, & decreto Concilii non exprimitur quanta sit rata amissionis correspondens omissioni servitii, Clem. V. *in clem.* 1. *de celebr. miss.* eam remisit arbitrio Ordinarii. Deinde B. Pius V. ne in hac re dubitatio ulla esse possit, declaravit speciatim, amissionem pro rata cujuslibet horæ Canonicæ, divisitque distributiones in duodecim partes, ut in ejus Constitutione. Jam tandem recentiores Theologi, qui partiuntur septem horas canonicas ex vetustissimo ritu à tempore Apostolorum observato, excitarunt novas controversias circa notabilem amissionem servitii, an sit tertia, anve quarta pars cujusque horæ.

Hanc novam doctrinam, quæ conatur dirimere, distrahereque individuum ego intelligo cum Navarro 12
cap. 25. man. n. 122. quod scilicet procedat quoad fructus præbendæ, non autem quoad distributiones quotidianas assignatas pro assistentia in choro. Ita etiam Tolerus *lib. 2. c. 12. n. 4. in fine*, quoad distributiones assentitur Constitutioni B. Pii V. & Azorius *part. 1. instit. moral. lib. 10. cap. 7. q. 3.* adducens exempla, inquit: Si quis in die festo per quatuor horas opus servile feciset, quæ sunt sexta, non tertia pars diei, notabiliter, sive graviter peccasset. Et qui trecentos aureos debet, non solùm graviter peccat si centum non solvat, sed etiam si triginta, aut viginti deneget, & sibi retineat, quæ sunt decima quinta pars debiti. Si igitur in his non admittimus omissionem sextæ, neque decimæ quintæ partis, multò minus ex eadem mensura id admittere debemus in precibus horariis canonicis.

Atque etiam hoc magis quod hæc rata omissionis de- 13
finita est à Concilio Basilieuse *sess.* 21. §. *quo tempore quisque debet esse in choro*, his verbis: *Qui in matutinis ante finem psalmi, in missa ante ultimum Kyrie eleison usque in finem divino officio non interfuerit, nisi forte necessitate cogente, ac petita, & obtenta à præsidente chori licentia, discedere oporteat, pro illa hora absens censeatur, salvis Ecclesiarum consuetudinibus, si quæ forte circa hoc arctiores existant. Idem in iis observetur qui à principio usque ad finem in processionibus non permanserint. Pro cujus executione deputetur aliquis onus habens notandi personas singulas statuto tempore non convenientes juramento adstrictus agere fideliter, & nulli parcere*, & magis in terminis à Constitutione Nicolai Tertii pro Capitulo S. Petri in Vaticano, quæ id extendit à fine Invitatorii ad finem primi psalmi, in reliquis est similis decreto Concilii Basilienfis, & in decreto S. Congregationis Visitationis Apostolicæ extenditur id amplius usque ad tertium psalmum matutini, & in Missa usque ad ultimam Collectam ex urgente causa, onerando conscientiam tam excusantis, quàm excusati.

Et quamvis Concilium Basilieuse fuerit reprobatum 14
à Summis Pontificibus Eugenio Quarto, Martino Quinto, & à Concilio Lateranensi sub Leone Decimo; fuit tamen approbatum, & confirmatum quoad ea, quæ pertinent ad censuras, & causas beneficiales à Nicolao Quinto.

Neque ejusdem Concilii Basilienfis decreto quidquam 15
officit novum jus Sacri Concilii Tridentini, & Constitutio B. Pii V. relata à Navarro *d. cap. 25. n. 122.* Nam B. Pius in distributione partium officii intendit explicare obligationem restituendi quæ beneficiarius obtinuit fructuum præbendarum, non autem de iis decernere, qui ex distributionibus quotidianis interessentibus in choro dumtaxat obvenjunt. Concilium vero Tridentinum *sess.* 24. *cap.* 12. *de reform.* ita generaliter loquitur: *Distributiones verò, qui statis horis interfuerint, recipiant. Reliqui verò quavis colluſione, aut remissione excluſa his careant juxta Bonifacii VIII. decretum.*

Hæc autem extentio ob eas causas à d. Sac. Congre- 16
gatione concessa, si ulterius extenderetur, perniciale quidem aliis præberet exemplum. Etenim Romæ cavendum est ab exemplis. Extensio siquidem pro Ecclesiis Patriarchalibus exemplo esset omnibus aliis Ecclesiis Urbis, ac extra Urbem. Facile enim caput Orbis imitarentur, esset contra consuetudinem generalem Ecclesiarum, quæ approbè constituuntur, ac temperantur. Adversaretur decreto Concilii Basilienfis. Repugnaret Constitutioni Nicolai Tertii, ac decretis Visitationis Apostolicæ.

Daret

Daret causam majoris negligentiæ negligentibus; imò diligentibus præberet ansam desidiæ, cum deficeret jus accrescendi; nam ipsi quoque non interessentes excusarentur. Neque in praxi facile cederet. Necessarium enim esset instituere novam formam punctandi, dividendo horas, & psalmos, imò punctum ex natura sua indivisibile contra geometriæ rationem, perturbaret denique res divinas.

17 Ad absurdum superius relatum, quod scilicet ii, qui tempestivè non venient, minimè curant chorum ingredi, quare imminueretur servitium chori, respondeo, non esse inducendum consuetudines, ac mores *perniciosos* in Ecclesia Dei ob eorum culpam, & negligentiam, quæ puniri potest privatione vocis in capitulo per aliquot menses.

18 Ad secundum. Liquet responsio in hoc specimine facultatum S. Pœnitentiariæ verbo restitutionis condonatio.

URBANUS PAPA VIII.

19 AD perpetuam rei memoriam. Regimini universalis Ecclesiæ divina favente clementia præsidentes, inter multa, ad quæ ratione nostri pastoralis officii tenemur, illud præcipuè urget, ut officia nostræ Romanæ Curiæ ad debitam normam, & observantiam reducantur, officialesque in messe aliena, etiam vigore facultatum, & Privilegiorum Apostolicorum, etiam vivæ vocis oraculo per Prædecessores nostros concessorum manum, nullo modo ponant. Quapropter aciem oculorum nostrorum ad Pœnitentiariæ officium dirigentes vestigiisque fel. rec. Pii IV. & Pii V. Prædecessorum nostrorum inhærentes, ac quoad infrascripta Capita quascumque facultates, seu indulta, ac vivæ vovis oracula desuper concessa, & alias emanata, quatenus præsentibus adversarentur, revocantes, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine per præsentes statuimus, & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus major Pœnitentiarius, & ejusdem Pœnitentiariæ Regens, cæterique ejus officiales, & ministri pro tempore existentes ab infrascriptorum concessione, commissione, ac expeditione pœnitus cessare, & abstinere debeant, aliàs illæ nullæ sint eo ipso.

20 In primis abstineant à dispensationibus, seu convalidationibus titulorum; etiam in foro conscientiæ tantum, etiam in occultis casibus, cum agitur de simonia reali scienter contracta, & de beneficiis, super quibus ipsa simonia est contracta.

21 Item abstineant à Convalidatione Titulorum. & condonatione fructuum quoad illos, qui de Ecclesiis Cathedralibus provisi infrà præfinitum tempus munus Consecrationis non susceperint.

22 Abstineant quoque à compositione, & condonatione fructuum beneficialium, & Ecclesiarum Episcopalium, ac etiam distributionum quarumcumque quovis modò malè perceptorum in casibus non occultis.

23 In occultis verò casibus volumus, ut cum Gallis, Belgis, Germanis, Polonis, & ulterioribus componere, vel etiam eos condonare possint, injuncta eisdem Pœnitentibus erogatione eleemosynæ ejusdem majoris Pœnitentiarii, vel Confessoris ab ipso deputandi arbitrio limitandæ, cum reliquis autem, videlicet, Italis, Hispanis, Lusitanus, & adjacentium Insularum personis directè compositionem concedant, & ea mediante, fructus condonent, sed exactas pecunias Receptori, emolumentorum nostræ Datariæ faciant integraliter consignari. Pauperibus tamen, quorum inopia compositionem non admittit, condonare possint, injunctâ eleemosina modo supradicto, quæ tamen censeatur ordinata sine præjudicio illorum, quibus distributiones accrescere, sive non decrescere debent.

24 In matrimoniis contrahendis abstineant à dispensationibus super quovis impedimento consanguinitatis, vel affinitatis ex copula licita, ac etiam, cognationis spiritualis, etiam ib foro conscientiæ, etiam in occultis etiamsi periculum immineat scandalorum.

In contractis verò abstineant à dispensatione, seu 25
matrimonii revalidatione in gradibus primi, & secundi consanguinitatis, vel affinitatis, ac etiam secundi consanguinitatis, vel affinitatis, ex copula licita, etiam in occultis, præterquam, si in hoc secundo gradu impedimentum duraverit occultum, saltem per decennium, & oratores simul publicè contraxerint, & uti conjuges legitimi reputati fuerint.

In tertio verò, & quarto gradibus occultis *possint* dis- 26
pensare, ac etiam in publicis revalidare matrimonia nulliter contracta ex causa subreptionis, vel obreptionis occultæ litterarum Apostolicarum, præterquam si falsitas constitat in narratione præcedentis copulæ, quæ tamen anteà non intercesserat.

Possint etiam in utroque, vel altero machinante dis- 27
pensationes concedere, rarò tamen, & quando necessitas *postulaverit* ratione alicujus gravis imminentis periculi, quod prudentia majoris Pœnitentiarii arbitrandum erit, præsertim re discussa in Signatura.

Pariter abstineant à concessione dispensationum cum 28
promotis per saltum, etiam prætextu licentiarum de promovendo extra tempora, vel non servatis interstitiis vel sine literis dimissorialibus proprii Ordinarii, nisi quando in occultis periculum aderit gravium scandalorum. Tunc enim poterunt dispensare in forma Pœnitentiariæ consueta, ut scilicet omissos ordines secretò recipiant à quovis Catholico Antistite, gratiam, & communionem cum Sede Apostolica habente, & tunc etiam extra tempora, & non servatis interstitiis, etiam absque prædictis litteris dimissoriis.

Et quoad facultatem per Nos vivæ vocis oraculo con- 29
cessam de dispensando cum Sacerdotibus, aliisque in ordinibus sacris existentibus, qui homicidia voluntaria commiserunt ad effectum ingrediendi Religionem, volumus, eos, cum quibus in vim dictæ facultatis de cætero dispensabitur, teneri omnino Professionem emittere, aliàs nec ministrare, nec ad Superiores ordines ascendere possint.

Abstineant etiam à concessionibus absolutionum, 30
sive Commissionum de absolvendo Principes, & alios Jus Imperii, etiam vicario nomine habentes, nec non dominiorum seu Reipublicarum Personas administrationem habentes, vel habere solitas. Item Episcopos, & alios Superiores Prælatos in casibus publicis, qui litteris in die Cœnæ Domini legi solitis continentur, etiamsi tunc Sedes Apostolica vacabit, aut Summus Pontifex propter infirmitatem, vel aliam causam ita fuerit impeditus, ut celeriter consuli non possit.

Similiter abstineant etiam in occultis, etiam in foro 31
conscientiæ tantum à concessione absolutionum, vel commissionum de absolvendo S. R. E. Cardinales, & alios cujuscumque qualitatis, status, gradus, dignitatis, conditionis, & præeminentiæ fuerint, qui, vivente Romano Pontifice de quopiam eligendo, vel excludendo tractaverint suffragia inierint, ambitusve, aut ambitiones fecerint.

Et abstineant etiam in occultis, etiam in foro con- 32
scientiæ tantùm à concessione absolutionum, vel Commissionum de absolvendo dictos S. R. E. Cardinales, & alios quoscumque, qui Sede Apostolica vacante, censuras, seu pœnas in Constitutione recolendæ memoriæ Gregorii XV. Prædecessoris nostri, & nostra super electione Romani Pontificis pro tempore facienda, editis contentas quomodoliber inciderint.

Abstineant pariter etiam in occultis, etiam in foro 33
conscientiæ tantum, à concessione absolutionum, vel Commissionum de absolvendo à censuris, & pœnis eos cujuscumque qualitatis, status, dignitatis, præeminentiæ, & conditionis fuerint, qui de statu Reipublicæ Christianæ, vel Sedis Apostolicæ, seu de vita, & morte nostra, vel Romani Pontificis pro tempore existentis, vel nostrorum, sive ejus Consanguineorum usque ad tertium gradum inclusivè inquirentes Constitutioni nostræ

ſtræ contra eoſdem editæ quomodolibet circa præmiſſa contravenerint.

34 Et quoad facultatem conceſſam vivæ vocis oraculo à piæ memoriæ Paulo V. Predeceſſore noſtro pro abſolvendo eos, qui munera à Perſonis Regularibus exceperint ante factam per eos reſtitutionem contra Conſtitutionem ſimilis memoriæ Clementis VIII. etiam Prædeceſſoris noſtri, abſtineant à concedendis abſolutionibus ante factam, ut præfertur reſtitutionem quoad munera, quæ valorem decem ſcutorum monetæ exceſſerint, exceptis muneribus rerum medicinalium, ſeu devotionis, infra verò præfatum valorem non niſi facta eleemoſyna arbitrio Majoris Pœnitentiarii, ſeu Confeſſarii per eum delegandi.

35 Quo verò ad facultatem conceſſam ſimili vivæ vocis oraculo per eumdem Paulum V. Prædeceſſorem noſtrum de abſolvendis ad Urbem accedentibus à cenſuris non tamen in Romana Curia notoriis, ad effectum acquirendi Indulgentias, loca, & Eccleſias Urbis viſitantibus conceſſas, pariter abſtineant quoad cenſuras in Romana curia latas.

36 Et circa abſolutionem ab hæreſi nihil aliud volumus eſſe permiſſum majori Pœnitentiario, quàm quod à ſanctæ memoræ Pio Papa V. etiam Prædeceſſore noſtro fuit ſibi conceſſum per ejus vivæ vovis oraculum tenoris ſequentis videlicet, ut Hæretici, qui cum nemine de ſuis hæreſibus locuti ſunt; neque aliquem actum exteriorem fecerunt; Unde argui poſſent Hæretici, quorum denique hæreſes nulli prorſus, niſi ſibi ipſis notæ ſunt, ſicque omnino occultæ ſunt, ſi petant abſovi in foro Conſcientiæ tantùm, poſſit eos abſolvere abſque alia abjuratione coram Ordinario, aut Inquiſitore facienda. Idem etiamſi feciſſent aliquos actus ex quibus argui poſſent Hæretici, ſi tamen hujuſmodi actus adhuc remanent occulti, quia nullus, quantum ſciant, advertit, licet ſui natura ſint noſcibiles, ſeu ad notitiam deducibiles. Qui verò hæretici occulti quidem ſunt, ſed tamen habeant complices, quia Magiſtri, vel Diſcipuli aliorum ſunt, vel alio modo in hæreſi cum aliis complicati, aut de ſua hæreſi colloquuti ſunt cum aliis, qui non ideò ſunt complices, aut Correi, mittantur prius ad Officium ſanctæ Inquiſitionis, aut coram ipſo Inquiſitore, vel Ordinario, ſeu ejus Vicario, nec non Notario, & duabus Religioſis Perſonis, nominent complices, & eos, cum quibus de ſua hæreſi ſunt locuti, & deinde coram eiſdem tantum ſecretè abjurent, ita tamen ut hujuſmodi abjuratio ſecreta redigatur in ſcriptis, & forma Judiciaria ad eum finem, ut ſi unquam ad hæreſim redirent, poſſint ex ea abjuratione convinci relapſus. Poſtquam autem ſic abjuraverint, poſſint deinde à majori Pœnitentiario abſolvi in foro conſcientiæ tantùm. Idem & multò magis erit faciendum in his, qui non ſunt occulti hæretici, licet nondum delati ad S. Officium Inquiſitionis. Decernentes præſentes litteras, etiam ex eo quod major Pœnitentiarius, & Regens, & Officiales præfati, aliique quicumque in præmiſſis quomodolibet intereſſe habentes, ſeu habere prætendentes, præmiſſis non conſenſerint, aut vocati, aut auditi non fuerint, aliaque quavis de cauſa, quantumvis legitima, & juridica, de ſubreptionis vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, redargui, retractari in jus, vel controverſiam revocari, nullatenus poſſe, ſed eas ſemper, & perpetuò validas, firmas, & efficaces exiſtere, & à majore Pœnitentiario, & Regente, officialibuſque præfatis, aliiſque, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit inviolabiliter obſervari, ſicque per quoſcumques Judices Ordinarios, & delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, etiam de latere legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus, quatenus opus ſit, Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, & præſertim de jure quæſito non tollendo, aliiſque quibuſcumque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis ad dictæ Pœnitentiariæ, etiam juramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus quibuſcumque ac privilegiis, indultis, & litteris Apoſtolicis dictæ Pœnitentiariæ, illiuſque majori Pœnitentiario, & officialibus, ac miniſtris, & quibuſvis aliis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu pari, & conſiſtorialiter, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad effectum præmiſſorum pleniſſimè derogamus. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 27. Septembris 1634. Pontificatus noſtri anno xii.

M. A. Maraldus.

SS. D. N. D. INNOCENTII PAPÆ XII.

CONSTITUTIO

Super facultatibus Majoris Pœnitentiarii.

INNOCENTIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

ROmanus Pontifex omnium Chriſti fidelium Pater, & Paſtor, ejus, qui ut peccatores pretioſi ſui Sanguinis profuſione redemptos ſalvos faceret, ſemetipſum exinanivit, vices gerens in terris, ad ea per quæ ſibi cœlitùs commiſſi gregis ſaluti uberius conſulitur, præcipuis debet, & indefeſſis ſtudiis incumbere, ſibique in Petro Apoſtolorum Principe attributam poteſtatem, qua infallibili Chriſti Domini teſtimonio, quidquid ſolverit ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis, per ſe, & reſpectivè per alios provida diſpenſatione excercere.

Hujus conſiderationis intuitu Romani Pontifices Prædeceſſores Noſtri Pœnitentiariæ Apoſtolicæ officio, & Majori Pœnitentiario quamplures, & amplas facultates conceſſerunt, illaſque aliquando, in iis præſertim, quæ forum internum non concernebant, reformant, & quandoque ampliarunt, & immutarunt, prout rerum, & temporum circumſtantiis, opportunitatibus, & viciſſitudinibus attentè penſatis cenſuerunt in Domino ſalubriter expedire.

Aliàs ſiquidem poſt antiquiores officii hujuſmodi ſtatus fel. rec. Pius Papa IV. Prædeceſſor Noſter Officiorum, & Tribunalium Romanæ Curiæ reformationi Paſtorali ſolicitudine intentus, ad ejuſdem Pœnitentiariæ officium, in quo morum cenſura, & animarum ſalus præcipuè vertitur, conſiderationis ſuæ oculos direxit, habitaque deſuper cum tunc exiſtentibus S.R.E. Cardinalibus deliberatione matura ipſoque Majore Pœnitentiario, ac ejus Officialibus auditis, ac omnibus maturè conſideratis, de eorumdem Cardinalium conſilio, quod de cætero perpetuis futuris temporibus pro tempore exiſtens Major Pœnitentiarius, Regens, Correctores, Scriptores, & Procuratores, ac alii quicumque ejus Officiales, & Miniſtri ab eorum omnium, quæ in tunc confectis capitulis, & prohibitionibus continebantur, & forum internum, ſeu pœnitentialem plerumque non reſpiciebant, conceſ-

ſione, & commiſſione penitus ceſſare, & abſtinere deberent, per quaſdam ſuas Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo quinto nonas Maii Pontificatus ſui anno tertio expeditas litteras auctoritate Apoſtolica ſtatuit, & ordinavit.

Succeſſivè recol. me. Pius Papa V. etiam Prædeceſſor Noſter tempus, & neceſſitatem, ſuique inſtituti rationem poſtulare perpendens, ut in multis Romanæ Curiæ rebus novam deinceps formam proponeret, ejuſmodi verò curam ipſum impenſiùs ſolicitare, ut ad ea in primis incumberet, quæ ſalutem & periculum reſpiciebant animarum, ac à præfato Pœnitentiariæ officio initium capere, novamque illi pro futuris facultatem ſtatuere volens, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnem, & quamcumque ejuſdem officii, & Pœnitentiarii Majoris auctoritatem, juriſdictionem, & poteſtatem ordinariam, & delegatam, ac omnia, & quæcumque privilegia, facultates, & indulta illis, cæteriſque omnibus dictæ Pœnitentiariæ tunc exiſtentibus Collegiis, & perſonis ab ipſius officii inſtitutione per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores ſuos, ac ſeipſum, & Sedem Apoſtolicam etiam motu proprio, & ex ipſius certa ſcientia, deque prædictæ poteſtatis plenitudine tam in genere, quàm in ſpecie, ac de mandato ſpeciali, & expreſſo etiam vivæ vocis oraculo emiſſo, & ex quibuſcumque cauſis conceſſi, confirmata, ac etiam pridem à memorato Pio IV. Prædeceſſore reformata, reſtricta, & moderata, quibuſcumque concepta formulis, ac etiam reſtrictivis, derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortioribus, & efficacioribus etiam vim contractus inducentibus clauſulis, nec non irritantibus, & aliis decretis ſuffulta, quorum omnium tenores haberi voluit pro expreſſis, quæcumque eſſent, (poteſtate Minorum Pœnitentiariorum ſuorum, & ordinationibus de illis, eorumque ſtatu tunc pridem editis litteris ſalvis, & integris remanentibus) revocavit, ſuppreſſit, & abolevit, & aliàs prout in ejuſdem Pii V. Prædeceſſoris quarto Kal. Maii Anno præfatæ Incarnationis milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, & Pontificatus ſui quarto deſuper expeditis litteris uberiùs continetur.

Vrque memoratus Pius V. Prædeceſſor habira de Miniſtrorum qualitate, numero, functionibus, & officiis ratione explicita, novam futuris formam de integro præſcribere valeret, qua ipſum Pœnitentiariæ officium certis quibuſdam facultatibus, quæ aliis officiis magis conveniebant, exoneratum, atque expeditum, deinde ea quæ Animarum ſalutem præcipuè concernebant, attentiore ſtudio proſequeretur, quinto decimo Kal. Julii ejuſdem Anni milleſimi quingenteſimi ſexageſimi noni duas edidit Conſtitutiones, in quarum prima, quæ incipit *In omnibus rebus*, Miniſtrorum qualitatem, numerum, functiones & officia in poſterum ordinavit; In alia verò, quæ incipit *Vt bonus Paterfamilias*, Pœnitentiariæ hujuſmodi officium nonnullis ibidem relatis facultatibus dumtaxat, quas pœnitentialis muneris maximè proprias, ac egentium Chriſti fidelium remedio accommodatas cenſuit, communivit.

Deinde nihilominus idem Pius V. Prædeceſſor, ejuſque ſucceſſores Rom. Pontifices quampluribus vivæ vocis oraculis, & piæ mem. Gregorius Papa XIV. pariter Prædeceſſor Noſter etiam ſuis in forma Brevis die decima Aprilis Anni milleſimi quingenteſimi nonageſimi primi expeditis litteris, reformatas, ut præfertur, memorati officii facultates multoties ampliarunt, & extenderunt.

Verùm hujuſmodi facultatibus valdè, ut præfertur, multiplicatis, & adauctis, ſine. memoriæ Urbanus Papa VIII. etiam Prædeceſſor Noſter memoratorum Pii IV. & Pii V. Prædeceſſorum veſtigiis inhærens, per ſuas die decima ſeptima Septembris Anni milleſimi ſexcenteſimi trigeſimi quarti Pontificatus ſui duodecimi in forma Brevis pariter expeditas litteras, prævia, quoad inibi deſcripta capita, quarumcunque facultatum, ſeu indultorum, ac vivæ vocis oraculorum deſuper conceſſorum & aliter emanatorum, quæ iiſdem litteris adverſarentur, revocatione, Motu proprio ex certa ſcientia, & matura deliberatione ſuis, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſtatuit, & ordinavit, quod de cætero perpetuis futuris temporibus Major Pœnitentiarius, & ejuſdem Pœnitentiariæ Regens, cæterique ejus Officiales, & Miniſtri pro tempore exiſtentes, à particularium caſuum, & negotiorum inibi expreſſorum conceſſione, commiſſione, & expeditione, quæ aliàs nullæ eſſent eo ipſo, penitus ceſſare, & abſtinere deberent.

Adhuc tamen, & poſt hujuſmodi particularem reformationem alia Romanorum Pontificum ad hæc uſque tempora vivæ vocis oracula facultates hujuſmodi ampliantia, & reſpectivè moderantia ſupervenerunt.

Hinc Nos Animarum ſaluti, ac facultatum unicuique Officio, & Tribunali competentium ordini, & diſtinctioni, quantum Nobis ab Alto conceditur, conſulere volentes, ac propterea litterarum Apoſtolicarum, & vivæ vocis oraculorum præfatorum multiplicitatem, varietatem, & immutationes ſedula meditatione penſantes, Noſtræ Pœnitentiariæ, ac Majoris Pœnitentiarii facultates ſeligere, & ſelectas, cæteris exclusis, compilare, & in unum redigere decrevimus, ut quouſque facultates hujuſmodi extendantur, ac quomodo, & in quibus caſibus exerceri poſſint, & debeant, certè, promptè, & diſtinctè ſub unica, & omnium comprehenſiva ſanctione innoteſcant.

Omnium itaque, & ſingularum litterarum, & oraculorum hujuſmodi, ac aliarum, & aliorum, quæcumque ſint. & ſi quæ ſint, tenores pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, ac ſalvis, & in ſuo robore, & ſtatu permanentibus iis, quæ in altera ex præfatis ejuſdem Pii V. Prædeceſſoris Conſtitutionibus incipien. *In omnibus* ſuper Miniſtrorum Pœnitentiariæ præfatæ qualitate, numero, functionibus, & officiis ordinata fuerunt, ac etiam ſalva ſemper Majoris Pœnitentiarii facultate Romanum Pontificem in quibuſcumque particularibus caſibus, tametſi per præſentes noſtras litteras non conceſſis, imò prohibitis, conſulendi, ita ut ipſit Majori Pœnitentiario de Romani Pontificis ſpeciali mandato deſuper vivæ vocis oraculo ſibi facto procedere aſſerenti, indubia fides debeat adhiberi; Motu proprio, ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine infraſcriptas tantùm facultates eidem Pœnitentiariæ, & Majori Pœnitentiario de cætero competere ac in illa, & ab illo in hunc, qui ſequitur modum, exerceri poſſe hac noſtro perpetuò valitura Conſtitutione, ſtatuimus, atque decernimus.

Noſtro itaque, & pro tempore exiſtenti Majori Pœnitentiario concedimus, ut omnes, & ſingulos cujuſcumque qualitatis, dignitatis, & gradus eccleſiaſticos ſæculares, & cujuſvis Ordis, Congregationis, Societatis, & Inſtituti Regulares, nec non laicos quoſcumque utriuſque ſexus tam præſentes, quàm abſentes, ab omnibus, & quibuſcumque culpis, criminibus, & exceſſibus quantumcumque gravibus, & enormibus tam publicis, quàm occultis quandocunque & quomodocunque commiſſis, & perpetratis, nec non ab omnibus excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis præmiſſorum occaſione latis, & per illos incurſis, etiam in caſibus nedum Superioribus Regularibus, & Ordinariis, ſed etiam Nobis, & Sanctæ Sedi ſpecialiter, ac etiam per litteras, quæ die Cœnæ Domini quotannis promulgantur, reſervatis, injuncta ſemper iiſdem pro modo culpæ pœnitentia ſalutari, & aliis quæ fuerint de jure injungenda abſolvere, & abſolvi mandare poſſit, & valeat, Regulares nimirum à culpis, & cenſuris præmiſſis in utroque foro, & eccleſiaſticos ſæculares, nec non laicos à prædictis culpis, & cenſuris in foro conſcientiæ tantùm; Eoſdem vero eccleſiaſticos ſæculares, nec non laicos tunc in utroque foro abſolvere, & abſolvi mandare poſſit, quando agitur de

de excommunicatis, & suspensis à sententia generali, vel speciali delegatorum, aliorumque Judicum, quorum jurisdictio expiraverit, seu etiam de illis, quorum absolutio per eosdem Judices, aut alios fuerit ad Romanum Pontificem, & ad dictam Sanctam Sedem remissa, seu pariter de iis, qui legitimo impedimento detenti præsentiam Judicum, vel illorum, qui eos excommunicarunt, aut suspenderunt, aut alium, seu alios adire non potuerint.

Ita tamen ut prædicti à censuris ab homine latis, seu declaratis in utroque foro, ut præfertur, absolvendi, in suis congruis casibus respectivè judicato paruerint, & parti satisfecerint, vel quamprimùm potuerint, alioquin in easdem censuras reincidant, satisfaciant: Eadem verò parte oblatam convenientem satisfactionem, quæ tamen in sententiis, seu decretis individuata non sit, irrationabiliter recusante, possit Major Pœnitentiarius Judicis, coram quo censurarum causa pendet, conscientiæ remittere, ut convenientem satisfactionem arbitretur, illaque per reum oblata, & per aliam partem irrationabiliter recusata, valeat adhuc firma remanente hujusmodi oblatione ad absolutionem procedere.

Romam quoque advenientes ab omnibus per quemcumque Judicem, vel aliàs quomodocumque, non tamen in Romana Curia nominatim promulgatis, seu alibi promulgatis, & in eadem Curia notoriis censuris, ad effectum duntaxat, ut indulgentias Sacra Urbis loca piè, ac religiosè invisentibus concessas, liberè, & licitè consequi valeant, ita ut simul ac indulgentias præfatas consequuti fuerint iisdem, quibus anteà censuris constricti teneantur, absolvere, & absolvi mandare possit, & valeat. Quod si censuris ab homine nominatim ligati pro absolutione Romam advenerint, sed pro illa obtinenda fuerint ad eorum Judices remissi, & probabile mortis periculum in itinere pertimescunt, poterit Major Pœnitentiarius ad congruum tempus ab ipso pro hujusmodi itinere agendo arbitrandum, sub conditione, si hujusmodi periculum immineat, & cum reincidentia, si præfati idem periculum evaserint, in foro conscientiæ tantùm absolvere, & absolvi mandare.

Nequeat tamen in ullis casibus publicis, qui in præfatis litteris die Cœnæ Domini legi consueris continentur, etiamsi Sedes Apostolica tunc vacaret, aut Romanus Pontifex propter infirmitatem, vel aliam causam ita fuisset impeditus, ut celeriter contuli non posset, Principes, & alios jus Imperii etiam Vicario nomine habentes, ac Dominia, & Respublicas, seu personas illorum, & illarum administrationem habentes, vel habere solitas, nec non Episcopos, & alios Superiores Prælatos absolvere, & absolvi mandare.

Minusque possit etiam in occultis etiam in foro conscientiæ tantùm Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & alios cujuscumque qualitatis, status, gradus, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ fuerint, qui vivente Romano Pontifice de quopiam eligendo, vel excludendo tractaverint, suffragia inierint, ambituve, aut pactiones fecerint, seu Sede Apostolica vacante in censuras, seu pœnas infœlicis record. Gregorii Papæ XV. & præfati VIII. etiam Prædecessorum Nostrorum super electione Romani Pontificis pro tempore facienda, decimo septimo Kal. Septembris Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimo primo, & quinto Kal. Februarii Anno ejusdem Incarnationis millesimo sexcentesimo vigesimoquinto respectivè emanatis litteris contentas, quomodolibet inciderint, absolvere & absolvi mandare.

Nec pariter possit etiam in occultis etiam in foro conscientiæ tantùm eos cujuscumque qualitatis, status, dignitatis, præeminentiæ, & conditionis fuerint, qui Astrologia judiciaria, vel aliâ per se, vel per alios de statu Reipublicæ Christianæ, sive de vita, aut morte Romani Pontificis pro tempore existentis, iniquirentes, ejusdem Vrbani Prædecessoris Pridie Kal. Aprilis Anno ejusdem Incarnationis millesimo sexcentesimo trigesimo primo contra illos editis literis contravenerint, absolvere, & absolvi mandare.

Nec similiter valeat in casibus publicis, etiam in judicium non deductis violatæ immunitatis, seu libertatis Ecclesiasticæ ullatenus absolvere, seu absolvi mandare.

Eos tantum hæreticos in foro conscientiæ dumtaxat, absque alia abjuratione coram Ordinario, aut Inquisitore facienda, absolvat, seu mandet absolvi, qui cum nemine de suis hæresibus loquuti sunt, & omnino sunt occulti, etiamsi aliquos extrinsecos actus fecerint, ex quibus argui potuissent hæretici, dummodo tamen ad eosdem actus, quamvis de sui natura noscibiles, seu ad notitiam deducibiles, quantum ipsi sciant, & prout credunt, nullus advertit; Apostatas quoque à fide catholica, & hæreticos in eodem foro conscientiæ dumtaxat absolvat, seu absolvi mandet in iis solum casibus, in quibus necesse non est complices denunciare, quando nimirum iidem complices mortui, seu ex regionibus palam infectis sunt, & in illis degunt, non tamen quando complices Itali, vel Hispani, seu ex illis regionibus essent, in quibus Inquisitionis Sancti Officii auctoritas viget: omni alia facultate ab hæresi, vel apostasia hujusmodi absolvendi in cæteris, præterquam in casibus, in quibus S. Inquisitionis Officium ad Majorem Pœnitentiarum absolvendos remitteret, interdicta.

Munera à Regularibus contra recolen. mem. Clementis Papæ VIII. pariter Prædecessoris Nostri Anno Incarnationis præfatæ 1594. tertio decimo Kal. Julii editam Constitutionem ultrà valorem decem scutorum monetæ, recipientes, exceptis rerum medicinalium seu devotionis muneribus, antè factam restitutionem non absolvat, nec mandet absolvi; Infra verò prædictum valorem, non nisi facta arbitrio ipsius Majoris Pœnitentiarii, seu per eum eligendi Confessarii eleemosyna, quæ in beneficium Religionis, seu Conventus, cui de jure facienda esset restitutio, si cautè fieri potest, erogetur, absolvat, seu mandet absolvi.

Moniales, & quascumque personas quæ in casibus publicis clausuram earumdem Monialium ad malum finem violaverint, & respectivè ausæ fuerint violare, non absolvat, nec mandet absolvi, nisi in casibus, in quibus ipsi Episcopi, seu Ordinarii pro ipsis delinquentibus supplicaverint, & casus ad congregationem S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositam deducti non fuerint.

Confessarios Monialibus nullatenus concedat, & Capuccinos in illis regionibus in quibus iidem Confessionibus audiendis operam dare non solent, in Confessarios non deputet.

Ad hæc super quacumque irregularitate, & inhabilitate ex quocumque delicto, etiam homicidio voluntario, & ex quocumque defectu proveniente, in casibus tamen occultis, & in foro conscientiæ tantùm, prævia in gravioribus casibus matura discussione facienda in Pœnitentiariæ Signatura, dispensare, vel dispensari mandare possit, tam cum Ecclesiasticis Sæcularibus, quàm cum Laicis respectivè, cum quibus expediens videbitur, ut Ordinibus initiari, & in susceptis etiam sacris, & Presbyteratus ordinibus ministrare, & ad superiores conscendere, ac dignitates etiam Cathedrales, & Metropolitanas, ac quæcumque beneficia Ecclesiastica quandocumque ante dispensationem alioquin canonicè obtentas, vel obtenta, retinere, nec non hujusmodi beneficia, & dignitates [exceptis, quando agitur de homicidio voluntario, vel alio gravissimo excessu, Ecclesiis Cathedralibus, & Metropolitanis) etiam post delictum assequi valeant.

Cum Hæreticis, & Apostatis à Fide Catholica, quando hæresis, & apostasia hujusmodi nullatenus est propalata, & casus gravitas non suadet Pœnitentes ad S. Inquisitionem remittendos esse, super quacumque irregularitate, inhabilitate, & infamia exinde contracta, tam ad Ordines, sive susceptos, sive suscipiendos, quàm ad beneficia

cia dispensare, & dispensari mandare possit, & valeat.

Cum malè promotis occultis, non obstante ejusdem mem. Sixti Papæ V. etiam Prædecessoris Nostri Anno Incarnationis prædictæ millesimo quingentesimo octogesimo nono nonis Januarii edita Constitutione, & signanter cum promotis per saltum etiam prætextu licentiarum de promovendo extra tempora, vel non servatis interstitiis, vel sine litteris dimissorialibus proprii Ordinarii, non dispensat, nisi in foro conscientiæ, quando periculum adesset gravium scandalorum; tunc enim possit in forma Pœnitentiariæ consueta dispensare, ut scilicet omissos ordines secretè recipiant à quol bet Catholico Antistite gratiam, & communionem cum Sede Apostolica habente, & tunc, & extra tempora, & non servatis interstitiis, & absque præfatis dimissoriis.

Cum promotis ad Sacros Ordines, qui simoniam cum Episcopis promoventibus commiserint, dispensare, & dispensari mandare possit in occultis dumtaxat, & in foro conscientiæ tantum, cum clausula monitis monendis, & injuncta gravi pœnitentia, ac re præsertim discussa in Signatura.

A dispensationibus, seu convalidationibus titulorum etiam in foro conscientiæ tantùm, etiam in occultis casibus abstineat, cum agitur de simonia reali scienter contracta, & de beneficiis, super quibus contracta est ipsa simonia; At si illa contracta fuisset ignoranter etiam ignorantia juris inculpata, possit Major Pœnitentiarius in occultis, & in foro conscientiæ tantum dispensare, & beneficiorum post simoniam obtentorum titulos convalidare, modò orator de eadem simonia certior factus quamprimum commodè potuerit, petierit dispensationem, omni alia facultate in cæteris simoniæ casibus, & præsertim publicis, interdicta.

Titulos beneficiorum in concursu obtentorum in foro conscientiæ tantum in occultis convalidare possit, quando tamen inhabilitas provenit ex aliqua censura, vel quia illa irretitus imperrans administravit.

A convalidatione titulorum, & condonatione fructuum abstineat quoad illos, qui de Ecclesiis Cathedralibus provisi, infra præfinitum tempus munus consecrationis non susceperint.

A compositione pariter, & condonatione fructuum beneficialium. & Ecclesiarum Episcopalium, ac etiam distributionum quarumcumque quovis modo malè perceptorum in casibus non occultis, abstineat; In occultis verò possit cum Gallis, Belgis, Germanis, Polonis, & ulterioribus componere, vel etiam condonare, injuncta eisdem pœnitentibus erogatione eleemosynæ ipsius Majoris Pœnitentiarii, vel Confessarii ab ipso deputandi arbitrio limitandæ: Cum reliquis autem videlicet Italis, Hispanis, Lusitanis, & adjacentium Insularum personis discretè compositionem concedere; & ea mediante fructus condonare, pecuniis exinde exactis receptori emolumentorum Dataria nostræ integraliter consignatis: Pauperibus tamen, quorum inopia compositionem non admittit, possit condonare, injuncta eleemosyna modo supradicto, quæ nihilominus sine præjudicio illorum, quibus distributiones accrescere, vel non decrescere debent, sint, & censeantur ordinata.

Cum Regularibus autem super irregularitate quorumcumque criminum quandocumque perpetratorum, vel incursus in censuras occasione, vel quia iidem sic ligati suos ordines, non tamen in contemptum clavium, exercuerunt, aut illis se immiscuerunt, seu aliter quomodolibet contracta, ut eadem irregularitate, & quibuscumque aliis defectibus non obstantibus, susceptis ordinibus, & eorum privilegiis uti, ac in illis etiam in altaris ministerio ministrare, & ordines non susceptos suscipere, & in iisdem similiter etiam in altaris ministerio ministrare, necnon quæcumque, quotcumque, & qualiacumque suorum ordinum, & Congregationum, alioquin canonicè obtenta officia, beneficia regularia, munia, præeminentias, dignitates, & prælaturas etiam majores, & principales, retinere, & exercere, necnon eadem, seu easdem (non tamen Generalatum) ad quæ, seu quas in futurum canonicè, & juxta eorumdem Ordinum, & Congregationum Regularia Institruta, eligantur, vel aliter assumantur, recipere, assequi, gerere, & liberè exercere etiam licitè valeant, dispensare, eosque in pristinum, & ad eum, in quo ante præmissa quomodolibet erant, statum, & ad vocem activam, & passivam restituere, reponere, & plenariè reintegrare, & pœnas illis gratiosè remittere, & condonare, necnon pro majori absolutionum, & dispensationum præfatarum firmitate quibusvis Constitutionibus, ordinationibus, statutis, & privilegiis quomodolibet obstantibus sufficienter derogare, Major Pœnitentiarium præfatus possit, & valeat.

Volumus tamen, ut in hujusmodi casibus occultis in foro conscientiæ tantum, in publicis verò casibus in utroque foro, auditis tamen, & supplicantibus Superioribus, bonumque testimonium de ipsis Regularibus ferentibus, gravata in iis eorumdem Superiorum comscientia, & matura circumspectione semper adhibita, cum iisdem Regularibus ut præfertur, dispensare, & dispensari mandare valeat.

Cum homicidis, bannitis, aliisque delinquentibus, qui memorati Sixti Prædecessoris. Anno Incarnationis præfatæ millesimo quingentesimo octogesimo septimo sexto Kal. Decembris expeditis litteris, Religionem ingredi, & in ea professionem emittere inhabilitantur, si expedire videbitur, habilitare, & habilitari mandare; ac cum iis, qui homicidia voluntaria commiserint, ut etiam uti Clerici aliquam ex approbatis Religionibus ingredi, ibique profiteri, in utroque foro, quando sic expedire videbitur, dispensare, & dispensati mandare valeat, ea tamen lege, ut sic habilitandi, seu dispensandi Fiscum, & Partem prius concordaverint, & professionem emittant; nec ante professionem hujusmodi in susceptis ordinibus ministrare, nec ad superiores ordines ascendere possint.

Quoad Apostatas, & transitum Regularium de una ad aliam Religionem, citra aliquam innovationem interim faciendam, an, & quales facultates Majori Pœnitentiario remanere, reformari, seu concedi conveniat, de nonnullorum S. R. E. Cardinalium desuper à Nobis deputatæ Congregationis consilio suis loco, & tempore decernemus.

In matrimoniis contrahendis possit idem Major Pœnitentiarius in foro conscientiæ tantùm super impedimentis occultis, quæ matrimonium non dirimunt, dispensare, vel dispensari mandare: At à dispensationibus super quocumque impedimento ex quovis gradu, sive consanguinitatis, sive affinitatis ex copula licita, sive ex cognatione spirituali proveniente, etiam in foro conscientiæ tantùm, tametsi impedimentum sit occultum, & periculum scandalorum immineat, in iisdem matrimoniis contrahendis abstineat.

In contractis verò matrimoniis à dispensatione, seu matrimonii revalidatione in gradibus primo, & secundo, seu secundo tantùm consanguinitatis, vel affinitatis ex copula licita etiam in occultis pariter abstineat, præterquam si in hujusmodi secundo tantùm gradu impedimentum saltem per decennium duraverit occultum, & oratores simul publicè contraxerint, & convixerint, & uti conjuges legitimi reputati fuerint. In tertio autem, & quarto gradibus occultis possit dispensare, ac etiam in iisdem tertio, & quarto gradibus publicis revalidare matrimonia nulliter contracta ex causa subreptionis, vel obreptionis, occultæ litterarum Apostolicarum, præterquam si falsitas consistat in narratione præcedentis copulæ, quæ tamen antea non intercesserat.

Quod si oratores, qui obtinuerint à nostra Dataria dispensationem super gradu prohibito, tam in primo, & secundo, quàm in secundo tantùm, ac etiam in tertio, vel quarto, tacita copula inter eos sequuta, quam sine honoris detrimento detegere non valent, & ratione hujus-

hujusmodi taciturnitatis petant dispensationem pro matrimonio contrahendo, seu revalidationem matrimonii contracti possit idem Major Pœnitentiarius, si copula sit adhuc secreta, in foro conscientiæ tantùm concedere, facta quando agitur de primo, & secundo vel secundo tantùm gradu compositione quinquaginta ducatorum auri de Camera ad Datariam transmittendorum ad effectum, ut inconcussi moris est, erogandi in eleemosynas, nisi prior gratia expedita fuisset in forma pauperum, quo casu etiam hæc gratia absque ulla compositione similiter expediatur.

Si verò oratores, qui obtenta dispensatione à Dataria super impedimento primi, & secundi, sive secundi dumtaxat gradus consanguinitatis, seu affinitatis, cum expressione quidem carnalis copulæ, sed tacita occulta, & malitiosa intentione in ipsa copula habita ad finem habendam dispensationem, pro revalidatione hujusmodi dispensationis recurrant ad dictam Pœnitentiariam, possit idem Major Pœnitentiarius desuper dispensare cum miserabilibus personis expliciè affirmantibus se uti tales, & sub illa expressa qualitate, & forma miserabilium dispensationes à dataria obtinuisse: Cum iis verò qui non tamquam pauperes, sed uti ex honestis familiis, sive uti nobiles, sive uti illustres fuerint similiter ab eadem Dataria dispensati, idem Major Pœnitentiarius non dispenset: nisi soluta prius in Dataria, ad effectum pariter erogandi in eleemosynas, taxa cum Datario pro tempore existente concordanda. Quod si supplicantes sint pauperes, ita ut verè, & realiter integram summam taxatam, vel aliquam ejus partem solvere nequeant, præfatus Major Pœnitentiarius simul cum eodem Datario opportunè provideat.

Super impedimento occulto affinitatis ex copula illicita, seu ex actu fornicario proveniente, quotiescumque adsit rationabilis causa, licet periculum revelationis, seu scandalorum non immineret, vel non adesset, in matrimoniis tam contractis, quàm contrahendis in foro conscientiæ tantum; quoties verò affinitas hujusmodi post contractum matrimonium supervenerit, ut debitum peti possit, in eodem conscientiæ foro dispensare, & dispensari mandare possit, & valeat.

Super occulto impedimento criminis adulterii, si fuerit cum fide data dumtaxat neutro machinante commissum, possit, tam in contrahendis, quàm contractis matrimoniis dispensare: Si verò crimen hujusmodi fuisset utroque, vel altero machinante patratum, possit dispensationem concedere, rarò tamen, & quando necessitas postulaverit ratione alicujus gravis imminentis periculi, quod prudentia Majoris Pœnitentiarii, re præsertim discussa in Congregatione, vel Signatura, arbitrandum erit.

Declaramus tamen, quod facultates præfatæ à Nobis Majori Pœnitentiario, & ejusdem Pœnitentiariæ officio concessæ circa dispensationes matrimoniales, locum habeant, etiamsi gradus, & impedimenta hujusmodi multiplicia sint quacumque, & quantacunque multiplicitate. Volentes in litteris hujusmodi dispensationum matrimonialium posse prolem, ubi opus erit, sive susceptam, sive suscipiendam, non tamen in adulterio conceptam, in foro conscientiæ tantùm, legitimam decernere, nec non apponi clausulam *nullis, &c.* prout in hujusmodi materiis hactenus ipsa Pœnitentiaria servare consuevit.

Vota simplicia quæcumque quomodolibet emissa, tametsi privato juramento confirmata, etiam castitatis, religionis, visitationis liminum Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli de Urbe, Sepulchri Dominici, & S. Jacobi de Compostella, possit idem Major Pœnitentiarius in alia pietatis opera commutare, votorum implementum differre, ab illorum transgressionibus absolvere, & cum iis, qui matrimonium contrahendo votum castitatis transgressi sunt, ad licitè debitum conjugale petendum, dispensare, & respectivè commutari, differri, ablolvi, & dispensari mandare semper in foro conscientiæ tantùm possit, & valeat, consideratis causis commutationum, dilationum, absolutionum, & dispensationum hujusmodi, & adjectis clausulis, quas apponere, illsque injunctis, quæ injungere hactenus Pœnitentiaria laudabiliter consuevit.

Super recitatione divini officii, seu horarum canonicarum propter aliquam impossibilitatem, seu moralem difficultatem cum commutatione in aljas preces, vel orationes, seu illarum injunctione facultatem habeat dispensandi.

Juramenta quæcumque, in quibus exploratum erit, nullum cujusquam agi præjudicium, facultatem habeat in foro conscientiæ dumtaxat relaxandi.

Quoad malè ablata, vel retenta, quando Domini sunt incerti, & casus sunt occulti, partem aliquam delinquentibus pauperibus, si eorum qualitate, & necessitate pensatis, ita videbitur, remittere, seu condonare, vel remitti, seu condonari mandare possit residuum verò pauperibus, vel in pia opera in locis, si fieri potest, ubi illa ablata, extorta, seu usurpata sunt, distribui, seu converti mandet.

Cum puellis, quæ virgines non sunt, & dotes petunt seu obtinuerunt a Confraternitatibus, aut aliis locis, vel dispensatoribus piis, quibus injunctum est, ut illas Virginibus tantum dent, seu distribuant, in occultis, & in foro conscientiæ tantum, quatenus illæ in posterum honestè vivant, facultatem habeat dispensandi.

Dubia in materia peccatorum, seu forum pœnitentiale aliàs quomodolibet concernentia, cum consilio Doctorum, & Theologorum suorum valeat declarare.

Commissiones Majoris Pœnitentiarii, etiamsi committens, illis nondum præsentatis, re integra desinat quomodocumque Pœniteptiarius existere, non expirent.

Sede Apostolica vacante Major Pœnitentiarius, ejusque officiales ea tantum facere, & expedire valeant, quæ ad forum conscientiæ pertinent, in reliquis eorum officium conquiescat, & à quibuscumque matrimonialibus, & aliis dispensationibus, ac absolutionibus, & declarationibus, necnon quibuslvis aliis expeditionibus forum fori mixtim, vel separatim quomodolibet respicientibus, omnino abstineant.

Quotiescumque Procuratores, & Scriptores Pœnitentiariæ secretæ aliqua mala valetudine detinentur, vel ex aliqua legitima causa Major Pœnitentiarius expedieps judicaverit, possit alios in eorum locum, durante infirmitate, seu causa subrogare, seu substituere, præstito solitò juramento, & cum iisdem obligationibus, quibus aliis Procuratores, & Scriptores titulati adstringuntur.

Nullus Minor Pœnitentiarius trium Basilicarum Urbis possit admitti, seu recipi ad officium, nisi prius à Majori Pœnitentiario, ac Pœnitentiariæ Congregatione seu Signatura fuerit examinatus, & approbatus, & postquam admissus fuerit, nequeat sine ejusdem licentia discedere, seu dimitti, idemque servetur quoad Minores Pœnitentiarios Lauretanos, quibus, & aliis supradictis Major Pœnitentiarius possit facultatem ad libitum concedere, & restringere, & quorum examen possit in absentia etiam Episcopo in partibus sibi beneviso, committere.

Omnibus Christi fidelibus, qui ex veteri, & laudabili instituto Pœnitentiarium Majorem munere suo statutis diebus in hebdomada majori solemni ritu fungentem piè, reverenterque adierint, seseque pœnitentiali virga tangendos submiserint, centum dies de injunctis eis, seu aliàs quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxandi perpetuam facultatem eidem Majori Pœnitentiario confirmamus, & quatenus opus sit, de novo concedimus.

Decernentes præsentes litteras etiam ex eo, quod Major Pœnitentiarius, ac præfatæ Pœnitentiariæ Regens, & Officiales prædicti, ac alii quicumque in præmissis quomodolibet interesse habentes, seu habere prætendentes eisdem præmissis non consenserint, aut vocati, seu auditi non fuerint, aliave quavis de causa quantumvis legitima, & juridica de ullo subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, redargui, retractari, in jus, vel controversiam revocari nullatenus posse, sed semper, & perpetuò validas, firmas, & efficaces existere, & à Majori Pœnitentiario, Regente, & Officialibus prædictis aliisque, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari; sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii & Apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales etiam de latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, ubique judicari, & diffiniri debere; irritum quoque, & inane, quidquid secus super omnibus, & singulis præmissis, vel circa ea à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, & aliis quibuscumque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & dictæ Pœnitentiariæ etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus quibuscumque, ac quibuslvis vivæ vocis oraculis, privilegiis, indultis, & litteris Apostolicis ejusdem Pœnitentiariæ Officio illiusque Majori Pœnitentiario, ac Officialibus, & Ministris, & quibuslvis aliis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibuslvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, & decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & alias quomodolibet per Prædecessores nostros Romanos Pontifices, ac etiam Nos concessis, innovatis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis specifica, individua, & expressa, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, iisdem præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, ad effectum præsentium, illis aliàs in suo robore permansuris, harum serie derogamus cæterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo omninò hominum liceat paginam hanc nostrarum compilationis, concessionum, prohibitionum decretorum statuti, voluntatis, declarationis, confirmationis, derogationis, aliorumque præmissorum infringere, seu ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo, tertio nonas Septembris Pontificatus Nostri Anno Secundo.

B. Card. Prodatarius. I. F. Card. Albanus.

Visa de Curia I. Sacripantes.

D. Ciampinus.

Loco † plumbi

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno à Nativitate D. Nostri JESU Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo Indictione decimaquinta, die verò decima nona Septembris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini INNOCENTII Divina Providentia Papæ XII. Anno Secundo, supra dicta Constitutio affixa & publicata fuit ad valvas Ecclesiæ S. Joannis Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Petrum Cannamellium ejusdem Sanctissimi D. Nostri Papæ Cursorem

M. Aurelius Pelliccia Curs. Magister.

Ita Constitutio Innocentii XII. quæ nihil humile, nihil neglectum, nihil insulsum, nihil inconcinnum, nihil non summa gravitate, & majestate plenum, ac pietate prægnans sine antilogiis prægnans.

CONSULTATIO LXX.

An assignatio congruæ parochialis constitui possit à particularibus hominibus in pecunia numerata?

NEgandum videtur. Certi enim juris est, constitutionem dotis pro sustentatione Parochi esse præcisè necessariam, ne ex illius defectu minus idonei Curæ animarum præfigantur, curaque ipsa negligatur per textum *in cap. extirpanda de præb.* ibique Butr. *num.* 21. aliique Canonistæ. Quare non aliter Judices Commissarii executionem litterarum pro erectione parochialis admittere debent per *cap. Cum secundum de præb.* quod est desumptum ex *can.* 41. Apostolorum, *can. nemo Ecclesium d.* 1. *can. pia mentis* 16. *q.* 7. & *cap. cum sicut de consecr. Eccles.* Cùmque hactenus id neglectum, ac prætermissum fuerit, potuerint modò ii, ad quos pertinet ad id compelli, ut per Glos. in *d. can. pia mentis v. collata.* Quod enim omissum fuit instaurandum est, *can. quæ contra mores d.* 8. 1

Idque ita certum est, ut non sit locus erectioni novæ parochiæ ex redditibus Ecclesiæ antiquæ, nisi Ecclesia matrix adeò redditibus abundet, ut ejus rector absque proventibus novæ Ecclesiæ assignatis, competenter valeat sustentari, ut per text. *in cap. ad audientiam de Eccles. ædific. in can. bonæ rei* 12. *q.* 2. *can. quicumque* 16. *q.* 1. & *cap. Ecclesiæ de decim.* 2

Non obstat promissio, & obligatio quorundam Civium sustantandi Parochum; Quia est personalis, & momentanea, quæ solum admittitur, donec Ecclesia dotata fuerit, ut observatur in praxi Datariæ, teste Corradio *in prax. benefic. lib.* 2. *c.* 15. *num.* 17. *ac seq.* Dos autem ejusmodi debet consistere in annuis redditibus tutis, ac securis ab omni hypoteca prorsus liberis, verè ac realiter, validèque, ac perpetuò assignatis, & non alio modo per *d. can. nemo de consecr. d. can. d. cap. extirpanda de præb. Glos. in d. c. cum sicut. v. consecranda*, ibique Abb. *de consecr. Eccles.* Neque aliter Summus Pontifex erigit, aut erigi mandat qualecumque beneficium Ecclesiasticum, nisi eodem tempore adsit redditus annuus, ex quo beneficiarii valeant commodè sustentari juxta praxim apud eundem Corradum *loco citato n.* 12. & 15. 3

Quare cum hujusmodi promissio, & obligatio non sit res immobilis, tuta, & perpetua, neque tributa jus in re, atque adeò sit contra Sacrorum Canonum dispositionem, ac praxim Cancellariæ Apostolicæ non debet diutius tolerari, sed assignandus est iis, quorum interest, terminus ad constituendam dotem pro honesta sustentatione parochi, alioquin experiri remedium Sac. Concilii Tridentini *cap.* 5. & 7. *sess.* 21. *de reform.* scilicet translationem Parochiæ ad Ecclesiam matricem, seu viciniorem. 4

Sed tamen cum hæc opposuissem ex officio Commissarii, & Promotoris fiscalis Sacræ Congregationis Visitationis Apostolicæ pro Ecclesia Parochialis S. Venantii Jurispatronatus nationis Camertis ex concessione Clementis X. contra eandem nationem, eadem Sacra Congregatio respondit, stipendium præfatæ Parochialis constitutum à tribus civibus ejusdem nationis in actu emptionis d. Ecclesiæ, qui non solum scipsos, sed hæredes, & bona sua obligarunt pro sustentatione Parochi in scutis sex quotquot mensibus, donec aliter provisum fuerit, esse congruum, & validum, idque ex doctrina Zipæi *lib.* 3. *resp.* 3. *de congrua parochi, & Vicarii nn.* 13. ubi ex mente B. Pii V. assignationem fieri posse ait in quota fructuum, pecunia numerata, fundo, seu alia re stabili. 5

CONSULTATIO LXXI.

An leviter rixans cum Clerico incurrerit irregularitatem, dum ejus frater, videns casu à longè fratrem rixantem, currens ad eis succurrendum, Clericum occi-

derit? Vbi quid si rixa fuerit facta animo occidendi, fuitque causa physica, vel moralis, leviterque primus vulneraſſet, ax rixa eſſet illicita? Vbi etiam de homicidio caſuali, & aliis hujuſmodi.

1 CErtum omninò cenſeo, hujuſmodi rixantem in hoc caſu nullam contraxiſſe irregularitatem. Irregularitas enim ex homicidio non contrahitur, niſi effectu ſubſequuto, & ſolum ab iis, qui ſunt cauſa homicidii, vel phyſica, vel moralis, ſive directa, ſive indirecta. In præſenti autem caſu rixans non fuit cauſa phyſica homicidii, cum nihil egerit, ex quo phyſicè mors ſit ſequuta. Non enim vulneravit neque percuſſit, aut aliquo modo phyſicè perſonam offendit.

2 Et hoc habet locum, etiamſi rixa facta fuerit cum animo occidendi. Nam ad contrahendam irregularitatem non ſufficit animus occidendi. Quia in hac materia non attenditur animus, ſed effectus, ut obſervat Sotus *lib. 5. de juſt. & jur. qu. 1. num. 9.* Sayr. *lib. 6. theſ. cap. 2. n. 17. &* 30. ubi plures alii, & *cap. 16. num. 5. in fine*, Suarez *de Cenſur. diſp. 40. ſect. 2. num. 13.* Lex enim humana non ligat eos actus, quos nequit cognoſcere.

3 Neque pariter fuit cauſa moralis homicidii, cum non incitaverit fratrem occiſorem, aut illum juverit. Immò, etſi in ea rixa rixans leviter primus vulneraſſet, & alius occidiſſet, non tamen ſe mutuo incitando, aut opitulando, non ipſe, ſed ille eſſet irregularis, ut per Doctores in *cap. ſignificaſti 2. de homic.* Jo: Andreas, Panormitanus, & alii, Henriquez *lib. 14. ſum. cap. 14. num. 2.* Sayr. *lib. 7. cap. 4. num. 5.* Coninch. *de cenſur. diſp. 18. dub. 8. num. 70.* Quod etiam extendunt, quando rixans lethaliter percuſſiſſet, & alius ita percuſſerit, ut ſtatim percuſſus obierit, Coninch. *loco citato*, Avila *de cenſur. p. 7. diſp. 6. ſect. 2. dub. 7.* Bonac. *eod. tituł. diſp. 7. de irregul. qu. 4. pun. 8. num. 35.* Item etiam ſi rixa eſſet illicita, Henriq. *ibid. cap. 13. num. 4. lit. O.* Panorm. *in cap. Petrus de homic.* Glo. *in cap. ſin. 23. qu. ult.* & alii citati à Covar. *clem. ſi furioſus p. 2. §. 2. nu. 8. caſ. 1. de homic.* Avila *ubi ſupra dub. 5.* & communiter Theologi recentiores.

4 Ratio autem eſt, quia, quando concurrentibus pluribus ad aliquem offendendum, aliqui ſolum leviter, & non lethaliter percutiunt, & aliquis lethaliter percutit nec iſte occidit eorundem ſtudio, conſilio, aut mandato, ſolus occidens contrahit irregularitatem. Ita ſancitur *in d. cap. ſignificaſti 2. de homicid.* Cùm itaque in hac ſpecie rixans cum Clerico nullo modo percuſſerit, ac proinde non fuit cauſa phyſica, neque ſtudio, conſilio, aut mandato, vel quovis alio movit occiſorem, à ſe longè diſtantem, atque adeò nec fuit cauſa moralis homicidii, idcircò ſolus occiſor, non autem rixans, qui habuit per ſe actionem omnino diverſam, irregularitatem contraxit: Ideòque meritò dixit Pontifex *in d. cap. ſignificaſti*, gravitatem ejus eſſe per ſe ſpectandam ad ferendum judicium de irregularitate contracta ab illo primo percuſſore. Nam quod poſtea ſupervenerit, non imputantur rixanti, cum fuerit extra ejus voluntatem directam, ac indirectam, neque ex utriuſque actionis concurſu fuit moraliter una, ita ut totus effectus tam rixanti, quàm ejus fratri occiſori imputetur, quia reſpectu rixantis concurſus fuit meré accidentalis, ac fortuitus, Suarez *ubi ſupra ſect. 3. num. 12.*

5 Nec obſtat, quod dum ille rixabatur cum Clerico incitavit ſuum fratrem ad occidendum, ac proinde fuit cauſa moralis occiſionis. Nam reſponderur, propriè non incitaſſe, ſed ſolum præbuiſſe occaſionem, ut occideret, quæ quidem occaſio fuit per accidens, ac præter intentionem rixantis. Quia etiam dato, quod qui erant in illo concurſu intenderent occidere, nemo tamen habuit animum inducendi occiſorem ad occidendum, neque ipſi præbere commoditatem, aut cauſam, ideòque nullo pacto fuit cauſa influens in homicidium, præſertim quia in rixa ſubito contingenti, non poterat prævidere, quod occiſor eſſet arrepturus talem occaſionem ad occidendum.

6 Neque pariter obſtat, quod rixans, cùm fuerit cauſa rixæ tenebatur admonere ſuum fratrem occiſorem ut deſiſteret. Quod cum non fecerit, ex tali omiſſione erit irregularis, ut per Henriq. *d. numero 4.* Navar. *in Sum. cap. 27. num. 231. §. 18.* Covar. *ſupra nu. 8. caſ. 4.* aliique *in cap. Petrus de homic.* Quia favere cenſetur, & conſequenter homicida eſſe, qui homicidio deſinit obviare, cum poſſit, ac debeat.

7 Nam reſpondetur primò, id non eſſe certum, ut per Avil. *ea dubit. 5. concl. 2.* immò abſolutè negant in hoc caſu irregularitatem incurri, Innocentius *in d. cap. Petrus de homicid.* D. Antonin. *3. p. tit. 28. cap. 2. in princ.* & in Sum. *cap. 3. de Irregul.* Raymundus, Albericus, & quos refert Summa Confeſſ. *lib. 2. tit. 1. §. 33.* Fundatur, quia nullo jure lata eſt irregularitas contra non impedientem, ſed ſolum in agentem aliquo modo, ut patet *ex can. ſi quis judicum d. 50. & cap. 2. de Cler. pugn. in duel.* Deindè hoc procederet quando in præſentia rixantis tractatum fuiſſet de homicidio, vel etiam in ejus abſentia, & id ipſe ſciviſſet; Quæ omnia deſiderantur in hoc caſu, Emanuel. *capit. 178. concl. 17.*, & Henriquez *d. numer. 4. lit. Q.* Poſtremò quotieſcumque omiſſio, ſeu permiſſio eſt ſolum contra Charitatem, & non contra juſtitiam, ut in hoc caſu, non incurritur irregularitas, licet omiſſio fuerit peccaminoſa.

8 Hanc regulam tradunt Doctores in materia irregularitatis, & colligitur ex D. Thoma *2. 2. q. 62. art. 7. ad 3.* Angelo, Aſtenſi, Sylveſtro, Navarro, Covarruvia Majolo, Vivaldo, Toleto, Henriquez, Speculatore, Soccino, & aliis apud Sayr. *d. lib. 7. cap. 4. n. 7.* & Suar. *de cenſur. diſp. 45. ſect. 4. num. 3.* qui ait, Auctores contrariæ opinionis ita eſſe limitandos, tum quia talis irregularitas non eſt in jure expreſſa, ideòque non contrahitur *cap. 15. qui de ſent. excom. in 6.* ubi Doctores communiter. Cùm enim irregularitas ſit jure Pontificio inducta, idcircò nulla alia irregularitas eſt, niſi quæ eodem jure exprimitur. Tum etiam quia rixans nullo modo cooperatus eſt ad homicidium, ergo neque eſt homicida, ergo neque incurrit irregularitatem. Nam qui quovis modo ad homicidium cooperatur, vel phyſicè vel moraliter contra juſtitiam peccat. Igitur contrà, qui non peccat adverſus juſtitiam, non poteſt dici moraliter cooperari ad homicidium, atque adeò neque irregularis fieri, & in hanc partem conveniunt omnes ferè Doctores, ut per Suarez *ſupra d. n. 3.*

9 Neque videtur hæc doctrina limitanda juxta Majolum *lib. 5. cap. 48. §. 6.* Angel. *v. homicidium 1. §. 17.* nempe niſi omiſſio ex dolo procederet, & per dolum videtur intelligere deſiderium, ut alius occidatur, *arg. cap. quanto de ſent. excom.* ibi: *Sententiam canonis incidit, qui facinori percuſſionis Clerici, cum poſſit, deſinit obviare.* Nam tunc id verum eſt, & in foro exteriori præſumitur dolus, quando quis eſt præſens, ac poteſt obviare, & non obviat, ut per Abb. *ibi n. 3.* Quod ut diximus, abeſt à caſu noſtro, cùm rixans non erat præſens, ſed abſens ab homicida, quem nedum impedire, ſed nec videre poterat. Præterea Suarez *ibidem num. 8.* adnotat, eſſe neceſſarium, quod hæc omiſſio ſit voluntaria quia alias non eſt culpabilis, ideòque non poteritſ effectus ſecutus imputari omittenti, atque etiam eſſe neceſſarium, ut omiſſio ſit præviſa ſimul cum mortis periculo, ac ſit directè volita, vel admiſſa. Nam ſi ex incuria, & inadvertentia, etiam culpabili, mors eveniat, non videtur ad hanc irregularitatem ſufficere, quia homicidium ex ſola omiſſione ſecutum, eſt valdè indirectum, & per accidens, & ideò, ſi ipſa etiam omiſſio ſit ſolum indirectè voluntaria, relinquitur cauſalitas homicidii valdè remota, & per accidens, ac proindè inſufficiens ad inducendam irregularitatem. Et ita exprimitur *in cap. quæſitum de pœnit. & remiſ.* Quod Cardinalis extendit etiam ad latam culpam, Suarez *loc. cit. d. n. 8.*

Cùm

10 Cùm igitur rixans habuerit per ſe actionem ab homicida omnino diverſam, ejuſque rixa non fuerit à ſe præviſa cum mortis periculo, nec ipſe fuerit cauſa homicidii phyſica, neque moralis, directa, vel indirecta, nec dederit operam actioni de ſe periculoſæ in ordine ad homicidium, & ex natura ſua immediatè illud illativa neque potuerit impedire, homicidium, quia non erat præſens, ac proinde, nullo modo fuit illi voluntarium neque debebat, quia non tenebatur ex juſtitia ſed tantum ex claritate; ideòque non imputatur ipſi tanquam cauſæ, ut liquido conſtat ex D. Thoma *1. 2. qu. 6.* ubi Theologi omnes, idcircò non intervenit moralis omiſſio, ac per conſequens neque contracta eſt ex aliquo genere cauſarum illa irregularitas.

11 Atque ex his clarè liquet, non poſſe declarari, hujuſmodi homicidium fuiſſe caſuale, ac proinde rixantem incurriſſe irregularitatem. Nam juxta regulam, quam tradunt Doctores, præſertim Caſtro *lib. 2. de leg. pœnal. cap. 14.* tunc homicidium caſuale ex actu illicito inducit irregularitatem, quando eſt ita caſuale, ut ſit aliquo modo indirectè voluntarium, ac proindè requiritur, quod opus illicitum ſit aliquo modo inductivum homicidii, ita ut in ipſo ſit aliquo modo homicidium intentum, aut quod in jure ob periculum homicidii, quod inde ſequi poteſt, ſit ſpecialiter prohibitum, ut docent Socin. *in cap. ad audientiam nu. 49. de homic.* Franch. *in cap. fin. eod. tit. in 6.* Villadieg. *de irregul. cap. de percuſſore*, Covar. *in d. Clem. ſi furioſus p. 2. paragraph. 4. cap. 10.* Sot. *lib. 5. de juſt. & jur. qu. 5. art. 9.* Aragon. *2. 2. q. 64. art. 8. dub. 2.* Henriquez *lib. 14. ſum. cap. 15. num. 1. & 2.* Navar. *d. cap. 27. num. 221.* Silon, *2. 2. d. q. 64. art. 8. contr. 3.* Valentia *tom. 2. ſum. diſp. 6. q. 3. pun. 3.* Medina *1. 2. qu. 73. art. 8.* Petr. Navar. *lib. 2. de reſt. cap. 1. dub. 6. corol. 2. n. 69.* Suarez *ibid. diſp. 45. ſect. 6. n. 9.* & *alii.*

12 Nam irregularitas ex delicto requirit peccatum, atque quod homicidium ſit ſaltem indirectè voluntarium quod contingit, quando etiam eſt prohibita actio ob periculum homicidii. Quia volens talem actionem, vult etiam periculum, ac indirectè, quod inde ſequitur. In caſu autem præſenti, licet rixans daret operam rei illicitæ, non autem quæ de ſe eſſet aliquo pacto inductiva homicidii, nec quæ eſſet ſpecialiter in jure prohibita ob periculum homicidii; Immò aderat voluntas directa non occidendi, & non faciendi quod homicidium inferre poſſet.

13 Huic verò doctrinæ obſtare videtur, quod in hoc quoque caſu locum habeat ratio, *cap. fin. de homic. in 6.* Scilicet quia in culpa fuerit, & hoc evenire poſſe debuerat cogitare. Sed reſpondetur, quod in illo textu agitur de actione, quæ de ſe eſt periculoſa, & ſi adſit exceſſus, poteſt eſſe illativa mortis per ſe, ac immediatè, nempè de verberatione, & ideò debuerat, cogitare, quod mandatarius poterat excedere, atque occidere. Quod ſufficit, ut homicidium fuerit aliquo modo volitum in cauſa, & imputari poſſit. At in hoc caſu agitur de ſimplici rixa, quæ licet illicita, de ſe tamen non eſt periculoſa, nec cum quolibet exceſſu, ſi inſtat intra ſuos terminos poteſt inferre homicidium, ac proindè non eſt ſufficiens ad inducendam irregularitatem; quia irregularitas ex homicidio caſuali non contrahitur, niſi actio ſit de ſe periculoſa in ordine ad homicidium, & ex natura ſua poſſit immediatè illud inferre, ut docent Franc. *in d. cap. fin. de homic. in 6.* ibique Archid. & ſequuntur Covar. *in d. Clem. ſi furioſus part. 2. §. 1. n. 2. & paragraph. 4. num. 10.* Caſtro *lib. 2. de leg. pœnal. cap. 14.* Sot. *lib. 5. de juſt. & jur. queſt. 1. art. 9.* Villadieg. *ſupra de cap. de percuſſore*, Corduba *in quæſt. lib. 2. quæſt. 26.* Aragon. *2. 2. quæſt. 64. num. 8.* Salon. *ibid. contr. 3.* Sanch. *lib. 9. de matr. diſp. 32. num. 25.* Navar. *d. cap. 27. num. 221.* Medin. *1. 2. quæſt. 73. art. 3.* Avil. *par. 7. de cenſ. diſp. 6. ſect. 1. dubit. 1.* Molin. *de juſt. & jur. tract. 5. diſp. 77. num. 5.* Laym. *lib. 3. theol. moral. tract. 3. part. 3. cap. 10. num. 5.* Petr. Navar. *lib. 2. de reſtitut. cap. 2. dub. 6. corol. 3.* Sayr. *lib. 7. de cenſur. cap. 5. num.* 12. Monteſinos *tom. 2. diſp. 8. queſt. 12. num. 16.* Villalob. *part. 2. ſum. tract. 21. diff. 23. num. 3.* ac Rota *dec. 260. num. 2. in fin. part. 1. recent.* In hoc autem caſu rixa, de qua ſupra nullomodo de ſe fuit cauſa, ſed ad ſummum occaſio, cum hujuſmodi rixa non influxerit in homicidium, ſiquidem neque de ſe, neque ex intentione, ac indirectè ordinata fuit ad homicidium, ideoque non reddit rixanti homicidium culpabile, ac per conſequens nec ſubjacet illum irregularitati ex homicidio caſuali provenienti.

CONSULTATIO LXXII.

An conſecratio Epiſcopalis ſit valida, præſertim in regionibus remotiſſimis, ſi fiat non præſentatis litteris Apoſtolicis electionis, & confirmationis; rebi ad rem alia.

1 CErtum portò eſt, ad conſecrationis valorem non amplius requiri, niſi ut à legitimo miniſtro vera materia & forma conſecrationis applicetur hujuſmodi conſecrato electionem autem legitimam non requiri, atque adeò nec Litteras Apoſtolicas. Nam & ſi quis ſuſcipiendo ordines præter, aut contra mandatum ſuperioris graviſſimè peccet, & pœnam ſuſpenſionis aliaſque incurrat, ſi tamen cætera concurrant, validum proculdubio conficietur ſacramentum ordinationis, ut conſtans eſt Doctorum ſententia, quam Azor. *tom. 2. inſtit. moral. lib. 3. cap. 30.* ad hanc quæſtionem applicat ex Paludano, aſſerens, quod quando aliquis Epiſcopus ſine aliorum aſſiſtentia, auctoritate ſua privata, alterum Epiſcopum conſecreret, tunc ratam, ac firmam eſſe hujuſmodi conſecrationem, quamvis peccaret conſecrando, ſicut ſi confirmaret, vel ordinaret Clericum non ſubditum privata auctoritate, confirmatio, & ordinatio valeret, quia hæc omnia facit Epiſcopus poteſtate ordinis, quæ non poteſt deleri.

2 Sic quoque certum eſt, mandatum Archiepiſcopi, vel Patriarchæ, quod antiqua jura requirunt ad Epiſcopi conſecrationem, non eſſe, neque fuiſſe neceſſarium ad eſſentialem valorem conſecrationis, Ordinis Epiſcopalis. Unde Sanchez *conſil. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 15. numer. 24.* certum eſt, ait, non eſſe de eſſentia, ut conſecratio fiat de juſſu Archiepiſcopi, vel Patriarchæ. Dictorum autem jurium diſpoſitionem reſervavit ſibi Summus Pontifex, ut ab eo tempore, neque requiratur, neque ſufficiat Archiepiſcopi, vel Patriarchæ mandatum, ut ex aliis tradit Diana *part. 12. de conſecr. Epiſcop. reſol. 36.* Ita quod ſicut tunc requirebatur mandatum, Archiepiſcopi de præcepto quidem, ſimili modo requiratur Summi Pontificis mandatum.

3 Alioquin enim Epiſcopi, qui ordinantur apud Græcos, ſchiſmaticos, & hæreticos, & qui proinde non aſſumuntur à Sede Apoſtolica, non haberent verum characterem Epiſcopalem, & ſi convertantur ad fidem, ac obedientiam Sedis Apoſtolicæ, iterum eſſent ordinandi. Quod eſt contra uſum Eccleſiæ. Eſt igitur talis conſecratio illicita, ſed valida quoad Sacramentum, ſicut eſt valida ordinatio Sacerdotis, facta ab Epiſcopo alieno, ſine conditionibus ab Eccleſia præſcriptis. Quod verò ad collationem juriſdictionis eſt irrita. Quia hæc non confertur immediatè à Deo virtute Sacramenti, ſed mediatè per Summum Pontificem, qui eſt univerſalis Chriſti Vicarius, quemadmodum Sacerdos ex vi ordinationis, quomodocumque peracta, habet poteſtatem ordinis, per quam poteſt conficere Sacramentum Euchariſtiæ, ſed non habet juriſdictionem, ac proinde non poteſt abſolvere pœnitentes. Hinc id, quod plures dicunt, ſine legitima electione facta, conſecrationem eſſe irritam, explicandum eſt, ita dici, eo quod executionem Epiſcopalis Ordinis, aut poteſtatis non recipiant. Non autem dici irri-

tam, tanquam characterem Episcopalem non conferat. Ita de ea, quæ sine licentia Archiepiscopi fit consecratione dicitur quod irrita sit, *in can. non debet d. 65.* ibique Turrecremata, & in *can. Archiepiscopus d. 66.* ubi etiam Glos. *v. irrita.*

4 Quare communiter Doctores asserunt, quod non est necessaria scriptura ad substantiam, & valorem gratiæ, sed quod statim ac concessa fuit per verbum fiat, valida sit in se, ac perfecta quoad substantiam, eaque quis validè uti potest in foro conscientiæ. Ad probationem autem, & ut ex ea possit agi in judicio, requiritur expeditio litterarum, ut diffusè citatis Auctoribus docet Sanchez *lib. 8. de matrim. disp.* 29. Gonzal. *ad reg. 8. Cancellariæ glos. 12. num.* 47. cujus effatum est: *In lingua Principis stat gratia, in scriptura testimonium, in executione commodum*, videturque sanctum in Pontificali Romano per hæc verba: *Nemo consecrari debet, nisi prius acceperit consecratori de commissione consecrandi.* Ubi verbum *debet* significat quidem obligationem præcepti, sed non necessitatem essentialem Sacramenti. Nam statim subjungit: *statuta die, qua debet esse Dominicus.* Certum tamen est, quod si quis consecraretur die feriali, validam fore consecrationem, quamvis illicitam.

5 Et sanè ratio est manifesta. Quia neque ad valorem legis, neque ad valorem privilegii necessaria est scriptura, immò neque ad valorem cujusvis actus, nisi ubi ad ejus valorem requiritur de jure positivo, nam jure naturali nulla talis necessitas ostendi potest, ut per Basil. Ponc. *lib. 8. de matrim. cap.* 15. *num.* 2. Immò in jure docetur, non requiri Scripturam, *Clem. Dudum de sepult.* ibi: *Universa privilegia, gratias, vel indulgentias, verbo, seu scripto, seu quacunque forma*; ibique Glossa, & Imola *numer.* 51. Anchar. *numer.* 39. & 40. Cardin. *notab.* 2. qui idem docet *in procem. num.* 3. *quæst.* 5. & ibi Vitalin. *numer.* 15. & 16. Idemque disposuit D. Gregor. relatus in *can. instituus* 25. *quæst.* 2. ibi: *sive quæ scripto decrevimus, sive quæ in nostra præsentia videntur esse disposita.*

6 Quare integrum est unicuique in foro conscientiæ uti gratia concessa, etsi litteræ expeditæ non sint, ut per Sanchez *loco citato num.* 4. Si enim gratia perfecta est quoad substantiam, cur non est validus illius usus? Nec dissentit Hieron. Paul. *in pract. Cancel. tit. declaratoria super proponente, §. Vbi Papa concedit* saltem in concessionibus gratiosis non habentibus clausulam requirentem informationem aut cautæ cognitionem, qualis est hæc, de qua agimus. Nam pro consecratione facienda nulla prærequiritur post Papæ confirmationem informatio, aut cautæ cognitio, secus autem in concessione pensionum, quia B. Pius V. in quodam motu proprio decrevit, ut transactis sex mensibus à concessione per Pontificem facta, non possit amplius recipi, aut solvi pensio, non confectis litteris, idque sub pœna excommunicationis, tam solventi, quam recipienti, cujus motus proprii meminit Sanchez *num.* 5. meminerunt & complures alii ibi citati.

7 Regula verò Cancellariæ, quæ est Gregorii XIII. & altera 53. vel 56. disponentes, nullam dispensationem suffragari cuique in judicio, vel extra, nisi litteris expeditis, non sunt intelligendæ de foro conscientiæ, sed de externo, sive in eo agatur judicialiter sive extrajudicialiter pro aliquo beneficio assequendo, cujus ille incapax est sine tali dispensatione, & ita regulas Cancellariæ interpretatur Sanchez *d. disp.* 29. *numer.* 11. aliis adductis, eamque interpretationem fundat tum in verbo, *suffragari*, quod propriè spectat ad forum externum; ut notant Doctores *in rubr. C. de suffragiis*, tum & melius, quia non sunt censendæ velle abrogare doctrinam receptissimam, quæ docet valere in foro conscientiæ.

8 Ad usum tamen gratiæ concessæ, quæ dispensat in aliqua lege, ut licitus sit, requitur notitia illius gratiæ, sive dispensationis concessæ. Nam si quis nesciens, secum esse dispensatum, faciat contra legem, peccat, & si re vera sit dispensatus. Omne enim, quod non est ex fide, id est conscientia, peccatum est, ut inquit Apostolus. Quæ autem, aut qualis notitia requiratur, quamvis Hier. Pauli citatus dicat, requiri certitudinem litterarum expeditarum, hoc tamen generale dictum non potest subsistere, quia ad operandum sufficit probabilitas, & non requiritur certitudo. At in aliquibus casibus non sufficere probabilitatem, puto esse verius cum Amico *tom. 5. disp. 6. sect. 1. numero* 14. & relatis à Diana mox citando, ubi quærens, an sufficiens sit probabilis conjectura de dispensatione obtenta ad effectum contrahendi, respondet, negativam esse probabiliorem, maximè quia ex affirmativa aperitur via fraudibus, erroribus, & scandalis irreparabilibus. Et licet affirmativam non dicat, esse falsam, sed minus probabilem, putarem, si contractum cum ea conjectura esset postea consummandum ante habitam certitudinem dispensationis; ut proptera non liceat opinionem illam sequi in praxi; at si post contractum cum ea conjectura probabili matrimonium, suspenderetur consummatio, collocata interim conjuge in monasterio monialium, aut alio tuto loco, non jungenda marito ante habitam certitudinem dispensationis, sic videretur præclusa via illa erroribus fraudibus, & scandalis, ita, ut jam non minus in matrimoniis dispensatione, quam in cæteris negotiis sicut licet uti opinione probabili, certè in foro conscientiæ fidem haberi posse cujuscumque viro timorato dicenti, se habere potestatem absolvendi, aut dispensandi, experientia ipsa demonstrat. Nam Confessario id asserenti omnes credunt, immò & in foro externo alii idem aiunt, & in specie de Episcopo ordinante non sibi subditum, & dicente, se habere licentiam ab ejus Episcopo, crederetur illi in foro externo; quia est res, in qua non agitur, nisi de modo præjudicio tertii, & ad contrahendum, & consummandum matrimonium licere in foro conscientiæ uti dispensatione, postquam à viro fide digno certioratus est quis, Pontificem dispensasse, etiam litteræ Apostolicæ missæ non sint; immò nec sint expeditæ, & sic posse matrimonium cum impedimento occulto contractum, post talem notitiam dispensationis revalidari in sententia, quæ docet, tunc non requiri præsentiam Parochi. dixit Joannes Præpositus *3. p. q. 8. de matrim. dispens. dub.* 7. quem sequitur Diana *p. 8. tract. 3. resol.* 84.

9 Videturque hæc doctrina comprobari posse à simili. Nam ut quis conjugatus transire possit ad secunda vota ex decretis Clementi Tertii *in cap. in præsentia de sponsal.* sufficit certus nuncius de morte conjugis. Certus autem nuncius est cum vir fide dignus dicit, se conjugem mortuam vidisse. Ergo eodem modo. Immò à fortiori sufficit idem certus nuncius de dispensatione. Quia ex eo si postea deprehenderetur esse falsa, non sequerentur tot inconvenientia, quot ex falsitate nuncii de morte alterius conjugis. Ex hac enim sequitur injuria naturalis viri conjugis, ob quam si velit, potest conjugem illam ad thorum non admittere: Quo casu tenebitur illa non admissa cœlibem vitam ducere ut cum Augustino *in can. Si virgo 34. quæst.* 1. docet Pontius *de matrim. lib. 7. cap.* 5. cum falsa deprehensa dispensatione super impedimento impediente, immò & super dirimente, in quo solet Pontifex dispensare, potuerit, obtenta verò dispensatione inconvenientibus facilè occurri. Atque hæc ratio videtur probare, non pro foro conscientiæ tantùm, sed etiam pro foro externo, sufficere notitiam illam dispensationis, aut cujuscumque alterius gratiæ concessæ, quandoquidem pro transitu ad secunda vota, sufficit ille certus nuncius, etiam in foro externo, & hæc videtur posse esse illa certitudo, quam requirebat Hieronymus Pauli.

Dices, certum illum nuncium de morte alterius conjugis requiri, non solum, ut transitus ad secunda vota sit licitus, sed etiam, ut sit validus; quia sine illo inhabilem esse conjugem ad transitum ad secunda vota, & si sine illo contrahat, invalidè contrahere, dixit Poncius loco allegato, & Amicus supra citatus docet, contrahentem cum conjectura probabili dispensationis, non solum illicitè, sed etiam invalidè contrahere, eaque ducitur ratione, quia non est de superiore præsumendum, quod velit subditus à legis obligatione eximere, nisi postquam dispensatio fuerit nota, & accepta, & quando potest subditus licitè contra legem agere. Amicum sequitur Diana *d. resol.* 84.

11 Verùm hæc ratio futilis est. Ex ea enim inferri videtur, omnem actum prohibitum esse illicitum, ac omnem legem prohibentem esse irritantem, quia legislator non vult contra legem suam validè agi, aut actum esse validum, nisi quando potest sine peccato fieri, quod aliqui putant esse sancitum *in l. non dubium C. de legib.* Sed tamen ea lex sive intelligenda sit de actu particulari Curialium ibi prohibito, quem Theodosius Augustus ejus legis auctor voluit esse nullum eo ipso, ac fuit prohibitus, ut eam legem interpretatur Pontius *lib. 5. de matr. cap.* 3. sive aliæ ad illam adhibeantur interpretationes, de quibus idem eo loco, id certum est, legem prohibentem, non esse irritantem, neque omnem prohibitum esse invalidum. Atque hoc ita certum est, ut non reddatur incertum propter auctoritatem Amici, aut rationem, ad quam respondetur, potius præsumendum esse, quod superior velit gratiam statim ac concessa ab ipso est, esse perfectam & actum juxta eam factum esse validum. Potest enim legislator actum aliquem contra legem suam, etiam irritantem factum, antequam fiat, ipso faciente ignorante, validare. Potest contra formam communem alicujus actus formam specialem pro aliquo tradere in favorem ejus, qui facit, ipso faciente ignoranter, & tunc actus erit validus, & nullo fundamento dicitur præsumi, quod non ita velit.

12 Et quod ad acceptionem dispensationis, & gratiæ antequam dicatur, non esse validum actum contra legem factum, dicitur, quod notitia, & exceptio requiritur, quando gratia, vel dispensatio conceditur motu proprio, secus autem quando conceditur ad supplicationem factam per se, vel per nuncios. Tunc enim statim ac est concessa, incipit habere suos effectus. Ita post Sylvestrum *v. privilegium quæst.* 14. & Gemin. ac Bartol. Rodriquez *tom. 1. quæst. regul. 7. art. 6.* Mirand. *tom. 2. quæst. 41. art. 60.* & consentit Pontius *lib. 8. de matrim. cap. 15. num. 3.* ubi quod quando non petitur, & ignoranti conceditur dispensatio, tunc requiritur acceptio. Et ratio convincit, quia suppplicatio est anticipata acceptio. Et ideò si ante notitiam, & acceptionem gratiæ, jam factæ ad petitionem concedens moriatur, non expirat gratia, ut docent Lapus, Geminianus, Franchus, & alii citati à Sanchez *eodem lib. 8. disp.* 28. *n.* 43. quæ tamen expiraret, nisi esset perfecta, & concedens vellet eam non esse perfectam ante habitam notitiam, & acceptionem, ut à contrario sensu infertur ex iis, quæ cum communi docet Sanchez *eod. lib. disp. 29. num. 3.* Ideò ante litteras expeditas non expirare morte concedentis gratium, quia jam ante expeditionem litterarum est perfecta, dicturus fermè expiratura, si non esset perfecta. Denique qui utitur dispensatione, & gratia, eam procul dubio accipit. Uti autem potest licitè, ut dicebamus, quia cum probabili notitia, aut si illicitè utatur, accipit, utendo illicitè.

13 Quinimmò etiamsi controversia sit de gratiis, aut concessionibus Principis ad aliquid faciendum, an valeant, litteris, non expeditis, aliquibus id negantibus, & concedentibus, tunc solum litteris non expeditis valere, cum sint de re jam facta, ut de remittenda aliqua obligatione, aut confirmando aliquo contractu jam facto, in quo post Molinam Sanchez *cit. disp. 29. num. 7.* ait, litteris non expeditis valere gratiam concessam ad aliquid faciendum non minus, quàm ad aliquid factum. Quia communis doctrina, & ratio superius adducta sine distinctione, ac limitatione ista, quæ fundamento caret, admittit valorem gratiæ in foro conscientiæ ante expeditionem litterarum, solumque dicit: eas non valere in foro externo. Quidquid tamen sit de literarum expeditione, nemo asserit, qui dixerit ad valorem gratiæ in foro conscientiæ, etiam respectu actus faciendi, requiri litterarum expeditionem quod etiam in litteris concedentibus jurisdictionem, esse verum dixit idem Sanchez *num 6.* loquens de foro conscientiæ, nam pro externo litterarum expeditio, ac præsentatio ab initio Judici fieri debet, quia jurisdictio requiritur ante litterarum præsentationem; nos tamen in nostro casu non egemus hac doctrina, quia consecratio non est actus jurisdictionis, sed ordinis.

Et pro foro externo licet dispensatio non valeat, litteris non expeditis ita, ut ea quis uti possit; at postquam litteræ expeditæ sunt, trahitur retro ad diem concessæ gratiæ ita, ut ab eo die effectum habeant, gesta virtute illius dispensationis, ut per Sanchez *cit. disput.* 29. ubi citat Socinum, Gomez, & utrumque Molinam jurisperitum, ac Theologum. Ex quo fit, ut etiamsi ante litteras dispensationis expeditas, & præsentatas fiat consecratio per unum Episcopum habeat effectum à die concessæ gratiæ; idemque dicendum de matrimonio, quod validum est à die concessæ gratiæ etiam si litteræ dispensationis præsententur post contractum matrimonium. 14

Unde si revera litteræ, tam promotionis, & confirmationis fuerint expeditæ, licitam fuisse in foro conscientiæ consecrationem, quinimmò in eo foro licita fuisset ante litteras expeditas statim post concessionem gratiæ, per signationem supplicationis. Necessaria est tamen notitia gratiæ concessæ, ut sit licitus illius usus, sed sufficit habita ab vno viro fide digno, ac timorato, vel si constaret litteras hujusmodi esse expeditas; & malitiosè detentas, aut casu deperditas, ut per Dian. *p. 12. tractat. de consecr. Episcop. resol.* 47. Rotam apud Farinacium supra citatam, quod ut Episcopus consecraretur sufficit, ut habeat suæ promotionis, & confirmationis notitiam per epistolas, & de dispensatione pro consecratione ab uno Episcopo facienda, constare poterit ex præsumptione, quod Pontifex pro remotissimis regionibus soleat hanc dispensationem concedere, quæ præsumptio fundatur in eo, quod communiter contingere solet absque eo, quod subsit aliqua notabilis suspicio, quod nunc sit necessaria consuetudo, quæ facit probabilissimam opinionem, ut licitè possit quis operari si tamen post consecrationem abstineat ab exercitio potestatis Ordinis, donec omnino certa cognitio confirmationis, ac dispensationis habeatur propter inconvenientia, & graves errores, qui ex illius exercitio oriri possent, si postea id, quod probabilissimum fuit, reperiatur esse falsum, ut si ordinasset Sacerdotes, qui postea Sacramenta administrassent, immo cum ea probabilitate tantum non liceret uti potestate jurisdictionis, dando facultatem audiendi Confessiones, quàm facultatem invalidè darer, si non fuisset revera promotus, & sic si quis pœnitens absolutus ab habente à tali Episcopo facultatem, moreretur sine contritione, ante quam confiteretur alteri habenti facultatem certam, exponeretur periculo æternæ damnationis. Quia sententia docens, quod eriam in spiritualibus locum fit legi *Barbaris ff. d. offic. Præt.* & quod Ecclesia tunc suppleat defectum jurisdictionis, licet sit probabilissima, non est tamen certa. 15

Potest quidem ob necessitatem excusari à transgressione libri Pontificalis, requirentis litterarum expeditionem, ac præsentationem, si, ut dixi, habeat notitiam certam gratiæ concessæ. Nam quoad 16

casum necessitatis non sunt correcta jura antiqua per *Extravagantem injunctæ de elect.* ut mox dicam. Et quatenus essent correcta, non tamen quoad consecrationem, & Pontificale videtur non obligare in casu necessitatis, certum nihilominus existimo, consecrationem cum ea notitia factam fuisse validam, immò sine notitia ulla præhabita, adhuc fuisse validam, si facta fuit revera post utriusque gratiæ concessionem. Nam ad validitatem in foro conscientiæ nullo jure requiritur talis notitia, nec acceptio, cum gratia non fit motu proprio, ut in hoc casu, & quatenus requireretur notitia, esset sufficiens ea, quæ sufficit, ut sit licita consecratio, cum nullo jure major requiratur, sicut etiam quatenus requireretur acceptio, hic certè interveniisset. Nam qui consecrari se facit in vim promotionis, seu confirmationis, ac dispensationis à Papa concessarum accipit utramque concessionem.

17 Neque obstat, quod hæc gratia sit ad consecrationem faciendam, & non ad rem factam. Quia certum saltem est, ad hoc non requiri litterarum præsentationem, quidquid sit de expeditione.

18 Minus obstat, quod gratiæ concedentes jurisdictionem requirant litterarum expeditionem, & præsentationem. Nam adhuc in foro conscientiæ non est certum. Et quatenus id non esset certum; certum est, ad consecrationem non requiri potestatem jurisdictionis. Consecratio enim non est actus jurisdictionis ex communi omnium Theologorum sententia. Nam validè exercetur in non subditum. Sicut etiam ordinatio facta non subdito, non dat executionem ordinis propter jura positiva, eam ordinationem suspensione punientia.

19 De dicta autem *Extravaganti injuncta de elect.* major est difficultas. Illa enim & si non dicat esse irritam consecrationem, ut recipere possit interpretationem, de qua supra, postquam tamen disposuit, *Sic sancimus, ut Episcopi, & alii Prælati Superiores &c. qui apud dictam Sedem promoventur, aut confirmationis consecrationis, vel benedictionis munus recipiunt, non præsumant Ecclesias, & Monasteria absque dictæ Sedis litteris hujusmodi, eorum promotionem, confirmationem, consecrationem, seu benedictionem continentibus accedere, vel bonorum administrationem accipere. Quod si contra præsumptum fuerit, quod per Episcopos, Prælatos &c. medio tempore gestum fuerit, irritum habeatur, nec & de Ecclesiarum, Monasteriorum proventibus percipiant eorundem.* Ubi gesta à talibus Episcopis non habentibus litteras Apostolicas suæ promotionis &c. irritat.

20 At tamen cum non irritet Extravagans illa, nisi id quod præsumptum fuerit, quodque paulò ante prohibuerat, ne scilicet Episcopi, sic consecrati, hoc præsumerent sine litteris; prohibuerat autem duo, ne accederent ad sibi commissas Ecclesias, neve bonorum administrationem accipere præsumerent, irritat proindè solum ea, quæ in accessu ad Ecclesias, & bonorum administrationem præsumpta fuerint; ab aliis verò gestis, sive potestate ordinis, sive potestate jurisdictionis spiritualis, prudens abstinuit Summus Pontifex Bonifacius VIII. propter inconvenientia, quæ ab horum irritatione proveniunt. Adhuc tamen si illa irrita declararet, intelligenda esset ea vox, ut in ordinum collatione conferret quidem characterem, non tamen exercitium; quia Papa non potest plus operari sua potestate, qua efficere nequit, ut ordines ab Episcopo ritè consecrato collati, non imprimant characterem, & jurisdictio exercita esset nulla in foro externo, ut illam Extravagantem intelligunt Navar. *in repet. cap. accepta de restitut. spol. oppos. 8. num. 3.* Valer. *de differ. utriusque fori v. obedientia differ. 4.* non tamen in foro conscientiæ, tamen peccarent fortè in eo foro sic exercentes jurisdictionem. Quod solum voluisse existimo P. Thesaurum in *prax. v. Gratia cap. 2. §. Advorte tertiò*, Sarnensem in *regul. de non judicando juxta formam supplicat. quæst. 9.* ac alios. Et quatenus Bonifacius VIII. voluisset hæc irritare, etiam in foro conscientiæ; ac gesta per potestatem Ordinis, esse irrita quoad exercitii collationem, adhuc ab ea pœna excusaret necessitas, ob quam distans à Romana Curia dietis triginta propter urgentem Ecclesiæ suæ necessitatem, administrans non incurrit pœnas, ut dixit Oldrad. allegatus in additione ad Glossam *de Extravagantis*, quæ quoad hoc non corrigit jus antiquum *in cap. nihil de elect.* Sed corrigit quoad alia. Quia *in cap. nihil* non requirebatur expeditio litterarum confirmationis, sed ipsa confirmatio, quæ sufficiebat ad plenitudinem officii exequendam, per hanc autem Extravagantem requiritur expeditio, ac delatio litterarum Apostolicarum, ut accedere possint ad Ecclesias, sibi commissas, & bonorum administrationem accipere. Quoad casum verò necessitatis, vel utilitatis Ecclesiæ, nihil est innovatum, quia, ut inquit Glossa *v. non præsumant per hanc Extravagantem bonorum administratio*, quæ alias confirmato competebat Episcopo sine litteris accedenti, interdicitur non autem exercitium jurisdictionis spiritualis propter inconvenientia, quæ inde oriri possent, quæ tamen jurisdictio extra necessitatem non fuit concessa ex *cap. nihil*. Quia ibi erat sermo de Episcopo electo, nondum confirmato, cui tanquam plenitudinem officii, nondum assecuto, non competit jurisdictio, neque jus administrandi, *cap. nostri de elect.* & Glos. *in d. cap. nihil v. administrent.*

Quæ autem sit necessitas, jus administrandi tribuens, 21
etiam non confirmato, tradit Innocentius III. *in d. c. nihil*, esse scilicet necessitatem, vel utilitatem Ecclesiæ in partibus valdè remotis ultrà Italiam, & Glosa in dicta *Extravag. injuncta v. non premant* ait, necessitatem excusantem à pœna illius Extravagantis, esse quando Episcopus ob Papæ obitum non potuit litteras expedire, ac proinde litterarum expeditio in longum tempus differtur. Necessitas igitur est sive ob Papæ obitum, sive ob distantiam loci, & ut ait Oldradus, quando ob distantiam non potuit litteras accipere. Denique si necessitas non excuser, proderit error communis vigore *d. l. Barbarius ff. de offic. Prat.* Qui error, accedente titulo colorato, tribuit jurisdictionem, & multò magis cum titulo verò, & si nondum cognito, aut præsentato, immò & si sine ullo titulo, ut ex verbo illius legis concludenter probat Pontius *lib. 5. de matrim. cap. 20.* Sed quia, ut alibi dixi, dispositionem illius legis extendi ad spiritualia, est ita probabile, ut non sit omnino certum, ut oportet esse id, quod pertinet ad æternam animæ salutem, ideò, sicut omnia superiùs allata infirma esse videantur, medicinam propono illam, quam sanandis similibus infirmitatibus, sed difficilioris curationis, adhibuit Pius Quartus litteris datis apud S. Marcum die 11. Augusti 1562. quarum clausulam transcribit Diana *d. p. 12. tr. de consecr. Episcop. resol. 47.*

CONSULTATIO LXXIII.

An, & quatenus Virgines in Collegio viventes, ac voventes in professione perpetuam castitatem, atque obedientiam Præfectæ, ac victuras, & morituras in dicto Collegio, obligentur ejus regulis, & constitutionibus, possintque ad suum libitum è Collegio discedere, ac illis dotes sint restituendæ? Ubi de Collegiis aliqua generatim.

COllegium dictum est quasi Collectio quædam 1
hominum ejusdem artis, professionis, opificii, officii ac potestatis; unde & Collegæ dicti & collegiati *l. Collegarum 171. ff. de verb. signif.* Hinc diversæ species manarunt Collegiorum, alia licita, alia illicita, seu improbata certis de causis, vel ratione personarum, aut officii, aut loci, vel similium, *l. 1. ff. de colleg. illic.* vel quia non sunt probata à Principibus *d. l. 1. & l. 1. ff. quod cujusque Univ.* Rursum Collegiorum licitorum quædam sunt profana omnino artificum, quædam studiorum, magistratuum, mista alia quodammodo, quædam omnino Ecclesiastica. Collegia profana artificum plura, in quibus delectus artificum fit, ac sociantur, cujusmodi plura instituit Romæ Numa, Plutarch. in Numa. Plin. *lib. 35. cap. 12.* ut pistorum, naviculariorum *d. l. 1. ff. quod cujus univ.* argentariorum *novel. 136.* figulorum, Plin. *d. l. 35. c. 12.*

2 Observandum tamen tria esse maximè sibi affinia, sed non ejusdem naturæ in omnibus, videlicet societatem corpus, & Collegium, interque Collegium & corpus dici potest, & societas, sed non omnis societas, vel omne corpus Collegium faciunt. Quia propriè Collegium est, quando plures simul eo habitant animo, ac degunt ut una communione, & æquali vivant. Societas porrò tantum, & artis, & mercium, & aliorum seorsim habitantium esse potest, item & corpus, Glos. *in d. l. 1. quod cujus univ.* sic corporati, non collegiati dicuntur concives, & in albo incolarum conscripti *in l. un. C. de privil. corporat.* & alii ex corpore Suatiorum *l. 2. C. de Suar.* Saccariorum, videlicet eorum, qui soli ex portu Romano invecta justa, & taxata mercede evehebant, *l. un. de Saccar. Urb. Rom. Cod. Theodos. tit. 22.* item classicorum *l. un. C. de classic.* ac similium.

3 Collegia studiorum, & Sodalitia plura sunt, tum humanarum artium liberalium, tum jurisprudentiæ, Philosophiæ, & Theologiæ &c. Magistratuum sunt & Collegia, ut & Decurionum *l. 2. C. de Decu.* Inter Sacra Collegia, & sodalitia olim Collegium augurum, aruspicum, Pontificum, nunc Cœnobia, Capitula Ecclesiæ dictæ collegiales, in quibus Canonici præbendati, clerici habent communia, sigillum, *c. significavit de appel. arcam. d. l. 1. ff. quod cujus univ.* tractatum *c. tertio loco de prob.* Felin. *in c. attendentes col. 1. de præscript.* vel Capitulum. Et isti Collegiati, quia titularii nomine & beneficiarii fiunt, perpetui dicuntur; in quo differunt à Collegiatis Collegiorum, studiorum causa constitutorum, qui temporales sunt, donec studiorum certam attigerint metam, statutis, & lege fundationis comprehensam, quam ei, qui Collegium dotavit, superioris auctoritate licuit ex arbitrio decernere, si modo vis non fiat juri publico. Quod & Solonem permisisse, refert Caius *in l. fin. ff. de colleg. licit.* lege, quam exponit Alciatus *l. 2. prætermis. in tit. de Colleg. illicit.* & *in lib. 2. disjunct. c. 12.*

4 Sunt tamen in Collegiis studiorum, ut plerumque, & loca presbyteralia perpetua presbyteris, ut inibi cultum exequantur divinum, destinata. Hæc porro Collegiorum loca, litterarum discendarum causa instituta inter beneficia Ecclesiastica non connumerantur, neque de illis mentionem in beneficiorum interpretatione fieri opus est, neque debentur graduatis, aut nominatis in vim gradus, quamvis eorum mensibus vacaverint, Rebuff. *in tr. nomin. quæst. 15. n. 20.* Ad Collegia mista Ecclesiastica & non Ecclesiastica, academiæ quodammodo pertinere videntur privilegiis Summi Pontificis, & Regum institutæ, ac temperatæ, *cap. quia nonnullis, & cap. 1. de Magistr. l. 11. Cod. de stud. liber. Urb. Rom.*

5 Collegiorum autem omnium institutio aut Collectio, vel à Principibus sæcularibus, aut sacris, apud quos summa Reipublicæ sit juxta, *cap. per venerabilem, qui filii sint legitimi*, fieri debet, vel aliis facta, eorum debent authoramentum, seu comprobationem habere. Sic Martianus mandatis principalibus ait *in l. 1. ff. de colleg. illic.* præceptum Præsidibus provinciarum, ne patiantur esse Collegia sodalitia, neve milites in castris Collegia habeant, & Caius *in d. l. 1. ff. quod cujus univ. Neque Societas*, inquit, *neque Collegium, neque hujusmodi corpus passim omnibus habere conceditur. Num & legibus, & Senatusconsultis, & principalibus constitutionibus ea res coercetur, paucis percepiis.* Ita Vulpianus ad notionem pertinere Judicium Principis, vel Senatus tradit, num collectio ratione professionis, artis, vel causæ sit licita *dict. l. 1. ff. de colleg. illic.* propter imminens periculum conjurationum, ac proditionum, quæ solent ex Congregationibus hominum, seu conventiculis conflari, & ut vitentur monopolia artificum, & ergo laborum *leg. unic. Cod. de monop.*

Ita Octavius Augustus collegia, præter antiqua, & 6
legitima, dissolvit, cum plures factiones titulo Collegii novi ad nullius non facinoris societatem coirent, ut scribit Suetonius in Octav. *c. 32.* Franciscus quoque primus Rex Galliarum edicto statuit, sequutus antiquas Regum Constitutiones, & supremarum Curiarum Senatusconsulta, ne essent fratriæ artificum, seu Confratriæ, & factæ opprimerentur, Rebuff. *tom. 2. com. in constitut. reg. ad monopolia vitanda.* Religionis tamen causa coire non prohibentur homines, dum tamen hoc non fiat contra Senatus consultum, quo illicita Collegia coercentur *d. l. 1., ff. de colleg. illic. can. si quis despicit d. 42.* Ita sub prætextu religionis, aut sub specie solvendi voti cœtus illicitos nec à veteranis tentari oportet, Ulpian. *l. in l. 2. C. de extraord. crim.* ut neque prætextu Collegii, in quo verè quis munus Collegiati non exequatur, quis immunis ab aliis oneribus esse non debet, *l. qui sub prætextu C. de Sacros. Eccl.*

Patriæ verò permissæ ac probatæ in Religione benefi- 7
cium non faciunt, ideo presbyteri alicujus confratriæ, vel alii Confratres loca non possunt permutare Glos. *in tit. de annat. v. beneficiorum de annat.* Neque Episcopus confratris potest, tanquam à beneficiis jura Episcopalia exigere; Fed. de Sen. *cons. 25.* Pia tantum loca sunt, ac proinde si fratris relinquantur legata, exemplo legatorum piorum non detrahitur falcidia, Panorm. *in c. officii de testam. auth. si quis ad declinandam C. de Episcop. & Cleric. cap. requisiti de testam.*

In Collegiis recipiendi sunt tantum, qui ejus arti- 8
ficii, artis, vel professionis sunt, cujus gratia institutum collegium, *d. l. qui sub prætextu C. de Sacros. Eccles.* & ad illum usque numerum, qui definitus est. Sic Plinius junior ad Trajanum scribit *epist. 2. lib. 11. Tu Domine despice, an instituendum sit collegium fabrorum duntaxat hominum centum quinquaginta. Ego attendam ne quis, nisi faber recipiatur.* Quare qui munus & officium Collegiati non impler, amovendus est, ejusque in locum alius sufficiendus, sive Ecclesiæ, aut alterius loci sit collegiatus *d. l. qui sub prætextu, l. 1. C. de Colleg. licit.* Et qui supra, & præter numerum fundationis, vel privilegii Collegii admissus est, non utitur privilegiis, & juribus Collegii, *l. 1. §. qui autem C. de privil.*

Placuit etiam in duobus Collegiis unum non posse 9
esse Collegiatum *d. l. 1. ff. de colleg. illic.* facitque *c. cum non ignores 15. de præb. in 6. cap. fin. de relig. dom. libertus §. præscriptio ff. ad munic.* Mutatione personarum Collegiatorum collegium non mutatur, sed idem remanet *l. sicut municipium paragraph. in decurionibus ff. quod cujus univ. l. proponebatur ff. de judic.* Atque Universitatis jus per unum solum universitatis retineri potest *d. paragraph. in Decurionibus*, quamquam constitui non possit, nisi ad minus tres sint. Quia Neratius Priscus tres collegium facere, dixit, quod magis sequendum est *in l. Neratius ff. de verb. signif.* Glos. *in c. de elect.* sicuti nec unus solus familiæ appellatione continetur, neque duo familiam facere dicuntur *l. de testatio. ff. de verb. signif.*

Cujus autem sit qualitatis Collegium, & secundum 10
quas leges vivere debeant adscripti, ex propriis statutis colligi potest, cum fundatoribus licuerit in rerum traditione leges, quas voluerunt præfigere, *l. in traditionibus ff. de pact.* in quas jurarunt, qui admissi sunt, liceat ex sodalibus, qui ejusdem Collegii sunt, pactionem inter se, quam voluerint, facere, dum ne quid ex publica lege corrumpant. Sic & statuta nova facere possunt, Cajus *in l. ff. de Colleg. illic.* Si tamen acceptas à fundatoribus, seu institutoribus Collegii leges, novis lædant, non probabuntur placita in præjudicium successorum, *capit. cum omnes, & cap. ex parte de Constitut.* Nisi ex causa legitima mutent antiquas leges, & conventio eorum

rum per Superioris auctoritatem firmetur, & rata habeatur *d. cap. ex parte, & cap. cum Martinus de Constit. l. quod semel ff. de decret. ab Ord. fact.* Communis utilitas, & causa, & finis efficit, ut omnes ejusdem juris Collegii participes, non ut singulis, sed ut unum corpus considerentur in præterito, præsenti, & futuro tempore. Ita si quid universitati, vel Collegio debetur, non singulis debitum est, & si quid debet, singuli non dicuntur debere, *l. sicut municipium §. si quid ff. quod cujus univ. l. in tantum paragraph. 1. ff. de rer. divis.* Daturque actio adversus universitatem, & eidem contra alios, sed universitatis nomine *d. l. sicut, & l. si tibi ff. quod cujus univ.* Et si nemo defendat, quod commune est, capitur & venit, *l. 1. paragraph. fin. & l. Civitates eod. tit.* Si tamen Collegium dissolvatur, quod commune est inter Collegiatos, lege permittente, potest dividi, *l. 3. ff. de Colleg. illic.* Videlicet si ex collegatorum collatione bona Collegio contigerint, alioquin arbitror ad institutores, vel eorum hæredes redire, ut liberas ab onere res & conditione, & modo, quo datæ erant, resolutis. Nec puto licere Collegiatis fructus earum seorsum capere à Collegio per rationem *in l. septitia in fin. ff. de poll. l. si legatum paragraph. fines ff. de oper. publ. & l. 2. ff. de jur. immun.* sed vel contribuere in Collegio, vel loco decedere debere.

11 Et quamvis collegia illicita præsumantur, nisi probentur licita, ut respondit Martianus *in d. l. ff. de Colleg. illic. & l. 3. paragraph. in Summa eod. tit.* Quod confirmat etiam *cap. 1. de relig. dom.* traditque Luc. de Penna *in l. quemadmodum C. de agric. & cens. lib. 11. numer. 198.* Cotta in *memorab. v. Collegia*, certum tamen est, tunc licitum esse, quando Religionis causa est institutum, per quam notionem Collegium licitum ab illicito jura ipsa distinguunt. In *d. enim l. 1.* hæc verba leguntur: *Sed religionis causa coire non prohibetur.* Religionis autem constat institutum esse hujusmodi Virginum Collegium constat ex regulis & Constitutionibus ipsius, quæ omnes spectant cultum Dei ac Virginum in Collegio degentium solidum profectum, ac perfectionem.

12 Et sanè si ex traditis per Baldum *cons. 407. num. 8. lib. 1. & cons. 465. num. ult. ejusdem libri*, quæcumque causa justa sufficit, ut Collegium jure communi approbatum censeatur, id à fortiori asserendum est de eo, ubi sola Religio, ac pietas locum habet, cujus favore multa conceduntur *l. locum 17. de usufr.* Accedit auctoritas superioris, quæ est altera notio Collegii liciti, assignata ab eodem jure. Est enim auctoritate ordinarii institutum, illud, tanquam locum pium declarantis, ac volentis per Vicarium suum generalem explorari voluntatem puellæ, Collegium ingressuræ, ac in eo professuræ, eo prorsùs modò, quo fit cum puellis vitam regularem in aliquo Cœnobio professuris.

13 Hinc sequitur primò circa Collegii, ac Virginum in eo viventium regimen, condi potuisse leges, ac statuta præscribi, ut tradunt communiter Doctores *in l. omnes populi ff. de just. & jur.* ubi Caccialup. *num. 8* Bartol. *in l. fin. de jurisd.* Castr. *cons. 24. num. 4. vol. 2.* Bald. *cons. 99. num. 10. vol. 2.* quibus legibus, ac statutis omnes in Collegio degentes alligantur, Jas. *in d. l. omnes populi col. 2.* ibique etiam Crot. *num. 18.* Bartol. *cons. 80.* asserens, quod filiæ fœminæ extantibus masculis hæredes non possint institui, tale pactum valere. Ergo multò magis statutum facere circa ea, quæ incumbunt quarterio, & circa ejus bona, ut tradunt Bartol. *in d. l. omnes populi in 3. q.* Ruin. *cons. 109. in princ. vol. 4.* Roland. *cons. 99. vol. 1.* Nec dissentiunt Theologi, inter quos Salas *de legibus disp. 8. sect. 17. num. 88.* Layn. *lib. 1. tract. 4. cap. 7.* passim. Quod adeò verum putant, ut locum habere affirment, etiamsi statuta sint contra jus commune, Crot. *in d. l. omnes populi num. 1.* Roland. *ubi supra* & Rota *dec. 103. numero 8. p. 2. div.* Gratian. *discept. 720. numero 22. ac seqq.* & alii, quos refert, ac sequitur Cyriac. *contr. for. 504. tom. 3.* Quidni hoc poterit Collegium harum Virginum, pietatis causa erectum, cujus regulæ, & Constitutiones suam vim obligatoriam habent ex pacto conventionali, ut proinde leges conventionales dici possint, ut rectè monet Sylvest. *v. lex, q. 4.* Suarez *de legib.* Nec requiri consensum positivum Superioris, sed satis esse, si sciens non dissentiat, aut contradicat, iidem asserunt, dicentes, id habere locum, non solum in dispositivis, sed etiam in pœnalibus.

Sequitur secundò, Virginem statim atque hunc mo- 14
dum vivendi assumit, & per professionem Collegio incorporatur, sitque illius membrum, ex quodam pacto, conventione, & compromissione, se obligare ad omnes regulas, & Constitutiones, non solum directivas, ac dispositivas, sed etiam pœnales; & quidem secundum proprietatem verborum, quibus regula, vel Constitutiones conceptæ sunt, *ex l. non aliter ff. de legib.* Calder. *cons. 245. in princ. alias 24. de præb.* Cravet. *cons. 105. num. 2. & 227. num. 11.* Roman. *cons. 89. num. 16.* aliique; quia qui vult esse, vult etiam omne id, quod illud esse consequitur. Cum ergo voluerit Virgo per professionem suam incorporari Collegio, voluit etiam, & consensit observationi omnium regularum, & Constitutionum tam substantialium, quam accidentalium, tam directivarum, quàm pœnalium, ac proinde illis omnibus alligatur.

Quare si inter Collegii constitutiones pœnales ea sit 15
Quæ Virgo discola sit, & ferat discordias, possit, nulla restituta dote expelli, ad hanc expulsionem, & ad privationem dotis ex tunc consensit, eo prorsus modo, quo qui accipit civilitatem, fit etiam obnoxius omnibus oneribus, quæ civibus incumbunt, Castr. *in l. si duo ff. de acquir. hared.* Alex. *cons. 103. numer. 7. lib. 2.* Cagnol. *in l. qui cum ff. de reg. jur.* Quod locum habere tradunt, etiam in oneribus ignoratis, Bald. *in d. l. si duo num. 1.* Craver. *cons. 123. num. 22.* Mandos. *cons 45. nn. 3.* ac cæteri apud eos.

Dixi autem Virgines hujusmodi per professionem 16
Collegio incorporari, ac illius membra fieri, ea quidem proportione, qua moniales per tria vota nuncupata, fiunt membra monasterii, in quo profitentur. Voco professionem harum Virginum, vocabulo professionis latè sumpto, non secundùm rigorem, quo hujus vocis proprietas ad professionem regularem restringitur, sed secundum quandam hujus vocabuli proprietatem, qua ad alia etiam extenditur, ut in simili advertit Suarez *tom. 4. de Relig. tract. 10. lib. 13. cap. 5.* Sic enim dicimus, quempiam descriptum albo militum profiteri militiam, ex lectione Philosophiæ, ac Theologiæ, quam publicè docet magisterium Theologiæ, ac Philosophiæ profiteri. Sic etiam ex baptismo quis dicitur Christianam Religionem profiteri.

Quare nullo modo hæ Virgines possunt à Collegio 17
recedere, aut fugam capessere. Quia cum se Collegio ita per professionem emissam tradiderint, ut in eo viverent, ac morerentur, fit, ut si inde abeant, à voto quod Deo nuncuparunt, omninò deficiant, & à juramento, quod præstiterunt. Nam cum illa voti emissio, ac juramentum in suo conceptu formali, & secundum propriam verborum significationem dicat perpetuam, ac immobilem sui traditionem, fit, ut si per aliquod temporis spatium resiliat, ille recessus sit omnino injurius Collegio, immò & ratione voti, ac juramenti sacrilegus. Ita in simili Suarez *tom. 4. de Relig. d. tract. 10. lib. 5. cap. 4. num. 9.* Quare sicuti non potest membrum à suo corpore recedere sine corporis injuria, & dolore, ita Virgo, quæ Collegio per professionem in eo emissam se incorporavit, juravitque in eo semper vivere, ac mori, dum aliquod vitæ spatium ab eo resilit, adeo ut verum sit dicere illam in eo non vivere, ac in eo non mori, lædit jus perpetuum Collegii, quod sine manifesta ejus injuria & injustitia fieri nequit, quemadmodum à pari differit Portel. *part. 1. resp. for. moral. 16. num. 2.* inquiens, subditum unius Prælati non posse ab ejus subjectione se subtrahere ad libitum sine magna perversione, ac sine specie ingentis furti, & gravaminis notabilis, quod inferretur in Prælato; quo in casu potest habere locum dictum D. Gregorii *in epist. ad Venantium Manuchum*, illum per Apostasiam non subtraxisse nummos pecuniarios, sed subtraxisse se Deo, ac Ordini, cui se devoverat. Et advertendum, eo tempore, quo D. Gregorius id asserebat, vota religiosorum fuisse simplicia, non autem solemnia, & proindè illa traditio erat per votum simplex, ut traditio, quæ fit per has Virgines.

18 Non obstat, si aliqua mutatio facta sit circa vestitum, & alimenta, ideoque possunt recedere à promissis, quippè sub illa conditione vota, & juramentum emiserint, ac præstiterint. Omnia enim habere in se tacitam conditionem, si pacta serventur, tradunt Angel. *cons. 59. nu. 8.* Paris. *de resign. lib. 1. quæst. 3. num. 44.* Nec ullus tenetur contractum adimplere ex parte sua; donec ex altera impleatur, *l. cum proponas*, ibi: *Nec adversario suo uti.*

19 Nam in his non lædítur quid substantiale Collegii, ac ejus modi vivendi, quem iniecunt. In Religione enim illa tantum dicuntur substantialia, sive essentialia, quæ sunt vota constitutiva Religionis, vel proximè ad illa ita, ut ipsis sublatis, Religio subsistere minimè valeat. Quare si tolleretur votum paupertatis, corruetet sanè Religio. Et ideò, si alia vota emittantur absque illo paupertatis, vovens non esset Religiosus. Verùm si aliqua perfectio à paupertate tollatur, cum hæc sit accidentalis, lædítur Religio, non in substantialibus, sed tantum in accidentalibus. Ita cum aliis Sanchez *tom. 2. in decal. lib. 6. cap. 2. ac num. 24.* Quare quod his Virginibus Collegium vestimenta suppeditet, vel illa sibi ipsæ comparent, est quid accidentale, sicut accidentale est hoc idem cuicumque Religioni, quæ licet ex primæva sui institutione vestimentum suis suppeditabat, si postea vertat ad inopiam, & illud suggerere impotens sit, non idcò dicitur læsa in substantialibus, præcipuè si illud reliquat Religiosis suis laboribus, aut elesmosynis comparandum. Idque maximè si illa conditio, sive modus respiciat commodum, ac jus privatum, cujusque Virginis Collegio incorporatæ, & huic commodo, ac juri ipsæ renunciaverint. Id enim cuilibet concessum esse constat *ex l. si quis conscribendo C. de pactis*, ubi Jas. *in 3. notab.* Abb. *cons. 72. num. 3.* Calder. *cons. 56. de transl. Pral. nu. 2. & cons. 59. de renunc. in princ.* Quod etiam in formalibus admitti advertit Cum. *cons. 50. num. 2.* Quia quando forma respicit principalem utilitatem privatam, inest tacitè clausula, nisi partes, de quarum favore agitur, aliter voluerint. Immò & nullitati renunciari posse, tradit Jo: de Ascan. *cons. 50. sub initio*, ubi Bologn.

Si igitur illæ huic commodo renunciaverint, & renun- 20
ciationem ratam habuerint, non tantum per consuetudinem pacificè diù retentam, sed etiam per renovationem votorum, promissionum, ac juramenti, ad illud sanè ampliùs redire non licet ex *l. quæritur §. vendita ff. de edil. edict. l. si maricus §. si negaveris ff. de adult. l. si vir est circumventus ff. de minor. l. postera ff. ad leg. falcid.* Cravet. *cons. 74. num. 4. & cons. 166. num. 6.* Roland. à Val. *cons. 95. num. 3. lib. 1.* Dec. *cons. 389. num. 10.* Afflict. *decis. 220.* Roman. *cons. 369. num. 16.* Guidop. *dec. 530. & dec. 547.* Cephal. *cons. 445. lib. 3.* Hondæd. *cons. 29. num. 5. vol. 1. passimque alii.* Ac esto earum aliquæ non pro eo tempore, sed consequenti professæ fuerint, non ideò possunt à Collegio vestitum exigere. Nam ingredientes tacitè, ac suo facto consenserunt ad eam renunciationem. Ratificatio enim non verbis solum, sed etiam factis inducitur, *l. Paulus ff. de ratihab.* Immò plus est aliquid facto, quam verbis approbare, *cap. dilecti 1. de appell.* Dec. *cons. 583. numer. 5. & consil. 586. numer. 13.* Cravett. *cons. 188. num. 2.* Alex. *cons. 248. numer. 65.* Tiraquell. *de nobil. capit. 6. numer. 4.* Menoch. *de rer. poss. recup. remed. 15. numer. 110. ac 119.*

Atque hinc ex suppositione, quod nolint ad Colle- 21
gium redire, sed fieri moniales in Religione approbata, non tenetur Collegium illis dotem, quam professuræ ipsi Collegio tribuerunt, restituere, aut extra collegium illis alimenta subministrare. Nam, licet aliqui putent, cum persona dotem transferri, ac bona, quæ Collegio respectu personæ obvenerant, alii verò negent quoad bonorum proprietatem, quamvis concedant quoad usum fructus, ne sint posteriori loco onerosæ, quos omnes affert Sanchez mox citandus, alii tamen, & quidem complures, oppositum sentiunt, quorum opinionem veriorem, communiorem, ac prorsus sustinendam asserunt Sanchez *tom. 2. in decal. lib. 7. cap. 32. num. 8.* adducens pro ea triginta Doctores tum Jurisperitos, tum Theologos, eamque tradunt Castropal. *tom. 3. tract. 16. disp. 3. pun. 17. §. 2. num 3.* Suarez *tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 14. num. 5.* Laym. *lib. 4. tract. 45. cap. 13. num. 10.* Bonac. *de clausar. quæst. 2. p. 9. propos. 2. nu. 2.* Tambur. *de jure Abb. disp. 20. quæst. 1. num. 32.* aliique plures ab his relati.

Quia, licet dos, aliaque bona in consequentiam 22
personæ Collegio obvenerint, fuerunt tamen absolutè ac independenter à quacumque conditione permanentiæ personæ Collegio attributa, & consequenter in dominium absolutum Collegii pervenerunt. Non enim debet Collegium jure jam quæsito, & quidem immobiliter, privari. Etenim si ea bona contemplatione professionis in Collegio faciendæ fuissent alicui hospitali attributa, Virgines recedentes à Collegio, non idcirò cum illa essent ab hospitali ad locum, ad quem transferentur, transferenda. Quia fuerunt per modum eleemosynæ hospitali irrevocabiliter donata, atque adeò sine aliqua dependentia perfistentiæ Virginis in Collegio. Unde enim constet, datam dotem sub conditione perseverantiæ; Et qui finam illam conditionem apposuit? Immò ex formula professionis appositum patet, cum promittat, vovear, & juret perseverantiam perpetuam in Collegio, in quo vovet se victuram. Et esto fortassè non debeat Collegium impedire transitum Virginis ad Monasterium, non tamen tenetur illi cooperari per actum positivum ipsius dotis restitutionis, ut optimè advertit Suarez *ibidem num. 14.* ubi addit, restitutionem dotis esse per se loquendo impedimentum ad monachismum, immò optima dispositio est ipsa rerum temporalium inopia. Quod si ex bonorum defectione contingat nolle, vel non posse Virginem fieri monialem, est id obex accidentalis, quem Collegium non tenetur auferre. Neque hæc conditio præsumitur à jure. Nam jus speciale Collegii, oppositum volentis, tollit omnem præsumptionem, ac interpretationem juris communis, redditque Virginem immobilis status perinde ac mortuam civiliter. Quare, si enti ante mortem naturalem quempiam instituisset hæredem, si post mortem resurgeret, non essent illa bona restituenda, quia donatio facta non fuit cum ea conditione, sed absolutè, ita etiam dicendum in hoc casu. Atque ita etiam declaravit S. Congregatio Concilii *ad cap. 5. sess. 25. de Regul.* apud Suarez *loco supra citato num. 15.* decernens, bona cum monialibus ad posterius monasterium non transire, & quidem absolutè loquens sive transitus fit ad arctiorem, sive non, vel sit ejusdem vel alterius Religionis, de qua re nos quoque *in tom. 1.* Et quamvis hic transitus possit impediri ob dotem non restitutam, id priori monasterio non est imputandum, cùm non teneatur dotare monialem ex bonis suis, & sibi absolutè donatis, ut alibi recipiatur, ut ibidem animadvertit Suarez. Quod etiam dicendum est de alimentis, seu bonorum usus fructus pro ea rata, quæ respicit. Nam usus fructus ex natura rei sequitur dominium ejus, cujus est proprietas, nisi ex aliquo jure, aut pacto humano forrè hic separetur. Quod neutrum in hoc casu contingit, præsertim quando per Collegium non stat, quin illam alat, etiamsi fingeremus alimenta in traditione dotis subintellecta. Nam illa conditio, si

si adesset, non respiceret alimenta ubicumque tradenda, ut observat Suarez, & Castropalaus relati, sed in Collegio tantùm, in quo perpetuam, ac immobilem perseverantiam vovit, ac juravit.

CONSULTATIO LXXIV.

An satellites præoccupantes, sive obsidentes portam Ecclesiæ, ne quis ad eam confugiat, proque faciliori confugientium carceratione, incurrant censuras contra ladentes immunitatem Ecclesiæ?

1 REspondeo affirmativè, & carceratio hoc modo sequuta non sustinetur; sed restitutio est facienda Ecclesiæ, non secus ac si reus fuisset ab ea extractus. Ratio autem est, quia privilegium immunitatis extenditur ad portas, & parietes Ecclesiæ, ac etiam ad 40. vel saltem 30. passus, circumquaque per textum *in can. sicut antiquitus, & Can. quisquis 17. quæst. 4.* & notant Ost. *in cap. cum causa num. 2. de sent. excom.* Jo: Andr. *num. 7.* Abb. *in ult. notab.* Felin. *num. 2.* & Marc. Socin. *num. 10.* traditque Turrecremata *in can. cum devotissimam num. 4.* ibique Præpos. *n. 2. 12. quæst. 2.*

2 Ex quo infertur, quod sicut non potest præoccupari Ecclesia à satellitibus, ne ad illam pateat confugientibus aditus, ita nec illius janua, neque spatium 40. vel 30. passuum *ex can. definivit ead. caus. 17. quæst. 4.* ibi: *Sed esse potius his ipsis, qui Ecclesias petunt per omnia licitum in 30. passus ab Ecclesia januis progredi*, & ex Sanctione Imperatorum Theodosii, & Valentiniani *in l. pateant C. de hæ, qui ad Ecclesiam confug.* his verbis: *Pateant summi Dei Templa timentibus, nec sola altaria & rationum Templi circumjectum, qui Ecclesiam quadripartito parietum septu concludit ad tuitionem confugientium sanctimus esse proposita: sed usque ad extremas fores oratum gestiens populus primas ingreditur, Ecclesia, quas confugientibus aram salutis esse præcipimus.* Quomodo autem patere possint Templa, sive Ecclesiæ timentibus, si præoccupentur, & obsideantur earum januæ à satellitibus?

3 Quare potest, ac debet Episcopus hujusmodi satellites declarare incursos in censuras contra lædentes immunitatem Ecclesiæ latas, eisque præcipere, ne deinceps audeant obsidere, sive præoccupare Ecclesiam per dictos 30. passus, ut per dictum spatium liber confugientibus ad illam, eamque petentibus pateat aditus, idque præcipuè si hac intentione reus confugiat ad Ecclesiam, ut gaudeat immunitate. Leges enim, & Canones concedentes hanc immunitatem hoc præcipuè intendunt, ne quis fide, quam in veneratione Ecclesiæ & sacrorum locorum habet, defraudetur.

CONSULTATIO LXXV.

An in porrigentem preces Sacro Tribunali Pœnitentiaria secreta cum expositione sui criminis, suppresso tamen nomine, & ab ea remissus Ordinario pro expeditione causæ, possit ipse Ordinarius in foro externo procedere, etiam ad torturam?

1 REspondeo negativè. Nam juxta tenorem supplicationis manifestè patet, illam fuisse porrectam sub sigillo secreti, & in foro conscientiæ, cum talis sit forus sacræ Pœnitentiariæ, quæ vel rescribit, vel committit consequenter ad forum conscientiæ, ut explicat Sanch. *de matr. lib. 8. disp. 21. quæst. ult. num. 40.* Cum enim ea Commissio facta sit in foro conscientiæ, sequitur profectò ejus fori naturam, Pyr. Corrad. *in prax. Pœnit. lib. 7. cap. 4. num. 73.* & antea Navar. *in can. Sacerdotes de pœnit. d. 6. num. 46.* per hæc verba: *Tamen quoad rem, & qualitatem primariam similes sunt, quia ad omnes pariter illa confessio transit cum suo secreti onere.* Quod reperit in *Sum. cap. 8. num. 7.* ibi: *Quoniam res cum onere suo transeunt, & confessio simul ac fit in forma sacramentali, annexam habet obligationem secreti, adeo quidem ut Judex nihil deberet agere, aut aggredi in judicio, quod inde oriretur propter religionem custodiendi sigillum sacramentale, cujus obligatio durat, etiam post mortem, quia oritur ex præcepto negativo, quod ad semper, & pro semper obligat,* ut docet S. Thom. apud Lazzar. *Canonic. quæst. sect. 2. qu. 17. n. 5. art. 6.*

2 Unde Cardinalis de Lugo *de Sacram. Pœnit. disp. 23. sect. 2. num. 28.* tradit, quod in casu aliquo metaphysico vix contingere posset, nimirum si aliquis, ait, confiteretur per voces in loco, ubi post moram longiusculam ab echo per reflexionem reverterentur eadem verba, posset tunc contingere, quod data interim absolutione, postea reverterentur verba ultimi peccati, & aliquis tunc adveniens illa audiret. Vidi enim ego locum, in quo post symbolum ferè recitatum omnia verba recitata revertebantur. Tunc ille proculdubio teneretur ad sigillum, quia accepit notitiam ab eadem confessione, perseverante in aëre per totum illud tempus. Sic ergo scriptura illa videtur esse eadem confessio, & eadem locutio pœnitentis in charta, etiam quando actum non confitetur. Cui adstipulatur Diana *part. 3. tract. 4. resol. 112.* afferens rationem, qua chartæ istius tenor est aliquid confessionis, & quasi confessio scripta ita, ut æquiparari possit charta illa eo modo, quo quis casu audit confessionem. Est enim charta illa, quasi internuncia, juvans memoriam confitentis. Itaque censetur sigillata sacro sigillo. Idemque repetit *part. 5. tract. 11. resol. 27.* cum Fagundez. Quare, si Judex invenisset schedulam, in qua peccatum aliquod ad confessionem faciendam esset descriptum, tenetur cessare ab ipquisitione criminis, & non juvari ea notitia; immò etiam si jam reum condemnasset, convictum testibus, & postea intelligeret totam delationem, vel accusationem ortam fuisse ex sigilli violatione, tenetur damnatum absolvere, ac dimittere.

3 His accederet, quod processus etiam irritus per textum *in cap. qualiter, & quando de accus.* Quia nemine denunciante, neque fama præcedente, prout juris est, conficeretur, ideòque de eo nulla erit habenda ratio, Specul. *in pr. lib. 3. p. 1. §. viso igitur num. 8. & 13.* Gandin. *in Rubr. quomodo de malef. cognosc. per inquis. n. 11. & 15.* Vitalin. *in rubr. de inquisit. n. 1.* Farinac. *de inquisit. qu. 9. n. 4. & 7.* ubi ait, non esse credendum Judici, Scacc. *de jud. c. 84. n. 26. & seq.* Guazzin. *defens. 8. cap. 1. n. 11. tom. 1.*

CONSULTATIO LXXVI.

An privilegio Apostolico, habenti decretum irritans, & clausulam sublatam, ut Rector Universitatis teneatur quolibet triennio stare sindicatui derogari possit per non usum?

1 REspondeo negativè. Nam contraria urget juris præsumptio, ideòque neganti incumbit onus probandi legitimè & concludenter, *cap. accedentibus de privil.* & respondit Rota apud Crescent. *dec. 4. num. 2. de privil. & dec. 67. num. 3. ac seq. p. 1. divers.* Card. Caval. *decis. 423. num. 1. & in recent. decis. 197. num. 5. ac dec. 213. num. 1. p. 1. & dec. 572. num. 16. p. 4. tom. 3.* Quare sufficit allegare Privilegium Pontificis, quod omninò servari debet, cum de ejus potestate non sit ambigendum, Seraphin. *decis. 1043. num. 1.* stante maximè justitia, & æquitate illius, quæ fundata est, non solum in dispositione juris communis, de qua in *l. nemo C. ut omnes Judices*, ubi quod omnes Præsides Provinciarum, aliique publica munia exercentes, finito suo officio; tenentur suæ administrationis reddere rationem, ut si rectè in officio se habuerint, laudis, & honoris præmia, sin autem malè, condignam suis meritis pœnam consequi valeant. Ideòque non debent boni Judices ægrè ferre Syndicatum, Paris. de Put. *de sindic. in procem. num. 3.* sed etiam super præcepto divino, quo cavetur, ut quisque reddat rationem villicationis suæ.

2 Neque ob solam patientiam, & tolerantiam Universitatis fuit amissum hujusmodi privilegium validissimis clausulis, decreto irritanti, & clausula sublata roboratum,

tum, quæ ex Pontificis intentione omnia contra ejus tenorem per inferiores acta ita interficiunt, & quovis juris effectu prorsus destituunt, ac si gesta non fuissent. Ideòque non usus, vel contrarius usus suffragari non potest, Archid. *in cap. cum de beneficio num. 2. de præb. in 6.* Felin. *in cap. cum accessissent sub num. 30. de Constit.* Rota *decis. 4. de privil. in antiq.* & apud Crescent. *d. decis. 4. num. 4. & seqq. eod. tit. & decis. 240. num. 5. & seq. p. 4. div.* Caval. *decis. 425. num. 2. & seqq.* Burat. *dec. 704. num. 10.* egregiè Cassador. *decis. 1. de reservat.* ac Rota Januen. *decis. 180. num. 8.*

3 Immò non possunt Judices aliter judicare, minusve aliquid in contrarium dicere, donec illis per Papam os aperiatur, Caputaq. *dec. 34. n. 4. p. 3.* Put. *dec. 48. nu. 6. p. 1. in nov.*

4 Unde non obstat, quod Universitas non fuerit usa hujusmodi privilegio, & ideò quod illud per non usum amiserit. Nam id procedit ubicumque constat, evenisse casum, in quo potuerit privilegium exercere, & non exercuerit, Caputaq. *dec. 381. p. 2.* Quare cum non constet, casum evenisse, nequit dici per non usum amissum, neque illud indiget ulla justificatione, cum fuerit conceptum cum clausula sublata, & decreto irritanti ita, ut de obreptione, & subreptione dici non possit, ut optimè Seraph. *d. dec. 143. n. 4. & 5.*

5 Præterea esto, quod casus evenisset, non potest tamen ex eo censeri sublatum privilegium, cùm stante dicta clausula decreti irritantis, non possit per partes, etiam consentientes, aut ignorantes illi renunciari, Caputaq. *decis. 9. numero 9. 17. & 18. & decis. 122. num. 16.* Maximè cum tractetur de favore publico, Marth. *Claus. 25. nu. 5. in fine.*

6 Immò non solum nequit per non usum tolli, sed neque etiam per contrarium usum abrogari, nisi saltem data scientia Papæ, Put. *dec. 1. vers. sed advertendum p. 1. in nov.*

7 Minus obstat, quod per præscriptionem hoc privilegium fuerit sublatum. Nam præterquamquod præscriptio non potest absque possessione, *cap. sine possessione de reg. jur. in 6.* & de illa doceri, debet, ea non procedit ubi adest dicta Clausula decreti irritantis, Mod. *in §. Principum placita dub. 21. num. 7.* post Archid. *in d. capit. cum de beneficio de præb. in 6.* Ac esto, quod illa probaretur, esset nihilominus d. Universitas in possessione hujus privilegii conservanda. Quia cum ex una parte allegatur præscriptio, & altera verò privilegium, tunc ille manutenendus est, qui privilegium allegat, cum illius possessio non est adeò infecta, neque habet talem resistentiam juris, aut talem præscriptionem contra se, cum comprobetur ex titulo privilegii adeò, ut præscriptio non sit habenda in consideratione, Seraphin. 495. *num. 2. 3. & 5.*

CONSULTATIO LXXVII.

An in Præpositura, sive parochiali regulari saltem habitu, seu Vicariis, sive membris, ac subjectis, & unitis Regularium monasteriis, requiratur concursus juxta formam cap. 18. sess. 24. Concilii Tridentini? Vbi essata aliqua de concursu, ac de beneficiis, aliisque obviam, in quibus plura expediuntur ex declarationibus, ac decretis S. Congregationis Concilii Tridentini.

1 REspondeo non requiri, sed sufficere de idoneo tantum illas providere ad tradita per Rotam *dec. 323. num. 6. p. 2. & decis. 102. num. 9. p. 1. rec.* & sequendo declarationem Sac. Congregationis, firmat Gonzal. *ad reg. 8. glos. 6. num. 162.* ac decidit Rota in Fesulana Prioratus 14. Januarii 1613. coram Innocentio X. Maximè autem quando Ecclesia solet commendari sæcularibus, Barbos. *de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 58. num. 34.*

2 Etenim cum conferri debeant aut Religiosis ejusdem Ordinis expressè professis, sint Præfecturæ, & administrationes, aut iis, qui habitum susciperé, & professionem emittere omninò teneantur, si sint portiones monachales, vel Canonicales, & consimilia beneficia, administrationem non habentia juxta decretum Sac. Concilii Tridentini *in cap. 10. sessione. 14.* & distinctionem, quam ponit Fagnan. *in cap. cum causam in ult. notab. de elect.* jam constat in eorum collatione nec debere, neque posse observari formam concursus, in qua notantur omnes concurrere volentes per edictum, etiam publicum, & liberum est etiam aliis, qui aliquos ad id aptos noverint, eorum nomina deferre, quemadmodum describitur decreto dicti *cap. 18.* & eo magis, quia de beneficiis curatis Concilium egit speciatim *in cap. 11. vers. nec ibi aliquid sess. 25. de Regul.* ubi simpliciter mandavit, neminem in iis deputari, nisi de consensu Episcopi diœcesani, & prævio examine per eum, aut ejus Vicarios faciendo. Undè meritò S. Congregatio ejusdem Concilii interpres consulta, an in beneficiis regularibus, & quę Regularibus conferri consueverunt, concursus requiratur, respondit non requiri, sed sufficere, ut is Regularis, cui conferri debet beneficium sit ab Ordinario examinatus, atque probatus.

3 Aut Clericis sæcularibus commendari consueverint & jam sæpiùs S. Congregatio declaravit, decretum *d. c. 18.* non comprehendere beneficia regularia curata, quæ Regularibus conferri consueverunt, ut dictum est. Ergo nec comprehendit illa, quamvis postea commendentur à Summo Pontifice. Quia Commendæ non mutant statum beneficii, quod, cessante Commenda, vacat eo modo, quo ante Commendam vacabat, ut colligitur ex Glossa 1. *in cap. si constiterit de accus.* & tenet Feder. de Sen. *in tract. de rer. permut. quæst. 15.* dicens, Ecclesiam vacantem, cùm conceditur in Commendam finita Commenda, dici vacare per primum modum scilicet mortis ea ratione, quia Commenda non facit Commendatarium Prælatum. Ergo durat antiqua vacatio. Nam quamdiu provisum non est Ecclesiæ de Prælato, semper Ecclesia vacare dicitur, ut per Ost. *in cap. ne pro defectu de elect.* & sententiam Feder. de Senis pluribus rationibus confirmat Roman. *cons. 350. num. 3.* Corn. *cons. 66. col. 1. lib. 3.* Bertrand. *cons. 235. num. 3. vol. 3.* Capyc. *decis. 2. num. 2.* Quod procedit, nedum in commenda temporali, sed etiam in perpetua, Cassad. *dec. 5. de privil. num. 2.* Sicut igitur non fuisset instituendus concursus beneficii regularis vacantis per obitum Regularis, ita nec debet restitui postquam est solitum commendari, cum antiqua vacatio, cessante commenda, adhuc durer.

4 Accedit, quod Concilium *d. cap. 18.* dum instituit formam concursus non videtur cogitasse de beneficiis regularibus commendatis, In his enim specialiter postea providit *in cap. 21. sess. 25. de Regul.* ut quoties in posterum vacarent, nonnisi Regularibus conferrentur. Unde provisio generalis præcedens non videtur referenda ad beneficia regularia commendata, de quibus subsequitur provisio specialis, ut per Bartol. *in l. quæsitum §. Si fundum n. 16. ff. de fid. instrum.*

5 Denique appellarione Ecclesiarum curatarum non comprehendi regularia commendata expressè videtur sensisse idem Concilium. Nam cùm *in cap. 8. sess. 7.* tribuerit Episcopo facultatem visitandi Ecclesias, etiam exemptas, quamvis curatas, quasi talium Ecclesiarum nomine non venirent regularia commendata, eandem postea visitandi facultatem, quod ad hæc regularia, nominatim Episcopo concessit *in cap. 8. sess. 21.* Ideòque cum in *d. cap. 18. sess. 21.* nullam mentionem fecerit, ut potestas Episcopi circa concursus instituendos extendatur ad Regularia commendata, nolusse credendum est, *cap. inter corporalia vers. si circa de translat. Episc. l. un. §. sin autem C. de caduc. toll.* & tradit in specie Mandos. *in reg. 32. de impetr. ben. per ob. famil. Cardin. quæst. 7. num. 16.*

6 Non obstat, quod hujusmodi Præpositura, Priorates Parochiales &c. commendari consueverint Clericis sæcularibus

sæcularibus, & quod Commendæ nostri temporis redactæ sint ad instar titulorum, ut per Sarnen. *in regul. de infirm. qu.*13. Nam respondetur, non propterea Præposituram, sive Prioratum desiisse esse regularem. Quia Commenda, etiam perpetua, non mutat statum beneficii; ut dictum est, & tradit idem Sarnen. *loc. alleg.* Atque adeò per id non desiit esse regularis habitus: Quod sufficit ad conservandum statum irregularitatis, licet actu fuerit administrata à presbyteris sæcularibus, Rota *dec.* 587. *&* 588. *part.* 4. *divers.* Quibus accedit, quod Concilium *in d. cap.*18. loquitur de parochialibus, quæ conferuntur, ac proinde non habet locum in hisce Prioratibus, ac Præposituris, quæ non conferuntur, sed commendantur. Item Concilium loquitur de Parochialibus vacantibus. At ex declaratione Cancellariæ beneficia etiam perpetuò commendata verè, ac propriè non vacant. Unde nunquam dat litteras per obitum commendatoris, sed cessante commenda; ut refert Mandos. *loc. cit.*

7 Minus obstat, quod in beneficiis regularibus ideò concursus non requiratur, quia cùm Religiosi sint obedientiarii, non possunt inter eos habere locum, quæ præscribuntur à Concilio *in d. cap.*18. Et quod hæc ratio impedimenti cesset in Commendatariis, qui sunt Clerici sæculares, ut perpendit Rota in decisione coram Card. Merlino.

8 Nam respondetur, hanc rationem impedimenti cessantis infirmam esse. Quia cùm status hujus Prioratuum, sive Præposituratum ab initio fuerit regularis, nec fuerit postea alteratus per commendam, attendi debet illius, primordialis natura, Gemin. *cons.* 8. *num.* 8. Sarnen. *loco alleg.* & quemadmodum si iterum ibi redintegraretur collegium Monachorum, Prior, sive Præpositus non esset eligendus prævio concursu secundùm declarationem S. Congregationis, ita nec Commendatarius sæcularis, cùm jura omnia, quæ de monachis loquuntur, habeant locum in his Commendatariis, Prob. *ad monach. in cap. nemo num.*11. *&* 23. *de elect. lib.*6. Rebuff. *in tr. de non promot. n.*32. *&in rubr. de pacif. possess. n.* 36. *&* 42. Sarnen. *loc. cit. & in regul. de idiomat. qu.*5. *num.*6.

9 Pariter non obstat, quod Præpositura, sive Prioratus fuerit collatus in titulum perpetuum; quia ad hunc effectum non inspicitur, quod sit perpetuus, vel ad nutum amovibilis, sed solum attenditur, an Præpositura spectet ad monasterium, sit ejus membrum, eique subjecta, ut firmavit Rot. *dec.* 102. *n.* 1. *p. rec.* neque ex hoc dicitur immutatus status regularitatis, ut per Rot. *dec.* 587. *&* 588.

10 Hinc neque obstat, quod tota cura sit translata in Vicarium, sive Præpositum. Nam satis est, quod cura in habitu penes Abbatem ex aliqua recognitione annua quæ illi præstatur in signum supremæ curæ habituans, & actu penes Vicarium, sive Præpositum, Rota in Barchinonen. Vicariæ 17. Maii 1624. coram Merlino confirmata sub die 2. Decembris ejusdem anni coram Ubaldo, Caval. *decis.*274. Duran. *dec.*91. *n.* 1.

11 Itidem non obstat, quod Præpositus, sive Prior non recipiat congruam ab Abbate. Quia sufficit, fuisse assignatam super reliquis bonis Abbatiæ, ex traditis à Glos. *in cap. avaritiæ v. redditus, & cap. de monachis v. de proventibus de præb.* & in his terminis Rota in d. Barchinonen. Vicariæ.

12 Demum S. Congregatio Concilii, alias consulta, an in beneficiis regularibus, curam animarum habentibus commendari solitis, requiratur concursus juxta formam *cap.* 18. *sess.*24. respondit non requiri die 3. Augusti 1600. Et ad dubium Rotæ superioris propositum eadem S. Congregatio respondit, hujusmodi Prioratum ut potè regularem, quamvis, in Commendam concedi consueverit, nequaquam subjacere concursui. Quam Congregationis sententiam Sanctissimus ad se relatam approbavit.

13 Quod autem hujusmodi Ecclesiæ fuerint, ac sint regulares probari poterit ex earum erectione intra Ecclesias Monasteriales regulares, *cap. Cum ad monasterium de statu monach.* Ex instrumentis concessionis bonorum in Emphyteusim spectantium ad monasterium, ac pretio Laudemii. Ex quibus sequitur, quod sicut monasterium, tanquam caput est regulare, ita & Præpositura, sive Prioratus, uti membrum erit regularis, Gregorius XV. *decis.* 370. *num.* 3. Ex collatione beneficiorum quæ sunt erecta in his Ecclesiis, ex quo actu jurisdictio illarum probatur. Ex institutione præsentatorum ad alia beneficia de jure patronatus, & ex mandato tradendi possessionem directo Præposito regulari, ibidem residenti. Ex quibus sequitur, quod, præter exercitium jurisdictionis ex collatione, & institutione resultans, non solum Ecclesiæ sint regulares, sed etiam quod Præpositura ipsa Regularibus conferebatur, donec fuerit in Commendam à Sede Apostolica concessa, accedentibus præsertim litteris Apostolicis super hac narrativa, ut per Mar. Anton. *var. resol.*20. *lib.*1. *n.* 2. Ex antiqua inscriptione marmorea, quæ continet, Præpositum esse regularem, & confirmatum ab Abbate. Quæ inscriptio suffragatur hujusmodi probationi, Add. ad Buratt. *decis.* 602. *num.*9. *&decis.*274. *n.*7. *p.*2. *rec.* Ex præstatione annua quam Præpositi pro tempore exhibuerunt Abbati, seu Commendatario Monasterii. Quæ præstatio ostendit subjectionem, cùm dari consueverit in recognitionem superioritatis juxta *cap. omnis anima de censibus*, ubi dicitur, *ideo enim tributa præstari, quia hæc est probatio subjectionis.* Quo casu sine dubio ex solutione census probatur subjectio, Paris. *cons.*13. *nu.* 11. *lib.* 3. Seraph. *decis.*1015. *n.*10. *&* 12. Tambur. *de Jur. Abbat. disp.*15. *qu.* 6. *num.*8. in specie Duran. *dec.*91. *num.*1. *& seqq.* Ex libro Catastri Abbatiæ, in quo continentur collationes, Præposituræ spectare ad Abbatem, & Commendatarium Abbatiæ, & solutiones censuum factæ à Præpositis Abbati, & pro tempore Commendatario, ex quibus denotatur manifestè dominium Præposituræ esse penes Abbatem, sive Commendatarium Abbatiæ, qui census percipit, Rota *decis.* 102. *num.* 3. *p.* 2. *recent.* Ac præcipuè ex documentis publicis, in quibus legitur hujusmodi Ecclesias fuisse à Regularibus habitatas, & rectas, quæ si sint antiqua, plura, & super materia publica, & verisimili, etiamsi continerent enunciativas, plenè probant, ut per Caputaq. *decis.* 344. *num.*2. *p.*3. Seraph. *dec.*1272. *in princ.* Rot. *dec.*223. *num.*4. *p.*2. *& dec.* 683. *num.*3. *p.*1. *rec.* & docent, nedum regularitatem, sed etiam subjectionem, & annexionem, ac dependentiam à Monasterio, ut post Cardin. *in Clem.* 1. §. 1. *sub init. de jurepatr.* tradit Rot. *dec.*204. *n.*5. *p.*2. *rec.*

Quibus non obstaret, quod in penultima provisione 14
Papa motus fuerit ex narrativa ob non factum concursum, & collationem intra tempus designatum à Constitutione B. Pii V. Unde colligitur, quod necessariò Concursus requiratur.

Quia cùm Constitutio, quod ad tempus conferendi 15
disponat, tam de regulari, quàm de sæculari, & tali provisione nulla fieri potest collatio, quod Papa voluerit immutare statum dictæ Ecclesiæ, & sic defuit intentio; & maximè si etiam deficiat cursus temporis quadraginta annorum, cùm utrumque requiratur ad effectum immutandi statum. Rota in Faventina beneficii 21. Aprilis 1621. coram Pirovano, & in Sorana beneficii 9. Decemb. 1622. coram Merlino, Gregor. *dec.*334. *n.*26. Buratt. *dec.*926. *n.*10. & Duran. *d.*340. *n.*11. Si præpositura obtenta fuerit uti sæcularis, non facta mentione Commendæ, cùm esset solita commendari, utique dicta impetratio non nocet Abbati neque ab eo provisio, Duran. *dec.*234. *n.*8. *& dec.*340. *n.*11.

Sique narrativa sit erronea, cùm concursus ex jam dic- 16
tis non requiritur, & sic error non præjudicat veritati Rot. *dec.*710. *num.*6. *p.* 2. *rec.* Et in Barchinonensi Vicariæ 12. Decembris 1639. coram Coccino. Ubi enim Ecclesia parochialis est subjecta monasterio regulari vel ei est annexa, tunc locum non habet dispositio *d. cap.* 18. Sac. Concilii Tridentini, Rota *dec.*102. *nu.* 9. *part.* 1. *rec. & dec.* 323. *num.* 9. *p.* 2. *rec.* Caval. *dec.*274. *num.*5.

Eoque

17 Eoque magis, in casu, in quo de regularitate non potest dubitari, nec datur alius actus contrarius, Burat. *dec.* 635. *num.* 5. & sufficeret, quod ab antiquo tempore usque ad præsens à Monachis per Commendam concedi consueverit ad hoc, ut non requiratur concursus, Rota *d. dec.* 323. *nu* 3. *p.* 2. *recent.* Commenda quippe regularitatem demonstrat, cùm ab initio Commendæ institutæ fuerint super Monasteriis Regularium, ut advertit Tambur. *de jur. Abb. tom.* 1. *disp.* 4. *q.* 2.

18 Ac præcipuè si Præpositura sit in statu collationis absque concursu, in quo manutenenda est, & non redigenda in servitutem concursus, donec discutiatur, an reda in servitutem concursus, donec discutiatur, an revera jura sint in forma probanti, sitque Ecclesia regularis, an ne, ut fuit decisum in Ferrarien. Parochialis apud Garz. *de benef. p.* 9. *cap.* 2. *n.* 198. Unde si Episcopus prætendat, dictam Præposituram esse subjectam concursui, id tenetur concludenter probare.

19 Nec provisiones Apostolicæ immutant statum, eòque minus si emanaverint per modum Commendæ, Dec. *cons.* 126. *num.* 4. Rot. *dec.* 77. *num.* 4. *p.* 1. *rec.* Duran. *dec.*14. *num.* 15. Tunc enim magis elicitur intentio Papæ conservandi regularitatem ex traditis à Tambur. *d. disp.* 4.

20 Minusque obstaret, si ultimus status induci prætenderetur ex eo, quod Episcopus instituerit prælenratum ad Capellaniam Altaris in eadem Ecclesia existentis. Quia non recè infertur à jure instituendi ad præsentationem patronorum in aliqua Capellania erecta in Ecclesia ad collationem ejusdem Ecclesiæ, ut respondit Rota coram Vrgellen. *decis.* 14. *num.* 11. Ubi quod aliud est disponere de ipsa Ecclesia, aliud de beneficio in Ecclesia regulari. Et *decis.* 92. *num.* 17. ubi, quod etiam in Ecclesia regulari possint esse beneficia sæcularia pertinentia ad collationem Episcopi.

21 Effata de concursu ad Parochiales Ecclesias præter alia alibi dicta, sunt hujusmodi.

22 In Messanensi. Vicarius Capituli; sede vacante, debet ea omnia obire, quæ ex hoc decreto *c.* 18. *sess.*24. *de ref.* spectant ad Episcopum; occurrente vacatione, nec requiritur consensus Capituli ad deputandum Vicarium, & proponendum edicta concursus.

23 In Cremonensi. In parochialibus vacantibus per resignationem; Episcopus non potest eligere suum familiarem, vel consanguineum, licet essent magis idonei, stante Bulla B. Pii V. Immò isti tales non debent admitti ad concursum.

24 In Lucensi. Immissio in possessionem alicujus beneficii debet fieri ab inferiori Ordinario, ad quem spectat collatio, & non ab Episcopo.

25 Quando, & quomodo liceat Episcopo erigere Curatam in aliquo beneficio simplici, vide Rebuff. *in pr. benef. de erect. in Curat.*

26 Si, vacante Sede Apostolica, beneficium vacet in Curia, poterit ab Episcopo conferri, dummodo non sit alias affectum præter regulas Cancellariæ. Quia tales regulæ extinguuntur per mortem sui conditoris.

27 Si in Curia vacaverint, sede vacante, beneficia curata, Episcopi ea conferre poterunt, *cap. si Apostolica de præb. in* 6.

28 In Ravennatensi. Custodia, & Administratio bonorum parochialis vacantis cujus collatio ad inferiorem pertinet, spectat ad Vicarium, quem solus Episcopus deputabit.

29 Asserenti, beneficium non esse curatum, non incumbit probatio. Quia de jure communi nullum beneficium habet curam. Si quis autem illud curatum dicat, oportet, quod probet.

30 Nominatus, & electus ab Episcopo in concursu ad beneficium curatum, Sedi Apostolicæ referatum, si neglexerit obtinere à Papa provisionem, non præjudicat Episcopo, quin possit alium concursum facere, & aliam personam eligere.

31 Concursus non solum debet fieri in beneficiis vacantibus per mortem, sed etiam in beneficiis vacantibus per resignationem, & in hoc servanda est Constitutio B. Pii V.

An Episcopus possit alteri committere examen sibi à 32
Papa commissum per hæc verba: *In quo oneramus conscientiam tuam*, non exprimendo nomen proprium, vide Navar. *cons.* 2. *de offic. delegat.*

Vicarius Episcopi, habens facultatem conferendi 33
beneficia, non potest recipere resignationes.

Ætas, quæ requiritur, ad obtinendam parochialem, 34
præfinita est *in cap. licet canon. de elect. in* 6. videlicet viginticinque annorum, & an requiratur incepti, vel completi, vide Abb. *in cap. cum in cunctis* §. *inferiora, de electione.*

Beneficiorum vacantium fructus accipientes incur- 35
runt pœnas, *cap. generali, cap. quia sæpè de elect. lib.*6. *& cap. fin. de offic. ord. pariter in* 6.

Quando successor beneficiarii teneatur soluere debita 36
antecessoris, vide Navar. *de spol.* §. 10. *num.* 6.

Legionensis. Si monasterium vacet sit nullius diœce- 37
sis, itemque Abbas habeat jus congregandi Synodum diœcesanam, & solitus sit eam congregare, potest facere ea, quæ continentur in hoc decreto *c.* 18. *sess.* 24.

Al Vicario di S. Agata. *In risposta si dice della Con-* 38
gregatione, che le riserve, che si fanno in mano dell'ordinario, etiam nel mese Apostolico si ponno ammettere, perciochè il beneficio permutato primieramente non vaca, e la riserva di Nostro Signore, e solamente de' benefici, che vacano. Ma bisogna bene avvertire, che nella permutatione concorrano le circostanze della Bolla del B. Pio V.

In Collatione Parochialium exigui redditus, si pro- 39
posito edicto per concursum, nemo comparuerit, fiat secundum edictum examinis, sed sine concursu, si Episcopo pro sua conscientia cum deputatorum consilio ita expedire videbitur, servatis tamen temporibus præscriptis à B. Pio V. in Bulla super Collatione parochialium. Et in hujusmodi Parochialibus modici valoris adhibendi sunt tres examinatores necessariò.

Eorum dumtaxat debent admitti resignationes, qui 40
vel senio confecti, aut valetudinarii, aut corpore impediti, vel vitiati, vel censuris Ecclesiasticis irretiti, nequeunt, aut non debent Ecclesiæ, vel beneficio inservire, seu qui aliud, plurave obtinuerint beneficia, vel qui Religionem sunt ingressuri. Constitutio B. Pii V. 1. Aprilis 1568.

Archidiaconus à Papa provisus ab examinatoribus, & 41
à Magistro cæremoniarum Romæ approbatus, quod ad ipsum examen attinet, ad perceptionem distributionum quoridianarum admittendus est. Nec Constitutio Synodalis, videlicet, quod nemo ad distributiones admittatur, nisi fuerit in lectura, & cantu examinatus, dignitatem Sedi Apostolicæ reservatam, ac litteris Apostolicis collatam comprehendit. In Comensi 7. Id. Augusti 1568. & 8. Novembris 1569.

In vicentina. Episcopus occasione Ecclesiæ vacan- 42
tis, ad quam Abbas habet jus nominandi, ad examen illum admittere debet, quem sibi Abbas nominaverit; vacante tamen Ecclesia, ad quam Abbas jus habet conferendi, tantum nominandi ad Abbate examinandi erunt, & probandi per concursum, & Episcopus magis idoneum Abbati nominabit, cui Ecclesiam conferat 5. Aprilis 1569.

Tarvisina. Cùm vacaverint beneficia Curata, Abba- 43
tis provisioni spectantia, Episcopus, Ordinarius loci edictum concursus proponere debet, & Abbas collationem facere approbato ab Episcopo, & examinatoribus ordinariis. Idemque observandum, si Patriarchæ, seu alii habeant collationem parochialium existentium in aliena diœcesi.

In Aquilejensi, & in casu prædicto deputatio Vicarii, 44
donec provideatur parochialis de rectore, ad Episcopum, in cujus diœcesi parochialis est cum congrua arbitrio suo fructuum portionis assignatione, spectabit 14. Junii 1569.

45 In Neapolitana. In hebdomadariis existentibus in Ecclesia Collegiata, cui animarum cura annexa est ut Collegio, non ut singulis, examen per concursum non requiritur, sed in forma dignum. Idib. Augusti 1569.

46 In papiensi. Ex hoc decreto *c. 18. sess. 24.* non requiritur examen per concursum ad parochialem, quæ sit juris patronatus laicorum validi, sed admittendus est ad illud, qui intra tempus à jure patronis laicis præfixum fuerit ab ipsis præsentatus, & à deputatis examinatus, & idoneus repertus 28. Januarii 1570.

47 Cardinali Arminiaco. Resignans beneficium in manibus Ordinarii, illud amplius recuperare non potest, præsertim si talis resignatio facta fuerit post Bullam Pii V. 6. idib. Augusti 1567. editam 28. Octobris 1570.

48 Item Episcopus admittere non debet resignationem illius, qui sacro ordine insignitus existens, aliud beneficium, quo vitam suam commodè sustentare possit, non habeat, & si Episcopus contra præscriptum Bullæ resignationem admiserit, ipsum resignantem alere, ac ipsi alia ratione providere tenebitur.

49 In Patavina. In concursibus Parochialium Ecclesiasticorum vacantium, ad Examinatores non spectat decernere quis magis idoneus existat, sed ad Ordinarium.

50 In Lucana. Hoc examen omnino ad Episcopum spectat, in cujus diœcesi Ecclesia sita est, collatio fiat ab eo, ad quem de jure spectat, & si inferior habet jus præventionis in conferendo cum Ordinario, tunc debebit habita notitia vacationis Ecclesiæ, coram Notario declarare, se velle dictam Parochialem conferre, & ideò rogare Episcopum, ut proponat Edictum, & hac ratione tuebitur suæ præventionis jus 27. Octobris 1572.

51 In Interamnensi. Tres Examinatores omnino adhiberi debent; etiam in parochialibus modici valoris: Item licet Concilium non expresserit; an voto examinatorum palam, aut secreto fieri debeant, magis tamen expedit, ut examinatores palam inter se vota sua conferant, deinde notario jubeant, ut in actis suis simpliciter scribat, Titium approbatum idoneum, seu verò reprobatum.

52 Item approbantibus licet examinatoribus aliquem tanquam magis idoneum in scientia, cujus tamen mores ignorantur, & habentibus alium non tam doctum, sed ab eis cognitum, & approbatum in moribus, hic ultimus est præferendus.

53 Item sciendum est, quod Pius V. Constitutionem datam 15. Kal. Aprilis *1566.* appellationem concessit in favorem magis idoneorum, quibus alii minus idonei præferuntur, ex quo coram Judice appellationis, qui solet deputari Vicarius Vrbis à Papa, iterùm concursus fieri debet, & qui magis idoneus apparuerit, est præferendus. Interim verò non suspenditur collatio Ordinarii, ut in dicta Constitutione 20. Decembris 1572.

54 In Mediolanensi. Facultas data Episcopo ex hoc decreto cap. 18. ac Synodo remittendi formam in dicto decreto descriptam, non censetur revocata per Bullam Pii V. 24. Januarii 1573.

55 In Conchensi. Examen concursus non est necessarium in dignitate, quæ parochialem perpetuo, & accessoriè unitam habet 22. Januarii 1575.

56 In Messanensi. Si examen concursus, de quo in hoc decreto, ab Ordinariis fuerit factum, non servata forma ibi præscripta, ut per Examinatores non deputatos in diœcesana Synodo, cum Datarius in Urbe examen per concursum edicere consuevit 26. Aprilis. 1575.

57 S. Congregatio Concilii Tridentini. In permutationibus Ecclesiarum parochialium, quæ in manibus Ordinarii fiunt, non requiritur examen, neque edictum, de quo in hoc decreto, cum propriè non dicantur vacare, *Clem. 1. de rer. permut.* Si autem adesset magna inæqualitas numeri parochianorum, & quod alias isti permutantes non fuissent examinati, tunc examinandi erunt, sed absque concursu. In permutationibus verò, quæ fiunt de beneficio simplici cum Curato, licet non sit necessarius concursus, examen tamen necessarium est, si modò talis permutatio coram Ordinario jure fieri possit, & tales permutationes non admittantur, nisi prius constet de corpore beneficii, quod cum Ecclesia parochiali permutatur die 16. Januarii 1576.

In Bergomensi. Licet jurepatronatus laicorum intacta videantur à Concilio, non tamen possunt patroni, quacumque consuetudine contraria non obstante, ad nutum amovere semel præsentatum, & ab Episcopo approbatum 13. Maii 1586. concordat *cap. interea de jurepatr.* 58

In Mantuana. Congregatio Episcoporum. *La riserva, che fa il Papa de' mesi, s'intende di quei beneficii, che vacano per obitum, e non ha luogo nelle risegne, le quali ponno dall' Ordinario ammetterſi in ogni mese, servata però nel restante la Bolla di Pio V. 12. Novembre 1577.* 59

In Fesulana. Eadem. *Che non poteva surrogare alcuno in luogo degli Esaminatori deputati nella Sinodo per li concorsi, i quali erano morti, ma dovea fare la Sinodo, o deputargli nuovamente. E se haveva conferito beneficii curati senza Esaminatori, almeno finche fossero eletti nella Sinodo, la collatione era nulla. Die 8. Martii 1578.* 60

In Suanensi. Eadem Congregatio. *Che per vacare un beneficio per privatione semplicemente, non è percio di necessita riservato, purche per altra circostanza non sia riservato, cio è che vacasse in uno de' mesi Apostolici, ò per altro delle molte, che possono essere. Die 8. Aprilis 1580.* 61

In Camerinensi. Eadem. *Con tutto che l' Archidiacono di cotesta Catedrale sia stato fatto Protonotario Apostolico, niente dimeno la Congregatione giudica, che in Coro egli habbia da portare l'habito, che soleva prima ch' egli fusse Protonotario, e come hanno fatto i suoi antecessori, cio è conforme a' Canonici, die 17. Maii. 1583.* 62

In Vercellensi. Eadem. *Dovendo i Canonici, e beneficiati di Briella d'ordine vostro venir tutti alla Sinodo, onde la Chiesa rimarrebbe derelitta; la Congregatione ordina, che dobbiate proferire qualche numero moderato di Canonici, e beneficiati di quella Chiesa, che haveranno da venire, e di quelli, che doveranno rimanere al servitio della Chiesa, accio non rimanga abbandonata 10. Aprile 1584.* 63

In Laudensi. Vicario eadem. *Vn beneficiato, che è vecchio, quando è povero cosi, che non possa farsi dire ufficio da un' altro, stando e gli à sentirlo, bastera, che suppliſca à quest' obligo con altre orationi di corone, o di sette Salmi, se li sapra dire à memoria 17. Aprile 1584.* 64

In Mutinensi. Eadem cum Congregatione Concilii decrevit, quod Capellani pro exercenda animarum cura, quæ imminet Ecclesiis unitis monasteriis Regularium, nominandi sint à dictis Regularibus, & ab Episcopo examinandi, & approbandi 4. Februarii 1586. 65

In Lucana. *Andrea Silvestri ottenne dal Papa una Parochiale; e ne spedì le Bolle in forma dignum. Commessa la prima all' Ordinario, e la seconda a quello di Pistoia, presentate le prime all' Ordinario da gli Esaminatori, fu riprovato due volte, & essendo ricorso à quello di Pistoia con la seconda Bolla, non ostante la detta rejettione, fu approvato, e messo in possesso. La S. Congregatione de' Vescovi, inteso questo fatto, ordinò al Vescovo di Lucca, che sospendesse al detto Prete il possesso, e se si sentiva aggravato, venisse alla Congregatione; Et in tali casu* Illustrissimi Domini tenuerunt quod vigore secundæ Bullæ Episcopus Pistoriensis non poterat procedere ad executionem, nisi constito de negligentia executoris primæ Bullæ, & quod à rejectione ab Examinatoribus debebatur recursus ad superiorem via appellationis, & non ad exequutorem datum vigore secundæ Bullæ. Et ita audio, Rotam tenuisse 15. Septembris 1587. 66

In Marsicana. Eadem. *Che il Vescovo non poteva esequire una Bolla commessa al suo Vicario dalla Cancellaria parendo,* 67

parendo, che fosse eletta l'industria della persona 22. Septembris 1587.

67 In Gerundensi. Eadem. Pro collatione, aut institutione Ecclesiarum curatarum, Cancellarius poterit in singulis accipere mercedem suo labori convenientem, quæ tamen scriptura, sigillo, & cæteris omnibus computatis, unum aureum non excedat, & dummodo ipsi Cancellario salarium pro tali officio exercendo constitutum non sit, ex qua etiam pecunia nihil prorsus emolumenti ad collatores, seu institutores directè, vel indirectè perveniat, & idem servandum est in beneficiis simplicibus 25. Octobris 1588.

68 In Sarzanensi. Licet ex decretis Concilii post minores ordines expectandus esset annus, antequam quis ad sacerdotium promoveatur *c. 11. sess. 23.* potest tamen quis Parochialem acquirere, etiamsi non habeat aliquem ordinem sacrum, & intra annum debet ad sacerdotium promoveri.

69 In Aquilana. Deputatio Vicarii, donec provideatur parochialis de pastore, spectat ad Episcopum, in cujus diœcesi sita est parochialis.

70 In collatione Archipresbyteratus, qui neque parochiam, neque parochianos habet, Ordinarius non tenetur proponere edicta pro concursu.

71 In Farensi. Canonicatus Cathedralium non comprehenduntur in hoc decreto de concursu.

72 In Paduana. Collatio Mansionariarum curatarum facta sine examine concursus nulla est judicata, etiam quod consuetudo esset, quod conferrentur simpliciter. Sciendum tamen est, quod postea fuit à Sanctissimo declaratum in hujusmodi Mansionariis concursum non esse necessarium.

73 In Pennensi, & Adriensi. Non examinatus, qui obtinuit Parochialem, in qua vigore hujus decreti Concilii nullum habet jus, si examini subjicere se vult, est audiendus.

74 In Conchensi, Examen concursus in parochialibus est necessarium, etiam in illis locis, ubi sunt factiones, & partialitates, propter quas timentur scandala, in concursibus peragendis.

75 In vercellensi. Ob tenuitatem Parochialium, quando, proposito edicto, nullus ad edictum comparet intra terminum à B. Pio V. in sua Bulla statutum, consuevit Sanctissimus adhibere remedium, ut sine concursu provideatur cum examine tamen, & in reliquis, servata dicta Constitutione.

76 Eadem Sacra Congregatio Concilii censuit, etiam Episcopis supplicantibus, ut denuò examinatis illis, qui parochiales sine concursu obtinuerunt, post Concilium possent eidem mediocriter idoneis collationes facere sine alia nova provisione.

77 In Parochialibus per resignationem in favorem, quam appellant, vacantibus, concursus fieri non debet, cum propriè non dicantur vacare. Provisiones tamen istarum Ordinariis committuntur, qui, examinatis provisis, & idoneis repertis, eisdem parochiales conferunt.

78 In Laudensi. In parochiali, quam quis acquirit per regressum, non est necessarium examen. Quod intelligendum est, si eam aliàs possederit.

79 In Camerinensi, & Ravennatensi. In permutationibus, quæ fiunt de beneficio simplici, & Curato, licet non sit necessarius concursus, examen tamen est necessarium, & ne fraus fiat apparere debet de corpore beneficii simplicis permutandi.

80 In Novariensi, Hoc decretum habet etiam locum quando hujusmodi beneficia parochialia vacant per resignationem. Et ideò Episcopus curare debet, ne ad concurrendum admittantur personæ suspectæ, enumeratæ in Constitutione B. Pii V. 1568. Kal. April. an, ejus tertio.

81 Messanensi. In beneficiis curatis reservatis Sedi Apostolicæ, & quibusvis aliis, etiam ex antiqua consuetudine, Ordinarii proponant edicta concursus, & à Sede Apostolica provisio fiat approbato ab Examinatoribus juxta Constitutionem B. Pii V.

In Tarvisina, & Mutinensi. Vacantibus Ecclesiis Curatis ad Collationem Abbatis Episcopus edicta concursus proponere debet, & approbato ab Episcopo, Abbas conferet beneficium. 82

In Oscensi, & Aquilana. Capitula, & inferiores collatores, qui provident Parochiales sine examine concursus, reprehenduntur, eorumque collationes nullæ sunt, debentque hoc casu Episcopi locorum edicta concursus proponere præfatis Parochialibus, approbati ab ipsis Romam mittent pro expeditione litterarum, cum provisio illarum parochialium ad Sedem Apostolicam spectet per Bullam B. Pii V. de collationibus Parochialium Ecclesiarum. 83

S. Agathæ. Examen omissum in parochialibus per concursum, viciat collationes. 84

In Ravennatensi. Custodia, & administratio bonorum Parochialis vacantis, cujus collatio ad inferiorem pertinet, spectat ad Vicarium, quem solus Episcopus deputat. 85

In Tudertina. Episcopus si ob tenuitatem parochiæ, vel alias, nullum inveniat, qui eam velit, curare debet, ut saltem aliqui mercenarii diurni, vel hebdomadarii, aut vicini parochi curam animarum interea exerceant, donec aliquis inveniatur. 86

In Nucerina. *Hæc verba si opus fuerit* posita fuerunt in dicto decreto *cap.* 18. ut in eadem Ecclesia possint esse aliqui Ministri Sacramentorum, qui interea curam illam, quæ ad defunctum pertinebat, exercerent, aut aliqui vicini parochi, libenter id præstarent, aut alii similes casus evenirent, quibus apparet ibi Vicarium constituere. 87

Nullius. Vicarius in parochiali vacante constitutus tamdiu poterit ibi retineri, quamdiu poterit ibi concursus haberi. Nam quandoque propter metum, vel aliam justam causam edicta proponi, nec concursus fieri possunt. 88

In Tudertina. Hæc portio remittitur arbitrio Episcopi, pensata qualitate beneficii, ac Vicarii deputandi, & ex fructibus percipiendis sumenda est, nisi sint aliquæ personæ obligatæ ad supplendum aliunde. 89

In Veronensi. Episcopus non satisfacit Concilio proponendo Examinatoribus pro concursu beneficiorum, quem ipse idoneum judicaverit, sed tenetur plures nominare, & alios ab aliis nominatos admittere. Sicque examen per concursum facere, exceptis illis casibus, de quibus in fine hujus Capituli *vers. si tamen.* 90

In Tarvisina. Proposito edicto, licet comparens haberet aliam parochialem, debet admitti ad aliam parochialem. 91

In eadem. Concursus ad parochiales, ita semper sunt necessarii, ut nullus de illis ab Episcopo provideri possit sine novo concursu, licet alias fuerit examinatus, & approbatus. 92

In eadem. Hoc edictum debet proponi ad beneficia, quæ sunt in diœcesi, secus si essent extra, aut subjecta Abbatiæ, quæ esset nullius. 93

In Cremonensi. Tres examinatores etiam omninò adhiberi debent in parochialibus modici valoris. 94

In Mediolanensi. Licet isti Examinatores quotannis in Synodo diœcesana deputari debeant juxta *c. 2. ejusdem sess. 24.* nihilominus, si Synodus non fiat, Examinatores semel deputati hoc munus exercent, donec Synodus habeatur. 95

In Tarvisina. Episcopus, aut Vicarius in concursibus votum decisivum non habent, nisi Examinatores fuerint pares, vel singulares in votis suis. Nam si plures examinati obtinuerint vota ab Examinatoribus, accedente Episcopo, vel Vicario, erit approbatus. Idem si esset unicus tantum comparens, qui obtinuerit vota paria, accedente Episcopo, vel Vicario, erit approbatus. Sciendum tamen est, quod si vota Examinatorum fuerint singularia, & quilibet unum approbaverit, acce- 96

accedente Episcopo, vel Vicario, nullus erit approbatus. Immò quando Examinati, qui, accedente voto Episcopi, vel Vicarii non habuerint ultra dimidiam votorum, censebuntur approbati.

97 In Hieracensi. Examinatores debent dare vota sua, sed Episcopus non tenetur ex collatione votorum eligere, sed potest cui maluerit ex approbatis beneficium conferre, non habita ratione calculationis ipsorum votorum. Debet tamen expectare, ut Examinatores renuncient, quos judicaverint idoneos.

98 In Padavana. Episcopus autem, qui non constituit hos examinatores in Synodo, sed ex ipso deputavit, vel quia priores erant mortui, vel quia nulla aderat facultas congregandi Synodum, nulliter providere de parochialibus; licet quandoque Sanctissimus D. noster mandaverit, istos tolerari, injungendo, ut quamprimum facta Synodo, novi eligantur examinatores, & quod provisi per concursum cum examinatoribus ab Episcopo solo deputatis, novas provisiones impetraverint, vel denuò legitimè examinati, & approbati ab Episcopo, de eisdem Parochialibus provideantur, si in mensibus Ordinarii vacaverint.

99 In Marsicana, Farfensi, Legionensi &c. Commendatarius Abbatiæ, habentis jura Episcopalia, potest coram se, vel suo Vicario de Curatis vacantibus concursum facere, si modo habeat jus congregandi Synodum, & eligendi examinatores.

100 In Salamantina. Commendatarius Abbatiæ exemptæ, existentis intra fines alicujus diœcesis, & habentis jura quasi Episcopalia, non potest facere concursum beneficiorum curatorum, sed hoc spectat ad Episcopum in cujus diœcesi est Abbatia, qui, electo magis idoneo, mittet eundem ad Commendatarium pro collatione.

101 In Arianensi. Non licet Examinatoribus, etiam vigore consuetudinis, peracto examine, aliquid accipere ab eo, cui collatum fuit beneficium.

102 In Salernitana. Non potest Ordinarius statuere aliquod stipendium, etiam minimum, Examinatoribus deputatis in Synodo pro concursu parochialium. Et si Synodus diœcesana secus statuerit, decretum esset nullum, & irritum.

103 In Perusina. Peracto examine, si ante factam collationem veniat alius, & petat ad examen admitti, non debet audiri; Et idem judicandum, si compareat, elapso termino edicti.

104 In Barchinonensi. Sciendum quod aliqui Examinatores prætendebant, ad eos spectare idoneiorem declarare, & ita de facto plures fuerunt provisi, quibus ex gratia Sanctissimus mandavit, ut expediret novas provisiones.

105 In Paduana. Quod si nullus sit idoneus, Sanctissimus mandavit, parochialem conferri uni ex comparentibus minus sufficienti, quem postea instrui curare debet Episcopus, ut idoneus evadat.

106 Per hoc decretum *cap.* 18. *sess.* 24. nulla facultas data est Examinatoribus in electione idoneioris, cui beneficium conferendum, sed ea ad solum Episcopum spectat.

107 In Barchinonensi. Electio dignioris ad solum Episcopum spectat, licet institutio à Papa facienda sit.

108 In Tarvisina. Episcopus ex approbatis potest eligere quem maluerit, licet aliqui plura, vel omnia vota habuerint. Nam satis est, electum ab Episcopo fuisse approbatum.

109 In Lucensi. Immissio in possessionem alicujus beneficii debet fieri ab inferiori Ordinario, ad quem spectat collatio, non autem ab Episcopo.

110 In Bracarensi. Si beneficium curatum juris patronatus Ecclesiastici in mensibus Sedi Apostolicæ reservatis vacaverit, Episcopus nulla habita ratione patronorum, debet edicta proponere, & idoneum eligere mittendum Romam cum fide Ordinarii à Summo Pontifice instituendum, sicut fit in aliis Curatis, quæ non sunt de jurepatronatus.

111 Si institutio istarum Parochialium de jurepatronatus Ecclesiastici ad inferiores pertineat, licet exemptos, & Abbates, nihilominus Episcopus Ordinarius debet edicta concursus proponere, & inferior instituet magis idoneum approbatum ab Episcopo. Quod si secus fiat, collatio est nulla. Si juspatronatus mixtum fuerit, laicale scilicet, & Ecclesiasticum, quoad examen, velut Ecclesiasticum censendum est. Quod procedit, etiam si duæ partes illius pertineant ad laicos Patronos. Vacante Parochiali ad institutionem, seu præsentationem Capituli, potest Episcopus cum nominatis à Capitulo, tanquam patrono, alios ad concursum admittere. Quando autem institutio spectat ad Episcopum, Capitulum tenetur præsentare Ordinario digniorem inter approbatos ab Examinatoribus, ut ab eo instituatur. Si verò institutio à Capitulo facienda est, Episcopus solus debet eligere digniorem.

112 In Cæsaraugustana. Monitio facienda est Regularibus pro nominando Rectore ad parochialem quomodo, & quando facienda sit, vide *sess.* 21. *c.* 6.

113 In Atrebatensi. Per verba hæc, *inter approbatos*, apposita in dicto *c.* 18. fuit resolutum, Examinatores plures approbare debere, ut patronus Ecclesiasticus unum eligere possit Episcopo præsentandum pro institutione, etsi repugnet hoc decretum illis Examinatoribus, qui unum tantum probant, ut electio patrono tolleretur.

114 In Barchinonensi. Vacante parochiali juris patronatus Ecclesiastici, cujus institutio spectat ad Episcopum, facultas judicandi digniorem ex approbatis pertinet ad Patronum Ecclesiasticum, & Episcopus tenetur illum instituere, quem dictus patronus digniorem judicaverit, & præsentaverit.

115 In Hieracensi. Vacante parochiali juris patronatus Laicorum, potest Patronus unum tantum præsentare, nec est opus facere concursum.

116 In Legionensi. Constitutio B. Pii V. quæ concedit appellationem illis, qui rejecti sunt ab Examinatoribus, loquitur de beneficiis, quæ dantur per concursum, nec habet locum in beneficiis, de jurepatronatus.

117 In Placensi in Hispania. Provisio Parochialis facta ei, qui non fuit examinatus, vel approbatus ab Examinatoribus in Synodo deputatis, sed ab aliis, quos Episcopus elegit, provisio nulla est, & beneficium potest impetrari, ut reservatum, etiam ex Bulla B. Pii V.

118 In Veronensi. Propositio edictorum publicandorum pro concursu est relicta arbitrio Episcopi, vel Synodi provincialis.

119 In portugallensi §. *Si verò jusp atronatus Ecclesiastici erit*, habet locum in beneficiis, quæ de jure patronatus Regii existunt ratione militiarum, quæ sunt Ecclesiastica.

120 In Segobiensi. Quando cura pertinet ad Canonicum, & ad præsentationem Capituli, ad quod collatio hujusmodi Canonicatus spectat, Episcopus debet ponere examen concursus, & si hoc examen ab aliquo fieret, collatio est nulla.

121 Congregatio censuit, non requiri examen per concursum in Prioratu monasterii, quod dari solet in Commendam sæcularibus, licet habeat curam animarum, quia per Commendam non mutatur status beneficii.

122 Episcopus non potest solus facere Concursum, quando habet Vicarium generalem sibi Roma missum, sed assistere debet etiam Vicarius, qui procurabit ut omnia canonicè fiant. In Narniensi 2. Octobris, 1655.

123 Sed si Vicarius sit Apostolicus, ad ipsum solum, non ad Episcopum pertinet facere concursum, sicut & Synodum, & declarare magis idoneum, quia Episcopus non habet, nisi administrationem Ordinis. Irnycensi 9. Junii 1608. & in Bisianen. 16. Maij. 1653.

CON-

CONSULTATIO LXXVIII.

An, attenta Constitutione, authoritate Apostolica emanata, & in viridi observantia existente, quod scilicet ad electionem Vicarii Capitularis duæ ex tribus partibus concurrere debeant, electio aliter facta, sit irrita? Et quid interim, donec id probetur, agendum sit?

1 Difficultas oritur, quia, licet juris communis inspecta dispositione, major pars Capituli sufficiat ad Vicarii Capitularis electionem, nihilominus cum hujusmodi Constitutio fuerit semper observata in omnibus Vicariorum Capitularium electionibus, quæ uti interpretativa est semper attendenda, non obstante, quod contrarius intellectus sit de jure verior, ut per Rot. *decis.* 374. *num.* 3. *par.* 1. *div. & decis.* 608. *num.* 6. *in rec.* ubi firmatur, quod privilegia Apostolica subjacent observantiæ interpretativæ, etiam si intellectus datus pro observantia sit malus, vel de jure non tenendus, & magis attenditur interpretatio defecta ex observatione, quam proprietas verborum ipsius dispositionis, Cravet. *in resolus. prog ner. num.* 317. Menoch. *cons.* 390. *numer.* 2. Beltram. *in addit. ad dec. Gregor.* 148. *num.* 8.

2 Quod non est in terminis nostris, cùm hujusmodi Constitutio sit confirmis dispositioni *cap. quia propter de elect.* ideòque est omninò servanda. Quia ubi Constitutio, & statutum loquatur, silent omnes leges, & dicitur casus legis, & inanis est omnis disputatio, Bald. *in l. Gallus* §. *si ejus in* 2. *not. de lib. & posth.* Gratian. *discept. for. cap.* 561. *num.* 3. *& cap.* 647. *num.* 21. *& cap.* 669. *num.* 14. Maximè quando servantur in arca Capituli sub clavibus, & Capitulum illis utitur, Gratian. *c.* 487. *num.* 27.

3 Undè cùm electio aliter facta sit contra formam *d. cap. quia propter*, est ipso jure nulla, & dicitur non electi, *cap. audiur, cap. Cumana, & cap. Ecclesia vestra de elect.* Quinimò ex verbis *d. cap. Quia auditis*, nulla requiritur sententia Butr. *in d. cap. num.* 21.

4 Observantia verò d. Constitutionis probari poterit ex depositione Secretariorum Capituli, quibus in pertinentibus ad eorum officium, omninò credendum est, Bartol. *in Extravag. ad reprimendum num.* 10. Menoch. *de arbitr. cas.* 99. *num.* 4. & aliis, quos allegat, & sequitur Lotter. *de re benef. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 51. Partique adversæ incumbit onus probandi inobservantiam, & non usum, cùm semper præsumatur pro observantia, & asserendi contrarium incumbit onus probandi. Ego tamen rescribendum putarem, ut transmittatur integra hæc Constitutio, & interim nihil innovari.

CONSULTATIO LXXIX.

An in Ecclesiis, vel Oratoriis publicis Confraternitatum possit exponi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, ac fieri Sepulchrum feria quinta majoris Hebdomadæ?

1 Affirmativè respondendum videtur, præsertim tempore publicarum necessitatum, ac devotionis solumque asservatio Eucharistiæ prohibetur in Ecclesiis non parochialibus, quia spectat ad parochialem juxta *can. tribus* §. *tanta de consecr. d.* 2. non autem simplex expositio, etiam in forma quadraginta horarum pro causa aliqua, & cum licentia Ordinarii, ut sæpiùs declaratum est à Sac. Congregatione super Episcopis, referente Nicolio *in Flosculis v. Eucharistia num.* 23. *& seq.* Vndè non potest se opponere Parochus prætextu, quod requiratur sua licentia. Maximè autem si non exponatur tempore, quo exponeretur in parochiali, cui propterea non aufert concursum, atque adeò nullum infert præjudicium juribus parochialibus, quæ solum rediguntur in Sacramentorum administrationem, sive communionis in Paschate, baptismi, matrimonii, viatici, extremæ unctionis, in perceptionem decimarum, in jus sepulturæ, ac similium juxta Gloss. *in cap. quia ex eo v. juribus parochialibus de pact. in* 6. Sylvest. *in Sum. v. Parochia*, & aliis, & ideò in hujusmodi Ecclesiis, & Oratoriis possunt peragi omnes illæ functiones, quæ sine præjudicio Jurium Parochialium prosunt saluti animarum, & augent cultum divinum. Eoque magis, si exponeretur non in forma quadragintahoralium, sed paucis horis sine processione, ut ex relata declaratione S. Congregationis.

2 Et quod attinet ad sepulchrum ob eosdem rationes nequit impediri, & quamvis videatur functio parochialis, non tamen est jus parochiale, & ad summum requireretur cum licentia Ordinarii, etiam licentia Parochi, quam si hic denegaret, sufficeret licentia Ordinarii, ut similiter ab eadem S. Congregatione super Episcopis declaratum refert idem Nicol. *loc. cit. v. Confraternitas num.* 19.

3 At nihilominus tenendum est. Quod attinet ad expositionem Sanctissimæ Eucharistiæ, uti præjudiciosam Ecclesiæ, Matrici, sive parochiali, nihil est innovandum, atque adò non est permittenda. Siquidem non aliter tribuitur licentia constituendi hujusmodi Ecclesias, sive Oratoria, nisi sub hac expressa, vel tacita conditione, quod juxta Sacros Canones illæsa semper remaneant jura quomodolibet Ecclesiæ parochialis competentia ita, ut per eam facultatem non intelligeretur irrogatum aliquod, ne minimum quidem, præjudicium juribus parochialibus, ut constat ex literis S. Congregationis super Episcopis in hunc tenorem: Al Vescovo di Gaeta. *La S. Congregatione ha risoluto à relatione di Monsignor mio Eminentissimo Cardinal Pidone, che l'Università, e huomini del Castigione di cotesta diocese possino proseguire & ampliare la fabrica dell' Oratorio, e Chiesa della Compagnia della Madonna del Carmine situata dentro i limiti della Chiesa parochiale del Monastero di S. Erasmo, non ostanti le opposizioni fatte loro dall' Abbate, e Monaci Olivetani del medesimo Monastero, con questo però, che restino salve le ragioni, che conforme la disposizione de' Sagri Canoni, e Costituzioni, e decreti Apostolici in qualunque modo competano alla suddetta Chiesa parochiale, e che per la permissione della detta fabrica non s'intenda indotto pregiuditio di sorte alcuna all' istesse ragioni parochiali. E che però particolarmente non si possi fare la processione, che, come ne viene præsupposto, si è fatta negli anni passati dall' Università, e huomini suddetti commin:stri parati, con portare un reliquiario fino alla spiaggia del mare, e con far bene dire l'istesso mare. Il che l'Eminenze loro mi hanno commesso di significarvi, affinche ne procuriate, che tal risolutione venga puntualmente eseguita, e state sano. di Roma a' 12. di Decembre 1631. Al piacer vostro. Il Cardinal S. Onofrio.*

4 Et iterum: *Al Vescovo di Caieta. Essendosi veduta la vostra relatione sopra il memoriale dato per parte dell' Abbate Olivetano di S. Erasmo di Cossiglione in cotesta diocese, à cui spetta la cura dell' Anime di detto luogo circa la pretensione, che hanno i Preti della Chiesa detta del Carmine, di potere esporre il Santissimo Sagramento senza alcuna facoltà in pregiuditio della Chiesa parochiale, contro il solito, questi Eminentissimi miei Signori mi hanno consigliato di soggiungervi, che diate ordine, che non s'innovi intorno a ciò cosa alcuna. Io ve lo significo, e state sano. Di Roma a' 7. di Settembre 1663. Al piacer vostro. Il Cardinal Ginetti.*

5 Undè postquam concessa fuit licentia hujusmodi Ecclesias, & Oratoria construendi sub hac conditione, non debet permitti, eam in aliquo violari, sed religiosè servanda est, ut dixit Rota *decis.* 252. *in princ. par.* 6 *rec.* & in Fanensi præcedentiæ 1. Julii 1648. §. *Ultimus quia Capitulum* coram Arguelles.

6 Neque dubitari potest, quin expositio hujusmodi sit præjudicialis Ecclesiæ parochiali, dum ex ea perneceſſe

tolleretur populi concursus ad illam, atque adeò inferret ei maximum detrimentum, præsertim in locis exiguis. Consistit enim præcipuè jus parochiale in loco, quod Parochiani in suas Ecclesias conveniant, ibique Sacramenta, & benedictiones recipiant, ut ex Innocentio in *rubr. de paroch.* tradit Fusch. *de visit. lib. 2. cap. 2. num. 8.*

7 Atque hinc est, quod in Ecclesiis, sive Oratoriis sitis intra limites Parochiarum, non possint fieri aliquæ functiones solemnes per Capellanos earundem Ecclesiarum absque expressa licentia Ordinarii, & ipsius Parochi, ad quos eædem functiones pertinent, & inter alias prohibita fuit expositio Sanctissimi Sacramenti à Sac. Rituum Congregatione in Neapolitana 18. Maji 1602. cujus decretum refertur à Quaranta in *Sum. Bullar. v. Missa in fine*, à Pasqualig. *de sacrif. novæ legis quæst. 353. num. 1.* à Nicolio *v. Confraternitas num. 19. & v. Parochus num. 18.* à nobis alibi, ejusque meminit Marchin. *de Sacram. Ordin. par. 4. pag. 8. nu. 6.* Barbos. *in collect. Bullar. collect. 541. num. 8. & de potest. Paroch. par. 1. cap. 11. num. 50.* juvatque illud iterùm integrè adducere, estque hujusmodi.

8 *In Ecclesiis non parochialibus, & quæ sub magistrorum laicorum gubernio, & directione esse solent, sacerdotalia munia, ac presbyterales functiones, quæ populi, & animarum curam quoquomodo concernere videntur, quales sunt candelarum, cinerum, palmarum, fontis baptismalis benedictiones, Sanctissimi Sacramenti delationes, celebrationes Missarum feria quinta in Cœna Domini, & Sabbati Sancti, aspersiones domorum, atque in Dominicis diebus in Ecclesia fiunt, quæque circa cultum Sanctissimi Corporis Christi in 40. horarum oratione, & similes, non ad Capellanos, seu Sacristam Ecclesiarum hujusmodi ab eisdem laicis deputatos, sed ad Parochum, seu Rectorem animarum curam habentem pertinere censuit S. Congregatio.*

9 Et in Oratoriis Confraternitatum omnes istæ functiones, quæ ad parochum propriè pertinent, ac de juribus parochialibus sunt, prohibitæ quoque fuerunt à Concilio Mediolanensi 7. *tit. de Societatibus.* Et in *Concil. quarto tit. quæ ad S. Eucharistia Sacramentum pertinent vers. Oratio 40. horarum*, provide, & salubriter statutum fuit, quod in eis solum Ecclesiis, sive sæcularibus, sive Regularibus hæc expositio fiat, in quibus Sanctissimum Sacramentum assservatur. Utque id cum dignitate, ac decore agatur, præscribitur forma omninò servanda, præsertim, quod in processione non interveniat minor numerus Clericorum, quam sex, quodque duo ad altare orantes semper assistant, aliaque pluta decernuntur, quæ vix in hujusmodi sæcularium Ecclesiis, ac Oratoriis servari queunt, & generaliter relato dicto Concilio, tradunt Bonac. *tam. primo disp. quarta quæst. ult. pun. 7. §. 4.* Ricciul. *var. lucubr. lib. 4. cap. 6. cum seqq.* Nicol. *d. verf. Parochus nu. 17.* & declaravit eadem S. Congregatio super Episcopis in Caietana 27. Martii 1602.

10 Cùmque in hac functione Sacerdos ante repositionem Sanctissimi solemniter benedicat populo cum Eucharistia, hic actus, veluti jurisdictionalis, fieri non potest intra limites parochiæ ab alio, quam à Parocho, ut advertit Gavan. *in rubr. Missal. par. 4. tit. 19. num. 1. & 20. & ex* eo Nicol. *d. v. Parochus num. 17.* inquiens, distinguendum esse inter benedictiones privatas, & publicas, cum istæ cuicumque alii Sacerdoti, præterquam Parocho, prohibitæ sint, referuntque decreta S. Congregationis.

11 Igitur absque interventu Parochi, vel de ejus licentia. Confratres non possunt in suis Ecclesiis, sive Oratoriis has functiones solemnes à suis Capellanis celebrari facere, sed quatenus expositioni esset locus, vocari debet Parochus, ut Missam cantet, & Psalmum solemni supplicatione deferat, isque solus populo benedicere, ut asserunt citati Doctores, & habetur expresse in adducto decreto S. Rituum Congregationis.

12 Eoque minus permitti debet hæc expositio in hisce Ecclesiis, vel Oratoriis, si ea frequenter fiat in Ecclesia parochiali per Parochum, vel per Confraternitatem Sanctissimi Sacramenti ad id in ea institutam singulis scilicet tertiis Dominicis cujuslibet mensis cum solemni processione. Quod in locis, & Oppidis habitantibus non frequentissimis satis esse poterit, ne alias tanta majestas vilescat. Quod summoperè cavendum est, quemadmodum etiam cavetur in Synodo diœcesana Mediolanensi 11. in monitis executionis decretorum, quæ ad Sacramenta pertinent ibi: *Sanctissima Eucharistia, ne quavis causa, sed publica tantummodo eaque gravi exponatur, servatis omninò regulis præscriptis.*

13 Longèque minùs est permittenda celebratio Missæ cum sepulchro Feria V. Cœnæ Domini ratione præjudicii, quod inferretur Ecclesiæ parochiali, ut in specie, quod ea non debeat permitti in Ecclesia, seu Oratorio Confraternitatis decrevit S. Rituum Congregatio in dicta Neapolitana, ut tradit Barbos. *de potest. paroch. d. num. 50.* ubi ad rem quærit, an feria quinta in Cœna Domini, ac Sabbato Sancto possit fieri Sacrum in Ecclesiis, sive Oratoriis Confraternitatum, vel confici sepulchrum cum assservatione Sanctissimi Sacramenti, & respondet, non posse, cum non sint Ecclesiæ Parochiales, aut Regulares, quibus id conceditur ex privilegio.

14 Et quamvis Marchinus, Pasqualigus, Barbosa, & Ricciullus locis allegatis dicant, posse Episcopum licentiam concedere, ut in Oratoriis Confraternitatum possit exponi Sanctissimum in oratione 40. horarum, & assservati in sepulchro.

15 Hæc tamen licentia neque ab Episcopo, neque à S. Congregatione videtur concedenda, quando præjudicium infertur Ecclesiæ parochiali in loco præsertim habitatoribus infrequenti. Nam eo die feriæ quintæ tam celebri Ecclesia parochialis omninò destitueretur suo populo, quod præjudicium maximè consideravit S. Carolus, cujus litteræ hac de re adducuntur à Barbosa *de potest. Parochi par. 1. cap. 11. n. 52.*

16 Deinde si Parochus deberet ipsemet, ut ait decretum in dicta Neapolitana, celebrare Missam in Ecclesia, vel oratorio Confraternitatis, ac reponere Sanctissimum in Sepulchro ibi præparato, deberet utique deserere Ecclesiam parochialem. Quod non licet *cap. 1. de aut. & usu pal.* Vvames *cons. 437. nu. 2.* Gratian. *discept. 799. num. 11.*

17 Non obstat, quod parochus poterit id committere Capellano Confraternitatis, vel aliis presbyteris. Nam secundum veram antiquorum opinionem unica tantum Missa solemnis eo die celebrari debet, reliqui verò Sacerdotes debent recipere Eucharistiam à suo Prælato, *can. in Cœna de Consecr. dist. 2.* Gavant. *in rubr. Missal. par. 4. tit. 8. nu. 7.* Ordo Roman. *cap. de Cœna Domini.* Almin. *de direct. offic. eod. cap.* Et quamvis opinio sit, quod etiam Missæ privatæ in feria quinta Cœnæ Domini celebrari possint, ut per Pasqualig. *loc. cit. quæst. 351. num. 2.* Non est tamen impertienda licentia, ut celebretur ubique Missa solemnis, sed solum in Ecclesia parochiali, & loquentes de celebratione Missæ, cum assservatione Sanctissimi Sacramenti Eucharistiæ, non posse celebrari, tradunt Marchin. *de Sacram. Ord. tr. 3. cap. 8. num. 6.* & Garzia. *in Sum. tr. 3. diff. 2. dub. 4. pun. 1. n. 5.*

18 Quare constituo hanc regulam. In Ecclesiis, sive Oratoriis publicis, in quibus non assservatur sacrosancta Eucharistia, non potest, neque debet illa exponi, neque in Sepulchro feria quinta in Cœna Domini condi, servandumque omninò hac in re decretum S. Rituum Congregationis in dicta Neapolitana, & in Cæsaraugustana, quod etiam alibi retuli, non autem opinio Doctorum.

CON-

CONSULTATIO LXXX.

1 IN celeberrima cujusdam Sancti Ecclesia, in cujus ará principi ejus corpus quiescit, plurima Missarum onera perpetua sunt earumque in dies plurimæ fiunt oblationes manuales, non solum à confluentibus, sed etiam ab absentibus ex omnibus ferè Christiani Orbis partibus, qui petunt, quod in ipsa ara celebrentur; unde Missæ manuales quotidianæ nequeant in ea celebrari, vel quia magnus aliquis Princeps efflagitat, ut in ea celebretur Missa solemnis pro gratiarum actione ob victoriam adeptam, ob valetudinem restitutam, vel aliam ob causam, quæ totum fermè tempus ante meridianum exercent, adeò quod nulla penè Missa manualis in ea celebrari queat, vel quia illuc accedat celebraturus, aut Cardinalis, aliusve ex primoribus Antistes, aut nobilis Sacerdos ex longinquis regionibus, tum sæcularis, tum regularis; quibus nullatenus denegari possit facultas celebrandi, aut celebrare faciendi in ipsa ara. Ideò quæritur.

An Missa perpetua in hisce casibus possint celebrari in aliis Altaribus ejusdem Ecclesiæ cum ejusdem Sancti Imagine, ex eo præcipuè quod ipsa ara nullo privilegio donata sit præter corporis ipsius Sancti?

Quidve si donata esset privilegio piacolari?

2 Ad primum. Concedendam esse censeo hanc facultatem, ad quam impediendam obstare non potest, quod videatur quædam dispositionum commutatio.

3 Primò, quia non dicitur propriè commutatio, quando finis dispositionis servatur, cum in quacumque dispositione causa finalis sit præcipuè servanda, illaque magis attendenda, quàm ipsa dispositio, ut per Rot. *dec. 193. num. 7. p. 1. dec. 39. num. 9. p. 4. decis. 429. n. 3.* *par. 3. dec. 480. num. 2. p. 2. recent.* & in Romana depositi 15. Decembris 1645. *recent. §. hinc*, coram Card. Corrado. In hoc autem casu servantur dispositionis causæ finales, etiam per deputationem alterius altaris. Nam causæ, quæ moverunt testatores ad legendum pro celebrandis missis in celeberrima illa ara duæ tantum adduci possunt, suffraglum scilicet eorum animarum, & affectus devotionis erga illum Sanctum, quæ causæ, quia respiciunt pietatem, censentur expresè, ac omninò finales dici debent, Bartol. *in l. 2. §. fin. num. 2. ff. de donat.* Bald. *in l. quamvis de fideicom.* Angel. *cons. 124. n. 4.* Ruin. *cons. 137. n. 10. lib. 3.* Paris. *cons. 75. num. 69. lib. 2.* Mantic. *de conject. ult. vol. tit. 3. num. 45. & tit. 14. num. 20. lib.* Rot. *dec. 544. num. 6.* coram Gregorio XV. & *dec. 910. num. 3.* coram Buratto, & *dec. 931. num. 3. p. 1. rec.* Hæ autem causæ suum omninò sortiuntur effectum, tam si Missæ dicantur in uno, quam in alio altari.

4 Nam quoad primam causam, nempè suffragium, certum est, quod, omninò adimpletur, cùm illud non magis ex Missa celebrata in uno altari, quod non sit privilegiatum, ut in hoc casu, quàm in alio proveniat, Gratian. *discept. for. cap. 133. nu. 9.* Sot. *in 4. dist. 3. q. 2. ar. 4.* Cravet. *cons. 243. num. 2.* Rota coram Seraph. *decis. 1149. num. 11.* Quod comprobatur ex eo, quia missarum omnium valor, quoad opus operatum, est æqualis, ut omnium Theologorum est sententia, & tradit Navar. *cons. 37. de pœnit. & remiss.*

5 Secunda etiam causa finalis, devotus scilicet affectus, qui devotionis, & cultus divini augmentum respicit, tantum abest, quod per concessionem gratiæ non adimpleatur, quinimò nisi gratia concedatur adimpleri nequeat, cum tale augmentum impediretur. Ex quo devoto affectu urgens, & concludens oritur conjectura, quod si testatores certiorati fuissent, animas habere idem suffragium ex missis celebratis, tam in uno altari, quàm in alio, ac deinde interrogati fuissent, an ex supervenienti augmento devotionis erga Sanctum, taleque augmentum impediretur, vellent, quod suæ dispositiones commutari possent, ac celebrari illæ missæ in alio altari ejusdem Ecclesiæ, utique affirmativè respondissent, cùm aliàs negativa responsio non ex Christiana pietate provenire diceretur, sed ex prava intentione, dum absque diminutione suffragii animarum suarum nollent permittere augmentum gloriæ Sancti. Interpretatio igitur est facienda, prout verisimile est, quod isti testatores respondissent, si cogitassent, vel si interrogati fuissent, Bartol. *in l. jam hoc jure ff. de vulg.* Glos. *in l. tale pactum in fin. ff. de pact.* Gabr. *com. concl. lib. 6. tit. de reg. jur. Concl. 10. num. 6.* ubi testatur de communi.

6 Deinde quia, etiam si dici posset commutatio; tamen pro augendo cultu divino fieri potest; ac debet, ut habetur expresè ex S. Concilio Tridentino *sess. 21. cap. 3. & 5. de ref.* ac optimè deducitur à contrario sensu, ex eodem Concilio *sess. 14. cap. 9. de ref.* ubi permittitur Episcopis, quod ob augmentum divini cultus, & ne talis divinus cultus aliqua in parte minuatur, possint unire beneficia; quæ uniones absque ullo dubio expressam continent dispositionum commutationem.

7 Et quidem quod ex causis, quæ post mortem testatorum emergunt, eorum dispositiones commutari possint, & ab eorum voluntate recedi, egregiè, ac diffusè asserit Cardinalis Mantica *loc. cit. lib. 3. tit. 4. num. 19. & 20. lib. 15. & tit. 15. num. 21. & lib. 6. tit. 3. num. 46.* De novo autem in præsenti casu emergit, quod semper magis magisque Deus in hoc sancto mirabilis demonstratur, ac per consequens semper magis augetur concursus, ac devotio. Unde cum non commutando dispositionem resultaret impedimentum augmenti cultus, commutatio talis dispositionis impeditivæ majoris boni; favorabilis, dicitur, ut pluribus probat Moner. *de commut. ult. vol. cap. 3. quæst. 4. num. 105. cap. 4. q. 44. num. 122.* sic D. Thom. 1. 2. *q. 97. ar. 4.* rationem dispensandi in præcepto assignat, si per illud majus bonum impediatur. Et sicut pro commutandis dispositionibus, tanquam sufficientes adducuntur illæ causæ, quæ respiciunt non solum directè, sed etiam indirectè bonum publicum, vel privatum, ut asserit idem Monet. *loc. alleg. cap. 6. quæst. 2. num. 73.* ita, eoque magis pro eadem commutatione sufficiens causa censeri debet augmentum divini cultus, præcipuè quia in hoc optimè concurrunt illa tria, quæ pro concedenda commutatione sufficere dicuntur, nempè æquitas, honestas, & utilitas, de quibus per Glos. *in cap. magnæ v. licet de vot.* cum nihil possit esse magis æquum, magis honestum, & magis utile, quàm divini cultus augmentum.

8 Comprobatur id ex sententia illorum, qui volunt, Ordinarium, stante legitima causa, aut impedimento, posse, etiam absque consensu hæredum, dispensare, ut Capellanus celebret in alio altari. Ita Henriq. *lib. 9. sum. cap. 22. nu. 6.* Graff. *p. 1. dec. lib. 2. cap. 23. num. 15.* Monet. *loc. alleg. cap. 5. q. 11. num. 368.* Bonac. *disp. 4. de Sacram. q. ult. num. 7. §. 4. num. 3.* Homob. *p. 1. exam. Eccles. tr. 4. cap. 13. q. 103.* Marchin. *de Sacram. Ord. tr. 3. p. 2. cap. 24. numer. 5.* Hurtad. *p. 1. resol. moral. tract. 2. cap. 4. dub. 21. nu. 387.* Franc. Lugo *lib. 5. de Sacram. cap. 11. qu. 5. n. 48.*

9 Quia per hoc non aufertur alicui jus acquisitum, & ideò voluntas fundatoris est capax dispensationis, concurrente justa causa, sicut etiam est capax lex ipsa: Unde cum voluntas fundatoris celebrandi in tali altari, sit quædam lex imposita capellaniæ, & non sit lex superioris, poterit Episcopus in ea ex causa dispensare. Accedit etiam, quod si privata persona posset interpretari voluntatem fundatoris, quod non intenderit obligare concurrente tali causa, à fortiori poterit Episcopus declarare, quod dispositio fundatoris in tali casu non habeat locum. Unde Concilium provinciale Mediolanense IV. declaravit, quod obligatus celebrare in

nno Altari, possit celebrare in alio cum consensu Episcopi, aut illius, qui ipse commiserit, & ita etiam declaravit S. Congregatio super Episcopis in Hispalensi 30. Septembris 1580. his verbis: *Episcopus dispensare potest, ut missa retitle à testatore in una Capella, dicantur, vel recitentur in alia, quando satisfieri non possunt in propria.*

10 Ad secundum verò quod attinet, hoc idem dicendum est, si non sit possibile, quod commodè omnes missæ celebrati possint in altari privilegiato, quia quando accipiuntur eleemosynæ pro missis in altari privilegiato, accipiuntur sub hac tacita conditione, si commodè celebrari possint, etiamsi accesserit promissio celebrandi in altari privilegiato. Nam cum ii, ad quos spectat teneantur habere rationem servitii Ecclesiæ, & se nolle obligare ultra id, quod possunt, censentur accipere sub tali conditione. Alioquin si excluduntur, talis conditio, promissio esset de re, quæ aliquo modo esset impossibilis, ac proinde esset ultra debitam mensuram, & contineret aliquid supe fluum, quod esset relecandum *lib. 8. & seq. ff. de constit. pec, & lib. 3. §. fin. ff. mandati, & lib. 18. de verb. signif.* Immò etiam petentes censentur sub hac eadem conditione petere, quia nec rationabiliter velle possunt quod ponatur servitium Ecclesiæ, nec quod se obligent Rectores ultra id, quod possunt, & ideò non consurgit alia obligatio ultra explicatam. Quod etiam extendo ad casum, in quo potens missam in altari privilegiato exhiberet majorem eleemosynam, quia major eleemosina non tollit impossibilitatem celebrandi in dicto altari.

CONSULTATIO LXXXI.

De Seminariis, &, penè dixerim de omnibus, quæ ad ipsa pertinent, ad præscriptum S. Concilii Tridentini cap. 18. sess. 23. de ref. ejusque S. Congregationis decreta, aliarumque Sacrarum Congregationum declarationes, ubi de eorum in Rempublicam Christianam utilitate.

1 VEtus Ecclesiæ consuetudo ferebat, ut Clerici omnes, qui Ecclesiæ Civitatis addicti erant simul commorarentur. *Deputati probato seniori, quem magistrum doctrinæ, & testem vitæ haberent*, ut loquitur Concilium Toletanum quartum *cap.* 24. habeturque *can. omnis ætas 12. q. 1.* cui affine est, quod de Clericis canonicè viventibus, seu Clericis in Episcopis degentibus loquuntur consilia duo Moguntinum *cap. 9.* & habetur *capitular. lib. 5. cap.* 114. & Turonicum tertium *can.* 23. sub Carolo habita, cui etiam plura, tum decreta, tum exempla locum, atque auctoritatem afferunt. Vigebat etiam mos iste, ut qui per Parochias ordinabantur, ii Presbyteris, seu Parochiarum Rectoribus educandi, & in disciplina Ecclesiastica instituendi traderentur. Morem istum, cum plura ostendunt, tum maximè Vasense Concilium secundum *can.* 1. quod presbyteris per Parochias præcipit, ut juniores lectores secum in domos recipiant, *& eos quomodo boni patres spiritualiter nutrientes erudire satagant, ut & sibi dignos successores provideant, & à Domino præmia æterna recipiant.* Ideò presbyterorum parochialium in eligendis iis, qui ad Sacerdotium parabantur, testimonium plurimum valebat. Hinc Concilium Emeritense permittit, immò jubet *can.* 18. *ut omnes parochiani presbyteri juxta, ut in rebus sibi à Deo creditis sentiunt habere virtutem de Ecclesiæ suæ familia, Clericos sibi faciant, quos per bonam voluntatem ita nutriant, ut & officium dignè peragant, & ad servitium suum aptos eos habeant.* Hinc Toletanum Concilium anno 597. *tom. 2. Concil.* Binii *p. 2.* sub Reccaredo Ostiarium à Sacerdote eligendum testatur.

2 His adde ex Concilio Romano, ab Eugenio Secundo habito *can. 7.* & refertur 12. *q. 1. can. necessaria*, & à Leone Quarto innovato, Clericis junioribus præcipi, ut in uno dormitorio, & refectorio habitent, & præfecti supra eos honestæ vitæ constituantur.

Ex toletano secundo *can. 1.* quod refertur *d. 28. can.* 3
de iis, & Aquisgranensi *can.* 135. Jubet etiam quædam adjungere, quæ Constitutionem Concilii Mediolanensis, non novam legem, sed antiqui moris renovationem esse, demonstrant. Toletanum liquidem secundum, *de iis, quos voluntas parentum à primis infantiæ annis in Clericatus officio mancipavit, statuit observandum, ut mox cum detonsi, vel ministerio lectorum traditi fuerint in domo Ecclesiæ sub Episcopali præsentia à præposito ibi debeant erudiri.*

Quod de Clericis, ut Concilia nonnunquam loquuntur, Civitatensibus debet intelligi. Nam de forensibus, & vicanis Concilium Aquisgranense, eos non sub Episcopali præsentia, sed in Congregationibus sibi commissis, eruditendos sic monet, ut & rectores Ecclesiarum eis corrigendis invigilent, & ut verbis ipsius Concilii utar, *à prælatis constituendus sit probabilis vitæ frater, qui eorum curam summa gerat industria.* 4

Et hæc est ratio, qur seminaria Clericorum instituantur. Inest hæc ei re in Synodo Traverensi hic canon. *cons. 12. q. 1. can. 3. Necessaria enim res exigit ut juxta Ecclesiam Claustra constituantur, in quibus Clerici disciplinis Ecclesiasticis vacent. Itaque omnibus unum sit refectorium, ac dormitorium, seu cætera officinæ, ad usum Clericorum necessaria. Ministri vero post Episcopum suos semper eos eligant, quorum vita, atque doctrina illos potius exornet, quam dehonestet.* Quod planè in Germania fit. Experientia enim docuit hoc modo, & litteras, & religionem resloruisse. Imitantur etiam hoc Sectarii, qui phrontisteria, & mandras suas habent, in quibus ad infame mentiendi, Ecclesiamque oppugnandi ministerium seducta inventus, acuitur. 5

Atque, ut aliqua hujus rei exempla attingamus, legimus, Paulinum vitæ Ambrosii scriptorem sub Castri Diaconi cura fuisse, cui ideò id, quod à se, cùm sub Ambrosio Amanuensis officio fungeretur, visum esset, continuo retulit, tanquam spirituali patri, & pedagogo. Legimus S. Gregorium, qui postea Agrigentinus fuit Episcopus, cum à Potamione Episcopo in Clerum adlectus esset, Donato Archidiacono donatum fuisse, Sur. 23. Novembris, Legimus S. Trudonem ab Episcopo, à quo in Clerum admissus fuerat, præsente Ecclesia, in manus prudentis, ac religiosi viri datum erudiendum, & de publico alendum, apud Sur. *ibidem cap.* 13. Legimus S. Bernardum Episcopum, postea Hildesheimensem in disciplinam traditum ab Oldago Episcopo Diacono Tolemaro, & Tangmaro, qui tunc primicerii scholæ dignitatem gerebat, & ejus vitam postea conscripsit apud Sur. 20. Novembris. Quæ omnia ostendunt, Clericos olim quibusdam ex Clero religiosis viris traditos fuisse, qui & ipsos ad virtutem, & Ecclesiasticam disciplinam informarent, eorumque profectum Episcopo referrent. 6

Hanc sanctissimam disciplinam, quoad fieri poterit, restitui mandavit S. Concilium Tridentinum *cap. 18. sess. 23. de reform.* erectione saltem Seminariorum, ut Ecclesia Dei probatos Clericos habeat, nec unusquisque suo arbitrio relinquatur, sed cogatur ad legem, ac melius exemplum vivere, quicumque reliquorum norma debet esse, ac regula. Instruatur in Ecclesiasticis officiis, qui ad ea per sacrorum Ordinum susceptionem destinatur; clericalibus moribus assuefiat, qui Clericatus gestat insignia, ejusque ordinis favores, privilegia, ac beneficia sibi vindicat. Nullus ad Imperii Ecclesiastici apices, nisi obedientiæ meritis, nullus ad cœlestis magisteria gradum, nisi disciplinatus glotia, nullus ad Sacramentorum dispensationem, nisi per Ecclesiastica ministeria contendat. Utinam nemo nisi notus cæteris præponatur ad exemplum. Nemo, nisi in minoribus tentatus, ad majora festinet, nemo nisi diuturna conversatione probatus 7

batus ad sacerdotium aspiret. Quid? Ita ne vilescet Clericatus dignitas, ac Sacerdotii, ut cum monachos, nec veste religiosa induere mos sit ante probationem, neque ad privatam vitæ perfectionem amplectendam sine diligenti examine, & annua saltem sub probato virtutis magistro, probatione, & regularum Monasterii sedula explicatione admitti consuetudo Ecclesiasticis legibus subnixa permittat; ad sacerdotii verò fastigium Ecclesiæ curam, ac magisterii gradum is admittatur, qui in Ecclesiastica disciplina à nullo instructus, nec ab ullo probatus, nec in officiis suis exercitatus fuerit; An non Clericalis vitæ susceptio, melioris vitæ professio *? cum bonus monachus vix bonum Clericum faciat*; August. *ep. 76.* An non Reipublicæ Christianæ magis necessarius est Clericorum iste delectus? Quippè cum Clerici sint lux mundi, qua extincta, vel imminuta, necessum est, ut densa populus ignorantia, & vitiorum nocte obvolvatur, sal terræ, quod si evacuatum fuerit, in quo salietur; Oculus Ecclesiæ, qui si simplex fuerit, totum corpus lucidum erit. Sed quid fusiùs in re, quæ probari non debet, sed suaderi? Crediderim itaque à bonis Episcopis, piis, & Ecclesiasticæ disciplinæ studiosis id experti, & sperari, & brevi quod summis votis à Tridentina Synodo expetitur, expectari posse. Legantur varia ad hanc rem saluberrima decreta in Concilio Provinciali secundo Mediolanensi *decr. 27. ac seqq.* Et quod statuit eadem S. Synodus Tridentina *loc. alleg.* cujus decretum in decem partes dividitur.

8 In prima redditur causa erigendi Seminaria Clericorum, ut in Concilio Tolet. 4. *c. 24. & can. 1. 12. q. 1.* & Concilio *Aquisgranensi c.* 135. Et videtur, quod sicut electio, ita & translatio ex causa justa præsertim, & approbata etiam à deputatis fieri possit ab Episcopo absque præjudicio jurium ipsi Collegio competentium, siquidem illa Collegio, & non loco competere intelliguntur ad notata per Doctores in *cap. 2. de nov. oper. nunc.* Cum tamen conquereretur Capitulum Vlysipponense, quod Episcopus elegisset locum pro ædificando Seminario extra mœnia Civitatis juxtà Collegium Societatis Jesu, ubi erant quatuordecim Scholæ, insinuans, utilius esse, si intrà Civitatem palatium emeretur, quàm si in dicto loco ædificaretur, tum quia antequam fabrica ad finem perducatur, multum temporis laberetur, tum quia non convenit, pueros educari extrà Civitatem, S. Congregatio censuit, Episcopum de præsenti debere conducere palatium propè Ecclesiam Cathedralem, quoad ejus fieri poterit, & introducere pueros, & Magistros eo competenti numero, qui sufficere videbitur, & si quid quotannis supererit ex contributionibus Seminarii, impendatur in palatii fabricam in loco illo destinato, quem Sacra Congregatio habuit pro idoneo.

9 Secunda pars, incipit: *In hoc verò Collegio*, in qua agitur de recipiendorum qualitatibus, debentque esse ex legitimo matrimonio. Undè spurii non sunt recipiendi, etiamsi sint legitimi.

10 In tertia parte agitur de eorum disciplina, & cura, tum circa mores, ad devotionem, tum circa doctrinam, studiumque litterarum, & Ecclesiæ servitium; quos tamen non posse promoveri, placuit Gregorio XIII. ad aliquem Ordinem Sacrum ad titulum ipsius Seminarii, nisi pro servitio beneficii uniti Seminario, & cum assignatione certi annui redditus, unde sic promoti honestè vivere possint; quæ assignatio cessabit, postquam illi aliundè se æquè sustentare poterint, & tenetur Episcopus consilium deputatorum, tam circa institutionem, disciplinam, ac mores Clericorum, quàm circa temporalium rerum administrationem, ac rerum omnium, quæ in citato decreto Concilii exprimuntur exquirere, non tamen sequi, cum, eo adhibito, possit Episcopus statuere per se ipsum, ac deliberare quæ pro prudentia sua magis expedire judicaverit. Quos verò semel à Consiliis Episcopus elegerit, non nisi ex justa, & legitima causa mutare poterit, Mortuo autem Episcopo in Sede vacante, ea actio, & administratio pertinet ad capitulum.

Et quia ad Collegii fabricam instituendam, & ad 11
mercedem præceptoribus, & ministris solvendam, & ad alendam juventutem, & ad alios sumptus, certi redditus erunt necessarii &c. Hæc est pars quarta, in qua agitur de redditibus pro Seminario duplici via comparandis, Contributionis scilicet omnium beneficiorum, etiamsi essent tenuissimi redditus, ut declaravit Sacra Congregatio, & unionis. Cum consilio duorum de Capitulo, quorum alter ab Episcopo, alter ab ipso Capitulo eligatur, iremque duorum de Clero Civitatis, quorum quidem alterius electio similiter ad Episcopum, alterius verò ad Clerum pertineat &c. Unde hi omnes quatuor deputati adhibendi sunt in consilium in hac tota temporalium rerum administratione, & præsertim in omnibus casibus in dicto decreto expressis, & unione beneficiorum, præterquam in exactione, quæ ad Episcopum tantum spectat. Quam facultatem uniendi Episcopo cum deputatis hoc decreto tributam, non extendi respondit S. Congregatio ad Capitulum, Sede vacante. Qui omnes deputati cum sint perpetui, ab Episcopo amoveri, nisi ex legitima causa non possunt.

Ex fructibus integris &c. Jam de priori via, scili- 12
cet Contributionis, & ad tollendas dubitationes recensentur, qui ad hujusmodi contributionem tenentur, etiam Regularium. Qui tamen, si non sint mendicantes, licet in eorum monasteriis lectiones grammatices, & casuum conscientiæ pro audiendis confessionibus quotidie habeantur, hoc tamen decreto comprehenduntur, sed tantum ob id eorum impensæ ratio habenda erit, quæ ante Concilium fieri solebat pro salario horum Rectorum, ut eam, tamquam æs alienum detrahenda, ita, ut de reliquo Seminario pro rata contribuant.

Hospitalibus &c. Igitur non videtur posse hospi- 13
talia cæteraque loca pia evitare solutionem taxæ indictæ ab Episcopo in erectione Seminarii, prætextu, exemptionis, cui S. Concilium *cap.* 18. expresè derogavit, neque prætextu assertæ laicalitatis, quando opera pietatis non exercentur ex fructibus bonorum laicorum, & ad laicos spectantium, neque ex incertis oblationibus, aut eleemosynis, in quibus terminis possunt procedere S. Congregationis Concilii declarationes pro immunitate à solutione taxæ Seminarii apud Barbos. *de offic. & potestate Episcopi all'eg. 77. numer. 2. & 3.* Sex ex redditibus certis, ac bonis locis ipsis perpetuo legaris, & in administrationem concedi solitis juxta dispositionem *Clem. Quia contingit de releg. domibus*, super quibus potest ab Episcopo imponi taxa pro erectione Seminarii ad præscriptum dicit *cap.* 18. quod in hac parte est relativum ad dispositionem *d. Clem. Quia contingit.* Eoque maximè, quia data etiam laicalitate respectu personarum, attamen loca ipsa, eorumque bona sunt propriè Ecclesiastica, cum sint annexa Ecclesiis, in quibus dictim publicè celebrantur missæ, ut per Felin. *in cap. illud num. 3. de præsumpt. & in cap. sicut num. 39. de re judic.* Gutier. *lib. quæst. can. cap. 35. num. 23.* Unde insurgit præsumptio, quod fuerint erecta auctoritate Ordinarii, Menoch. *de præsumpt. lib. 6. q. 79. num. 39.* quæ est causa efficiens, imprimens loco qualitatem Ecclesiastis cam, *cap. ad hæc de relig. dom.* Gonzal. *ad reg. 8. glos. 5. num. 38.* Valasch. *consult. 105. num. 7.* & supposito quod bona sint Ecclesiastica, qualia sunt ea, quæ reperiuntur Ecclesiis assignata, subintrat facultas data Ordinariis pro erectione Seminariorum in eorum diœcesibus, ut pluries S. Congregatio declaravit, & ex verbis S. Concilii colligitur.

At nihilominus tenendum est, non posse compelli ad 14
contri-

contributionem hoſpitalia illa, quæ à laicis adminiſtrantur, & in quibus ſunt bona laicorum, ſed ea, quæ dantur in titulum, & adminiſtrationem perpetuam, & ſic intelligendam eſſe Clementinam in dicto decreto citatam, dixit Gregorius XIII. ex ſententia S. Congregationis.

15 *Quibus piis locis &c.* Non autem iis, quæ auctoritate Epiſcopi fundata non ſunt, neque ex bonis Eccleſiaſticis dotata. Hinc pia legata, & ad piam cauſam relicta, hoc decreto non comprehenduntur. Item neque Confraternitates, ſive Scholæ laicorum, ſi illorum redditus in eleemoſynis, & collectis fructuum conſiſtant, non autem ſic ſi habeant beneficia Eccleſiaſtica. Quin & Collegiatæ Eccleſiæ Canonicos, quorum redditus omnes in diſtributionibus quotidianis conſiſtunt, hoc decreto, non comprehendi, dixit S. Congregatio; Et dubitantibus Manſionariis Eccleſiæ Imolenſis, qui nullas præbendas habent, ſed tantum ex tribus beneficiis curatis, & unitis eorum Menſæ Capitulari diſtributiones quotidianas percipiebant, quæ in fine anni dividebantur iis, qui divinis interfuerant, an deberent ex dictis diſtributionibus, merè quotidianis ad Seminarium contribuere, ſtante dicta declaratione S. Congregationis, quod ex diſtributionibus merè quotidianis non eſt contribuendum ad Seminarium *ex conſ. Pariſ. 32. vol. 4.* ubi ait: *diſtributiones quotidianas eſſe, quæ actu inter intereſſentes diſtribuuntur, ut ſunt mortuaria, oblationes, & ſimilia*, S. Congregatio cenſuit, non obſtantibus allegatis, & præſertim, quod diſtributiones in fine anni diſtribuantur, non arctandos manſionarios, vel Canonicos ad contribuendum Seminario, dummodo iſtæ diſtributiones dentur tantum intereſſentibus ſingulis horis, & nulli prorſus abſenti ex quavis cauſa. Quia licet ſolvantur in fine anni, tamen eſt delatio cauſa commodioris ſolutionis, non quod ſingulis horis diſtributiones non debeantur, quia punctantur in ſingulis horis, & nihil pro eis datur abſentibus. Et conſilium illud Pariſii eſt ſatis dubium, quia in nullo ferè Capitulo quotidianæ diſtributiones dantur actu ſingulis horis, ſed dantur in menſes, & annos, & ſic difficiliter, & in nullo ferè caſu poſſent verificari quotidianæ diſtributiones.

16 Hinc fructus beneficii differunt à diſtributionibus quotidianis, quod fructus ſint redditus certi ipſum corpus præbendæ conſtituentes, qui dantur reſidentibus, non habita ratione ſervitii quotidiani, quia percipiuntur ſine facto, & miniſterio hominis. Diſtributiones verò ſunt emolumenta incerta ad corpus præbendæ non pertinentia. Pendent enim, & exitum habent ex incerto fortunæ actualis miniſterii, ac operis, & dividuntur pro rata ſervitii inter eos tantum, qui horis Canonicis interſunt, textus eſt in *extravag. poſtulaſti §. licet de præb.* Et hanc differentiam conſtituit, & penitus firmat Oldrad. *con.* 118. Quod vendicat ſibi locum, etiamſi dividantur in fine anni, non autem dictum. Nam ſi diviſio fiat non æqualiter, ſed habita ratione ſervitii cujuſque horæ, & abſentes nihil percipiant, ſunt veræ diſtributiones quotidianæ, non autem fructus præbendæ, ſive fructus groſſi, vel maſſæ communis, ut decidit Rota apud Achil. *dec. nn. de diſtrib.* Caputaq. *dec. 29. p. 2.* & rurſus coram Seraph. *dec.* 1140. *n.* 2. ubi reſolvit, redditus Collegiatæ Eccleſiæ Aquavivæ, qui in fine anni dividuntur pro rata ſervitii diurni, eſſe diſtributiones quotidianas, & propterea ex illis non eſſe contribuendum Seminario Barenſi. Quàm deciſionem poſtea in eadem cauſa probavit S. Congregatio Concilii, & alibi ſæpiùs, & conſuluit Mandoſ. *conſ.* 15. quem recentiores communiter poſtea ſequuti ſunt. Siquidem S. Concilium incitato decreto jubet, detrahi portionem Seminario applicandam ex fructibus integris menſæ Epiſcopalis, Capituli, dignitatum, Canonicatuum, & beneficiorum quorumcumque; Fructuum autem appellatione non veniunt diſtributiones quotidianæ, ut probatur *in cap. un. de Cler. non reſid. lib. 6. & in cap. fin. §. in illis de conceſ. præb. eod. lib.* & decidit Caſſad. *dec. 1. de Cler. non reſid.* Idque jam probavit Sac. Congregatio, dum reſpondit ex diſtributionibus quotidianis non eſſe contribuendum Seminario, etiamſi dividantur in fine anni, & in illis univerſi Capituli redditus conſiſtant.

Ratio autem mihi videtur eſſe, quod licet materia 17
contributionis Seminarii ſit favorabilis propter Eccleſiæ, & divini cultus augumentum, ut colligitur ex contextu *d. cap. 18. ſeſſ. 23.* ibi: *Quorum indoles, & voluntas ſpem afferat, eos Eccleſiaſticis miniſteriis perpetuo inſtruturos.* Et mox: *Studium præſeferant Deo, & Eccleſiæ inſerviendi.* Hæc non: *Ut hoc Collegium Dei Miniſtrorum perpetuum Seminarium*, atque adeò diſtributiones deberent ſuccedere loco fructuum: eſt tamen odioſa reſpectu Capituli, & Canonicorum, quibus ſubtrahitur pars diſtributionum, & reſpectu cultus divini, in cujus favorem diſtributiones quotidianæ ſunt inſtitutæ, Abb. *in c. licet n. 2. in 2. not. de prab.* Concil. Trid. *c. 3. ſeſſ. 21.* Ideòque eſt materia miſta. Diſpoſitio autem partim favorabilis, & partim odioſa reſtringi debet, quatenus præjudicat altari, vel cultui divino, ut in hac ipſa materia diſtributionum notat Abb. *per d. textum in cap. licet num. 3.* & conſequenter non eſt locus ſupradictiæ ſurrogationi.

Exempta etiam volvit &c. Si modo hujuſmodi Col- 18
legia ſint Clericorum Sæcularium, in quibus habentur Seminaria diſcentium, vel docentium, quæ tamen tenentur ad contributionem præſentis Seminarii ex Concilio erigendi pro reliquis fructibus deductis impenſis, quæ tamquam æs alienum deducuntur.

Sanctæ Joannis Hieroſolymitani. Hi excipiuntur, non 19
tamen quoad beneficia, quæ ad Religionem non pertinent.

Dumtaxat. Ex qua reſtrictione Commendatariorum 20
præceptoriæ Ordinis militiæ Theutonicorum ex communione privilegiorum, quibus gaudet Religio Hieroſolymitana minimè excipi dictum fuit.

Omnium Monaſteriorum. Quæ ſi habeant menſas 21
à Commendatariis aſſignatas ea ratione cum his agendum erit, ubi quod ſi menſa aſſignata ſit tenuis, & Monachi vivant honeſtè, ad contributionem non debere compelli, ſi verò ſit lauta, & Monachi liberius vivant, poſſe compelli. Bona verò Eccleſiæ, & poſſeſſa per Clericos, juriſdictioni Monaſteriorum ſubjectos, niſi ſpecialiter pertineant ad Eccleſias, ſeu membra monaſteriorum, quæ ab hujuſmodi Seminarii contributione per Conſtitutionem B. Pii V. exempta ſunt ad contributionem tenentur.

Sed quid de monaſteriis monialium? Et hæc ſi non 22
reperiantur taxata in libro decimarum, non debere contribuere Seminario erecto; Si verò reperiantur, ſed tantum intuitu paupertatis monialium conſtet, nunquam de his ſolutas fuiſſe decimas, eadem ratione immunia eſſe debent à contributione Seminarii; Sed utique tenentur moniales, ſi bona aliqua poſſideant, vel ea habuerint in fundatione, vel per alias uniones, de quibus bonis omnia onera Eccleſiaſtica ſolvunt.

Non tamen Mendicantium. Ex quo beneficium 23
quod legitimè ad Seminarii contributionem tenebatur, unitum monaſterio mendicantium, vel eorum, qui iiſdem, ac mendicantium gaudent privilegiis, cùm mutet ſtatum adeptione eorum, quos ex Conſtitutione B. Pii V. exemptos eſſe conſtat, amplius ad contributionem non tenentur. Huc pertinere videtur quod à quibuſdam Capitulis dubitatum fuit. Dubitabant enim, an bona quædam poſt Concilium unita menſe Capitulari, Cathedralis, vel Collegiatæ Eccleſiæ, quo caſu ex unitis ſolvitur Seminario, cum poſtea eorum fructus applicati fuiſſent

ſent diſtributionibus quotidianis, remanſerit ſeparata præbenda, teneantur contribuere Seminario, & non teneri dixit Sacra Congregatio; quia propriam mutarunt, & naturam aſſumpſerunt quotidianarum diſtributionum.

24 *Partem aliquam, vel portionem detrahent.* In qua detractione illud in primis obſervandum erit, ut detrahatur totum id, quod ex cauſa oneris perpetui ſolvitur Cameræ Apoſtolicæ, & reliqua id genus, atque etiam habetur ratio expenſarum in perceptione fructuum, & aliarum rerum, quæ ſunt neceſſariæ, & quæ tanquam æs alienum deducendæ ſunt Ex quo Canonicis Regularibus S. Auguſtini, Monaſterii S. Vincenti Ulyſipponenſis petentibus, an ex omnibus redditibus Eccleſiarum, quas obtinent, teneantur integraliter Seminario contribuere, nulla habita ratione expenſarum factarum, & faciendarum in perceptione fructuum, etiam redituum, ac etiam obligationum, ac onerum Capellaniarum dicti monaſterii, nec non unius Collegii in Univerſitate Conimbricenſi, in qua ſunt viginti quatuor Collegiales expenſis dicti monaſterii viventes; dixit Sac. Congregatio, quoad expenſas pro perceptione fructuum habendam eſſe rationem iſtarum expenſarum. Quoad obligationes, & onera cenſuit eadem Sac. Congregatio, ſi impoſita ſunt ante Concilium Tridentinum, deducenda eſſe, tamquam æs alienum, & de reliquis redditibus contribuendum Seminario pro rata. Cuidam verò recuſanti contribuere ſub prætextu, quod Abbatia, quam obtinebat ſtudio Piſarum contribuerat, non indè eximi à Seminarii contributione dictum, benè tamen id quod Piſis contribuebat, tamquam æs alienum deducendum.

25 Quin & beneficia unius diœceſis, alias per Gregorium XIII. unita Seminario Clericorum alterius diœceſis Seminario Clericorum Civitatis, in cujus diœceſi exiſtunt, erecto, & inſtructo juxta hoc decretum, illam portionem, quam vigore ejuſdem decreti impoſitam ſolvere conſueverant, ii, qui ante memoratam unionem beneficia ipſa in titulum, vel commendam per quindecim annos obtinuerant, ſolvere tenentur.

26 Et cum quæreretur, an beneficium, quod habet bona in diverſis diœceſibus teneatur pro Seminario contribuere ſoli Epiſcopo loci, ubi beneficium, & ejus Eccleſia, an verò pro rata bonorum in diverſis diœceſibus debeat ſingulis Epiſcopis eorum contribuere, decretum eſt ex doctrina Joannis Andreæ, & aliorum Doctorum in *cap. 1. de immun. Eccleſ. in 6.* ut contribuat ſoli Epiſcopo loci, in quo eſt Eccleſia beneficii, niſi bona in aliis diœceſibus exiſtentia ſint propriè unius Eccleſiæ, ibidem ſitæ, quæ tamquam membrum ſubjecta eſſet, aut unita principali Eccleſiæ beneficii, tunc enim contribuet Epiſcopis locorum, in quibus bona cum ſua particulari Eccleſia ſita ſunt, dum tamen dicta Eccleſia ſubjecta, aut unita conſtituta fuerit ante acquiſitionem bonorum. Nam ſi conſtabit, bona ipſius fuiſſe applicata Eccleſiæ principali, poſtea in eis conſtructam fuiſſe aliam particularem Eccleſiam, ſit nihilominus pro eis contributio Epiſcopo loci principalis Eccleſiæ, S. Congregatio Concilii in Troiana 15. Aprilis 1579.

27 Advertendum hic, quod cum alias Caſtra, & territoria, quæ prius ſub juriſdictione Cremonæ extabant, poſtea verò Epiſcopatui, & Eccleſiæ Cathedrali Cremonenſi auctoritate Apoſtolica unita in diœceſi Cremenſi ſub invocatione S. Petri, quæ matrix, & curata eſt in quam mortui inferuntur, & ibidem Sacramenta adminiſtrantur, altera verò in diœceſi Cremenſi ſub invocatione S. Antonii adſit, quæ noviter eſt erecta, & ibidem divina cæteraque Sacramenta pro majori temporis ſpatio celebrantur, necnon utrique Eccleſiæ ab uno ſolo curato inſervitur, cùmque in erectione prædicti Epiſcopatus Cremenſis nulla fuerit habita mentio, ad quem Collatio, & Juriſdictio præfatæ Eccleſiæ Sancti Antonii ſpectaret, Epiſcopum Cremonenſem dubitaſſe, quonam pacto, & pro qua portione eundem Curatum ad contributionem dimidiæ decimæ pro Seminario Cremonenſi cogere poſſet; fuit dictum, ſi conſtet, bona, quæ applicata fuerunt Eccleſiæ de novo conſtructæ in diœceſi Cremenſi, prius fuiſſe Eccleſiæ Matricis ſitæ in diœceſi Cremonenſi, contributionem pro dictis bonis etiam in diœceſi Cremonenſi exiſtentibus dimidiæ decimæ, pro Seminario faciendam eſſe ſoli Epiſcopo Cremenſi, in cujus diœceſi matrix, & parochialis ſita eſt.

Et quæſitum etiam fuit, an ex beneficio, quod 28
etiamſi in una diœceſi exiſtat; ad collationem tamen alterius diœceſis pertinet ſit contribuendum Seminario diœceſis, in qua ſitum eſt; an verò Seminario diœceſis Epiſcopi, cujus eſt collatio, Sacra Congregatio reſpondit, contribuendum eſſe Seminario diœceſis, in qua ſitum eſt beneficium.

Nec non beneficia. Poſterior via redituum, pro Se- 29
minario comparandorum eſt unionis, quæ fieri debet poſt quam Seminarium re ipſa juxta hoc decretum fuerit erectum, hoc eſt pueris introductis, & facta contributione, vel ſaltem cœpto domus ædificio, alioquin nulla eſt unio, quemadmodum reſpondit Sac. Congregatio.

Simplicia. Ergo virtute hujus decreti applicari, & 30
uniri beneficia Seminario reſidentiam requirentia, non poterunt, nec beneficia, quorum collatio, & proviſio ad inferiores ſpectat, neque monaſteria, & alia beneficia regularia, tametſi in Commendam dentur, quamvis cura, & conventu careant, nec beneficia juriſpatronatus Eccleſiæ, multò minus laicorum.

Reſervata, vel affecta. Quorum tamen uniones validæ 31
erunt, ſi modo factæ ſint ante eorum vacationem, quia, ſi poſt, erunt nullæ, & proviſi à Sede Apoſtolica mittuntur in poſſeſſionem. Et hæ uniones ſunt faciendæ, non prout ex nunc, ſed in futurum, ut per ceſſum, vel deceſſum obtinentiam beneficia incorporata, & unita Seminario cenſeantur. Et ſi in his faciendis requiſita in hoc decreto prætereantur, cum habeantur pro unionis forma, uniones nullæ erunt. Undè cum quæreretur, an poſſit uniri Seminario legatum ſexaginta aureorum, quotannis ad alendum grammaticæ magiſtrum, dictum eſt non poſſe. At hodie abrogata eſt hæc facultas uniendi beneficia reſervata, & affecta, ut infrà.

Notandum hic, B. Pium V. reſpondiſſe, quod ſi 32
aliqua ſimplicia beneficia poſt erectionem Seminarii vacaſſent in diœceſi, quæ Epiſcopus non applicaſſet Seminario, ſed familiaribus ſuis, vel propinquis contuliſſet, detrahere debebit taxæ Seminarii tantam ſummam, quantam redditus beneficiorum capit, & tantundem de menſa Epiſcopali aſſignet Seminario, quoad vixerit, vel donec alia beneficia vacantia, ſaltem ejuſdem valoris ad ejus Collationem ſpectantia univerit, & eorum fructus cum effectu applicaverit. Si verò beneficia aliqua Seminario jam univiſſet, & nihil propterea taxæ jam ſtabilitæ, detraxiſſet, cogatur omninò tantum inde detrahere, quantum eſt redditus beneficiorum unitorum à Seminario perceptorum.

Compellant. In contumaces, & inobedientes in his, 33
quæ ad hoc decretum ſpectant ratione Seminarii poterit Epiſcopus procedere, prout Sacri Canones poſtulant. Advertentes tamen ſolventes penſiones poſſe retinere pro rata portionem debitam ex hoc decreto, ut Seminario ſatisfaciant. Et generale eſt, ut penſionarii teneantur ad Collectam per Clericos ſolvendam ex fructibus beneficii, ſicut cæteri beneficiati, ut pluribus probat Gigas *q.* 28. *num.* 19. Hinc de penſione loquitur ſubſidium charitativum, ſicut de beneficio ut per Bellenc. *in tr. de ſubſid. char. q.* 75. Caccialup. *de penſ. q.* 12. & Gig. *eod. tr. q.* 49.

Quod

34 *Quod ſi Cathedralium.* Quinta pars de negligentia Prælatorum in Seminarii erectione.

Rationes. Sexta pars de reddendis rationibus.

35 *Deinde ut cum.* Septima pars eſt de munere Scholaſticas obtinentium, de que illorum proviſione, ac doctrina legenda. His autem, quibus hujuſmodi Scholaſteriæ ſunt conferendæ, ſufficit, ut in aliqua Vniverſitate approbata acceperint gradum magiſterii, vel Doctoratus, vel licentiati fuerint. Nec obſtabit gradum ab iis fuiſſe ſuſceptum in Vniverſitate alterius regionis, quam illius, ubi ſita eſt Scholaſteria.

36 *Si verò.* Octava pars, de qua ſicuti, & de nona in *verſ. In Eccleſiis*, nihil occurrit dicendum.

37 *Poſtremò.* Pars decima de difficultatibus, quæ oriri poſſunt circa modum, & rationes præſcriptas in erectione Seminarii. *Ab* his autem præſcriptis rationibus; & forma circa uniones, & contributiones, Concilium Provinciale Burdegalenſe potuiſſe recedere, dixit S. Congregatio. Item illos Epiſcopos, qui in ſuis diœceſibus ratione paupertatis Seminarium juxta hanc formam à Concilio præſcriptam, conſtituere non poſſunt, commodiori ratione, qua poterunt neceſſaria, & opportuna decernunt.

38 Porrò in proviſionibus beneficiorum vacantium per obitum, Papa non conſuevit derogare unionibus, ſed in vacantibus ex cauſa reſignationis, ponit in litteris clauſulam ſuſpenſivam quarumcumque unionum. Per quam quidem Clauſulam ſuſpendit etiam uniones factas Seminario in vim Concilii Tridentini, ideòque non eſſe impedimentum, quominus reſignatarius in poſſeſſione beneficii perſeveret, cenſuit Sac. Congregatio ejuſdem Concilii interpres. Item cùm in una Hoſtunenſi dubitatum fuerit, an vigore *cap.* 15. *ſeſſ.* 24. poſſit fieri unio de beneficiis viventium, nempè ante vacationem, ſine tamen obtinentium præjudicio, reſponſum eſt, poſſe fieri, tamen ſi beneficium viventis unitum contingat reſignari, & reſignationem per Sedem Apoſtolicam admitti, unionem pro illa vice ſuſpendi.

39 Inter autem caſus, in quibus Sac. Concilium Tridentinum tribuit Epiſcopis facultatem uniendi beneficia reſervata, unus eſt in *d. cap.* 18. *ſeſſ.* 23. ubi tribuitur Epiſcopis facultas ampliſſima uniendi beneficia ſimplicia Seminario Clericorum, & diſertis verbis habetur, *ut hoc locum habeat, etiamſi beneficia ſint reſervata, & affecta, nec per reſignationem ipſorum beneficiorum uniones ſuſpendi, vel ullo modo impediri poſſint, ſed omnino quacumque reſervatione, etiamſi in Curia, effectum ſuum ſortiatur, & quacumque Conſtitutione non obſtante.* Hæc ibi. Et hoc quoque tempore inſpecto, in hoc ſpeciali caſu approbatur facultas uniendi beneficia reſervata, quam Epiſcopi habent à jure communi abſque limitationibus, ſeu declarationibus. Neque verò uniones in hoc caſu cadunt ſub regulam revocatoriam unionum Vrbani VIII. quæ habetur in Bullario *tom.* 4. quoniam ibi excipiuntur uniones factæ Concilii Tridentini auctoritate.

40 At verò cum poſt decretum Clementis VIII. hac de re editum, in S. Congregatione Concilii quæſitum fuerit, an unio beneficiorum affectorum facta, etiam ante vacationem, debeat cenſeri invalida ad obviandum fraudi, quæ in ſimili unione ab Ordinario committi videtur, & an proviſus Apoſtolicus illorum ſit mittendus in poſſeſſionem, die 22. Februarii 1602. Sac. Congregatio cenſuit, de cætero ad obviandum fraudibus oportere decerni, ut non poſſint etiam ante vacationem uniri Seminario beneficia, quæ obtinent perſonæ, quæ ob familiaritatem Cardinalium, vel aliam rationem tales ſint, ut quocumque menſe decedant, certum ſit ea fore affecta Sedi Apoſtolicæ. Cæterum in præteritum nihil ſtatuendum. Die 26. Februarii 1602. Sanctiſſ. ex ſententia Congregationis decrevit, ut ſuperius eſt annotatum. Itaque, inſpecto hoc tempore, quoad uniones, quæ fiunt Seminario funditus ſublata eſt facultas, quam Epiſcopi habebant à jure communi, & à Concilio Tridentino uniendi beneficia reſervata, vel affecta, ſed in aliis unionibus quæ fiunt in vim, *cap.* 5. *ſeſſ.* 21. *& cap.* 15. *ſeſſ.* 24. Salva manet Epiſcoporum facultas, cum ex decreto Clementis non reperiatur ſublata.

Cardinalis verò Epiſcopus habens indultum, non 41
obſtante decreto Clementis VIII. unire poteſt Seminario ante vacationem ea beneficia, quæ ſi, eodem Cardinali vivente, vacarent, non obſtantibus reſervationibus, vel affectionibus Apoſtolicis, ad ſuam collationem pertinerent. Nam decretum Clementis VIII. neque in verbis, neque in ratione comprehendit Cardinalem habentem indultum, non in verbis, quia loquitur de beneficiis, quæ obtinent perſonæ, quæ tales ſint, ut quocumque menſe decedant, certum ſit, ea fore affecta Sedi Apoſtolicæ. Undè nullo modo comprehendit beneficia, quæ ſi eodem Cardinali vivente, vacarent ad ejus collationem pertinerent, non obſtantibus reſervationibus, vel affectionibus Apoſtolicis. Certum eſt enim, ea non fore affecta Sedi Apoſtolicæ, ſed abſolutè pertinere ad Collationem Cardinalis Epiſcopi, cujus ordinaria poteſtas in conferendo per indultum non ampliatur, ſed præſervatur, remotis obſtaculis reſervationum juxta deciſiones Caſſadori 3. & Creſcentii itidem 3. de privilegiis.

Neque mens, & ratio evitandi fraudes. Quia hoc 42
modo non poteſt ullo pacto unire in fraudem ut præripiat Papæ collationem beneficii. Nam ut collatio, ſtante indulto, non ad Papam, ſed ad ipſum Cardinalem pertineat, utique uniendo, non Papæ, ſed ſibi tantum infert præjudicium, cùm ſe ipſum privet ea facultate, quàm habet à jure communi beneficium conferendi, ut *cap. conquerente de Offic. Ord. cap.* 2. *de conceſſ. prab. & cap. ex frequentibus de inſtit.* Neque credendum eſt, Cardinalem unire Seminario beneficium ad hoc, ut poſt ſuam mortem præripiat Papæ ejuſdem beneficii collationem, Atque ita tunc demum Clemens prohibet unionem, ſi adſit certitudo Apoſtolicæ affectionis. Hæc autem certitudo non adeſt, cum Cardinalis unit beneficium, quod, ſi, ſe vivente, vacaret, ad ſuam Collationem pertineret. Quia fieri poteſt, ut vacatio contingat, ſe adhuc vivente; & certè ſi Clemens hoc incertos eventus deſideraſſet, utique cenſeretur prohibuiſſe uniones beneficiorum etiam non affectorum. Nam quis prohibet beneficium non reſervatum fieri reſervatum per futuram familiaritatem poſſidentis per obitum in Curia, ſeu in menſe reſervato, vel ob aliam quamcumque cauſam? Et tamen uniones beneficiorum per hujuſmodi affectiones, aut reſervationes ſupervenientes non impediuntur, nec ſuſpenduntur, quia Clemens reſpexit ad reſervationem certam in ipſo unionis initio, non autem ad futuras contingentes, ut jam ſæpiùs declaravit S. Congregatio Concilii cum hujuſmodi caſus eventitii attendi, & conſiderari non debeant, ut *l.* 2. *§. ſi eo tempore ff. de admin. rer. ad Civit. pertin. l. Julianus ff. qui & à quib.* & Annotat Atchid. *in can. pen. d.* 5. præſertim verò, quia in hoc futuro contingenti mortis Cardinalis nulla fraus conſiderari poteſt adverſus collationem Apoſtolicam.

Itaque Clemens illi tantum fraudi obviare voluit, 43
quam committebant Ordinarii uniendo ea beneficia, quæ ſciebant certò ad ſuam collationem ſpectare non poſſe, ſed ea fore affecta Sedi Apoſtolicæ ratione familiaritatis, aut aliam ob cauſam. Quæ quidem ratio fraudis non viget, neque vigere poteſt in hoc caſu. Tenor autem decreti eſt hujuſmodi. *De cætero ad obviandum fraudibus oportere decerni, ut non poſſint etiam ante vacationem uniri Seminario beneficia illorum, qui vel ob familiaritatem Cardinalium, vel ob aliam cauſam tales ſint, ut quocumque menſe decedant, certum ſit, ea fore affecta Sedi Apoſtolicæ.* Quod tamen decretum non extenditur

ad

ad prætrita Sanctiſſ. 26. Februarii 1602. ita decrevit.

44 An autem Cardinalis Epiſcopus habens indultum non obſtante decreto Clementis VIII. unire poſſit Seminario beneficia, duplici reſervatione perſonali reſervata, vel affecta, differit Rota apud Caputaq. *dec.* 85. *p.* 2. Ægyd. *dec.* 425. Mandoſ. *in prax. Signat. v. Indultum conferendi verſ. An autem,* & fuit plenè reſolutum in voto Ubaldi, ac Veroſpii Rotæ Auditorum in cauſa Cæſenaten. anno 1615. Et diſtinguit Sarnenſis *in reg. de impetr. benef. var. per obit. q.* 15. *n.* 7. *&* 8. At nunc non eſt opus alia diſputatione, quandoquidem omnis ſolutio patet ex litteris in forma Brevis Urbani VIII. datis die 15. Julii 1642. in quibus confirmatur decretum Clementis VIII. prohibentis, fieri uniones beneficiorum diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ reſervatorum, vel affectorum cum declaratione, quod prædictum decretum etiam eoſdem Cardinales comprehendit, prædictoſque Cardinales, & quoſcumque alios prædicta Indulta Apoſtolica conferendi prædicta beneficia reſervata, vel affecta, & de eiſdem diſponendi habentes non potuiſſe hactenus poſt prædictum decretum Clementis, neque impoſterum poſſe in vim illorum, vel vigore Concilii Tridentini, aut alias etiam auctoritate eorum ordinaria, prætextu quod ex prædictis indultis extinctæ, & ſublatæ ſint reſervationes, & affectiones eadem beneficia quomodolibet tempore unionis reſervata, vel affecta unire etiam Seminariis puerorum, nec de iis per viam cujuſcumque unionis, ſuppreſſionis, vel applicationis diſponere, nec etiam in vim prædictorum indultorum reſervata, & affecta conferendi, ac de eis diſponendi potuiſſe, nec poſſe conferre beneficia duplici reſervatione perſonali reſervata, vel affecta &c.

45 Ex quibus dubitari quoque poteſt, an Decretum Clementis VIII. quemadmodum abſtulit Epiſcopo facultatem uniendi beneficia reſervata, ita etiam abſtulerit facultatem uniendi litigioſa? Et verius videtur hoc decretum non habere locum in litigioſis, quia in illis non viget tanta ratio prohibitionis, quanta viget in reſervatis. Neque enim unio cenſeri poteſt fieri abſolute in fraudem collationis Apoſtolicæ. Quia incertum eſt, an finita lite, beneficium conferri debeat à Papa, vel ab Ordinario, & poteſt contingere, ut Ordinarius uniendo præjudicet ſuæ collationi, puta ſi beneficium vacaverit extrà Curiam Quo caſu collatio litigioſi, finita lite, ſpectat ad Ordinarium juxtà textum in *Clement.* 1. *ut lit. pend.* Et cum magis ſit, beneficium eſſe reſervatum, quàm litigioſum, non ſequitur, quod Epiſcopus ob decretum Clementis non poteſt unire reſervata. Ergo nec litigioſa. Quia regula, *In eo quod plus* procedit in oratione affirmativa, non negativa, ut declaravit Bartolus, & Doctores *in l.* 1. *§. ſtipulanti ff. de verb. oblig.* & Dec. in *d. l. in eo quod plus num.* 8. *de reg. jur.* Sicut neque valet argumentum de parte ad totum, ut per Calder. *conſ.* 111. *alias* 2. *de arbitr.* Præterquam quod nec verba ejuſdem decreti conveniunt ullo modo beneficiis litigioſis, loquuntur enim de illis tantum, quæ quocumque menſe vacaverint, certum tamen ſit, fore affecta Sedi Apoſtolicæ. At verò litigioſa, ſi vacaverint extra Curiam in menſe Ordinarii, finita lite, nullo modo ſunt affecta Sedi Apoſtolicæ, ſed pertinent ad Ordinarii collationem, ut ſtatutum eſt in *d. Clem.* 1. Atque adeo in litigioſis non adeſt certitudo illa, quam decretum inquirit. Et in hanc ſententiam Sac. Congregatio reſpondit, dum dixit, unionem beneficii, ſivè ante, ſivè poſt decretum Clementis facta fuerit, tamen non eſſe nullam ex eo quod beneficium ſit litigioſum.

46 Annotandum autem eſt, quod licet Epiſcopus poſſit ex decreto Tridentini unire beneficia Seminario, non poteſt tamen omnia unire. Conſulta enim Sac.

Congregatio ab Epiſcopo Bellunenſi, an unio omnium beneficiorum ſimplicium diœceſis facta Seminario, ſit valida, reſpondit, non eſſe validam. Et propterea in ſimili, quamvis Epiſcopus poſſit unire unam, vel duas Eccleſias, *cap. ſicut unire de exceſſ. Pral.* non tamen unire poteſt omnes, quia ſic collationes, & jura ſuæ menſæ Epiſcopalis evacuaret prodigalitate quadam, ut per Oldrad. *conſ.* 162. *num.* 2. & ob eandem rationem, quamvis Rex poſſit valide alienare, aq donare, *cap. Abbate de re judic. lib.* 6. Oldrad. *conſ.* 94. *num.* 23. tamen ſecus eſt ſi alienatio Regnum diminuerit; aut graviter læderet dignitatem per textum, qui loquitur de Rege Hungariæ *in cap. intellecta de jure jur.* & notat Bartol. *in l. prohibere §. plane ff. quod vi, aut clam.* Bald. *conſ.* 159. *num.* 3. & 7. *lib.* 3. Oldrad. *loc. cit.* Et multò magis ii alienatio ad nihilum redigeret jura, & ſtatutum Regni, ut per Abbatem, qui loquitur de Rege Franciæ *conſ.* 3. *lib.* 2. & Paul. de Caſtr. *conſ.* 70. *num.* 6. *lib.* 1. ubi de Rege Poloniæ. Sic quoque ex totali translatione univerſitatis Conventus ſuppreſſus enormiter læderetur, ut per Feder. de Sen. *conſ.* 29. *num.* 2. & per translationem totius Ordinis Religio ipſa extinguitur, deletur. Undè rei gravitas efficit, ut translatio hujuſmodi ſit Sedi Apoſtolicæ reſervata, ut *in cap. un. §. ad hæc. de relig. dom. lib.* 6. Majores enim Eccleſiæ cauſæ ad Romanam Eccleſiam ſunt referendæ, *cap. majores de baptiſm. can. dudum* 3. *quæſt.* 6. *& cap.* 1. *de transl. Epiſc.* Neque obſtat *cap. licet de regular. & can. Virgines* 20. *quæſt.* 4. quia loquuntur de ſingularibus perſonis tranſeuntibus, non autem de univerſa Congregatione, vel Ordine. Nam per translationem totalem Univerſitatis, vel Ordinis decoloratur, & evertitur Religio ipſa. Quod non contingit per translationem ſingularium perſonarum.

Parerga de Seminario his ſubjicio. Epiſcopus mo- 47
dernus pecunias Seminario debitas, à prædeceſſore non exactas nec ipſe exigere debebit.

In Oſcenſi. Curare debet Epiſcopus cum conſilio duorum Canonicorum Seniorum, ut pueri Seminarii Cathedrali, & aliis locis Eccleſiaſticis diebus feſtis cum ſuperpelliceis in gradibus inferioribus chori deſerviant.

In Faventina. Epiſcopus pro fabrica Seminarii vel 48
pro inſtauratione domus Seminarii poteſt taxam exigere, licet adhuc juvenes non ſint in illud introducti.

In Averſana. Ante erectionem Seminarii nihil eo 49
nomine ſolvendum eſt.

In Cremonenſi. Illi duo de Capitulo eligendi, 50
poſtquam fuerint electi, erunt perpetui, nec ſine legitima cauſa amoveri poſſunt. Eſt autem cauſa legitima ſenectus, infirmitas, & ſimilis, alia 5. Septembris 1602.

In Ravennatenſi. Epiſcopus adhibito conſilio depu- 51
tatorum ad regimen Seminarii, poteſt circa illud ſtatuere, quod ſibi magis videbitur, etiam moderando ſtatuta in hoc decreto *cap.* 18. ut colligitur ex verbis ultimis dicti capituli.

In Oſcenſi. Epiſcopus cum conſilio deputatorum 52
tenetur providere, tam circa diſciplinam, & mores Clericorum, quàm circa adminiſtrationem rerum temporalium. Poteſt autem eorum conſilio adhibito facere quod ſibi expediens videbitur. Exactio verò Taxæ ad ſolum Epiſcopum ſpectat. Undè ſolus abſque interventu deputatorum compellere poteſt ad ſolvendam portionem Seminario debitam.

In Uritana. De diſtributionibus quotidianis, & in- 53
certis nihil Seminario ſolvendum eſt.

In Ulyſſipponenſi. Antequam fructus taxentur pro 54
tata Seminario ſolvenda, deducendæ ſunt expenſæ, quæ fiunt in beneficiis.

In Sorana. Beneficium, quod non reperitur taxatum 55

in libris decimarum, non contribuit Seminario erecto post diem undecimam Julii anni 1567.

56 In Burgensi. Regulares ad Seminarium non tenentur, nisi habeant beneficia unita suis monasteriis, quo casu contribuere debent pro eorum rata.

57 In Ulysiponensi. In solutione taxæ pro Seminario debent pro rata detrahi expensæ, quæ fiunt in Colligendis fructibus, ac onera posita ante Collegium.

58 In Uritana. Quando fructus omnes consistunt in distributionibus quotidianis, quæ dari solent divinis interessentibus tantum, non tenetur Capitulum ad contributionem Seminarii.

59 In Melphitana. Quando Abbatia, sive aliud beneficium est nullius diœcesis, solvitur Seminario illius diœcesis, in qua alias dicta Abbatia, sive beneficium erat constituta. Si verò Ecclesia est in una diœcesi, & bona ejus in altera, contributio fieri debet Episcopo loci, ubi est Ecclesia, nisi bona in altera diœcesi existentia sint propinqua alicui Ecclesiæ ibi constitutæ, quæ tanquam membrum subjecta esset Ecclesiæ parochiali aut eidem unitæ. Quo casu contributio fieri debet, ubi sunt bona. Quod etiam declarandum est in Ecclesia unita, aut subjecta, si constructa fuerit ante acquisitionem ipsorum bonorum. Quæ si constaret, bona fuisse prius applicata Ecclesiæ parochiali, licet postea ibi alia Ecclesia ædificata fuerit, contributio sit Episcopo Ecclesiæ Parochialis.

60 In Tudertina. Hospitalia ad contributionem Seminarii non tenentur, neque etiam Confraternitates laicorum, nisi habeant unita beneficia, quo casu contribuere debent.

61 In Ulysipponensi. Monasteria, in quibus Seminarium actu non est, sed tamen contribuunt alteri monasterio pro sustentatione Scholarium, censentur ac si Scholares haberent; propterea non tenentur ad contributionem, nisi de redditibus, qui supersunt.

62 In Mediolanensi. Canonici electi ab Episcopo ad constituendam educationem puerorum, mutari non debent, nisi, ut supra, & eorum consilium Episcopis tenentur adhibere, sed non tenentur sequi, & adhibendum est in omnibus infrascriptis.

63 In constituendis regulis universalibus Seminarii.

64 In electiono singulorum puerorum introducendorum.
In electione librorum legendorum.
In punitione discolorum.
In visitationibus.
In electione loci.
In electione magistrorum.
In electione Confessoris.
In eorundem expulsione.

65 Alii quatuor adhibendi sunt deputati in consilio circa taxationem fructuum contributionis.
Circa unionem beneficiorum.
In difficultatibus, ob quas Seminarii Instructio, vel conservatio impediretur, aut perturbaretur.
In omni temporali administratione Seminarii.
In expulsione, & deputatione Ministrorum Seminarii.
In expensis quotidianis.
In provisionibus bladorum.
In administratione bonorum quorumcumque, ac reddituum ipsius. Non autem etiam in iis Episcopus tenetur sequi eorundem consilium, sed ut supra solummodo adhibere.

66 In Antuerpiensi. In Monasteriis, in quibus habentur Magistri salario conducti pro docendis Monachis, eadem ratio est habenda de istis expensis, quæ de illis scholarium, seu discentium Monachorum habetur.

67 In Bracharensi. Milites Hierosolymitani, qui habent beneficia sibi commendata alterius Ordinis, vel qualitatis, tenentur ad contributionem Seminarii rationе hujusmodi beneficiorum, cum exceptio non respiciat personas, sed tantum beneficia Ordinis Hierosolymitani.

In Patavina. Si ignoratur cujus naturæ sint benefi- 68
cia Ecclesiastica, Monasteriis unita, vel aliàs exempta, Seminario contribuere debent. Et hoc procedit in Monasteriis, quæ non sunt Mendicantium. Nam in istis Monasteriis, quæ possident bona immobilia, onus probandi ea esse per uniones acquisita, in Episcopum transfertur, quo non probante, ea bona erunt exempta.

In Imolensi. Simplicia beneficia ad collationem infe- 69
rioris collatoris spectantia, Episcopus unire non potest. Nec etiam beneficia regularia, nec beneficia juris patronatus Ecclesiastici, nec Canonicatus.

In Gandavensi. De beneficiis unitis vigore hujus decre- 70
ti, superfluum est petere confirmationem à Sede Apostolica.

In Cameracensi. Sicut beneficia ante vacationem Se- 71
minario uniri possunt validè, ita nulla erit unio facta post vacationem de beneficio reservato.

In Aquilana. Episcopus, qui in suis mensibus bene- 72
ficia vacantia non univit, in mensibus reservatis unire non potest.

In Marsicana. Contra recusantes solvere taxam Se- 73
minario, potest Episcopus procedere usque ad interdictum & alia graviora juris remedia.

In Brundusina. Si Episcopus duabus Civitatibus præ- 74
est, in utraque erigatur Seminarium, & si redditus non sufficiunt, conducantur Magistri.

In Melphitana. In Ecclesiis, ubi sunt adeò tenues 75
redditus, ut Seminarium erigi non possit, provideatur saltem expensis beneficia obtinentium de duobus Magistris, altero Grammaticæ, & altero Musicæ, à quibus instruantur pauperes pueri Civitatis, & Diœcesis, in eorumque sumptus totus Clerus contribuat perinde ac si contribueret ad Seminarium formatum.

Pars, quæ ratione Seminarii est detrahenda, ad de- 76
cimam integram fuit taxata, si Seminarium fuit erectum ante diem undecimam Julii 1567. Nam in Seminariis postea erectis, dicendum est, ut infrà.

Quicumque verò Episcopus ante diem undecimam 77
re ipsa Seminarium erexit, & servata forma Concilii certam taxam stabilivit, eamque à majori parte taxatorum exigere cœperit, seu illi sponte, seu ex contentione, aut metu solverint, dummodo in hac quasi possessione sit exigenda, eaque taxa sic exacta, in usum Seminarii versa sit, & quotidie vertatur, in exactione hujusmodi perseveret, & omnes, qui distulerint solvere, cogere poterit juris remediis.

Sacra Congregatio Concilii tum alias, tum in Sa- 78
binensi 26. Maii 1640. declaravit, Archipresbyterum, & Canonicos Collegiatæ Ecclesiæ Montis Rotundi teneri contribuere Seminario, non tamen pro portione, quæ cedit in usum quotidianarum distributionum, nec pro legatis piis pro celebratione Missarum relictis, prout neque incertis, & eleemosynis Sacristiæ elargitis, sed tantum ex illis redditibus certis constitutis, etiamsi proveniant à legatis piis, ut legitur *lib. 16. decretor. fol.* 380.

In Lucana 19. Novembris 1616. Seminarii deputati, 79
aliique Officiales habent votum consultivum, non autem decisivum.

In Fundana 20. Decembris 1601. Clerici Seminarii non 80
præcedunt Canonicis Collegiatæ, Sac. Congregatio Rituum.

In Adrienſi 21. Martii 1620. Clerici Seminarii in pro- 81
cessionibus præcedunt aliis Clericis, eadem Sac. Rit. Congreg.

In Capuana 1. Septembris 1607. Clerici Seminarii 82
debent in publicis processionibus primi incedere ante Clerum Sæcularem, & relinquere locum digniorem Curatis ead. Sac. Rit. Congreg.

In

83 In eadem, eodemque die, & anno. Seminarium non est membrum Ecclesiæ Cathedralis, licet in ea Clerici Seminarii officient. Ead. S. Rit. Congr.

84 In Vercellensi. Seminarii bona stabilia non licet ad novennium locare, nec eadem bona cum aliis bonis in evidentem Ecclesiæ utilitatem permutari, nec sterilia, & inculta in emphyteusim ad tertiam generationem concedere. Sac. Congregatio Concilii 19. Februarii 1633. ad 3. & 4. & 5.

85 Seminarii à contributione nemo est exemptus, nisi qui nominatim à Concilio excipiuntur, S. Congregatio Concilii 11. Januarii 1601.

86 Seminarii contributio anticipatè solvenda est de quadrimestre in quadrimestre, Sac. Congr. super Episcop. 8. Martii 1588.

87 Seminario contribuere tenentur Ecclesiæ sæculares, quæ non sunt de mensa Monasteriorum, tametsi ad eorum institutionem, & collationem pertineant, in Caputaquensi Sac. Congregatio Concilii 23. Junii 1586. & 4. Februarii 1593.

88 In Caputaquensi 4. Februarii 1593. Seminario contribuere tenentur beneficiati beneficiorum Collationis Monachorum, si intra fines Diœcesis sunt, Sac. Congregatio Concilii.

89 In Lucana 5. Julii 1628. Seminarii occasione potest taxa pro pensionibus detrahi, & exigi à titularibus, dummodò specialiter non sint exemptæ; qui titulares retinebunt pro rata soluta.

90 Titularis occasione contributionis per eumdem factæ Seminario non potest detrahere ex pensione, quam solvit, nisi pro rata illius, & ad eam rationem, qua ipse Titularis contribuit. Sac. Congr. Concilii.

91 A contributione Seminarii sunt exempti Clerici Cameræ Apostolicæ ratione beneficiorum, quæ obtinent; Sac. Congregatio super Episcop. in Maceratensi 12. Maii 1604.

92 Seminario ad contribuendum cogi non debet Abbas, qui suo territorio, & jurisdictione prius Seminarium erexerat, & provisum retinebat. S. Congregatio Concilii 30. Martii 1594.

93 In Lucana 17. Februarii 1619. Seminario contribuere non tenetur Abbatia unita Capitulo Cathedralis ante Concilium Sac. Congreg. Concilii.

94 In Augustana 14. Decembris 1630. Ad contributionem Seminarii non tenentur, neque compelli possunt Fratres S. Joannis Hierosolymitani, sive eorum Vicarii in Ecclesiis Parochialibus Religioni prædictæ unitis, vel ab ea dependentibus. Sac. Congr. Concilii.

95 Legata, ut conducatur grammaticus, qui pauperes instruat pueros, applicari possunt Seminario. S. Congr. Concilii.

96 Episcopus debet primum de sua, & Capituli mensa contribuere, & postea alios cogere. S. Congr. Concil.

97 Cardinales debent contribuere de fructibus beneficiorum in Diœcesi, ubi est Seminarium. Sac. Congregatio Concilii.

98 Non sunt magis gravanda beneficia simplicia, & pensiones, quam curata, Sac. Congr. super Episcop. 27. Octobris 1603.

99 Uniones beneficiorum factæ Seminario non subsistunt, nisi post illius erectionem, & actualem educationem puerorum. S. Congr. Concil. apud Gonzal. *glos. 7. num.* 68.

100 Emptio domus, aut electio deputatorum non est erectio Seminarii, Rota 15. Aprilis 1622.

101 Uniones factæ absque consilio quatuor deputatorum non valent. S. Congr. Concilii 13. Januarii 1594.

102 Cogi possunt ad solvendum prædictos redditus per censuras Ecclesiasticas, & alia juris remedia ab Episcopo, non obstantibus quibuscumque, Trid. *d. cap.* 18.

103 Seminarium erigi non potest in ædibus Canonicalibus, nisi de consensu Canonicorum, & ita separatum, ut presbyteri, vel Clerici nullam communicationem habeant cum Seminaristis, in Mutinensi 3. Februarii 1604.

104 Recipi non possunt in Seminario Clerici sine licentia Ordinarii, in Salernitana 10. Julii 1590.

105 Licet Episcopus nihil contribueret pro manutentio ne Seminarii; non potest propterea Seminarium prætendere aliquam exemptionem ab ejus jurisdictione, in Aquileiensi 27. Januarii 1597.

106 Taxa quatuor pro centenario super beneficiis approbatur, in Agrigentina 25. Februarii 1602.

107 Quæ si non sufficiat pro tenendo saltem Magistro Grammaticæ, & cantus Gregoriani cum domo, & aliis necessariis, non debet augeri, & in Recanatensi 25. Junii 1597.

108 Capitulum, & Canonici, licet exempti sint ab Episcopi, jurisdictione, compelli tamen ab eo possunt ad solvendum eorum ratam, 29. Novembris 1604.

109 Nisi redditus omnes consistant in distributionibus quotidianis, in Tarentina 24. Julii 1595.

110 Nullius etiam loca contribuere debent, si proprium Seminarium non habent; in Caputaquen 2. Maii 1601.

111 Quemadmodum subditi Abbatis Monasterii Cavensis Seminario Caputaquensi 4. Aprilis 1607. Nisi tamen beneficia sint unita, vel de mensa à Monasterii per privilegium Pii Quinti. Donec autem hoc probetur, Seminarium manutenendum esse in quasi possessione exigendi.

112 Regulares etiam contribuere tenentur, in Cæsenatensi 2. Maii 1601.

113 Nisi sint exempti per privilegium speciale, ut Carthusiani 12. Maii 1587.

114 Et Prioratus S. Spiritus 6. Septembris 1603. Vel nisi vivant de eleemosynis, *ibid.*

115 Provisi de beneficiis, Seminario unitis, unione effectuandâ, cùm primum vacaverint, cogi non possunt ad contributionem 1. Octobris 1599.

Neque Confraternitates, & alia loca pia, quæ non habent beneficia annexa 23. Januarii 1586. & 10. Januarii 1594. & 25. Februarii 1602.

116 Neque hospitalia, quæ non conferuntur in titulum, ut supra.

117 Neque Monasteria monialium, nisi ratione beneficiorum unitorum, vel bonorum subjectorum aliis oneribus Episcopalibus, 22. Decembris 1583. & 26. Julii 1593.

118 Vel nisi essent solita; Quia tunc omnes supradicti cogi debent, licet vellent renunciare privilegio tenendi alumnum in eodem Seminario, 20. Julii 1620.

119 Capitulum Sancti Petri in Vaticano non tenetur ad aliam contributionem pro beneficiis ipsi unitis, in aliis diœcesibus, quia contribuit pro omnibus Seminario Romano, Sac. Congregatio super Episcopis in Caputaquensi 1584.

120 Uniri non possunt Seminario per Ordinarium beneficia curata, sed simplicia tantum, & eorum supportatis oneribus, 15. Martii 1580.

121 Neque Canonicatus etiam Collegiatæ, licet non sint amplius de residentia, 27. Martii 1599.

122 Scholasteria in locis, ubi non est Seminarium non est necessariò conferenda Doctoribus, vel Magistris, aut licentiatis in Sacra Scriptura, vel jure Canonico; quia Concilium *d. cap.* 18. §. *de cætero*, loquitur, ut cum minori impensa possint docere in Seminario per se ipsos, in Calagurritana 5. Maii 1597.

123 Ludimagistri Universitatis non tenentur docere pueros Seminarii, nisi ad publicas scholas accedant, Civitatis Plebis 11. Decembris 1610.

124 Verba illa, *In quibus Seminaria discentium, vel docentium actu non habentur*, intelliguntur de Clericis sæcularibus, ubi Seminarium erigitur, licet in loco adsit studium Regularium. Nec ratione hujus studii

Conventus prætendere se potest exemptum à contributione.

125 Illegitimi non possunt ab Episcopo admitti in Seminarium, licet sint dispensati ad Canonicatus, & dignitates 15. Martii 1595.

126 Circa Taxam adest Decretum Beati Pii Quinti, quod Episcopus qui ante undecimam diem Julii 1567. Seminarium re ipsa non erexit, quandocumque illud erigere constituerit, ab ipsa reali erectione nihil ejus nomine ultra dimidiam decimam relatam ad antiquam taxam exigat, & si quid amplius exegerit, vel restituat, vel ab eo compensetur quod inposterum post ipsam erectionem ad eam rationem exigendum erit; nisi tamen appareat totum illud, quod amplius exactum erit; jam fuisse verè conversum in præparamenta necessaria, aut aliam similem operam Seminarii.

127 Vel nisi Episcopus esset in quasi possessione exigendi majorem taxam, impositam à Concilio Provinciali, Sac. Congregatio Concilii *in Surrentina*. Quæ in Materana concessit, posse taxari in plus dimidia decima.

128 *Alias* si non potest erigere Seminarium formale, debet erigere Scholam, in Matricana. Et pro hujusmodi Schola permittitur dimidium taxæ, quæ solveretur Seminario, 18. Novembis 1587.

129 Simili modo potest Episcopus cogere Capitulum, & alios ad contributionem pro Magistro Musicæ, dummodo & ipse contribuat pro rata, in Andriensi.

130 Circa hujusmodi Scholam notandum, quod cum plures Episcopi, qui Seminarium erigere minimè poterant, Scholam instituissent, ac certam portionem ex beneficiis propterea detraxissent, animadversum fuit in Congregatione Concilii, quod hujusmodi facultas tributa erat Episcopis à Concilio, cum non possit institui lectio Theologiæ, non autem cum non posset institui Seminarium, ut habetur *cap.* 1. *sess.* 5. *v. Ecclesiæ.* Ideòque Congregatio jussit ea de re agi cum Sanctissimo, ad quem cum D. Cardinalis Matthæjus die 16. Februarii 1598. in Consistorio retulisset, Sanctitas Sua mandavit, has beneficiorum taxationes de cætero pro Schola in alio casu, quam in eo, de quo Concilium loquitur, non esse permittendas, sed hactenus institutas confirmavit.

131 Ex redditibus *Parochiarum*, quæ apud Indos Doctrinæ vocantur, fit contributio Seminario deducta congrua Parochorum sustentatione. Congregatio Concilii 2. Septembris 1603. coram Clemente Octavo.

132 Pensionarii, etiam Regulares, tenentur contribuere Seminario, 17. Augusti 1652.

133 Et notandum, pensionarios ante Concilium teneri contribuere indistinctè. Si verò pensio reservata fuerit post Concilium, ita demum pensionarios ad contributionem teneri, si per Sedem Apostolicam à tali contributione non fuerint exempti. Verùm etiam in casu, quo pensionarii contribuere tenentur, beneficiorum possessores ab Episcopo debere compelli ad solvendam portionem taxatam, non solùm pro se, sed etiam pro pensionibus, quas solvunt. Licèt tamen postea ita solventibus retinere pro rata quidquid pro pensionibus ipsi solverunt, in Tridentina.

134 Tenetur autem pensionarius contribuere Episcopo Seminarii, ubi situm est beneficium, non ubi habitat id pensionarius, licet sit perpetuus, & persona ficta, ut Capitulum, &c.

135 Seminarium non est erigendum super mendicitate, Congreg. propag. fid. 1627.

136 Beneficium unitum Seminario alterius diœcesis, tenetur nihilominus contribuere Seminario propriæ, quod ante unionem contribuere consueverat, in Cremonensi 18. Julii 1588. Congr. Concilii.

137 Eadem tamen Sac. Congregatio Concilii 2. Februarii 1606. declaravit, quod beneficium fundatum à patrono certa lege de consensu Episcopi apposita, ut ad nulla onera teneantur, dummodo fundatio post Concilium facta fuerit, non tenetur contribuere Seminario. Multò minus si id etiam expresè caveatur in fundatione, ut neque ad Seminarium contribuere debeat.

138 Illa beneficia, quæ ob tenuitatem decimis Papalibus non contribuunt, neque Seminario contribuere tenerì. Sac. Congregatio Concilii 21. Martii 1602. & 23. Martii 1604.

139 Ex fabricarum redditibus, si Ecclesiasticæ sunt, contribuendum esse Seminario, quamvis à laicis administrentur, Congr. Concilii.

140 Beneficia Cameralium, licet simplicia, non possunt uniri Seminario, in Murana.

141 Ordinarius non potest unire Seminario beneficia curata, he quidem habitu tantum, Congregatio Concilii 12. Februarii 1622.

142 Capellanias verò, quæ celebrandi missas onus habeant, & in titulum dantur unire potest Seminario modo oneri injuncto satisfiat. Eadem Sac. Congregatio.

143 Unio facta Seminario non erecto ad formam Concilii, ut si pueri non vivunt simul, nulla est, in Pisaurensi *arg. cap. ad audientiam 2. de Eccles. ædif.*

144 Unio beneficiorum alioqui legitimè facta non impeditur, aut suspenditur per resignationem, etiamsi in Curia suum effectum sortita sit, & in favorem tertii, in Bellunen. Quod intelligendum est cùm vacaverit. Quia per resignationem in favorem tertii non dicitur propriè vacare beneficium. Et sic si beneficium non vacans uniatur vigore Concilii, *d. cap.* 18. & postea resignetur in favorem tertii, ac resignatio admittatur, unio pro illa vice suspenditur, ut in Hostunensi superiùs adducta 23. Februarii 1581. Maximè quia in litteris resignationis inseri solet illa Clausula, *cum suspensione omnium, & quarumcumque unionum*, 19. Junii 1608. in Bellunensi.

145 Regula de triennali non impedit unionem Seminario legitimè factam in eadem.

146 Si Episcopus prædecessor beneficium simplex, non servata forma Concilii, ac per consequens nulliter, Seminario univit, non potest successor illud eidem Seminario validè unire, servata forma Concilii. Quia Concilium non videtur dare facultatem uniendi beneficia devoluta 16. Julii 1599.

147 Neque potest unire beneficia regularia. In Hispalensi.

148 S. Concilium *d. cap.* 8. non prohibet transferri pensiones super beneficiis Seminario unitis. Congregi Concilij in Æsina 26. Aprilis 1602.

149 At quorum hæc? Cur S. Concilium Tridentinum tam accurate Seminaria instituì mandet, instituta regit? Ut quidem Ecclesiæ catholicæ emolumento esse possent, ut Clerus sæcularis ad normam primitivi Cleri reformatus, maximè idoneus esset ad missiones pro propaganda fide. Tum quia plus deferret Episcopis, nec exemptiones ab iis novisset, vel expeteret. Tum etiam quia convenientior esset ipsorum Conversatio, & modus vivendi, non solum lucrandis animabus, sed etiam eisdem jam ad fidem adductis cura pastorali fovendis, ac dirigendis; neque etiam tam ad finem particularem ordinis sui commendandi, vel promovendi intenderent, ut ferè Religiosi, quam ad bonum universale Ecclesiæ, haberentque Apostolicas illas virtutes, quibus tempore Apostolorum, & centenis aliquot annis posteà, fidem propagarunt sine ulla ope Religiosorum.

150 Et quamvis solemnia Religiosorum vota, & Monastica exercitia non haberent, nihilominus arctissima obedientia subjiciebantur Episcopis, non ad sua commoda

moda, sed ad salutem animarum attendebant, mundi opes, & delitias despiciebant, & castitatem summoperè sectabantur, communique vivendi modo se conformantes suavius fidem aliis & virtutes instillabant, non suis familiis, vel amicis ditandis intenti, sed Ecclesijs, & Parochiis, Scholis, Xenodochiis, Seminariis Pastorum, pauperibus populi per hæreticos oppressis, quibus Ecclesiæ universali, & plebi magis esset provisum.

151 Attamen collapso non nihil illo fervore Apostolico, fortasse non inconveniens nunc foret, Clerum sæcularem in tres Ordines dividere, ut aliqui in Ecclesiis Collegiatis Canonicorum divinis laudibus vacarent, & fratres laborantes precibus juvarent, vel in Cathedralibus Ecclesiis Episcopis essent subsidio, sive in audiendis causis fori externi, sive in visitando, & reformando, sive in pœnitentiali foro dirigendo, sive in examinandis iis, qui ad Sactos Ordines admittendi sunt, sive etiam in docendo Scripturas Sacras, sive aliis in rebus Episcopis auxilium, & consilium præstando. Alii curæ Pastorali in Parochiis invigilarent. *Alii* denique sponte se offerentes missionibus ad conversionem infidelium, vel reductionem hæreticorum, vel schismaticorum applicarentur. Ad Collegiatas, vel Cathedrales Ecclesias assumerentur viri in Pastorali cura, vel in missionibus jam emeriti, vel alias ad missiones, vel munia Pastoralia minus habiles, consilio tamen valentes, vel pietate, & eruditione eminentes. Ad Ecclesiis de Pastoribus, vel Curatis providendum servirent, particularia singulorum Episcopatuum Seminaria secundùm leges. S. Concilii Tridentini eo *cap.* 18. salubriter erecta. Ad missiones verò specialia singularum nationum collegia conducerent, qualia Romæ, & pluribus in locis per Gregorium XIII. & alibi Reges ac Principes aliosve fuerunt erecta, vel deinceps erigenda, in quibus juvenes bonæ spei, ac zelo animarum ferventes cum magno delectu reciperentur, & in linguis, aliisque necessariis disciplinis ad missionum onera sustinenda eruditentur, maxima habita ratione pietatis, ac puritatis conscientiæ, contemptus mundi, aliarumque virtutum ad dictum onus requisitarum.

152 Hoc juvenes expediret dirigi, ac instrui non per Religiosos, qui ferè ad finem particularem promovendi suos ordines magis collimant, & præstantissima ingenia ad suam Religionem alliciunt, ac pertrahere nituntur, aut saltem sui instituti ritus, ac cæremonias potissimum instillant, qui non ita conveniunt viventibus inter homines sæculares, ut experientia constat; sed per sæculares, Sacerdotes, viros probatos, ac industrios; & in munere isto exercitatos, qui paucis annis tenella illa germina ad maturitatem perducere, & posteà Sedi Apostolicæ, vel Episcopis ad missionem subeundas præsentare possent.

153 Vidimus ex uno Collegio Adriani VI. Lovanii sub uno præside Jacobo Janssonio, viro cum primis pio ac docto, intra paucos annos centenos operarios Hollandiæ, ac vicinis *Provinciis* subministratos, quorum aliqui fidem in Hollandia collapsam nullis laboribus fracti, in summis periculis pro magna parte restaurarunt, & plures hæreticos converterunt. Unum Duacense Seminarium *Anglorum* à Sæculari Clero directum plurimos acerrimo studio flagrantes, optimèque instructos operarios in Angliam intra paucos annos misisse, qui non modicum ibi fructum ediderunt. Unum Seminarium auspiciis Sasboldi Vicarii *Apostolici* Hollandiæ, & Alberti Eggii Vicarii Arlemensis Coloniæ erectum circa annum 1600. prius multum collapsam Universitatem, ac studium Theologicum Colonienſe excitasse, & permultos operarios Hollandiæ subministrasse, & posteà adeò auctum esse, ut in duo illud dividere, ac in diversis *Provinciis* collocare opus fuerit, quæ non pauciores bonos operarios confederatis Provinciis submittunt. Nec modicè juvarunt alia Collegia, & Principum Seminaria in aliis partibus. Et illis verò, qui à Religiosis diriguntur paucissimi submissi sunt operarii, vel pastores. Nam plerique litterarum studiosi circulo studiorum absoluto, vel ad Religionem tracti sunt, vel ad Canonicatus, & præbendas promoventur.

154 Crediderim itaque sæculares Sacerdotes in directores Seminariorum, Collegiorumque Sæcularium adhibendos; nihilominus tamen ubi *Patres* Societatis, vel alii Religiosi publicas lectiones habent, eas etiam à studiosis Collegiorum frequentari posse. Attamen si fieri possit, magis expediet, eos in ipsis suis Collegiis, ac Seminariis præter Regentem, vel præfectum in spiritualibus exercitiis, habere, ut minimum, tres professores, vel magistros, quorum unus in linguis maximè usitatis in loco, ad quem destinabuntur, eos erudiat. Alter Scripturas Sacras explicet, Tertius ex sacra Theologia diligenter tractet illa, quæ majorem habitura sint usum, videlicet si ad infideles mittantur, præter mediocrem notitiam humaniorum litterarum, & quod philosophiæ etiam mediocriter studuerint, exercendi erunt in Scripturis Sacris, & illis Auctoribus, qui contra falsas Religiones pro veritate fidei Christianæ optimè scripserunt, ut egregiè fecit D. Thomas in summa contra Gentiles, aliique nonnulli, qui post eum brevius, & ad captum populi accomodatius idem argumentum tractarunt, & inter veteres multum juvabit diligenter legisse libros Augustini de Civitate Dei, qui ferè quidquid apud Gentiles fuit eruditionis, continent, & superstitiones, ac errores studiosè refellunt. Item Eusebium de præparatione Evangelica, Lactantium de divinis institutionibus, & de vera sapientia, Theodoretum de curandis Græcorum erroribus Justini Martyris apologias pro Christianis, Arnobium contra Gentes, ac hujusmodi alios, qui eruditè ac solidè argumenta infidelium, quæ contra veritatem Christianam objicere solebant, diluerunt. Saltem hæc scripta multum juvabunt ad Gentilium philosophos, & eos qui doctiores apud illos habentur, convincendos, quod neque de fine vitæ humanæ, neque de mediis ad beatitudinem, ipsaque beatitudine quicquam certi habeant, sed errores infinitos, ideòque prudenter Christi doctrinæ solidæ, puræ, & sanctæ adhærere debeant. Item ad demonstrandum Idolorum, & Idololatrarum vanitates, ac stultitias in multiplicandis Diis, aliisque superstitionibus, quæ nihil habent veritatis, vel honestatis. Ad confutandos quoque astrorum cultores, qui nihil, præter fabulas proferunt, adeòque superstitionibus adeò immersi sunt, ut nulli perniciosius, stultiusque deliri-rent.

155 Qui ad Turcas, vel Saracenos mittentur instruendi erunt, circa ea potissimum, quæ contra Alcoranum, & Mahometi imposturas possunt servire, qualia multa à doctissimis viris exquisitè scripta sunt, & cuivis, qui aliqualis est ingenii, facile erit stolidas Alcorani fabulas refellere, & convincere, quod nihil solidum, aut fide dignum contineant, sed plerasque Carnalia omni rationi, honestati, ac veræ philosophiæ contraria, eaque sine ordine congesta, ut scopas dissolutas. Utilis erit lectio libri, qui inscribitur Calvino Turcismus, qui utriusque Sectæ, & Calvinisticæ, & Turcicæ eruditam continet comparationem, ac refutationem.

156 Qui ad Judæos destinantur, in scripturis & potissimum in veteri Testamento, ac lingua hæbraica versati sint, oportet, & in illis auctoribus, qui contrà perfidiam hæbraicam ex proposito scripserunt, ac præ cæteris Petrus Galatinus de arcanis fidei Christianæ. Unde non difficulter demonstrabunt quod contra Judæos clament figuræ veteris testamenti, signa, oracula Prophetarum, promissiones Dei, Sacerdotia, & Sacrificia legalia, denique eventus ipse, divina punitio, & iam ferè mille, & septicentorum annorum captivitas, dispersi

dispersio, vastatio, ut sint jam tanto tempore sine Rege, sine Templo, sine Sacrificio, sine Sacerdote, & attendant fabulis Thalmudicis, & indoctis, ac insulsis quorumdam Rabbinorum somniis, sordibus, usuris, & imposturis victum sibi quæritent famemque patiantur ut canes, & circumeant civitates, tandem miserè ab Antichristo decipiendi, quia verum Messiam Christum Dominum recipere noluerunt.

157 Qui ad hæreticos, & schismaticos mittentur, potissimum in Sacris Scripturis, & insuper in controversiis, quæ inter ipsos, & Catholicos sunt, exercebuntur, ut discant solidè, & ad captum populi probare fidei Catholicæ dogmata, & argumenta hæreticorum, & schismaticorum refutare. Convincent facilè ex Scripturis, & Auctoribus, qui de controversiis summa cura scripserunt, nec non ex historiis, & Annalibus Ecclesiasticis hæreticos novitatis, & falsitatis; quod quia varii Authores, qui passim obvii sunt, præstiterunt, nihil opus est his immorari.

158 Et pari facilitate docebunt, omnes, quia ab uno Capite, quod Christus in Ecclesia sua constituit, & à Romana Ecclesia, quæ sola notas veræ Ecclesiæ habet, discedunt, procul dubiò errare, sibi non constare, per mutuas dissensiones corruere, & à Christo recedere, ac proinde nec veros Christianos esse: Proderit, qui contra hæreticos, vel schismaticos agent, se exercuisse in lingua Græca. Nam de illius notitia, se ut plurimùm jactitant, & ad textum Scripturæ Græcum; cum argumentis præmuntur, refugere solent, qui tamen facilè à peritis linguæ Græcæ declarabitur, illos nihil juvare, sicut nec Sanctorum Patrum Græcorum scripta. Sunt enim hæretici per insolentiam strenuè Verbigeratores, Apuleii verbum est, festiviter novatum pro Verbis digladiatores.

159 Omnes verò, qui missionibus destinantur, illi linguæ studebunt, quæ apud eos, ad quos mittendi erunt, fuerint usitata. Quod commodè fiet, si in familiaribus colloquiis, etiam tempore animi relaxationum, tali inter se lingua utantur. Quamquam non erit necesse accuratè omnes illarum nationem linguas, ad quas destinabuntur, novisse. Contingit enim vicinarum nationum linguas à vicinis, vel satis intelligi, vel facili negotio, ac brevi tempore addisci ab iis præsertim, qui zelo lucrandi animas labores non subterfugiunt. Sunt etiam quædam linguæ admodum latè patentes sic, ut apud multas nationes intelligantur, ut Arabica per totam Turciam, Persiam, Syriam, Palæstinam, Sclavonica per partes Septentrionales, Moscoviam, Poloniam, Bohemiam, Hispanica, & Lusitana in illis Indiæ, & Africæ oris, ad quas eorum vires, & commercia penetrarunt. Italica similiter apud multas gentes satis nota est, ut apud Helvetios, Illyricos, Siculos, Allobroges, & plurimos Græcos, & Africanos. Uti & Gallica Belgis, & Germanis, multisque Italis. Germanica Danis Suevis, Bohemis, Hungaris. Latina ferè per totum terrarum Orbem usu venit, quia ubique facilè aliqui inveniuntur hujus linguæ periti, vel qui ea afficiantur, si eleganter quis, ac promptè loquatur. Unde dolendum, quod saltem, in scholis, & inter doctos non magis exerceatur, & mirandum satis est, quod cùm ista lingua potissimum administrentur divina Sacramenta, Ecclesiæ orationes, adeòque ipsum Sanctissimum Sacrificium celebretur, non magis honoretur, discatur, & exerceatur à Sacerdotibus, & personis Ecclesiasticis, præsertim cùm videamus, quod plures Sacerdotes, & Religiosi, aliàs viri docti, propter ignorantiam, vel rariorem usum latinæ linguæ, vel eo nomine habeantur contemptum apud externos, & in primis apud hæreticos, sed hæc facilè erit emendare.

160 Porrò successu temporis aperta jam via Evangelio facilius poterunt ex singulis nationibus aliqui suppeditari, qui in Seminariis instituantur, & simul alios instituant in linguis, ut non sit opus amplius singulari sumptu gravare Seminaria. Nec enim omnes, qui in Seminariis instituuntur ad missiones semper apti erunt. Alii enim infirmitate corporis forsitan impedientur, Alii ad alia aptiores deprehendentur, ad pastoratus administrandos, vel ad serviendum in Ecclesiis Cathedralibus, aut Collegiatis, ubi in Seminariis benè instituti in conscientia, & bonis moribus poterunt paulatim esse Pœnitentiarii, Scholastici, Archidiaconi, plurimumque juvare Episcopos pro Clero, populoque reformando. Alii etiam fortasse minoris zeli tardioris ingenii, vel minus commodæ consuetudinis, aut minus exemplaris vitæ reperientur, qui tempestivè amovendi erunt, & ad alia applicandi, ne frustrà sumptus fiant. In quibus omnibus discernendis industria Præfecti maximè desudabit.

Maximas hæc res præsertim Germaniæ utilitates attulit, eaque re multas Germaniæ Ecclesias Gregorius XIII. restituit. Nunc verò ita Seminaria profecerunt, ut cum initio pueri duodennes admitterentur, ut licitum est ex Concilio, tandem eò sit ventum, ut etiam philosophiæ studiosi, ac Theologiæ recipiantur, in quibus tantò major est utilitas, quantò celerius in messem Domini admitti possunt. 161

Hinc Concilium Aquileiense anno 1596. celebratum existimat, sine Seminario Clericorum hoc tempore consistere Ecclesiam vix posse. *Seminariorum*, inquit, *institutionem, conservationem, & promotionem in Dei Ecclesia summe fructuosam, quo Clericalis militia propagatur ordo, & progressio tantoperè necessaria, ut stare Ecclesiastica disciplina sine illorum subsidio, & adminiculo vix possit.* 162

Atque hæc satis de delectu, institutio neque Clericorum in quibus omnia penè sunt, poteritque integritas servari; si modo Conciliis, nominatim Tridentino, Canonibusque Episcopi obtemperent. Hoc quamdiu non agitur, nunquam fructus erit, quem Ecclesia spectavit. Advigilent ergo Episcopi, ne per quos justitia docetur, per ipsos peccati morbus obrepat, & mors ad plebem pertranseat. Quod nunc, proh dolor! quotidie dolenter videmus, & eò dolentius, quòd hæc remedia alibi inefficacia, alibi nulla, paucis locis victricia. 163

CONSULTATIO LXXXII.

An Scriptura privata, cui fides adhibetur, veniat nomine Scripturæ authenticæ, à S. Concilio Tridentino sess. 25. cap. 6. decret. pro jurispatronatus probatione requisitæ? Ubi ad hanc rem nonnulla juxta mentem ejusdem S. Concilii, ac illius Sac. Congregationis, aliaque non vulgaria, sed strictim, quæ totam ferè materiam jurispatronatus complectuntur.

PRo affirmativa extat decisio Sac. Rotæ Romanæ coram Peutingerio, ac decisio Riccii 256. n. 1. p. 4. in quibus definitur, impleri dispositionem S. Concilii, tam per instrumenta, quam per alias Scripturas authenticas. Ijs addo doctrinam Abbatis *in rubr. de fide instr. vers. tertiò modo*, ubi quod Scriptura privata, quæ tamen fidem facit, æquiparatur publicæ Scripturæ, ac dici potest instrumentum, quia causam instruit. Quod rectè applicatur huic casui, quia mens Concilii fuit removere suspiciones, ac veritatem assequi, quæ non minus habetur per litteras patentes præsentationum subscriptas à domino loci, proprioque sigillo signatas, quoties accessit productio facta coram Episcopo, ejusque admissio, & executio, ac per litteras institutionum ad favorem præsentatorum cum assertione jurispatronatus, ab eodem Episcopo subscriptas, ac proprio sigillo munitas, quàm per quævis alia publica instrumenta. 1

Facitque à fortiori, quod scribit Aymon. *de antiq. temp. p. 1. limit. 4. n. 81. ac seqq.* ubi, quod solutio, quæ ex dispositione Statuti non potest probari, nisi per Instrumentum publicum, satis dicitur probari per aliam Scriptu- 2

Scripturam, cui fides est adhibenda, refellitque Romanum, aliter tenentem. Movetur ea quidem ratione, quia Scriptura, etiam privata, quæ fidem facit, venit appellatione instrumenti, & utroque modo satisfit Statuto, cujus mens inspicitur, non autem cortex verborum. Hanc doctrinam sequuntur, atque commendant Mascard. *de probat. concl. 976. num. 37.* Joseph. Ludovic. *concl. 29. ampl. 23.* Scacc. *de judic. lib. 2. cap. 11. num. 112.* Genua *de script. privat. lib. 9. tit. de lib. ration. Official. fol. 226. num. 16.* & Gait. *de credit. cap. 2. tit. 2. num. 76. cum tribus sequentibus.*

3 Facilius ergo idem procedere debet in terminis S. Concilii Tridentini, quod non loquitur in iis, in quibus præsumitur jusjpatronatus ex usurpatione, ut præsentationes probentur per Instrumenta, vel Scripturas publicas, sed tantùm per Scripturas authenticas, quandoquidem authenticæ appellatio latius patet, & non solùm complectitur Instrumenta publica, sed cætera omnia, quæ per se fidem faciunt.

4 At partem negativam, olim *tom. 1.* sequuti sumus; quam in præsenti ratam habemus, ibique rationibus contra deductis respondimus, & quomodo dispositio decreti S. Concilii Tridentini intelligenda sit ex ejus S. Congregationis interpretatione, docuimus, quod sic etiam nunc explicamus.

5 Porrò hoc jusjpatronatus non reperitur in jure expressum, nisi circa tempora Alexandri Tertii, ac præsertim in Concilio Lateranensi sub eodem Pontifice; anteà verò sub nomine fundationis Ecclesiæ continebatur, ut ex *can. rationis Ordo 16. q. 7.* Concil. Tolet. *q. 1. 2. & 16. q. 7. can. decernimus*, & Concil. Mogunt. *c. 29.* ne laici presbyteros vel constituant, vel ejiciant sine consensu Episcoporum, & Concil. Trid. decernit quid faciendum, quando quæstio est inter hæredes fundatoris Ecclesiæ. Hinc non obstabunt decreta Concilii, quominus Episcopus Bullas jurispatronatus concedat, prout fundatores, & testatores ordinarunt.

6 Prima pars decreti S. Concilii *d. cap. 9.* est hujusmodi: *Sicuti legitima Patronorum jura tollere, piasque fidelium voluntates in eorum institutione violare æquum non est: sic etiam, ut hoc colore beneficia Ecclesiastica in servitutem, quod à multis impudenter fit, redigantur, non est permittendum. Ut igitur debita in omnibus ratio observetur, decernit S. Synodus, ut titulus jurispatronatus sit ex fundatione, vel dotatione, qui ex authentico documento, & aliis jure requisitis ostendatur, sive etiam ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, aliaque secundum juris dispositionem.*

7 An autem titulus jurispatronatus laicorum probetur sine aliqua præsentatione per instrumentum donationis, seu fundationis dumtaxat, vel è contrà sine instrumento fundationis per plures tantùm præsentationes ab immemorabili cursu temporis, an potius per concursum ambarum qualitatum, S. Congregatio censuit, jusjpatronatus ex dotatione, vel fundatione probari sufficienter altero ex duobus modis, videlicet, vel per instrumentum, in quoad litteram legatur, quod Titius fundavit, dotavit, ita, ut sit instrumentum proprium dotationis, sive fundationis, & aliis jure requisitis concurrentibus, vel quod producantur multiplicatæ præsentationes per tempus supra hominum memoriam, etiamsi nullum instrumentum fundationis, vel dotationis ostendatur, etiamsi in dictis præsentationibus nulla appareat mentio facta dotationis, vel fundationis, quia tempus immemorabile solum ex se probat titulum dotationis, vel fundationis, etiamsi expressè non appareat per ea, quæ tradit Felin. *in cap. causam de præscript.* & Cassador. *dec. 2. in fine.*

8 Neque hoc est contra præcitatum decretum S. Concilii, cum dicitur, quod titulus ex fundatione ostendatur ex authentico documento, sive ex præsentationibus supra tempus immemorabile, qui titulus ex fundatione ostendatur documento, in quo legatur fundatio. Item ponderando illam dictionem *sive* ex præsentationibus supra hominum memoriam, quæ est alternativa, & sicut in altera alternativa, quando agitur de probando per documentum, intelligitur de eo, in quo fiat mentio fundationis, ita in altera parte, in qua agitur de probando hujusmodi immemorabile per præsentationes, intelligatur de his præsentationibus, in quibus fiat mentio fundationis. Nam requiritur, quod illa verba, *titulus ostendatur*, exponantur, idest probentur. Sed in jure probatio fit vel per instrumentum, vel per præsumptionem juris, & de jure. Quando autem adest immemorabile tempus, lex præsumit titulum fundationis, & instrumentum, & ista probatio per tempus immemorabile est fortior illa, quæ fit per instrumentum. Quia instrumentum non probat, nisi quod ad litteram legitur in eo, at tempus immemorabile probat etiam illud, quod in nulla Scriptura exprimitur, & dat facultatem eligendi meliorem titulum de mundo, nisi dicamus per solum tempus immemorabile probari titulus absque expressione fundationis, jam tale tempus juvaret, ac si per quadraginta annos producerentur præsentationes cum mentione fundationis; unde possit probari jusjpatronatus ex fundatione, ut per Lambert. *lib. 1. art. 5. q. 10. p. 1. princip.*

Neque obstat concilium 75. Alexandri, quia non loquitur de tempore immemorabili, cum jura per eum allegata loquantur de tempore ordinario; quod si intellexisset etiam de immemorabili, malè sensisset, ut per Felin. *in d. cap. causam col. 3. v. sed adverte de præscript.* Lambert *loc. cit. num. 4.* Fama tamen probare videtur, ut per Lambert. *ibid.* 9

Posteà tamen censuit eadem Sac. Congregatio ad probationem tituli jurispatronatus sufficere instrumentum solum fundationis, vel dotationis, etiam sine aliqua præsentatione, nisi tantum temporis absque præsentatione præteriisset, quantum jure requiritur ad præscribendam libertatem Ecclesiæ contra patronum. Nec cessio, vel sola transactio probat dotationem, vel fundationem. Nec per solam confessionem partis in supplicatione sufficienter probari poterit titulus jurispatronatus ex fundatione, vel dotatione; neque etiam poterit Episcopus repellere probationes à patronis, ut eorum patronatus declarentur esse ex Concilio, salvis tamen exceptionibus, tam hujus decreti, quàm juris communis. Quo fit, ut in supplicationibus resignationum, quando narratur, quod beneficium est de jurepatronatus ex dotatione vel fundatione, & in supplicationibus confirmationum, quando fit concordia de aliquo beneficio de jurepatronatus, ponitur clausula, *citra approbationem jurispatronatus.* In constitutionibus autem, & provisionibus faciendis à Papa, oportet, ut Patroni verificent exposita coram Datario. 10

An autem hæc sic interpretanda sint in una, vel in altera præsentatione, quæ effectum habuit, enunciatum fuisse, sibi competere patronatum ex fundatione, vel dotatione, Sac. Congregatio respondit, non sufficere. Tam verò in possessorio, quàm in petitorio hoc decretum habere locum, dixit eadem Sac. Congregatio. 11

Sed quid si Ordinarius, qui post Concilium Tridentinum cognovit de jurepatronatus, nec repulit à sua quasi possessione præsentandi, voluerit cognoscere post obitum illius ultimi præsentati? Respondit S. Congregatio, posse si simpliciter ejus præsentatio fuisset admissa absque causæ cognitione. Et cum dubitaretur, quænam cognitio esset adhibenda in probando jurepatronatus, cum semel adhibita fuerit ita, ut Patronus amplius repelli non possit? Respondit, tunc demum adhibitam intelligi causæ cognitionem, cum præcisè servata fuerit formo à Concilio tradita. Non item si scientia non justificaretur ex actis, ut dixit Rota in Valentina Jurispatronatus, aut validitatis, aut invaliditatis; Cognitio ad Episcopum dumtaxat, non ad inferiores, qui jus habent instituendi, pertinet; secus verò si hujusmodi in- 12

feriores ordinariam in loco habeant jurisdictionem. Edicta verò ponere, & citationem relaxare ad vocandum oppositores ad eos pertinebit, ad quos ante Concilium pertinebat. Et Episcopus prætendens collationem beneficii, de quo sit controversia cum patrono, recusare non potest examinare pro patrono, sed debet admittere examen, facta protestatione de juribus suis, & sine patroni præjudicio. Quo casu, etiamsi patronus procuraret, ut committerentur examen Episcopo viciniori, concedi poterit.

13 Multiplicatæ præsentationes ex S. Congregatione non sunt intelligendæ continuatæ cum præcedentibus, adeò, ut sit necesse titulum, nedum ex authentico documento, sed etiam ex multiplicatis præsentationibus, sine disjunctione, ita ut alterum sufficiat. Et cùm de facto contigisset, ut ad probationem jurispatronatus non afferretur fundatio, vel dotatio, sed tantum duæ præsentationes effectum sortitæ adhiberentur. Altera anno 1507. altera anno 1555. dubitatum fuit, an esset huic decreto satisfactum, respondit S. Congregatio, Concilium requiri tempus immemorabile. An autem hoc in casu probaretur, Judici relictum est, quia est terminus juris quot anni, quotve testes illud probent, quamvis dicatur, quod Rota teneat probari sexaginta annis. Et advertendum pro conficienda immemorabili ex S. Congregatione non computari, nisi annos elapsos usque ad diem moræ controversiæ.

14 *Aliasve secundum juris dispositionem.* Quæ verba ex S. Congregatione non respiciunt tempus, de quo jam expresse supra dispositum est, nempè immemorabile, sed respiciunt causas, & alios modos, quibus secundùm jus vetus jurispatronatus probari potest. Unde qui probavit, se per quadraginta annos præsentasse, ad præsentandum non debet admitti, licet titulus præsentationis quadraginta annorum legitimus esse videatur. Quia per hoc decretum tempus immemorabile requiritur, & si alias jure veteri tempus quadraginta annorum sufficeret.

15 Sequitur secunda pars decreti Concilii. In iisverò personis, seu Communitatibus, & Universitatibus, in quibus id jus plerumque ex usurpatione potius quæsitum præsumi solet, plenior, & exactior probatio ad docendum verum titulum requiratur, nec immemorabilis temporis probatio aliter eis suffragetur, quam si præter aliqua ad eam necessaria præservationes, etiam continuatæ, non minori saltem, quam quinquaginta annorum spatio, quæ omnes effectum sortitæ sint, authenticis Scripturis probentur. Cum autem comprehendantur hi, qui habent perpetuam jurisdictionem in subditos, ut sunt Barones, Duces, Marchiones, & cæteri, idque habebit locum, etiam in beneficiis Episcopatuum Cardinalitiorum. Ex quo Gregorius XIII. jussit compilari Constitutionem, qua secundùm sententiam S. Congregationis declaretur, Barones, & alios jurisdictionem perpetuam habentes, comprehendi *in vers. supradicti decreti Concilii.* In iis vero personis, ipsamque præsentationem habere locum, etiam in Episcopatibus Cardinalitiis.

16 Communitatibus autem non licebit acquirere jurispatronatus Ecclesiarum, sive sint Eremitoria prætextu quod ædificaverint, & hoc ex antiqua tantum possessione, nisi de fundatione, ac dotatione constet, vel legitimè fuerit probatum secundùm requisita à Concilio, alias incidunt in Decretum Concilii *cap.* 11. *sess.* 22. Similiter nisi dictis Communitatibus fuerit concessum, non poterint præsentare Capellanum amovibilem beneficio jurispatronatus sibi competentis, sed præsentatus amoveri non poterit.

17 An verò continuatæ dicantur præsentationes, quas Apostolica provisio interrumpit cum derogatione jurispatronatus, ex jure communi petendum est. Quinquaginta autem anni debent esse elapsi usque ad terminum Controversiæ ex S. Congregatione.

18 An autem forma descripta in hoc decreto probandi juspatronatus uti possimus, tam in iis, in quibus præsupponitur usurpatio, quàm in aliis, licet dixerit Rota, posse Gregorius tamen XIII. approbante S. Congregatione, in contrariam sententiam inclinavit, sed dispositioni juris communis relictum est.

Prosequitur dicta secunda pars. Reliqui patronatus omnes in beneficiis tam sæcularibus, quàm regularibus, seu parochialibus, vel dignitatibus, aut quibuscumque aliis beneficiis, in Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia, seu facultates, & privilegia concessa, tam in vim patronatus, quàm alio quocumque jure nominandi, eligendi, præsentandi ad ea, cum vacant, exceptis patronatibus super Cathedralibus Ecclesiis competentibus, & exceptis aliis, quæ ad Imperatorem, & Reges, seu Regna possidentes, aliosque sublimes, ac supremos Principes, jura Imperii in dominii suis habentes, pertinent, & quæ in favorem studiorum generalium concessa sunt, in totum prorsus abrogata, & irrita cum quasi possessione inde intelligantur. Beneficiaque hujusmodi, tamquam libera, à suis collatoribus conferantur, ac provisiones hujusmodi plenum effectum consequantur. 19

In his verbis, ac secunda parte decreti ponitur regula rejectiva omnium patronatuum, illorum nempè, qui in hoc decreto referuntur cum exceptionibus suis. Non inde tamen patronatus in Conventualibus Ecclesiis, qui ex causa fundationis, vel dotationis, in ipso limine fundationis, Apostolico privilegio concessi sunt sublati censentur: sed salvos manere, dixit S. Congregatio juxta ea, quæ supra in hoc decreto præscripta sunt; Reliquos verò quocumque privilegio concessos hic censeri abrogatos; modo an ad probandum privilegium quatenus in Conventuali Ecclesia ex causa fundationis, & illud in ejus limine concessum, sufficiat immemorabilis, junctis multiplicatis præsentationibus, quæ secundùm formam hujus decreti in principio sortitæ fuerint effectum, stante derogatione, quæ habetur in fine ejusdem Decreti? Dicendum, non sufficere, nisi probata forma talis privilegii, aliisque requisitis secundùm juris dispositionem. Nec obstat derogatio in fine decreti posita, cùm ad disposita in prima parte non referantur. 20

Patronatum autem ante Concilium ab Episcopo concessum, eo quod cum Domino illius familia quoque esset extincta, hoc decreto comprehendi, dixit S. Congregatio, licet in pacifica possessione existerent illi, quibus concessus fuerat. Quia propter extinctionem familiæ, Ecclesia ex affecta erat libera; Item sublatum ex hoc decreto censetur juspatronatus ex privilegio, quando non constat neque de fundatione, neque de dotatione, neque de immemorabili, admittendus tamen erit Patronus, qui dicitur habere juspatronatus ex privilegio ad probandam immemorabilem, si petierit. 21

In hac autem exceptione Barones, Duces, & Principes, qui sunt feudatarii ex S. Congregatione non comprehenduntur. At quid si juspatronatus fuerit concessum ex privilegio à Sede Apostolica cum clausula, ut hujusmodi juspatronatus ejusdem prorsus naturæ, roboris, & efficaciæ sit, ac cujusvis patronatus laicorum, etiam nobilium Regum, Ducum, Marchionum, Baronum, & aliorum Principum, perinde ac si ex nobilium dotatione, & fundatione existeret, illique per Romanum Pontificem, & Sedem Apostolicam derogare non consuevisset; Et S. Congregatio respondit, hujusmodi juripatronatus derogatum ex hoc decreto, cùm sit ad instar jurispatronatus, & sic non sublimiorum Principum, nec ex fundatione, sed ex privilegio. 22

Ad hæc liceat Episcopo, præsentatos à patronis, si idonei non fuerint, repellere. Quod si ad inferiores institutio pertineat, ab Episcopo tamen juxtà alias statuta ab hac Sancta Synodo, examinentur, alioquin institutio 23

institutio ab inferioribus facta, irrita sit, & inanis.

24 Hæc est tertia pars decreti, in qua agitur de instituendis præsentatis à Patronis, de quo *sess.* 14. *cap.* 13. Estque intelligendum de præsentatis, tam ad beneficia curata, quàm etiam simplicia, & Canonicatus. Cum dixerit S. Congregatio, comprehendi hic generaliter omnia beneficia. Nec potest quispiam instituì à Capitulo, vel ab alio inferiori, nisi prius examinatus fuerit ab Episcopo, & idoneus repertus, quemadmodum respondit S. Congregatio. Quod si ad beneficium curatum præsentatus fuerit, servandum prius est quod decernitur *c.* 18. *sess.* 24. Ad evitandum autem examen, cui subjici debent præsentati à patronis, ex hoc decreto non sufficere, dixit S. Congregatio, quod præsentatus fuerit aliàs examinatus, & approbatus ab alio Ordinario ad beneficium curatum.

25 Patroni autem beneficiorum cujuscumque Ordinis, & dignitatis, etiamsi Communitates, Universitates, Collegia quæcumque Clericorum, vel laicorum existant, in perceptione fructuum, proventuum, obventionum quorumcumque beneficiorum, etiamsi vere de jurepatronatus ipsorum, ex fundatione, & dotatione essent, nullatenus, nullave causa, vel occasione se ingerant, sed illos liberè Rectori, seu beneficiato, non obstant etiam quacumque consuetudine, distribuendos dimittant. Nec dictum juspatronatus venditionis, aut alio quocumque titulo in alios contra Canonicas sanctiones transferre præsumant. Si secus fecerint, excommunicationis, & interdicti pœnis subjiciantur, & dicto jurepatronatus ipso jure privati existant.

26 In hac quarta parte ponuntur quidem casus, in quibus amittitur juspatronatus. Et totum, quod dicitur hic de perceptione fructuum, quam faciunt Patroni ex S. Congregatione intelligendum est de dolosa occupatione. Nam ubi non est dolus, ibi non cadit delictum. Et judicavit eadem S. Congregatio, etiam esse prohibitum eisdem Patronis, ne bona eorumdem beneficiorum conducant. Et cum dubitaretur, an hæc prohibitio, ne in beneficiorum fructibus patroni se ingerant, habeat locum in patre Rectoris, qui est de familia, & patronatum non habet, licet post mortem patroni ad eum spectare debeat ex provisione fundationis, præsertim cum fructus, quos accepit, filio Rectoris restituerit, S. Congregatio respondit, non habere locum. Et postquam resolutio cum facto concordato proponeretur, quod pater Rectoris erat principalis, & exegisset antequam filius ejus esset Rector, & post ejus obitum integrum annuum censum quindecim ducatorum nomine proprio, quorum ducatorum octo debebantur Ecclesiæ, dubitatum fuit, an haberet locum hoc casu, hoc decretum Concilii. Fuit responsum negativè, quia census erat sibi communis cum Ecclesia. Unde fit interpretatio, ut jure suo, & non in fraudem exegerit? & cum quæreretur an donatio patronatus facta à patrono cum decreto Vicarii, non autem Episcopi sit contra Canones adeò, ut patronus, qui donavit sit privatus patronatu juxta hoc decretum? S. Congregatio respondit, esse contra Canones, nec pœna tam excommunicationis, quàm privationis refertur ad utrumque præcedentem casum.

27 Insuper accessiones per viam unionis factæ de beneficiis liberis ad Ecclesias jurispatronatus, aliorum laicorum subiectas, tam ad parochiales, quàm ad alia quæcumque beneficia, etiam simplicia, seu dignitates, vel hospitalia, ita ut prædicta beneficia libere ejusdem naturæ cum iis, quibuscum uniuntur, atque sub jure patronatus constituantur, hæ si nondum plenarium sortitæ sunt effectum, vel deinceps ad cujusvis instantiam fient, quacumque auctoritate etiam Apostolica concessæ fuerint simul cum unionibus ipsis per surreptionem obtentæ intelliguntur, non obstante quacumque in iis verborum forma, seu derogatione, quæ habeatur pro expressa, nec executioni amplius demandentur, sed beneficia ipsa unita cum vacaverint, liberè, ut antea, conferantur. Quæ verò à quadraginta annis citra factæ, effectum, & plenam incorporationem sunt sortitæ, hæ nihilominus, ab Ordinariis, tamquam à Sede Apostolica delegatis, revideantur, & examinentur, ac quæ per surreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint, simul cum unionibus irritæ declarentur, ac beneficia ipsa separentur, & aliis conferantur. Similiter quoque patronatus quicumque in Ecclesiis, & quibuscumque aliis beneficiis, etiam dignitatibus antea liberis acquisitis à quadraginta annis citrà, & in futurum acquirendi, seu ex augmento dotis, seu ex nova constructione, vel alia simili causa, etiam auctoritate Sedis Apostolicæ ab eisdem Ordinariis, uti delegatis, ut suprà, qui nullius in his facultatibus, aut privilegiis impediantur, diligenter cognoscantur, & quos non repererint ob maximè evidentem Ecclesiæ, vel beneficii, seu dignitatis necessitatem legitimè constitutos esse, in totum revocent, atque beneficia hujusmodi sine damno illa possidentium, & restituto patronis eo, quod ab eis id circo datum est, in pristinum libertatis statum reducant, non obstantibus privilegiis, constitutionibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus.

Hæc quinta, & ultima pars continet patronatus acquisitos, vel per viam accessionis, vel ex augmento dotis. Et si parochialis liberè uniatur parochiali juripatronatus, nulla erit unio, etiamsi consentiant patroni, nisi patronus renuntiet, etiam juspatronatus propter hoc decretum, quod prohibet unìri liberam servæ, vel nisi adhibeatur remedium alternativæ, ut scilicet alternis vicibus patronus præsentet, & Episcopus liberè conferat. In beneficiis autem simplicibus dixit Gregorius XIII. non dari juspatronatus ex augmento dotis contra stylum Curiæ, cum quicumque redditus sit sufficiens. Et quod ad Dignitates, si Cappellaniæ, quæ Sacerdorales sunt erigerentur in dignitates, dixit S. Congregatio ipsis etiam dignitatibus Sacerdotium incumbere. Cùmque quoddam juspatronatus ex augmento dotis fuisset concessum anno 1529. & S. Concilium quando in hoc decreto in fine dixit de juribus patronatus à quadraginta annis citrà, intelligatur de tempore, quo Concilium fuit confirmatum, quod fuit anno 1564. mense Majo, & sic ab anno 1529. concessionis dicti juripatronatus usque ad 1564. non fuissent elapsi quadraginta, sed triginta quinque anni, S. Congregatio omnium consensu decrevit, hujusmodi juspatronatus, quamquam acquisitum ex augmento dotis, quia tamen à tempore concessionis ad diem confirmationis Concilii non fuerant elapsi quadraginta anni, posse ab Episcopo Ordinario recognosci, & si non reperit ob maximè evidentem Ecclesiæ utilitatem, ac necessitatem legitimè constitutum esse, revocandum, restitutis, ac solutis, quæ patroni contulerunt ipsis patronis. Interea autem admittendas esse præsentationes eorum, & conservandos ipsos in ea quasi possessione hujus patronatus, in qua anteà fuerunt. 28

Ex quibus dispositio *cap. Consultationibus de jurepatr.* hac in parte corrigitur à S. Concilio Trid. *d. cap.* 19. *sess.* 25. *de ref.* in d. parte prima, & secunda decreti, ac redduntur inutiles, ac supervacaneæ omnes quæstiones, quæ sunt contra formam ejusdem *c.* 19. Et ponderando verba illa posteriora d. secundæ partis Decreti, Cum quasi possessione inde sequuta apertè ostenditur ad validitatem præsentationis, vel institutionis non sufficere, ut præsentans communiter reputetur patronus, & sit in quasi possessione juris præsentandi, nisi doceat de titulo, & proprietate jurispatronatus ad præscriptum S. Concilii, cujus contrarium statuitur *in d. cap. Consultationibus, & in cap. querelam de elect.* Unde S. Congregatio Cardinalium ejusdem Concilii interpretum alias censuit, decretum *d. cap.* 9. *sess.* 25. circa probationem jurispatronatus habere locum, etiam in petitorio, & in possessorio, ideòque admittendam non esse præsentationem, neque præsentari institutionem faciendam. 29

faciendam esse, nisi probato prius jurepatronatus ad præscriptum ejusdem Concilii.

30 Immò etiamsi post Concilium Ordinarius admisisset præsentationem simpliciter, & absque causæ cognitione posset prætensum patronum à sua quasi possessione repelli, nisi patronatum legitimè probaverit juxtà formam Concilii. Quod etiam decidit Rota in Volaterrana Capellaniæ 28. Aprilis 1595. coram Blanchetto, relata à Garzia *de benef. p. 5. capit. 5. num.* 139.

31 Quinetiam cum esset quæsitum, an si quis probaverit, se per quadraginta annos præsentasse, & in possessione, vel quasi possessione præsentandi fuisse, admitti debeat ad præsentandum, non obstante decreto Concilii Tridentini *cap. 9. sess. 25.* ibi: *aliasve secundùm juris dispositionem*, S. Congregatio censuit, non debere admitti, atque illa verba: *aliasve secundùm juris, &c.* ita intelligenda esse, ut non respiciant tempus, de quo jam suprà expressè Concilium disposuit, & voluit esse immemorabile, sed respiciant alias causas, & alios modos, quibus secundùm jus verus probari potest juspatronatus. Item censuit ad conficiendum antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, computandos esse annos elapsos usque ad terminum controversiæ motæ, & non tantùm tempus decursum usque ad publicationem Concilii. Rursus, proposito dubio, an asserenti sibi competere juspatronatus ex dotatione, seu fundatione, necesse ipsum documentum dotationis, seu fundationis exhibere, an verò satis sit, si una, aut altera præsentatione de anno 1554. & 1601. quæ effectum sortitæ fuerint, ostendatur, enunciatum fuisse, competere sibi juspatronatus ex dotatione, vel fundatione die 16. Januarii 1581. responsum est, non esse satis.

32 Atque ex his patet, non esse hodie deferendum Auctoribus, qui scribunt, existentem in quasi possessione juspatronatus, seu præsentandi, validè præsentare, & ejus præsentationem esse admittendam ita, ut institutio sequi debeat, licet titulus juspatronatus non ostendatur, inter quos Oldrad. *cons. 212. num. 2.* Lapus *alleg. 95. in fine*, Duegnas *reg. 282.* Covar. *pr. quæst. cap. 14. num. 2. & cap. 36. num. 5.* Navar. *cons. 19. tit. de præb. in antiq.* Mantic. *dec. 86. num. 1.* Rot. *dec, 224. n. 1. p. 1. rec.* Quemadmodum neque deferendum est aliis, qui dicunt, cùm duo sint præsentati, unus ab existente in possessione præsentandi, alter verò ab habente proprietatem juspatronatus, instituendum esse præsentatum à bonæ fidei possessore, ut Feder. de Sen. *cons. 234. num. 3.* Oldrad. *d. cons. 212.* Cardin. *cons. 69. num. 4.* Abb. *in d. cap. Consultationibus not. ab. ult. & cons. 54. num. 2.* Dec. *cons. 117. num. 2. & cons. 134. in 1. dub.* Mandos. *cons. 41. num. 4.* Nam plerique ipsorum scripserunt ante Concilium Tridentinum, & qui scripserunt posteà loquuntur in terminis juris communis, allegantes *d. cap. Consultationibus de jurepatr. & d. cap. querelam de elect.* nec respexerunt ad dispositionem Concilii, cum de illo nullam fecerint mentionem.

33 Tenendum igitur, nunc est, præsentationem non esse admittendam, neque præsentatum instituendum, quantumcumque præsentans sit in quasi possessione præsentandi, nisi prius legitimè doceat de titulo, & proprietate juspatronatus juxta formam à S. Concilio præscriptam *in d. cap. 9. sess. 25. de reform.* Et ex duobus præsentaris præferendum esse præsentatum à proprietario, non autem præsentatum ab eo, qui possidet sine titulo. Quod etiam post S. Concilium observat Garz. *loc. cit. n.* 137.

34 Et pariter annotandum est, dispositionem S. Concilii Tridentini locum non habere, si quæstio sit super pertinentia juspatronatus inter plures præsentatos, puta quia, vacante beneficio, Ordinarius cognovit de eo constare ad præscriptum S. Concilii, & sententia comprobatur ex actis, & sic non controvertitur amplius de titulo, ac proprietate juspatronatus, sed solum vertitur quæstio inter duos, vel plures præsentatos, ad quem ex præsentantibus jus præsentandi pertineat, veluti si controvertatur quis eorum successerit in jurepatronatus, & tunc non intrat decretum S. Concilii, cum illi jam satisfactum fuerit per verificationem patronatus juxta formam, ibi præscriptam, sed servari debet. *d. cap. Consultationibus de jurepatr. & d. cap. querelam de elect.* Ideòque inter præsentatos præferendus est præsentatus ab eo, qui est in pacifica, & immediata possessione juris præsentandi. Atque ita decidit Rota in Tirasonensi juris præsentandi 16. Octobris 1592. coram Blanchetto apud Garz. *de benef. p. ult. c. 2. num.* 241. & in Pisana Capellaniæ 20. Maii 1594. coram eodem, ubi inter cætera dictum fuit, sententiam de partibus in ea causa latam esse confirmandam. Cùm enim indubitatum sit, hanc Capellaniam esse de jurepatronatus, & solum controvertatur pertinentia illius ad effectum, de quo agitur, attenditur solum quasi possessio, *cap. Consultationibus de jurepatr.* Et infra dictum fuit, non obstare quod quasi possessio non debeat attendi post Concilium Tridentinum; nisi fuerit adhibita causæ cognitio juxtà declarationem S. Congregationis. Quia declaratio procedit, quando est controversia super libertate beneficii, secus quando agitur inter præsentatos super pertinentia juspatronatus. Nam hoc casu Concilium nihil innovat, ut apud eumdem Garz. *p. 5. cap. 5. nn.* 141.

Idque ipsum resolvit Rota in Pampilonensi Vicariæ 35
12. Maii 1595. coram Pegna, in qua censuit, præsentatum à Philippo de Lezano esse instituendum, ac præferendum præsentato ab incolis, cum non agatur de canonizatione juspatronatus, neque Ordinarius se opponat, sed tantum agatur, quis ex præsentatis veniat instituendus, & ad hunc effectum satis sit, istos de Lezano, eorumque domum, & familiam esse in quasi possessione præsentandi, quæ ex unico etiam actu acquiritur? præferenda enim est præsentatio illius, qui reperitur in quasi possessione, & status ultimus est attendendus. Allegatur *d. cap. Consultationibus*, aliaque, ut latius apud Garz. *d. cap. 5. num.* 142.

Cæterùm definiunt interpretes, juspatronatus, ut sit 36
jus honorificum, oneroſum, ac utile competens alicui in Ecclesia, pro eo, quod de diœcesani consensu Ecclesiam fundavit, construxit, & dotavit ipse, velis, à quo causam habuit, solus, vel alio concurrente. Quæ definitio latius explicabitur, ut naturam patronatæ Ecclesiæ, & qualitates beneficiis ejus generis paucis evolvamus.

Dicitur juspatronatus jus Ecclesiasticum, quia spi- 37
rituali, id est sacro annectitur, *cap. de jur. patr.* Vt quæ religiosis locis adhærent, religiosa censentur, *l. quæ religiosis ff. de rei vindic.* Non tamen per se est Ecclesiasticum, quo fit ut & laicis competat, qui alioquin à Ministerio sacrorum arcentur. Et quia annexum huic aliquid spirituale, pro eo requiritur Episcopi institutio, & officium in eorum exequendo jure, *cap. præterea de jure patr. cap. illud, cap. cum laici, cap. nullus eod. tit. can. decimas 16. q. 7. cap. cum & plantare de privil.* Neque ab eo, qui suis sumptibus Ecclesiam ædificaverit, vel fundaverit, *can. pia mentis 16. q. 7.* Facitquoque illud Spirituale annexum, ut juspatronatus vendi per se non possit, quia & periculum Simoniæ imminet, *can. 1. q. 1* & res sacræ non recipiunt æstimationem, *cap. querelam de Simon. l. sacra loca in fine ff. de rer. divis.* Quæ tamen æstimatio per æqualitatem prætii facit emptionem, *l. 1. ff. de contrab. empt.* Cæterùm cum universitate bonorum vendita transire in Emptorem dubium non est, veluti quodam accessorii jure, *cap. Cùm seculum de jurepatr. Can. neminem 16. q. 7. l. hanc legem de contrab. empt.* Vt & eo modo obligari potest, *cap. ex litteris de jurepatr.*

Et quia juspatronatus habet juris naturam, erit in- 38
divisibile, *cap. 1. eod.* & ideò uni patrono pluribus succedentibus hæredibus, apud omnes in solidum remanet juspatronatus, quamvis sint extranei, *cap. 1. de jurepatr. Clem. fin. eod. tit.* Seraph. *dec. 364. n. 3.*

34 Et hoc ideò est, quia cum sit res simplex, ac indivisibilis pervenit ad quemlibet hæredum in solidum, examini ex diversis, & inæqualibus partibus sint hæredes, *arg. l. via ff. de servit. l. si sepulchrum C. de relig. & sumpt. fun. l. 1. §. si usus fructus ff. ad leg. falcid. & l. usus ff. de usu. & habit.* incorporalia autem dividi non possunt, *can. nihil 7. q. 1.* Quam opinionem tenent communiter Doctores, nominatim Innoc. *in d. cap. perlatum n. 1.* Ost. *in princ.* & Ab. *num. 7.* Gotfredus tamen refert in quibusdam locis, sicut in Regno Neapolitano, juspatronatus dividi per uncias, & asserit, illam consuetudinem posse excusari, quasi ejusmodi divisiones non fiant respectu juspatronatus, sed respectu patronorum, secundùm quas hæredes successerunt uni patrono, vel pluribus, & non respectu portionum, quas contulerunt, Ecclesiam construendo, vel dotando, & potest esse aliqua utilitas harum divisionum, ut Ecclesia in alendo, & in honoribus magis teneatur ei, à quo plus recepit: sed actus præsentandi communis erit omnibus. Quod approbat. Jo. Andr. *in d. cap. perlatum num. 10.* Transitque non solum in masculos, sed etiam in fœminas, Glos. *in can. quoniam investituram 16. q. 7. Clem. fin. de concess. præb.* Jura enim in hac materia juspatronatus inter masculum, & fœminam non distinguunt, ut per Imol. *in d. Clem. fin. num. 15.* Idque etiamsi juspatronatus fuerit institutum per modum majoratus, ita ut deveniat ad unum tantum, scilicet majorem natu, sive primogenitum. Nam nihilominus succedunt fœminæ, nisi expressè sint exclusæ, Covar. *pr. quæst. cap. 38. num. 13.* Molin. *de Hispan. primog. lib. 1. cap. 1. num. 26. & 27. & lib. 3. cap. 6. num. 41. & cap. 7. num. 16.* Garz. *de benef. p. 1. cap. 9. n. 145.* Et quamquam plures esse patroni possint in dote constituenda, Glos. *in can. in sum. 63. dist.* tamen dividi jus nequit. Possunt tamen convenire patroni, vel eorum hæredes, ut alternis vicibus præsentent, *d. Clem. fin. de jurepatr.* Et ita hoc jure utantur, ne contrario concursu se mutuò impediant, ut apud Julian. *in l. quoties duobus 41. ff. de usufruct. & quemadmod. quis ut at. lib. 7.* Papin. *in l. 2. §. fin. ff. quib. mod. usus fr. amit. eod. lib. tit. 4. l. itinere ff. de servit. rust.* Convenire etenim in præsentando debent plures hæredes unius; nam unum solum repræsentant, in stirpesque succedunt in hoc, non in capita, sive æqualiter, sive pro minori parte succedant, nihil enim interest, *Clem. fin. de jurepatr.* Quæ & in jurepatronatus libertorum recepta ferè sunt *l. fin. ff. eod.* & in aliis juribus, *l. si sepulchrum ff. de relig. & sumpt. fun. l. via ff. de servit.* Quod si plures essent patroni, à majoris partis consensu præsentatus instituendus est, Panorm. *in cap. quoniam de jurepatr.* facitque *cap. Ecclesia de elect.*

35 Idque etiam respectu minoris partis, licet non sit facta à majori parte omnium, ut quia decem erant patroni, & quinque præsentarunt Cajum, tres Titium, & duo Sempronium; præfertur enim Cajus præsentatus à quinque, ut per textum *in cap. Quoniam*, tradunt Jo. Andr. *num. 3.* & Cardinal. *q. 6. num. 9.* ac Rot. *p. 1. rec. dec. 368.* apud Farinac. Vnde infert Jo. Andr. *loc. cit.* ut si duo sint patroni, unus possit alterum præsentare, licet ex duobus eligentibus unus non possit alium eligere.

36 Vt autem præsentatus in discordia patronorum sit præferendus, duo videntur necessaria. Vt scilicet sit dignior, & habeat plures voces, ut videtur annuere textus *in d. cap. quoniam de jurepatronatus*, & notat Butr. *in. 4. notab.* At nihilominus sufficit, ut præsentatus à pluribus sit idoneus, licet alius sit dignior, atque ita sufficit major pars, licet illa non sit sanior, & sit comparatio numeri ad numerum, non autem zeli ad zelum, aut meriti ad meritum, ut firmat Glos. *in d. cap. quoniam v. majoribus* Ost. *n. 5.* Roch. de Curt *de jurepatr. v. honorificum q. 15. & 58.* Lambert. *eod. tr. lib. 2. q. 4. ar. 2. & 3.* Et hanc partem videtur approbare S. Concil. Trid. *cap. 18. sess. 24. de ref.* Nam, & si in parochialibus liberæ collationis, & juspatronatus Ecclesiastici fuerit, dignior esse eligendum, tamen in Ecclesiis juspatronatus laicorum, voluit satis esse, ut præsentatus ab Examinatoribus Synodalibus examinetur, & idoneus repertus admittatur. Quod si duo isti patroni duos præsentant, institutio alterutrius in electione, & arbitrio est Episcopi, Glos. *in can. si plures 16. q.* Innoc. *in cap. 1. de jure patr.* Panorm. *in cap. eam te eodem tit.* quamvis alii dissentiant.

Porrò laici de jure antiquo in Ecclesiis, etiam per eos 37
ædificatis, vel dotatis, nullum jus habebant, sed statim Ecclesiæ ipsæ cum dotibus suis ad ordinationem pertinebant Episcoporum, *can. decretum, can. regenda, & can. noverint 10. q. 1.* & notatur *in can. pia mentes 16. q. 7.* Verùm tempore succedente constituit Ecclesia, ut ipsi Patroni haberent in Ecclesiis certa jura, videlicet jus defensionis, *ut in can. filiis 16. q. 7.* jus alimentationis, *ut in cap. nobis de jurepatr.* honorem præcedendi, unde honorificum dicitur; præcedit enim honore in Ecclesia patronata, *cap. nobis §. fin. de jurepatr.* de quibus Butr. *in d. cap. nobis*, & Abb. *in ult. not. ab.* Roch. *v. utile à n. 1. & v. Honorificum*, Lambertin. *lib. 3. q. 3. art. 1. & seqq.* Surd. *de aliment. tit. 1. q. 54.* Rot. *dec. 494. p. 4. div. & in rec. dec. 454. p. 2.*

At dubium est, an Patronus in Ecclesia sui juris pa- 38
tronatus *in* sessionibus, & aliis actibus temporali Domino loci præferri debeat? Videntur affirmare Doctores *in d. cap. nobis de jurepatr.* & post Ostiensem Lambertin. *in tr. ejusd. tit. in princip. 3. libri*, dum aiunt, patronos simplex jus in Ecclesia patronata competere, nempè jus utile, oneroſum, & honorificum, & jus honorificum in eo consistere, ut patronus in processionibus incedat, ac præ cæteris laicis in Ecclesia patronata honoretur. Idque habere locum, nedum in processionibus, sed etiam in sessionibus, & aliis quibuscumque actibus. Et quamvis de Domino temporali mentionem non faciant, cum tamen illi non distinguant, nec nos distinguere debemus *l. de pretio ff. de public.* cum vulgo aliis.

At verius negandum est. Cum enim in cæteros Do- 39
minus temporalis jurisdictionem contentiosam habeat, sequitur profecto, ut longè major ei, quam cæteris, præsertim sibi subditis, honor debeatur. Magis namque honorati debet, qui majorem habet jurisdictionem, Abb. *cons. 21. n. 1. lib. 1.* per textum *in can. statuimus §. fin. d. 17.* At Dominus loci contentiosam, & perpetuam habet jurisdictionem ita, ut si Superiorem non recognoscat, æquiparetur Principi, si verò recognoscat, Præsidi, ut per Cassaneum post Jasonem *in catal. glor. mund. p. 5. consid. 52.* Ergo ad instar Principis, vel Præsidis omnibus aliis, & consequenter etiam Ecclesiæ patrono debet præferri. Immò etiamsi esset ex Baronibus, qui limitatam valdè jurisdictionem habent, omnibus tamen aliis præferendus esset, cum dicatur habere majestatem, & subditi in eum conspirantes, crimen læsæ Majestatis committant, ut per Archid. *in cap. felicis num. 13. de pœn. in 6.* Bellon. *cons. 15.* Quinimò Barones præ aliis honorantur, non solùm in locis suæ jurisdictioni subiectis, sed etiam ratione Baroniæ, & vasallorum, quos habent & ubique cæteris nobilibus jurisdictionem non habentibus, præponuntur Cassan. *d. p. 5. considerat. 56.*

Nec refragantur quæ contra dicta sunt. Nam Doc- 40
tores vario modo intelligunt honorem processionis, de quo loquitur *d. cap. nobis de jurepatr.* Alii quidem aiunt, honorem processionis in hoc consistere, ut patrono ad Ecclesiam venienti processionaliter occurratur, dummodo tamen sit talis, & tantus, puta Rex, vel magnus Princeps, ut explicant Anchar. *ibi n. 14.* Abb. *n. 5.* Anania *n. 9.* in Duce Venetiarum patrono Ecclesiæ S. Marci, cui obviam exeunt Primicerius, & Canonici. Quod servari potest secundùm Joannem Andream *n. 15.* usque ad ambitum Ecclesiæ, non autem usque ad portas Civitatis, quia fieri debet tantum Papæ, vel Cardinali secundùm Butr. *num. 21.* & si sæpius id eveniret, fieri

fieri non deberet, sed solum quando ratò ut per eumdem. Quidam dicunt, honorem processionis consistere, ut patronus primum locum teneat in processionibus, vel in Ecclesia, vel inter laicos secundùm Ostiensem *numer.* 3. & sedebit juxta Prælatum secundùm Ananiam *ibidem.* Aliqui verò inquiunt. processionem *in d. cap. cum propter*, poni pro præsentatione, ut notatur *in can. pia mentis in glos.* 1. *vers. sunt autem tria* 16. *q.* 7. Quia in præsentatione patronus procedit ad Episcopum cum eo, quem præsentant in Ecclesia non Collegiata, vel in præbenda Collegiatæ, *cap. de concess. præb.*

41 Honor igitur processionis est, quem habet Patronus in præsentando Doctorem, vel Clericum, quia sine præsentatione non potest Episcopus regulariter institutionem facere. Et quamvis opinio, quod patronus sit aliis præferendus, videatur communis, tamen respondetur primò, illam fundatam esse *in d. can. pia mentis*, & *can. Frigentius* 16. *q.* 7. *& in d. cap. nobis.* Qui textus non probant communem opinionem. Nam *in can. pia mentis*, & *can. Frigentius* dicitur: *præter processionis aditum, qui omni Christiano debetur, nihil proprii juris in Ecclesia patronata patrono reservari.* Quibus verbis nihil præcipui patrono tribuitur, quod cæteris quoque Christianis non competat. Dictum autem *cap. nobis*, quamvis apertius exprimat fundatori processionis honorem reservari, cum tamen disponat in materia antiqua, debet recipere declarationem à Canonibus de eadem materia loquentibus, *ut l.* 2. *C. de noxal. l. in Contractibus* §. *præterea C. de non num. pec.* Jas. *in l. sciendum in princ. ff. qui satisd. cog.* Quare dum textus reservat patrono honorem processionis, hæc verba, ut non repugnent cum *can. pia mentis*, & *can. Frigentius*, quibus probatur patronum in patronata Ecclesia nihil habere præcipui, non sunt intelligenda, ut patronus aliis in processionibus præferatur, sed de honore præservationis, qui debetur omni Christiano Ecclesiam fundanti, prout ex Juribus citatis deducunt Glossa, Jo. Andreas, & communiter alii.

Deinde respondetur, illud, quod Doctores gene-42 liter tradunt, scilicet Patronum præ aliis laicis honorari debere, ita esse accipiendum, ut non contineat evidentem absurditatem, & sic ut ei non debeatur honor major, quam Domino temporali, qui in eum habet jurisdictionem, ut in simili docet Boer. *de author. magni Concilii n.* 48. ubi tradit privilegium Dominorum Parlamenti, ut primam sedem obtineant, & si generaliter loquatur, non esse tamen intelligendum respectu Consiliariorum, qui in Dominos Parlamenti habent jurisdictionem. Sic etiam, & si Rector Ecclesiæ in sua Parochia præ aliis honorari debeat, Cassan. *d. p.* 5. *consid.* 81. hoc tamen non ita intelligendum est, ut præferatur Episcopo, qui omnibus suis diœcesanis præeminet, ut notatur *in cap. solitæ de major. & obed.*

Et sanè Dominus temporalis est speciali nota dignus. 43 Quod si jura voluissent patronum in patrona Ecclesia temporali Domino loci præferri, id utique vel expressissent, vel usa fuissent verbis universalibus, ut puta cujuscumque gradus, conditionis, præeminentiæ, ac similibus. Ita enim Canonicæ sanctiones loqui consueverunt, cum etiam sublimes personas comprehendere voluerunt, ut observat Gomez. *in proœm. reg. Cancell. par.* 4. *num.* 1. & 2. & Barbat. *cons.* 23. *num.* 8. *vol.* 1.

Patronum autem plures præsentare, potest continge-44 re multifariàm. Potest enim præsentare plures nomine proprio, vel unum nomine proprio, & alium nomine procuratorio. Rursus nomine proprio potest præsentare simul plures, unum alteri cumulando, vel variando, & recedendo à priori præsentatione, & alium præsentando.

45 Quod spectat ad variationem, certum est, quod nec Patronus quidem laicus potest recedere à prima præsentatione, alium præsentando, nisi fortè adsit causa rationabilis. Ita inter alios tradit Butr. *in cap. cùm laici n.* 5. *do jurepatr.* Lambertin. *eod. tit. lib.* 2. *p.* 2. *q.* 7. *ar.* 22. *num.* 5. Garz. *de benef. p.* 5. *cap.* 9. *num.* 213. ac Rota in Bononiensi Parochialis 24. Novembris 1595. coram Litta, *& decis.* 363. *num.* 6. *par.* 4. *rec.* Et tunc posterior præsentatio subsistit, ut dixit Rota ibidem *num.* 5. Nam cum præsentatus ex vi præsentationis acquirat jus, non potest sine causa ipso privari.

Quod autem spectat ad præsentationem nomine pro-46 prio cumulativam, certum quoque est, quod Patronus laicus possit alia præsentatione cumulare primam, ut dictum est, & habetur *ex cap. cum autem, & cap. pastoralis de jurepatr.* & tradunt Rochus, Lambertinus, Gutierez, Cevallus, Fuschus, Spinus, Garzia, & Rota coram Seraph. *decis.* 1173. *num.* 1. & coram Coccino *decis.* 464. *n.* 11. & coram Pegna *dec.* 1141. *num.* 5. Et in tali casu electio erit apud institutorem, qui tamen servare debebit regulas consuetas in præferendo unum alteri.

Quod autem spectat ad præsentationem nomine pro-47 prio, & nomine procuratorio, non potest patronus plures præsentare, videlicet unum nomine proprio, & alium nomine procuratorio. Desumitur *ex cap. penult.* §. *porrò de elect. in* 6. & tradunt Lambert. *loc. cit. q.* 2. *in princ. art.* 20. ac Rota coram Comitolo *decis.* 31. *num.* 8. Esset enim hujusmodi præsentatio discors sibi ipsi, & præsentans, sibi non constaret, quem vellet, ac proinde non attendenda, non secus ac si quis nomine proprio unum eligeret, & alium nomine procuratorio.

Id tamen limitandum est, ut non habeat locum, si 48 procurator ad præsentandum haberet in mandatis, quod certam personam præsentaret. Quæ limitatio desumitur *ex d.* §. *Porrò*, & admittit. Rot. *d. decis.* 31. *n.* 9. Quia tunc procurator ad præsentandum est nudus minister, & ex vi mandati habet tantum præsentare quem patronus jubet præsentari, ac proinde præsentatio non descendit ex ejus voluntate, sed ex voluntate mandantis; & ideò non debet hoc ei præjudicare, ne possit præsentare quem judicat esse præsentandum ita, ut præsentatio ex ejus deliberatione, & voluntate descendat.

Id autem cessat, quando non haberet in mandatis 49 certam aliquam personam præsentare. Quia sicuti tunc præsentatio tam nomine proprio, quàm nomine procuratorio descenderet ab eadem deliberatione, & voluntate, ita non posset esse, nisi una, & de una persona, nisi fieret cumulatio alterius ad primam præsentatam.

Advertò tamen, quod si præsentans nomine proprio, 50 & procuratorio duos præsentaret, nec exprimeret quem nomine proprio, & quem nomine procuratorio præsentaret, esseque laicus, censenda esset præsentatio utriusque facta tum nomine proprio, tum etiam nomine procuratorio ita tamen, ut unus esset cumulativè ad alterum præsentatus. Nam semper est accipienda illa interpretatio, quæ stat pro validitate actus, *l. quoties ff. de reb. dub. & l. si quando ff. de leg.* 1. *& l. quoties ff. de verb. oblig.* Rot. *decis.* 469. *nn.* 3. *p.* 2. *rec.* & Mantic. *de conject. ult. vol. lib.* 12. *tit.* 17. *num.* 13.

Non possunt autem patroni promittere, se aliquem 51 præsentaturos, vacante beneficio ita, ut promissio præcedat vacationem, Spin. *de testam. glos.* 4. *num.* 102. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 6. *n.* 9. qui volunt, hujusmodi promissionem esse illicitam. Ratio desumitur ex eo, quod non valet mandatum de præsentanda certa persona antequam vacet beneficium, *cap. fin. de concess. præb.* ubi Doctores communiter, & docent Marescot. *lib.* 2. *var. cap.* 33. *n.* 1. Rota in tribus decisionibus in Pampilonensi parochialis coram Orano Peregrino, & Justo apud eumdem Marescottum, & coram Ludovisio *dec.* 420. *n.* 3. ubi addit quod juramentum interpositum non validat mandatum, citatque Rotam in Pampilonensi beneficii 13. Februarii 1595. coram Justo.

Vnde fit etiam, quod neque possint, promittere ali- 52 quam determinatam personam præsentaturos. Nam ratio, quæ impedit mandatum, impedit etiam promissionem.

nem. Ideò enim impeditur mandatum, quia repugnat bonis moribus. Siquidem aperit viam ad votum captandæ mortis alienæ, quod valdè jus abhorret, *l. fin. C. de pact. & cap. ex tenore* 2. *de concess. præb. & cap. ne captandæ eod. tit. in* 6. Hæc autem ratio locum habet etiam in promissione, quia aperit vlam ad captandam mortem alienam; quia stante promissione, videtur impossibile excludere hujusmodi votum, ut observant in simili Roland. *cons.* 47. *num.* 55. *vol.* 1. & Rota coram Pureo *dec.* 238 *n.* 3. *lib.* 1.

53 E quibus infero, quod non solum de jure hæc promissio non valeret, sed neque in conscientia, immò contineret peccatum mortale, ut notant etiam Spinus, & Lotterius *loc. cit.* & sequitur ex regulis generalibus in materia scandali. Quia nimirum præberet occasionem promissario peccati, dum conciperet votum captandi alienam mortem. Et quamvis dici posset, quod promissio sit materia indifferens, quæ de se non inducit ad peccatum, neque ad captandam mortem alienam, sed tantum ad expectandum, ac proinde non contineat peccatum scandali, attamen quia jus approbat ea, ex quibus nascitur occasio captandi alienam mortem, ideò est prohibita, tamquam materia scandalosa, & stante hac prohibitione intervenit peccatum scandali, quia contra prohibitionem ponitur materia scandalosa, quæ potest facere, quod proximus offendar.

54 Si tamen præsentatio facienda sit à Collegio per modum Collegii, si qui sunt de Collegio, ut singuli promittant, excusaretur saltem à peccato gravi. Quia promissio, uti singulorum, non inducit obligationem, sed tantum quamdam convenientiam; nam est promissio personæ singularis, quæ proinde ipsam non ligat uti membrum Collegii, quia hoc pacto obligari non potest, nisi collegialiter agat, & ideò nisi sit collegialiter congregata, & consequenter, ut collegialiter congregata, remanet libera ad decernendum uti audito scrutinio, judicaverit expedire.

55 Quare dicta promissio accipienda est, tamquam continens verba urbanitatis, quæ non inducunt obligationem, *l. quod conditor ff. de dol. & l. sciendum ff. de edilit. edict. cap. cum venissent de instit.* & asserunt Cardinalis, & Imola *ibidem*, Alex. *in l. sta stipulatus n.* 6. *ff. de verb. oblig.* ibique Jos. *num.* 5. Angel. *in l. si cus ff. de servit.* idem Cardinal. *in Clem. exivi* §. *nos igitur de verb. signif.* & Rota coram Seraph. *dec.* 136. *n.* 3. *& dec.* 1322. *n.* 2. & coram Pegna *dec.* 430. *n.* 6. *& dec.* 138. *n.* 2. *p.* 2. *rec.* Et ideò dicta promissio solum habebit vim declarationis animi prompti ad gratificandum, si occasio se obtulerit.

56 Sed alius honor, & præcipuus in præsentando Episcopo præficiendo Ecclesiæ. Non enim potest Episcopus providere Ecclesiæ sine præsentatione patroni, *can. monasterium, can. decernimus* 16. *q.* 7. *cap. ex inquisitione de jurepatr.* Ex hæc laicis concessit Ecclesia, ut ad fundandas, & dotandas Ecclesias inducerentur. Quamobrem, quidquid juris habent patroni in Ecclesia, totum ex gratia procedit, & de speciali gratia toleratur. Quia cum juspatronatus sit spirituale, vel spirituali annexum, *cap. quanto de judic.* de juris rigore, & circumscripta dispensatione, & privilegio Ecclesiæ, laicus ejusmodi juris capax non est, *cap. decernimus eod. tit.*

57 Hinc inferunt Ostiensis, Jo. Andreas, & alii, ut Papa, si velit, possit liberè conferre beneficia juspatronatus laicorum, etiam invitis patronis, ut notatur *in cap. cum dilectus in Glos. v. præsentare de jurepatr. & in cap. dilectus de offic. leg. in Glos. v. concessione*, quę dicit hanc potestatem soli Pontifici competere, non autem Legato. Non tamen expedit ut Papa liberè disponat de Ecclesiis juspatronatus, ne laici à fundationibus retrahantur. Unde fit, ut quamvis possit, non tamen censeatur velle patronatui laicorum derogare, nisi hoc exprimat, ut per Felin. *in tr. quando litt. Apostolicæ præjud. patr. in princ.* Quinimò Ost. *in cap. dilectus sub. n.* 5. *de off. leg.* testatur, se vidisse litteras per Papam scriptas Prælatis Angliæ, continentes hanc suam potestationem, quod quando scribit pro aliquo beneficiando, non est intentionis suæ, ut conferatur ei Ecclesia aliqua, in qua laicus obtineat juspatronatus, Lap. *alleg.* 96. Feder. de Sen. *cons.* 234. *n.* 3.

Non tamen per præsentationem plenum jus datur 58 administrationis Ecclesiæ præsentato sine institutione Episcopi. Non enim patronus confert pleno jure, *cap. quod autem, & cap. illud præterea dum, cap. ex consultatione, & cap. consuluit, cap. relatum de jurepatr, can. si plures, & can. Monasterium* 16. *q.* 7. Omnes namque Basilicæ pertinent ad curam, & solicitudinem Episcopotum, *can. omnes Basilicæ eod. can. cibum d.* 61. cum similibus, nisi aliquo privilegio eximantur, *cap. cum & plantare de privil.* Et institutio, ac destitutio præfectorum Ecclesiarum propriè pertinet ad Episcopos, *cap. cum ex injuncto de hæret. cap.* 1. *& cap. monach.* Neque etiam patronus, qui hunc honorem præsentandi habet, ideò administrandi res dorales, seu Ecclesiæ patronatæ potestatem habet, *can. noverunt* 16. *q.* 1. *cap. præterea de jure patr.* Neque seipsum, sed alium præsentare potest, *cap. consulit, & cap. per nostras eod.* Secuti hæc seipsum Episcopus potest instituere, vel sibi suæ Collationis beneficium conferre. *cap. fin. de institut:* Ut nec tutor sibi auctor esse, *l.* 1. *ff. de auctor tut.* Quamvis non inficior, si plures sint patroni, quin unus ex illis, ab aliis tamen præsentari possit, vel filius alterius, Glos. *in d. c. Consuluit de jurepatr.* Sicuti ex decuriombus, qui seipsos tutores dare non possunt, unus ab aliis rectè datur, *l. ubi absens do tut. & curat. dat. ab iis, &c.*

Præsentatio autem instituendi fieri potest, non so- 59 lùm per patronum, verùm etiam & per procuratorem ejus nomine, & mandato. Nam & electio fieri potest mandato Domini à Procuratore, *l. si is, qui ff. de procur.* immo & per litteras quis potest prætentare Glos. *in can. non debet d.* 6. juxta *l. si procuratorem ff. de procurator.*

In hac tamen potestate, & qualitas patronorum; & 60 tempora distinguenda sunt. Nam Patroni, aut Laici, aut Clerici sunt. Laicis quatuor menses dantur ad præsentandum, Clerici sex. Quia laici ante institutionem possunt variare, id est plures præsentare alios post alios. Clerici non possunt, ut maturius præsentandum eligant, longius tempus conceditur, *cap.* 1. §. *fin. de jurepatr. in* 6. Variatio tamen illa licita in laico, quamdiu unum ex præsentatis non instituerit Episcopus; nam post præsentationem, & institutionem rejicitur præsentatio, *cap. quod autem consulis de jurepatr.* Licita tamen, si præsentet laicus indignum, & repudietur ab Episcopo; nam potest, & tunc intra tempus illi concessum alium præsentare, & plures, inter quos tamen est potestas Episcopo eligendi, quem velit, & ut dicimus, locus est gratificationi, *cap. cum advocatus eod. tit.*

Nec ante tempus hoc concessum pleno jure Episco- 61 pus, spreto patrono laico, conferre potest, sed tantum de Oeconomo Ecclesiæ patronatæ providet pro fructibus regendis, *cap. cum vos plerumque de offic. & potest. Iud. ord.* Diversum tamen in præsentatione indigni facta ab Ecclesiastico; nam tunc Episcopus, spreta illa præsentatione, pleno jure confert, cum jus præsentandi Ecclesiasticus amiserit, indignum præsentando, neque possit unquam variare, facta præsentatione semel, ideò alium non possit præsentare, *d. cap. cum autem de jurepatr.* Ut contra si ille præsentatus sit idoneus, non possit alium ei præponere Episcopus, *d. cap. cum autem advocatus de jurepatr.* dummodò præsentatio fiat, vacante beneficio: nam ante vacationem præsentatio inutilis, & adveniente ea, non obstante prima, rectè alium, vel primum præsentat, nec dicitur ideò variare, *cap. fin. eod.*

61 Itaque potest patronus laicus variare non recedendo à primo, sed accumulando. Quod si simpliciter præsentaverit secundum, nec expresserit, an privative, vel cumulativè, neque aliunde appareat, cum voluisse à priori præsentatione resilire, tunc censetur voluisse uti facultate sibi attributa ex dispositione juris, & præsentasse cumulativè, non privativè, ut sic actus potius valeat, quam pereat, ut contra Lap. *alleg.* 78. pluribus probant Roch. de Curt. *v. honorificum q.* 13. & Lambert. *lib.* 2. *p.* 2. *q.* 3. *princ. ar.* 22. licet Lapus loquatur in eo casu, in quo patronus laicus præsentavit secundum, non simpliciter, sed narrando se velle variare, idest à prima præsentatione recedere; unde non contradicit.

62 Quod quidem non est intelligendum, ut patronus laicus accumulando, possit variare toties quoties voluerit, sed semel tantum. Nam jura loquuntur de duobus successivè, & non de pluribus, ut patet ex verbis, *d. cap. cum autem de jurepatr. alium aquè idoneum præsentavit*, nec non, *quis eorum alteri præferatur ex cap. quod autem, ex cap. cum dilectus, & cap. pastoralis eod. tit.* & probant Calder. *cons.* 16. *de jurepatr.* Roch. *q.* 10. Lambert. *d. q.* 3. *art.* 33. Franc. Marc. *decis.* 478. *n.* 6. *p.* 1. & Navar. *in cap. placuit n.* 167. *& seqq. de pœnit. d.* 6.

63 Hoc tamen limitatur, ut non procedat, si prima præsentatio esset nulla, veluti si facta esset coram non habante potestatem instituendi; quia tunc sicut patronus potest præsentare secundum ex toto recedendo à primo, *arg. cap. cum laici de jurepatr.* per quem textum ita tenet Abb. *in cap.* 1. *de judic.* & Roch. *d.v. honorificum. q.* 9. eodem modo potest præsentare tertium, accumulando cum secundo. Prima enim præsentatio nulla in numero præsentationum non computatur, & sic secunda præsentatio erit prima, quia non præstat impedimentum, quod de jure non fortitur effectum, *c. quod autem de jurepatr. c. bonæ* 2. *& c. Congregatio de elect.* & in hac specie tradit Lambert. *d. l.* 2. *p.* 2. *q.* 7. *princ. art.* 21. *n.* 6.

64 Quæ limitatio procedit, etiamsi patronus laicus primo loco præsentaverit indignum, quia, si teneamus, ex hoc eum non esse privatum pro illa vice facultate præsentandi secundum opinionem Jo. Andr. & Cardin. *in c. cum vos de offic. ord.* poterit facere secundam præsentationem ex toto recedendo à prima: Item poterit facere tertiam accumulando eam secundæ, ut constat ex dictis. Si verò teneamus contrariam opinionem Ostiensis, quam tuetur, & verissimam ait Abb. *in d. cum vos n.* 5. tunc, ut inquiunt, *in d. cum autem de jurep.* Ostiens. *n.* 1. Jo. Andr. & Cardinal. *n.* 3. Si primus præsentatus est minus idoneus, & secundus idoneus, meritò pœnitet patronum, *arg. l. nonnunquam ff. de Coll. bonor.* Sed & meritò, tunc Diœcesanus admittit secundum, repulso primò, qui tamquam malè meritus dignus est, qui publica egestate laboret, *ut l. bona fide ff. depositi.* Et eo casu Episcopus admittendo secundum, intelligitur facere gratiam patrono. Nam ex quo patronus præsentavit indignum, posset Episcopus jure suo Ecclesiam ordinare, *ut in auth. de sanctiss. Episc.* §. *si quis Oratorii domum collat.* 9. & notatur *in d. c. cum vos de offic. Ordin.*

65 An autem, lite pendente inter præsentatos liceat patrono collitigantem præsentare, & sic an *c.* 1. *ut lite pendente lib.* 6. habeat locum in duobus præsentatis, vide ibi Jo. Andr. & Doctores, ac Roch. *d. v. honorificum q.* 23. Lambert. *d. p.* 2. *q.* 6. *princ. ar.* 12. Covar. *pr. qq. cap.* 36. *n.* 7. & Rotam apud Farinac. *decis.* 216. *num.* 7. *p.* 1. *rec.*

66 Et notandum ita demum esse locum gratificationi Episcopi inter plures præsentatos à patrono laico, si merita sint æqualia, secus si unus sit dignior altero. Qua in re duo casus videntur distinguendi. Primus est cum duo sunt præsentati à duobus patronis, vel à duobus partibus patronorum, eo quod una pars præsentavit unum, & altera alterum. Secundus est, cum duo simul, aut successivis temporibus sunt à patrono laico cumulativè præsentati.

In primò casu Jo. Andr. *in d. c. cum autem n.* 3. & post 67
eum Cardinal. *n.* 4. *&* Abb. *n.* 8. dicunt ex duobus præsentatis à duobus patronis Episcopum posse alteri gratificari, atque ita non diversificant hunc casum ab eo, in quo plures sunt præsentati cumulativè. At revera non loquuntur explicitè in eo casu, in quo unus ex præsentatis est dignior altero, quin potius videntur supponere, eos esse æquè idoneos, cum sumant argumentum *ad. c. cum autem*, quod talibus loquitur. Et in hoc casu etiam loquitur Innoc. *in c.* 1. *fine de jurepatr.* quem Abbas allegat *loc. cit.* Ait enim, pattonis discordantibus, si merita præsentatorum sint paria, esse locum gratificationi juxta *d. c. cum autem.* Sed expressius idem Cardinalis *in Clem. plures in princ.* inquit, si duo patroni præsentant duos, esse admittendum magis idoneum, si autem æqualiter sint idonei, locum esse gratificationi, allegatque notata *in d. c.* 1. *de jurepatr.* Quam opinionem clarè etiam tenet *ibi* Imol. estque ex mente Glossæ *in can. si plures* 16. *q.* 7. quæ aperrè dicit, in discordia patronorum Episcopum teneri eligere digniorem, si fine scandalo id fieri possit, si verò præsentati sint pares meritis, Episcopum posse gratiam facere cui velit. Et hanc partem pluribus probant Roch. *loc. cit. q.* 15. & Lambert. *art.* 26. Quia Episcopus hoc casu est Judex inter duos præsentatos, ideòque justitiam ministrare debet, alioquin non diceretur Judex, *c. forus de verb. signif.* Non autem ministraret justitiam, si minus dignum præligeret, posthabito digniori. Et sic putant, id habere locum in utroque foro, ita, ut etiam liceat postposito appellare, sed præcipuè in foro conscientiæ, ex notatis *in c. Constitutis de appell.* Verum Anchar. *in d. c. cum autem n.* 4. & post eum Anan. *n.* 2. inquiunt, opinionem Joannis Andreæ, quod inter duos præsentatos à duobus patronis sit locus gratificationi, non esse veram, quia si patroni sint discordes, aliter, providetur quam per gratificationem, *ut in c.* 1. 2. *& 3. de jurepatr.*

Advertenduum est, quod cùm duo sunt præsentati à 68
pluribus patronis in pari numero, neutri acquiritur jus præsentandi institutionem, cum ad id requiratur, ut præsentatio sit facta à majori parte patronorum per textum *in c. quoniam de jurepatr.* Quo fit ut Episcopus minimè teneatur digniorem instituere, quia ad hoc requiritur, ut præsentatus in discordia patronorum, non solum majoribus juvetur meritis, sed etiam plurimorum approbetur assensu, quæ sunt verba *d. c. quoniam.* Unde patet, sustineri non posse quod dixerunt Rochus, & Lambertinus locis citatis, videlicet ex duobus præsentatis à duobus patronis Episcopum teneri instituere magis idoneum. Immò, ut ait Calder. *in d. c. cum autem*, fortè posset Episcopus de alio providere, *ut c. eam te, c. si verò, & d. c. quoniam eod. tit.* Ergo fortius potest gratificari alteri ex præsentatis, quod placet Cardinali *in d. cap. cum autem n.* 4. Quia ex quo neuter præsentatorum est præsentatus à pluribus, neutra præsentatio tenet, *arg. d. c. Quoniam.* Sed hoc ultimum de provisione extranei, & gratificatione non transit absque difficultate. Quia licet præsentatio in pari numero patronorum non valeat, tamen non propterea jus ordinandi Ecclesiam devolvitur ad Episcopum, nisi lapsum sit quadrimestre, patronis laicis à jure præfixum, *ut in d. c. quoniam in fine, & in c. cum propter eod.* Immò intra dictum tempus, stante nullitate primæ præsentationis, licitum est patronis laicis variare, & aliam præsentationem facere, etiam ex toto recedendo à prima, ut dictum est supra *ex d. cap. cum laici eodem.*

Quare concludendum est inter duos præsentatos à 69
duobus Patronis, Episcopum non solum non teneri digniorem instituere, sed nec posse alteri eorum gratificari, & multo minus de extraneo providere, nisi in duobus casibus, Primus est, si lapsi sint quatuor menses. Quia tunc cum præservatio illa non valeat, jus conferendi est ad Episcopum libere devolutum. Unde cum sit in facultate ipsius de extraneo providere, multo magis potest, si voluerit alteri ex præsentatis gratificari. Et in hoc casu procedit opinio Calderini, & Cardinalis. Secundus est cum Patroni ab initio promiserunt non variare, neque alium præsentare; nam contra talem promissionem venire non possunt, cum à jure non sit reprobata, *ut d. Clem. plures de jurepatr.* & firmat Lap. *alleg.* 78. *n.* 6. præsertim si sit juramento vallata, ut per Lambert. *d. p.* 2. *q.* 7. *princ. art.* 18. Unde hoc casu absque dubio licebit Episcopo alteri ex præsentatias gratificari, etiamsi lapsi non sint quatuor menses. Nam & licebit de extraneo providere secundùm Calderinum, ex Cardinalem. Idemque esset si Patroni consentirent, ut Episcopus haberet gratificationem. Et forte in hoc casu loquuntur Innocentius, Jo. Andreas, aliique prælegati. Alias enim non videtur quomodo, durante adhuc quadrimestre, Episcopus possit instituere alterum ex duobus nulliter præsentatis, ac præripere patronis jus, quod habent recedendi à prima præsentatione invalida, & alium præsentandi. Neque obstat textus *in cap. Venerabilem* §. *Quod autem de electione.* Quia loquitur in eo casu, in quo electores discordes sunt moniti, & expectati.

70 In secundò autem casu principali, cum scilicet duo simul, aut successivis temporibus sunt ab eodem patrono cumulative præsentati juxta terminos *d. cap. cum autem de jurepatr. & d. Clem. plures eod. tit.* vera est distinctio, quam ponunt Doctores per illum textum *in cap. Constitutis de Appell.* ut nimirum à principio non sit locus gratificationi, sed Episcopus omnino teneatur præeligere digniorem adeò, ut peccet contra illustitiam distributivam eligendo minus dignum. Nam ante electionem omnia jura clamant, meliorem, & sanctiorem esse eligendum, *can. licet. ergo* 8. *q.* 1. cum aliis, de quibus Gloss. *in cap.* 2. *v. Sanctiones de offic. Custod.* sed post factum sustinetur electio de digno, omisso digniori, neque licet posthabito appellare, ut litium occasiones amputentur. Hanc distinctionem approbarunt D. Thom. & alii 2. 2. *qu.* 63. *art.* 2. *ad* 3. Covar. *in reg. peccatum par.* 2. §. 7. *num.* 3. ac Rot. *decis.* 65. *num.* 8. *par.* 1. *rec.* & in hac specie Dec. *cons.* 129. *col.* 2. ubi vult, quod quamvis dignior sit instituendus inter plures cumulativè præsentatos, hoc tamen procedat ante factum, sed post factum valeat institutio de digno, omisso digniore. Eum sequitur Lambert. *d.* 7. *q. art.* 26. *num.* 4. *& seqq.* qui tamen hoc limitat, nisi aliter ex præsentatis ante institutionem allegatset se digniorem, idque se probaturum obtulisset, & à futura institutione appellasset, quia tunc non teneret institutio etiam in foro judiciali secundùm eum *num.* 5. & Abb. *in d. cap. Cum autem* per notata *in cap. pastoralis de jurepatr.*

71 Annotandum etiam est, patrono Ecclesiastico non esse licitum variare, alium præsentando, etiam cumulativè, ut est casus *in d. cap. cum autem vers. Verum si Collegium.* Ratio multiplex est. Præcipua quia Clerici Patroni pinguius jus habent, quam laici, idest ex præsentatione Clerici plus juris tribuitur præsentato, quam ex præsentatione laici, & ideò Clericis variatio est interdicta, quia illorum præsentatio vim habet electionis juxta Innoc. *in d. cap. cum autem in fine.* Unde infert Ost. *ibid. n.* 6. quod sicut non tenet secunda electio, prima non cassata, *cap. consideravimus, & cap. auditis de elect.* ita nec secunda præsentatio Clerici, de quo Compostell. *in cap. Capitulum n.* 1. *de rescript.* & consentiunt *in d. cap. cum autem*, Jo: Andr. *n.* 7. Butr. *n.* 9. Cardinalis *n.* 4. Anchar. *n.* 5. & Abb. *n.* 7.

72 Quando autem jus præsentandi amisit Patronus, plena Collationis potestas penes Episcopum est, sive patronus sit Ecclesiasticus, sive laicus. Amittunt autem potestatem præsentandi, & ita juspatronatus, vel pro una vice, vel in perpetuum. Pro una vice, hoc est ratione occurrentis præsentis vacationis, si Ecclesiasticus, ut dictum est, iudignum præsentet, vel si is, vel laicus non præsentet intra tempora illis constituta. Tunc enim devolvitur potestas ad Episcopum auctoritate Concilii Lateranensis *cap.* 2. *de suppl. negl. Præl. c.* 13. §. *fin. & cap. si verò de jurepatr. cap. eam te eod. c.* 1. §. *fin. eod. tit. in* 6. Dehinc, & pro occurenti necessitate devolvitur ad illum jus, si quando plures sint patroni principales, qui sine gravi scandalo in nominatione, seu præsentatione non possint convenire, *cap.* 3. *de jurepatron.* Ordine servato, ut primum quamdiu controversia eorum agitatur, Episcopus interim ostium claudat Ecclesiæ patronatæ, amotis Sacris Lipsanis, seu reliquiis, donec convenerint, *cap.* 2. *eod.* Deinde ut à majori parte electus, & majoribus præstans meritis admittatur. Quod si id sine scandalo fieri non possit, ipse Episcopus provideat, *d. cap.* 3. In perpetuum patronus hoc jus amittit, si donet illud, aut cedat alteri, quod licet, etiam sine licentia Episcopi, *cap.* 3. *in princ. eod. tit. in* 6. tamen plena collatio Episcopi est, sed præsentationem expectare debet intra tempora fieri ab eo, in quem jus translatum est, nisi Simoniacè qui habet jus illud, in se transtulerit, nam in pœnam dignus est qui privetur jurepatronatus, *cap. quia Clerici de jurepatr. cap. tuarum de privileg. can. privilegium* 11. *q.* 3. Vide hac de re consultationem nostram 96. *tom.* 9. Privatur & is perpetuò hoc jure, qui per se, vel per alium procuraverit, Episcopum, vel Rectorem Ecclesiæ, cujus est patronus, occidi, ut nec is, neque hæredes ejus usque ad quartum gradum possint hoc jure, vel honore potiri, *cap. penult. de pœn.* Per condemnationem tamen alterius criminis hoc jus non eripitur, nec à filiis patroni, quia hoc jus habet solum auctoritate Canonis, quo non privatur, nisi à solo Papa, Glos. *in can. filiis, 6. quæst.* 7. Conceditur namque juspatronatus potissimum laicis singulari quodam beneficio, ac privilegio favore Ecclesiarum, ut ad constructionem, & dotationem corumdem invitentur, *cap.* 3. *& cap. cum dilectus de jurepatr.* Proinde favor ille Ecclesiarum remanet, delicto etiam interveniente.

Jus autem ordinandi Ecclesiam ad Episcopum de- 73
volvitur, cum quæstio super patronatu intrà quadrimestre non fuit terminata, si juspatronatus sit laicorum, ut *in d. c. quoniam de jurepatr. & in c. cum propter eod.* Vel intra semestre si sit Ecclesiasticum, ut *in d. cap. eam te eod. tit.* Quod procedit sive quæstio sit super quasi possessione præsentandi *in c. consultationibus, eodem.* Sive super proprietate, nec aliquis sit in possessione secundum Innocentium *ibi.* Quod declaratur primò, ut procedat, si quæstio super patronatu veritatur inter Compatronos, & propter illorum discordiam non fuerit decisa intra tempus à jure præfixum, in quibus terminis loquitur *d. cap. quoniam de jurepatr.* Secus autem si contentio sit inter Episcopum, & Patronum; puta quia Episcopus prætendat, Ecclesiam esse liberæ collationis, & patronus asserat esse de jure patronatus Tunc enim tempus ad præsentandum non currit patrono impedito, nec Episcopus ordinabit Ecclesiam, sed ponet ibi Oeconomos, donec quæstio fuerit terminata, ut legitur, ac notatur *in cap. cum vos de Offic. Ord.*

Declaratur secundò, ut procedat, si sententia hu- 74
jusmodi sit inter compatronos, secus si inter præsentatos, ut resolvit Rota *decis.* 586. *num.* 7. apud Farinac. *in collect.* 1. *novis.* Et idem dicendum si lis vertatur inter patronos, & præsentatos, quia non habet locum devolutio, de qua *in d. c. quoniam.* Rota apud Farinac. *decis.* 81. *in fine p.* 1. *rec.* Jo: Andr. *in cap. cum vos n.* 2. *de Offic. Ord.* ibique Butr. *n.* 7. Imol. *nu. item* 7. Lapus *alleg.* 78. *num.* 15.

Declaratur tertiò, ut procedat, si contentio sit su- 75
per patronatu, secus si super idoneitate personæ, quo

In casu non intrat hæc devolutio, ut post Jo: Andream tenet Abb. *in d. cap. quoniam numer.* 7. Idemque dicendum, si patroni non possent inter se concordare de persona præsentanda. Quia tunc haberet locum dispositio *cap. nulla de conceſſ. præb.* ut scilicet sex mensibus expectari debeat juxta Innoc. *in d. cap. quoniam num.* 1.

76 Declaratur ultimò, ut locum habeat tantummodo in quæstionibus juris præsentandi, non autem juris eligendi. Nam si inter electores contendatur de potestate eligendi, & quæstio non terminetur intra tempus præfixum ad eligendum, potestas liberè ordinandi Ecclesiam, ad superiorem non devolvitur. Quia non est quod imputetur electoribus, cum per eos non ſter, quominus eligant, sed propter litem sibi motam. Unde cum contrarium non sit statutum, nisi super præsentatione, ut *in d. cap. quoniam*, non debet hoc jus extendi ad contentionem super electione. Ita probat textus *in cap. ſecund. de in integ. reſtit.* ubi diu super jure eligendi certatum fuit, & tamen eligendi potestas non fuit ad superiorem devoluta, præsertim verò quia interius præsentandi, & jus eligendi considerari potest multiplex ratio diversitatis. Nam præsentatio innititur gratiæ; electio verò juri communi, ut *cap.* 1. *de elect.* Præterea jus pinguius habent electores, quàm præsentatores; ut colligitur ex Glos. 1. *can. quanto* 63. *d. junctо cap. quod autem, de jurepatr.* Ac demum de modico patronatum præjudicio agitur, si lite pendente, alius ab Episcopo instituatur, sed electoribus ex devolutione fieret magnum præjudicium. Quia fortè habuerunt, quem non vellent, aut non expediret habere. Unde meritò aliud statuitur, cum controvertitur de jure præsentandi, & aliud, eum de jure eligendi.

77 Acquiritur autem juspatronatus fundatione Ecclesiæ, *cap. nobis eod. tit. can. piæ mentis* 16. *quæſtion. ſeptim.* ædificatione facta suis sumptibus, *can. Monaſterium eod.* dotatione, seu additione proventuum, *can. filiis, & can. quicunque* 16. *quæſt.* 7. ex contractu, translatione facta cum universitate, *cap. cum ſeculum, & cap. ex litteris de jurepatr.* Successione, *Clem.* 2. *eod.* Constatque ex præcipuis modis acquirendi onus etiam esse juspatronatus patrono potius, nempe quod ex bonis ejus propriis natum sit, ut & inde aliud sequatur, videlicet solicitudo patroni in his conservandis, quæ elargitur ipse est, vel iis, à quibus causam, & jus habet, dare namque operam debet, ne bona Ecclesiæ patronatæ pereant, vel detrimentum patiantur, eamque ob causam monere præfectum postea Episcopum, iisque negligentibus, mederi incommodo Regem ipsum, *can. filiis* 16. *quæſt.* 7. Quia si congrui non sint redditus Ecclesiæ patronatæ, ipse cogitur per Episcopum supplere quod sufficiat pro alimentis præfecti præsentati, & ad jura Episcopalia solvenda, *cap. prim. de jurepatr. cap. prim. de præb. in 6. cap. extirpandæ paragraph. quod verò eod. tit.* Dicitur & patronatus ideò defensor Ecclesiæ, *can. Fringentius* 16. *quæſt.* 7. & advocatus, *cap. quia Clerici de jurepatron.* quia ejus habet patrocinium, vice dominus, custos, guardiam habens, *cap. præterea de jurepatron.* Quocirca qnoque nec ei delinquenti jus hoc adimendum, quod oneroſum alioquin ei est, aliquando etiam utile, ut dum ad inopiam pervenit; nam eo casu, ne sit ingrata Ecclesia patronata, patronum, & liberos ejus alere tenetur, *cap. nobis paragraph. fin. eodem can. quicunque* 16. *quæſt.* 7. habita ratione bonorum Ecclesiæ, & qualitatis personarum patronorum, *can. ult.* 10. *quæſt.* 3. *l. ſed etſi quid paragraph.* 1. *ff. de uſufr.*

78 Animadvertendum autem est in hoc jurepatronatus, constituendo, Episcopi consensum, ut diximus in definitione, requiri, & tunc dicitur juspatronatus spiritualizatum, id est approbatum ab Episcopo, quo nomine eximuntur ab hac tractatione Oratoria, simpliceſque Capellæ, quæ propriè non sunt beneficia, cum nemo sine Episcopi consensu possit ædificare Ecclesiam, *can. nemo de conſecr. d.* 1. *can. qui religioſis cum trib. ſeqq.* 18. *quæſt.* 3. *cap. ſin. de Eccleſ. ædif.* Quare alia ratione propter auctoritatem ab Episcopo interpositam, ipse Episcopus habet in eo patronatu jus institutionis, id est facultatem intra Ecclesiam, vel in Ecclesia instituendi præsentatum, relativumque hic sit verbum institutionis ad præsentationem alterius; nam ea institutio libera non est collatio, sed fit fiat præsentatio, admitti debet ab Episcopo, alioquin si repudiet, patet via refugii, ut dicunt in refugium ad Archiepiscopum. Lata alioquin est institutionis appellatio, quæ interdum pro collatione accipitur, nempe pro concessione libera beneficii facta ab Episcopo jure communi, vel ab alio ex privilegio, cujus collationis, & provisio species est, Glos. *in rubr. de inſtit. in 6.* Vide & de aliis acceptionibus Imolam *in cap. ex frequentibus, & cap. cum veniſſent de jurepatr.* Interdum institutio pro confirmatione electi, quam facit Episcopus, *cap. cum olim de major. & obed. & toto titulo de elect.* & pro approbatione Episcopalis collationis ab alio, quàm Episcopo factæ, dicta auctorizabilis institutio, ut *in cap. cum ſatis de offic. Archid.* Item aliquando pro translatione possessionis, quam dicunt installationem, & inductionem in realem possessionem, de qua *in cap. ad hæc, cap. cum noſtrum eod.* Propriè tamen permultum interest inter collationem, quæ est libera, & institutionem, quæ necessaria, & præsentationem, *cap. cum in illis §. cum autem de præb. in 6.* Ideò collatio, Sede vacante, loco Episcopi à Capitulo de beneficiis fieri nequit, institutio debet, *cap. cum olim de major. & obed. cap.* 1. *de inſtit. in 6. cap.* 2. *ne Sede vacante, cap.* 1. *eod. tit. in 6.* Quod & in Vicario observatum est, *cap. ex frequentibus de inſtit. cap. fin. de offic. Vicar. in 6.*

Adnotandum est autem, juspatronatus inter hæredes dividi non posse, quod tripliciter potest intelligi. Primò, ut patroni inter se convenire non possint, ut unus habeat patronatum in una parte Ecclesiæ, alius in alia. Secundò potest intelligi, ut fructus, & possessiones Ecclesiæ nequeant patroni inter se dividere. Tertiò intelligi potest, ut ipsum juspatronatus dividi non possit inter hæredes; Quod quidem intelligendum est quoad substantiam juris patronatus, non autem quoad ejus pertinentias. Nam ut diximus patroni possunt inter se pacisci de rectore à se alternis vicibus præsentando, *arg. l. quoties ff. de uſufr. & l. via in fine ff. de ſervit.* & tenent Gloss. *in d. c. perlatum*, ac ibi Decius, & alii *de jurepatr.* rejecta opinione Innocentii *in Clem.* 2. *verſ. & ut facilius de jurepatr.* & ibi notat Glossa. Quod si Patroni habeant plures patronatus, eodem modo possunt ad invicem convenire, ut unus præsentet in una Ecclesia, & alius in alia, ut sic quemadmodum permittitur divisio ratione temporis in præsentando alternis vicibus, ita & ratione loci secundum Butr. *in d. c. perlatum n.* 5. & Abb. *num.* 6. 79

An autem juspatronatus gentilitium, idest reservatum illis de familia, & agnatione fundatoris, extincta agnatione, sit transitorium ad extraneos, distinguendum est. Aut fundator voluit juspatronatus esse illorum de familia taxativè ita, ut ad eos tantum pertineat, non autem ad eorum hæredes, & tunc juspatronatus ad hæredes extraneos minimè transit; sed extinctum remanet, extincta agnatione, & Ecclesia sit libera, & in hoc casu loquuntur. Potest enim Patronus in fundatione Ecclesiæ remittere juspatronatus in totum, vel pro parte, & limitativè illud inducere in præjudicium descendentium, vel extraneorum hæredum, prout ei libuerit, *cap. ſignificavit de teſtibus, cap.* 1. *le jurepatr. in 6.* ubi Archid. & alii, declarat Paris. *conſ.* 46. *num.* 6. *lib.* 4. 80

Aut

81 Aut juspatronatus fuit concessum illis de familia simpliciter, ac sine ulla taxatione. Et hoc casu transit etiam ad extraneos hæredes, non ex provisione hominis, sed ex provisione legis, cui provisio hominis non adversatur. Provisio enim hominis regulariter non tollit provisionem juris communis in eodem casu, *l. ſi cum dotem in principio*, ibique Bartol. *col.* 1. *ff. ſol. matr. l. extraneus ff. de conditt. ob. cauſ. l.* 4. §. *ſi ex conjunctione* ibi: *Cum acceſſerit aliquid rei judicatæ, non videtur à re judicata receſſum ff. de re jud.* Gabr. *com. concl. de reg. jur. concl.* 8. *num.* 4. Jus autem patronatus ex provisione juris communis est transitorum ad hæredes extraneos, ut *in d. cap. perlatum*, & notat Jo: Andr. *in cap. cum ſaculum num.* 6. *eod.* Atque adeò provisio hominis in reservando juspatronatus illis de familia non tollit, quin, illis deficientibus, ex provisione legis, ad extraneos hæredes transeat. Quam opinionem esse communem, ac veram deducit Rota coram Robusterio in Cremonensi juspatronatus *deciſ.* 385. *p.* 1. *diverſ.* Ita etiam quando in fidei commisso aliquis casus est omissus, relinquitur dispositioni juris communis *l. commodiſſime ff. de lib. & poſth. & d. l. ſi cum dotem ff. ſol. matr.* Sed casus deficientis familiæ fuit à testatore omissus. Ergo juris communis dispositioni est relinquendus, quo cautum est, ut juspatronatus transeat ad extraneos hæredes. Sic namque provisio hominis convenit cum provisione legis, & utraque servatur in suo casu, videlicet provisio hominis quamdiu superstes erit aliquis de familia, provisio autem legis ubi familia defecerit. Quotiescumque autem provisio legis facta est in defectum provisionis hominis, tunc silet lex, ubi loquitur homo, sed ubi ex diverso fonte, & nova radice procedit lex, ut formaliter loquitur Bald. *in l. certi juris num.* 1. *C. locati*, nec provisio hominis facit cessare provisionem legis, etiam specialis, & extraordinariæ, quando concurrunt circa diversa, Bartol. *in d. l. ſi cum dotem, & in l. conſtante ff. ſol. matr.* Rot. *d. deciſ.* 385. *num.* 5.

82 Quare non obstat, quod juspatronatus fuerit reservatum illis de familia. Quoniam verba illa stant demonstrativè juxta Calder. *conſ.* 4. & Anchar. *conſ.* 81. Et quatenus taxationem aliquam importarent, illa tamen intelligitur, durante familia, non autem ea deficiente. Atque ita in terminis decidit Rot. in dicta Cremonensi juspatronatus die 6. Junii 1579. coram Seraphin. *dec.* 378. *d. dec.* 385. *& deciſ.* 1. Casladori *n.* 3. *de jurepatr.*

83 Utrum verò ex sola fundatione acquiratur juspatronatus, an etiam requiratur constructio, & dotatio? Respondeo primò, juspatronatus non acquiri, nisi hæc tria copulativè concurrant, videlicet fundi collatio, Ecclesiæ constructio, ac dotatio auctoritate diœcesani. Ita Abb. *conſil.* 106. *num.* 2. *lib.* 2. ubi firmat, ex causa fundationis, constructionis, & dotationis posse effici tres patronos unius Ecclesiæ, si in his tribus simul concurrant, aliàs secus.

84 Adducit ad hoc Glossam *in can. quicunque v. aliquid* 16. *quæſt.* 7. quæ ait, ex modica dote quem non effici patronum. Ergo multò minus si nullam dotem contulerit, & sic secundum Abbatem vult illa Glossa, ut ex sola fundatione, & constructione sive assignatione dotis competentis non acquiratur juspatronatus. Idipsum docent Innoc. *in rubr. de jure patr. num.* 2. ibique Ost. *num.* 4. & Jo: Andr. *num.* 8. Fed. de Sen. *conſ.* 129. aliique communiter; quicquid contra dixerit Lambertin. *de jurepatr. lib.* 1. *p.* 1. *quæſt.* 3. *in princ. num.* 2.

85 Ratio autem præcipua mihi videtur. Quia, etsi Ecclesia constrtui non debeat ante dotis assignationem, ut *in can. nemo de conſecr. d.* 1. Si tamen de facto constructa, consecrari non debet, nisi prius fundator illam dotet, ut sunt jura clara *in can. pia mentis, & in can. Frigentius* 16. *qu.* 7. *& in can. placuit.* 1. *quæſt.* 2. Quod si contra juris dispositionem Ecclesia esset fundata, & consecrata sine competenti dote, consecrator teneretur eam dotare, ut tenet Glossa unica communiter approbata *in cap. cum ſicut de conſecr. Eccleſ. vel alt.* exemplo Episcopi, qui ordinans aliquem absque titulo, tenetur illi de suo providere, *cap.* 2. *cap. Epiſcopus, & cap. cum ſecundum de præb.* Et in defectum Episcopi consecrantis, ut inquit illa Glossa, fundator dotabit eam, & poterit ad id compelli, *arg. d. can. piæ mentis* 16. *quæſt.* 7. *& l. qui liberos ff. de vit. nupt.* Quod latius prosequitur ipse Lambert. *loc. cit. quæſt.* 5. *art.* 18. In eo autem casu, in quo fundator compellitur ad dotandum, de rigore juris ex dotatione non efficitur Patronus, ut videtur tenere. Jo: Andr. *in rubr. de jurepatr.* juxta Cardinal. *ibi num.* 13. *in 6. quæſt. num.* 5. Sicut non detrahit Trebellianicam, qui compulsus adiit, ut restituat, ut *l. nam quod* §. *qui compulſus ff. ad Trebel.* & generaliter non debet quis commodum consequi ex eo, quod facit invitus, *cam. quàm præpoſterum* cum aliis, de quibus *ibi* in Glos. *ult.* 13. *quæſt.* 2. Glos. *penult. in can. ad fidem* 13. *quæſt.* 5. licet Cardinalis subdat, æquius esse, ut efficiatur patronatus, de quo plenius Lambert. *d. lib.* 1. *p.* 1. *in* 3. *quæſt. princ. num.* 4. Ergo Doctores supponunt pro indubitato, eum, qui de facto fundavit, & construxit Ecclesiam sine assignatione dotis, non acquisivisse juspatronatus, alias enim ineptum fuisset inquirere, an dotans ex necessitate efficeretur patronus, si jam patronus esset ex fundatione, & constructione præcedenti. Et, quicquid sit de illo, qui compulsus contulit dotem Ecclesiæ, jam fundatæ, certè negari non potest, quin efficiatur patronus, si illam conferat sponte, prout concludit Innoc. & Cardinal. *ſupra in d. rubr.* & idem Cardinal. *in d. cap. quoniam num.* 6. *de jurepatr.* ibique Abb. *num.* 9. Ergo necesse est fateri, ex sola fundatione, & constructione, eum non acquisivisse juspatronatus; nam si acquisivisset, utique ex dotatione non potuisset illud iterum acquirere, cum juspatronatus sit individuum, & semel quæsitum ex una causa, non possit ex alia acquiri *arg. l. viæ ff. de ſervit.* cum aliis supra relatis. Quod enim meum est ex una causa, ex alia meum fieri non potest, nisi desinat esse meum, ut *cap. inter dilectos* §. *cæterum de fid. inſtr. l.* 3. §. *ex pluribus ff. de acquir. poſſ. & l. cum res C. de contrab. empt.* Abb. *conſ.* 3. *col.* 2. *lib.* 2. Socin. *reg.* 25. Facitque Textus *in cap. ut quis duas de elect. in 6.* & quod notat Lap. *alleg.* 8. præsertim *n.* 4. ubi ait, ex secunda præsentatione non posse alicui jus competere, si competit ex prima, quia quod meum est ex una causa &c. Et Matrimonium carnale, sicut spirituale constare non posse ex consensibus iteratis, quia cum sit individuum, aut ex primo consensu tenuit, & sic nihil addit secundus; aut non tenuit, & potest consistere ex secundo, allegatque Glos. *in cap. fin. de transl. Epiſcop.* Jo: Andr. *in Addit. ad Specul. tit. de reſcript.* §. *ratione autem cauſæ.*

Et hoc intelligendum est, sive verè, sive per juris fi- 86
ctionem hæc tria concurrant; nam si à principio, licet malè, sine dote fuisset Ecclesia fundata & ædificata, & consecrata, qui postea illam dotaret de diœcesani consensu, patronus esset; quia favore Ecclesiæ fingeretur actus iste præcessisse, ut ait Jo: Andr. *in cap.* 1. *n.* 8. *de jurepatr.* & sic constitutio doris retrotrahitur, & Ecclesia videtur dotata ante consecrationem; sicut in Matrimonio, *cap. tanta qui ſil. ſint. legit.* Abb. *in d. cap. Quonia numero* 9. quicquid contra idem Abbas scripserit *d. conſil.* 106. *numero ſecundo lib.* 2.

Respondeo secundo. Ad acquirendum juspatrona- 87
tus non requiritur, ut una, & eadem persona fundet, construat, & dotet Ecclesiam, sed satis est, ut unus det fundum, alius ædificet, & alius assignet dotem de consensu diœcesani, & omnes insolidum effi-

ciuntur patroni. Probatur ex *d. can. pia mentis, can. Frigentius, can. quicumque, & can. filiis 16. quæst. 7. ex can. Abbatem 2. 18. quæst. 2. & cap. nobis de jurepatr.* atque ex Concilio Tridentino *cap. 9. sess. 25.* quibus in locis prædicti modi acquirendi juspatronatus ponuntur, tanquam diversi, & cum dictione alternativa, ideòque non requiritur omnium concursus, sed ex quolibet ipsorum juspatronatus acquiritur, *cap. inter cæteras de rescriptis.* Et ita intelligi debet Glossa 1. *in d. can. pia mentis,* dum firmat, juspatronatus acquiri ex tribus causis, recitans versum illum, Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus. Idemque apertius tradit Innocent. *in cit. rubr.* Archid. *in d. cap. 1. post. princ. de jure patr. in 6.* Cardinal. *loc. cit. in rubr. quæst. 4. & cons. 122. col. 2.* Abb. *cons. 39. post init. lib. 2.* aliique apud Lambertinum, asserentem, hanc esse communem Doctorum sententiam *d. lib. 1. p. 1. in 3. quæst. princip. art. 1. n. 1.* Et ita intelligenda sunt jura, quæ dicunt, juspatronatus posse acquiri ex pluribus causis alternativè, idest cum unus dat fundum, alius construit, & alius assignat dotem, nam unusquisque alternativè ex una causa efficitur patronus. Ex quo non sequitur, quin respectu Ecclesiæ debeant simul concurrere fundatio, constructio, ac dotatio, sine quarum altera incompletè, & contra juris dispositionem Ecclesia deducitur ad esse, & quis efficitur patronus.

88 Quod verò ad reædificationem, sive refectionem Ecclesiæ, an scilicet ex illa acquiratur juspatronatus; ita distinguendum est. Aut Ecclesia non est funditus destructa, & ex refectione, sive reparatione juspatronatus non acquiritur. Aut Ecclesia est prorsus diruta, ita, ut indigeat nova consecratione juxta textum *in can. de fabrica de consecr. d. 1.* Et hoc casu, aut quis Ecclesiam reædificat sine consensu Episcopi diœcesani, & nullum jus acquirit, *arg. l. usufructuarius ff. de usufr.* ubi patet, usufructuarium non posse immutare formam rei, etiamsi alias non possit uti, estque expressum *in auth. ut null. fabr. orat. dom. §. 2. Collat. 5.* Nam, quemadmodum à principio non licet Ecclesiam construere sine consensu Episcopi, ut *in d. can. nemo de consecr. d. 1.* ita postea illam reædificare, ut acquiratur juspatronatus, ut per Abbatem *in d. cap. quoniam num. 8. de jurepatr.* Aut Ecclesiam prorsus diruta reædificat de diœcesani consensu, & acquirit juspatronatus, quia perinde est, ac si Ecclesiam ab initio construxisset, *cap. consuluit de Judæis,* ubi habetur, favorabilius esse reædificare constructam, quam de novo construere, estque casus *in d. auth. ut null. fabric. d. §. 1.* Per totalem enim destructionem Ecclesia remansit execrata, *d. can. de fabrica de consecr. d. 1. cap. præpositi, & cap. in ligneis de consecrat. Eccles. vel alt.* Et prior patronus, qui per primam ædificationem Ecclesiæ acquisivit juspatronatus per totalem destructionem, radicitus ipsum jus amisit, ut tenent *in d. cap. quoniam,* Ost. *numer. 3.* Jo: Andr. *num. 12.* Boich. *prope fin.* Cardinal. *quæst. 3.* ac cæteri. Æquum tamen est, ut antequam Episcopus extraneo de consensu suo ædificare volenti, consentiat, antiquum patronum super hoc requirat, & ipsum cuilibet extraneo præferat, *arg. cap. Cum Apostolica de his, quæ fiunt a Prælat. cap. potuit de locat. & conduct. & cap. ad hæc de Offic. Archid.* Hanc distinctionem approbant *in d. cap. Quoniam,* Tancredus, Ostiensis, Jo: Andreas, & Boich. *locis allegatis,* & Abb. *num. 1. & 11.* Staphil. *de lit. grat. tit. de mod. & form. impetr. §. sequitur videre numer. 6.* Bursat. *consil. 310. à numer. 3. vol. 3.* Lambert. *d. lib. 1. p. 1. quæst. 6. princip. art. 3.* Menoch. *cons. 90. num. 24. & seq.* ac Rot. *decis. 306. à num. 3. p. 3. diu.* & apud Seraph. *decis. 555. num. 2.*

89 Idque procedit, etiamsi reædificatio fiat ex iisdem cœmentis, seu materia. Adhuc enim reædificans de diœcesani consensu acquirit juspatronatus, non autem ille, qui ab initio illam construxit, & per totalem destructionem desiit esse patronus, ut dictum est. Nam obligatio semel extincta in perpetuum non reviviscit, *l. qui res §. aream ff. de solut. & can. quæris de consecr. d. 4.* Textus *in l. quid tamen §. penult. ff. quibus mod. usufr. amitt.* ubi si navis fuerit per partes relicta, durat ususfructus; sed si ex toto destructa fuerit, & postea restaurata, licet ex eisdem tabulis, ususfructus extinctus est. Ita si domus ex iisdem cœmentis, tignisque fuerit restituta, ususfructus extinguitur. Pro hac parte concludit Glos. 1. *in d. cap. Quoniam vers. Item quid si reædificata est,* Ost. *num. 2.* Butr. *num. 7.* Cardinal. *num. 7. quæst. 3.* Abb. *num. 12.* & plerique alii; non obstantibus juribus allegatis in Glossa, ex quibus agitur, Ecclesiam reædificatam censeri eandem Ecclesiam, loco prioris succedere. Nam loquuntur in eo casu, quo semper remanet materia, ut respondet Calderinus, & post eum Cardinalis *d. n. 7.*

Item procedit non solum in jure patronatus surgente propter ædificium, sed etiam propter dotem, vel fundum. Nam quemadmodum si Ecclesia sit à fundamentis destructa, & reædificatione alterius, etiam ex eisdem cœmentis, antiquus patronus non recuperat juspatronatus, eodem modo si dos, vel fundus omnino pereat, antiquus patronus ex nova dotatione, vel fundatione non recuperat juspatronatus, sed illud acquirit, qui novam dotem, vel fundum assignat, ut per Cardinal. *d. num. 7.* Fatentur nihilominus Doctores, patronatum surgentem ex dotatione, vel fundatione, non amitti ex sola destructione Ecclesiæ. Nam si dos salva sit, aut fundus, etiam destructa Ecclesia, qui dotavit, vel fundavit, remanebit Patronus, & ita Ecclesiam reædificatam erunt tres patroni ex diversis causis, ut per Abb. *loco citato numer. 11.* qui ad hoc inducit regulam *§. affinitatis instit. de nupt.*

Ex *cap. nobis de jurepatr.* dubitatur, nunquid mulier, infidelis, hæreticus, vel excommunicatus acquirat juspatronatus ex constructione Ecclesiæ; Et quidem de muliere concluditur affirmativè, quia verbum *si quis* appositum *in d. cap. nobis,* tam masculos, quam fœminas complectitur, ut ait textus *in l. 1. ff. de verb. signif.* ubi Bartol. *num. 2.* dicens, id non contingere ex interpretatione extensiva, sed ex propria significatione, *cap. generali,* ibique Glos. 1. Jo. Monach. & Canonistæ *de elect. lib. 6.* & *can. si quis suadente 17. quæst. 4. juncto cap. mulieres de sent. excom. eod. lib.* estque textus *in cap. fin. de concess. prab.* in quo fit mentio juris patronatus Comitissæ Flandrensis, & *in cap. ex litteris de jurepatr. & in can. quoniam investituras,* ac ibi Glos. *v. vel fœminæ 16. q. 7.* Abb. *in cap. cum seculum num. 4. de jurepatr.* & firmant *in d. cap. nobis,* Jo: Andr. *n. 2.* Calder. *cons. 1. eod. tit.* Roch. *de jurepatr. in v. competens q. 1.* Lambert. *eod. tr. p. 1. lib. 1. q. 7. ar. 2. num. 30.* & Cassador. *decis. 1. de jurepatr.* De infideli, Judæo, vel pagano, respondeo negativè; Quia dictum verbum *si quis* exponitur, idest fidelis secundum Jo: Andr. *loc. cit. num. 3.* Estque textus *in can. pia mentis in fine, Can. quicumque in princ. & can. Frigentius in fin. 16. quæ. 7.* ibique Gl. ff., estque simile in cognatione spirituali, quam infidelis non acquirit, si puerum baptizet, aut levet de Sacro fonte, ut per Jo: Andr. *in cap. ex eo num. 1. & 5. ac 8. de reg. jur. in 6.* Si tamen Paganus, vel Judæus de facto fundaret Ecclesiam, teneretur eam dotare, sicut teneretur dotare filiam ad fidem conversam, & Ecclesia esset liberæ collationis, ut probat Albertin. *p. 1. lib. 1. quæst. 5. art. 8. num. 1. & 2.*

De hæretico autem idem dicendum est. Quia etsi 92
cognationem spiritualem acquirat, ut notat Jo: Andr. *in d. cap. ex eo num. 3.* tamen patronatum non acquirit, quia cum ejus bona ipso jure sint confiscata, *cap. cum secundum de hæret. in 6.* utique de suo dare non potest

Potest fundum, dotem, vel ædificium. Facit ad id *cap. 2. §. fin. eod.* Et quatenus etiam esset patronus, tamen illud jus confiscatum esset, ut per d. Jo: Andr. *in d. cap. nobis numer. 3.* Ubi notandum quod juspatronatus transit cum confiscatione bonorum, *ut in d. cap. nobis,* Abb. *numer. 2.* At quoad hoc vide decisionem S. Rotæ in Lucana jurisdictionis coram Coccino *dec. 232. & 298. & dec. 351.* quibus in locis distinguitur, an confiscatio facta fuerit per Judicem laicum, an per Ecclesiasticum.

93 Et de excommunicato, malè feciſſe Episcopum, qui eum admisit ait Jo: Andr. *in d. cap. nobis d. num. 3.* Sed tamen si Episcopi consensu Ecclesiam construxit, patronus erit, sed exercitium non habebit ante absolutionem, *cap. cum dilectus de consuet.* Nam cum religionem profiteatur, Matrimonium contrahat, aliaque faciat, quæ enumerantur à Jo: Andrea *in cap. dolo in 2. p. quæst. vers. 3. de reg. jur. in 6.* utique & juspatronatus acquirit. Confert, quod notatur *in cap. veritatis de dol. & contum.* & *in cap. decernimus de sent. excom.* Et cum liceat excommunicato Ecclesiam ingredi ad audiendum verbum Dei, & orandum, *cap. responsi. de sent. excom.* licebit etiam Ecclesiam construere. Suffragatur *capit. Quoniam eod. titul. in 6.* Commendabile enim est ædificare templum Deo, *can. aurum 12. quæst. 2.*

94 Itaque mulier Ecclesiam construens de diœcesani consensu, ut *in d. cap. nobis,* acquirit iuspatronatus habitu, & actu. Excommunicatus habitu, tantum, sed non actu ante absolutionem. Infidelis, Judæus, & hæreticus neque habitu, neque actu.

95 Hoc autem annotandum ex constructione Ecclesiæ Conventualis, sive Collegiatæ, etiam de diœcesani consensu, non acquiri construenti iuspatronatus, seu præsentandi Prælatum absque privilegio Apostolico, ut *in d. cap. nobis de jurepatr. & in can. hinc est 16. quæst. 1.* Put. *decis. 366. numer. 4. & seqq. lib. 2.* Rota *decis. 421. numer. 2. p. 2. rec.* Quod locum habet sive Ecclesia Collegiata sit sæcularis, sive regularis *ad text. in Clem. ii de ætat. & qualit.* Nam sub nomine Ecclesiæ Conventualis, de qua loquitur *d. cap. nobis,* comprehenditur etiam Ecclesia, licet de consuetudine hoc verbum referatur ad Ecclesias Religiosorum, ut per Abb. *in d. cap. nobis numer. 3. in 2. notab.* Quæ autem dicatur Ecclesia Conventualis, sive Collegiata, vide Ost. *in d. cap. nobis numer. 2.* Jo: Andr. *numer. 8. 22. & 24.* & Innoc. *in cap. postulasti eod. tit.* qui egregiè rem hanc versant.

96 Porrò regula est, iuspatronatus transire in quemcumque cum universitate temporalium, cui adhæret etiam sine auctoritate Episcopi per textum *in cap. ex litteris de jurepatr.* Nam villa, de qua in textu, est quid universale, *ut l. pupillus §. territorium ff. de verb. signif.* & notant communiter Doctores, quos sequitur Rota *decis. 207. numer. 16. p. 6. rec.* Et sic, quamvis contractus non gratuitus prohibeatur super iurepatronatus, ut *cap. quia Clerici eod. tit.* Si tamen huiusmodi contractus non gratuitus celebretur super aliqua universitate temporalium, iuspatronatus in ea consistens, transit ex illo titulo non gratuito, quia contractus videtur initus super rebus temporalibus, & non super iurepatronatus, quod transit accessoriè, & non principaliter, ut per Abb. *in d. cap. ex litteris in 1. notab.* & Mantic. *dec. 140. numer. 2.* Idemque dicendum de iure sepulchri, quod à laicis possidetur. Accedit enim emptioni universitatis, *ut lib. in modicis ff. de contrab. empt. & lib. si mercede paragraph. si eum fundum ff. de act. empt.* quæ opinio communis est, teste Covar. *var. resol. lib. 1. cap. 13. numer. 3.* Secus autem est in decimis, & aliis iuribus, merè spiritualibus. Quia cum iuspatronatus non sit merè spirituale, non est mirum si annectatur temporalibus, sed decimæ, & alia iura huiusmodi merè spiritualia, cum in nullo communicent temporalibus, consequens est, ut nec eis annecti possint, nec cum universitate ipsorum transire valeant, etiam si dicatur vendo, vel dono villam cum omnibus juribus suis. Quia spiritualia non sunt jura temporalia. Quocirca si vult decimas donare, expressam de illis mentionem faciat, alioquin in generali donatione non includuntur, ut per Innoc. *in d. cap. ex litteris num. 1. de jurepatr.* ibique Ost. *num. 4.* Jo: Andr. *num. 1.* Butr. *num. 6.* aliique communiter. Qui tamen admittunt, quod si tale sit jus, quod pariter habeat in se & temporalia, & spiritualia jura, ut est præbenda, quæ quandoque habet & possessiones, & decimas, & donetur alii Ecclesiæ, tunc jura omnia, scilicet temporalia, & spiritualia simul transferantur. Quia omnia spiritualia sunt, & spiritualibus annexa.

Quod quidem ampliatur, etiamsi universitas tran- 97
sierit solummodo quoad utile dominium. Adhuc enim cum ipsa transit juspatronatus: Veluti si talem contractum inter se partes celebrarint, per quem utile dominium transierit in conductorem, puta Emphyteusim, vel locationem ad longum tempus, ut innuit textus *in d. cap. ex litteris,* ibi: *fuerit ad firmam concessa.* Nam & si verba, *ad firmam* exponantur, id est ad annuum censum secundum Jo: Andr. *in cap. 2. de locat.* & regulariter importent locationem ad modicum tempus, ut *in d. cap. 2.* & in aliis ac ductis per Beroum *in d. cap. ex litteris num. 1.* Tamen sicut locatio, ita & concessio ad firmam pro subjecta materia est apta importare etiam locationem perpetuam, seu ad longum tempus, prout importat *in d. cap. ex litteris.* Alias enim si locatio fuisset ad modicum tempus, conductor villæ non potuisset præsentare. Quoniam ita demum juspatronatus transit cum universitate, si universitas transferatur quoad dominium directum; vel utile. Ex locatione autem ad modicum tempus, nullum dominium, immo nec naturalis possessio tranfertur in conductorem, sed nuda detentio, & jus percipiendi fructus, ut notatur. *in l. si ut certum §. si duobus ff. commodati, & in l. 2. §. ex contrario ff. de acquir. poss. ff.* & per Cardinal. *in Clem. 1. §. verum in 2. quæst. de reb. Eccles. non alien.* Præterquamquod nec civilis, neque naturalis possessio ad hoc sufficeret, quia omnino requiritur translatio dominii directi, vel utilis, ut patet ex *d. cap. ex litteris, & ex cap. cum Bertholdus de re judic.* & notat Bero. *in cit. cap. ex litteris numero 43. de jurepatr.* & concordat *cap. cum seculum eod.* tenetque ibi Glossa 1. communiter approbata, & firmant Innoc. *ad d. cap. ex litteris in princ.* ubi Abb. *num. 5.* Jo: Andr. Cardinal, *in sum.* textus, Bero. *numer. 1. & numer. 42.* testans de communi, ac veriori, Paul. de Castr. *cons. 262. numer. 2. vol. 1.* Roch. de Curt. *de jurepatr. v. ipse velis quæst. 26. num. 57.* & Lambert. *eod. tract. art. 2. quæst. 8. princip. p. 1. lib. 1.*

Secus autem dicendum est in eo, qui tenet villam, 98
pignori obligatam, nam in Creditorem non transit juspatronatus, ut legitur, ac notatur *in d. cap. cum Bertholdus resp. 1. & §. fin.* quia nimirum in eum non directum, neque utile dominium rei pignoratæ transfertur, ut per Glos. *in d. cap. ex litteris,* ibique Innoc. *in princ.* Ost. *num. 4.* & communiter Doctores. Et ex alia ratione, quam reddit Abb. *num. 5.* Quia scilicet Creditor tenetur restituere fructus omnes, quos percepit ex re pignorata, ut ex *cap. cum contra de pignor. & ex cap. 1. de usur.* At si creditor præsentaret, & sequeretur præsentari institutio, non posset postea illum fructum restituere, scilicet præsentationem, quæ est fructus juripatronatus, ut notant Innoc. Butr. Abb. & alii *in d. cap. consultationibus de jurepatr.* Glos. ult. & Doctores *in cit. cap. cum Bertholdus de re jud.* & Rota *dec. 10. de jurep. in nov.* & sic lucraretur fructum illum contra naturam pignoris, cum mutuum debeat esse gratuitum, *c. consuluit de usur.*

99 Limitatur tamen ſupradicta regula, niſi juſpatronatus fuerit nominatim exceptum. Tunc enim minimè tranſit cum univerſitate, ut patet ex textu *d. cap. ex litteris*. & notant omnes in ejus ſummario, & *v. non excepto*. Et tradunt Gloſ. 1. ac Doctores *in d. cap. cum ſæculum de jurepatr.* & Lambert. *eodem tract. p. 2. lib. 1. in 5. quæſt. principal. art. 11. n. 1.*

100 Vendito autem fundo, vel palatio, intra cujus fines venditor Eccleſiam habet, non tranſit juſpatronatus in Emptorem. Quia juſpatronatus non poteſt transferri titulo venditionis, niſi cum univerſitate, ut dictum eſt. Fundus autem, vel palatium non eſt univerſitas Atque ita firmant *in d. cap. ex litteris* Innoc. *num.* 3. Oſt. *n.* 7. Jo: Andreas *num.* 3. Abb. *num.* 14. Eſtque communis opinio, ut teſtatur Roch. de Curt. *de jurepatr. d. v. ipſe velis quæſt.* 23. Lambert. *eodem tract. p. 2. lib. 1. quæſt. 5. art.* 17. Covar. *var. reſol. lib. 1. cap.* 13. *num.* 3. Facitque, quod annotat Bald. *in l. fin. num.* 58. *C. de edict. D. Andr. tol.* ubi, quod ſi dono tibi fundum meum, in quo Eccleſia ſita eſt, non venit Eccleſia, quia non eſt ejuſdem rationis, & conditionis, quod ſequitur Rota *deciſ.* 1152. *num.* 4. *p. 3. lib. 3. div.* & ante omnes docuit Innoc. *in d. cap. ex litteris num.* 3. ubi reſpondet ad *l. ſi mercedem* §. 1. *ff. de act. empt.* ubi ſi vendidiſti fundum, in quo ſepulchrum habuiſti, cui non patet aditus ex via publica, ſed per ipſum privatum fundum, jus ſepulchri tranſit in Emptorem, per quem textum idem eſſe in jurepatronatus, tradunt ibi Bartol. & Paulus de Caſtro, ac Roman. *ſingul.* 6. Sylveſt. *in ſum. verſ. juſpatronatus quæſt. quinta* Boich. & Cardinal. *in d. cap. ex litteris num.* 18. *&* 19. & Abb. *quæſt. 5. numer.* 5. Nam aliud eſt in jure ſepulchri, aliud in jurepatronatus. Quia ſepulcrum, cum nihil valeat, niſi emptor ad illud deferatur, ſepeliaturque in eo, eſſet illi prorſus inutile, ſi venditor fundi ingreſſum prohiberet, cum ad illud non pateat aditus, niſi per fundum. At ſecus eſt in jurepatronatus. Quia venditor illo uti poteſt, præſentando, quamvis Eccleſiam non ingrediatur. Idque ſequitur Covar. *loc. cit. num.* 3. Quod limito, niſi tamen eſſet talis fundus, qui univerſitatem conſtitueret juxta *l. cum fundus ff. de leg.* 2. & eſt textus juxta inductionem Cardinalis *in d. cap. cum Bertholdus de re jud.*

101 Vendens itidem omnia jura, quæ habet in aliqua villa, in qua certos tamen fundos habet, vel certa jura, in tali venditione non tranſit juſpatronatus, ſi villa non ſit ſua. Nam ad hoc, ut tranſeat, oportet, ut res, quæ venditur ſit talis, quæ in ſe ſine expreſſione univerſitatem, vel juſpatronatus in ſe contineat, ſicut eſt villa, vel Caſtrum, quæ in ſe continent juriſdictionem, honorem, & juſpatronatus. Sed cum dico: Vendo tibi omnia jura, hæc univerſalis eſt reſolvenda in ſingulares, ideſt, vendo tibi hoc, & illud. Cum autem juſpatronatus vendi non poſſit, ſub hac generali venditione, nullarenus comprehenditur. Ita in ſpecie docent Innoc. *in d. cap. ex litteris num.* 2. ibique Oſt. *n.* 5. Jo: Andr. *num.* 3. Boich. *num. item* 3. Butr. *num.* 6. Cardinal. *num.* 16. *quæſt.* 11. Anchar. *num.* 11. Abb. *eod. num.* & Bero. *nu.* 56.

102 De eo autem qui donat, aut vendit omnia bona, quæ habet in tali loco, an comprehendatur juſpatronatus, diſtinguendum eſt. Aut ille qui donat, vel vendit omnia bona, quæ habet in tali loco reperitur, ibi habere univerſitatem, puta Villam, vel Caſtrum, & tunc in tali contractu venit juſpatronatus, ex quo univerſitas ibi reperitur, quæ juſpatronatus includit. Aut in tali loco nullam habet univerſitatem, ſed aliqua bona particularia dumtaxat, & hoc caſu non venit juſpatronatus, quia non reperitur ibi aliqua univerſitas, cum qua tranſire poſſit. Ita diſtinguit Innoc. *in d. cap. ex litteris n.* 2. ac Dec. *in cap. Sedes nu.* 8. *de creſcript.* Eſtque communis opinio, quam pluries ſequuta eſt Rota, ut *deciſ.* 1152. *p. 3. div.* Put. *dec.* 351. *lib.* 1. & Seraph. *dec.* 725. Quamvis enim venditio facta fuiſſet verbis generalibus, hæc tamen generalitas reſtricta fuit ad certa loca, & ratione hujus reſtrictivæ non fuit univerſalis. Ut autem in venditione univerſitatis veniat juſpatronatus, requiritur, quod univerſitas ſit realis, non verbalis, ut ait Feder. de Sen. *conſ.* 225. *nu.* 2.

Sic quoque de eo, qui dicit, vendo omnia mea bona,103 jura, & actiones, aut iſte venditor habet in bonis ſuis aliquam univerſitatem, puta Caſtrum, villam, vel fundum, & tunc nemo dubitat, quin juſpatronatus tranſeat cum tali univerſitate per ea, quæ ſuperius dicta ſunt. Aut hujuſmodi univerſitatem non habet, & res non caret difficultate: Doctores enim non conveniunt, & Rota ipſa variat. Aliquando enim cenſuit, in hujuſmodi venditione non tranſire juſpatronatus, ut in Lucana juriſpatronatus 6. Novembris 1598. coram Litta, ea quidem ratione, quia licet vigore ceſſionis, & alienationis, quæ fit ex titulo univerſali, tranſeat juſpatronatus, & tranſeat ad quoſcumque hæredes, mediante titulo univerſali hæredis, & ſimiliter tranſeat in emptorem hæredis, ut per Doctores, quos adducit; non tamen per hoc tranſit mediante venditione, ſeu ceſſione etiam omnium bonorum, jurium, & actionum verbis generalibus, & univerſalibus facta, niſi ſub dicta ceſſione tale quid univerſale verè comprehendatur, cui adhæreat ipſum juſpatronatus, ut puta villa, Caſtrum, hæreditas, feudum, vel quid ſimile ex Innocentio, & aliis. Et mox: Quando enim fit ceſſio, vel alienatio univerſalis reſpectu verborum tantum, tunc talis univerſalitas reſolvitur in ſingularitatem, & non plus importat generalis illa expreſſio, quam enumeratio ſpecierum. Et ideò ſicut juſpatronatus de per ſe vendi non poteſt, ita etiam non poteſt vendi ſub illa univerſitate verbali, alias fieret fraus legi, cum ille, qui nihil haberet, quam juſpatronatus, aut parum plus, poſſet ſub prætextu venditionis univerſalis omnium bonorum, ipſum juſpatronatus vendere. At ſecus eſt, quando fit ceſſio, vel alienatio univerſalis reſpectu rei, ut quia fiat venditio de hæreditate, de Curia, de fundo, de Caſtro, ac de ſimilibus, quæ ſub ſe verè univerſitatem continent. Subditque: Et ratio differentiæ eſt, quia, cum talis univerſitas non reſolvatur in ſingularitates, non mirum ſi cum ea tranſit juſpatronatus, cùm de per ſe hoc caſu non dicatur vendi, ſed potius in quamdam neceſſariam conſequentiam rei venditæ, cui adhæret, & multa in conſequentiam neceſſariam permittuntur fieri, quæ principaliter prohibentur. Hancque opinionem videtur ſequuta Rota, ut habetur *in dec.* 1152. *lib. tertii p. tertia div.* Nec deciſio Putei 351. *lib. ſecundo* in aliquo repugnat, cum & donatio particularis juriſpatronatus, accedente conſenſu Ordinarii, fieri poſſit.

Contrariam tamen opinionem, quod ſcilicet104 in venditione omnium bonorum, jurium, & actionum, venire juſpatronatus, tenent Dec. *conſ.* 127. *numer. ſecundo & tertio.* Rota coram Put. *d. dec.* 351. Seraph. *deciſ.* 725. *&* *deciſ.* 207. *numer. undecimo & ſeqq. p. ſext. recent.* Et quamvis hæ deciſiones loquantur in terminis donationis, tamen non ſe fundant in eo, quòd donatio facta fuerit de conſenſu diœceſani. Tunc enim nulla eſſet difficultas, cum juſpatronatus donari poſſit, etiam particulariter, ac nominatim, accedente Ordinarii conſenſu, ut ſupponit Rota in prædicta deciſione Littæ, ſed fundat ſe in eo, quod donatio omnium bonorum, jurium, & actionum univerſitatem continet, cum qua indiſtinctè tranſit juſpatronatus abſque conſenſu Ordinarii, ſive contractus ſit gratuitus, ſive non. Quinimmo *in d. deciſ.* 207. *num. decimo quarto & ſeq.* diſertis verbis dicitur, non obſtare, quod in donatione non intervenerit conſenſus Ordinarii, ſine quo juſpatronatus, donari non poteſt, quia id procedit

cedit in particulari donatione; ſecus autem eſt in donatione univerſali omnium bonorum, ac jurium, in qua conſenſus Ordinarii minimè requiritur.

105 Huic ſententiæ adſcribi poſſunt Authores omnes, qui in fortioribus terminis volunt, ut ſi quis dicat: Vendo tibi omnia bona mea, nulla facta mentione jurium, & actionum, nihilominus veniat juſpatronatus, ut Abb. *in d. cap. ex litteris num.* 12. Felin. *in cap. cauſam num.* 8. *de præſcript.* & Decius, qui teſtatur de communi *d. conſ.* 127. *num.* 3. Appellatione enim bonorum veniunt etiam jura, & actiones, *l. Bonorum* 1. *in fin. ff. de verb. ſignif.* Abb. *conſ.* 43. *num.* 3. *lib.* 1. Craver. *conſ.* 213. *num.* 6. Tiraquel. *in l. ſi unquam verſ. bonam* 8. *&* 9. *C. de revoc. donat.* ubi citat innumeros, & *num.* 10. aſſerit eſſe communem, etiam in materia odioſa, ut confiſcationis bonorum omnium, quia veniunt jura, & actiones activæ, & paſſivæ, Imol. *conſ.* 35. *num.* 24.

106 Hæc ſententia verior, ac in praxi amplectenda eſt, eaque tenendum, in venditione omnium jurium, & actionum ſine ulla limitatione loci tranſire juſpatronatus, etiamſi venditor in ſuis locis nullam habeat univerſitatem, puta villam, vel Caſtrum, quia ipſa bona, jura, & actiones ſunt univerſitas, ſicut peculium, & hæreditas, ut *l. item* §. *non ſolum ff. de petit. hæredit.* nam talis dicitur univerſitas verbalis, quæ reſolvitur in ſingularitates, ſed eſt realis, cum qua tranſit juſpatronatus. Nec conſideratio illa fraudis eſt attendenda, quando venditur ipſa univerſitas realis, alioquin ſequeretur, quod ſi aliquis venderet hæreditatem ad ſe delatam, in qua nihil aliud eſſet, niſi unicum juſpatronatus cum tali hæreditate, ipſum juſpatronatus non tranſiret. Sicut igitur hæc conſideratio non attenditur in venditione hæreditatis; ita nec in venditione omnium bonorum. Quia ita continet univerſitatem, venditio omnium bonorum, ſicut venditio hæreditatis, ut vult. Bald. *in l. primo numer.* 7. *C. de bon. liber.* & Abb. *in d. cap. ex litteris numer.* 17. Abſitque ut hujuſmodi ſubtilitates, ſive conſiderationes ſecundum canones conſiderentur, ut ait Frider. de Sen. *conſ.* 223.

107 Hinc, vendita hæreditate, tranſit juſpatronatus. Quia hæreditas eſt quid univerſum, ut *in d. l. bonorum, & in l. hæreditas, & l. item* §. *non ſolum ff. de petit. hæred.* Et ita communiter tenere Doctores, ait Abb. *in d. cap. ex litteris num.* 13. *de jurepatr.* Ideòque juſpatronatus competens filiis, ac ſucceſſoribus dicitur translatum cum univerſitate per ceſſionem à filio factam de omni jure, quod in hæreditate habebat, ut per Rotam *deciſ.* 9. *de jurepatr.* coram Achille de Graſſis.

108 Hinc etiam juſpatronatus venit in legato omnium bonorum. Quia hujuſmodi legatum intelligitur univerſale, *l. quoties* §. *ult. ff. de uſufr.* juncta *l. cogi in princ. cum l. præced. ff. ad Trebell. & l. uxori meæ ff. do uſufr. leg.* Ideoque jus præſentandi magis pertinet ad uxorem relictam uſufructuariam omnium bonorum, quàm ad hæredem, ut proluxè concludit Lambert. *de jurepatr. p. 2. lib. 1. quæſt.* 10. *princip. art.* 3. quem ſequitur Rota coram Mantica *deciſ.* 140.

109 An autem juſpatronatus tranſeat cùm venditur talis univerſitas, cum qua de jure tranſiret, ſi in hujuſmodi venditione juſpatronatus exprimatur, veluti ſi vendatur Caſtrum cum omni juriſdictione, & jurepatronatus? Felinus *in cap. querelam col. ult. de Simon.* expoſita diſtinctione illa; vendo Caſtrum cum jurepatronatus, vel vendo Caſtrum, & juſpatronatus, ſive cum declaratione declarativa, vel conjunctiva, concludit, neutro caſu juſpatronatus tranſire in Emptorem; quam opinionem ſequitur, & comprobat Lambert. *loc. alleg. p. 2. lib. 1. in 5. quæſt. princip. art.* 20. *nu.* 12. Quæ ſanè firmioribus nititur fundamentis, eſtque tutior propter periculum Simoniæ, atque adeò in dubio amplectenda per textum *in cap. juvenis de ſponſalibus, & cap. ad audientiam de homicid.* cum ſimilibus. Idemque Felinus *in cap. cauſam n.* 8. *de præſcript.* examinat quæſtionem illam, an præſcribens univerſitatem bonorum præſcribat juſpatronatus ei immixtum. Ipſum adi.

Juſpatronatus ab hæreditate ſejunctum, & ſemper100 tranſiens in ſeniorem familiæ, acquiritur Religioſo, qui ante profeſſionem omnibus ſuis juribus renunciavit. Quia talis renunciatio, in forma quantumvis ampla, non ſe extendit ad juſpatronatus ſejunctum ab hæreditate. Renunciatio enim bonorum, ac jurium facta à novitiis, cum ſit facta, intuitu profeſſionis regularis, cenſetur facta ſecundum menſuram, & exigentiam talis profeſſionis, ac proinde ſolum quoquoad ea, quæ Religioſo particulari non poſſunt competere ratione votorum. Unde ſe extendit tantum ad jura, & bona temporalia; non autem ad ſpiritualia, aut quaſi ſpiritualia, ut docet D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 186. *art.* 3. *ad* 4. Cajet. *ibid.* Leſſ. *lib.* 2. *de juſt. & jur. dub.* 5. *numer.* 26. Rodrig. *tom.* 3. *quæſt. regul.* 29. *art.* 4. Sanch. *lib.* 7. *in decal. cap.* 18. *numer.* 25. Villalob. *p.* 1. *ſum. tract.* 10. *diffic.* 7. *numer.* 5. Trullench. *lib.* 7. *in decal. cap.* 2. *dub.* 5. *numer.* 4. Hinc Religioſi ſunt capaces beneficiorum, ac poſſunt agere nomine proprio, quoad ea, quæ concernunt beneficium, ſicut etiam ſuper jure eligendi, alimentorum, manendi in tali Monaſterio, & aliis hujuſmodi, ut annotat Navar. *quæſt.* 1. *de reditib. monit.* 9. *&* *in com.* 2. *de Regul.* ac ſequitur Leſſ. *loc. cit.* Jus autem patronatus eſt ſpirituale, quia eſt annexum ſpirituali, *cap. quanto de judic.*

Quare in renunciatione, ac donatione omnium111 jurium, non comprehenditur juſpatronatus, tanquam illud quod eſt ſuperioris generis, ut docent Bald. *in l. fin. C. de edict. D. Adr. tol.* Firman. *in tract. de Epiſc. lib.* 4. *p.* 4. *quæſt.* 30. quos ſequitur Lambert. *lib.* 1. *de jurepatr. p.* 2. *quæſt.* 4. *art.* 6. Atque adeò quando juſpatronatus eſt gentilium, & conjungitur cum hæreditate, renunciata hæreditate, non cenſetur illi renunciatum, ſed qui renunciaverit, poteſt illud vendicare, ut tenent Feder. de Sen. *conſ.* 111. *numer.* 9. Rota *dec.* 53. *num.* 3. *p.* 1. *rec.* Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 11. *num.* 45. Ac proinde ex renunciatione facta à novitio intuitu profeſſionis regularis, non debet inferri renunciatio juriſpatronatus, præſertim ſejuncti ab hæreditate.

Et quamvis juſpatronatus ſoleat tranſire cum uni-112 verſitate bonorum, ac jurium; ut tenent Doctores communiter, præcipuè Rota coram Puteo *deciſ.* 341. Hoc tamen ſolum locum habet, quando juſpatronatus eſt annexum juribus, ac bonis, ſecus autem quando eſt ſejunctum. Et ita declarant Innoc. *in cap. ex litteris num.* 2. *de jurepatr.* Garz. *de benef. p.* 5. *cap.* 9. *num.* 12. Ricc. *reſol.* 162. *nums.* 3. ac Rota *deciſ.* 1152. *num.* 4. *p.* 1. *div.*

Sicque, tanquam ſejunctum à temporalitate bo-113 norum, non acquiritur Monaſterio, ſed manet apud Religioſum ſeniorem de familia, & ad ipſum ſolum pertinet jus præſentandi. Ut enim dictum eſt, Regulares in perſona propria ſunt capaces juris ſpiritualis, vel quaſi ſpiritualis, ut eſt jus eligendi, jus honorificum, & id genus alia, Juſpatronatus autem eſt ſpirituale, & tanquam in caſu noſtro ſejunctum à juribus hæreditariis non tranſit ratione ipſorum ad Monaſterium.

Id, quod etiam ex eo confirmatur, quia jus docto-114 randi, quod acquirit Regularis, vel ratione Cathedræ, vel ex alio capite, non acquiritur Monaſterio, ſed manet apud ipſum perſonaliter, ut conſtat ex praxi. Sic etiam jura doctoratus, & privilegia ſunt propria Regularis, & Monaſterii, quia non ſunt jura realia, ſed merè perſonalia, & proindè non ſeparantur à perſona, nec acquiruntur Monaſterio. In hoc

autem

autem casu cum juspatronatus sit sejunctum à quocunque alio jure temporali, & institutum pro seniore de familia, est jus personale. Nam pro ipso exercendo est electa qualitas personæ, & quasi industria ipsius, cum hoc pertineat ad provisionem Ecclesiæ, *cap. quoniam §. is autem de offic. & potest. deleg.* Vt proinde Lambert. *loc. cit. lib. 2. p. 1. quæst. 2. art. 11. numer. 12.* cum Bartolo *in tract. Minor. lib. 3. cap. 4.* doceat, quod si patroni committant præsentationem Monacho, potest præsentare etiam absque licentia Superioris.

115 Jam censuit S. Congregatio Concilii, speciale esse, in Parochialibus de jurepatronatus laicorum, non requiri formam examinis per concursum, qualis à S. Concilio Tridentino præscribitur, *cap. 18. sess. 24.* & à Constitutione B. Pii V. in provisionibus parochialium liberis, nec non illis, quæ de jurepatronatus Ecclesiastico existunt. His enim vacantibus proponuntur edicta ad vocandos quoscumque etiam extraneos, nedum præsentatos, & secundum hunc intellectum dicendum est non esse instituendum concursum, in quo liberum sit, etiam aliis non præsentatis dare nomina, ut examinetur, prout loquitur Concilium Tridentinum *in d. cap. 18. versi. liberum.* Nam si hujusmodi concursus non fit, quando unus tantum à patrono laico præsentatur juxta declarationem, alias editam, multò minus videtur necessarius quando plures præsentantur, ex quibus facilius potest Episcopus idoneum, vel magis idoneum eligere. Et secundum hunc sensum declaratio S. Congregationis procedit, etiam quando sunt plures præsentati, cum nec eo casu proponi debeat edictum ad vocandum quoscumq; qui volent examinari. Saltem omnes præsentati debeant examinari ad effectum ut ex illis Episcopus eligat digniorem, quem instituere teneatur. Et quamvis propriè non dicatur Concursus, de quo Concilium intelligitur. Nihilominus hoc casu ex mente Concilii, & Bullæ B. Pii V. videtur dicendum, ex pluribus præsentatis digniorem esse instituendum. Et cum de cujusquam meritis, idoneitate non possit, nisi per examen judicari, propterea omnes præsentatos examini subjiciendos esse planè intentio Concilii intelligitur, tum ex modo, quem præscribit servandum in collatione parochialium, qui alio non tendit, quam ut parochiales, nonnisi dignioribus conferantur; tum quia illi casibus, quibus electio competit Episcopo, semper decernitur, digniorem eligi debere, Quin etiam illud idem disponit, quando electio spectat ad patronum Ecclesiasticum.

116 Et, licet ubi Ecclesiæ sunt de jurepatronatus laicorum noluerit adstringere patronos ad præsentandos plures, neque ad præsentandum digniorem. Cùm alias dubitarent Doctores, an in foro conscientiæ ipsi patroni tenerentur perquirere, ac præsentare digniorem ex pluribus, quos possent præsentare, ut latissimè per Lambert. *de jurepatr. lib. 1. p. 2. quæst. 10. princ. art. 3.* ideoque satisfiat Concilio, si idoneus præsententur; Si tamen contingat, ut plures præsententur, quod est Ecclesiæ utilius, verisimile non est, Concilium reliquisse Episcopo liberum arbitrium eligendi minus dignum, cum esset eo casu favor patroni, & ratio, ne retrahantur laici à fundatione, ac dotatione Ecclesiarum, ob quam declaratum est, non requiri concursum, ne scilicet laici compellantur plures præsentare, neve extranei concurrentes, quippè magis digni indicati ipsis præferantur, Immò verò patroni quotiescumque plures præsentant, censendi sunt ea mente id facere, ut dignior ex illis eligatur.

117 Constitutio etiam B. Pii V. adhuc apertius protestatur mentis suæ esse, ut parochiales, non solum dignis, sed magis idoneis conferantur, ac propterea concedit appellationem à mala electione Ordinarii, & vult, rejecto licere ad novum examen provocare ipsum præelectum coram Judice appellationis. Et quamvis Constitutio videatur intelligenda cùm juxta formam Concilii faciendum est examen per concursum. Ratio tamen dictat idem juris esse hoc casu ex præsumpta mente legis. Quare censeo; declarationem S. Congregationis non excludere hunc concursum, sed ex mente Concilii, & Constitutionis omnes præsentatos examinandos esse, eumque instituendum esse, quem ex cæteris approbatis magis idoneum ad Ecclesiam gubernandam Episcopus judicaverit. Uidenda decisio S. Rotæ coram Bravo.

In Parochialibus, quarum collatio ob lapsum tempus 118
patronis laicis ad præsentandum à jure statutum, ad Episcopum est liberè devoluta, ut *in c. cum propter, c. quoniam, & cap. si verò de jurepatr.* instituendus est concursus ab Episcopo. Nam in hoc casu habent locum verba, & ratio Concilii Tridentini. Uerba quidem, quia Concilium loquitur de parochialibus vacantibus conferendis. Ratio autem, quia expedit animarum saluti hujusmodi parochiales per magis idoneos gubernari, quæ est ratio à Concilio expressa *in princ. d. cap. 18. sess. 24.*

Undè hæ parochiales, cùm vacant, non subjiciuntur 119
concursui, donec durat tempus patronis præfixum ad præsentandum. Quæ ratio potest tempus elapsum, præsentatione non sequuta, omnino cessat, cum tempus elapsum absorbuerit jus patroni laici, & illud in Episcopum transtulerit, ut *in d. cap. Cum propter*, sicque patrono non præjudicatur observando formam concursus, cui secundum præsentem parochialis statum locus esse potest.

Nec obstat, quod in hujusmodi parochialibus non 120
possit Episcopus intra decem dies idoneos Clericos nominare, vel edictum apponere. Nam id tempus incipit à die quo ad Episcopum devoluta fuerit collatio, & cessaverit impedimentum, *cap. 2. cap. quia diversitatem*, ibique Glossa *v. intra sex de concess. præb.* Glos. 1. *in cap. Cum accessissent de constit.* & sic forma concursus poterit observari. Et hæc responsio etiam satisfacit Constitutioni B. Pii V. Quia tempus bimestre institutioni Episcopi, ac devolutioni ad Sedem Apostolicam præfixum, incipere debet à die lapsi termini ad præsentandum, cum ante illud tempus nihil sit, quod Episcopo imputari possit, qui non poterit illud coarctare, Felin. *in cap. Bertholdus num. 122. de judic.* Et sic ante illud tempus non est locus Constitutioni, inducenti devolutionem ob negligentiam Episcopi, ut patet ex ejus lectura, facitque textus *in c. super eo de appel.* & in *d. c. quia diversitatem*, & quod annotat Glos. *in c. sæpè v. careat de appell.*

Atque ita etiam declaravit S. Congregatio Concilii per 121
hæc verba: *Parochiales juripatronatus laicorum, quæ ab Episcopo ob præsentationem in tempore non sequutam, jure devoluto construuntur, subjacent concursui.* Et iterum *Beneficium juripatronatus laicalis ad Ordinarium devolutum, confertur per concursum pro illa vice:* Ac testantur Barbos. *in collect. Bullar. v. Parochialis n. 9. & v. Beneficium num. 4. ac de potest. Episcop. alleg. 60. num. 20.* Squillant. *de privil. & oblig. Episcop. p. 3. c. 16. num. 11.* & nos *alibi.* Ac tertio faciendus est concursus pro parochiali juripatronatus laicalis, cujus provisio ob negligentiam patroni non præsentantis intra quadrimestre devolvitur ad Episcopum. Die 29. Novembris 1600. perperam contradicentem Massobrio *in pr. hab. concurs. requis. 1. dub. 22. n. 3.*

Cæterùm, an possit Episcopus, etiam elapso tempore 122
admittere præsentationem patroni laici ex gratia, affirmat Lambert. *in d. p. 2. art. 27. quæst. 1.* Sequutus Gayl. & Cardinal. At mihi negandum videtur; quia est jus publicum Ecclesiis acquisitum, cui Episcopus renunciare, aut aliquo modò præjudicare non potest. Bona autem, & res Ecclesiæ sunt juris publici, *auth. cassa. de Sacros. Eccles.* Pactum autem privatorum non valet circa ea, quæ sunt juris publici, *cap. si diligenti de for. compet.*

Haud faciles quæstiones sunt, an forma examinis per 123
concursum observanda in parochialibus juripatronatus

tus Ecclesiastici ex dicto decreto S. Concilii, observari etiam debeat in parochialibus juripatronatus partim Ecclesiastici, & partim laicalis? Et quid in parochialibus juripatronatus, quod origine erat totum laicale, sed pro duabus tertiis partibus, ex donatione laicorum effectum fuit postea Ecclesiasticum? Quidve in parochialibus juripatronatus pro duabus partibus laicalis?

124 Ad has quæstiones, adductis hinc inde rationibus, 118
partem negativam tuetur Fagnanus *in d. c. cum propter à num. 21. de jurepatr.* quæ apud ipsum legi possunt una cum declarationibus S. Congregationis Concilii, quas etiam refert, ac sequitur, mutata sententia Barbos. post suas *addit. ad tr. de potest. Episc.* ubi ait, corrigendum, & emendandum quod ipse prius dixerat, ac tenuerat in *alleg. 60. n. 17.* At nos illis minimè attentis, affirmativam defendimus. Ratio autem est favor Ecclesiarum, ut illis melius provideatur de Rectore, ad quem effectum institutus est concursus; unde qualitas Clericalis attendi debet, cum Ecclesiæ, vel personæ Ecclesiasticæ prosit. Sicque talis qualitas debet prævalere, quando ex ea resultat decus, atque utilitas Ecclesiæ, & hoc casu in actu mixto fit denominatio à qualitate Clericali, non autem à laicali mista, ita Felin. *in tr. quando lit. Apost. noc. patr. Eccles. n. 6. ampl. 6.* ubi etiam ait, ita procedere *c. 1. de jurep. in 6.* in quo juspatronatus mistum Ecclesiasticum, & laicale, censetur Ecclesiasticum, quia si censeretur laicale, fieret deterior conditio Ecclesiæ, cum sequeretur naturam juripatronatus laicalis, ut proinde S. Congregatio Concilii sæpius declaraverit, tum antiquitus, tum recentius per hæc verba: *Si Ecclesia parochialis sit juripatronatus partim Ecclesiæ, partim laici, servandam esse formam examinis per concursum, quam Concilium in d. cap.* 18. *præscribit in conferenda Parochiali, quæ sit juripatronatus merè Ecclesiastici. Et idem dicendum esse, quando patronatus pro duabus partibus pertinet ad laicum, & pro una tantum ad Ecclesiasticum.* Hanc declarationem refert Ricc. *in pr. for. Eccles. decis. 426. num. 2.* Massobr. *loc. cit. dub. 25. n. item. 2.* deque ea, & aliis testatur Garz. *de benefic. p. 9. cap. 2. num. 270. & num. 278.* licet quoad reservationem hujusmodi Parochialium Ecclesiarum de jure patronatus misto aliud asserat *n. 284.* nempè quod quamvis ad effectum concursus juspatronatus mistum censeatur Ecclesiasticum ob favorem Ecclesiæ; ad effectum tamen reservationis earumdem parochialium, censendum est laicale, ob eam puto rationem, quia ex non facta reservatione nullum incommodum irrogatur Ecclesiæ parochiali, secus autem ex omissione concursus. Undè hanc eandem formam servandam esse, si juspatronatus sit mistum, vel competat, ex privilegio, disertè tradunt Lother. *de re benef. lib. 2. quæst. 31. numer. 133.* Gonzal. *glos. 6. numer. 135. & 137.* ac Beltram. ad Gregor. *decis. 491. numer. 6.* & recentissimè declaravit eadem S. Congregatio Concilii in Cæsenatensi sub die 29. Martii 1653. in qua cum quæreretur, *an Ecclesia parochialis de jurepatronatus pro duabus partibus laicorum, & pro una juripatronatus Ecclesiastici, sit providenda de Rectore per examen concursus, servata forma à S. Concilio præscripta cap. 18. sess. 24. de ref.* respondit, *affirmative.* Ergo multò magis observanda est in Ecclesia parochiali de jurepatronatus pro duabus partibus Ecclesiastico, & pro una laicali.

125 Et quidem sumus in casu, in quo privilegium juripatronatus misti continet præjudicium tertii, cum privet Episcopum facultate instituendi concursum ad favorem Ecclesiæ parochialis, & ideò debet stricte accipi, ut quam minimè fieri possit lædat jus alterius juxta regulam *ea, quæ de regul. jur. in 6. Et cap. cum olim de consuet.* ubi Doctores, & *cap. pen. de privil.* ibique Glos. & tradit cum aliis Cabedo *decis. Lusit. 93. num. 1. par. 2.* & ideò privilegium juripatronatus simplicis laicalis non debet extendi ad juspatronatus mistum, licale scilicet, & Ecclesiasticum.

126 Ac sumus in concursu duorum mistim privilegio- 119
rum. Ex una enim parte concurrit privilegium juripatronatus laici, quod in ipso parochialis Ecclesia non eo deferatur per concursum. Ex alia verò parte concurrit privilegium juspatronatus Ecclesiastici, inquo parochialis conferri debeat per concursum. In concursu autem horum privilegiorum est præferendum privilegium juripatronatus Ecclesiastici, quia nisi præferatur, privatur parochialis Rectore magis idoneo ad curam animarum, & proindè ex hac parte agitur de damno vitando, ex parte verò patroni laici agitur de acquirenda ratione privilegii, quatenus intuitu juripatronatus laici, parochialis non conferatur per concursum, & proindè agitur de lucro captando. Quando autem agitur de damno vitando, privilegiatus utitur privilegio contra pariter privilegiatum, qui ex privilegio captaret lucrum per *l. fin. ff. ex quib. caus. mai.* ubi Glos. *& l. verum §. fin. & l. si minor ff. de minor. & l. scire C. de privil. dot.* ubi Glos. *v ad hæredem.* Roman. *cons. 166. num. 4.* Castrens. *cons. 37. lib. 2.* Alex. *cons. 55. num. 146. lib. 5.* Mansil. *singul. 99.* Mant. *de Conject. ult. vol. l. 6. tit. 2. num. 11.* Cancer. *p. 2. var. resol. c. 2. tit. 25. de minor. n. 241.* Duran. *decis. 402. n. 12.* Ludovis. *decis. 473. nu. 13.* Pegna *decis. 606. nu. 7. par. 1.* Rota in Romana vineæ de Scapucis 10. Martii 1578. coram Blanchetto.

Quod ita confirmo. In concursu privilegiorum debet 127
præferri, quod potentius est, *d. l. verum §. fin. ff. de minor.* ibique annotat Bartolus, & Baldus, *auth. quas actiones de sacros. Eccles.* Abb. *in cap. in præsentia de præb.* ac ibi Dec. *num. 51.* Potentius autem est privilegium partis juripatronatus Ecclesiastici, quod in ejus parochiali servari debeat forma concursus, quia continet majorem utilitatem; Siquidem agitur de providenda cuta animarum magis idoneo rectore, & in alia parte juripatronatus laicalis solum de aliquo honore accidentali præsentandi sine concursu. Et est major utilitas, quæ redundat in bonum publicum; Siquidem concernit utilitatem publicam Ecclesiæ, quod sui Parochiani provideantur de magis idoneo Pastore: Expedit enim maximè animarum saluti, à dignis, atque idoneis parochis gubernari, ait S. Concilium Tridentinum *d. c. 18.* Ideòque, ut diligentius ac rectius id perficiatur, statuit examen per concursum.

Quod autem id fiat absque injustitia patroni laici, sic 128
probo. Ideò hoc examen per concursum esset injustum, quia fieret in parochiali de jurepatronatus partim laicalis, & ideò continet injustitiam, quia est contra jus patroni laici. Nam cùm per juspationatus laicale acquiratur jus præsentandi, privaretur tali jure. Stante autem parte juripatronatus Ecclesiastici, atque adeò exigentia publicæ utilitatis, cessat hæc ratio injustitiæ, ergo etiam ratio præsentandi. Quia, quando actus non est contra jus alicujus, non continet injustitiam; cùm injustitia sit læsio juris alieni; & tunc actus non est contra jus alicujus, quando cessat tale jus, si alias adest: Sic, licet quisque habeat jus ad tuendam propriam vitam, non sit ipsi injustitia, si exponatur periculo mortis quando id exigit publica utilitas, vel ob defendendam civitatem, vel ob præliandum, vel ex alia causa, quia tunc cessat jus. In præsenti autem casu cessat jus patroni laici ad præsentandum, ergo cessat etiam injustitia instituendi examen per concursum, atque adeò ratio præsentandi. Nam in concursu juris privati cum publica utilitate cedit jus privatum, *l. Item si verberatum §. item si forte ff. de rei vend.* Doctores communiter *in l. venditor §. si constat ff. communia præd. & in l. Lycius sub init. ff. de evict. & l. 2. C. quibus ex caus. ser. præm. lib. act.* ubi Bald. & in *cap. quæ in Ecclesiarum de Constit.* ubi Felin. *num. 27.* Archid. *in cap. per principalem 11. q. 3.* Bartol. *in l. fin. §. Titius ff. de pignor. act.* Jason. *in in l. Barbarius ff. de offic. Prat.* Alciat. *in l. pupillus §. fin. ff. de verb. signif.* Crot. *in repet. l. Gallus §. quid si tantum num. 131. ff. de lib. & posth.* Dec. *in c. 1. nu. 225 de probat.* Alex

cons.

conſ. 190. *lib.* 2. Natta *conſ.* 500. *num.* 11. *lib.* 3. Rebuf. *in prax. Reg. de non tol. jus quæſ. num.* 39. Afflict. *deciſ.* 321. *num.* 17. In hoc autem caſu concurrit jus privatum patroni laici de præſentando abſque concurſu cum utilitate publica, quæ exigit formam concurſus à S. Concilio Tridentino præſcripta ita, ut ſit maximè neceſſaria Communitati, ac utilitati publicæ, atque adeò ceſſabit jus privatum patroni laici, ac proinde concurſus non erit contra jus ipſius & conſequenter nec injuſtus. Atque ex his diluuntur adverſariorum argumenta, nominatim cœca illa oracula, Fagnani noſtri ſœculi Thireſiæ.

129 Porrò patronus laicus, & Eccleſiaſticus differunt primò. Laicus poteſt variare, & alium præſentare, ſed non Eccleſiaſticus, ut notatur in *d. cap. cum autem de jurepatr.* Secundò. Laicus habet quatuor menſes ad præſentandum *d. cap. Cum propter eod. tit.* Eccleſiaſticus ſex, etiamſi juſpatronatus à laico acquiliverit *cap. un.* §. *verum eod. tit. lib.* 3. Tertiò. Magis adſtrictus eſt poteſtati Eccleſiæ patronus Eccleſiaſticus, quàm laicus reſpectu collationis, ac derogationis, *c. cap. poſtulaſti de jurepatr. & cap. dilectus de offic. leg.* Quartò. Patronus Eccleſiaſticus præſentando ſcienter indignum, privatur ea vice poteſtate præſentandi, *ut in cap.* 2. *de ſuppl. neg. Prælat.* Laicus verò minimè ſecundum veriorem ſententiam. Quintò. Patrono Eccleſiaſtico redditur ratio de temporalibus, ut *in cap. ex litteris in fine de jurep. & in cap. Cum & plantare* §. *in Eccleſiis de privil.* non autem patrono laico, cum id non reperiatur jure cautum. Neuter tamen illorum debet ſe ingerere in perceptione fructuum, alioquin incidunt in pœnas à Concilio Tridentino inflictas *in c.* 9. *ſeſſ.* 25. Sextò. Invito patrono laico præſentatur Clericus ad titulum beneficii per ipſum Rectorem, ut *in d. c. poſtulaſti* cum ibi notatis, ſecus invito Epiſcopo patrono, Gloſ. *ibidem* Idemque videtur in alio patrono Eccleſiaſtico. de quo tamen vide in *d. c.* Cardinalem, & Abbatem. Septimo. Juſpatronatus poteſt donati perſonæ Eccleſiaſticæ ſine conſenſu Epiſcopi, ſed non ſæculari, *in c. illud de jurepatr.* At hæc non eſt propria differentia. Nam neque patronus Eccleſiaſticus poteſt donare juſpatronatus laico ſine diœceſani conſenſu, ut *in c. ſignificaſti, & c. ex inſinuatione eod. tit.* Octavò. Patronus Eccleſiaſticus habet cuſtodiam Eccleſiæ vacantis, non autem laicus, ut *in cap. bonæ de appel.* Nono. Si imponatur Collecta Epiſcopo per ſe, & Clericis patronis pro ſe, Eccleſia debet conferre, & contribuere ſimul cum Clericis, non autem cum Epiſcopo, ut per Innoc. *in d. cap. cum & plantare num.* 3. & ita Eccleſia patronata debet patronum Clericum in hujuſmodi oneribus adjuvare, non autem patronum laicum. Decimò. Si Eccleſia ſit juriſpatronatus Eccleſiaſtici, ac inſtitutio ad Epiſcopum, & non ad alium pertineat, patronus eligit digniorem inter approbatos ab examinatoribus ſynodalibus, eumque præſentat Epiſcopo, ut ab ipſo inſtituatur. Cùm verò inſtitutio facienda ſit ab alio, quam Epiſcopo, tunc Epiſcopus ſolus eligit digniorem, quem patronus ei præſentat, ad quem ſpectat inſtitutio. Sed ſi Eccleſia ſit juriſpatronatus laici, patronus præſentat quem maluerit, & ſic præſentatus examinari debet ab examinatoribus deputatis, & ab Epiſcopo inſtitui, ſi idoneus repertus fuerit, ut ex *d. c.* 18. *ſeſſ.* 24. ſacri Concilii Tridentini.

130 Illud hîc cadit in dubitationem, an in jurepatronatus miſto Vniverſitatis, & privatorum hominum requirantur probationes, quas S. Concilium, ubi viget præſumptio uſurpationis? Et negativè reſpondit S. Congregatio Concilii in Feſulana. Quod & antea declaraverat in Aurienſi, ut in ſubjecta declaratione. *Parochialis Eccleſia de Pao Aurienſis diœceſis prætendatur de jurepatronatus parochianorum dictæ Eccleſiæ pro quarta parte, item trium familiarum aliorum laicorum nobilium extra parœciam commorantium ex aliis duabus, nec non unius monaſterio monialium pro reliqua parte. Supplicatur declarari, an in hujuſmodi patronatu ratione miſturæ requiratur probatio, de qua in cap.* 9. *ſeſſ.* 25. *ejuſdem Concilii, verſ. In iis verò perſonis, vel ſiſſi at probatio, de qua ſupra in eodem cap. verſ. Ut igitur. Die* 15. *Maii* 1603. *S. Congregatio cenſuit, ſuſſiceere eam probationem, quæ requiritur in perſonis, quibus non præſumitur uſurpatio.*

Hanc opinionem in jurepatronatus miſto æquali portione Vniverſitatis, & privatorum ſæpius ſequuta eſt 131
S. Rota Romana, ſpeciatim apud Achil. *deciſ.* 4. *de jurepatr. num.* 2. & in Aurienſi Parochialis 5. Decembris 1605. coram Manzanedo, quæ habetur impreſſa *par.* 2. *rec. deciſ.* 154. in Feſulana juriſpatronatus 8. Februarii 1610. coram Cavalerio, ut *deciſ.* 219. *par.* 1. *rec.* & in Pampilonenſi juriſpatronatus 24. Maii 1613. coram Pamphilio, ac etiamſi juſpatronatus ſit Vniverſitatis promajori parte, non tamen præſumi ex uſurpatione, tradit Menoch. *l.* 3. *præſumpt.* 90. *num.* 15. & decidit Rota in Firmana altaris de Doriis 15. Februarii 1610. coram Lugdunenſi, & in impreſſis *p.* 1. *dec.* 224. *& p.* 2. *rec. deciſ.* 256.

Rationes autem præcipuæ ſunt. Prima, quoniam ſi 132
Vniverſitas acquiſiviſſet juſpatronatus uſurpatione, non fuiſſet paſſa, ut alii compatroni una id jus acquirerent, neque eos admiſiſſet, ſed ipſa totum uſurpaſſet. Unde ſequitur, ut vel ejus patronatus non uſurpaverit, ſed juſto titulo acquiſiverit una cum privatis patronis, vel ſaltem illud non uſurpaverit Eccleſiæ, ſed potius præſcripſerit contra privatos, quod non improbatur à jure, Abb. *in c. querelam num.* 9. *de elect.* Rota. *par.* 1. *diu. deciſ.* 229. Idque in hac cauſa eſt ſatis conſiderabile; quia cum tres privati habeant tres voces, reliqui verò ſeptem, ſæpè poteſt dari caſus, ut major pars Vniverſitatis vincatur à minori, ſi illi adhæreant tres privati, puta ſi quatuor laici præſentent unum, tres verò ſimul cum tribus Eccleſiaſticis alium; nam præfertur præſentatus à tribus laicis, & tribus Eccleſiaſticis, tamquam à majori parte.

Secunda ratio eſt, quia uſurpatio, quæ in ſola Vni- 133
verſitate præſumitur, privatis perſonis nocere non debet, cùm æquum non ſit, ut in re individua quis patiatur detrimentum ratione Societatis, Gemin. *in cap. un. in fin. de jurepatr. in* 6. & Abb. *in d. cap. dilectus de offic. leg.* Rota *dec.* 574. *num.* 10. *p.* 1. *div.*

Tertia eſt, quia, etſi Vniverſitas ſuccumberet in pro- 134
batione juriſpatronatus, non ideò tamen Eccleſia eſſet libera, quia nihilominus remaneret ſub ſervitute patronatus privatorum. Vnde quoad libertatem Eccleſiæ parum refert præſumptio uſurpationis.

Neque obſtat, quod hæc ratio non procedat hoc ca- 135
ſu, in quo cùm probationem utriuſque ſimplicis ſint commiſtæ, ac inſeparabiles, ſublato jure Vniverſitatis, tollatur etiam jus privatorum, cùm Eccleſia non poſſit eſſe pro parte libera, & pro parte ſerva.

Nam reſpondetur; quamvis ex illa *conceſſione* Ordi- 136
narii Pampilonenſis videantur probationes utriuſque partis eſſe individuæ, nihilominus hoc non excluderet quin privati poſſint etiam aliundè haurire ſuas probationes, & jam petunt, ſe admitti ad probandum immemorabilem, quæ ſi probabitur, pariter conſtabit etiam, jus privatorum cœpiſſe ante illam conceſſionem, cum immemorabilis ſit infinita, & capiat omne tempus, Rota in Placentina decimarum 29. Maii 1587. coram Bubalo, & in Comenſi decimarum 10. Aprilis 1596. coram Orano. Hactenus S. Rota.

Verùm ergo hac in re addubito, & periculoſam exiſti- 137
mo. Nam ſi admitteretur hæc opinio, diſpoſitio S. Concilii redderetur eluſoria, & ſubjiceretur fraudibus. Quia Vniverſitates, aliæque perſonæ, in quibus præſumitur uſurpatio, ſemper poſſent aſſumere in ſui conſortium perſonam privatam, ut hoc pacto à graviori illo onere, quod illis Concilium impoſuit, relevarentur, facilisque Epiſcopus auderet contradicere privatis, quàm Univerſitati

ſitati ſimul. Quæ eſt ratio, cur Univerſitates, aliique potentes uſurpaſſe præſumuntur juſpatronatus, quod facilicet Epiſcopi non ſint auſi illis contradicere. Neque tam facilè Univerſus populus ſolet convenire ad conſtruendam Eccleſiam, ſed tantum elargiri eleemoſynas abſque animo acquirendi juſpatronatus, ut per Creſcent. *dec.* 1. *in fine de jurepatr.* Quæ ſanè ratio non ceſſat propter adjunctionem privatæ perſonæ, immò augetur inveriſimilitudo, quod tot convenerint ad Eccleſiam ædificandam, quia per admiſſionem privati augetur numerus ædificantium, & multiplicantur patroni, qui etiam ſunt, aut eſſe poſſunt de ipſa Univerſitate.

138 Jam diximus ſupra, quod Eccleſia teneatur de jure alere ſuum patronum, ſi ad egeſtatem redigatur, ut *can. fin.* 10. *quæſt.* 2. *& can. quicumque* 16. *quæſt.* 7. *& cap. nobis de jurepatr.* ad quos textus Gloſſa, & Doctores communiter, nunc quæro, an hæc obligatio inſurgat, quando patronus redigitur ad egeſtatem ob confiſcationem bonorum?

139 In hac quæſtione videndum eſt, an privetur jurepatronatus, an verò non privetur. Si enim privatur jurepatronatus, Eccleſia non obligatur ad alendum patronum. Sed ſicuti juſpatronatus tranſit in alium, ita etiam Eccleſia contrahit cum ipſo obligationem alendi quam habebat cum priori patrono. Fundabatur enim hæc obligatio in eo, quod eſſet patronus. Undè cum jus percipiendi alimenta adhæreat juripatronatus, tranſit, cum ipſo, *cap. ex litteris de pign.* Præcipuè quia jus percipiendi alimenta eſt ita annexum jutipatronatus, ut ab ipſo ſeparari non poſſit juxta ea, quæ tradunt Abb. *in cap. præterea in fine de jure patr.* Rocc. de Curte *eod. tr.* §. *Vide numer.* 152. Tiraq *de retrac. conſangu.* §. 36. *gloſ.* 1. *numer.* 32. & Surd. *de alim. tit.* 7. *quæſt.* 32. *num.* 13.

140 Per publicationem autem omnium bonorum privatur patronus jurepatronatus, quod eſt annexum Univerſitati bonorum, ut tradunt Gloſſa in *can. filiis* 16. *qu.* 7. Aufr. *de poteſt. ſæcul. in Eccleſiaſt. reg.* 4. *fall.* 21. Gig. *de crim. læ. majeſt. lib.* 2. *rubr. de pœn. com. crim. læ. majeſt. qu.* 4. *n.* 6. Coſta *in cap. ſi pater v. Trebellianica num.* 7. *de teſtam. in* 7. Jo: Nicol. Delphin. *lib.* 2. *de jurepatr. num.* 220. Lambert. *eod. argum. lib.* 3. *q.* 8. *art.* 8. Rocc. *eod. tit. v. Ipſe, vel Is qu.* 29. *num.* 65. Clar. *lib.* 5. *recept. ſent.* §. *fin. qu.* 78. *num.* 8. Fuſc. *de viſit. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 22. Garz. *de benef. p.* 5. *cap.* 9. *num.* 27. & alii quamplures. Quia, licet juſpatronatus non ſit ſub diſpoſitione Judicis laici, tamquam quid annexum ſpirituali, tranſit tamen cum univerſitate bonorum, *cap. ex litteris, & cap. ſæculum de jurepatr.* Et ideò cum Univerſitas bonorum tranſeat in fiſcum, in ipſum quoque tranſit juſpatronatus illi annexum.

141 Idque locum habet, non ſolum quando juspatronatus eſt annexum univerſitati bonorum, ſed etiam quando eſt annexum alicui ſpeciali fundo, ut certæ domui, villæ, caſtro ut advertunt Coſta *in d. cap. ſi pater num.* 27. *de teſtam. in* 6. Molin. *de juſt. & jur. tom.* 3. *diſp.* 120. *num.* 6. Garz. *loc. cit. num.* 34. Millirat enim eadem ratio. Si enim tranſit cum univerſitate bonorum, quia eſt illi annexum, tranſit etiam cum bonis particularibus, ſi ſit ipſis annexum. Nam adhuc ſalvatur, quod non vendatur &c. ſed trahatur à re vendita &c.

142 Si verò juspatronatus non ſit annexum univerſitati bonorum, nec alicui fundo particulari, ſed per ſe ſtans, tunc non venit in confiſcationem bonorum, factam per Judicem laicum, ut tradunt Doctores citati, & Gloſ. *in Clem. paſtoralis v. ſententia de re jud.* ibique Imol. *num.* 70. & Rota in Agathenſi jurispatronatus 4. Martii 1602. coram Pamphilio, & coram Coccino *deciſ.* 232. *num.* 1. Quia ceſſat ratio connexitatis, ob quam trahatur à confiſcatione. Cùm enim directè confiſcatio ad ipſum non poſſit ſe extendere, ceſſante connexitate, neque etiam poteſt indirectè. Nam indirecta extenſio fundatur in connexitate. Unde in hoc caſu, cùm non amittat juſpatronatus, neque amittet jus ad percipiendi alimenta ab Eccleſia, cum hoc jus ſit inſeparabiliter connexum juripatronatui. Quia tamen Judex Eccleſiaſticus poteſt privare patronum jurepatronatu, quando ei bona confiſcata ſunt, tamquam indignum, ut docent Gloſ. *in d. can. filiis* 16. *quæſt.* 7. *& in d. clem. paſtoralis, v. ſubſtantia* Gigas *loc. alleg.* Coſt. *in d. cap. ſi pater n.* 7. & Garz. *d. cap.* 9. *n.* 28. ideò, ſententia privationis ſequuta, ſicut remanet privatus jurepatronatus, ita etiam privatur jure petendi alimenta ab Eccleſia.

Si verò confiſcatio proveniret à Judice Eccleſiaſti- 143
co, tunc comprehenderet juspatronatus etiam per ſe ſtans & nulli fundo annexum, quia ejus juriſdictio eſt etiam circa Eccleſiaſtica, & ſpiritualia, atque adeo etiam ad annexa ſpiritualibus, *cap. quando de judic.* & tradunt Bertach. *de Epiſc. lib.* 4. *p.* 4. *quæſt.* 3. *in fin.* Lambertin. *d. quæſt.* 8. *art.* 8. *num.* 10. Diaz *in prax. crim. can. cap.* 35. *n.* 1. & Rota coram Coccino *deciſ.* 351. *nu.* 7. ac proinde confiſcatio privabit patronum, etiam jure percipiendi alimenta ab Eccleſia.

In caſu autem, quo juſpatronatus eſſet exemptum à 144
confiſcatione, eo quod fundator diſpoſuerit, quod tranſeat ad agnatos, vel ad certas perſonas, habentes certas qualitates, ſi confiſcatio ſit à Judice Eccleſiaſtico, patronus privatur jurepatronatus, ut tradit Diaz. *loco citato*, Garz. *d. cap.* 9. *num.* 29. Quia quantum eſt ex vi confiſcationis, patronus privatur jurepatronatus cum proveniat ab eo, qui directè habet auctoritatem circa ipſum. Quia tamen obſtat diſpoſitio fundatoris ideò non tranſit ad fiſcum, ſed ad eos, quia fundatore vocantur. Si verò confiſcatio ſit à Judice laico, eadem eſt ratio, ac quando juſpatronatus eſt per ſe ſtans. Quia ſententia confiſcationis non ſe extendit ad juſpatronatus, & ideò remanet apud patronum cum jure percipiendi alimenta ab Eccleſia, donec per ſententiam Judicis Eccleſiaſtici privetur.

Quod ſi patronus, cui bona confiſcata ſunt, ſit fun- 145
dator, ex eo quod amittat juſpatronatus per confiſcationem, vel per ſententiam Judicis Eccleſiaſtici, non idcirco liberatur Eccleſia ab onere ſubminiſtrandi alimenta juxta annorata per Surd. *de alim. tit.* 1. *quæſt.* 54. *num.* 11. Nam alimenta ei non debentur, quia patronus tantum ſit, ſed etiam quia fundator. Fundatio enim operatur, quod cum ipſo contrahatur obligatio antidotalis ratione gratitudinis ex cauſa fundationis. Hæc autem cauſa permanet, quamvis fundator priverur jurepatronatus, quia ſemper remanet fundator, & ideo ſemper viget erga ipſum obligatio gratitudinis. Ut enim manureneatur obligatio, ſufficit, ſi remaneat aliqua ex cauſis finalibus, per quas oſt inducta, §. *affinitatis, &* §. *Sacrum Inſtit. de nupt. & l. ſi non lex ff. de hared. inſtit. & l. ſi ventri* §. *in bonis ff. de rebus aut. jud. poſſid.* & notant Tiraquel. *in tract. ceſſante cauſa limit.* 22. Surd. *conſ.* 361. *n.* 20. Barzel. *dec. Bonon.* 25. *n.* 86. ac Rota *dec.* 587. *n.* 7. *part.* 1. *& dec.* 773. *n.* 3. *p.* 2. *rec.* & coram Merlino *dec.* 229. *nu.* 15. & in Interamnenſi donationis 21. Maii 1625. coram Buratto. Obligatio autem alendi patronum, ac fundatorem in caſibus prædictis locum habebit, ſi non recipiant alimenta à fiſco.

Decreta Sacratum Congregationum hac de re abun- 146
dè retuli, quibus addo quæ ſequuntur.

Non eſt imponenda pœna excommunicationis con- 147
tra eos, qui ambitione contendunt, ut præſententur ad beneficia vacatura. Sacra Congregatio ſuper Epiſcopis in Melfitenſi 19. Januarii 1618.

Negligentia patronorum in præſentando non puni- 148
tur in pecunia, ſed juris ſui amiſſione pro illa vice. Eadem S. Congregatione in Piſcience 30. Ianuarii 1582.

Patroni laici non poſſunt tenere claves ſuarum capel- 149
larum, eadem S. Congregatio in Januenſi 18. Martii 1578.

Patronis Capellarum, ſive altarium, quæ ſunt inor- 150
nata, & indotata; præfigitur terminus ad ea reſarcienda. Unde poſſunt concedi aliis patronis, qui eis provideant, ſi proprii poſt tertiam monitionem cum aliquo

intervallo, vel termino, non adeò coarctato, ab Ordinario faciendam, id præstare negligant, vel recusent, daturque Regularibus, & aliis superioribus Ecclesiarum disponendi de eis ad libitum, scilicet diruendi, vel aliis concedendi. Eadem S. Congregatio in Mutinensi 2. Maii 1601. & 2. Januarii, ac 3. Julii 1602, & 9. Januarii 1604. & 16. Februarii 1603. & 9. Octobris 1618.

151 Fundatori Conventus concedendum est jusparronatus honorificum, & quod in collectis exprimantur nomina defunctorum, non autem vivorum 14. Januarii 1606. & 4. Aprilis 1620.

152 Sed hæc hactenus de beneficiis jurispatronatus dicta sint, quibus plura me posse addere non diffiteor. Verum quia patronatus hujus materis, & quæstiones ferè omnes proprio tractatu, ac celebri explicantur à Rocho, & à Lambertino, ad eos remittam lectores. Hoc tantum adjiciam apud antiquos Idolis servientes fuisse olim quoque in divino cultu quædam Sacerdotia patronata dicta *gentilia*, idest generis, seu familiæ certæ, quæ reditus annuos sacrificulis suis præbebat, de quibus meminit Cicero de Aruspicum responsis, & alii. Sic Michas, vir in Monte Ephraim, Idolum sibi fecit, & ei extruxit ædiculam, fecit Ephod, & Teraphin, idest vestem Sacerdotalem, constituitque ibi Sacerdotem, & illi reditus, ut habetur *in lib. Judicum Israelis cap.* 17. & 18.

CONSULTATIO LXXXIII.

1 CUm Sacra Congregatio Concilii Tridentini soleat concedere indultum studentibus per hæc verba: *Sacra Congregatio &c. attenta relatione Episcopi, &c. benignè indulsit, ut Orator, veris existentibus narratis, ad effectum incepta studia perficiendi, à residentia sua Ecclesiæ per tres annos possit abesse, & interim fructus omnes sui Canonicatus percipere, amissis distributionibus quotidianis. Quod si fructus præbendales quartam partem distributionum non attingant, tunc coacervatis ipsis distributionibus, nec non fructibus præbendalibus, duæ ex tribus partibus percipiat, amissa tertia, quæ inservientibus accrescat.*

2 Ideò quæro primo. *Quomodo hujusmodi rescriptum intelligendum sit in illis verbis: Quod si fructus præbendales quartam partem distributionum non attingant*, an scilicet ad effectum faciendi coacervationem, & lucrandi duas ex tribus partibus, requiratur, quod præbenda non ascendat ad unam quartam partem tantum distributionum, an verò quod non excedat tres ex quatuor partibus distributionum?

3 Secundò, an causa in reliquis remittenda sit ad Judicem suum, prout de jure vigore S. Concilii Tridentini *sess. 5. de reform. cap.* 1. *in fine*?

4 Quod ad primum videtur respondendum, dicta verba intelligi debere, quod præbenda non excedat tres ex quatuor partibus distributionum, tam respectu sensus litteralis, quàm rationis, si benignè, & attentè consideretur forma rescripti.

5 Etenim pro intelligentia hujus rescripti sunt constituendæ, sive numerandæ quatuor partes distributionum, nempè prima, secunda, tertia, & quarta, & ad effectum attingendi quartam partem, præbenda debet prius excedere tres partes antecedentes, & postea aliquid accipere de ipsa quarta parte. Nam verbum *attingere* non significat perficere, sive complere unam quartam partem tantum, sed significat leviter attingere, sive incipere, quod etiam in obolo comprobari potest, prout etiam quando dicitur, attingere vigesimum quintum annum, intelligitur excedere vigesimum quartum, & incipere vigesimum quintum, aliàs enim sequeretur absurdum, quod si præbenda constitat in obolo, omnes distributiones amitti debeant, cum verbum attingere, ut dixi, in obolo quartæ partis comprobari possit.

Pro ista intelligentia concurrit etiam ratio ita, ut, 6 etiamsi non contineretur in verbis, esset omninò amplectenda, quia in jure nullibi caurum reperio, quod præbenda sufficiat, esse una quarta pars tantum distributionum, sed saltem debet esse sufficiens pro victu quotidiano juxta qualitatem personæ, ac dignitatis, ut docet Glossa *in cap. licet v. distributiones in fine de præbend.* Ost. *in cap. Cum de cætero sub num.* 1. *de Cler. non resid.* Lotter. *de re benef. lib.* 3. *quæst.* 27. *numero* 153. adeò, ut non sufficiat pro dicto victu quotidiano, Capitula teneantur etiam supplere de proprio ad favorem studentium, ut exertè disponitur textus *in cap. de magistr.* Et ex hac, nullaque alia ratione ad removendum supputationes, quantum sufficiat, nec ne pro dicto victu quotidiano eadem S. Congregatio semper solet assignare absentibus causa studii duas ex tribus partibus; ut in hac specie testatur Lotter. *loco cit. num.* 154.

Quod autem iste sit verus sensus huiusmodi rescripti 7 comprobatur, nedum ex dispositione Sac. Concilii Trident. *sess.* 21. *cap.* 3. ubi tertia tantum pars sufficit pro distributionibus quotidianis, sed etiam ex lectione ejusdem rescripti, dum coacervatis fructibus præbendalibus, ac distributionibus quotidianis, mandat quod duæ ex tribus partibus spectent ad beneficiarium, alia verò tertia ad inservientes. Ex quo permanifestum est, quod absens causa studii debet plus accipere, quam amittere. Unde si verus esset sensus contrarius, quod si præbenda ascendat ad unam quartam partem distributionum, nihil, vel minus percipere debeat, idem rescriptum sibi contradiceret. Quod nullatenus dicendum est.

Præterea id comprobatur, tum quia eadem S. Con- 8 gregatio non semper rescribit per supradicta verba, sed multoties, ac frequenter per ista: *Quod si fructus præbendales tertiam partem distributionum non attingant.* Sicque non subsistit, quod quarta pars tantum distributionum sufficiat. Tum etiam, quia ex hoc sensu rescripti nullum resultat præjudicium inservientibus. Nam si præbenda non excedit tres ex quatuor partibus distributionum, fit coacervatio, & ipsi percipiunt tertiam partem juxta formam S. Concilii ac rescripti. Si autem excedit tres partes distributionum, percipiunt majorem quantitatem. Ponamus casum, quod distributiones consistant in scutis centum, præbenda verò in scutis septuaginta sex, & sic excedat tres partes distributionum. In tali casu non fit coacervatio, sed integrè percipiunt dicta scuta centum ex forma ejusdem rescripti. Sed contra. Si distributiones consistant in scutis centum, & præbenda in scutis viginti quinque, & sic ascendat ad unam quartam partem tantùm distributionum, esset nimis grave, ac injustum, quod absentes ex justa causa non possint percipere, nisi dicta scuta viginti quinque. Nam ita privilegium studii facilè redderetur inutile contra Sacros Canones, ac dispositionem S. Concilii Tridentini. Et tum pariter quia si omnes fructus consistant in distributionibus, procul dubio absentes ex justa causa ex interveterato stylo S. Congregationis semper duas ex tribus partibus percipiunt. Et sic pejoris conditionis esset habere præbendam, quam non habere. Quod nulla ratio suader, cùm de jure Canonico possit esse Canonicatus sine distributionibus, sed non sine præbenda, ut est textus in *cap. relatum de præb.*

Et in his terminis, quod præbenda dicatur tenuis, 9 & non habeatur in consideratione, dum major pars fructuum consistit in distributionibus, & propterea non amittantur causa studii ultra tertiam partem juxta declarationes d. S. Congregationis, refert in specie Ricc. *in pr. for. Eccles. resol.* 70. *à numer.* 3. & Barbos. *in collect. ad Concil. Trid. sess.* 5. *de reform. cap.* 1. *num.* 38.

Non

10 Non obstat, quod tradit Fagnanus *in cap. quia in tantum num.* 33. *& in d. cap. licet num.* 129. *de præb.* ubi quod S. Congregatio arbitrata est, fructus præbendæ ad hunc effectum censeri tenues, si ad quartam partem distributionum non ascendant. Nam puto, etiam Fagnanum, ambignitate erraste in sensu hujusmodi rescripti nedum quia dicta S. Congregatio nunquam certis limitibus generaliter prædefinivit, quomodo hæc tenuitas fructuum æstimanda sit, & aliquando declaravit, locum habere, etiamsi fructus ad triginta aureos ascenderent, ut testatur idem Fagnan. in *d. cap. licet num.* 128. Et tamen in aliquo casu dicti aurei triginta excederent quartam partem distributionum, sed etiam quia præbenda semper tenuis reputari debet, si non sufficiat saltem pro alimentis Canonici. Quod adeò verum est, ut procedat, etiamsi victum habeat aliundè, cum agatur de fructibus, ac distributionibus ad eum spectantibus causa studii, ut in hac specie tenet Ricc. *d. resol.* 70. *in fin.* & Rota coram Seraphin. *dec.* 1098. *num.* 8.

11 Idque præsertim, si tota præbenda absorbeatur à pensione, quo casu huic Canonico debent omninò assignari duæ ex tribus partibus distributionum juxta stylum S. Congregationis, alioquin privilegium studii esset inane, quod de jure non permittitur juxta textum *in cap. in his de privil.* Et in specie de privilegio studii Glos. *in d. cap. licet*; *v. distributiones in fine*, ac Rebuff. *de privil. scholar. privil.* 31. *num.* 12. & Ricc. *ea resol.* 70. *num.* 3.

12 Quod verò ad secundum videtur affirmativè respondendum, saltem in casu, quo extet consuetudo, ac dispositio Synodi diœcesanæ, quæ debent attendi, etiam quoad lucrandas distributiones quotidianas, quando agitur de absentia causa studii, ut speciatim firmat Dec. *in cap. cum omnes in 2. lect. sub num.* 6. *de constit.* Covar. *var. resol. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 5. Gratian. *discept.* 166. *num.* 19. ac Monet. *de distrib. quotid. p.* 2. *quæst.* 12. *num.* 42. & in specie de Statuto *d. p.* 2. *qu.* 13. *num.* 46. Undè, si ultra contenta in rescripto Congregationis, competunt Canonico alia jura pro consequendis omnibus distributionibus, nullo modo existimo, intentionem ejusdem S. Congregationis esse, quod voluerit dicto rescripto eidem Canonico in reliquis præjudicare, ec tollere dispositionem juris communis, Eoque magis, quod in hoc non adversatur S. Concilium, sed apertè favet, & assistit, cùm clarè decernat *sess.* 5. *d. cap.* 1. *in fine*, quod *docentes, ac studentes privilegiis omnibus de perceptione fructuum, prebendarum, & beneficiorum suorum in absentia à jure communi concessis, plenè gaudeant, & fruantur.*

CONSULTATIO LXXXIV.

An Statutum Ecclesiæ tribuens antianitatem Canonicis, procedat etiam in Canonicis Coadjutoribus?

1 NEgandum puto, sed solum procedit in veris, non autem in fictis Canonicis, quales sunt Canonici Coadjutores. Unde verba litterarum Coadjutoriæ, quæ dant omnes prærogativas, Canonico competentes, intelliguntur de competentibus ratione Canonicatus, quoad officium, non autem quoad præminentiam, ut in terminis declaravit Rota coram Pegna *dec.* 243. *numer.* 11. *& seqq.* & Gonzal. *gloss.* 5. §. 9. *num.* 100. & 115. & *decis.* 456. *num.* 11. *part.* 1. *recent.* ubi dicebat quod litteræ Apostolicæ *ex nunc verè, & non fictè quæsitum esset plenum jus Coadjutori cum omnibus prærogativis*, & tamen Rota intellexit, quod jus esset collatum, & quæsitum à die datæ, non autem possessionis, quæ sola attenditur pro præminentia. Et etiamsi Pontifex dicat verè, & non fictè, est jus ex privilegio, non secundum veritatem, subditque *num.* 14. quod concessio prærogativarum, amplissima intelligitur in gratiam, & favorem Coadjuti, & in aliis, quæ ejus commodum concernunt, non autem in gratiam Coadjutoris. Undè

Coadjutor frustra quærit præeminentiam concernentem suum honorem, non autem honorem Coadjuti.

Ex quo ad rem non facit, quod detur Coadjutoribus 2 vox in Capitulo, & stallum in Choro. Quia non idcircò poterit Coadjutor sedere ante alios veros Canonicos, sed post omnes, neque ex concessione vocis loco Coadiuti, quando nequit intervenire, debet inferri ad antianitatem datam à statuto, quæ utilitatem Coadjuti non concernit.

Rursus Rota coram Pegna in Salamantina Coadjutoriæ plura dubia proposuit, stantibus verbis amplissimis, ut legere est in ejus *decis.* 243. & 302. ac 307. & 354. In decisione autem 243. propositum fuit dubium, an Coadjutori esset assignanda Sedes Coadjuti cum antiquitate, & resolvit, sedere debere in ultimo loco ex pluribus rationibus. Quia non fulget propria luce, sed aliena dignitate, quia dicitur datus in gratiam Coadjuti, estque Canonicus fictus. Quia istæ sunt, prærogativæ, quæ competunt ratione antianitatis. Et quia Coadiutoriæ sunt odiosæ. Quæ reperit ferè ad verbum Gonzal. d. *Glos.* 5. §. 9. *num.* 98. & *seqq.*

Non obstat citata decisio 307. in qua fuit propositum 4 dubium, an Coadjutor possit habere vocem activam, & passivam in Capitulo, & resolutum fuit affirmativè, quia verba Coadjutoriæ dabant has voces. Quod est planè extra casum nostram. Nam ea loquitur, quod ad illa, quæ competunt Coadjutori ratione Canonicatus in utilitatem Coadjuti, non autem ex propria persona Coadjutoris. Et ideo cum in casu nostro agatur de antianitate, quæ confertur Canonicis ex statuto, non ratione Canonicatus, sed ex prærogativis propriæ personæ, sequitur, quod non spectat ad Coadjutorem, quia habet exercitium officii Canonicatus non autem quod sit verè canonicus.

Undè citatæ decisiones retorquentur. Nam quod ad 5 ea, quæ concernunt antianitatem, & prærogativam propriæ personæ, postponitur Coadjutor omnibus aliis veris Canonicis, licet quod ad ea, quæ concernunt exercitium officii Canonicalis, & redundat, in utilitatem Coadjuti, possit ea omnia, quæ poterat Coadjutus. Ac de his, non autem de prioribus sunt intelligenda verba Coadjutoriæ. Nos verò sumus in antianitate, quæ concernit prærogativam personę, non officii, atque adeò hic casus, neque directe, neque indirecte tangitur à dictis decisionibus.

Animadvertendum autem est, quod non omnes lit- 6 teræ Coadjutoriarum habent eadem privilegia, quæ concessa fuerant in dicta Salamantina. Ibi enim data fuit vox activa, & passiva ita, ut eligere, ac eligi posset ad omnia, ad quæ poterat coadiutus, ut liquet ex ea decis. 307. At aliæ litteræ continent tantum, quod Coadiutor habeat vocem in Capitulo. Quod intelligendum est de activa, ut scilicet vice, ac loco Coadiuti illa uti possit, ad eius, non ad propriam utilitatem non autem de passiva, ut eligi possit ad præminentias personales, prout est officium antiani, propriam non Coadiuti utilitatem concernens, neque antianitatem, quam habet Coadiutus, quia concernunt hæc personam, non officium, ut aiunt allegaræ decisiones. Dispositio autem, quæ loquitur de voce activa, non trahitur ad passivam, Garz. *de benef. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 15. *in addit.*

Alii vero Coadjutores, quibus vox, & stallum con- 7 cessa non sunt, non possunt prætendere præfatam prærogativam, neque intervenire in Capitulo, nec vocem dare, si litteræ de his non loquantur, cùm Coadiutoriæ, ut dictum est, sint odiosæ, ac stricte intelligendæ Mohed. *decis.* 10. *num.* 1. *de privil.* & Pegna *d. dec.* 243. *num.* 14.

CONSULTATIO LXXXV.

Collusio an, & quatenus punienda.

QUoties collusio fit in articulo canonico, recur- 1 rendum est ad dispositionem Sacrorum Cano-

num, quamvis in *ff. & C. sint etiam tituli de colluſ. deteg.* in quorum terminis *Azo. in Sum. d. tit. num.* 1. tenet, quod in Civilibus poſſit impunè colludi, dummodò non inquiratur ampliſſimus ordo Senatorius, Salycetus hoc idem tenet *in l. 2. ff. eod. tit.*

2 *Ac* de jure Canonico aliter tenendum eſt, videlicet, redarguendam eſſe colluſionem, ſi in fraudem patrati criminis commiſſam fuiſſe plenè conſtet, & quando recepta pecunia delator criminis recedat colluſivè ab accuſatione, vel patitur, ſe vinci ex toto titulo decretalium *de colluſ. detegen. & can. fin. 2. quæſt.* 3. ubi ſic communiter tenent Archid. *num* 1. Bellam. *num. item* 1. Gemin. pariter, & Turrecrem. *num.* 1. & 2. & Gregorius Pontifex *in cap.* 1. *de colluſ detegen.* ſic decrevit: *hoc neceſſe eſt ſubtilius perſcrutari, ne forte non ex charitate, ſed ex præmio eorum ſit concordia comparata.* Gloſ. *v. charitate*, ſic explicat: Si enim ex charitate hoc fecerunt, accuſatores poſſunt tolerari, ſed ex præmio non, in civilibus verò non eſt recedendum à Rota *deciſ.* 31. *apud* 1. vol. *conſ.* Farinac. *num.* 1. ibi: *Sed hæc nullitas fuit rejecta per Dominos*, quia judicium non poteſt dici colluſivum, etiam quod partes amicabiliter conveniant de inſimul litigando, ut cognoſcatur quis foveat bonum jus. Potuerunt igitur cognoſcere bonam fidem.

3 Nec de jure Canonico contenta eſt ſanctio de præſumptis probationibus, quibus lex civilis, Rota *deciſ.* 319. *n.* 6. ubi ait, probationes debent eſſe adeò concludentes *part.* 3. *rec.* Ubald. *dec.* 210. *& ſeqq.* Nec enim colluſio præſumitur, niſi probetur; cum ſit delictum, *l.* 1. *ff. de colluſ. deteg.* Præſumptionem autem vincere poteſt non ſolum probatio, ſed etiam alia præſumptio fortior, *l. fin. in princip. ff. quod met. cauſ. l. nuptura in fine ff. de jure dot. l. ſi Chirographum cum l. ſeq. §. 1. ff. de prob. l. Divus ff. in integr. reſtit. l. penult. circa princ. ff. de ritu nupt.*

4 Eſt ſanè colluſio inter actorem, & reum latens & fraudulenta conventio ſecundum Gloſ. 1. & Oſtien. *in.* 1. *ad cap. audivimus de Colluſ. deteg.* Unde colludium non debet remanere impunitum, *can. ſi quem pœnituerit* 2. *q.* 3. & geſta per colluſionem non tenent, *l.* 3. *ff. eod. titul.* Secundum Innocentium *c. d. cap. audivimus in fine*, ad quem textum vide Doctores.

CONSULTATIO LXXXVI.

1 CUm ex decreto Apoſtolico Capitulo cujuſdam Eccleſiæ injunctum fuerit onus reinveſtiendi intra annum in tot bona ſtabilia nomine dictæ Eccleſiæ ſcuta mille, ex eo quod compertum fuerat, Canonicos antiquos in proprium, non autem in dictæ Eccleſiæ commodum convertiſſe tantundem Capitale quotannis cenſuum, ſive Canonum forenſium extinctorum, ac prædicto termino elapſo, & inveſtimento non exequuto, declaraverit eos ſuſpenſos eo ipſo à divinis, ac privaverit fructuum perceptione. Cùmque, nequidem hujuſmodi inveſtimentum factum fuerit, novo decreto Apoſtolico injunctum fuit modernis Canonicis dictum onus reinveſtiendi; idcò quæritur, an dicti moderni Canonici ad id teneantur, & quid agere debeant pro ſe liberando à moleſtiis?

2 Reſpondeo. Pro liberatione ab hujuſmodi moleſtiis quas moderni Canonici patiuntur ex culpa ſuorum anteceſſorum introducere debent judicium contra hæredes notos Canonicorum, qui extabant eo tempore, quo fieri debebat reinveſtimentum, & contra hæredes ignotos procedere per deputationem Curatoris juxta præxim traditam à Saluſtio Tiberio *lib.* 1. *c.* 54. paſſim receptam, & approbatam, Completoque proceſſu, ac relaxato contra omnes, & per diligentias executoris, partibus citatis, deputari, repertis aliis non ſolvendo, peti debet relaxatio mandati contra exiſtentes ſolvendo pro integra ſumma ſine ſolido.

3 Cum enim Capitulum, cujus appellatione veniunt Canonici tantummodo, non autem beneficiati, neque alii Cæſ. de Graſ. *deciſ.* 4. *n.* 6. *de his, quæ ſunt à major. par. Cap.* Cavaler. *deciſ.* 57. *num.* 3. habeat adminiſtrationem bonorum Eccleſiæ privativè quoad beneficiatos, & alios, idem de Graſ. *d. deciſ.* 4. *num.* 1. 4. & 5. ac in *recent. deciſ.* 252. *num.* 5. *part.* 5. Sequitur quod ad obligationem ſolidi teneantur Canonici antiqui defuncti, tam uti adminiſtratores, quàm uti damni factores.

Uti adminiſtratores quidem tenentur inſolidum, dum reperti fuerunt non ſolvendo ex clara diſpoſitione textus *in l.* 1. *C. quo quiſque ordin. conveniat*, ibi: *Et ſi duobus ſimul cura pecuniæ Civitatis &c. mandetur, ſinguli non pro virili portione, ſed inſolidum Reipublicæ obliganter.* Ubi Luc. de Penna. Item textus *in l. quid ergo* 13. ibi: *Poſtremo alter ex Magiſtratibus, qui Reipublicæ negotiis ſe non immiſcuit &c. ff. ad municip.* Fusè Jacob. Choel. *in Comment. ad Rull. Boni regiminis cap.* 45. *num.* 24. *& ſeq.* præſertim quod Civitas, & Eccleſia æquiparantur, parique gaudent privilegio, illa, ſcilicet ratione publici juris, iſta, ratione non modo jurispublici, ſed etiam divini ad *text. in l. fin.* ibi: *Vi inter divinum, publicumq; Ius C. de Sacroſ. Eccleſ.* ubi Barboſ. *nu.* 1. traditque Genuen. *in prati. cab. Eccleſ. quæſt.* 252. *num.* 3. 4

Uti verò damnum inferentes, tenentur quoque inſolidum in defectum aliorum, ut per Molin. *de juſt. & jur. tom.* 3. *tract.* 2. *diſp.* 737. *num.* 1. his verbis: *Vnuſquiſque eorum omnium, qui concauſa damni injuſtè fuerunt, in eventum quod cæteri non reſtituant, reſtituere tenetur totum damnum*, & *num.* 4. ſit ait: *Quod ſi aliqui eorum non contribuant, vel quia nolunt, vel quia non poſſunt, reliqui contribuere tenentur totum damnum, quoniam ſemper unuſquiſque eorum tedetur reſtituere damnum in ſolidum, ſeu integrum.* Idemque docet Azor. *inſtit. moral. p.* 3. *lib.* 4. *cap.* 19. *lit. E. ſub initio*, inquiens, *ſingulas præditarum cauſarum cooperantium obligari inſolidum.* Et *lit. G* ait, *quod ſi omnes cooperentur, omnes, & ſinguli tenentur inſolidum ad reſtitutionem damni proximo illati.* Quod ſequitur Bonacina *tom.* 2. *diſp.* 1. *q.* 8. *pun.* 1. *n.* 9. ibi: *Quamvis enim ſinguli teneantur inſolidum in defectum aliorum.* Et *num.* 15. *Licet ſinguli teneantur inſolidum in defectum alterius.*

Culpa enim ſuos tenet auctores, qui tenentur inſolidum redintegrare Capitulum, eiſdemque incumbit pecuniam repetere ab illis Canonicis, ſeu eorum hæredibus, qui ex dicta diſtractione Capitalis commodum pro rata temporis perceperunt. Neque ex eo quod quiſque ex Canonicis antiquis de dicto commodo diſtractionis participaverit, remanet liber ab obligatione inſolidum, Gloſ. *in l. Curatores §. in princ. ff. de admin. per. ad Civitates pertinen.* Maximè ſi per controventionem decreti Apoſtolici incurſæ fuerint cenſuræ quo caſu quilibet tenetur inſolidum, & rata unius importat totam ſummam Quia nemo ipſorum poteſt abſolvi, niſi refectis omnibus damnis, ut firmat Rota *deciſ.* 241. *n.* 3. *p.* 3. *recent.* Idcòque Canonici antiqui tenentur inſolidum redintegrare Capitulum, & ad eoſdem pertinet agere poſtea contra illos Canonicos, qui de illo, vel ſucceſſivo tempore commodum illegitimæ diſtractionis perceperunt, & facti fuerunt locupletiores.

Conſtare tamen debet de ſufficienti diſcuſſione aliorum, deque eorum inhabilitate ad ſolvendum. Quod probari poteſt ex relatione mandati executivi contra eorum bona hæreditaria, & ex relatione executoris, partibus citatis, deputati referentis, ſe non reperiſſe bona, ſuper quibus poſſet fieri executio, Rota apud Marchet. *p.* 1. *col.* 1. *n.* 2. & apud Poſth. *de ſubhaſt. dec.* 180. *n.* 2. *in addit.* ac in Viterbienſi pecuniaria 14 Decembris 1643. §. *Scientia* coram Cardinali Cerro, junctâ etiam citatione eorundem, qui intereſſe in hac re habent ad indicandum bona, ſuper quibus poſſet fieri executio, Rota apud Cenc. *de cenſib. dec.* 544. *in fin.* & apud Poſth. *de ſubhaſt. d. dec.* 182. *num.* 1. *in addit.*

CONSULTATIO LXXXVII.

An & quatenus Superiores Regulares poſſint annum probationis novitio prorogare ita, ut anno probationis jam completo, ſed prorogatione non ſervata, profeſſio inde emiſſa ſit irrita? Et quid de profeſſione tacita?

Certum

1 CErtum quidem videtur, non ſatis eſſe, novitium ſtetiſſe per annum in probatione, quando illi ex cauſa prorogatus fuit novitiatus. Quemadmodum enim profeſſio eſſet irrita, ſi deficeret unicus dies anno probationis poſt receptionem peracti ex S. Concilio Tridentino *ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 16. & teſtatur declaraſſe ejus S. Congregationem, Novar. *in Lucerna Regular. v. profeſſio num.* 13. Immò in materia profeſſionis dies cœpta non habetur pro completa, ſed tempus currit de momento ad momentum, ut in *cap. ad noſtram de regular. & in cap. ſignificaſti eod. tit. ac in can. illud* 21. *qu.* 1. & tradunt Gloſ. *in d. cap. ad noſtram*, ibique Innocent. *num.* 1. Oſt. *num.* 4. Jo. Andr. *n.* 6. *in gloſ.* 2. Butr. *n.* 9. Cardinal. *n.* 2. *in* 2. *oppoſ.* Anchar. *n* 1. Abb. *n.* 5. & alii. Unde infertur, ut ſit irrita profeſſio ſi fiat per aliquot horas ante exactum ætatis annum decimum ſextum, vel ante annum probationis completum.

2 Tum quia S. Concilium Tridentinum *d. cap.* 15. ad profeſſionis validitatem neceſſariò requirit, ut novitius non minori tempore, quam per annum in probatione ſteterit. Quod etiam ſtatuerat jus commune in Religionibus Mendicantium, *in cap. non ſolum*, & *in cap. Conſtitutionem de Regular. in* 6. Novitius autem, qui ante aliquot horas profeſſus, eſt minori ſanè tempore, quam per annum ſtetit in probatione. Nam annus ubi incipit, ibi definit, ac ſolvitur, ut ait Bald. *conſ.* 458. *num.* 4. *vol.* 1. Gloſſa, & Doctores *in l. ita vulneratus §. æſtimatio ff. ad l. Aquil.* Et qua hora incipit, finitur, Bartol. *in l. libellorum ff. de accuſat.*

3 Tum quia hic annus completus, ſive annus elapſus, ut ait textus in *d. cap. non ſolum de Regular.* eſt de forma quia in Concilio adjicitur decretum irritans, ut per Bald. *in l.* 1. *ff. de lib. & poſthum.* Felin. *in cap. cum dilecta num.* 29. *de reſcript.* Forma autem non ſervata etiam in levi omiſſione, irritat actum, *d. cap. cum dilecta*, ibique Felinus poſt alios *n.* 5. Dec. *in cap. de appellationibus num.* 17. *de appellat.*

4 Tum quia Sac. Congregatio Concilii die 6. Novembris 1592. cenſuit, habendam eſſe rationem, tamſin promovendas ad Ordines, quam in admittendis ad profeſſionem illorum decem dierum ſubtractorum in Calendario Gregorii XIII. ita, ut addendi ſint illi decem dies detracti. Sic quoque annus biſſextilis ex additione diei facta, non dicitur majus ſpatium, quam anni, ut *in l. cum biſſextus ff. de verb. ſignif.* etiam ad hunc effectum, ut per Leſſ. *de juſt. & jur. lib.* 2. *cap.* 21. ubi ait, diem additum biſſexto eſſe neceſſarium ad hoc, ut annus probationis dicatur completus.

5 Tum etiam quia S. Congregatio, conſulta à procuratore generali Ordinis Minorum, an novitius, qui à monaſterio, ut aliam Religionem ingrederetur, abierat, ac duas tantum horas in alio Conventu moram traxerat, ac ſtatim deinde facti pœnitens, reverſus fuerat, teneretur incipere novum annum probationis, reſpondit teneri ab eo die, quo rediit. Ad profeſſionis quippè validitatem æquè exigitur, ut annus ſit completus, atque ut ſit continuus, Lap. *alleg.* 46. *num.* 6.

6 Et tum quia in terminis tacitæ profeſſionis videtur etiam alias reſpondiſſe S. Congregatio Concilii, ponderando duas declarationes infraſcriptas. Nam cum olim dubitatum eſſet, an tacita profeſſio, quæ non eſt excluſa decreto Concilii, inciperet, completo decimo ſexto anno, & an ſtatim poſt dictum tempus emiſſa cenſeretur, S. Congregatio cenſuit, tacitam profeſſionem incipere à prima hora poſt perfectum annum decimum ſextum, & finire anno decimo ſeptimo. Alias verò cenſuit, Concilium *c.* 15. *ſeſſ.* 25. *de Regular.* non ſuſtuliſſe tacitam profeſſionem, quæ inducitur per annum, & diem computandam à die poſt decimum ſextum annum perfectum ejus, qui monaſterium ingreſſus eſt. Et quamvis hæ duæ declarationes invicem diſcrepare videantur, tamen non eſt ita. Nam dum in prima declaratione dicitur annus tacitæ profeſſionis incipere à prima hora poſt perfectum annum decimum ſextum, ſatis innuitur, tempus concurrere de momento ad momentum. Et, quamvis adjiciatur profeſſionem finire anno decimo ſeptimo, hoc tamen ita intelligi debet, ut hic annus ſit omninò completus, cum ſumatur initium ab hora, & momento temporis. Neque enim requiritur, ut annus decimus ſeptimus fuerit tranſactus, cum agatur de profeſſione tacita, quæ à jure inducitur in inſtanti, ac ultimo momento ejuſdem anni decimi ſeptimi. In ſecunda verò declaratione, quia terminus, à quo non ſumitur ab hora, ſed à die poſt decimum ſextum annum, & dies termini non computatur in termino; ideò S. Congregatio dixit, tacitam profeſſionem induci poſt annum, & diem juxta textum *in can. Puella*, ibi: *ac ſi per annum & diem* 20. *qu.* 2. ut ſic non ſufficiat ſupremam diem attigiſſe, ſed oporteat, illam eſſe omninò abſolutam, & conſummatam, Atque adeò ex ſententia S. Congregationis dies cœpta in hac materia non habetur pro completa.

Pro qua re obſervandum eſt decretum S. Concilii in *d. cap.* 15 per ea verba: *nec qui minori tempore, quam per annum à ſuſceptione habitus in probatione ſteterit*, connotare tempus probationis, non à die, ſed ab actu ſuſceptionis habitus. Quare locum habet communis concluſio, ut quotieſcumque terminus ſtatuitur ab aliquo actu, non autem à die actus, tempus currat de momento ad momentum, ac proinde quilibet vel minutiſſimis defectus infringat actum, Gloſ. Jo: Andr; Cardin. Anchar. Abb. & alii relati à Tiraquell. *de utroque retr. §.* 1. *gloſſ.* 11. *num.* 23. Hinc Angel. de Perut. *conſ.* 404. *num.* 4. & *generaliter*, inquit, addo hanc doctrinam, quod ubi decurſu temporis inchoando, & terminando quæritur tempus, incipit à momento actus explicari, & finitur cùm pro revolutione temporis dies noviſſimus ad idem punctum pervenerit. Et in terminis conſimilia verba poſt ſuſceptum habitum intra annum, & alia hujuſmodi operari, ut tempus currat de momento ad momentum, tradit apertè Jo: Andr. *in cap. Cupientes col.* 1. *poſt princ. de elect. in* 6. quem ſequitur Tiraquel. *loco citato n.* 49.

Sic etiam erit nulla profeſſio emiſſa, deficientibus anno, vel aliquot menſibus prorogatis. Nam prorogatio cenſetur una, & eadem cum prima diſpoſitione, ut per Rotam coram Seraphino *dec.* 1326. *num.* 3. & coram Buratto *dec.* 376. *num.* 21. ac cenſetur facta cum eiſdem qualitatibus, & conditionibus primæ diſpoſitionis, Rota *dec.* 553. *n.* 21. *p.* 1. *rec. & p.* 3. *deciſ.* 175. *in fine*, & *p.* 4. *dec.* 39. *n.* 1. & coram Buratto *dec.* 29. *n.* 21.

9 Nam primum tempus præfixum ita confunditur cum tempore poſtea addito per prorogationem, ut reputetur unum, ac idem tempus, non autem diverſum à primo, *l. ſed & ſi manente ff. de precar.* Caſtrenſ. *conſ.* 389. *n.* 1. *lib.* 1. Felin. *in cap. de cauſis n.* 2. *in prima declarat.* ibique Dec. *n.* 47. *de offic. deleg.* & in terminis prorogationis novitiatus Rovit. *dec.* 40. *n.* 11.

10 Debet tamen intervenire cauſa, quæ ex eo conſtare poterit, ſi in novitio, diſcedente à Conventu probabiliter contingere poſſit mutatio morum; quo caſu non ſolum poteſt fieri prorogatio novitiatus, ſed novus poteſt injungi, ut per Suar. *de Relig. tom.* 3. *lib.* 5. *cap.* 15. *num.* 9. Quia multum poteſt mutare mores, propter quod moraliter etiam loquendo nova probatione indiget per per textum *in l. ſi non ſortem §. libertus ff. de condit. indeb.* Sanchez *in decal. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 21. Bordon. *de profeſ. cap.* 4. *quæſt.* 36. Tambur. *de jur. Abb. tom.* 3. *diſp.* 6. *q.* 7. *n.* 12. Ex mutatione enim morum, quæ in abſentia contingere poteſt, mutatur indicium Superioris, qui novitium ad profeſſionem recipere debet, Suarez *d. num.* 9. Nam ſi illum mutat, moraliter mutat fundamentum judicii, Tambur. *d. q.* 7. *n.* 12.

11 Vel ſi novitius valetudine laboraret ita, ut admitti ad profeſſionem non poſſet, donec ſanitatem recuperaret, præcipuè ſi id caveatur in Conſtitutionibus Religionis, ut in hac ſpecie valere Statutum, ſive Conſtitutiones, & nullitatem profeſſionis inducere, ſi à Papa ſunt confirmatæ dixerunt Sanchez *d. c.* 4. *n.* 71. & 73. Bordon. *de prof. c.* 3.

*quæst.*16. Rodrig. *tom.*1. *qu.*10. *art.* 3. Tambur. *d. disp.*6. *qu.*3. *nn.*26. Per eas enim inducitur nullitas receptionis aliter factæ, quia tollunt potestatem aliter recipiendi, Bordon. *de profes. cap.* 2. *quæst.* 49. & in *respons. regul. cap.* 21. *num.*11. Castropal. *tom.*1. *tract.*3. *disp.*2. *punct.*17. *n.*3. Rota in terminis statuti prohibentis per verba: *nullus reperiatur dec.*167. *n.*5. *p.*2. *recent.* Et cum prædictæ Constitutiones respiciant plura determinabilia, nempè receptionem ad novitiatum, ac receptionem ad professionem, pariformiter utrumque determinant *l. jam hoc jure ff. de vulg.* traditque Mart. *de clausul. p.*4. *claus.*5. Tambur. *d. disp.*6. *qu.*11. *n.*1.

22 Neque præsumi potest ignorantia morbi, illiusque qualitatis, in Superioribus, qui passim vident novitios in Conventibus, quibus curæ est mores, ac vitam illorum examinare, ut ante professionem sciant, an approbandi, anve reprobandi sint, ut per Abbatem *in cap. innotuit. n.*9. *de offic. deleg.* Suar. *de legib. l.*6. *cap.*13. *n.*24. Castropal. *d. tr.*3. *disp.*6. *punct.*13. *num.*9.

23 Causa verò in licentia exeundi non expressa potest per testes probari, Suarez *d. cap.*13. *num.* 16. Pontius *de matr. lib.*8. *cap.*15. *num.*16. & Castropal. *d. pun.*13. *n.*7. Quinimò causa prorogationis præsumitur justa pro concessione illius, quoties non fuit appellatum, Alex. *cons.*70. *n.*5. *lib.*2. Nam, ut novitiatus prorogari possit, sufficit esse dubium, an novitius sit admittendus, ut certum est propter valetudinem, mutationem morum, ac discessum à Conventu, Sanchez *in decal. lib.*5. *cap.*4. *num.*21.

24 Quod autem novitius post annum probationis discedens à Coventu de licentia Superioris, si redeat, possit statim admitti ad professionem absque alia probatione, procedit, si redeat ad eundem Conventum, ubi mores illius probati sunt, & per annum experimentum fecit, secus quando rediit ad aliam provinciam ejusdem quoque Religionis, ubi mores non sunt noti, Beja *p.*4. *cas.*29. Bordon. *cap.*4. *qu.*36. *col.*3. & ita dicendum videtur, si adierit Summum Pontificem, qui non tenetur, neque potest supplicantium mores noscere, *cap.* 1. *de Constit. in* 6. Castropal. *d. pun.*13. *n.*9. Vel procedit quando mores novirii non fuissent mutati, ut limitat Sanchez *d. c.*4. *n.*34. Bonacina & alii. Vel quando novitius post annum fuit approbatus ad professionem, & concessa licentia discedendi, Navar. *cons.*30. *in princ. lib.*3. *de regular.* Secus autem quando novitiatus, nulla præcedente approbatione Superioris ad professionem fuit ex causa prorogatus ad annum post reditum. Quia tunc mores novitii non possent dici cogniti, illo non completo, ac cessaret finis, pro quo à S. Concilio Tridentino eo *cap.* 15. introducta fuit probatio anni novitiatus, nempè ut novitius ante professionem satisfaceret Religioni, & ipse satisfactus esset Regulis illius per textum *in cap. ad Apostolicam de Regular.* Sanch. *de matr. lib.*2. *disp.*24. *n.*7. Castropal. *disp.*6. *pun.*5. *n.*7.

25 Pro quibus est etiam ponderandum quod gravissimi auctores tradunt, probationem esse continuandam, etiam post annum usque ad professionem, ut videre est apud Suarez *de relig. tom.*3. *lib.*5. *cap.*15. *num.*9. Vecch. *in prax. novit. disp.*11. *dub.*3. *n.*5. Peyrin. *tom.*2. *de Præl. q.*3. *cap.*1. *num.*99. Castropal. *tom.*3. *tract.*16. *disp.*1. *punct.*12. §.2. *n.*10. Tambur. *de jur. Abb. tom.*3. *disp.*6. *q.*7. *n.*12. & 15. ubi testatur de usu Religionum, ac repetit *q.*11. *n.*16. & *de jur. Abbatiss. disp.*4. *q.*8. *n.*4. Quia prior habitus susceptio, & probatio dimissione jam extincta fuit. Concilium autem Tridentinum ad professionis valorem integrum annum, post susceptum habitum in probatione requirit. Ergo post illam secundam susceptionem integer annus probationis esse debet.

26 Neque refragatur, si Superior non imponat pœnam nullitati professionis, si novitiatus post novitii reditus non fuerit expletus, sed pœnam amissionis antianitatis. Nam inferior ubi à lege constituta est certa pœna, nequit eam remittere, aut minuere, sive augere, aut aliter mutare, & arbitrari, ut per Menoch. *de arb. lib.* 9. 96. *à* 11. Marsil. *singul.*244. Tiraquel. *de pœn. temper. in præf. num.*1. *ac seqq.* Aldred. *de relig. discipl. lib.*2. *cap.* 10. *n.*5. præsertim inducta à generali Concilio Tridentino. Quia hoc est Pontifici reservatum *cap.*21. *sess.* 25. *de reform.* sed jure potest nova pœna legem Superioris adjuvare, ut melius servetur, Glos. *in auth. quomodo oporteat sub initio v. sancimus, & in Clem. ne Romani v. tolli de elect.* Sanchez *de matr. lib.*3. *disp.*47. *n.*12.

Minus suffragari videtur argumentum desumptum ex 27
eo, quod appositio pœnæ amissionis antianitatis, locum habeat dumtaxat in professis, ideò supponat professionem validam. Quia pœna amissionis antianitatis puniuntur etiam novitii, & si novitius non rediret intra biennium, amitteret antianitatem. Quod si iterum ad novitiatum recipieretur, acquireret antianitatem à die receptionis secundo loco factæ.

Quod autem Superior non possit injungere novum 28
novitiatum, etiam de consensu novitii, non videtur tutum, quando subest causa ex Suarez, & aliis, traditque Portel. *in resp. regul. p.*2. *cas.*7. *num.*7. Bordon. *de profess. cap.*4. *quæst.*12. & 40. Sed quod Superior possit novitiatum prorogare ex arbitrio, docet glos. *in d. cap. ad Apostolicam v. anni de regular. & in cap. Genfaldus v. unius anni* 17. *q.*7. & respondit S. Congreg. Concilii per hæc verba. *Ne autem hoc tempus longius extendi possit, non prohibuit, ideòque arbitrio Superiorum extendi, ut prorogari poterit.* Quod refert, ac sequitur Graff. *dec. aur. part.*1. *lib.*3. *cap.*5. *num.*16. Sanchez *d. lib.*5. *cap.*4. *num.* 21. Sà *Religio nu.*3. Suarez *d. lib.*5. *cap.*13. *num.* 8. ubi testatur ex mente S. Congregationis, hoc esse Superiori arbitrarium, Vecc. *disp.* 11. *dub.*5. *n.*3. Barbos. *in Collect. ad Concil. Trid. in d. cap.*15. *num.*41. Bordon. *de profess. cap.*2. *q.*68. Tambur. *d. disp.*6. *q.*7. *n.*19.

Et hoc casu prorogatio fieri potest, donec cesset impe- 29
dimentum. Quia cum potestas prorogandi maneat, fluatque à lege fieri poterit prorogatio quoties opportunum videbitur, *l. veluti §. hæc vox*, ibique Doctores, nominatim Bald. *n.*3. *ff. de eden.* cum aliis per Alex. *cons.*70. *n.*2. *lib.*2. & alias fuit prærogatus novitiatus ex causa ad vigesimum annum, ut testatur Rodrig. *in Sum. p.*2. *cap.*8. *n.*3. Portel. *d. cas.*7. *nu.* 2. & 5. ubi respondet Constitutioni Clementis VIII. qui sancire videtur, quod prorogatio non possit fieri ultra sex menses, Bordon. *de profess. cap.*2. *quæst.*68. Sanchez *d. lib.*5. *cap.*4. *n.*21.

Nam probatio durat, etiam expleto anno post recep- 30
tionem, tam si sit prorogata, quam si non sit prorogata, Ruit. *dec.*40. *n.*9. & 12. & ita prorogatio fieri potest quandocumque, etiam post completum annum probationis, quia non est factum deterius jus alicujus, ut, distinguendo, conciliat opiniones contrarias Tiraquel. *de retr. convent. §.*1. *glos.*7. *num.*25. *in fine.*

Siquidem probationis annus non fuit inductus ad 31
pœnam, sed in favorem Religionis, & fragilitatis profitentis, ut probaret, & probaretur, *d. cap. ad Apostolicam de Regular.* Navar. *d. cons.*31. *n.*4. *de Regular.* Ciarlin. *contr.*108. *n.*27. Less. *de just. & jur. lib.*2. *c.*41. *num.*59. Bordon. *de profess. cap.*3. *quæst.* 16. Rota *dec.*175. *num.*7. *p.*1. *rec.* Et quidem favorabile esse, ut duret toto noviss imo die anni probationis prorogati, satis clarè videtur. Nam hic annus institutus est favore utriusque, idest tam Religionis, quàm novitii, ut illa probet mores novirii hic austeritatem Religionis, *d. cap. ad Apostolicam de Regular.* At verò favor est novitii, ut hæc deliberandi libertas, seque jugo Religionis submittendi, & alligandi duret ad ultimum usque temporis prorogati momentum. Favor etiam est Religionis, cujus interest prorsus voluntarius habere milites, *can. non est* 15. *quæst.* 1. *can. præsens* 20. *quæst.* 3. Quique tempore prorogato de Religione consulrò deliberantes firmo proposito illi tandem se devoveant. Ad id *can. monasterius* 19. *quæst.* 3. & adnotat Ost. *in d. cap. ad Apostolicam num.*4. Ut enim habetur in *c. non solum de regular. in* 6. decet, atque expedit, ut in hoc conscientiæ puritati non desit judicium rationis, ne unde spiritualis profectus quæritur, salutis dispendium subsequatur. Ex consequenti cum favor in eo

eo versetur, ut longius sit tempus, poterit annus probationis prorogari arbitrio superioris.

22 Quibus non obstat, quod summa sit ratio, quæ pro Religione facit *l. sant personæ ff. de relig. & sumpt. fun.* adeò, ut favor esse videatur, quempiam citò Religioni alligari. Nam primò respondetur, tametsi aliquem esse religiosum summus sit favor; tamen antequam talis efficiatur summum esse favorem cum aliqua prorogatione temporis de Religione deliberare. Quinimò Glossa in *cap. ad nostram v. consummationem de Regular.* in regulæ ait observatione gravitas est, & labor, & sic odium & ideò annus completus exigitur. Quam Glossam sequuntur *ibi* Innocentius & Butrius. Difficilè quippè est vitæ mutatio, & cum animæ sit labore, ut inquit textus in hac specie *in auth. de Monach. c.*2. §. *sancimus collat.* 1. ob quam rationem S. Concilium Tridentinum annum probationis, qui de partium consensu remitti poterat juxta *d. cap. ad Apostolicam de Regular.* vetuit, posse remitti, noluitque professionem antea factam parere obligationem, ne ad Religionem quidem in genere, ut habetur *d. cap.*15. *sess.* 25. id scilicet intendens, ut Religionis professionem magna præcederet deliberatio. Hanc autem legem pœnalem nullitatis professionis fuisse à Concilio latam in favorem profitentium, nec habendam esse rationem præjudicii monasterii, tradit clarè Navar. post Dec. *in cons.* 31. *numero* 4. *de Regular.*

23 Deinde respondetur, Quamvis annus probationis sit institutus favore utriusque, scilicet tam profitentis, quàm Religionis recipientis, re vera tamen principaliter indultum esse in favorem ingredientis, ut post Archid. tradunt *in cap. non solum de Regular. in* 6. Gemin. *num.*4. Anchar. *in* 6. *notab.* & Franch. *in* 3, ac deducitur ex textu *d. cap. non solum*, dum ait, annum probationis in subsidium humanæ fragilitatis esse regulariter institutum. Ideoque potius spectandus est favor novitii, quàm Religionis, ut concludit Ost. *in cap. ad Apostolicam num.*5.

24 Postremò respondetur. Etsi daremus in hac materia intervenire ex parte favorem, & ex parte odium, tamen quod servari debet, cum in re solus favor versatur, est etiam servandum, cum partim versatur odium, & partim favor, & sic casus est mistus. Ita sentit Glossa recepta in *cap. Cum in cunctis v. exegerit de elect.* ubi ait, cum in materia versatur utrumque idest tam odium, quàm favor, tempus de momento ad momentum computari. Et idem censuit Rota *dec.*75. *num.* 41. *p.* 2. *divers.*

25 Porrò prorogatio censetur inducta eo ipso, quod non adsunt verba aliter denotantia, Boer. *decis.* 283. *nu.* 11. Dec. *cons.* 11. *num.*26. *lib.* 1. & *num.*34. firmat, quod in dubio actus præsumitur potius continuatus, quàm de novo inductus ex Bald. *cons.* 137. *col. fin. lib.*2. Estque satis certum, si nihil sit immutatum in prorogatione circa substantialia *d. cap.*15. Concilii Tridentini, Dec. *cons.* 11. *num.*27. & 32. *lib.*1. Riminald. Jun. *cons.*32. *n.*24. & *seqq.*

26 Nec ullo pacto potest esse novus novitiatus, si non dicatur in licentia ad novum novitiarum, sed ad sui novitiatus annum peragendum. Quod pronomen *sui* restringit dispositionem ad tempus præsens concessionis licentiæ, & probationis adhuc continuatæ, *l. si ita legatum* 8. ibique Bartol. *ff. de aur. & arg. leg.* Signorol. *cons.* 173. *n.*23. Menoch. *cons.*106. *n.*170. 187. & 192. *ac præsumpt.* 127. *in fin. lib.*4. Ceval. *comm. contra comm. quæst.*727. *n.* 64. Et quod verbum *peragere* significat finem rei jam cœptæ, *l. qui procuratorum*, ubi Glossa *v. peragere*, ibique Angel. & Castr. *ff. de procurat.*

27 Et quatenus diceretur, quod sit novus novitiatus, adhuc est perfectè adimplendus annus in licentia præscriptus, ut valeat professio. Quia hic annus fuit ex causa injunctus, ut per Suarez *de relig. lib.* 5. *cap.*15. *nu.* 9. Bordon. *de profes. cap.*4. *quæst.*56. & *quæst.* 4. ubi quod novus novitiatus debeat esse integer, & *quæst.*12. Tambur. *d. disp.*6. *quæst.*7. *n.*12. Sanchez *lib.* 5. *cap.*4. *n.* 21.

Præterquamquod, supposito, quod novitius habue- 28
rit jus ad professionem ex probatione facta per annum post receptionem, necnon jus habuerit ad professionem ex novitiatu peragendo post reditum, eligendo tamen ipse viam peragendi novitiatum post reditum, sequitur, renunciasse novitiatui jam peracto per textum *in cap. nt quis duas* 25. *etiam si se contentum de elect. in* 6. nec potuit amplius habere regressum ad novitiatum jam peractum per *d. cap. Vt per duas §. regressum ad aliam.* Ac proinde novitiatus anno in licentia præscripto, minus legitimè absoluto, professio ita erit irrita, ut novitius numquam erit obligatus ad alicujus regulæ, vel constitutionis observationem, aut alios quoscumque effectus ex Concilio Tridentino *d. cap.*15.

Quod autem licentia sit concessa à superiore, sufficit 29
quod ab illo est subscripta; nam subscribens censetur habere notitiam, & approbare ea, quibus se subscribit, Barrol. *in l. emptor. §. Lucius ff. de pact.* & Duran. *decis.*136. *n.*4. alioquin notaretur facilitate in subscribendo, quam Pulcheria in Theodosio, qui non videbat, neque legebat priusquam probaret, aut indulgeret postulata ita emendavit. Composuit libellum, quo sibi mancipio perebat tradi conjugem ipsius Eudociam. Subscripsit illicò Imperator, non lecto schedio. Accersitam Pulcheria Eudociam apud se, retinuit, dum reposceretur ab Augusto, petitam non remisit. Miranti Theodosio, quid sibi vellet soror cum conjuge sua, exhibuit libellum ipsius Theodosii manu signatum, quo sibi Eudociam in famulam vindicarat. Animadverit Imperator sororis artem, & cautius de cætero libellos legit, & subscripsit. Eudocia ludum illum non optima mente fertur accepisse. Hanc Pulcheriæ artem plerique omnes celebrant historici, laudat Lipsius *in monitis lib.*2. *cap.*2.

Firmata nullitate professionis ob non expletum an- 30
num probationis novitiatus ex causa prorogatum, gestatio habitus, professorum exercitium, aliorumque actuum professis tantùm competentium, non inducunt tacitam professionem. Nam sicut professio expressè emissa, non legitimè peracto novitiatus anno, est ipso jure nulla, sic etiam tacita, ut probant Suarez *de Relig. lib.* 7. *cap.* 1. *n.*8. ubi testatur, ita declarasse S. Congregationem Concilii, cujus declarationes refert *num.*12. Azor. *instit. mor. p.*1. *lib.*12. *cap.*4. *q.*6. Sanchez *d. lib.*5. *cap.*3. *n.* 37. Miranda *in Manual. Prælat. tom.*1. *quæst.*2. *art.*12. Vecch. *disp.*13. *dub.*8. *n.*8. & *seqq.* Castropal. *d. tom.*3. *disp.*2. *pun.*5. *n.*6. Tambur. *d. disp.*6. *quæst.*13. *num.*10. Quod procedit, etiamsi lapsum sit quinquennium, si novitius obtineat à Sanctissimo gratiam restitutionis in integrum adversus lapsum quinquennii, ut dicere possit de nullitate professionis emissæ ex quocumque capite, & in ea restituitur ad statum, in quo erat ante lapsum quinquennii, Marches. *de Commiss. v.*2. *de restit. in integr.* §. 1. *n.*97. & in his terminis Petr. de Lun. inter *cons. nob. sicul. cap.* 39. *nu.* 50. Ideòque Rota post Sanchez in *dec.*365. *n.*2. *part.*4. *rec.* dixit, post Concil. Tridentinum rarissimè contingere, ut validè quis tacitè profiteatur, & apud Post. *de manut. decis.*164. *n.*18. Præcipuè verò, si actu considerati ad inducendam tacitam professionem sint omnes æquivoci, & ideò nihil relevant Rot. *decis.*216. *n.*6. *part.*3. *recent.* Vel si novitius fuerit malè dispositus ad professionem immittendam, & vel importunis precibus, vel metu incusso, illam non sine violentia emiserit, quæ licet per se non inducant nullitatem professionis, multum tamen qualificant actiones, & causas pro nullitate illius, ac præsertim ad excludendam professionem tacitam, Rota *decis.*579. *num.*5. *part.*1. *rec. & dec.*195. *n.*19. *ac seqq p.*2. *rec. & decis.*179. *n.*4. *part.*4. *rec.*

At nihilominus hæc sit regula, ad quam omnis hæc 31
materia dirigi debet. Jus novissimum S. Concilii Tridentini in *d. c.*15. *sess.*25. *de Regul.* non per verba indefinita, sed universalia præfigit probationi terminum unius anni in quacumque Religione, & in *c.* 16. immediatè sequenti præcipit, ut, finito tempore novitiatus, superiores, quos habiles invenerint, ad profitendum admit-

tant, aut è monasterio ejiciant. Ex quibus verbis apparet, tempus probationis à Superioribus regularibus ultra annum prorogari non posse, cum inferiores Summo Pontifice dispensare nequeant contra generale Concilium per *extravag. Sancta Romana* §. *quidam autem* ibique Glos. *v. Concilii de relig. dom.* & probat latissimè Fagnan. *in cap. nimis à num. 2. de fil. presbyt.* Quare non possunt arctare novitium, qui annum probationis explevit ad alium annum ex integro repetendum, non modo reluctante novitio, id enim perquam durum esset, *arg. d. cap. ad Apostolicam de regular.* Sed etiam ipso consentiente, quia obstat Concilium *d. cap.* 16. ac præterea quatenus possint Superiores Regulares novum annum probationis injungere, non tamen id possunt sub pœna nullitatis professionis, etiam consentiente novitio, ut clarè deducitur ex sequenti declaratione, quidquid contra scripserit Navar. *conf.* 87. *de Regular.*

32 *In Congregatione Minimorum extabat statutum, quod originem ducentes à Judæis, vel Saracenis, ad Religionem, non recipiantur, & si qui recipiendi fuerint, quorum progenies ignoratur, admittantur cum professione, quod si postea compertum fuerit, eos à Judæis, vel Saracenis originem duxisse, eorum professio sit nulla. Quæsitum fuit, an originem trahentes à Judæis, admissi ad Religionem cum illa professione, sint legitimè professi, vel secus? Sanctissimus respondit, habendos esse pro professis, nec ejici debere cum hactenus nemo fuerit ejectus.*

33 Undè mos est, legitima subsistente causa hujusmodi prorogationes obtineri à Sede Apostolica, & in specie cum virgo monasterium ingressa, adversa valetudine correpta, dubitaret, ne post annum probationis, cujus finis instabat, professione non emissa, è monasterio ejiceretur juxta *cap.* 16. *sess.* 25. *de Regular.* professionem autem emittere non posset, nolentibus monialibus, quæ verebantur, ne ob morbum inutilis esset monasterio, adijt pro remedio S. Congregationem Concilii, quæ censuit agendum cum Sanctissimo, ut concedatur prorogatio ultrà menses sex à finito anno, donec duret spes recuperandæ sanitatis. Sanctissimus annuit, ut concedatur ista prorogatio. Et amplius putavit *cap.* 16. *sess.* 25. *de Regular. vers. Finito*, non comprehendere moniales, sed tantum viros, qua tamen in re dixit, amplius à Sac. Congregatione deliberandum. S. Congregatio deliberavit, *d. cap.* 16. etiam Moniales comprehendere, quia *cap.* 15. præcedens loquitur, tam de Monialibus, quàm de viris, & subest eadem ratio.

34 Rursus cum Olympia Spinula, monasterium ingressa, dubitaret, ne emissa professione, bona sua apud mercatores existentia, recuperare non posset, & tempus professionis emittendæ instaret, petiit à S. Congregatione, ut sibi liceret manere in monasterio ultra tempus novitiatus, nec tamen propterea intelligeretur tacitè profiteri. S. Congregatio censuit, quod tacitam professionem posse Olympiam sibi cavere per protestationem. Ut possit autem ultra tempus novitiatus manere in monasterio, & non profiteri, opus est, ut sanctissimus det dilationem. Sanctitas Sua indulsit, sex menses ultra annum novitiatus, ut manere posset in monasterio absque professione.

35 Negandum tamen non est, non videri prohibitum Superioribus, quin possint professionem prorogare ex aliqua justa causa ad breve tempus. Et ita intelligenda est declaratio, quia dictum est, tempus probationis esse arbitrarium, & ultra annum prorogari posse. Alioquin nimis durum esset, ut novitius, revoluto anno probationis, confestim & nulla interjecta mora expellendus esset è monasterio, si protinus ob legitimum aliquod impedimentum profiteri non posset, aut pro qualibet brevi dilatione impetranda recurrendum esset ad sedem Apostolicam, præsertim ex longinquis partibus *arg. c. an. §. fin. ne sede vacante lib. 6. l. si longus §. fin. ff. de rejudic.*

36 Verba igitur *d. cap.* 16. *v. Finito tempore*, videtur cum aliqua moderata latitudine; ac civiliter accipienda ex notatis à Glos. *in l. annulus v. civiliter ff. de verb. sign.* ex quibus sublata remanet opinio Joannis glossatoris, & Abbatis, quod tempus probationis absolutè sit arbitrarium, cessantque itidem opiniones distinguentium inter Clericos, & laicos, notos & ignotos. Quia ex Constitutione Sixti V. quæ incipit: *Cum de omnibus* in Bullar. *tom.* 2. & ex decretis Clementis VIII. super receptione, ac educatione novitiorum statutum est, ut quod attinet ad novitiorum recipiendorum formam diligens perquisitio habeatur de uniuscujusque natalibus, & vita anteacta. Atque ita nunc distinguendum non est inter notos, & ignotos, vel quorum conditio, aut vita est nota, vel ignota. Quia nullus, cujus conditio, aut ignoratur, recipi potest, nedum ad professionem, sed neque ad habitum novitiatus.

Fallit primò hæc regula in novitio ad profitendum 37
inhabili ob defectum ætatis, nempè, quia non excessit annum decimum sextum à Concilio Tridentino præfixum *d. cap.* 15. *sess.* 25. *de Regular.* Lex enim, quantumcumque generalis, semper restringitur ad personas habiles, *cap. un. de ætat. & qualit. lib.* 6. *& cap.* 1. *de fil. presbyt. eod. lib.* & notat Dec. *in cap. Cum omnes in* 2. *lect. nu.* 2. *de constit.* & Jas. *in l.* 2. *§. Prætor n.* 3. *ff. qui satisd. cog.* Undè cùm novitius quidam esset proximus professioni, necdum ageret decimum tertium annum, dubitavit superior, an posset permittere, ut in novitiatu maneret, usque ad tempus professionis, vel potius eum ejicere deberet S. Congregatio censuit sic posse, quia Concilium *d. c.* 16. *v. Finito*, loquitur de habilibus ad emittendam professionem sed hic non est habilis, cùm ætatem non habeat. Idem responsum in quibusdam inhabilibus, qui non adhuc sciebant legere, neque officium ordinare, prout Religionis instituta poscebant. Præterea S. Congregatio inclinavit in hanc sententiam, ut in masculis non sit præfinitum tempus à Concilio ad suscipiendum habitum. In mulieribus autem puella duodecim annis minor à parentibus monasterio oblata, potest de jure communi, & non obstante decreto S. Concilii Tridentini *in cap.* 17. *sess.* 25. *de Regular.* habitum regularem suscipere, ut habetur expresè *in cap. Cum Virum de Regular. can. addisti, can. quicumque, can. illud autem* 20. *q.* 1. *can.* 1. *& can. fin.* 20. *quæst.* 2. Cui Sacrorum Canonum dispositioni non adversatur Sac. Concilium Tridentinum *d. cap.* 17. ut explicat Michael Medina *de Sacr. hom. continentia lib.* 4. *coner.* 9. *cap.* 4. ubi affirmat, nihil alienius à Tridentini Concilii mente excogitari posse, quàm ut puellam duodecim annis minorem prohibuerit habitum regularem suscipere, testaturque, se interfuisse illi decreto, atque attentissimis auribus suffragia omnium Episcoporum accepisse, & nihil tractatum fuisse, nisi de sola puellarum majorum duodecim annis ad Religionem admissione, & duo tantum statuta fuisse. Primùm, ut si puella ingrediens sit major duodecim annis, quantæcumque ætatis sit, duplex Episcopi examen subeat. Alterum ante habitus susceptionem, alterum postea ante professionem, quia sæpè puellæ invitæ habitum suscipiunt. Et quamvis voluntariè illum assumant, raro invitæ profitentur timore parentum, vel cognatorum, vel verecundia habitum dimittendi. Secundum verò quod in eo statuitur, ut puella minor duodecim annis ingrediens. unicum examen subeat, nempè professionis tempore, quoniam ante ætatem duodennem vanum existimavit Concilium hoc examen præmitti ob tenerum rationis usum puellæ. Quia tamen puellæ minores non debent indistinctè ad habitum regularem admitti, sed à parentibus, vel tutoribus oblatæ, & nonnunquam subesse potest seductionis periculum à Monialibus, & aliæ rationes vigere possunt, cur non expediat, illas admittere, hinc factum est, ut Sac. Congregatio Concilii aliquando, & præsertim in causa Lucana dixerit, non esse dispensandum, ut puella, quæ duodecimum annum, nondum excesserat, ad habitum admitteretur, & hinc etiam inolevit praxis, ut licentiæ admittendi ad habitum ejusmodi puellas natu minores petantur à Sac. Congregatione super Episcopis, & Regularibus,

laribus, quæ nonnisi raro, ac matura deliberatione illas concedere consuevit.

38 Deinde fallit eadem Regula in Religione Societatis Jesu, in qua novitii probantur biennio. Hoc enim institutum nequaquam sustulit, immò expresè præservavit Tridentina Synodus *in d. cap.* 16. *sess.* 25. *de Regul.* Nam postquam missit novitios, expleto anno probationis, ad professionem admitti, aut e monasterio expelli, immediatè subjunxit: *Per hæc tamen S. Synodus non intendit aliquid innovare, aut prohibere, quin Religio Clericorum Societatis Jesu, juxta pium eorum institutum à Sancta Sede Apostolica approbatum, Domino, & ejus Ecclesiæ inservire possit.*

39 Quo verò ad professionem tacitam, constanter tenendum est, eam non fuisse sublatam per S. Concilium Tridentinum, ut alibi probavi, & comprobat S. Rota, speciatim coram Gregorio XV. *decis.* 385. *num.* 6. & in Metensi professionis coram Ubaldo 1615. & Ulysipponensi professionis coram Merlino 1622. *numero* 7. & in alia Metensi professionis coram Carillo 1636. *numero* 3. *ac* 7. illamque habere locum in omnibus Religionibus, etiam in Hierosolymitana. Nam proposito dubio, an sit locus tacitæ professioni inter milites Religionis Hierosolymitanæ degentes extra Conventum hospitalis Melitensis, S. Congregatio respondit, indistinctè esse locum tacitè professioni juxta juris communis dispositionem, & comprehendi *cap.* 19. *sess.* 25. *de Regul.* Ex susceptione autem habitus regularis post novitiatum completum inducitur tacita professio, etiam absque exercitio actuum professorum per textum *in cap.* 1. ibi, *Vel habitum religionis susceperint, qui dari professentibus consuevit, de Regular. in* 6. *& in cap. Constitutionem*, ibi: *Tacitè verò facta per susceptionem habitus, qui professentibus tantum datur eod. tit. ac lib.* Qui habitus illicò monachum facit, & solemnizat votum, ut notant *in cap. statuimus de Regul.* Glos. 1. Abbas *antiqu. v. novitios*, Ost. *num.* 1. *ac* 2. But. *num.* 6. Archid. *in cap. beneficium num.* 1. *eod. tit. in* 6, ac censuit sæpiùs Sac. Congregatio Concilii, cujus declarationes alibi adduxi, prout etiam decisum refert Ricc. *decis.* 206. *numer.* 1. Item inducitur per exercitium actuum, qui solis professis conveniunt, ex quibus resultat tacita professio per textum in *c. Vidua* ibique Canonistæ communiter *de Regular.*

40 Non obstat, quod professio tacita induci non possit, nisi prius annus probationis fuerit completus, ut est textus in *d. cap.* 1. ibi: *Nisi eo completo professionem faciat in sequenti, vel habitum susceperit, qui dari professentibus consuevit, de Regul. in* 6. & sæpiùs censuit S. Congregatio Concilii. Quare professio ex hoc capite videtur nulla, quia annus probationis ad validè profitendum exigitur, etiam in Religione Hierosolymitana ex ejus *stat.* 28. *de recept. fratr.* & declaravit Sac. Congregatio Concilii, ac referunt decisum Pari. *de resign. lib.* 1. *num.* 120. Gratian. *discept.* 163. *n.* 27. Nec sufficit, ut novitiatus fuerit expletus per annum continuum, sed continuari debet usque ad professionem juxta opinionem Suarez, de Vecchis, & aliorum, quos supra retulimus.

41 Nam hisce objectionibus respondetur in oppositum esse doctrinam Glossæ primæ *in cap. Eum qui, de regul. jur. in* 6. ex illa regula, quæ dicit, eum qui certus est certiorari amplius non oportet, sumit argumentum ad quæstionem, an is, qui ingressus Religionem in fine anni exivit, si iterum eandem Religionem ingrediatur debeat habere alium annum, & resolvit negativè per illam regulam, nisi conditio personæ, vel Religionis mutata esset. Et subdit, hoc tenere Brixiensem *quæst.* 68. & in fortioribus terminis tradit Specul. *tit. de stat. Monach. §. qualiter quæst.* 35. *num.* 43. ubi hoc ipsum firmat Jo. Andr. *in Addit. v. exivit*, & sequitur Lap. *alleg.* 47. *n.* 2. *ac* 3. S. Anton. *in* 2. *part. tit.* 16. *c.* 3. *§.* 2. Sylvest. *v. Religio* 5. *quæst.* 4. dicens, hanc sententiam esse indubitatam, quam etiam probavit S. Congregatio Concilii, non solum in novitio, qui à Religione exivit de licentia Superioris, ut in subjecta declaratione.

Dubitatur, *an his, qui, habitu regulari suscepto, annum integrum mansit in Religionem, eoque lapso, gravi morbo correptus, & propterea professione negata, nam emissa, permissu Superiorum, ad sæculum rediit, possit inde ad triennium morbo liberatus, & ad monasterium reversus, protinus emittere professionem, vel potius per alium annum stare in probatione teneatur die* 17. *Februarii* 1597. *S. Congregatio censuit, posse statim emittere professionem, non expletato alio probationis anno, nisi Religionis, aut personæ conditio sit immutata, idque Superiores Religionis animadvertere diligenter debere.* 42

Sed etiam in eo, qui exivit sine licentia. Nam, pro- 43
posito dubio, *an novitia, quæ finito anno probationis exivit è monasterio absque licentia Ordinarii; iterum reversa, possit sine nova probatione ad professionem emittendam admitti. Die* 12. *Februarii* 1598. *S. Congregatio censuit, posse, nisi conditio Religionis, aut personæ sit immutata, idque à Superioribus monasterii diligenter esse dispiciendum.*

Certum itaque est, tacitam induci professionem per 44
delationem habitus regularis per annum, sive intra Conventum *cap. un. de Regul. in Clem. fin. eodem titul.* Sanchez *in præcept. decal. lib* 5. *cap.* 3. *num.* 13. cum aliis à Rota adductis in d. Metensi professionis coram Catillo, sive extra Conventum, de licentia tamen superioris, Abb. *in cap. rescripto de jurejur. & in cap. ad nostram n.* 3. *de Regul.* cum aliis per Sanchez *loc. cit. num.* 25. Sicque tacitè professum poriri omnibus privilegiis, ac prærogativis, quibus potiuntur expresè professi. Cùm S. Concilium non sustulerit has tacitas professiones, Navar. *conf.* 28. *n.* 3. *de Regul.* & Rota *dec.* 579. *n.* 2. *par.* 1. *recent*, ac alibi. Et in Equite Hierosolymitano dari tacitam professionem, resolvit Riccius *d. dec.* 206. *tom.* 3.

Neque verisimile est, quod Superiores Regulares vo- 45
luerint in licentia justis de causis concessa, imponere onus grave novitio renovandi annum novitiatus quod speciem pœnæ habet, ut ait Bordon. *de Regul. profes. cap.* 4. *quæst.* 13. præcipuè, si aliqua conditio soleat apponi, tam in licentiis, quæ conceduntur novitiis, qui nondum annum novitiatus peregerunt, quàm in illis quæ dantur iis, qui illum compleverint. Quare, sicuti quoad primos censetur apposita, ne annum novitiatus in Conventu inchoatum, extra illum, etiam de licentia Superioris degendo, peragere, & complere prætendant ut de jure peragi posset, docent Navar. *conf.* 10. *de Cler. non resid.* Gratian. *discept. forens. cap.* 66. *num.* 14. Suarez *de Relig. cap.* 14. *num.* 13. pluresque alii, quos adducit Tamburin. *de jur. Abbatiss. disp.* 4. *quæst.* 8. *num.* 1. ita quod ad secundos videtur apposita; ut tacitè forsan professioni occurratur.

Quod maximè suadetur, si apposita fuerit pœna 46
amissionis antianitatis, quæ licèt in Equitibus Hierosolymitanis, currat à die, quæ dicitur Passagii, ut per Gregor. XV. *decis.* 341. *& dec.* 499. *n.* 2. Ea tamen Equites gaudere nequeunt, nisi à die emissæ professionis, ut fuit decisum in Melevitana antianitatis 24. Martii 1634. coram Episcopo Urgellensi.

Et maximè si hujusmodi novitius fuerit receptus ad 47
professionem, auctoritate Summi Pontificis, in quo casu consensus Superioris regularis non est necessarius, quia Pontifex supplet inferioris consensum, Abb. *conf.* 41. *num.* 3. *lib.* 1. Capyc. *decis.* 16. *n.* 2. & Seraphin. *decis.* 2077. *num.* 1. & 3. In omnibus enim statutis, & constitutionibus semper censetur excepta superioris auctoritas. *cap. veniens de jurejur.* cum aliis à Seraphino deductis *d. dec. n.* 8. Præcipuè verò, quando tractatur de Regularibus, quorum Pontifex est Generalis, Provincialis, Guardianus, & Prior, ut ex Soto voluit Rodrig. *q. regul. tom.* 1. *q.* 22. *art.* 6. Cujus auctoritas non potest in hac materia limitari, cum absque ullis solemnitatibus, ac independenter ab omni Superiore regulari recipere possit ad professionem, Bordon. *loc. cit. cap.* 3 *quæst.* 2.

CONSULTATIO LXXXVIII.

De Monomachia, sive duello, ejus fœditas & probra. Autores.

tores. Cui virtuti adverſetur? Quid de duello autoritate publica inito? Ejus exempla varia. Iniquitas duelli privati. Quale inter Longobardos? Quid ſit? Ejus ſuperſtitio. An illicitum ſemper, & ubique, & quibus conditionibus? Ejus uſus quibus pœnis jure canonico punitus? Quæque perſonæ puniantur? Quis in eis diſpenſet, & ab eis abſolvat? Alia ubertim, etiam remiſſivè.

1 HÆc rabies tam multos corripuit ſuperiori præſertim, ac iſto ſæculo, ut lugendum ſit tam multis in Chriſtiana pace, dum fortes audire affectant, ita ferinum ad Tartara deſcenſum patuiſſe, licuiſſeque in eos intorquere illud apud Philonem *lib. quod omnis probus liber* jam olim in ſui homicidam intortum: *Ah miſer. Virtus te tua perdet.*

2 Eſſe autem in deſcenſu ad hoc certamen, Fortitudinem, nec vulgarem, communis perſuaſio eſt, non quidem Doctorum, ſed vulgi nobilium, præſertim qui accepta injuria ab aliquo, qui quidem ejuſdem conditionis ſit, nec ad fœcem hominum pertineat; nam de talibus fuſte ſe ulciſcendos putant, indecorum, & gradu nobilitatis indignum autumant, vel injuriam condonare, nulla per alterum præmiſſa veniæ petitione, aut ſatisfactione, vel injuriæ irrogatæ vindictam per poteſtatem publicam quærere, ſed ipſi ſibi judices facti, adverſarium ad pugnam provocant, conteſtantes, ut ſi honeſtum ſe eſſe, & haberi velit loco certo, tempore condicto, ſiſtat ſeſe, rationem facti redditurus, vel deprecaturus injuriam, vel ſanguine ſuo expiaturus.

3 Sed & jam olim conſtat receptum hunc duellandi uſum, auctoribus, ut putatur Mantinæis, Græciæ populis, vel potius, ut rectè ſentit Alciatus *lib. de ſingul. certam cap.* 2. auctore Stigio Tyranno in hominum exitio intenriſſimo.

4 Et quidem nulla fuit quondam frequentior purgatio quàm monomachia. Quotieſcumque enim criminis notitia, ſeu probatio obſcura, vel actor reum provocabat, vel reus ipſe offerebat ſe, aut ſuo loco alium. Inventionem aliqui volunt antiquiſſimam eſſe. Conſtat enim Palæſtinis in uſu fuiſſe ex Goliæ provocatione, quem David ſuperavit. Fuit maximè in uſu poſt Barbarorum in Italiam irruptionem apud Longobardos, & apud Germanos, & Francos, ac etiam Hiſpanos, non ex homicidii tantùm cauſa juxta *cap. un. §. ſi quis hominem, & §. ſi quis alium de pac. Conſtant.* ſed & ob aliud quoddam grave crimen, vel magni momenti cauſam, ut poſt Bald. *in d. cap. un.* communiter Doctores cenſuere, Alciat. & Oroz. *ad l. ex hoc jure ff. de juſt. & jur.* Jul. Ferret. *conſ. 6. de duel. ſub initio, & conſ. 9. n. 6. & conſ. 11. n. 3. & 4.* ac Menchaca *lib. 1. illuſtr. qu. cap. 49.*

5 Sunt qui velint, quod in jusjurandi locum propter crebra perjuria, hoc fuerit introductum coram Joanne XIII. per Othonem IV. in Romandiola, ſed prius apud Francos jam Carolus hoc ſtatuerat quoad cauſas criminales, poſtea ad civiles quoque extenſum, ut & apud Moſchos, & Danos olim in uſu.

6 Ritus duelli poſſunt colligi tum ex Annalibus Bojorum *lib. 4.* tum ex Ticinenſis hiſtoriæ Bernardi Sacci *lib. 9.* & tum ex noſtra peculiari conſultatione *in tom. 10.* ſed in moribus, & armorum genere præſertim non idem obſervatum apud ſingulas nationes. Plerumque receptum, ut armis militaribus regionis ejus uterentur. Carolus Magnus voluit, ut fuſtibus, poſtea receptum, ut rei ſit optio, & jus armorum præſcribendorum. In celebri illo duello Cambronenſi inter Jadæum, qui Imaginem Dei paræ vulnerarat, & paralyticum lex Carolina ſervata.

7 Anno enim 1326. Guilielmo tertio Comite Hannoniæ Verba quidam ſe finxerat ſincero animo Chriſtianis ſacris baptiſmo initiari. Suſcepit ex fonte Comes, & Guilielmum filiolum nominavit, & apparitorem Curiæ Monteuſis eſſe juſſit. Non diù poſt homo impius ingreſſus ædem monaſterii Cambronenſis, actus furiis, blaſphemias in Dei paræ Imaginem multas effudit, & (horrendam) venabulo quatuor plagas inflixit, unde ſanguinis ſtatim rivi manarunt. Videre Faber Aſciarius quidam, & monachus laicus Matthæus Lobbius. Faber aſcia caput findere Judæo parabat, ſed à monacho prohibitus, rem detulere ad Abbatem Joannem de Montibus, is ad Comitem. Judæus pertinaciter tormenta eluſit. Sic dimiſſus, quadriennio poſtea ab Angelo apparente quidam ſenex nomine Joannes Flander, Eſſunnenſis, & ſeptennio jam ex paralyſi clinitus jubetur Iudæum accuſare, & duello provocare. Bis monitus Parochi juſſu ſenex rem adhuc differebat. Tertium illi ipſa Virgo quinque illis plagis conſauciata ſe videndam præbuit, & imperat monomachiam. Plenus ſpe, ac fide ſenex ad id Cambronem, cernit in Imagine vulnera, quæ in viſo, accedit Comitem, accuſat recutitum, dies pugnæ dicitur, arma rudes fuſtes, & ſcuta lignea, ſuperſunt hodie. Iudæus vegeto corpore, ferox viribus tibiales faſcias tintinnabulis cinxerat, & ſic ſenem ridebat. Sed juvit athletam ſuum Deus tam impar commiſſus, æger ſanum, debilis fortem, ſenex juvenem proſtravit, & horrende blaſphemantem, convictum, ſed non pœnitentem, Comes juſſit caudæ equinæ alligatum trahi ad paribulum, & capite deorſum duobus ad latera moloſſis, eum rabide laniantibus appenſum ſubdito igne fumo interire. Narrat fusè Robert. Huportius duobus ea de re libris carmine conſcriptis. Hiſpani ſemper militaria arma retinuere, ut ex cunctis eorum Annalibus patet.

8 Nobilem verò ad pugnam non poteſt ignobilis provocare, ut voluit Baldus *in d. cap. 1. §. ſi ruſticus; ac ibi quoque*, Alva & Car. *in verſ. ſimiles adverſus tit. de pac. ten.* ubi reddunt rationem, quoniam pugna debet fieri inter æqualos, ut notat Gloſ. *in verſ. præcedenti eod. tit.* & hoc quoque voluit Io. Ray. *in tract. de nobilit. quæſt. 8. in principio*, & Cep. *in tr. de impor. vitil. delig. in 19. privil. nobil.* & Calcan. *conſ. 8. col. 18.* Ac neque ignobilis alterum ignobilem ſuperioris gradus, ut tradit Matth. de Afflict. *in d. §. ſi ruſticus in fine*, argumento *l. in arenam C. de inoffic. teſtam.*

9 Ex quo poſſet videri ex illorum ſententia nobilem alium nobilem poſſe ad duellum provocare, tamquam rem licitam, & minimè fallacem. Nam, ut dicit ipſe Bald. *loc. cit. col. 2. v. per duellum*, putant nobiles Deum eſſe auxiliatorem juſtorum, hincque ſuam innocentiam duello purgare volunt. Tamen, ut ille ſubdit, Lombarda dicit, multos ſub iſto clypeo petire. Cujus quidem legis Lombardæ locus eſt, quem ille non deſignat in *l. recolimus, tit. qualit.* quis ſe defendat, & eam quoque citat Gloſ. *in l. qua actione §. ſi quis in colluctatione ff. ad leg. Aquil. & in d. cap. 1. §. ſi quis hominem*, & ibi etiam Bald. *tit. de pac. tenen. & in l. ex hoc jure col. 3. verſ. octavo quæritur ff. de juſt. & jur. & in rubr. de dedit. liber. tol. & conſ. 515. lib. 5.* & ante eum Cyn. *in auth. generaliter C. de Epiſcop. & Cler.* de quo eſt optimus text. in *cap. 2. de purgat. canon.*

10 Huic rei nequaquam diſſimile eſt, quod tradit Baldus in *d. cap. 1. verſ. ego*, quod qui nobilior eſt in liga, ut loquitur, is intelligitur ſuperior ad convocandum alios, argumento ejus, quod dicit Innoc. *in capit. 1. de major. & obed.* quod ubi abeſt is, qui præeſt collegio, dignior gerit vices ipſius, ut poſſit cæteros congregare, & ſequuntur Io. Andr. Panormit. & alii ibi, ac Bartol. *in l. 1. ff. de alb. ſcrib.* ibique Alex. *in addit.* qui & illud dictum Baldi de nobiliore ſequitur, & ipſe Bald. *in rubr. C. proſocio col. 1.* & Cepol. *loc. cit. de imper. milit. delig.* in materia nobilit. *in 46. privil. nobilit.* Hæque non minimum confirmat, quod tradit Diodorus Siculus *lib. 3.* apud Indos publicis conſiliis præeſſe ſolitos, qui nobilitate eſſent maxim è inſignes.

11 Quin etiam tanta hujus certaminis æquitas pleriſque viſa, ut putaretur Deus ipſe præles eſſe certantium eique victoriam adjudicare, à cujus partibus juſtitia ſtaret. Propereaque in gravibus quibuſvis cauſis, quoties negotii notitia, vel probatio obſcura eſſet, præcipuè ſi de criminibus ageretur, non aliundè quæſita

ſita purgatio, quam ex Monomachia. Variis omninò exemplis id exprimit Belrius *lib. 4. magic. cap. 6. qu. 6.* Et qui ex inſtituto de hoc argumento ſcripſere. Innumeros allegat Auguſtus Vuiſcherus *tract. de duello proviſo memb. 1. in prolegom.* & non paucos Tiraquellus *de nobilit. cap. 20. num. 62.* Quod duellum ad eruendam veritatem, videtur antiquatum, annitentibus Summis Pontificibus, & apertam in eo opere tentationem Numinis cerni demonſtrantibus, ut liquet ex canone *Monomachiam 2. quæſt. 5. & ex cap. 1. & 2. de purg. vulg.* Latè quoque hic proſequitur S. Agobardus, cùm in opuſculo de hoc argumento, tum in Epiſtola data ad Ludovicum Imperatorem, qua omni ratione impellit Imperatorem, ut legem Gundebadi Burgundiorum Regis Ariani duella ad ſui purgationem, & veri purgationem admittentis, antiquatam velit. Multa etiam de illicito hoc duelli fine leguntur apud Delrium *ſupra*, & apud Scholiaſtem Epiſtolæ 169. Ivonis Carnotenſis. Illud ſatis exagitavimus tom. 10. ſpeciali conſultatione. His acceſſit interdum cupiditas, vires, aut induſtriam oſtentandi, quo in genere illuſtre eſt vanitatis, & inhumanitatis genium exemplum, quod profert Geneſius Sepulueda *lib. 2. de militaris diſciplinæ honeſtate.*

12 Adverſus hanc non perſuaſionem iſtam, ſed inſanam rabiem, illa in primis ratione pugnandum eſt, quam Ariſtoteles ſuggerit, ductam ex natura fortitudinis. Nam enim ille fortis eſt, qui audacter, & alacriter agit, & ſeſe animosè in pericula conjicit. Nam ſic ferè quoque, ac furioſi homines laudem fortitudinis plerumque reportarent, ſed ille fortis eſt, qui ſuppoſita periculi adeundi juſta cauſa, ex prudentiæ præſcripto periculum non declinat, malens vita, ſi res ferat, quàm honeſtatis amore cedere. In duello autem, privata auctoritate ſuſcepto ad injuriæ vindictam, vel ad famam generoſitatis, & fortitudinis captandam, eſt ſumma iniquitas, ſive duellum ſpectes ex parte provocantis, ſive ex parte provocati. Atque adeò nulla in eo laus fortitudinis eſſe poteſt, ſed barbaræ dumtaxat atrocitatis, & immanitatis, ut meritò Concilium Valentinum ſub Lothario Imperatore celebratum *cap. 12.* ſtatuat hoc eſſe ſpectaculum crudeliſſimum, quo effunditur cruor belli in pace, & homo *à latrone cruento, & homicida nequiſſimo, tam iniqua, & Chriſtianæ paci tam inimica pugna*, fœdiſſimè occidatur. Quod juxta antiquum Eccleſiaſticæ obſervationis morem ibi relatum ſeverè admodum damnat.

13 Poſſe tamen aliquando auctoritate publica duellum cum laude fortitudinis iniri, indubitatum eſt. Sic enim, ut eſt apud Æneam Sylvium *cap. 5. Bohemia*, & apud Dubravium *lib. 5. hiſt. Bohemia.* Sanctiſſimus Rex Vuenceſlaus, correptis contra vicinum Principem juſtis armis quod hic fines ſuos cum Vuenceslai injuria transgreſſus, regredi renueret, miſeratus tot inſontes utrimque cæſuros, caput ipſum adverſarii exercitus ad duellum provocavit, ſanguine alieno parcens, expoſitione ſui in diſcrimen, quæ tamen per miraculum ereptus eſt, Deo pii Principis juſtitiam cordi ſibi eſſe demonſtrante, ac per Angelos terrente adverſarium. Cùm enim jam dimicaturæ eſſent acies: Si aliter, exclamat Vuenceslaus, niſi prælio res componi nequit, cur non potius ſine inſontium ſanguine ipſi inter nos ſingulari certamine decernimus? Nulla fit mora, loricam ſuper cilicinam, veſtem indutus, parvoque cenſiculo ſuccinctus Vuenceslaus in arenam prodit, ac Ratislaus, cataphractus, haſtaruſque, cùm ingenti machæra ſe infert. Vuenceslaus ſigno Crucis frontem pingens, ſubitò Angelos vidit, atque hanc vocem, velut ab homine promptam, audit. *Ne feri*, & repentè Radislaus humi procumbens, veniam audaciæ poposcit, ſeque poteſtati victoris permiſit. Allevans proſtratum Vuenceslaus monuit, data venia, & dignitate ei reſtitura, ut contumaciam in obſequium debitum verteret, ne poſt gravius ab irato Numine plecteretur. Quo exemplo manifeſtè revinci videntur, qui negant, licere duellum inire ad parcendum multitudini, niſi is, qui in eo eventu duellum offert, vel admittit, agnoſcat ſe in bello pleno fore debiliorem, ita, ut duellum habiturum dumtaxat ſit rationem defenſionis prudenter ſic inſtitutæ, ne ſuccumbatur invaſioni potentioris. Hoc, inquam, refelli videtur ex facto Regis Sanctiſſimi, qui cum non eſſet vicino Principe debilior, poſſetque plena dimicatione, ac integro bello cauſam ſuam agere, ex manſuetudine tamen Chriſtiana, ut humano ſanguini parceretur ita ſe geſſit, & Deus ejus animum, ac pietatem approbavit.

14 Ac ne quis approbatam viri ſancti bonam voluntatem, etiamſi materialiter, ſive objectivè errantem criminetur, addo ex natura rei reductionem illam belli pleni ad paucorum duellum, ut ſanguini humano parceretur, fuiſſe ſanctiſſimam. Nullius enim virtutis honeſtas inde violata, aut periclitata eſt. Non charitatis, ut per ſe patet. Non juſtitiæ erga adverſarium, ut eſt etiam manifeſtum. Non juſtitiæ erga ſuos, ſive erga Rempublicam, cujus caput eſt, qui bellum ad duellum reſtringit. Supponitur enim non minui, idcirco ſpem victoriæ nec minus certam evadere ex ea reductione proſperum belli exitum. Cùm enim varii ſint eventus bellorum & poſſint æquales utrinque acies committi, non apparet, qua ratione duellum in prædicto eventu ſit bello pleno incertius, aut quo ex capite jus Reipublicæ ſuæ violaturus ſit; qui bellum plenum ita reſtringit. Et cum cæteroqui ex bello ingens ſtrages hominum ſit conſequutura, non modo innoxius, ſed & ſumma laude dignus videtur, qui eam reſtrictionem adhibet in prædicto eventu. Quod plane admittit Lyrannus *1. Reg. 17.* ac Suarez *diſp. 13. de charit. ſect. ult. n. 9.* Ita ergo ſe geſſit exemplo propoſito Rex Sanctiſſimus Vuenceslaus.

15 Ita & alii complures in ſimilibus eventibus hactenus non improbaris. Sic enim Carolus Andegavenſis, & Petrus Aragonius, annuente quod aliter majora mala impediri nequirent, Summo Pontifice, ad Burdegalam duellum condixerunt, ut auctor eſt D. Antoninus *3. p. hiſt. tit. 20. c. 4. §. 8.* & Ricclus *lib. 3. hiſt. Neapol.* Eadem ratione Cunibertus Rex Longobardorum Alachim ducem perfidum bella perens, maluit ut humano ſanguini parceretur, ſingulari ipſe certamine hoſtem adoriri, ſeque ei periculo committere, ut eſt apud Baronium anno Chriſti 691. Aliud ſimile duellum duorum fratrum de Hungariæ Regno contendentium memorat Alciatus *lib. de ſingul. certam. cap. 3.* Neminem item latet Horatiorum pro Romanis, & Curiatiorum pro Albanis duellum. Quod quamvis ejus atrocitatem late exaggeret D. Auguſtinus *lib. 3. civit. c. 14.* potuit eſſe non injuſtum, ſi auctoritate publica quaſi bellum inter paucos ad ſtragem inter plures vitandam, ex partium conſenſu initum eſt.

16 Exemplum Attilæ Regis Gothorum, & Frovin Summi præfecti exercitus Danici extat apud Joannem Magnum *lib. 2. hiſt. Goth. cap. 26.* Et rurſus alterum legitur apud eundem *lib. 4. cap. 16.* de Alarico, & Ericco. Sic longe ante hos omnes David cum Goliatho ſingulari certamine honeſtiſſimè decertavit.

17 Inſigne quoque diffidationis exemplum extat inter Carolum V. Imperatorem, & Franciſcum Primum Galliarum Regem.

18 Et idem ex eodem fine præſtari tunc quoque poſſet à paucis militibus utriuſque exercitus, ſi ita ferret neceſſaria compreſſio adverſariorum, qui vires ſuas plus juſto oſtentabunt, ſi oblatum ab eis inter paucos duellum recuſetur. Atque ita à Valerio Corvino, & Marco Torquato, aliiſque jam olim factum eſſe, hiſtoriis proditur, multiſque Auctoribus allegatis, & aliis præterea juſti quandoque duelli cauſis, quas inferius recenſebimus, id confirmant Sanchez *lib. 2. in decal. c. 39. num. 13.* Serarius *in 1. Reg.* ac Suarez *diſp. 13. de charit. ſect. 9.* contra paucos reclamantes.

19 Siquidem privata pugna, quæ inter duos fit, vel inter paucos, ſi auctoritate publica fiat, non eſt intrinſece mala, ſed ſi alioquin habeat juſtas belli conditiones, honeſtari poteſt. Nam potius eo in eventu

tationem

rationem belli habet, saltem partialis, quàm duelli. Prima pars ostenditur primo. Nam occisio auctoritate publica, & ex justa causa, non est intrinsecè mala. Ergo neque medium aggredi ad eam necessarium malum erit. Confirmo. Quia bellum inter multos potest esse justum, ergo & inter paucos. Sola enim differentia multitudinis personarum non variat honestatem, sive justitiam. Secundò damnatus pœna capitis licitè valet ex Principis facultate, si necessitas sit, à quolibet privato necari, & tunc ille non peccabit occidendo, cùm id faciat, ut minister justitiæ. Ergo idem licebit in hoc casu.

20 *Posterior* pars suadetur primùm ex usu nominis, duellum quippè communiter significat pugnam omnino privatam, idest ex nuda auctoritate, causaque privata commissam. Tale verò duellum intrinsecè malum est. At pugna, de qua loquimur, etsi videatur privata, quia inter paucos, re autem vera publica censetur, quia auctoritate publica, & ob causam publicam suscipitur. Non ergo habet intrinsecam malitiam duelli, sed veram rationem belli. Ut autem licitè fiat, justi belli conditiones sortiri debet, de quibus alibi.

21 Quod autem in duello privato ex parte ad duellum provocantis, maxima iniquitas admittatur, est per se manifestum. Primùm ex multiplici injustitia, quæ in hujusmodi barbarie admittitur. Nam fit in primis injuria Deo, in cujus solius peculiari dominio est vita hominis ita, ut quamvis Magistratus, & Principes dicantur habere potestatem vitæ, & necis; tamen non nisi ex Dei commissione eam potestatem nanciscantur; Deo vices suas illi committente, & annuente, ut rem ipsius Dei peculiari jure propriam, excidant, ut bene sit toti Communitati humanæ, alioqui enim nullo modo liceret Magistratui sævire in hominem. Undè si Magistratus, quantavis auctoritate pollens, ita faceret, ut neci dederet subditos innocentes, & morte quaquam commeritos justissimè planè ageret, quia non accepit à Deo auctoritatem ad plectendos pro voluntate inferiores suos, sed tantùm cum ita fert, corporis, cui loco Dei præest, incolumitas. Multò ergo magis in Deum specialiter injurius est, qui alias nulla auctoritate pollens in aliquem, audet in eum sævire, & rem solius Dei dominio subjectam, jure sibi arrogate contra Domini voluntatem, perdere aggreditur.

22 Fit deinde injuria illi ipsi, qui ita impetitur. Nam, etsi non est ipse dominus vitæ suæ, habet tamen jus custodiæ, in quo dejicitur, saltemque non stat per aggressorem, quominus homo eo jure dejiciatur, quandoquidem ad id se accingit. Fit insuper injuria propriissimè dicta Magistratui, ut ait Carbo *lib. de pacif. inimic. cap.* 49. & perspicuè ex eo patet, quod Magistratus erat noxium plectere. Ad hoc enim gladium portat, ut Apostolus pronunciavit. At provocator, neglecta superiori potestate, quasi ejus auxilium ad coercendam alterius, à quo se læsum, prætendit, iniquitatem dedignatus superiorem dignitate abdicat, quod ad se attinet, & ipse in sua causa Judex factus, cum concertum evertit, qui ex ordinato partium totius Reipublicæ uni capiti subjacentium consensu exitlit. Ut proinde exclamat Cassiodorus *lib.* 3. *Epist.* 24. scribens ad quosdam Monomachiæ addictos: *Cur ad Monomachiam recurritis, qui venalem Judicem non habetis?* Et *lib.*4. *Epist.*10. *Fœdum est inter jura publica privatis odiis licentiam dare, nec ad arbitrium proprium judicandus est inconsultus fervor animarum. Iniquum quippe nimis est, quod delectat iratum. Furentes justa non sentiunt, quia dum commoti animo in vindictam sentiunt, rerum temperantiam non requirunt. Hinc est, quod legum reperta est sacra reverentia, ut nihil manu, nihil proprio ageretur impulsu. Quid enim à bellica confusione pax tranquilla distabit, si per vim litigia terminentur?*

23 Nec stat certè per hujusmodi homines, quominus susdeque vertatur pax publica, & omnia misceantur incredibili confusione, fileantque jura publica. Quod notavit Alciatus *lib.* 1. *de singul. certam. cap.*16. & 5. Agobardus tractatu allegato. Optimèque id ita attingit *d. Epist.*24. *Quid opus est hominis lingua, si causam manu agat armata? Aut unde pax esse creditur, si sub civilitate pugnetur?*

Præter hæc, perspicuè se prodit in eodem certamine 24
nequitia odii proximi, & charitatis ei debitæ violatio, & quidem tanta, ut vix possit cogitari atrocior. Omnibus enim simul bonis evertit hominem, nimirum & bonis corporis cum vita ipsa impetratur, & bonis externis omnibus, quorum dominium habet vitam pro fundamento. Quod si jus famæ in defunctis quoque superstes est, & ipsum tamen evertitur, quantum est ex vi duelli inita. Præterea spoliatur etiam proximus bonis animæ moraliter rem æstimando, ac secundum ea, quæ videntur ferè accidere.

Et quod ad modum quidem pugnandi attinet, humani 25
sanè, ac mites præ nostris duellantibus audire possint Longobardi, gens cum Ethnicismo adhuc sorderet, barbara, & immanis, cujus feritati duellorum usum renovatum adscribunt pletique, & ex eo capite maximè gentem infamant. Vide Baronium anno Christi 658. At enim, ut notat Alciatus *lib. 6. de singul. certam. cap.*4. præterquamquod in usurpatione duelli abstinentiores erant, quàm nunc simus, longè minori periculo duellabant. Nam apud eos privati pro furore uniuscujusque qui se læsum putaret, non descendebant in arenam, sed dumtaxat interveniente Judicis assensu, cum aliquid ad integram probationem instituræ accusationis definiebat, ac ita necesse erat ad faciendam plenam fidem in re gravissima, & tunc etiam necesse erat, ut qui rem duello decidi petebat, jurejurando firmaret, se neque dolo, neque calumniæ causa eo confugere, sed necessitate adactum eruendæ veritatis. In ipsa verò pugna scutis solum, & fustibus res gerebatur, ita, ut non multum à pancratio, vel colluctatione abesset apud illos duellum, raroque contingeret, aliquem occumbere.

At nunc initur duellum, non modò inconsulto Ma- 26
gistratu, verum etiam renitente, ac severissima supplicia comminante, nec pro causis tantum gravissimis, sed pro nugis, pro meris plerumque suspicionibus, sæpè ex mera libidine animi impotentis in suum, & alienum exitium efferati. Denique non scutis, ac fustibus res agitur, sed ferro armantur, non ad repellendum, sed ad ferjendum dumtaxat, planèque ad certam mortem ita, ut habeat locum, quod de gladiatorum laniena scriptum est à Seneca Epist. 7. *Quidquid ante pugnatum est misericordia fuit, nunc omissis nugis, mera homicidia sunt, nihil habent quo tegantur. Ad istum totis corporibus expositi, nunquam frustra manum mittunt &c. Non galea, non scuto repellitur ferrum. Quo munimenta? Quo artes? Omnia ista moræ mortis sunt &c. plagis aguntur in vulnera, & mutuos illus nudis, & obviis corporibus excipiunt.* Nec ii dumtaxat, qui latissimè ut læsi esse supponuntur, duellum ineunt, sed quasi amplificando sceleri studeant, lites ex litibus serunt, imò absque lite homines, quibus plerumque optimè conveniebat, nec rarò cognatione, vel affinitate conjunctos, ad duellum pertrahunt adjutores, sive accensos, & optiones, ut & ipsi secundo loco pugnent, ne videlicet primi illi, quorum res agitur, Tartarum incomirati petant, & ut habeant Satan eodem tempore ex duorum furore multiplicatas infeliciter victimas.

Nec quidem errarim, si dixerim, duellantes gla- 27
diatoribus per Satanam suffectos huic deterrimæ carnificinæ; quod charitatis, & humanitatis excidium ipsi Ethnici, sed maximè Christiani antiqui Doctores frequenter, & gravissimè executi sunt. S. Cyprianus *Epist.* 2. Lactantius *lib. 6. cap.* 20. Tertullianus *lib. de spectac.* sparsim. Extat etiam edictum Constantini Magni adversus eam immunitatem *in l. un. C. de gladiat.* in hæc verba: *Cruenta spectacula in otio Civili, &*

Cruenta spectacula in otio Civili, & domestica quiete non placent. Quapropter omnino esse gladiatores prohibemus. Quod plenissimum humanitatis edictum, Christiano Principe dignum, primus tulit Constantinus, ut Lipsius *l.* 1. *Saturnal. c.* 12. contra Zosimum, malè id Nervæ tribuentem, confirmat; quasi una cum idololatria, cui Principum primus secum admovit Constantinus, barbarum illum usum concidere oportuerit.

21 In provocato autem, cum provocationi annuit eadem nequitiæ capita notari possunt, nimirum injustitiæ in Deum, cujus bonis vastandis se accingit, invito Domino; injustitiæ in provocantem, quem vita privare aggreditur, si facultas suppetat, excidis charitatis in eundem, quin etiam in se, ac suos. Et quamvis levior multis partibus videatur culpa provocati, quod non suo impetu in hoc barathrum ruat, sed quasi tractus ab alio, tamen nequaquam crimine eximitur quia alieno scelere sollicitatur, & urgetur ad tot mala, cùm posset, ac deberet iniquissimæ pertractioni obsistere.

22 Difficultas tamen non levis est circa injuriam, quam provocanti inferri diximus. Cùm enim provocans eo ipso cum altero ad duellum prolicit, videatur potestatem ei facere vitæ, si possit, sibi eripiendæ nullam videtur provocatus injuriam admittere erga provocantem, etiamsi cum vita spoliet, quod circa provocatum non habet locum. Quia hic ad certamen pertrahitur, nec fecit adversario sui necandi potestatem.

23 Sed de hac difficultate statuendum est consentaneè ad generalia principia de injuria ita, ut si potest, vera, & formalis injuria inferre volenti, ut non pauci affirmant ob juris proprii inabdicabilitatem circa quasdam materias, præsertim circa vitæ custodiam, verè injustus erga provocantem sit; qui provocatus pugnat, & interimit. Sin verò, quod alii malunt, videturque probabilius, non est formalis injuria, quæ de consensu patientis irrogatur, quodcumque tandem sit bonum, quod violatur per injuriam, admittendum erit, minus esse ex eo capite provocari crimen.

24 Alio prætextu innocentiam provocati, ac in certamen descendentis tutantur alii apud Flaminium Nobilium *lib. de honore. cap.* 12. Supponunt enim virtutes omnes esse necessario, connexas. Itaque cùm is, qui per injuriam ab alio provocatur, prodat se in ea provocationis admissione virum fortem, concludunt non posse etiam non esse justum. Ex quo sequitur, admissionem provocationis prædictam vitio vacare omni ex parte.

25 At id non est philosophari, sed delirare. In primis, quia gratis assumitur essentialis connexio virtutum omnium. Deinde quia tribuitur fortitudo actioni sceleratissimæ, cùm tamen fortitudo non posset, nisi honestis actionibus distineri. Etenim virtus, ac proinde & bonum facit habentem, & opus ejus bonum reddit, ut liceat sanè cum Basilio Seleucensi, *orat.* 24. initio indignari *contra injuriosos, qui arbitram injuriarum dimicationem vocant, aut gloriæ cupiditate, & trapheorum desiderio contra se manus armant, ac trucidationem fortitudinis specimen appellant.* Denique in hoc terrrimo placito supponitur repositionem injuriæ factam privata auctoritate, honestam esse ac justam. Quod Christianis hominibus excidisse intolerandum videtur, cum ipsimet Ethnici contrarium agnoverint. Quare dimittenda illa responsio tanquam manifestè & falsa, & impia, nec à Christianis tantum, sed etiam à Philosophicis institutis planè abhorrens. Longè sapientius in Ethnicismo Dio. Chrysostomus *orat.* 40. philosophatus est, cum dixit: *Nunquam cedere, & locum dare proximo, non virile est, sicut putant quidam, neque magni animi, sed stultum, & agreste.*

26 Erit tamen qui censeat, provocatum culpa prorsus vacare, quod certa sit Doctorum ferè omnium sententia, fas esse cuique non modò vitam suam ab injusto invasore tueri, illata ei nece, si ita ferat tutelæ moderatæ necessitas, sed etiam fortunas suas, ac pudicitiam, & honorem, ac famam eodem modo præstare indemnes, cùm eis ab alieno scelere imminet grave periculum, quod alia ratione declinari nequeat. Et hanc ipsam ob causam statuunt etiam Doctores communiter, virum militarem ab injusto invasore appetitum, non teneri cum proprii honoris jactura, & ignominia salutem locare in pedibus, sed posse perstare ac si ita ferat defensionis necessitas, obtruncare invasorem, quod non teneatur vitæ ejus parcere cum tanto honoris damno, quantum sibi fugiendo crearet. At provocatus ad duellum, si certamen defugiat causatus divinam offensam, aliudve aliquid apud pios cum laude excipiendum, infamiam nihilominus contrahet apud homines, contebiturque præ timiditate detractasse certamen. Unde consequeretur ei præterea grave, & homini nobili ipsa prope morte durius incommodum ex necessaria secessione à conversatione cæterorum nobilium, quos absque rubore frequentare non licebit. Consequenter insuper non modicum damnum ex repulsa ab honoribus, & exclusione à commodis, quorum alioqui juxta gradum suum, ac statum futurus erat particeps.

Nec refert, quod id ex perverso hominum judicio, 27
ac depravato sensu eorum, quorum esset ea munera, & commoda elargiri, sit profecturum. Undecunque enim obventurum sit homini in fortunis, & honore injustum damnum magni momenti, videtur, fas illi esse voluntarium injustitiæ illius fontem obstruere, quod hæc non sit aggressio alterius, sed rerum suarum justa tuitio, quæ unicuique sine scelere conceditur. Videtur igitur homini sic provocato fas esse, duellum acceptare in honoris sui defensionem. Et ita sentit Alciatus *d. lib. de singul. certam cap.* 3. ea tantum limitatione adhibita, ut homo armis strenuus, qui ut ferro decerter, provocatur, prodeat fide publica in sequestrem agrum. Nam, ut intra Principis sui terminum certet, non putat Alciatus jure licere, quod alia ratione decus suum tueri possit provocatus, & inconsulto, vel renitente Principe in ejus agro ferro decerni, lex veter. Idem quibusdam aliis visum esse, refert Bannes 2. 2. *quæst.* 64. *art.* 7. *dub.* 3. Quendam etiam Gerardum pro ea sententia refert Carbo *lib. de pacif. inimic. cap.* 22. *concl.* 3.

Certum nihilominus esset debet, provocatum inu- 28
tiliter, ac pessimè excusaturum hoc honoris sui excidium & illud conservatura damna, nisi in certamen descendat. Quæ est communis sententia Doctorum. Ad duodecim è primoribus refert, eisque subscribit Sanchez *lib.* 2. *in decal. cap.* 39. *num.* 9. quibus addendi præterea Ægidius Coninch. *disp.* 32. *de actibus supereatur num.* 8. Scortia *in select. Pontif. theor.* 391. & alii, quos iste allegat.

Ratio tamen, qua post plerosque alios nititur Scor- 29
tia, merè scoria est. Ait enim pluris faciendum esse proborum, ac sapientum judicium, qui honori, ac virtuti tribuunt respuere duellum oblatum, quàm sensum vulgi insipientis vitio, ac dedecori vertentis eam rejectionem. Hoc non videtur solidè dictum. Nam licet perspicuum sit cum vulgi sensum continere errorem crassissimum, & omni jure reprobatum. Licet item certum sit, humanas actiones ad amussim divinarum legum non ad vulgi depravatum judicium, esse dirigendas; attamen divina lex naturalis concedit homini, ut se suaque tueatur, etiam cum periculo vitæ noxii invasoris. In re autem præsenti, qui ad duellum provocat, impetit alienum honorem, nec videtur posse invasioni obsisti, supposita corruptela, cujus qui invaditur, non est origo, nisi duellum acceperit. Quod si inde provocantis vita in discrimen vocetur, adscribat hoc ipse sibimet ipsi, qui totius mali auctor, & inventor est provocato. Hic autem supposito communi

errore, quo positos ingloria, & statu suo indigna sorte esse cogetur per reliquam vitam, potest imminens honori suo, ac commodis exitium duello incundo avertere. Sicut quamvis admodum piè & consentaneè ad Christianam charitatem posset fugere, cum injustè à grassatore invaditur, tamen sine culpa hærere potest, seque tueri, vel cum cæde grassatoris, ne cum ejus incolumitati ex charitate prospicit honorem suum perdixum eat per hominum falsum judicium, quo in viro nobili, aut arma tractante fuga in tali eventu vitio vertitur, quamvis posset revera ex eo quem dixi, charitatis motu, capessi.

30 Aliunde igitur ducenda est germana ratio resolutionis propositæ, nimirum ex eo, quod omnis cædes patrata aliter quam nutu publicæ auctoritatis, vel ad vitæ suæ tuitionem, vitiosa est ac detestanda. Duellum autem, tametsi oblatum, non initur ex assensu publicæ auctoritatis, ut est per se perspicuum, cum id tantum in bello à Principe indicto valeat, aut in nocentem carnificina per administrum publicæ potestatis. Hic autem publica potestas tantum abest, ut assensum præbeat, ut potius validissimè reclamet, & intentatis suppliciis gravissimis duelli usum interdicat. Neque etiam verum est, duellum oblatum necessariò acceptari ad tuitionem vitæ, aut fortunarum, vel honoris provocati. Nam præter alibi dicta, ipsa quidem vita per provocationem non imperitur actu, & proximè, multò minus fortunæ, ut per se patet.

31 De solo itaque honore potest esse dubium, an ea provocatione invadatur ita, ut admittenda sit acceptatio tanquam munimentum ad depellendam injustam honoris invasionem. Verùm si rectè rem expendimus, neque honor provocati invaditur re ipsa per provocationem, ut patet ex eo, quod, posita etiam invasione perstare potest incolumis, si is, qui provocatur, in ipso provocationis puncto generositatem suam prodat, respondendo, se duellum quidem, tanquam divina lege vetitum, respuere, paratum tamen esse ubicunque invadetur, tueri sese, ac vim repellere, animosque prodere, Major. *in 4. d. 15. quæst. 23. ad 6.* cum perperam concessisset, fas esse duellum admittere ei, quem Judex habebit pro convicto, si recuset, aut qui est res suas amissurus, negans tamen, id licere pro famæ conservatione, subministrat hanc honoris tuendi rationem: *Volo justificari per justitiam Regis & Regni, & scio me innocentem in casu, quem falsò mihi impingis. Et si quid mihi habes dicere, alias nullo præsente, vel æquali numero Clientum, intelliges quid responsurus sim, vel consule sapientes, an licitè in hoc casu pugnare possim, quia si sic, non recusabo campum.* Quod magis idoneum erit, si provocatus provocationis injuriam proportionato convitio expellat. Planè enim id potest, non ad injuriæ jam irrogatæ vindictam, quæ privato non conceditur, sed ad injuriæ tunc primum illatæ, ac veluti cadentis repulsam, ac exclusionem. Quod si provocans repensum convitium inhonoratione ulteriore, aut ferro ulcisci aggrediatur, fas præterea erit provocato exertis confestim armis malè excipere provocantem, quo facto, honori suo consulet quantum satis est absque noxa duelli. Nulla igitur ratione duelli acceptatio est medium necessarium ad honorem provocati retinendum indemnem ab injuria provocantis ut falsò assumebatur, cùm honor provocati sufficienter immunis retineatur, si is excludat à se provocationis injuriam absque duelli acceptatione.

32 Consultissimè porrò faceret quisquis eo apud insanum vulgus honoris naufragio concuti se animadvertit, si ejus distorto sensu neglecto altiores animos ex Christianæ legis præscripto indueret id, quod etiam philosophi sola philosophica perfectione imbuti perspectum habuerunt. Extat præ cæteris Maximi Tyrii dissertatio de non referenda injuria. Gravius etiam, & fortius Christiani Doctores in primis Chrysostomus *hom. 30. ad populum*, hortans ut sedetur ira, nec prorumpat ad hanc immanitatem, aut similem metu dedecoris inurendi, si abstineat ex promptione furoris in eum, à quo se læsum arbitratur. Basilius insigniter *hom. 10.* quæ est adversus iracundes, retundens certaminum, & pugnarum causas ex convitio, vel exprobratione aliqua. Et egregiè Tertullianus *lib. de patientia cap. 10.* Sed totius hujus argumenti summam tibi, mi lector, repræsentare visum est non inopportunum, & ut cum Ausonio dicam, in Eucharistico pro consulatu ad Gratianum. Placuit signanter, & breviter omnia, quæ novimus indicare, nec persequi, ut qui terrarum Orbem unius tabulæ ambitu circumscribunt, aliquanto detrimento magnitudinis, nullo dispendio veritatis.

Duellum igitur est duorum bellum ex utraque parte 33
ex condicto, & statuto loco, ac tempore deliberatè susceptum cum periculo necis, aut vulneris ad indagandam alicujus rei veritatem, vel ad aliquam purgationem inducendam. Non enim propriè duellum est quodlibet duorum bellum, sed illud, quod suscipitur ad veritatis indagationem, & ut victoria testetur, victorem esse innocentem, vel qui obtulerit, se aliquid purgaturum, purgatus esse dicatur, si vicerit, de quo nos *tom. 10.* ac ita docent Nicol. de Lyra *in 1. Reg. 17.* Henric. *quodlib. 9. quæst. 13.* Caietan. *2. 2. quæst. 95. art. 8. ad 3.* Sylvest. *v. duellum*, Delrius *l. 3. Magic. cap. 4. quæst. 4. sect. 4.* Sanchez *in decal. l. 2. cap. 39. nu. 1.* ac Filliuc. *tr. 29. c. 8. n. 135.*

Est autem superstitiosum ex D. Thoma *loc. cit.* ibi- 34
que Caietano, qui ait hujusmodi duellum ex suo genere malum esse, ac sortilegium, quia in propria ratione includit repugnantiam ad rectam rationem. Inducit enim in testimonium, quia constat, habentes jus succumbere nonnunquam in duello, ut patet ex *cap. significantibus de purg. vulg.* & contra rationem vita utriusque ex proposito exponitur mortis, ac vulnerum periculo cum Dei tentatione, ac divini est usurpatio judicii, & diabolica inventio adimpletur. Idem tradunt Valentia *2. 2. disc. 3. quæst. 17. pun. 1.* Coninch. *disp. 22. dub. 2. n. 13.* Castropal. *p. 1. tr. 6. disp. 5. pun. 7. n. 6.*

Estque semper illicitum ad indagandam veritatem, 35
vel justitiam alterius partis. Quia, ut dictum est, includit repugnantiam rectæ rationis. Assumitur enim in duello testimonium proprii juris, aut innocentiæ. Id quod nullo modo est aptum ad illum finem. Et ideò damnatur, tanquam superstitiosum, & expressè prohibetur in Concilio Tridentino *sess. 25. cap. 19.* à Gregorio XIII. in motu proprio edito 9. Decembris 1582. incipientem: *Ad tollendam detestabilem*, & à Clemente VIII. pari motu proprio emanato 1592. docentque communiter Doctores, duellum accipere, vel ad illud provocare ad veritatem investigandam, vel ad calumniam impetitam purgandam, esse ex genere suo intrinsecè malum instar mendacii, atque ideò esse semper illicitum, etiamsi quis expectaret, ut Deus per duellum manifestaret veritatem. Quia hoc est tentare Deum, & miraculum frustra expectare, cum periculum adsit, ut innocens pereat, & sæpè justissimam causam habens, in duello succumbat, ut dicitur *in c. de purg. vulg. & in can. Monomachiam 2. quæst. 5.* & præ cæteris firmant Petr. Navar. *lib. 2. de restit. cap. 3. n. 28. & 29.* Caietan. *d. art. 8. dub. ult. caus. 3.* Sanchez *loc. cit. num. 3.* & Fagundez *lib. 5. in decal. cap. 8. num. 47.*

Dantur tamen à Doctoribus aliqui casus, in quibus 36
licitum est duellum accipere, vel offerre. Primus est quando ad vitæ defensionem alia non est via evadendi injustum invasorem, nisi accipiendo, vel illi offerendo duellum. Pone. Inimicus armatus te inermem inveniens, si permittat tibi arma suscipere, ut more militari te occidat, vel si tu roges, ut arma tibi permittat. Tunc tale duellum, sive accipiatur, sive offeratur, non est illicitum, quia non est duellum ad indagandam veritatem, sed est vera defensio, ut per Caiet. *ibid. art. 4. ad 3.* Navar. *cap. 11. num. 39. & cap. 15. numer. 9.* Angel. *v. duellum numer. 9.* Lyran. *ubi supra*, & Less. *lib. 2. cap. 9. dub. 8. num. 49.*

37 Secundus non solum si quis minatur tibi mortem, sed etiam si tibi minatur falsum testimonium, aut gravem jacturam famæ, vel divitiarum, nisi duellum cum illo accipias, & credis absque dubio, tibi illud malum inferendum esse, recusato duello, tibi licitum est, duellum accipere, & ad illud etiam provocare, quia non provocas ad malum, sed ad minus malum, neque eligis periculum mortis absolutè, sed certum periculum mortis, infamiæ, amissionisque bonorum committis in periculum dubium, & incertum. Id docent Castropal. *p. 1. tract. 6. disput. 5. pun. 7. num. 9.* Sanch. *d. c. 39. n. 8.* Valentia *2. 2. disp. 3. quæst. 17. pun. 1.* Diana *p. 5. tr. 13. Miscel. 1. resol. 27.* Coninch. *disp. 32. dub. 2. num. 4. & 17.*

38 Ego tamen adverto, quod hæc sententia, etsi specu- 42
lativè probabilis videri possit, in praxi tamen non est admittenda ob incommoda, quæ ex ea sequi possunt. Facilè enim homines sibi persuadent, se per calumniam accusari, & non esse effugium, nisi morte accusatoris, sicque multæ cædes injustæ patrarentur. Denique talis in Republica benè constituta, ut homicida plecteretur. Insuper hæc sententia videtur proxima sententiæ damnatæ ab Alexandro VII. *num. 2. Vir equestris ad duellum provocatus potest illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat.* Ac illi damnatæ *num. 17. Est licitum Religioso, vel Clerico calumniatorem gravia crimina de se, vel de sua Religione spargere minantem, occidere quando alius modus defendendi non suppetit, uti suppetere non videtur, si calumniator sit paratus, vel ipsi Religioso, vel ejus Religioni publice, & coram gravissimis viris prædicta impingere, nisi occidatur.* Ac illi damnatæ *num. 18. Licet interficere falsum accusatorem, falsos testes, ac etiam Judicem, à quo iniqua certo imminet sententia, si alia via non potest innocens damnum evitare.* De quibus, & nos alibi.

39 Et quod ad amissionem bonorum certè sicut lex 43
Evangelica in aliis rebus perfectior est lege Moysis, ita hic quoque plus illa à nobis exigit. Nam & si tunicam, & pallium deferi jubet Christus, & Paulus damnum aliquod injustum tolerari potius, quàm litigari, quæ incruenta contentio est, quanto magis vult res etiam momenti majoris deseri potius quam interfici à nobis hominem, Dei effigiem, eodem nobiscum sanguine ortum? Quare si res servari potest ita, ut non videatur periculum esse faciendæ cædis, rectè id quidem, sin aliter omittenda res est. Et quamquam hodie plures ex Jureconsultis, ac Theologis docent, rectè hominem à nobis interfici posse rerum defendendarum causa, etiam extra eos fines, in quibus lex Moysis, & Ecclesiastica id permittit, puta si fur, jam re accepta fugiat; tamen quin ea, quam protulimus sententia veterum Christianorum fuerit non dubitamus; nec dubitavit Augustinus, cujus hæc verba sunt *lib. 1. de lib. arb. Quomodo apud divinam providentiam à peccato liberi sunt, qui pro his rebus, quas contemni oportet, humana cæde pollusi sunt.* Nimirum in hac materia, ut in aliis multis cum tempore laxata est disciplina, & paulatim interpretatio legis Evangelicæ cœpit ad sæculi mores accommodari, etsi hoc in pristinum reduci curavit Alexander VII. qui inter cæteras propositiones hanc etiam damnavit.

40 Si autem injustus aggressor tuæ vitæ, vel honoris, vel 44
bonorum vellet ut duellum inires, non secum, sed cum alio tertio innocente, major est difficultas, an possis cum illo tertio pugnare, ut ab injusta vexatione te liberes. Sententiam affirmativam esse probabilem, censet Valentia *loc. cit.* Caietanus *ibidem*, Sanchez *d. cap. 39. nu. 4.* Petrus Navarra *d. lib. 2. de restit. cap. 3. in 2. p. dub. 13. n. 295.* Totelus *in sum. lib. 5. c. 6. num. 31.* Quia tibi concessum est providere vitæ tuæ cum proximi jactura, præcipuè cum talis jactura non sit intenta, sed permissa.

At tenendum est cum D. Antonino. *3. p. tit. 4. cap.* 41
ult. §. ult. Tabiena *v. duellum quæst. 3. num. 4.* Armilla *eod. v. num. 5.* Sylvestro, & aliis apud ipsum eodem pariter *v. quæst. 2.* Henrico *quodlib. 5. quæst. 32.* Abulensi *1, Reg. cap. 17. quæst. ult.* Castropal. *p. 1. tr. 6. disp. 5. pun. 7. num. 10.* non licere in tali casu duellum accipere, quia non licet tibi directè interimere innocentem, ut vitam tuam conserves. Ideoque si ille tertius te non aggreditur, non licet tibi illum imperere; ejusque necem procurare. Neque te excusare potes, quod aggressor medio illo tertio innocente, te impetat. Nam ille tertius te non imperit, sed tu illum impetis, & aggrederis. Atque adeo nequis id præstare, ut damnum evires.

Tertius. Licitum etiam est, aiunt, duellum accipe- 42
re, si illud tibi oblatum sit ab accusatore, & detractore injusto, & promittit, se cessaturum ab iniqua accusatione, & detractione, si duellum admittis, secus si respuis. Quia neque ipsi irrogas injuriam, eum occidendo, cùm ipse se tali periculo exposuerit, neque tu malè facis, periculum tale suscipiens, illiusque occisionem procurans, cùm in defensionem propriam, & ad evitandam injuriam id facias. Et quia si aliquis injustè aggrederetur ad te infamandum in platea de gravi crimine, neque vellet desistere, nisi tu duellum acciperes, vel offerres, posses quidem illud admittere, & offerre, ut honorem tuum defenderes, & à calumnia te liberares. Ergo à fortiori poteris, cùm apud Judicem te infamare intendit; cum hæc infamatio magis publica sit & gravioris damni periculo exposita. Et ita cum aliis differit Castropalaus *loc. cit. num. 13.*

At contrarium omnino tenendum est, & recitata 43
opinio omnino rejicienda, quam etiam rejecimus alibi ex rationibus, quas in simili quæstione adduximus. Nam si accusatio, vel detractio prævidetur, potest pluribus modis occurri, quibus impediatur, ne occupatori aut detractori fides præstetur. Quod si nullo modo posset præcaveri damnum, quia tamen non esset damnum irreparabile, non erit licitum accipere duellum. Ideo enim jura concedunt invasorem occidi, quia dum invadit personam, potest inferre damnum irreparabile. Accusatio autem, & detractio, ac quælibet alia injuria verbalis non infert damnum irreparabile. Siquidem reparari potest, aut media satisfactione, aut restitutione famæ, aut defensione apud Judicem. Ac proinde à jure institutum est remedium pro verbis injuriosis, nempè actio injuriarum, de qua *§. in summa, instit. de injur.*

Et insuper adest etiam remedium retorsionis, quo 44
diluitur omnis macula ex verbis injuriosis illata, approbatum à jure, *l. qui cum major. §. si libertus ff. de bon. libert. & l. quæ omnia ff. de Procur.* Quod remedium continet debitam defensionem concessam à jure naturali, *l. ut vim ff. de just. & jur.* Habetque locum etiam, quando læsio fit in absentia. Siquidem adhiberi potest cum primum commodè fieri possit, *arg. l. 2. §. confestim autem ff. ad Senatusconf. Tert. & l. annus ff. de calumn. & l. 1. ff. de divor. & temp. præscript. & l. 1. ff. quæ in fraud. cred. & l. continuus ff. de verb. oblig.* Nam tunc censetur in continenti fieri. Hoc autem est sufficiens remedium ad purgandam omnem maculam honoris, *l. quæ omnia ff. de procur.*

Idque præsertim verum est, quia semper suppetunt 45
alia media, ad antevertendum damnum, quod ex maligni criminationib. inferri potest. Nam potest averti per

minas justæ punitionis, præsertim si fiant ab eo, qui potest punire, aut detegendo malignitatem criminatoris, etiam Judici, ac enervando fidem ipsius, ut nimirum audientes ei non credant, aut aliquo alio modo. Vnde duellum nunquam erit medium necessarium. Quando enim medium aliàs malum, non est necessarium ad defensionem, neque etiam est permissum, sed remanet prohibitum, sicut antea, quale est duellum. Quia jus defensionis concedit sola media necessaria, quæ aliàs sunt offensiva proximi, *l. furem nocturnum ff. ad l. Cornel. de Sicar. & l. itaque si servum, & l. scientiam §. qui cum aliter ff. ad l. Aquil.*

46 Atque hoc etiam verum est secundum ipsas leges duelli. Undè Cardanus *de prudentia Civili cap.* III. docet, quod si quis alicui conviciando, *esse virum improbum dicat*, sufficienter repellitur injuria, respondendo: *Ego undequaque vir probus sum.* Et quando quis præoccupando dicit: *Mentiris*; sufficienter repellitur injuria, respondendo: *Es improbus.* Et quod per verbum *mentiris* depellatur omnis injuria verborum, docent Jacobus Castillo *lib. 4. de Duello cap. 1. num. 2. 3. & seq. tom. 12. tract.* Andreas Alciatus *ibid. in conf. de singul. certam. num. 18.* Socin. jun. *conf. 1. de duello*, & Conrad. *tract. de duello p. 3. cap. 62.* Itaque neque etiam secundum leges duelli est aliquid aliud necessarium ad depellendas criminationes, & injurias verbales, quàm verba ipsa.

47 Quartus. Licitum est duellum accipere à militibus, quando provocantur ab hostibus ad singulare certamen, unius contra unum, duorum contra duos, decem contra decem. Id enim videtur necessarium, ne exercitus provocantium animosior fieret, si provocati non acciperent. Hujus rei exemplum habemus in Davide contra Philistæum 1. *Reg.* 17. ac ut avertatur ignominia exercitus provocatio, & ad animos hostium debilitandum, suorumque confirmandum, ac denique, ut victoriæ facilius, & commodius in bello justo obtineantur, Et ita docent etiam Navar. *in sum. cap. 25. num. 28.* Azor. *p. 3. lib. 1. cap. 5. quæst. 4.* Laym. *lib. 3. tract. 3. p. 3. c. 5. num. 3.* Valentia 2. 2. *disp. 3. quæst. 17. pun. 1. caus. 5. & 6.* Manuel. *tom. 1. sum. in 2. edit. cap 73. num. 2.* Sanchez *lib. 2. in decal. d. cap. 39. num. 14.* Filiuc. *tract. 29. cap. 8. num. 142.* Etsi reclament, & duellum ex dicto semper, & ubique illicitum contendant Comitolus *lib. 6. resp. 16.* & Pellegrinus *tract. de duello quæst. 2. v. 16.* Quod ego de duello privata facilè affirmarem, non autem de duello publica auctoritate inito. Secus autem dicendum, si hoc duellum ob curiositatem, aut vanam fortitudinis ostentationem acceptetur, ut notant Caiet. *in sum. v. duellum*, Sanchez, Navarrus, & alii *locis allegatis.* Quia nefas est, medium tam periculosum, & atrox ob tam vanum finem suscipere. Sicut enim pro hujusmodi solis causis non licet bellum suscipere, ita nec duellum.

48 Quintus Licitum est substituere bellum justum duello. Potest enim uterque Dux exercitus pacisci, ut causa prælio decidenda, paucis ex utraque parte pugnaturis decidenda committatur ita, ut ejus partis sit victoria, cujus milites vicerint. Quia sic evitantur plures cædes, pluraque damna, utrique porti contingentia in bello, & omnia reducuntur ad paucos. Requiritur tamen, ut spes victoriæ non reddatur per duellum magis dubia, quàm per bellum. Gravissimè enim peccaret Princeps adversus suam Rempublicam, si certam, victoriam, quam per bellum habere posset, in incertum duelli commutaret. Peccaret etiam adversus duellantes, cum eos periculo interitus exponeret absque causa legitima. Secus autem dicendum, si Princeps bellum justum gerens, videns se viribus destitutum ad bellum, & si duello bellum terminandum committat, spes est ejus victoriæ. Tunc enim prudenter agit, transferens ruinam, quæ certam in victoriæ spem. Atque ita docent Cajetan. *d. art. 8. ad 3. in 5. caus. & in sum. d. v. duellum*, Armila *eod. v. numer. 1.* Em. Sà *v. item eod. num. etiam 1.* Navar. *in sum. cap. 11. numer. 39. & cap. 15. numer. 9.* Delrius *d. lib. 4. Magic. cap. 4. sect. 2.* Valentia *loc. cit. pun. 1.* Sanchez *ibid. num. 16.* & Castropal. *cit. pun. 7. num. 15.*

In his autem casibus, in quibus duellum est licitum, 49 est quoque licitum conditionem apponere, ut nullus ex circumstantibus opem alicui ferat. Nam, & si videatur esse contra charitatem succumbenti non subvenire, utpotè qui in extremo vitæ periculo est, nisi illi succurratur; attamen Sanchez *num. 17.* existimat, quod etiam, ea conditione non expressa, semper in eo pacto tacitè includitur neutrius factionis militi succumbenti circumstantes teneri succurrere; imò teneri non succurrere. Quia licet ex parte bellantium injustè ea conditio iniqua sit, bonum tamen commune, quod in omnibus præferendum est, postulat fidem hostibus servari, maximè in rebus bellicis. At ego cum Petro Navarra *lib. 2. de restit. cap. 13. dub. 13 in nov. edit. num. ult.* rem hanc sic definio: Si duellum sit ob defensionem vitæ, vel rerum innocentis, & adhuc volens injustè vexare, nolit desistere, licitum est eam conditionem accipere, & circumstantes tenentur illi succumbenti opem non ferre. Nam ex parte illius duellum est injustum, essetque peccato injustitiæ cooperari. Quod si innocens succumbat, tenentur circumstantes illi subvenire, quia ex parte illius est injusta conditio. Quando enim duellum est illicitum, illicita quoque est conditio, cum potius impedire utramque partem oporteat.

Si quis verò innocens ab impio Judice damnaretur, 50 vel ad subeundam mortem, vel ad pugnandum in duello, ut se ab imposito crimine purgaret, non licere ei accipere duellum, tradunt D. Anton. *3. p. tit. 4. cap. ult.* Tabiena *v. duellum quæst. 3. num. 4.* Armil. *eod. v. num. 5.* Sylvest. *eod. partier verbo quæst. 2.* Henric. *quod lib. 5. quæst. 32.* Quia duellum causa indagandæ veritatis est intrinsecè malum. Et quia talis innocens non patitur injuriam ab eo, cum quo pugnaturus est, sed à Judice.

Verùm in hoc casu esse licitum duellum accipere 51 censent Angelus *v. duellum num. 2.* Petrus Navarra *lib. 2. de restit. cap. 3. in p. 2. dub. 13. num. 295.* Toleto *lib. 5. sum. cap. 6. num. 32.* Sanchez *d. cap. 39. num. 4.* Quia talis innocens non accipit duellum ex prava intentione Judicis ad investigandam veritatem, quod est intrinsecè malum, sed solum intentione se defendendi, & ut mortem certam periculoso duello evadat, videturque habere jus contra Judicis injuriam, etiam cum tertii detrimento, ut se defendat. Quia plus se ipsum in eo casu diligere potest, quàm illum tertium qui est veluti instrumentorum sententiæ injustæ iniqui Judicis. Ar de hoc jam dictum est, & mox dicemus.

Si autem ex Judicis sententia duo sint damnati ad 52 mortem, non est licitum Principi duellum ipsis concedere, ut qui victor, occidendo, alterum evaserit, vitam, ac libertatem habeat. Nam, licet hoc nil aliud sit, quàm constituere, ut alter sit minister injustitiæ ad occidendum alterum, & ut utrique facultas detur se tuendi contra alterum, hic tamen modus dandi mortem delinquenti videtur in Sacro Concilio Tridentino *sess. 25. cap. 19.* prohibitus, saltem ex parte Principis, vel Judicis constituentis, ac offerentis; nam habet quandam speciem crudelitatis, ut notat Maior. *in 4. d. 15. quæst. 73.* Filiuc. *tom. 2. tract. 29. cap. 8. num. 159.* Azor. *p. 3. lib. 1. cap. 5. quæst. 8.* Ex parte verò condemnatorum talis pugna non esset illicita, si aliud remedium non supperetet, ut se à morte liberarent. Quia non aliud esset, quàm tueri vitam propriam, & uterque esset constitutus minister justitiæ ad alterum occidendum.

Non est tamen licitum accipere duellum ad termi- 53 nandam litem criminalem, aut Civilem. Quia duellum non est medium aptum ad terminandas lites. Exponitur enim periculo necis vita innocentis, cum accidere possit, ut innocens vincatur, ac pereat occisus, ut per Sanchez *d. cap. 39. num. 6.* & Azor. *d. quæst. 5.* Si verò innocens certus esset, ob fraudes, & calumnias injusti actoris forè in judicio condemnandus ad mortem, vel ad mutilationem, vel ad amissionem notabilis quantitatis rerum familiarium, & non posset Judicis injustitiam impedire, tunc posset, non tantum duellum accipere, sed offerre. Quia, ut docet Valentia 2. 2. *disput. 3. quæst. 17. pun. 1.* ejusdem rationis sunt ad duellum provocare, ac illud accipere, quoties causa necessariæ defensionis utrumque fit. Et in casu prædicto est id subire minus malum, nempè dubiæ mortis, aut mutilationis, vel amissionis bonorum periculum ad evitandum majus malum certæ mortis subeundæ ob adversarii calumnias, & fraudes. Nec re vera esset duellum, sed defensio contra invadentem, quæ jure naturali conceditur. Sicque tradunt Bannes 2. 2. *quæst. 64. art. 7. dub. 4. & in solut. ad 2.* Manuel *tom. 1. sum in 2. edit. cap. 73. num. 1.* Petrus Navarra *d. dub. 13. num. 289. & 290.* Sanchez *loc. cit. num. 7.* & Caiet. 2. 2. *quæst. 95. art. 8. circa solut. ad 3. in 4. cas. & in sum. v. duellum nu. 3.* Ubi, quamvis dicat, licitum esse suscipere duellum auctoritate Principis, Sanchez tamen *d. num. 7.* ait, quod alii meliùs dicunt, licere huic innocenti duellum accipere ad vitam, honorem, & res familiares in notabili quantitate tuenda, quando constat omnino injustè, ac per calumniam actorem procedere, certumque omnino est, fore, ut innocens hæc amittat, nec aliud sibi evadendi remedium suppetat. Et ita etiam tradit Diana *q. 5. tract. 13. resol. 27.* contra Lessium, Suarez, & Petrum de Aragona, quos ipse citat *num. 1.* At nos consentaneè ad ea quæ superiùs & alibi à nobis dicta sunt, negamus id licere, nisi tantùm ad vitæ propriæ defensionem.

54 Neque licitum est accipere duellum ob defensionem proprii honoris. Nam, etsi liceat invaso ad tuendum suum honorem occidere invasorem, quando honori aliter consulere nequit, nemini tamen licet ad vindicandam injuriam illatam alterum occidere; Quia non datur defensio, ubi non est aggressio. Provocans autem ad duellum ad vindicandam injuriam, non est in illo tunc aggressus, sed aggreditur inimicum. Neque licet provocato accipere duellum ob defensionem proprii honoris, ne illud respuens videatur ignavus ac timidus. Non enim crederetur respuisse duellum ob vitandam Dei offensam, sed ob timorem. Nam illicitum est ac mortale peccatum mortem alteri procurare, nisi in sui defensionem. Acceptio autem duelli non est defensio. Siquidem non datur defensio ubi non est aggressio. Neque provocans ad duellum cogit ad pugnam, sed solùm suader.

55 Dum igitur nulla vis provocato infertur, quam non possit repellere, neque ipse duellum accipere debet ob sui honoris defensionem. In hoc etenim casu non militat ratio de viro nobili, quem alius aggreditur. Quia iste aggressione patitur vim, quam non tenetur fuga sibi ignominiosa declinare, sed occasione poterit avertere. Insuper, etsi apud vulgares, ac improbos duellum respuere, ignominiæ tribuatur, apud sapientes tamen, ac probos viros id honori adscribitur, dum ad observandum divinam legem respuitur, quod falsæ vulgi opinioni præponderat. Neque etiam est simile de fuga, dum nobilis invaditur. Quia viro nobili, militiam profitenti talis fuga reputatur ignominiosa, etiam apud probos & sapientes. Tandem etiam apud mundanos provocatus ad duellum, satis consulet suo honori provocanti, respondendo: *Paratus sum ad mei defensionem quandocunque invasus fuero, sed duellum accipere nolo, quia legi divinæ adversatur.* Esse namque paratum ad se defendendum, non est peccatum. Atque in his consentiunt Caietanus *d. art. 8. circa solut. ad 3. casu 3.* Armilla *v. duellum num. 1.* So-

tus *lib. 3. de just. quæst. 1. art. 8.* Petr. Navarra *loc. cit. num. 286.* Bannes 2. 2. *quæst. 40. art. 1. & quæst. 64. art. 7. dub. 3. ad 4.* Valentia 2. 2. *disp. 3. quæst. 17. pun. 1. in 2. caus.* Sanchez *d. cap. 39. num. 9.* aliique communiter.

Fuit tamen olim aliquorum opinio, qua asserebant 56 posse virum equestrem ad duellum provocatum illud accipere, ne timiditatis notam apud alios incurrat, sitque semper inglorius. Et sicut licet cum moderamine inculpatæ tutelæ occidere aggressorem invadentem bona temporalia magni momenti, ita licitum esse honorem per duellum tueri.

At hæc opinio falsa est, ut ex supradictis constat. 57 Et licet honor, & fama vitæ æquiparetur *l. justa ff. de manumiss.* ubi Gloss. & *l. isti quidem §. quod si dederis ff. de eo quod met. caus.* Est tamen diversa ratio de defensione vitæ, ac de defensione famæ & honoris. Siquidem, ut alibi etiam diximus, vita defendi debet, tanquam ea, quæ si amittatur, damnum est irreparabile, ac proinde pro ipsa est licitum omne genus defensionis, etiam cum morte invasoris. Sed honor, & fama, si lædatur, non affert damnum irreparabile, cum multis modis reparari possit. Et similiter quod non liceat occidere furem, etiamsi res ablatæ non possint aliter recuperari, tradidi etiam alibi ex *cap. si perfodiens, & cap. suscepimus de homic.* atque ex aliis juribus, quia bona externa sunt inferioris ordinis respectu vitæ, de quo fusè inibi.

Hinc Alexander VII. die 24. Septembris 1665. in sua 58 Constitutione, sine decreto, *incip. Sanctissimus Dominus noster*, inter alias propositiones, quas decrevit tanquam scandalosas esse damnandas, easque damnavit, atque prohibuit sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, à qua non possit, præterquam in articulo mortis, ab alio absolvi, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice, nec quis illas doceat, defendat, aut de eis etiam disputativè publicè, aut privatim tractet, nisi impugnando; numeratur hæc propositio, quæ in ordine est secunda à nobis, superiùs relata, & insuper districtè in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub interminatione divini judicii, prohibet omnibus Christi fidelibus cujuscunque dignitatis, conditionis, & status, etiam speciali, specialissima nota dignis, *ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.*

Ac ita, ut ne quidem licitum sit provocato ad duel- 59 lum illud accipere, & exire in locum conflictum, non cum absoluta voluntate pugnandi, sed conditionata, si ibi injustè provocetur. Quia non solùm incitato decreto Alexandri VII. pohibetur duelli pugna, sed ipsa duelli acceptio. Neque obstat, quod acceptio duelli est voluntas deliberata, sive absoluta pugnandi, qua iste caret. Et quod media, quæ elegit ad finem tuendi suum honorem, sunt indifferentia ad bonum & malum, nempe egredi in talem locum, ibique deambulare absque voluntate pugnandi, nisi provocatus, aut coactus. Quæ omnia videntur honesta, dum, ordinantur sub conditione defensionis ab injusto aggressore.

Nam respondetur, negando, licitum esse acci- 60 pere duellum absque voluntate deliberata pugnandi. Quia provocatus eo ipso, quod accipit duellum, accipit pugnam, quæ est ex se, ac intrinsecè mala. Ideoque ipsa acceptio duelli est Ecclesiastico jure prohibita, quia in illa acceptione uterque provocatur ad pugnam, & duellum accipiens videtur etiam causa ruinæ provocantis. Neque accessus ad locum, ac in eo deambulatio dici potest quid indifferens, dum ordinantur ad expectandum alterum duellantem. Quia hoc idem est, ac expectare pugnam atque, adeò per se intrinsecè malum, sicut & ipsa pugna. Neque tandem dici potest, quod hæc ordinantur sub conditione defensionis ab injusto invasore. Nam quis unquam dixerit esse defensionem periculo, nec is se exponere? Vera defensio

est non accipere duellum, nec in locum condictum accedere.

61 Potest tamen provocatus ad duellum, ad sua negotia peragendum armatus incedere, ac si esset cum inimico pugnaturus, dummodo non accedat ad locum duelli condictum, neque per loca, in quibus certo sciat inimico obviam ire.

62 Quia non tenetur relinquere illas actiones, quas sine suo notabili damno præterire non valet, quamvis ex illis alius occasionem suæ ruinæ sit accepturus, & potest, ac debet non leviter armatus incedere, dum non sine periculo pugnandi incedit. Sic enim se armare non est peccatum, & in ea occasione prudentis est pericula timere, contraque illa se præparare, nec inde provocator scandalum patitur, quia ipse sua provocatione illum coëgit, ut ad sui defensionem se armaret. Quare potest provocatus è sua domo exire cum voluntate non absoluta pugnandi, sed conditionata, si aliter se honestè tueri non poterit, & provocator pugnare coegerit. Nam hæc voluntas non est mala, sed de objecto bono, estque necessaria defensio ab injusto aggressore, ut per Bannes 2. 2. q. 64. art. 7. dub. 3. in fin. Sanchez d. c. 39. n. 11. Hurtaldus de Mendoza pariter in 2. 2. disp. 170. sect. 12. §. 96. & seq. ac Diana p. 5. tr. 13. miscel. 1. resol. 25.

63 Hæc autem, quæ hactenus à nobis dicta sunt de acceptatione duelli probabilia sunt. Sed an verè liceat illud acceptare, controvertitur apud graves Doctores. Conveniunt quidem omnes, non licere illud propriè acceptare, etsi oblatum, quando illud acceptans non est propriè defendens, sed utriusque ex condicto initur duellum. An verò liceat in aliquo speciali casu illud acceptare, non conveniunt, sed abeunt in tres sententias. Prima est. Sicut in nullo casu licet offerre duellum, neque in causa civili, neque in criminali, neque pro defendenda vita, honore, vel fama, ita neque illud ullo modo, vel titulo licere acceptare. Ita Abulensis 1. Reg. 16. qui citat in hanc sententiam Ostiensem in sum. tit. de Clericis, & quemdam Henricum, & Alanum, atque esse communem. Eamdem sequitur Sylvester v. duellum 2. q. 2. num. 4. dicens, hanc esse opinionem Doctorum, non solum sui ordinis, sed etiam aliorum.

64 Probant Primò. Absolutè, ac omnino prohibetur, tam in jure canonico, quàm civili duellum, & sine ulla distinctione. Ergo in omni casu est illicitum. Ubi enim lex non distinguit, neque nos distinguere debemus. Quod autem prohibeatur absolutè, constat, tam ex jure civili, quàm Canonico, & sine ulla distinctione in l. un. C. de gladiat. can. monomachiam 2. q. 4. ubi Turrecr. cap. cura de purg. vulg. & Concil. Trid. sess. 25. c. 19. ac demum ex Constitutionibus Gregorii XIII. & Clementis VIII. in quibus universim prohibetur duellum sub gravissimis pœnis.

65 Secundò, si in aliquo casu speciali duellum esset licitum ex parte acceptantis, is maximè esset, quando aliter nequit vitare propriam mortem, vel infamiam, vel amissionem suorum bonorum. In hoc autem casu non licet, atque adeo in nullo. Nam si tunc liceret, certè id esset, quia sic acceptans non est aggressor, sed solum defensor sui, & suorum. At tunc est verè quoque aggressor, & non solùm defensor. Quia licet primus, qui offert duellum sit simpliciter, & apertè aggressor, is nihilominus liberè acceptat, cum posset non acceptare. Est quoque interpretativè aggressor vel saltem congressor. Siquidem defendere seipsum cum moderamine inculpatæ tutelæ, quod licet ille tantum dicitur, quem alter invitum aggreditur, nec potest ullo modo vitare certamen, sed tenetur, vel mori, vel cum gravi dedecore fugere, vel invasorem occidere. At iste acceptans duellum potest vitare certamen, neque est dedecus, cum agat, ut Christianus; nisi jam servare legem Christi haberet pro dedecore. Quod impium est asserere. Ac proinde iste non est defensor, sed potius congressor.

66 Secunda sententia est in duplici eventu licere acceptare duellum. Primò in causa criminali, quando nequit accusatus alia via vitare propriam mortem. Secundus est in causa civili, quando non potest alia via defendere bona propria. Pro hac sententia refert idem Abulensis loc. cit. Gulielmum, & Lyranum in cap. 12. lib. 1. Reg. & hanc sequuntur aliqui recentiores Thomistæ, suppositâ auctoritate Principis. Ratio horum est, quia acceptans duellum in his casibus non est aggressor, sed tantum defensor sui, & suorum cum inculpata tutela.

67 Tertia sententia vult, in uno tantum casu licere acceptare duellum, nempè in primo casu hujus secundæ sententiæ, quando verè innocenti aliàs coram Judice imponit falsum crimen, propter quod est capite plectendus, si in hoc casu, inquiunt, iste innocens negaret crimen, alter verò offerret ei duellum; hoc ita oblatum potest ab isto innocente acceptari, & hac via attentare sui defensionem, quando nulla alia via ei pateret defensio. Ita Caietanus 2. 2. q. 95. ar. 8. & in sum. v. duellum. Ratio ejus est, quia in hoc casu iste innocens, neque aggressor est, neque congressor, sed verè aggressus, ac defensor sui. Parum enim, ait, ad hoc propositum facit, an alter hunc innocentem propria manu, vel aliena, ideat Judicis aggrediatur. Unde falluntur aliqui recentiores, qui putant, Caietanum sentire, licitum esse innocenti, cui falsò imponitur capitale crimen coram Judice, offerre duellum tuo calumniatori, ut ea via se defendat, & in eo reprehendunt Caietanum, cùm locis allegatis tantum doceat, licere acceptare duellum, sibi oblatum, nunquam tamen illud offerre.

68 Ex istis sententiis, etiam ante Concilium Tridentinum, primam illam sententiam Abulensis veriorem, ac probabiliorem censeo, in nullo casu licere acceptare duellum. Rationes enim, quibus utitur efficacissimæ sunt, maximè ultima, illum solum dici defensorem, qui invitus cogitur ab actuali aggressore cum illo pugnare. Qui autem provocatur ad duellum, quacumque ratione, id fiat, non est defensor sui, sed saltem congressor.

69 Ad rationes verò secundæ sententiæ, patet solutio ex probationibus primæ. Ad rationem tertiæ, quæ est Caietani, respondetur, illum tantum esse dicendum aggressum ab alio, quem alter propria manu ita aggreditur, ut necesse ipsi omnino sit, aut pugnare, aut mori. Quod in hoc casu non accidit, cùm provocatus possit ab illa pugna abstinere. Quod si nulla alia via ei restat ad se purgandum ab illo crimine, sibi falso impositio, patienter ferat mortem, sicut innocens probatus nocens per falsos testes. Quod est verè Christiani.

70 Pœnæ autem Canonicæ, quibus duelli usus prohibetur habentur primo in cap. porrò de Cleric. pugnant in duello, si Clericus duellum sponte obtulerit, vel oblatum susceperit, sive victus fuerit, de rigore juris est meritò deponendus, sed evadere poterit depositionis sententiam, si cum eo ejus Episcopus duxerit misericorditer dispensandum, dummodò ex ipso duello homicidium, vel membrorum mutilatio non fuerit subsequuta. Quia scilicet tunc esset irregularis ex homicidio voluntario, à solo Papa dispensabilis.

71 Ac licet ex hoc textu multi asserant Clericum pugnantem in duello incurrere suspensionem latæ sententiæ, ut Sylvester v. suspenso n. 11. Angel. n. 12. Armil. n. 10. Tabiana n. 7. Contraria tamen est communis, quod non sit suspensus ipso jure, sed suspendendus perpetuò, sive deponendus, ut per Navar. c. 27. n. 156. Suarez de cenjur. disp. 31. sect. 4. n. 48. Henriq. l. 13. c. 19. n. 23. Filiuc. tr. 29. n. 261. Salzedo ad Diaz in c. 100. alias 93. Manuel. in sum. tom. 1. c. 73. in fin. Sanchez in decal. c. 39. num. 18. At, quicquid sit de hac decretali, nunc alias etiam censuras, & pœnas incurrit Clericus in duello, ut infra.

72 Ex Constitutione Pii IV. 21. quæ incipit: *Ea, quæ à Prædecessoribus nostris*, fertur excommunicatio latæ sententiæ,

sententiæ, Papæ reservata, & privato beneficiorum Ecclesiasticorum, ac dignitatum, & inhabilitas ad illa, vel alia ipso facto contra Clericos pugnantes in duello, aut provocantes, vel id tentantes, vel locum dantes, aut comitivam præstantes, vel chartas duelli subscribentes, affigentes, publicantes, faventes, consulentes, vel adstantes, & dispensatio super his reservatur Papæ.

73 Et notandum, quod, etsi hæc Constitutio loquatur de duello formato tantum, ut per Navar. *cons. 2. de purg. vulg.* & Cherub. *in eod. Constit. schol. 1.* Hodie tamen est extensa cum suis pœnis ad duellum informe, sive minus solemne per Constitutionem Clementis VIII. de qua mox, ac ita etiam tradit Navar. *ibid.* & Sanch. *loc. cit. num. 27.*

74 Ex S. Concilio Tridentino *sess. 25. cap. 19.* statutum est, ut Clerici pugnantes in duello, non solum excommunicationem, sed & proscriptionem omnium bonorum, ac juris infamiam incurrant. Et Doctores communiter exponunt illam particulam *incurrant* esse latæ sententiæ, quia est imperativi modi temporis præsentis, ut per Suarez *de censur. disp. 23. sect. 7. n. 11.* & Sanchez *d. cap. 39. nu. 26.* ubi alii. Et de lata sententia interpretatus est hunc locum Tridentini Gregorius XIII. in sua Constitutione, de qua etiam infra.

75 Verba autem S. Concilii, quibus hunc duellorum usum gravissimè detestatur, hæc sunt: *Detestabilis duellorum usus, fabricante diabolo introductus, ut cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur, ex Christiano orbe penitus exterminetur. Imperator, Reges, Principes, Marchiones, Comites, & quocumque alio nomine Domini temporales, qui locum ad Monomachiam in terris suis inter Christianos concesserint, eo ipso sint excommunicati, ac jurisdictione, ac dominio Civitatis Castri, aut loci, in quo, vel apud quem duellum fieri permiserint, quod ab Ecclesia obtinent, privati intelligantur, & si feudalia sint, directis dominis statim acquirantur. Qui vero pugnam commiserint, & qui eorum patrini vocantur, excommunicationis, ac omnium bonorum suorum proscriptionibus, ac perpetuæ infamiæ pœnam incurrant, & ut homicidæ juxta sacros Canones puniri debeant, & si in ipso conflictu decesserint, perpetuo careant Ecclesiastica sepultura. Illi etiam, qui consilium in causa duelli, tam in jure, quàm in facto dederint, aut alia quacumque ratione ad id quemquam suaserint, necnon spectatores, excommunicationis, ac perpetuæ maledictionis vinculo teneantur, non obstante quocumque privilegio, seu prava consuetudine, etiam immemorabili.*

76 Vbi adverto, quod licet hæc decretum Tridentinum non habeat locum, nisi in duellis formatis, sive solemnibus, ac publicis, qualia olim fieri solebant auctoritate Principum, vel ad purgandam infamiam, vel ad veritatem investigandam, ut etiam notant Delrius *l. 4. magic. c. 4. q. 4. sect. 2.* Sanchez *d. c. 39. n. 22.* Navar. *l. 5. conj. 2. ad fin.* Suarez *d. disp. 23. q. ult. n. 9.* Diaz *in prax. c 104.* Cherubin. *in Bullam 78. Gregorii XIII.* & declaravit S. Congregatio Concilii ad dictum locum Concilii in Majoricensi; Attamen idem Gregorius in suo motu proprio incipiente: *Ad tollendum*, edito anno 1582. non modò confirmavit quæ in dicto decreto statuit S. Concilium Tridentinum, sed etiam ampliavit, & extendit cum suis pœnis ad duella informia, sive privata, & diffidationes, necnon ad illos omnes, qui ex condicto, statuto tempore, & in loco convento monomachiam commiserint, etiamsi nulli patrini, sociique ad id vocati fuerint, nec loci securitas habita, nullæque provocatoriæ litteræ, aut denunciationis chartulæ præcesserint, teneantur pœnis à Tridentino Concilio propositis, perinde ac si publico, & consueto abusu, idest solemniter regulare certamen inivissent. Item, ut locorum Domini, qui tale certamen permiserint aut quantum in se fuerit non prohibuerint. Item omnes illud mandantes, instigantes, dantes scienter auxilium, consilium, vel favorem, equos, arma, pecunias commeatum, & alia subsidia scienter subministrantes, aut ex composito spectatores, vel socios quovis modo se se præbentes, eisdem censuris, ac pœnis subjacere, etiamsi illi, qui ad locum destinatum pugnaturi accesserint, impediti, pugnam non commiserint, si per ipsos non steterit, quominus illa committeretur.

77 Insuper Clemens VIII. in sua Constitutione, quæ incipit: *Illius vices*, edita 2. Septembris 1592. confirmat, & declarat supradictam Constitutionem Gregorii, & decretum S. Concilii Tridentini, ac etiam decernit, eamdem Constitutionem, & decretum locum habere ubique gentium, ac terrarum inter quascumque personas, etiam ubi Catholicæ fidei hostium furor impunè grassatur. Nec non eisdem pœnis teneri eos, inter quos pactiones initæ sunt de dirimendo certamine, cum primum alteruter vulneratus fuerit, seu sanguinem effuderit, aut certus ictuum numerus utrinque illatus fuerit. Vel si convenerint, ut non singulis, sed bini, terni, aut plures hinc inde pugnent. Et excommunicationis absolutionem, etiam privati duelli sibi, ac successoribus suis reservavit.

78 Adverto etiam, quod hodie ex hoc Tridentino decreto, Clerici pugnantes in duello, etiam non sequuta morte, vel mutilatione sunt irregulares ratione infamiæ juris. Est tamen verum, quod pœna ista infamiæ, & consequentis irregularitatis non ligat in conscientia ante sententiam declaratoriam secundum probabiliorem, ut per Filiuc. *tr. 29. num. 178.* Sanchez *d. cap. 39. num. 32.* & Azor. *tom. 3. lib. 2. cap. 6. §. tertio notandum*, etsi multi dicant, sufficere notorietatem, de quo alibi.

79 Ex Bulla verò 21. Pii IV. incipit: *Ea, quæ à Prædecessoribus*, omnes subditi in temporalibus Ecclesiæ Romanæ pugnantes in duello, aut provocantes ad illud, aut attentantes. Item locum concedentes, comitivam præstantes, chartas duelli subscribentes, affigentes, aut publicantes. Item adstantes, certantes, adhærentes, faventes, consulentes, incurrunt ipso facto, Primò pœnam excommunicationis, Papæ reservatam. Secundò infamiæ juris perpetuæ. Tertiò criminis læsæ majestatis. Quartò damnationis memoriæ, & confiscationis bonorum, ac devolutionis feudorum. Quintò loca, ubi fuerit duellum celebratum, ipso jure remanent interdicto supposita.

80 Hæc autem Constitutio fuit confirmata in citatis Constitutionibus Gregorii XIII. & Clementis VIII. Et quamvis loquatur tantum de duello formato, per dictas tamen Constitutiones est extensa cum suis pœnis ad duellum minus solemne, sive diffidationem, ut per Sanchez *d. cap. 39. num. 27.* Cherubin. super hac Bulla Pii IV. *schol. 1.* Diaz. *in prax. d. cap. 104. num. 33.* Et pœna criminis læsæ majestatis intelligitur quod pœnas temporales, non quoad spirituales latas *in cap. felicis de pœn. in 6.* ut per Comitul. *l. 6. q. 12. in 3. dub.*

81 Ex bulla præfata Pii IV. omnes Imperatores, ac Regibus inferiores, si in duello pugnaverint, vel provocaverint, vel irritaverint, auxilium, consilium, favoremve dederint, vel adstantes fuerint, seu interessentes duello, aut chartas subscripserint, aut publicaverint, vel de illis se interniserint incurrunt excommunicationem Papæ reservatam.

82 Hæc autem Constitutio, & pœna procedit contra supradictos provocantes, vel cooperantes ad duellum, etiam effectu non subsequuto, etiamsi non sit ventum ad locum, ut per Filiuc. *d. tr. 29. n. 171.* estque confirmata, ut diximus, à Gregorio XIII. & Clemente VIII.

83 Dubitatur autem, an pœna illa privationis sepulturæ, lata per verbum *Careat*, sit latæ sententiæ. Negant aliqui, ut in simili aiunt Doctores *in c. omnis utriusque de pœnit. & remis.* & testatur Suarez *de Euchar. disp. 70. sect. 3. in fine*, Layman. *eod. tit. c. 5. n. 10.*

84 At ego in hoc casu affirmo, tum ex jure communi,

quia cùm agatur de duello formato, atque adeò publico, & moriens in conflictu moriatur in actuali peccato mortali, seu impœnitentia finali, caret Ecclesiastica sepultura, ut nullo modo possit in sacro sepeliri, nisi signa dederit contritionis, & pœnitentiæ. Tum quia ex dicta Constitutione Clementis VIII. apertè est latæ sententiæ ob illam particulam, *privatos esse volumus*. Et tum quia, dum dicit: *perpetuò*, ostenditur, non posse per signa pœnitentiæ evadi, nisi Papa dispenset. Ac demum, quia magis communis sententia tenet, verbum *careat*, esse latæ sententiæ, ut per Tiraquel *in l. si unquam v. revertatur n.* 161. ac Peregrin. *de duell. q.* 7. *n.* 4. ac ita censuit S. Congregatio, & observat S. Pœnitentiaria, quæ in facultatibus absolvendi in casibus duelli de incursis, seu commissis usque ad diem receptionis litterarum, declarat, absolutionem non suffragari, quominus Ecclesiastica careat sepultura, si ex duello decedant.

85 Id autem, quod ait Tridentinum de moriente in conflictu, ampliant aliqui, etiamsi moriatur ex conflictu, ideſt ex vulnere accepto in conflictu, etsi post conflictum moriatur, ut Peregrin. *ibid.* Contra tenet Saucius in *select. disp. 36. n. 9.* ac Diana *resol. 54. miscel. 2. p. 1.* & favere videntur verba Concilii *in ipso conflictu*. Ex identitate tamen rationis existimo, primam sententiam veriorem, & juxta sensum S. Congregationis. Alias frustra esset imposita hæc pœna, cùm idem efficeret excommunicatio à duellante incursa, & hanc tenet S. Pœnitentiaria, ut patet ex stylo supradicto.

86 Ex citata autem Constitutione Gregorii XIII. excommunicatio extensa non est reservata, sed est reservata ex Constitutione Clementis VIII. & ex ea notatur, quod de essentia diffidationis est provocatio ad pugnam, condicto tempore, & loco. Quòd si alterum horum deficiat, non est locus huic Constitutioni, ut per Sanchez *d. c. 39. n.* 28. & Floronum *de duello. c.* 2. Sufficit autem pactum tacitum, seu virtuale de tempore, & loco, Sanchez *ibid.* Unde non est diffidatio, si videns inimicum continuò provocat, ut evaginet gladium, & pugnet secum, Sanchez *inibi*, ac Filiuc. *tr.* 15. *n.* 107. & 110. Quia hic non intervenit consensus liber alterius, sive pactum, aut conditio. Si tamen ob præcedentes offensas quis inveniens inimicum, diceret: *Vis hic experiamur armis*, & ille acceptet, probabilius est, esse sufficientem diffidationem ad pœnas istas, Farinac. *q.* 119. *n.* 24. & si contrarium sentiat Sanchez *num.* 28. At si ex præsenti causa, & ex temporanea rixa quis alterum statim calore iracundiæ invitet ad aliquem locum ad pugnam incontinenti habendam, & illuc se conferant, & dimicent, non est diffidatio, sed rixa, Farinac. *loc. cit. nu.* 24. Joseph. Ludovic. *dec. Lucen.* 11. *num.* 10. Graff. *l.* 1. *de casib. reservat. cap.* 7. *num.* 27. Cherubin. super Constit. Clementis VIII. *schol.* 1. pluresque allegat Dian. *resol.* 1. *tr.* 6. *miscell.* §. *dico undecimo par.* 2. Secus autem est, si dixisset: *ibi me expecta*. Quia condicitur locus, & tempus.

87 Ad excommunicationem igitur, & alias pœnas supradictas incurrendum, requiritur primò ex condicto, ideſt ex pacto, sive ex conventione fiat duellum, ut modò annotavimus ex Constitutione Gregorii, cujus hæc sunt verba: *Auctoritate Apostolica statuimus primo, illos, qui ex condicto 5. statuto tempore, & in loco convento monomachiam commiserint.* Unde aliter pugnans non est reus duelli. Ac ita qui pugnam in Ecclesia inchoarunt, & ob loci reverentiam foras egrediuntur, ibique pugnæ finem imponunt, non sunt rei duelli, nam hæc non est pugna ex condicto, sed ex rixa. Principium enim hujus actionis inspiciendum est. Nec qui eodem tempore, quo offert duellum gladio aggreditur, & alter cogitur statim pugnare, est duellum, quia ex parte unius dicitur potius aggressio, & ex parte alterius defensio. Coactè enim pugnam suscepit, non ex condicto.

88 Secundò requiritur, ut fiat *statuto loco, & tempore*, ut ex definitione duelli ex dictis verbis Gregorii. Atque ideò qui ob privatas inimicitias se ipsos ad pugnandum, invitant, & alter alterum occidit, non dicitur propriè commisisse duellum, neque incidisse in pœnas pugnantium in duello, quia in eo requiritur assignatio loci, & temporis determinati. Unde si alicui relatum fuit, quod Petrus de ipso malè loquutus fuisset, & Petrum aggrederetur coarguendo illum mentitum fuisse, & si sustinere voluerit, quod dixit, ad pugnam provocaret, & statim manum ensi apponeret, hæc pugna non esset provocatio ad duellum; quia non fit, statuto loco, & tempore, sed potius esset injusta aggressio, ut ait Bonacina *to.* 1. *de excom. disp.* 2. *q.* 6. *pun.* 1. *num.* 14. contra Peregrinum *de duello q.* 25. *num.* 2.

89 Neque dicitur duellum, quando quis provocat inimicum ad pugnandum, ante illum deambulans torva facie, aut verbis contumeliosis eum afficiens. Quia non statuitur locus, neque tempus ad duellum, sed potius est provocatio ad rixam, & consequenter isti nec excommunicationem, neque alias duellantium pœnas incurrunt.

90 Minus etiam est duellum, quando quis armis destitutus cum altero contendens adit domum ad capiendum ensem, ac rediens inimicum diffidat, & statim certamen aggreditur. Quia similiter non est certamen ex condicto, statuto loco, & tempore, sed potius est rixa. Secus verò dicendum, si quis alteri diceret. Vade ad capiendum ensem. Hic te expecto. Aut veni ad talem locum, ibi te expecto. Vel invito ad duellum. Isti utique incurrerent duellantium pœnas. Quia initur pugna ex prævia conventione, & statuto loco, & tempore. Item si quis inimico diceret. Cùm prima vice mihi occurreris in urbe, te invoco ad pugnam, incurreret in pœnas duelli. Nam adest assignatio loci, nempè in Urbe, & temporis, nempè prima vice mihi occurreris, ut per Bonacinam *loco citato.* Sed in hoc casu contrarium censeo cum Diana *par. 5. tr.* 13. *miscell.* 1. *resol.* 59. & Jacobo Martino *in pr. visit. infirm. pr.* 4. *num.* 16. *dub.* 9. Quia tota urbs non est propria loci assignatio. Non est enim locus certus, neque est propria temporis assignatio. *Quia cum se se obviam habuerint*, est tempus incertum, nec dici potest assignatio temporis determinati.

91 Si quis verò dixerit inimico existenti in platea, ut inde exeat, ne pugna ab ibi existentibus impediatur, eamus ad talem locum, committeret duellum. Quia statuisset locum, & tempus, scilicet præsens, dummodo id faceret præmeditatè, & non ex repentina rixa, & calore iracundiæ. Si enim provocatio fieret ex rixa, non esset pugna ex condicto, neque propriè duellum, ut per Sanchez *d. cap.* 39. *num.* 28. Peregrin. *q.* 28. Filiuc. *loc. cit. num.* 3. & Floron. *de duello cap.* 1. Similiter si quis proponat duellum, & nutibus indicat locum ad pugnandum, incurrit dictas duelli pœnas. Quia nutus, & signa vicem verborum sustinent, *q.* 2. *num.* 2. & Bonacina *num.* 16.

92 Tertiò requiritur, ut duellum fiat cum periculo occisionis, vel vulneris. Duellum enim prohibetur sub censuris ob grave periculum occisionis, vel mutilationis, aut vulneris, ut etiam notant Filiuc. *tr.* 15. *c.* 1. *num.* 113. & Floronus *c.* 16. §. 2. Unde qui alterum invitat ad duellum non animo offendendi, sed tantummodò causa honoris proprii defendendi, etiamsi ex condicto, & statuto loco, & tempore accedant ad pugnam, cum morali tamen securitate, quod nullam offensam uterque sustinebit, sed tantummodò inferendo aliquos ictus, ut postea pax sequutura sit, non incurrunt in foro conscientiæ excommunicationem, quia non est pugna cum periculo læsionis. Duellum enim prohibetur ob periculum gravis læsionis. Ita etiam tenent Diana *par.* 3. *tr.* 6. *miscel.* 2. *resol.* 1. & *par.* 7. *tr.* 11. *miscel.* 2. *resol.* 44. *num.* 8. Trullench. *in decal. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 2. *dub.* 13. *num.* 22. Contrarium sustineret Peregrinus, sed primam sententiam censeo probabiliorem, ac tutam, quamvis

quamvis in foro externo præsumatur talis pugna verum duellum. Quia forus externus solum intuetur actum externum, non verò internas animi cogitationes.

93 Excluditur etiam à censuris concertatio, quæ inter milites fieret evulsione capillorum, vel inter viros pugnis solummodò, aut alio instrumento non periculoso. Quia hujusmodi concertamen est sine periculo occisionis, vel mutilationis. Secus autem dicendum, quando initur in duello pactum, ut pugna terminetur, cum primum alteruter vulneratus fuerit, sive sanguinem effuderit, vel certus numerus ictuum absque securitate non se offendendi utrinque illatus fuerit. Nam in his casibus Clemens VIII. expresè in citata Constitutione decrevit, *incurri omnes duellantium pœnas, etiamsi non adsit certum occisionis periculum, sed tantum dubium.*

94 Eum, qui ob præmissam provocationem ad duellum se confert, statuto tempore ad locum præfixum, & ibi expectato inimico, sed non comparente discessit, incurrere excommunicationem, & alias duellantium pœnas, docent Filiucius *d. tr. 26. c. 8. num. 170. & 176.* Peregrinus *de duello q. 4. num. 5. & 7. q. 41. nu. 2. & 4.* ac Floronus pariter *de duello cap. 1. §. 1. num. 3. & cap. 3. §. 1. num.* 14. Idque extendunt tam ad provocantem, quam ad duellum acceptantem, etiam effectu non sequuto. Moventur, quia praxis in Sacra Pœnitentiaria est, ut etiam effectu non sequuto, censeantur excommunicati, & hic est stylus Curiæ Romanæ, qui facit legem. Et quia si mandantes, consulentes, instigantes, aliique auxilium, & favorem præstantes, vel aliquo modo ad duellum cooperantes, incurrunt excommunicationem, ut expresè statuerunt Gregorius XIII. & Clemens VIII. locis allegatis, etiamsi illi, qui ad locum destinatum pugnaturi accesserint, impediri pugnam non commiserint, multò magis illam etiam incurrunt se diffidantes, quamvis pugna non sequatur.

95 Contrariam sententiam tradunt Sanchez *d. cap.* 39. *num.* 28. Scottia *in Bull. Pontif. epit. 155. theor.* 392. Megala 3. *p. lib.* 4. *q.* 2. *n.* 11. Jo. Franc. Suar. *in enchir. cas. conf. lib.* 7. *v. duellum*, Nald. *eod. v. n.* 6. Ricc. *in pr. to.* 3. *ref.* 52. Diana *p.* 2. *tr.* 16. *misc.* 2. *ref.* 53. *alias* 55. & *p.* 3. *tr.* 6. *misc.* 2. *ref.* 1. *nu.* 8. & *p.* 5. *tr.* 14. *misc.* 2. *ref.* 102. Hurtad. de Mendoza *in* 2. 2. *disp.* 170. *sect.* 21. §. 190. & Fagundez *in decal. lib.* 5. *cap.* 8. *nu.* 29. Qui omnes sustinent, non incidere in excommunicationem provocantem, vel acceptantem duellum, nisi sequatur pugna, etiamsi alteruter tempore præfixo se ad locum constitutum conferat, ibique inimicum ad pugnam expectet; sed quia non comparet, intra terminum discedit. Quoniam ad incurrendam excommunicationem, Gregorius XIII. requirit, quod sequatur pugna, ut patet ex illis verbis: *Qui ex condicto statuto tempore, & in loco convento monomachiam commiserint.* Non dicitur autem monomachia commissa, quando pugna non sequitur, sed tantum voluisse illam committere. Confirmant. Quia quando pœna infligitur propter delictum, non contrahitur, delicto non consummato, nisi exprimatur à legislatore. Unde qui homicidium imperat, non fit irregularis, nisi sequatur homicidium. Imò ne incurritur quidem, ait Fagundez, si in via aliqua impediatur duellum, vel impediatur in loco, ad quem ex condicto convenerunt ob diversas rationes.

96 Ad rationes autem initio deductas respondent, quod Praxis S. Pœnitentiariæ, vel stylus Curiæ Romanæ, ut ait Hurtadus, facit legem; quando habet, aut formale, aut virtuale præceptum Pontificis, non vero quando illud non habet. De præcepto autem in hoc casu non constat. Et quod in pœnis non valet argumentum à majori ad minus, sed standum est verbis Constitutionis, & pœna excommunicationis incurritur, nisi sit in jure expressa. Ex verbis autem Constitutionis non colligitur, provocantes ad duellum esse excommunicatos, nisi sequutus sit effectus, & monomachiam commiserint. Secus autem colligitur de sociis, de mandantibus, consulentibus, ac cæteris aliis; Nam de istis expresè dicitur, censuris ac pœnis subjacere, etiamsi illi, qui ad locum destinatum pugnaturi accesserint, impediri pugnam non commiserint. Et ratio disparitatis est, quia tam socii, quàm mandantes, consulentes, ac cæteri, præstito comitatu, mandato, consilio, &c. quod ad se consummarunt delictum, ac per ipsos non stetit, quin duellum committeretur. Et ideò etiamsi postea non sequatur, jam excommunicationem contraxerunt.

In hac re ita tenendum est. Excommunicationem, & 97
pœnas non incurrunt principales ex Tridentino, & ex Constitutione Gregorii, nisi actu pugnaverint, cooperantes similiter, ut dantes locum, & suadentes, ac spectatores incurrunt solum pœnas, effectu pugnæ subsequuto, quia accessoriè puniuntur, ut per Comitol. *l. 6. q.* 13. §. *sicut autem*, & Sanchez *d. cap.* 39. *num.* 31. At ex Constitutione Clementis VIII. illas incurrunt, effectu minimè sequuto. In illa enim innovatæ sunt omnes supra relatæ Constitutiones, ac decreta contra duellantes, & cooperantes, ibique Clemens congessit omnes pœnas in illis latas, easque extendit contra omnes non solum pugnantes in duello, sed & provocantes, suadentes, equos, arma, commeatus præbentes, comitantes, chartulas, libellos, litteras, nuncios mittentes, scribentes, aut quomodolibet circa ista cooperantes socios, de industria spectatores, patrinos, fautores, defensores, locum præbentes, & in summa contra omnes, qui hujus criminis quomodocumque participes fuerint, seu prædictis se quoquomodo immiscuerint, etiamsi neque effectus pugnæ sit subsequutus, neque accessus ad locum, & etiamsi diffidatio non fuerit parti adversæ intimata, si per eos cooperantes non stererit, quominus intimata fuerit. Item statuit ut omnes prædicti incurrant dictas pœnas, præsertim excommunicationis Papæ reservatæ, & si in ipso conflictu obierint, sepultura Ecclesiastica privatos esse voluit, & loca in quorum territoriis id facinus, scientibus, & permittentibus Dominis, Magistratibus, populo, vel Senatu admissum fuerit, eo ipso supponit interdicto Papæ reservato. Ex quibus item notandum, quod excommunicationes latæ in dicto Tridentini decreto non sunt Papæ reservatæ, sunt tamen aliunde reservatæ ex Constitutione citata Pii Quarti, & Clementis Octavi.

Præter autem duellantes excommunicatio hujusmo- 98
di lata est contra omnes illos, qui exprimuntur in Constitutione Gregorii confirmata à Clemente VIII. quarum verba superiùs retuli. Consulens verò duellum, si revocavit efficaciter suum consilium ante provocationem ad pugnam, ne ipsa provocatio sequeretur, non incurrit excommunicationem; quia per ipsum non stetit, ne haberet effectum suum consilium. Quod autem nihil profecit, ipse non amplius est in causa duelli. Quod si sequatur, est ex prava voluntate duellantis, qui voluit inimicum diffidare, ac ita Bonac. *d. to.* 1. *tr. de excom. disp.* 2. *q.* 6. *pun.* 1. *num.* 35. Peregrin. *de duello q.* 29. Cœlestin. *in comp. theol. moral. tr.* 3. *cap.* 10. Hurtad. *loc. cit. sect.* 21. §. 189. ac Dian. *par. 6. tr. 6. miscel. 1. resol.* 21. *nu.* 4.

Si verò non revocavit consilium ante provocationem, 99
sed tantum post provocationem, ne sequeretur pugna, tunc incurrit excommunicationem, quia censetur suum consilium influxisse ad duellum provocandum, & Clemens VIII. in sua Constitutione ait: *Excommunicamus, & anathematizamus omnes id scelus suadentes, aut provocantes, opem, consilium, vel favorem præstantes.* Id tenet Bonacina *num.* 36.

At contrarium docent alii supradicti Doctores, qui, 100
nulla facta distinctione, an consilii revocatio facta sit ante, vel post provocationem, simpliciter affirmant, Consulentem duellum non incurrere excommunica-

tionem,

tionem, si fecit quantum potuit, revocando consilium, licet nihil profecerit. Quia quantum est ex se, efficit, ut per eum cessaret duellum, quod si non cessavit, ipse jam non est in causa. Quia novum consilium dedit ex se efficacius ad revocandum duellatorem, qui si non revocetur, est propter suam pravitatem, qui non movetur ex ejus consilio formaliter, sed materialiter, & Gregorius XIII. expressit: *Consulentes eisdem censuris, ac pœnis subjacere, si per ipsos non stetit, ne pugna sequatur*, non dixit, ne provocatio sequatur. Et Clemens VIII. per verbum illud: *Provocantes* intellexit ad duellum, & ad pugnam. Atque adeò cum quis efficaciter revocat suum consilium, etiam post provocationem, & ante executionem duelli, ne sequatur ipsa pugna, non contrahit excommunicationem.

101 Consulens item duellum alicui, qui ante ejus consilium erat determinatus illud committere, non ligatur excommunicatione. Quia consulens non ligatur censura nisi verè influat in effectum prohibitum sub censura, docent Navar. *cap. 27. num. 51. ad fin. ex cap. felices §. illud de pœn. in 6.* ibique Glossa *v. simplici*, Avila *p. 2. de censur. cap. 5. dub. 3.* & Bonacin. *loc. cit. pun. 6. n. 2.* Quando autem quis est determinatus committere duellum, consilium alterius ad illud non influit. Atque adeò talis consulens non ligatur excommunicatione. Secus verò si consulens suo consilio augeret illius voluntatem, vel magis illam confirmaret ad faciendum duellum, vel ut liberius, ac libentius illud committeret; tunc enim suo consilio ad illud influeret, & consequenter excommunicationem incurreret, ut notat Bonacin. *loc. cit. num. 3. & 4. & tom. 2. de restit. disp. 1. q. 2. pun. 7. num. 4.* & Vasquez *eod. tit. cap. 9. §. 1. dub. 1. num. 6.*

102 Potest autem quis cognoscere, an suum consilium influxerit in duellum, primò ex dicto ipsius duellantis, cum datum est consilium, si est fide dignus. Unde si asserat, se nullo modo motum fuisse ejus consilio ad duellandum, potest consulens ipsi credere, & existimare, se ad illud duellum non influxisse. Secundò ex conjecturis, ut si majori cum ardore duellum provocet, vel acceptet, vel si post ejus consilium necessaria ad duellum cum sollicitudine præparet, & ex hujusmodi aliis, prout tradunt Avila *ubi supra*, Sayr. *lib. 7. cap. 3. num. 2.* Henriq. *lib. 14. cap. 16. num. 3.* & Sanchez *in decal. lib. 1. cap. 10. num. 44.*

103 Si autem consulens, adhibita diligentia, adhuc dubitat, an per suum consilium influxerit ad provocandum, vel accipiendum duellum, ligatur excommunicatione. Quia possessio non stat pro consulente, dubitante, sed contra ipsum. Nam possessio stat, pro quo stat juris præsumptio. Præsumptio autem juris stat contra consulentem. Jus enim indicat, consulentem esse excommunicatum, eo quod existimatur, duellantem, non commisisse duellum, absque consilio, ut colligitur *ex l. merito ff. pro socio*, ac docent Mascard. *de prob. tom. 1. concl. 419. num. 9.* Avila *p. 2. cap. 3. dub. 3.* Sayr. *loc. cit.* Sanchez *ibid.* & Henriq. *supra lit. D.*

104 Consulens pariter duellum, quod si non consuluisset ipse, certò alius consuluisset, incurrit etiam in excommunicationem. Quia revera suo consilio influxit in duellum, illiusque causa fuit. Nec obstat, quod alter certo idem consilium dedisset. Nam sicut ille contraxisset excommunicationem, ita eamdem contraxit ipse præveniendo suo consilio. Sic etiam consulens furtum, vel aliud damnum, quod alter etiam consuluisset, tenetur ad restitutionem, quia fuit causa illius furti, vel damni, & eadem obligatio, quam alter subiisset, transfunditur in ipsum ratione damni, quod ex ipsius consilio sequitur. Ita Rebellius *de just. l. 3. q. 14. sect. 2. n. 5.* Lessius *eod. argum. l. 2. c. 13. dub. 2. n. item 2.* Reginald. *l. 10. n. 109.* & Vasquez *ibidem c. 7. §. 1. dub.*

105 Eum autem, qui non consulit duellum, sed narrat aliquod factum, ex quo illud audiens sumit occasionem provocandi, vel accipiendi duellum, opinatur Peregrin. *q. 27.* incurrere in excommunicationem. At distinguendum est. Vel iste factum illud narrat, ut audientem ad duellum provocet, ac utique incidit in excommunicationem; quia lata est etiam contra instigantes, ac provocantes ad duellum, dum ex ipsius narratione illud sequitur. Vel non narrat animo incitandi audientem ad duellum, & non incurrit, quia talis narratio non exprimitur prohibita in Constitutione Gregorii, & Clementis, ac ideo pœnæ non sunt extendendæ ultra verborum significationem.

Si consulens non potest suo consilio, vel auctoritate 106
impedire, ne sequatur duellum, & jam duellator est determinatus pugnare usque ad mortem, non contrahit excommunicationem consulendo, ut pugnet usque ad primum sanguinem. Quia hoc est minus malum consulere. Sic non peccat qui consulit minus malum parato majus committere, ut, qui parato furari centum, suadet furari quinquaginta, & parato occidere, consulit tantum percutere, vel parato adulterium committere, suadet, ut potius fornicetur, quando scilicet alia ratione non potest delinquentem retrahere ab alio malo patrando, ut docent Valentia *tom. 3. disp. 5. q. 21. pun. 4. Aragon. 2. 2. q. 62. ar. 7.* Sanchez. *l. 7. de matr. disp. 11. num. 5.* Less. *l. 2. de just. cap. 13. dub. 3. num. 19.* & Vasquez *de restit. cap. 9. §. 1. disp. 1. num. 13.* Quia non peccat contra eum, cui consulit, cum jam sit paratus committere majus malum; neque contra eum, cui damnum infertur, cùm potius beneficium illi conferat, ut utiliter ejus negotium gerat, curando, ut minus malum ei inferatur.

De hac materia multi, præcipuè Cajetan. 2. 2. *q. 78.* 107
art. 4. Sotus *de just. q. 1. ar. 5.* Navar. *lib. 3. c. 4. & in sum. 5. 17. n. 265.* Molina *tom. 2. disp. 335. & tom. 3. tr. 2. disp. 370.* Vasquez *opusc. de scand. dub. 1. & seq.* Rebel. *l. 2. q. 14. sect. 4.* Azor. *p. 3. l. 12. c. 17.* Lessius *loc. cit. & lib. 4. cap. 3. dub. 4. n. 33. & seqq.* Bonac. *de restit. disp. 1. q. 2. n. 14.* Castropal. *p. 1. tr. 6. disp. 6.* Petrus Hurtadus *de scandalo*, aliique apud Sanchez *d. l. 7. disp. 11.* Ex quibus sunt qui negant ad vitandum majus malum licere consulere minus. Sunt etiam qui affirmant. Utraque probabilis est. Secunda probabilior, quam ita explico, & probo. Quando proximus est determinatus perpetrare peccatum, majus etiamsi nihil cogitet de minori, licitum est consulere, ac suadere minus, ex suppositione, quod ille decreverit majus, ad quod vitandum suadetur minus, & à quo majori aliter revocari non potest. Ita Vasquez *opusc. de scand. q. 1. dub. 1. n. 9.* & favet Sanchez *loc. cit. n. 15.* his verbis: *Si quis decrevisset occidere Petrum, & nullo modo possum eum avertere ab eo malo animo, possum consulere, ut potius eum percutiat, vel ab eo furetur.*

Probatur auctoritate ex D. Gregorio *lib. 3. moral. c.* 108
18. & 19. & refertur *in can. nervi d. 13.* ibi. *Si omnino nullus sine peccato evadendi aditus patet, minora semper eligentur.* At respondet Vasquez, hoc argumento non probari intentum. Quia cum dicitur, *ex duobus malis eligendum est minus*, debet hoc intelligi, quando duo illa mala ita simul concurrunt, ut necessariò alterum illorum sit eligendum. Nihilominus videtur rectè ex eo loco deduci argumentum, quo probetur à paritate conclusio, quam posuimus, scilicet quando à proximo committendum est peccatum majus, nisi persuadeatur illi minus. Tunc enim licitè poterit suadere minus; quandoquidem suadens non potest, ut supponimus, utrumque impedire. Et ideo benè argumentatur Lessius hac ratione *lib. 4. de just. cap. 3. dub. 41. Quando non potest quis impedire in se ipso, quin faciat id, quod per se est peccatum, licitum ei est amplecti id, quod prudenter videtur minus, ut colligitur ex cap. dominus de secund. nup. & cap. Inquisitionis de sent. excom. Ergo quando non potest impedire in altero, quin è duobus malis alterum committat, potest illi suadere, quod est minus.*

Item

109 Item ex D. Augustino *lib. 2. de adulterin. conjug. cap. 14.* & habetur *in can. Quod verius 33. q. 2.* ubi dicitur: *Si enim facturus est quod non licet, jam facias adulterium, & non faciat homicidium, ut, vivente uxore sua, alteram ducat, & non humanum sanguinem fundat.* Ex quibus apparet, Augustinum non solùm permisisse loqui, sed verè suadere minus peccatum, nempe adulterium ei, qui uxorem interficere decreverat, ut aliam duceret. Quanquam enim dicat Augustinus, utrumque esse nefarium, nec unum pro altero perpetrandum; tamen si proximus ille à majori peccato, & ab uxoricidio nequit revocari, consulit, ut potiùs adulterium committat, quod est minus peccatum.

110 Et ex D. Epiphanio *lib. 2. contra hæreses tom. 1. hæres. 61.* ubi consulit habenti votum simplex castitatis, & nihilominus vacanti libidini, ut ineat matrimonium. Sic enim ait: *Melius est unum peccatum habere, & non plura. Melius est lapsum palam sibi uxorem sumere, quam quotidie occultis jaculis sauciari.*

111 Ex D. Chrysostomo *hom. 27. ad populum Antiochenum*, ubi ait; assuero jurare per Deum, dandum esse tale consilium, ut potius juret per suum caput. Quod licet sit eriam juramentum, ut colligitur *ex Matth. 5. neque per caput tuum juraveris*, est tamen minus peccatum.

112 Atque ex Sanctis, Ambrosio, Augustino, & Thoma, qui excusant Loth, propterea quod consuluit minus peccatum ad vitandum majus, ac nefandum. *Genes. 19.* contra Cajetanum excusantem Loth ex eo quod non protulerit verba consulentis, sed permittentis. Ideòque placet modus excusandi, quem præ cæteris adhibuit, Vasquez *loc. cit. de scand.* ubi non solùm excusat suasionem minoris mali, & cooperationem ad illud, ut viterur majus, sed etiam aliqualiter ipsam omissionem curæ filiabus debitæ, scilicet propter zelum, ac bonam fidem.

113 Nec non ex Genesi, quando fratres cogitabant interficere Joseph, & mutuò loquebantur: *Non interficiatis animam ejus, nec effundatis sanguinem, sed projicite eum in cisternam hanc, &c.* Existimabat Ruben, vel simpliciter esse minus peccatum, si fratres reliquissent ibi Josephum fame morituram, quàm si propriis manibus sanguinem ipsius effunderent, vel si credebat, utrumque esse peccatum æquale, existimabat tamen fore minus malum, si aliqua ratione impediretur mors. Unde non peccavit Ruben suadendo minus malum, ut majus impediret.

114 Sed omissis auctoritatibus Sacræ Scripturæ, ac Sanctorum Patrum, probatur id ratione. Peccatum enim illud minus, quamvis respectu exequentis adhuc sit peccatum, licet committatur ab ipso, ut impediat in se majus; habet enim potentiam liberam ad vitandum utrumque, & utrumque vitare tenetur; at respectu consulentis, ac suadentis peccatum illud minus, seu electio peccati minoris facienda ab exequente, habet rationem boni, & honesti. Quia non eodem modo tale objectum comparatur respectu exequentis, & suadentis. Respectu enim exequentis comparatur libero modo ita, ut ipse etiamsi velit impedire in se majus, adhuc non adstringatur necessario ad exequendum minus, cùm plenè possit utrumque vitare. Respectu verò suadentis non comparatur ita liberè. Imò ex suppositione, quod is velit impedire majus, non potest aliter ut supponitur impedire, quam suadendo minus.

115 Verùm autem est, quod hæc suasio dirigitur formaliter in peccatum minus, ut minus, hoc est in ipsam peccati minoritatem, non verò tendit formaliter tantum in peccatum. Siquidem non in eo sistit, sed progreditur ulterius in eam ipsam minoritatem peccati, & in hac sistit.

116 Atque ex his habetur qua ratione electio minoris peccati, quæ respectu eligentis, sive exequentis mala est, respectu suadentis induat rationem boni ratione bonitatis finis, quæ intenditur, & aliter haberi non potest à suadente, quàm suadendo minus malum.

Ei, qui paratus est committere duellum, sed nulla 117
determinatione facta, an usque ad mortem, an verò usque ad primum sanguinem, non potest consulens suadere, ut pugnet usque ad primum sanguinem. Quia tunc solum licet minus malum alteri consulere, quando ille est omnino paratus committere maius & majori minimè abstinere vult, nec alia ratione impediri potest, ut per Sotum *lib. 6. de just. q. 1. ar. 3. col. 5.* Molin. *to. 2. ejusd. tr. 2. disp. 335. §. nec tamen*, Salon. 2. 2. *q. 78. art. 4. contr. 1. col. 4. §. Prius est*, Vega *to. 5. sum. cap. 9. casus 111.* Sanchez *de matr. d. lib. 7. disp. 11. n. 21.* & Bonac. *to. 2. de restit. disp. 1. q. 2. pun. 7. n. 11.* In hoc autem casu duellator non est determinatus omnino ad majus malum, & pugnare usque ad alterius mortem. Atque adeò suadens illum, ut pugnet usque ad primum sanguinem verè ad malum consulit, ac illum ad malum se determinare inducit, ac proinde excommunicationem incurrit.

Si parato ad provocandum omnino Caium ad duel- 118
lum non terminandum, nisi alterutrius morte, consulens suaderet, ut non provocaret Caium, sed Titium non usque ad mortem, sed usque ad primum sanguinem tantum, inciderer in excommunicationem, ac pœnas duelli. Quia licet ejus consilium esset de minori malo inferendo, tamen injuriam faceret Titio, esset que causa efficax damni illius, cui damnum non fuisset illatum, si ipse consulens non induxisset suis suasionibus voluntatem duellatoris ad illum provocandum ad duellum. Si verò duellator cogitaverat utrumque ad duellum provocare, & firmiter decreverat eorum alteri mortem inferre, sed si aneeps distrahebatur animus, cuinam illorum mortem potius esset illaturus, tunc suadens in genere minus malum, non peccaret, neque excommunicationem, aut aliam pœnam incurreret. Quia non induceret duellatorem ad inferendum damnum huic potius, quàm alteri, sed in genere suaderet minus malum potius, quàm majus, ut in simili docent Vasquez *de restit. cap. 8. §. 1. dub. 2. n. 27.* Petrus Navarra *lib. 7. cap. 4. n. 29.* Filiuc. *tr. 32. cap. 3. q. 7. n. 43.* aliique.

Porrò, ut personæ Ecclesiasticæ in duello delinquen- 119
tes priventur beneficiis obtentis, ac sint inhabiles ad alia obtinenda, non requiri Judicis sententiam, tenent Menchaca *lib. 1. pontr. cap. 7. n. 35.* Navar. *cap. 23. n. 67.* Perez *lib. 6. ordinat. tit. 9. l. ult. in fin.* Garz. *de benef. p. 11. cap. 10. nu. 18.* ubi plures alios allegat. Quia cùm beneficia sint bona communia Ecclesiastica, & juris publici, magisque pendeant à publica Ecclesiæ potestate, potest lex ita privare, & obligare, ac ita censetur obligare per verba privationis directa.

An præsertim quoad pœnam inhabilitatis ad officia, 120
& beneficia obtinenda. Quia pœna inhabilitatis non privat aliquo jure acquisito, sed solum inhabilitat delinquentem ad acquirendum, ac proinde nullam requirit Judicis sententiam, quæ sit commissi criminis declaratoria, sed initar pœnæ excommunicationis suspensionis, ac interdicti ipso facto statim incurritur.

Quod confirmatur ex citata Constitutione Pii IV. ubi 121
ait: *Eo ipso incurrant inhabilitatis pœnam, eo ipso sint inhabiles ad alia obtinenda.* Quæ verba essent profecto supervacanea, si adhuc sententia Judicis requireretur, ut incurratur. Et ita docent Sotus *lib. 1. de just. q. 6. ar. 6. post. 4. concl.* Corduba *lib. 1. q. 36.* Medina *p. 2. q. 96. ar. 4. ad 4.* Rodrig. *to. 1. sum. in 2. edit. cap. 195. n. 2.* Aragon. 2. 2. *q. 11. ar. 3. concl. 2.* Salon. 2. 2. *q. 63. ar. 4. in fine*, & Sanchez *in decal. lib. 2. cap. 39. n. 32.*

At communis sententia firmat, in pœna privationis offi- 122
ciorum, & beneficiorum, &c. requiri Judicis sententiam, ut præ cæteris expresse tradit Sylvest. *v. assassinus nu. 4.* ubi sic ait: *Omnia jura mundi: quæ dicunt ipso facto, vel ipso jure pœnam ponit, debent intelligi, dummodo sequuta sit sententia declaratoria, per quam declaratum sit, fuisse commissum crimen, propter quod pœna illa ipso facto imponitur.* Quod etiam docent Suarez *de censur. disp. 30. sect. 1. n. 15. & lib. 5. de legib. cap. 8. n. 15.* Felin. *in cap. 2. de*

de fidei instr. n. 9. Farinac. *tom. 4. q. 119. de homic. tit. 14. num. 66.* & Fagundez *in decal. lib. 5. cap. 2. num. 6.* & *cap. 8. num. 12.* Unde etiamsi lex dicat, ut sit privatus ipso jure ante omnem declaratoriam, adhuc retinet possessionem naturalem justam, vel etiam titulum utilem, ut per Covarruviam, Mortam, Zerolam, Graffium, Rodriguez, Henriquez, & Vasquez apud Garziam *loc. cit. n.* 14. Quarantа *verbo alienatio n.* 49. *& v. Sodomia propè finem*, ac probabiliorem ait Sanchez *opusc. lib. 2. cap. 2. dub. 23. num. 3. & 4.* & magis communem appellat *in decal. lib. 2. cap. 26. n. 7.* ubi alios allegat, & tenet Farinac. *tr.* 189. *§. 6. n.* 80. cum aliis ibi citatis. Quia lex, quæ eam pœnam ipso facto imposuit, cùm sit gravis, pœnalis, non tam severè obligat delinquentem in conscientia, ut ipsum pœnam exequatur.

123 Idque ampliatur primò, ut quamvis statim à die commissi criminis reus amiserit titulum directum beneficii ita, ut possit impetrari, etiam eo non vocato, non potest tamen privari possessione non vocatus, sive inauditus ut per Sanchez *d. cap. 26. nu.* 12. & Garz. *loc. cit. n.* 22. *& 34.* cum communi sententia.

124 Ampliatur secundò, quod ante declaratoriam facit fructus suos, quamvis post declaratoriam restituere eos compellendus sit per Sanchez *ibid. num.* 10. Quo tamen casu poterit retinere aliquid pro compensatione laborum, sive servitutis Ecclesiæ præstitæ, Sanchez *n.* 11.

125 Tertiò ampliatur, quod interim ante declaratoriam poterit beneficium resignare, quamvis post declaratoriam cesserit eo ipso resignatio, Sanchez *ibid. num.* 9.

126 Item quartò ampliatur, quod non solùm non tenetur ante declaratoriam dimittere beneficium, sed neque ante executionem mandato Judicis, Sanchez *num.* 8. cum aliis, ac tenet etiam Quaranta *v. Sodomia limit. ult.*

127 Denique ampliatur, ut procedat, etiamsi reus delatus esset ad forum, & interrogatus à Judice negasset, ac esset absolutus ob ejus inficiationem, vel si condemnatus appellasset, & à Judice secundæ instantiæ absolutus esset, ut per Sanchez *in decal. lib. 2. cap. 22. n. 22. & seqq.* secundùm probabiliorem sententiam.

128 Limitatur tamen hoc primum, ut non procedat, quando esset pœna privationis beneficii, nondum absolutè quæsiti, sed sub aliquo certo modo, vel conditione resolutiva, ut per Lessium *lib. 2. c. 34. num.* 101. Salzedum, Gutierez, Lopez, Pluliarcum, Rodriguez, & Vegam apud Garziam *d. p. 11. cap. 10. num. 19.*

129 Deinde limitatur, ut non procedat, quando expressè lex privaret beneficiis quæsitis, statuens, ut teneatur reus dimittere beneficium ante omnem sententiam declaratoriam in conscientia, sive ut anteà absolvi non possit, quia potest lex sic obligare.

130 Postremò limitatur, quod etiam admissâ communi opinione, tamen si postea sequatur sententia declaratoria criminis, retrotrahitur illius effectus ad diem commissi criminis, ita ut rescindantur ipso jure omnia acta ex jure dicti beneficii tanquam ex privata potestate, non autem si ex publica potestate jurisdictionis, scilicet actu.

131 Quod verò ad pœnam latæ sententiæ inhabilitatis ad beneficia, & officia obtinenda, num obliget in conscientia ante declaratoriam, certum est secundùm communem sententiam obligare, & ita videmus sæpè ad S. Pœnitentiariam fieri recursum pro rehabilitatione ad beneficia, vel interdum à S. Pœnitentiaria relinqui pœnitentem inhabilem ad alia beneficia, dispensando, sive revalidando quoad illud obtentum solum, ut etiam restatur Filiuc. *tr. 45. c. 13. n. 26.* Itaque collati facta inhabili, est ipso jure nulla, etiam in foro conscientiæ, ante declaratoriam, ut reiineri non possit beneficium. Azor. *to. 3. lib. 12. cap. 11. in fine*, aliique. Licet multi probabiliter dicant non obligare hanc pœnam ante declaratoriam, ut Navar. *cons. 92. de Simon.* Lessius *lib. 2. cap. 35. dub. 26.* Sanchez *lib. 6. de matr. disp. 30. & in decal. lib. 2. cap. 39. n. ult.* Tanner. *to. 3. disp. 3. q. 8. n. 97.* Laymar. *lib. 4. tr. de Simon, n. 7.* Paris. *lib. 4. de resign. q. 2.* Suarez *to. 1. de relig. tr. ult. de Simon. cap. 61. n. 11.* Quia licet hæc pœna consistat in mera inhabilitate ad futurum acquirendum, & non privet jure acquisito, est tamen pœna valdè gravis, & ob ejus gravitatem requirit Judicis sententiam. Et verba illa: *Ipso facto, vel ipso jure sit inhabilis ad alia officia, vel beneficia de novo obtinenda*, id tantum important, quod non requiratur ut Judex declaret, illum incurrisse in pœnam inhabilitatis, sed sufficiat sola sententia, qua declaret, illum commisisse, vel consuluisse, aut suasisse duellum. Sola enim pœna excommunicationis, suspensionis, interdicti, ac etiam irregularitatis non requirit Judicis sententiam, ut incurratur. Idque non est extendenda ad pœnam inhabilitatis ad officia, & beneficia obtinenda. Excipiunt tamen Suarez, & Layman, nisi ubi rigor primæ, ac communis sententiæ sit usu receptus. Tunc enim observari deberet, & obligare concedunt.

Illud sanè hac in re certum est primò, quod si inhabilitatis pœna sit lata solum quoad illud numero beneficium, obligat in conscientia ante omnem declaratoriam, ut Suarez *loc. cit. cap. 58. num. 9.* Layman. *ibid. num. 73.* Filiuc. *n. 26. per text. in cap. penult. de elect.* 132

Secundò certum est, quod inhabilitas consurgens ex censura, vel irregularitate obligat in conscientia ante omnem sententiam, & ita Sanchez eo *cap. 39. num. ult.* Et tali ratione ligat inhabilitas, quam S. Pœnitentia dispensando super irregularitate, ex homicidio, vel abortu, relinquere solet in eodem dispensato. 133

Dispensare autem super pœna privationis beneficiorum, convalidando titulum amissum ob crimen ipso jure, vel super pœna inhabilitatis ad beneficia, rehabilitando personam, regulariter pertinet ad Papam. Potest tamen Episcopus, sive Prælatus, habens Episcopalem jurisdictionem, dispensare super hac pœna incursa ex crimine non graviori adulterio, si nondum sit sequuta actualis depositio, sive privatio. Putantque multi, Episcopum vigore *cap. 6.* Concilii Tridentini *sess. 24. de ref.* posse dispensare, sive revalidare adversus pœnam hanc privationis beneficiorum, vel inhabilitatem in casibus occultis, & tenet Henriq. *lib. 13. cap. 56. num. 1. lit. F. in com. & in tex. lit. G.* & eodem *lib. 13. cap. 14. n. 3.* Rodrig. *to. 2. sum. q. 66. n. 35.* Vgolin. *de Simon. lib. 4. cap. 6. §. 7. n. 2.* Sanchez *in decal. lib. 6. cap. 15. n. 78.* Sed communis sententia est in contrarium, & maximè tenenda videtur quoad inhabilitatem illatam à Canone, quoad illud beneficium circa quod deliquit, ut declaravit S. Congregatio apud Garziam *de benef. p. 8 cap. 1. n. 74.* 134

Subde, quod Episcopus in casibus, in quibus potest revalidare, non potest revalidare titulum beneficii, etiam ante declaratoriam, in præjudicium tertii, qui illud impetravit, ut vacans certo modo ex dicta privatione. Quia non potest auferre jus illi tertio quæsitum, ut per Gemin. *cons. 105. in fine*, Staphil. *de lit. Grat. expect. fol. 78.* Diaz *cap. 97. n. 2.* estque communis sententia, Farinac. *q. 119. n. 60.* Idemque dicendum de Majori Pœnitentiario; quia non potest revalidare titulos in præjudicium tertii, & quia tunc jam crimen censetur publicum, vel delatum ad forum. 135

Advertendum autem est, quod Episcopus, sive Ordinarius collator potest revalidare titulum beneficii alicujus, illud de novo conferendo in casu, quo provisio fuit nulla ob aliquod impedimentum, sive inhabilitatem, si tale impedimentum si sublatum, ut ob censuram, vel irregularitatem, quando scilicet collatio ad ipsum tunc pertinebat, Garz. *p. 2. c. 13. nu. 74. & 76.* ubi plures allegat. Secus est si collatio fuit facta à Papa. Et idem dicendum est de institutione facta præsentati à patrono. Quia si non adfuit vitium in ipsa præsentatione, poterit iterari institutio sine nova præsentatione; secus si ipsa præsentatio fuit vitiosa, ut per Sanchez *consil. lib. 2. cap. 3. dub. 122. n. 1. 2. & 3.* 136

An autem beneficii titulus revalidetur per regulam de triennali, aut aliam præscriptionem, non obstante inhabilitatis, aut privationis pœna provisi, duplex est 137

est sententia. Primò decet, non revalidari, neque in habilibus, vel ipso jure privatis suffragari regulam vel triennali, quia possessio, etiam longi temporis nunquam inhabilitat incapacem, *cap. causam, & cap. accedentes*, ibique abbas, & Felinus *de præscr.* Et quia non dicitur habere titulum coloratum, ubi inducitur privatio à jure, vel ab homine, ut abbas, Carderinus, Imola, & Butrius *in cap. cum nostris de consuet. præb.* Et ita de triennali Rebuff. *de pacif. possess. nu. 10. & n. 162. cum seqq.* Boer. apud ipsum, & Cosmas *pragmat. sanct. tit. de pacif. possess. v. quicumque.*

136 Contra tenent alii, nempè inhabilem ex pœna, vel censura, vel irregularitate ad beneficium obtinendum, & non ex conditione personæ, ut sunt merè laici, si bona fide obtineat à legitimo Collatore beneficium, triennali pacifica possessione tutum esse, & titulum revalidari, excepta inhabilitate ex Simonia, scienter contracta, vel ex violenta intrusione, vel quando beneficium esset reservatum reservatione clausa in jure communi. Quia hos solos casus regula Cancellariæ excipit. Et ita tenet quoad inhabiles Probus *in addit. ad Cosmam loc. cit. v. molestari n. 3.* Gomez *in reg. de trien. q. 27. & 28.* Navar. *in cap. si quando except. 10. n. 9. de reser.* Sanchez *in opusc. lib. 2. cap. 1. dub. 3. n. 20.* & quoad privatos à jure beneficiis, tenet Glossator antiquas regulæ de triennali, Cassadorus, & Rota, quos sequitur Gomez *q. 10.* & Sanchez *ibid. n. 29.* Quia licet isti non habeant titulum coloratum quoad alios effectus, habent tamen quoad effectum hujus regulæ. Hæc secunda sententia videtur probabilior, quæ tamen intelligenda est ubicumque non adest in lege clausula derogatoria hujus regulæ.

137 Dispensatus autem super inhabilitate ad obtinendum unum beneficium, si illud obtinuit, non potest postea illud permutare, Gemin. *cap. 1. de fil. presbyt. in 6.* Salzed. ad Diaz. *in prax. cap. 54. n. 16.* Sanchez *loc. cit. dub. 8. nu. 7.* cum aliis. Quia dispensatio intelligitur quoad primum beneficium. Amplia, quod neque potest illud resignare sub pensione, ut per Garz. *p. 1. cap. 5. n. 156.*

138 Consulentem alicui duellum, ut inimicum occidat, si ille, qui consilium accepit, in duello occidatur, probabile esse non incurrere irregularitatem, docent Turrianus *de censur. lib. 9. disp. 63. dub. 4.* Hurtad. *de irregul. disp. 2. diffic. 6. n. 22.* Vasquez. *to. 1. in 1. 2. disp. 100. q. 73. arg. 9. dub. 3. n. 45.* Henriq. *lib 14. cap. 16. n. 1.* Diana *p. 11. tr. 6. miscel. 2. ref. 43.* Quia nullibi imponitur irregularitas ob mandatum, vel consilium, nisi quo quis mandat, vel consulit alicui, ut seipsum, vel alium occidat, sequuto effectu. In hoc autem casu mandans, aut consulens, non mandat, aut consulit, ut mandatarius, vel consultus seipsum occidat, qui neque seipsum occidit, quamvis constituatur in periculo, ut ab altero occidatur. Atque adeò, etiamsi revera, dum mandatum, vel consilium exequitur, occidatur, non idcircò mandans, aut consulens erit irregularis; quia non est causa proxima, tendens ex se ad sui occisionem independenter ab aliena voluntate, quod necessarium esset, ut diceretur seipsum occidere. Quemadmodum miles, qui se offert morti ab alio inferendæ, non occidit seipsum. Ergo neque qui mandat, vel consulit occisionem alterius.

139 At hujusmodi consulentem incurrere irregularitatem probabilius censeo cum Suarez *de censur. disp. 44. sect. 3. num. 18.* Covar. *2. p. §. 2. num. 1.* Avila *p. 7. disp. 6. sect. 2. dub. 5. concl. 4.* Sayro *lib. 7. de censur. cap. 3. numer. 3.* Ugolino *cap. 16. §. 8.* Molin. *tr. 3. disp. 32. num. 2.* Villalobo *in Sum. to. 1. tr. 21. diffic. 20. nu. 10.* Cornejo *in 3. p. D. Thom. tr. 5. de irreg. disp. 1. dub. 2. q. 2. nu. 3.* Nam ipse verè est causa moralis occisionis mandatarii, vel consultarii. Quamvis enim suo consilio, vel mandato non intenderit ejus mortem, eam tamen indirectè voluit, dum eius periculo illum voluit exponere. Quare illud homicidium non erit respectu mandantis, vel consulentis prorsus casuale, sed indirectè voluntarium. Nam prævidere debebat periculum illius occisionis.

140 In aliis etiam casibus consulens duellum incurrit irregularitatem. Et primò, quando in duello sequitur est effectus occisionis, vel mutilationis, ut decernitur *in cap. sicut dignum §. Clericos de homic.* Quia consilium se habet ut causa efficiens moralis homicidii sequuti, ut notant D. Antonin. *3. p. titul. 29. cap. 2. §. 2.* Sylvest. *v. homicidium 1. q. 8.* Vivald. *de irregul. nu. 257.* 141

Secundò consulens duellum, etiamsi alter illud consuluisset, fit irregularis. Quia efficaciter influit suo consilio in homicidium, vel mutilationem sequutam, & verè ipse duello cooperatus est. 142

Tertiò, qui auget, vel magis accendit, vel confirmat voluntatem duellantis, vel illum ad duellum accelerat, sequuto homicidio, vel mutilatione irregularis efficitur, etiamsi ille omnino duellum commissurus erat: Quia consultus, licet sit omnino paratus ad duellum, quia tamen citius, ac libentius illud aggreditur ob præstitum consilium, sequitur, consulentem in illud influxisse, & cooperasse. Si verò consultus erat omnino paratus, & ciò aggressurus duellum, consulens, & si peccaret consulendo, non tamen, sequuto homicidio, incurreret irregularitatem; quia non censetur causa efficax illius, ut colligitur ex Silvestro *v. homicidium 3. q. 5.* Tabiena *v. irregularitas 2. §. 4. in fine*, Sayro *lib. 7. de censur. cap. 2. nu. 11.* 143

Quarto consulens duellum, si dubitat, an suo consilio illud sequutum sit cum alterius morte, est irregularis. Quia cum constet de injusto ejus consilio, quod aptum est ad homicidium producendum, possessio stat pro actione illa injusta ejus consilii, atque adeò præsumitur, eum suo consilio opem tulisse ad homicidium, jam patratum in duello, & ideò censendus est irregularis, Sayr. *loc. cit. cap. 3. numer. 2.* Sanchez *in decal. lib. 1. cap. 10. n. 44.* Si verò consuluit minorem vindictam ad vitandum majus malum homicidii, nullam contraxit irregularitatem, etiam sequuto homicidio. Quia tunc nulla fuit culpa in consulente, ut jam dictum. Hæc autem irregularitas non contrahitur sine culpa. 144

Qui autem mandat alicui, ut duellum aggrediatur, & postea revocat mandatum, si mandatarius aggreditur duellum antequam ei nota fiat mandati revocatio, mandans incurrit excommunicationem, quia mandatarius virtute mandati sibi dati aggressus est duellum, atque adeò mandans est in culpa, & meretur pœnam duelli. Si verò revocatio mandati pervenit ad mandatarium ante provocationem ad duellum, & nihilominus ipse mandatarius voluit duellum aggredi, tunc mandans excusatur ab excommunicatione, quia dum revocavit mandatum ante commissum duellum, debebat mandatarius illud non aggredi, & dum voluit nihilominus illud committere; sibi imputandum est, non autem mandanti, qui nullo pacto videtur causa sequuti duelli, ut tradunt etiam Sylvest. *v. homicidium q. 1.* Lopez *p. 1. cap. 63. §. secundum Innocentium*, Navar. *cap. 27. n. 233.* D. Antoninus *3. p. tit. 29. cap.* & alii. 145

Si autem mandatario non constet expressè de mandati revocatione, sed tantum tacitè, ac implicitè, nempè quia ad ejus notitiam pervenit, quod mandans iniit pacem, vel parentelam cum inimico, & tamen mandatum exequitur, aggrediturque duellum, mandans non est excommunicatus. Quia mandatarius, habita notitia pacis, vel parentelæ initiæ inter mandantem, & ejus inimicum, debebat à duello desistere. Notitia enim pacis fuit tacita revocatio prioris mandati. & ideò mandans excusatur ab excommunicatione. Quia qui agit pro mandante, sufficit, ut ei constet de contraria voluntate mandantis, non solum expressè, sed etiam tacitè, ut per eumdem Sylvestrum *loc. cit.* Henriquez *lib. 14. cap. 16. §. 2.* & Lopez *ibidem.*

Si verò mandans imposuit mandatario, ut iniret duellum, non ad mortem, neque ad primum sanguinem, sed ad aliquos ictus tantùm honoris causa, & mandatarius duellantem vulneravit, vel occidit, ipse mandans est excommunicatus; quia verè fuit in culpa, & cogitare debebat, in duello evenire posse, ut pugnando 146

alter illorum, aut vulneretur, aut occidatur. Et quia ipsa duelli aggressio est sub pœna excommunicationis prohibita ex Constitutionibus suprà relatis, & colligitur ex Sylvestro *ibidem.*

147 Mandans pariter duellum, si mandatarius tunc noluit illud acceptare, sed postea mutans sententiam, absque ullo alio mandato duellum exequutus est, ipse mandans incurrit excommunicationem, si mandatum non revocavit. Quia primum crimen, quod in se commiserat, adhuc censetur in se perseverare, si nulla fuit facta revocatio. Et ita quoque censet Vivaldus *de irregul. nu.* 253.

148 Mandans etiam non expressè, sed tacitè duellum, ut si consanguineo injuriis affecto quis dicat: *Ne revertaris domum meam, donec aliquid novi de te audiam.* Si postea sequatur duellum, hic mandans contrahit excommunicationem. Quia tacitè fuit illius duelli causa, vel saltem consanguineum ad duellum magis excitavit. Actio enim specificatur à fine, illiusque qualitatem participat, ad quam finis dirigitur. Verba enim illa vindictam, & duellum tacitè indicabant.

149 Mandatum verò requiritur, ut sit efficax, & ita, ut duellum ex ipso sequatur. Quia si mandatum sit efficax ita, ut nihil omnino in duellum influat, non habet rationem mandati, & cooperationis prohibitæ. Pontifex enim prohibuit sub pœna excommunicationis mandatum, quod rationem mandati habet, etiamsi postea provocatio, pugna, accessus, vel actus ad pugnam proximus ob aliquod impedimentum sequutus non fuerit, ut per Bonacinam *d. to. 1. tr. de excom. disp. 2. q. 6. pun. 1. nu.* 28. Licet contrarium asserat Peregrinus *de duel. q. 33. nu.* 2. & 3. In dubio tamen judicandum est, mandatum influxisse, fuisseque efficax, quia possessio non stat pro mandante, sed pro mandato.

150 Spectatores quoque duelli incidunt in excommunicationem, dummodò sint spectatores ex condicto, sive ex proposito, atque industria, & tamquam testes, sive approbatores spectant, tamquam sua præsentia cohonestantes, vel ex curiositate palam intervenientes, quia multum animos augent ad pugnam. Non autem dicuntur propriè spectatores duelli, qui transeuntes obiter aspicerent duelli pugnam, ut declaravit Gregorius in citata sua Constitutione dicens: *Spectatores ex proposito.* Nam isti duellum promovent, ac duellatores coram eis valdè concitantur ad certamen spe victoriæ, atque ideò excommunicationem incurrunt, ut per Sanchez *d. c. 39. numer.* 31. Delrium *d. l. 4. magic. c. 4. q. 4. sect. 2. numer.* 26. Reginald. *cons.* 21. *tract. 2. numer.* 77. & alios. Secus autem spectatores, qui non nisi à certantibus, vel adstantibus duellum aspiciunt, non publicè, sed occultè, vel per cancellos, aut ita distantes, utnon censeantur adesse præsentes. Isti enim non contrahunt excommunicationem, quia suo aspectu non fovent duellum, ut per Lessium *l. 4. cap. 4. dub. 9. numer.* 83. Hurtadum *in 2. 2. to. 2. disp.* 170. *sect.* 21. *paragraph.* 179. Sà *v. duellum numer.* 3. ac Dian. *p. 5. tr. 14. miscel. 2. resol.* 100. Neque excommunicationem incurrit, qui duelli conscius tendit in eum locum videndi causa quæ illic geruntur; quia illa curiositas non est damnata, nec ii spectatores sunt ex industria, sed per accidens, neque propter illos promoveatur duellum, ut per Hurtadum, ac Dianam locis commemoratis. Neque spectatores, qui subsisterent ad dirimendum duellum, quia opus licitum, & christiana pietate dignum facerent, Sanchez *ibidem*, & Filiuc. *tr. 20. c. 8. numer.* 177. neque aliquis famulus, aut amicus assistens, ut vocet Confessarium, qui audire possit vulneratum moribundum, aut Chirurgum, qui vulneri medeatur, ut citati Doctores tradunt. Non tamen incurrunt irregularitatem ex homicidio ibi secuto, vel mutilatione, nisi fuerint spectatores ex conventione, secus si ex sua propria curiositate, Cardinalis *in Clementia ne in agro §. porro de stat. Monach.* Castrens. *cons.* 335. *vol.* 2. Boinch. *in cap. Clericis num.* 9. *in fine ne Cler vel Monach.*

Spectatores autem ex composito si ignorent, esse ab 151
Ecclesia prohibitum aspicere duellatorum certamen, si ignorantia talis sit, ut essent parati, si scivissent Ecclesiæ prohibitionem, ipsos pugnantes non aspicere, non incurrerent excommunicationem in foro interiori. Quia non essent contumaces. Contumacia enim ad incurrendam excommunicationem est necessaria; quia lex excommunicat eos, qui scienter aliquid contra prohibitionem faciunt, vel facere præsumunt. Ignorans autem non dicitur verè præsumens. Nam præsumptio importat dolum, ac temeritatem. Quod procedit contra facientes aliquid scienter, vel facere præsumentes. Ideòque non ligatur excommunicatione, qui ex ignorantia, etiam vincibili, sive juris, sive facti, modò non sit crassa, violat legem, ut probat cum nonnullis aliis Dian. *p. 3. tr. 5. miscel. 1. res. 13. & p. 5. tr. 9. res.* 17. Atque adèò neque spectatores duelli ex condicto, ignorantes hanc excommunicationem, latam esse contra ipsos, illam incurrunt, ut per Doctores, quos sequitur Dian. *p. 11. tr. 6. miscel. 6. res.* 27.

Socii verò, qui comitantur aggredientem duellum 152
causa illum juvandi, sunt excommunicati, quamvis postea pugna non sequatur, quando conati sunt efficere, ut pugnetur, vel saltem si poterant, non impedierunt, sed maluissent pugnam sequi. Nam Gregorius expressè in sua Constitutione hos excommunicavit, *etiamsi duellatores ad pugnam non veniant, quando per ipsos non stetit, quominus veniretur.* Secus verò si comitentur duellatores ad dirimendum duellum. Quia id est opus virtutis, & sub præcepto, si commodè dirimere possunt. Ideoque excommunicationem non incurrerent, etiamsi ex condicto, & ex instituto comitentur duellatores causa duelli impediendi, ut per Delrium, & Sanchez locis allegatis. Neque excommunicationem incurreret famulus associans, ac deferens arma, & equum sui heri, illumque expectans donec terminetur duellum, quando id non potest omittere sine suo gravi incommodo, ut firmant Hurtad. *d. disp.* 170. *sect.* 21. §. 179. & Dian. *p. 5. tr. 14. misc. 2. resol.* 100.

Qui autem commodat amico volenti duellum com- 153
mittere arma, si duellator non esset pugnaturus absque amici armis, & ille ei subministraret, ubique incideret in excommunicationem; quia esset subministratio illicita, & aliquo modo causa, ut sequeretur duellum, ac expressè à Gregorio prohibita. Si verò duellator est certè pugnaturus, etiam suis armis bonitatem inferiotibus, tunc qui præbet illi arma securiora, ut sit minus discrimen ejus vitæ dummodò in eadem specie paria sint, non incidit in excommunicationem. Tum quia talis subministratio nullo modo est causa duelli. Et tum quia sicut ille habet jus tuendi propriam vitam, ita & alter potest illi auxilium præbere in sui defensionem, ut tradunt Hurtad. *loc. cit. sect. 3. numer.* 185. Floronus *de duel. c. 15. num.* 4. & 5. Peregrin. *eod. tr. q. 25. nu.* 1. ac Diana *d. p. 5. tr. 14. misc. 2. res.* 101.

Quinam verò propter libellos, & scripta provocantia 154
ad duellum, incidant in excommunicationem, Clemens VIII. in relata sua Constitutione his verbis eos expressit: *Eos omnes, & singulos, qui suo, vel alieno nomine ad effectum, de quo superius dictum est, prædicta, vel his similia, multòque magis ad certandum provocatoria scripta, libellos, epistolas, earumque exempla dictaverint, composuerint, scripserint, miserint, detulerint, divulgaverint, affixerint, exemplaverint, typis impresserint, subscripserint, intimaverint, vel etiam verbo denunciaverint, sive attestati fuerint, quive alios ad singulare certamen publicè, vel occultè ineundum, vel ad provocandum aliquem ad pugnam, sive ad hujus generis scripta, quæ Manifesta, quoque chartulæ provocatoriæ appellantur, scribenda, dictanda, mittenda, deferenda, divulganda auxilium, consilium, operam, vel favorem præstiterint, vel eorum aliquo se quomodolibet immiscuerint, etiamsi neque pugna, neque certamen, aut effectus, neq; accessus, aut actus ad pugnam proximus, neq; expressa, & aperta provocatio subsequuta fuerit, neque*

scriptiones prædictæ, quæ Manifesta dicuntur, in publicum prodierint, aut cuiquam intimatæ extiterint, si per eos non steterit, quominus publicatio, aut denuntiatio fieret, &c. excommunicamus, & anathematizamus.

155 Qui autem libellum provocatorium composuit, sed sedulam navavit operam, ne affigeretur, neve intimaretur, non afficitur excommunicatione, quia per ipsum stetit, ne publicatio, vel intimatio, aut provocatio sequeretur. Secus autem si affixit, vel publicavit, aut intimavit, etiamsi postea illicò libellum dilaceravit, vel impedivit provocantes ad duellum, ne illud committerent, nam illa affixio, vel publicatio, aut intimatio libelli verè est provocatio ad duellum, & ad pugnam, atque actio simpliciter, & absolutè in adducta Constitutione prohibita, qua posita, excommmunicatio statim incurritur, ut per Peregrin. *de duel. q. 5. num. 3. & 8.* ac Bonac. *de excom. disp. 2. q. 6. pun. 1. num. 34.*

156 Ii verò, qui audiunt, vel legunt provocationes ad duellum, si illas audiunt, vel legunt ob simplicem curiositatem, non incidunt in excommunicationem; quia hæc actio non exprimitur in Constitutione Clementis VIII. Si autem legunt, vel audiunt ad finem consulendi, an sint secundùm iniquas leges duelli, utique incidunt in excommunicationem; Quia sunt consulentes, cooperantes, & provocantes ad pugnam contra dictas prohibitiones.

157 Advertendum autem est, præfatas actiones duplici modo prohiberi. Aliæ enim prohibentur absolutè, & absque ulla conditione, aliæ sub conditione: *Si per ipsos non stet, quominus duellum sequatur.* Quæ prohibentur primo modo, statim ac præstitæ sunt, incurritur excommunicatio. Hæ autem sunt, provocare ad duellum, publicare, affigere, intimare duelli libellum, accedere ad locum duelli, accipere duellum, pugnare in duello, ac similes. Ob quamlibet autem harum actionum statim quis in excommunicationem incidit, quia sine ulla conditione prohibentur. Quæ verò secundo modo prohibentur, ut consulere duellum, componere libellos, mandare, ut hujusmodi libelli deferantur, affigantur, publicentur, commodare arma, & aliæ actiones, quæ exprimuntur à Clemente VIII. illis verbis: *Volentes eos omnes, &c.* non inducunt statim excommunicationem, sed quando impletur conditio: *Si per eos, qui eas præstant non steterit, quominus sequatur duellum, vel illius provocatio*, ut etiam notat Bonacin. *loc. cit. n.* 33.

158 Ex quibus sequitur primò, consulentem ad provocandum duellum incurrere excommunicationem statim ac ipsa provocatio sequitur, vel sequi debuisset, si aliunde impedimentum non adfuisset. Secundò, qui libellum provocatorium composuit, vel scripsit afficitur excommunicatione statim ac provocatio, vel duelli provocatio sequitur. Tertiò commodantem arma in excommunicationem incidere, quando cum illis decertandum erat, accedendum ad locum duelli, etiamsi pugna impedita fuerit. Quartò, qui auxilium, vel consilium, vel mandatum dedit ad pugnandum, vel ad provocandum duellum, non ligatur excommunicatione, si antè provocationem, vel pugnam influxum sui consilii, mandati, vel auxilii revocavit. Quia per ipsum stetit, ne provocatio, vel pugna sequeretur. Secus autem si procuravit duelli provocationem, & solum impedivit, ne sequeretur pugna, quia per ipsum non stetit, ne sequeretur provocatio.

159 Pœnæ autem perpetuæ infamiæ, ac præscriptionis bonorum à S. Concilio Tridentino statutæ, à Gregorio, & Clemente confirmatæ, atque extensæ ut suprà petunt Judicis sententiam. Quia sunt pœnæ, quæ privant proprio jure acquisito, & consequenter non solitæ incurri ante Judicis sententiam, ut docent Sanchez *d. l. 2. in decal. cap. 39. n. 32.* Castropal. *tom. 1. tr. 6. disp. 5. pun. 7.* ac Dian. *p. 7. tr. 11. misc. 2. res. 44. n. 7.* asserentes, exceptis ex excommunicatione, suspensione, ac interdicto, reliquas pœnas relatas in decreto Tridentino, & Constitutionibus memoratis indigere sententia Judicis, saltem declaratoria criminis, ut incurrantur.

Opinatur verò Baunius *in theol. moral. disp. 3. tom. 2.* 160
q. 19. cui adhærere videtur Castropalaus *loco citato*, requiri Judicis sententiam, ut morienti in duello denegetur sepultura Ecclesiastica. Quia pœnæ, quæ privant hominem jure acquisito, non solent incurri ante Judicis sententiam declaratoriam criminis, ut supradictum est. Fideles autem per baptismum acquisiverunt jus ad Ecclesiasticam sepulturam; ideòque, ut ea priventur, requiritur Judicis sententia declaratoria.

Hæc opiniò sic absolutè relata communiter non ad- 161
mittitur. Nam usus Ecclesiæ est, si notorium sit, eum qui pugnam commiserit in conflictu decessisse contra dictum S. Concilii decretum, & Constitutionem Clementis VIII. nullatenus in loco sacro sepeliendum esse. Quia ipso facto incidit in pœnam, nec requiritur Judicis sententia, ut executioni demandetur. Quod etiam notant Peregrinus *de duel. q. 7. num. 3.* ac Diana *d. p. 7. tr. 11. miscel. 2. res. 44. num. 4.* Si verò notorium non esset, decessisse in notorio peccato lethali, nec deliquisse contra dictum decretum, & Constitutionem, parochus non debet eum sepelire in Ecclesia, nec sepulturam ei denegare, sed rem totam ad Episcopum, vel ejus Vicarium deferre, qui capta summaria informatione, sententiam ferat. Utque autem careat perpetuò Ecclesiastica sepultura, duellum plenè probari debet, prout requiritur ad privandum Christianum communibus Ecclesiæ suffragiis, quæ in ipsa sepultura includuntur. Probatio enim dubia, & generalis non concludit, quemadmodum declarat Abb. *in cap. bona numer. 15. de appel.* & quatenus dubia est, adaptari debet ad partem, per quam evitetur delictum ad notata per Bartol. *in l. non solum §. sed ut probari ff. de oper. nov. nunc.* & per Bald. *in l. precibus col. 2. C. de impub.* & alios apud Mascard. *de prob. vol. 3. concl. 1174. num.* 49. Si itaque adhuc adhibitis diligentiis remaneat dubium, an decesserit in conflictu, anve per duellum, poterit permitti sepultura in loco sacro, secreto tamen, & sine pompa funebri.

Vulneratum in duello, si moriatur ex ipso vulnere 162
post aliquot dies, etiamsi sacramenta susceperit, privandum esse Ecclesiastica sepultura, docet Thomas Hurtad. *var. to. 2. tr. ult. res. 5. §. 6. n.* 196. Nam moritur ex vulnere in duello accepto. Et mori in duello dicitur, qui tale vulnus in duello accepit, ex quo, nisi interveniente miraculo, superstes esse non potest. Idemque asserunt Bordon. *to. 3. res. 51. n.* 111. & 112. Lavor. *var. tit. 2. c. 12. n. 16.* Sentarel. *de sepult. tr. 2. concl. 8. nn. 12.* Bichius *in prompt. Confes. p. 2. cap. 18. §. 9.* Bonac. *loc. alleg. n. 22.* ubi ait, quod is dicitur in duello mori, qui ex vulnere in duello accepto moritur, & quod privatio Ecclesiasticæ sepulturæ inducta est in detestationem criminis, ut reliqui cognoscentes, duellum tam acriter puniri, terreantur, & ab hujusmodi crimine arceantur. Quamobrem dici potest privationem sepulturæ, non infligi per modum censuræ, sed per modum justitiæ vindicativæ distinctæ à censura. Alioquin opus non fuisset hanc pœnam exprimere cum privatio sepulturæ sit effectus consequens excommunicationem, & ita etiam sentiunt Peregrinus, atque alii.

At verò Diana *p. 11. tract. 6. miscel. 6. res. 26.* Bas- 163
sæus *v. sepultura num.* 5. Carafa *de duello tr. 2. sect. 3. q. 19. num.* 9. Vidal. *in arc. theol. moral. tit. de duell. disp. 6. num.* 46. Baucius *in miscel. tom. 1. q. 438. pet. 8.* Possentius *in recoll. quæst. moral. v. duellum num.* 6. Mancin. *in pract. de infirm. in ordin. ad sepult. num.* 34. Trullench. *de jur. Paroch. cap. 9. dub. 7. n.* 7. Remig. *in pract. Confes. tr. 2. cap. 5. §. 1. numer.* 11. Lezana *to. 2. v. duell. numer.* 14. Portell. *in resp. p. 3. c. 10. nu. 3. & 4.* tradunt, quod si aliquo tempore post peractum duellum obierint etiamsi ob vulnus in duello acceptum talis mors ipsis contigerit, non sunt privandi Ecclesiastica sepultura. Quia Concilium Tridentinum, & Clemens VIII.

loquuntur de illis, qui in ipso conflictu, non post ipsum decesserint. Cùmque sit lex pœnalis, extendi non debet, sed potius restringi. Quod verum etiam est, si quis moriatur post unum, vel alterum diem duelli. Quia in tali casu quis non moritur in loco duelli, sed occasione duelli, & ideò non includitur in decreto Concilii, neque in Constitutione Clementis, ut per Dianam contra Peregrinum *p. 2. tr. 16. miscel. 2. resp. 52. altas 54. & alibi.*

164 Verum ego ex eadem ratione primam sententiam veriorem censeo, ut supra dixi, & juxta sensum S. Congregationis. Frustra enim imposita esset hæc pœna, cùm idem efficeret excommunicatio à duellante incursa, & hanc tenet S. Pœnitentiaria, ut constat ex ejus praxi. Vnde non modò is, qui moritur in conflictu, sed etiam ex conflictu, hoc est ex vulnere accepto in conflictu, & si post conflictum moriatur, caret perpetuò Ecclesiastica sepultura.

165 Ei, qui moritur in duello, sed ante obitum dedit pœnitentiæ signa, censet Portellus *loco citato*, non esse denegandam Ecclesiasticam sepulturam. Quia Concilium videtur loqui de illo, qui moritur in duello cum mortali peccato sine signis contritionis, non autem de eo, qui ante mortem dedit signa pœnitentiæ. Præsertim, quia hujsmodi lex est pœnalis, ac proinde strictè intelligenda est. Cum ergo dicat, privandum esse Ecclesiastica sepultura morientem in duello, videtur, non comprehendi in illa casum prædictum, in quo quis non moritur in duello, sed finito duello cum signis contritionis. Et, quamvis moriatur in loco, duelli, non tamen moritur in ipso conflictu, videturque Concilium Tidentinum statuere, quod de jure communi statutum erat, nempè esse denegandam Ecclesiasticam sepulturam morienti in conflictu duelli; quia moritur in peccato mortali. Solum enim peccatores mortaliter notorii, si absque pœnitentia decessisse præsumantur, sepultura sacra privari debere, habetur *ex can. quibus, & seqq. 13. q. 2.* & docet Glossa *in cap. quia de usur.* Abb. *in cap. ex parte 1. in fine de sepult. & in cap. fures de furt.* Paludan. *in 4. d. 18. q. 18. ar. 1. §. quantum ad 4. concl.* 5. Sylest. *v. sepultura q. 9.* Sà *eod. v. n. 3.* Layman. *l. 3. sect. 5. tr. 5. c. 12. n. 12.* ponens ad rem exemplum, ut si aliquis in ipso facinore, quod nullo modo excusari potest à mortali occisus deprehendatur. Quia mutatio animi est quid facti, quod non præsumitur, sed ostendi debet. Imò, etiamsi nullum dederit signum pœnitentiæ, ita ut ne quidem invocaverit nomen *Iesu*, dummodo non moriatur in ipso conflictu. Quia nemo quantumvis peccator, præsumitur immemor suæ salutis æternæ, in extremis constitutus, ut docent Plaza *l. 1. de delict. cap. 23. n. 9.* & Sancius *in select. disp. n. 3.* facitque Menoh. *l. 5. præsumpt. 1. num. 19.* Hinc adulteri deprehensi in adulterio, & à marito interfecti, sepeliuntur in loco sacro, ut docent etiam Graff. *to. 1. cons. l. 3. de sepult. cons. un. num. 6.* & Sancius *loc. cit.* qui hoc ipsum de rixantibus, & mutuò se occidentibus, licet in conflictu moriantur, nullis pœnitentiæ signis exhibitis, & de illis, qui in ludo agitationis taurorum decedunt cum Villalobo *to. 2. sum. tr. 31. diff. 3.* & propter eandem rationem Navar. *l. 3. consil. de sepult. cons. 4.* & Portel. *ibid. n. 5.* approbant, quod meretrix, quæ in domo sui Amasii reperta est vulneribus confossa, & mortua, possit in loco sacro sepeliri. Ut generaliter loquendo Coninch. *disp. 14. de excom. dub. 8. concl. 5. n. 66.* inquit, sepeliendum esse in loco sacro excommunicatum, quoties dubitatur, an pœnitens decesserit, quia melior pars præsumenda est. Quod autem non invocaverit nomen *Iesu*, provenire potuit ex privatione sensus, & ob mortale vulnus sibi inflictum, & ex sanguinis fluxu.

166 Hisce tamen non obstantibus, tenendum est cum Homobono *in consult. cas. conscient. 2. p. 7. resp. 64.* Sancio *in select. disp. 26. n. 9.* Diana *p. 4. tr. 4. miscel. resol. 192.* Lezana *loc. cit.* duellantibus, si in loco conflictus ii moriantur, etiamsi ante obitum dederint signa pœnitentiæ, non esse concedendam Ecclesiasticam sepulturam, nedum quia semper comprobatur, quod ait Concilium Tridentinum, & Clemens VIII, in loco conflictus decessisse, sed etiam quia sic decernitur, ac præcipitur in Rituali Romano, jussu Pauli V. edito in rubrica de exequiis in hæc verba: *Negatur Ecclesiastica sepultura morientibus in duello, etiamsi ante obitum dederint signa pœnitentiæ.* Quod ex nostra sententia extenditur ad hujusmodi morientes post conflictum, sed ex conflictu, ut supra dictum est, cùm perpetuò careant Ecclesiastica sepultura.

Et, quicquid sit de aliis exemplis, modò deductis, 167
quæ ex opinione probabili admitti possunt. Per Constitutionem B. Pii V. in ludos agitationis taurorum, ac feratum agentes, vel spectantes latè examinat Gutierez *l. 1. Canonic. quæst. c. 7.* ubi *n. 3.* notat, illam pœnam privationis Ecclesiasticæ sepulturæ locum habere etiamsi quis ante mortem signa contritionis ediderit, & confessus, atque absolutus Sacramentaliter fuerit. Hoc idem dicendum de ludos torneamentorum agentibus *ex c. 1. & 2. de torneam.* Si quis enim certantium ibi mortuus fuerit, quamvis ei poscenti pœnitentia non denegetur, hoc est absolutio, & Sacramentum Viatici, tamen Ecclesiastica careat sepultura, inquit Concilium Lateranense sub Alexandro III. *in cit. cap. 1.* Vnde hæc pœna procedit, etiam in morientes, editis signis contritionis, & recepta absolutione à culpis, ut patet ex textu. Quam pœnam esse latæ sententiæ, diximus supra. Nec obstat, quod multi Doctores contrarium doceant *in cap. omnis utriusque sexus de pœnit. & remiss.* Quia ibi pœna illa privationis sepulturæ per verbum *careat* conjungitur cum pœna alia sententiæ ferenda, ideòque signum est, quod etiam altera sit sententiæ ferendæ, quia illa verba possunt recipere talem sensum, ut tradit Tiraquellus *in l. si unquam v. convertatur num. 166. de revoc. donat.*

Posse autem Episcopum cum his contritis, & con- 168
fessis dispensare, ut liceat eos sepelire in loco sacro, ac etiam in aliis officiis, ab Ecclesia pro defunctis fieri solitis, asserit Duvallius *in 2. 2. D. Thom. q. 17. art. 1.* inquiens, Episcopum justis de causis post duellum morienti, attenta contritione, & absolutione, quam consequutus est. Quia in Concilio, & à Pontificibus tantum sit mentio eorum, qui in duello obierint, & non eorum, qui post duellum contriti, & confessi, mortui sunt, Quinimò Diana *p. 5. tr. 3. resol. 140.* absolutè ait, sine ulla Episcopi dispensatione posse in loco sacro sepelari, quia non est mortuus in peccato mortali, dum contritus, vel confessus decessit.

At hæc omnia sunt contra S. Concilium, & Consti- 169
tutionem Clementis, qui perpetuò privatos esse voluit Ecclesiastica sepultura, contra praxim S. Pœnitentiariæ, ac Rituale Romanum ex supradictis.

Possumus verò publica oratione deprecari, ac Missæ 170
sacrificium offerre pro mortuo in duello cum signis contritionis, sed sepulto extra Ecclesiam, & in loco non sacro. Quia licet talis publicè in excommunicationem incurrerit, non fuit tamen nominatim declaratus excommunicatus, neque talem excommunicatum non denunciatum tenemur evitare in communicatione spiritualium, vel temporalium. Et quia non est mortuus clarè, ac notoriè in peccato mortali. Nam licet duellando peccaverit mortaliter, post tamen duellum signa dedit contritionis, atque adeò censendus est, non esse mortuum in claro, & notorio peccato mortali, ceu tradunt Navar. *in sum c. 27. num. 36. & tr. de orat. c. 19. concl. 6.* Henriq. *lib. 9. cap. 15. num. 3.* Reginald. *tom. 2. lib. 32. tr. 1. sect. 2. n. 76.* ac Diana *p. 4. tr. 4. res. 192. num. 4.*

Ex occisione autem sequuta ex duello, teneri in fo- 171
ro conscientiæ qui alterum lædit, vel occidit, resarcire læso, vel filiis, ac hæredibus occisi quamcumque jacturam, quam illi ratione læsionis, vel occisionis perpessi sunt, docent Molina *de just. tom. 4. tr. 3. disp. 82. n. 2.*

Tue-

Turrianus *in 2. 2. D. Thomæ tom. 2. disp. 28. dub. 4. num. 12.* Peregr. *de duel. q. 39. num. 4.* Megala *p. 2. lib. 3. cap. 1. q. 1. n. 13.* ac Bonaventura Colonensis *in tr. de duell.* Quia, qui pugnant in duello, dant operam rei illicitæ, ac proinde si ex duello sequitur læsio, vel mors, qui lædit tenetur resarcire damnum illatum. Hæc sententia est probabilis.

172 Sed in hac probabilius distinguendum puto inter provocantem ad duellum, & provocatum. Si enim provocans provocatum lædit, vel occidit, utique tenetur restituere damnum illatum. Quia provocatus censetur involuntariè acceptasse duellum, & ne apud mundanos vilis habretur. Si verò provocatus invitus acceptat, & lædat, vel occidat provocantem, quamvis mortaliter peccet, nihilominus non tenetur ad damni restitutionem. Quia provocans illum invitavit ad sui occisionem. Volenti enim nulla fit injuria, *l. 1. §. usque adeò ff. de injur.* Quod si ambo ad duellum se provocarent, neuter tenetur alteri ad restitutionem. Quia tunc intercedit pactum implicitum, ut occidens nihil inde occiso teneantur. Et hanc sententiam sequuntur Azor. *p. 3. lib. 5. cap. 3. q. 7.* Filiuc. *to. 2. tr. 38. cap. 8. nu. 212.* Lessius *lib. 2. cap. 9. dub. 11. num. 133.* Rebel. *de oblig. just. p. 1. lib. 3. q. 12. n. 8. & 9.* Layman. *lib. 3. sect. 3. tr. 3. cap. 6. n. 5.* & alii, quibus adstipulatur Diana *p. 3. tr. 6. res. 53. num. 5. & p. 5. tr. 4. res. 50. nu. 2.* de quo etiam infrà.

173 Leges apud Cajetanum 2. 2. *q. 95. ar. 8. & in sum. v. duellum*, Armil. *eod. v. num. 5.* Sà *eod. pariter v. n. item* 1. Lyranum 1. *Reg. cap. 17.* Navarrum *in sum. cap. 11. n. 39.* Dianam *p. 3. tr. 6. miscel. 2. res. 1. num. 13. & par. 6. tr. 6. misc. 1. res. 20.* posse Principes in casu extraordinario ad majora mala evitanda duellum permittere, & luculenter apud Sanchez *lib. 2. in decal. d. cap. 39. num. 30.* leges hæc verba: *Nec etiam incurrit excommunicationem Princeps hac duella inter Christianos permittens, quando permittere in casu extraordinario opus esset ad vitanda majora mala, & scandala. Quia licet semper peccet assensum his duellis præbendo, sive ea concedendo, attamen immunis esset culpæ ea permittendo in eo casu extraordinario. Sicut ob similem causam, licet permittere lupanaria.* Et quamvis Gregorius XIII. in suo motu proprio extenderit ad Dominos duella permittentes, aut non prohibentes eam excommunicationem, at clarè intelligitur quando illicitè permittuntur. Nam permissio licita, ac juri naturali, regulisque prudentis Gubernationis consona ad prospiciendum bono communi, nec interdicitur, nec pœna, sed præmio digna est.

174 Eadem ferè habes apud Hurtadum de Mendoza *in 22. tom. 2. cit. disp. 170. sect. 21. §. 173.* ubi sic ait: *Princeps non est obnoxius his pœnis, quando, permisso duello, vetat graviora damna, quæ alia ratione vitari non possent, nisi cum graviori incommodo.* Tum quia minora mala non solùm permittuntur, sed etiam consuluntur, quando aliter vitari non possunt, Tum etiam quia jus naturale, & Ecclesiasticum vetat eas permissiones ad vitanda damna inde sequenda. Ergo si non ex permissione sequantur damna graviora, non intelligitur permissio interdicta. Unde in tali casu licebit designare certamini locum, sicut licet designare locum lupanari, quando sine lupanari vitari non possunt incommoda graviora, & designatio loci non est cooperatio ad certamen, si aut neque designatio lupanaris est cooperatio ad impudicitiam meretricum; sed est designatio conditionata, ut ibi concertent, si qui concertare voluerint; sicut in lupanari, ut ibi meretricia exerceat, si quæ voluerit esse meretrix. Hæc occasiones sunt. Quando inter duos Principes ferverent odia minantia bellum exitiale, quod quidem averteretur, & restinguerentur odia, si monomachiam permittat Princeps tertius, qui non solùm posset eam permittere, sed consulere, si omnibus prudenter expensis, judicaret, nullam esse aquam illi incendio. Consulere inquam, non absolutè, sed ut potest consuli minus malum. Item si vasalli Principis ita tumultuarent civilibus odiis, ut prudenter timeatur, illos catervatim, & ex insidiis congressuros, neque ipse Princeps posset eos legibus coërcere, nec compescere, imminearque seditio, ac rebellio. Tunc si possent ea damna vitari, permissa, aut consulta monomachia esset permittenda, aut consulenda. Minus enim malum est, ut pauci congrediantur, quàm ut multi. Item si duo Principes peterent à Principe tertio Campum, ut ex ipsorum subditis pauci in eo duellarent, si Princeps tertius illum negare non posset sine periculo, ut illi in eum arma verterent illique immineret, aut amissio Regni, aut periculosum bellum.

Audisti, mi lector, Sanchez, & Hurtadum. Tu verò, 175
mordicus teneas, præsertim post Concilium, & Constitutiones Pontificias, nullo modo licere Principibus in aliquo casu dare licentiam ad duellum, neque illud permittere, nequidem ad vitanda majora mala. Audi iterùm Tridentinum *d. c. 19. sess. 25. Imperatores, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & quicumque alio nomine Domini temporales, qui locum vel Mammachiam in terris suis inter Christianos concesserint, eo ipso sint excommunicati, ac jurisdictione, & dominio Civitatis, Castri, aut loci, in quo, vel apud quem duellum fieri permiserint. Quod ab Ecclesia obtinent, privati intelligantur, & si feudalia sint, directis Dominis statim acquirantur.* Audi etiam Gregorium XIII. in illa Constitutione, *Ad tollendum: Volens etiam locorum Dominos, si certamen ex conducto hujusmodi pervaserint, aut quantum in se fuerit non prohibuerint, eisdem censuris, & pœnis subjacere.* Audi denique Clementem VIII. in d. Constitutione. *Illius vices: Eisdem pœnis teneri, non solùm locorum Dominos, sed etiam Magistratus, Præsides, Locumtenentes, aut etiam militum Duces. & Capitaneos in Castris, vel extra ea, in aliena, vel hostili solo, vel cum militibus exercitus adversariorum monomachiam in quacumque casu per præsentes, vel alias Constitutiones hujusmodi prohibitam, permittentes, vel quantum in ipsis est non prohibentes, aut post admissum crimen veniam, & impunitatem concedentes.*

Ubi ponderanda quippe est dictio *Quocumque*, quæ 176
ita universalis est, ac distributiva, ut etiam comprehendat ea quæ aliàs non comprehenderentur, ut notant Corn. *cons. 183. vol. 2.* Ruin. *cons. 52. n. 2.* Honded. *cons. 76. n. 16. l. 2.* Seraph. *dec. 980. n. 8. & dec. 325. n. 7.* Ludovis. *d. c. 267. n. 5.* ac Rota *dec. 782. n. 10. p. 1. div.* etiam ea, quæ requirunt specialem mentionem, ut notat Intrigliol. *dec. Sicilia 3. n. 131.* Et qui dicit *quodcumque* nihil excipere, tradit Narbona *de appellat. à Vicario ad Episcopum p. 2. fundam. 1. n. 33.* Nam verba ista universalia comprehendunt omnia, quantumvis gravia, & magna, ut observant Alber. *in l. item quæritur §. exercitus ff. locati*, Jason *in l. 1. circa finem C. de jur. emphyt.* Gomez *in §. 1. n. 7. inst. de action.* Cravet. *cons. 290. & cons. 294.* ubi latè, ac Menoch. *cons. 744. num. 4.*

Ea igitur juris duelli concessio, ac permissio omnino, 177
repudianda est, quam aliqui turpiter impingentes proponunt, ut certam, putantque esse præsens ad multa mala remedium. Nempè ut ii sine culpa duellum ineant, qui suborta difficultate de consensu Principis descendunt in certamen. Hanc dico, esse fœdam hallucinationem; quia publica auctoritas non potest duellum crimine eximere extra eventus superius propositos. Nam si alteruter tantum est nocens, puniendus est à Judice, non autem duelli libertate donandus cum periculo adversarii innocentis. Itaque cum ii, de quibus hic est sermo planè sentiant, alterum duellantium esse innoxium, manifestus est eorum lapsus. Quod si uterque nocens supponeretur, posset quidem à Principe justa unius punitio communitti alteri, & vice versa, pacta victori impunitate, quicquid contra sentiat Major *in 4. d. 13. q. 23. ad 4.* Tamen exitium animarum moraliter inde consecuturum, & alia gravia incommoda, quæ facilè urgeri possent, persuadent præstare ordinariam scolerum

lerum puniendi viam, quam illum inire præsertim, ut dixi post Constitutionem Clementis VIII.

178 Si verò Princeps Christianus in sua ditione duobus infidelibus locum concederet duellandi, non incurreret excommunicationem. Quia S. Concilium Tridentinum expressè prohibet Principibus non permittere duellum inter Christianos, nulla facta mentione de duello inter infideles, ut per Delrium *lib. 4. magic. c. 4. q. 2. sect. 2. n. 26.* & Sanchez *d. cap. 30. num. 29.* Secus esset, si in duello esset pugnaturus Christianus cum infideli. Quia tunc Princeps concederet locum ad duellum Christiano. Quod clarè constat, esse sub excommunicatione prohibitum à Concilio, & à Pontificibus suprà relatis.

179 Pœnam autem privationis jurisdictionis, ac dominii Civitatis, Castri, aut loci ab Ecclesia obtenti, ut à Principe, & ab aliis in Concilio expressis incurratur ob duelli permissionem, indiget sententia Judicis, quia est pœna, quæ privat proprio jure acquisito, & ideò non incurritur ante Judicis sententiam. Sola autem pœna excommunicationis, suspensionis, interdicti, ac etiam irregularitatis, nec non privationis Ecclesiasticæ sepulturæ est latæ sententiæ, & contrahitur absque Judicis sententia, ut suprà probavimus.

180 Quod verò ad absolutionem ab excommunicatione lata contra duellantes, & ad duellum cooperantes, illud est reservata Summo Pontifici, non quidem vigore S. Concilii Tridentini, & Constitutionis Gregorii XIII. sed ex Constitutione Clementis VIII. per hæc verba: *Excommunicationis absolutionem ab alio, quàm à nobis, aut pro tempore existente Romano Pontifice, &c. nisi in mortis articulo constituti, obtinere nequeant, etiam prætextu quarumcumque facultatum, & indultorum, quibuscumque personis Ecclesiasticis cujuscumque ordinis, aut militiæ, status, aut gradus, aut conditionis existentibus.*

181 Ex decreto etiam S. Congregationis super Episcopis, & Regularibus jussu ejusdem Clementis VIII. edito, & approbato à Paulo V. de quo alibi, prohibitum est omnibus habentibus privilegia in quacumque verborum forma absolvendi à casibus Papæ reservatis, ne in Italiam extra Urbem Romam possint absolvere à casibus duelli, & diffidationis in terminis S. Concilii Tridentini, & Constitutionis Gregorii XIII. Quod si prætextu privilegiorum præsumpserint absolvere extra mortis articulum absolutio est nulla, & incurrunt excommunicationem Papæ reservatam, pœnam privationis officiorum, & beneficiorum, ac inhabilitatem ad talia, à solo Papa dispensabilem.

182 Itaque hodie in Italia privilegia habentes præfata non possunt absolvere principales, si pugnaverint; cooperantes autem scilicet secundariè, non possunt absolvere, quoties principales accesserunt ad locum pugnæ, licet non fuerit subsequuta, si per eos cooperatores non stetit, quominus sequeretur, quia istis solis casibus, ac terminis incurrunt pœnas ex Concilio Tridentino, & Constitutione Gregorii XIII. In aliis autem casibus, licet illi omnes incurrant excommunicationem, Papæ reservatam, ex dicta Constitutione Clementis VIII. tamen non sunt per illam, neque per illud decretum impedita eorum privilegia. Ita Graff, *lib. 1. de casib. reser. cap. 7. n. 20. & 26.* Reginald. *l. 21. n. 83.* Filiuc. *tr. 29. n. 167.* Comitol. *lib. 6. q. 17. num. 2.* & Bonac. *de censur. disp. 2. q. 2. pun. 2. n. ult.*

183 Ex dicta item Constitutione Clementis VIII. statutum etiam est, ut à censuris duelli, ac diffidationis nemo possit absolutionem obtinere, nisi pœnitentia, & satisfactione congruè peracta. Quocirca adverrendum, quod si ad duellum, vel diffidationem provocans, vel liberè acceptans occidatur, vel mutiletur, nulla sibi, neque hæredibus facienda est restitutio, quia censetur prævidisse periculum, & condonasse. Si autem qui acceptavit coactè metu infamiæ, aut alterius gravis nocumenti occidatur, occidens tenetur ad restitutionem, & secundo loco tenentur cooperatores. Quæ omnia probantur *l. 1. §. cum aristes ff. si quadr. paup. fecis. dic.* Tanner. *to. 3. disp. 4. q. 8. n. 102.* Luys. Turrian. *de just. disp. 28. dub. 4. n. 9.* Quod autem ait Clemens de præcedenti pœnitentia, & satisfactione, intelligitur quando absolutio datur extra mortis articulum, & intelligendum est, quando sine gravi incommodo potest ille satisfacere ante absolutionem, & loquitur de absolutione danda à Sede Apostolica, non autem imponit formam aliis habentibus privilegia sine tali restrictione.

184 Quando autem duellum emissum est occultum, potest Episcopus ab ejus excommunicatione absolvere. Nam Episcopis concessum est privilegium à Concilio Tridentino *sect. 24. c. 6.* absolvendi à casibus Summo Pontifici reservatis, quando sunt occulti; cui privilegio in Constitutione Clementis VIII. non est derogatum, cum de illo inibi nulla mentio fiat, prout fieri debebat, ut derogatum censeretur, sicque tradunt etiam Suarez *de pœnit. q. 30. sect. 2. n. 24.* Sanchez *d. c. 39. n. 27.* Rodriq. *to. 1. qq. Regul. q. 8. ar. 10.* & Peregrin. *de duello q. 37. n. 3.*

185 Duellum verò, sive delictum opinantur occultum aliqui Doctores apud Sanchez *l. 2. in decal. c. 11. num. 19.* quando in judicium deferri nequit, eo quod nullus interfuit testis, & sola delinquentis concessione manifestari potest Ecclesiæ,

186 At renendum est, occultum dici, quod non est publicum, idest neque notorium facti, vel juris, neque famosum, etiamsi aliquibus notum sit, ac etiamsi sit secundùm se probabile in judicio hæc qualitas occulti, quia requiri solet in absolutionibus, & dispensationibus, ut causa ad scandalum vitandum. Hæc autem ratio militat, quoties delictum non est publicum, etiamsi à nonnullis sciatur, & sit probabile in judicio, Interim dum non probatur, neq; ad judicium defertur, est occultum. Ita Navarrus, Suarez, Sà. Molina, Sayrus, Vivaldus, quos allegat, & sequitur Sanchez *de matr. l. 8. disp. 34. n. 55. & in decal. d. c. 11.* cum *Azorio*, ac censet Tolet. *l. 1. c. 89. §. quod ad Concilii*, Barbosa *alleg. 39. nu. 21.* ubi testatur, communem, & probabiliorem, etiam quoad facultatem concessam Episcopis à Concilio Tridentino; quamvis alii distinguant, dicentes, quoad facultates S. Pœnitentiariæ suprædictam sententiam veram esse, non autem quoad facultatem concessam à Concilio Tridentino *loco citato.* Qua tunc aiunt occultum dici, quod non est probabile in judicio. Et ita tenet: aliqui allegati à Sanch. *d. c. 11. n. 19.* & Garz. *p. 7. c. 11. n. 47. & de beneficiis*, asserens S. Congregationis declarationem, de quo & nos alibi.

187 Itaque ex priori sententia, etiamsi res sit occulta duobus, vel tribus, res occulta dicitur, *ut l. eos §. si quis autem C. de appel.* Farin. *q. 185. n. 85.* Item si quinq; vel sex personis in aliquo oppido, vel septem, aut octo in civitate res nota sit, non dicitur publica, sed occulta, ut per Fagundez *de præcep. decalog. tr. 2. l. 8. c. 8. n. 33.* Quodverò ad S. Pœnitentiam, licet dicere non posset, nullam dispensationem concessam in casu occulto, modo suprædicto, attamen hoc jure utitur, ut dispensatio non concedatur, si ex circumstantiis appareat, rem nunc quidem occultam, facilè tamen publicandam.

188 Si verò duellum deductum sit ad forum contentiosum, etiamsi unico teste probetur, nequibit Episcopus ab illo absolvere, nisi delinquens ob defectum plenæ probationis sit in foro externo absolutus, ut tradunt Sanchez *ibid. num. 21.* Avil. *de censur. p. 2. cap. 7. disp. 1. dub. 11. concl. 3 & p. 7. disp. 10. dub. 6. in fine*, Suarez *ibid. disp. 42. sect. 2. nu. 3.* Si autem duellum sit alicubi publicum, ac ubi absolutio petitur, sit occultum, tunc ita est distinguendum. Vel facilè publicari potest ad alia loca, & Episcopus non potest illud absolvere; quia quod alicubi publicum est, simpliciter est publicum, & non occultum, ut docet Suarez *nou. 4. in 3. disp. 30. sect. 2. n. 2.* Vel est publicum in loco ita distanti, ut ejus notitia non sit perventura in locum, in quo absolutio petitur, & potest Episcopus, tanquam à duello occulto, absolvere, ut per Sanchez *ibid. num. 20.* & Avil. etiam *ibid.*

Qui

189 Qui autem excommunicationem supradictam contraxit, & ob legitimum impedimentum adire non potest Summum Pontificem, potest ab Episcopo absolvi, ut patet ex *cap. de cætero de sent. excom.* & tradunt Sanchez *de matr. lib. 2. disp. 4. num. 2.* Henriquez *lib. 12. cap. 3. num. 1. lib. 6. cap. 9 num. 7.* Duard. *in Bulla Cœna l. 3. §. 2. quæst. 8. num. 21.* Gaspar Hurtad. *de excom. disp. 1. diff. 1. n. 10.* Non enim est major ratio, cur potius Episcopus possit absolvere pœnitentem in casu duelli, intervenire justo impedimento, quàm in aliis casibus Summo Pontifici reservatis. Hinc Episcopis quoque conceditur facultas absolvendi à quacunque excommunicatione, Pontifici reservata, quando excommunicatus est legitimè impeditus illam adire, sive ætate senili, sive impubertate, sive infirmitate, sive inimicitia capitali periculosa sive fragilitate sexus, sive cura familiæ, sive quia est sub cura parentum, sive paupertate in eo, qui non solet mendicare, sive alio quocunque legitimo impedimento ad arbitrium viri prudentis, quamvis possit ad Summum Pontificem mittere, & non mittat.

190 Regulares verò, ut jam diximus, non possunt hodie in Italia extra Urbem Romanam virtute suorum privilegiorum absolvere ab excommunicatione duelli excitato decreto S. Congregationis jussu Clementis VIII. edito die 9. Januarii 1601. & die 16. Novembris 1602. in quo inter cætera ita statuitur: *Sacra Congregatio quoad provocantes, aut pugnantes in duello juxta decretum, & formam Tridentini, & Gregorii XIII. Regulares omnes, etiam Societatis Jesu, non posse virtute suorum privilegiorum à Censura ob duellum incursa, absolvere in Italia extra Urbem Romam.* Ita hoc decretum referunt, simulque docent Quaranta *in sum. Bullar. v. casus reservati*, Dicastillus *de just. & jur. tom. 1. l. 2. tract. 1. disp. 10. dub. 15. num. 238.* Layman. *l. 3. tr. 3. cap. 5. num. 4.* Pellizar. *tom. 1. tr. 6. cap. 2. sect. 1. cap. 35.* contra Hurtadum de Mendoza *in 2. 2. disp. 170. sect. 21. §. 101.*

191 Difficultas est, an Regulares id possint extra Italiam, & in Urbe Roma? Affirmant Baunius *in theol. mor. p. 2. tract. 2. quæst. 18.* Dicastill. *loc. cit.* Comitol. *l. 6. moral. quæst. 17.* Reginald. *tom. 2. l. 21. num. 83.* Filiuc. *tom. 1. tr. 15. c. 5. nu. 106.* Fagundez *to. 1. in decal. l. 5. cap. 8. n. 5.* Quia Clemens VIII. in sua Constitutione solum prohiber, ne Regulares prætextu facultatum, sive privilegiorum absolvant. Qui autem virtute suorum privilegiorum juxta consuetam praxim receptorum, absolvunt, non dicuntur prætextu facultatum, aut indultorum absolvere, sed vera facultate, quam habent ex receptis privilegiis. Additque Filiuc. *tract. 29. cap. 8. num. 167.* ita Romæ doctissimos viros, à se consultos respondisse, ut refert Fagundez *loc. cit.* Unde Regulares commorantes in Sicilia, Sardinia, & Corsica possunt vigore suorum privilegiorum absolvere duellantes ab excommunicatione, quia non includuntur dicto decreto Clementis VIII. Nam dictæ Insulæ sunt extrà Italiam, ut docent Diana *p. 5. tr. 4. miscel. ref. 103. & p. 7. tract. 11. misc. 2. resol. 45. num. 4.*

192 Negant Bonacina *de censuris disp. 2. quæst. 6. pun. 1. num. 41.* Peregrinus *de duello quæst. 38. n. 4. ac seq.* & Sanchez *d. l. 2. in decal. cap. 39. n. 27.* ubi ait, quod Clemens VIII. in suo motu proprio reservavit, etiam in duellis privatis, ac decrevit virtute nullius privilegii concessi quibusvis personis cujuscunque status, posse hujus excommunicationis absolutionem concedi, statimque addit: *Quare nullus Religiosus potest virtute suorum privilegiorum, concedentium omnes casus Papæ, ab illa absolvere.* Quod ego certum omnino censeo.

193 Provocantes verò, vel ad duellum cooperantes, an possint absolvi ab excommunicatione à Regularibus virtute privilegiorum, duello non subsequuto, ita nonnulli distinguunt. Aut per provocantes, & per cooperantes ad provocationem non stetit, quominus duellum sequeretur, & ipsi non possunt hodie virtute privilegiorum à Regularibus absolvi; quia contraxerunt excommunicationem juxta Constitutionem Gregorii XIII. ex qua S. Congregatio abstulit à Regularibus facultatem absolvendi, ut notant Filiuc. *de cap. S. num. 187.* ac Bonacina *d. pun. 1. num. 40.* Aut per ipsos provocantes, vel cooperantes, ad duelli provocationem stetit, ne pugna sequeretur, & à Regularibus virtute suorum privilegiorum absolvi possunt; Quia non contraxerunt excommunicationem contentam in decreto Tridentini, & Gregorii, sed contentam in Constitutione Clementis VIII. à qua Regulares habentes privilegia absolvendi ab excommunicationibus, Papæ reservatis absolvere possunt; Quia hæc facultas non fuit revocata à S. Congregatione; nam solum abstulit facultatem absolvendi ab excommunicatione imposita juxta formam Concilii, & Constitutionem Gregorii. Hoc autem decretum non amplandum, sed strictè explicandum est. Ita Doctores isti. At non posse etiam ex eadem Constitutione Clementis VIII. absolvere, jam diximus cum Sanchez, quem modo citavimus. Possunt verò Regulares absolvere illos, qui pugnam committunt, non ex condicto, vel absque determinatione loci, ac temporis, vel sine periculo occisionis, aut vulneris, ac etiam consulentes, vel adjuvantes, aut mandantes &c. Quando ipsi revocaverunt efficaciter mandatum; quia per ipsos stetit, ne sequeretur duellum.

194 Potest autem excommunicatio ex duello contracta per Bullam Cruciatæ absolvi semel in vita, & semel in mortis articulo. Nam Bullæ Cruciatæ non derogatur, nisi per expressam derogationem, quæ derogatio non continetur in dicta Constitutione Clementis VIII. ut per Sanchez *d. cap. 39. num. 27.* Hurtad. de Mendoza *d. disp. 170. sect. 21. §. 201.* ac Dian. *d. p. 5. tract. 14. miscel. 2. ref. 104.* At Bulla Cruciata, cujus vigore duellantes prætendunt absolvi posse in foro conscientiæ illis non suffragatur in foro exteriori, quin ob hujusmodi delictum puniri possint, ut declaratum 30. Septembris 1627. Et quoad forum interiorem, an suffragetur, Summus Pontifex non declaravit. Hæc Bulla in dictione Mediolanensi non est in usu.

195 Conclamant igitur adversus duelli immanitatem ex Sacris Scripturis Constitutiones multorum Pontificum, ut Julii II. cujus initium est *Regis pacifici*, Leonis X. cujus hoc est exordium: *Quam Deo, & hominibus*, Clementis VII. hoc principium: *Consuevit Romanus Pontifex*, Julii III. quæ incipit: *Cum sit*, Pii IV. quæ verbis illis inchoatur: *Ea, quæ à Prædecessoribus*, Gregorii XIII. quæ sic orditur: *Ad tollendum.* Clementis VIII. cujus statuendi initium: *Illius vices.* Eodem pertinent decreta quædam Conciliorum, ut Valentini sub Lothario Imperatore *cap. 12.* Tridentini *sess. 25. cap. 19. de ref.* & ex jure Canonico, *can. Monomachiam 2. quæst. 4.* ac titulus *de Clericis pugnant. in duel.* qui est 14. *lib. 5. decretal.* & ibidem titulus 35. qui est *de purgat. vulgar.* In quibus omnibus Juribus, ac Constitutionibus Ecclesiasticis duelli usus interdicitur ob exitium inde imminens animabus, Nec non Imperiales leges, ut lex *unica C. de gladiat.* & varia peculiarium Regnorum edicta, præsertim in Gallicano, Neapolitano, & alibi. Atque de hac re non plura. Alia lege *in tom. 10.*

CONSULTATIO LXXXIX.

An Eminentissimi Cardinales, Sede Apostolica vacante, possint mittere tuvsmes Pontificias contra Turcas aliave facere, instante aliquo Principe? Ubi aliqua de bello contra Turcas. Et an Turcarum Imperium ante finem mundi interiturum sit? Paræneſis ad Christianos.

I *N cap. ubi periculum de elect. in 6.* quod est Gregorii X. in Concilio Generali Lugdunensi §. *idem*, constituendo primum, regulam, deinde limitationem de potestate Cardinalium, Sede vacante, ita legitur: *Cardinales acceleranda provisioni sic vacanti attentius, quod se nequaquam de alio negotio intromittant.* His autem

verbis prohibetur, ne Cardinales se ingerant, nisi in negotio electionis. Si tamen se de alio negotio intromitterent, actus jurisdictionales, quos hoc tempore Cardinales exercerent, non esse ipso jure nullos, sed sustineri ex vi jurisdictionis habitualis, tradit Faganus *in cap. cum olim num. 39. de major. & obed.*

2 Id autem limitatur in eodem § *idem* his verbis: *Nisi necessitas adeo urgens incideret, ut oporteret, Cardinales de terra Romanæ Ecclesiæ deferenda, vel ejus parte aliqua providere. Vel nisi aliquod tam grande, & tam evidens periculum imminuret, quod omnibus, & singulis Cardinalibus præsentibus concorditer videretur celeriter occurrendum.*

3 In Constitutione verò Clementis V. in Concilio Viennensi edita, ac relata *in Clementina ne Romani de elect.* irritum, & inane decernitur quicquid potestatis, aut Jurisdictionis ad Romanum, dum vivit Pontificem pertinentis Collegium Cardinalium, Romana Sede vacante, duxerit exercendum, ac ita gesta à Cardinalibus contra hanc prohibitionem non sustinentur amplius ex vi supradictæ jurisdictionis habitualis. Quia Clausula decreti irritantis operatur, ut quicquid contra fit, nullum sit ipso jure per *text. in cap. penult. de prabend. in 6.* ac inficit titulum, & professionem, Rota *dec. 250. num. 24. p. 7. rec.* cum vulgò aliis.

4 Excipitur tamen in hac Clementina idem casus urgentis necessitatis, & grandis periculi imminentis ad præscriptum dicti *Capit. ubi periculum.*

5 Denique ex Constitutione 63. Pii IV. quæ incipit, *In eligendis* §. 6. statuitur in hæc verba: *Sedis autem vacatione durante, Collegium Cardinalium in iis, quæ ad Pontificem Maximum, dum viveret, pertinebant, nullam omninò potestatem, aut jurisdictionem habeat, neque gratiam neque justitiam faciendi, aut factam per Pontificem mortuum executioni demandandi, sed ea omnia futuro Pontifici reservare teneatur.* Hæc Pius, qui cùm procedat jurisdictionem ipsam adimendo, per illa verba universalia negativa: *nullam omnino potestatem, aut jurisdictionem habeat*, proculdubio tollit à Cardinalibus quamcumque jurisdictionem etiam quoad habitum, per *Stipulatio ista* §. *habere ff. de verb. signif.*

6 Præservatur tamen in dicta Constitutione Pii, tam in spiritualibus, quàm in temporalibus jurisdictio illa, quam Cardinales poterant exercere in vim supradicti Capituli, *ubi periculum*, videlicet in casibus urgentis necessitatis, & grandis periculi imminentis pro defensione terrarum, & locorum Ecclesiæ &c, cum duplici tamen differentia. Prima est, quia ex *d. cap. ubi periculum*, causa necessitatis dijudicanda erat concorditer ab omnibus, & singulis Cardinalibus præsentibus, undè unius contradictio, vel dissentio poterat impedire, ut ubi notat Glossa *in d. §. idem v. singulis.* At ex Constitutione Pii citato §. 6. sufficiunt duæ tertiæ illorum partes. Secunda est, quod ex, *d. cap. ubi periculum*, satis erat ut Cardinales quoquomodo consentirent. Sed ex Constitutione Pii duæ tertiæ partes consentire debent per secreta suffragia.

7 Atque ex his censeo, respondendum esse negativè. Quia non imminet illa tam ingens necessitas, nec illud tam grande, ac evidens periculum, quod requirunt adductæ Constitutiones.

8 Neque obstat, quod urgens necessitas, & imminens periculum versatur in generali defensione, ac bello contra Turcas, ac per consequens in defensione quoque terrarum Ecclesiæ, vel earum partis. Nam Constitutiones requirunt particularem defensionem terrarum Ecclesiæ, & grande, ac evidens periculum eas invadendi, quæ in hoc casu deficiunt, cum verè non invadantur terræ Ecclesiæ, neque earum pars, & periculum non est evidens, vel imminens, sed remotum. Alioquin oporteret etiam occurrere periculo, ac necessitati belli Hungarici contra Turcas, quod quidem nimis alienum esset à mente supradictarum Constitutionum, & eluderetur earum finis, & ratio, quæ est celeris, provisio Ecclesiæ, in cujus mora imminet periculum. Ideòque aliquid speciale statui debuerat, ut per Zenzelinum in eadem *Clem. ne Romani de election.*

9 Porrò anno Christi 1453. regnante in Oriente Joanne, Manuelis filio, Friderico III. reliquisque Christianorum in Occidente Principibus, nihilominùs, quàm de Constantinopoli defendenda cogitantibus, nam Imperator eo anno Ladislaum Austriacis, & Hungaris tradere, armis compulsus erat, dissidiumque inter Electores Germanos, jam ad arma processerat, atque adeò toto Occidente tot vitiis laborante, Mahumetes II. Turcarum Imperator, contracto in Europa, Asiaque quadringentorum millium exercitu, terra, marique, Constantinopolim, cujus ambitum centum, & undecim stadiorum prodit Laonius, obsederat. Erant ei sternendis mœnibus tormenta ænea prægrandia, inter quæ unum à septuaginta boum jugis viris bis mille trahebatur, globum torquens trium talentorum. Cum quadraginta dies continuos detonuisset, promisit ei, qui primus per ruinas irrumperet, amplissimam Europæ Provinciam, Exercitui triduanam ditissimæ urbis direptionem. Si quis segnius se gereret, et capitis pœnam statuit. Indicto tridui jejunio, omnes vel ad moriendum, vel ad vincendum paratos esse jussit.

10 Constantino pacem petenti, centena imperat auteorum millia annua, aut salvis opibus incolumem ex Urbe discessum. Cum eæ conditiones minimè placerent, renovatur oppugnatio, pellitur loco Justinianus Januensis, qui cum trecentis armatis primum imperum sustinebat. Constantinus ipse, & qui circa eum erant in fugam versi sternuntur, Ipso Imperatore dum ad portam urbis trepidus se recipit, fugientium multitudine oppresso, portæ obstruuntur cadaveribus, ne fuga pateat fugibundis, janitores etiam abjiciunt quas tumdam claves, ut retentos in urbe cives redintegrare cogant prælium. Mascula pubes penè universa occiditur, virgines, & matronæ meliores rapiuntur in servitutem ultra sexaginta millia. Totam historiam fusiùs prosequuntur Leunclavius *l. 5. hist.* Reusnerus *l. 3. Epist. Turcic. pag. 118. & l. 4. pag. 135.* & Joannes Cuspinianus *de Turcarum origine*, & viis, per quas Christiani Turcas profligare possent *pag. 271. & seqq.*

11 Victor Mahumetes indubiè Magnus fuit Imperator, qui cognitionis illustrium virorum, fœminarumque cupidus, historias sibi verti in suum sermonem jussit, Græcas, Romanasque, & ipsos viros depingi à Venetiis exambierat.

12 Capta Constantinopoli, cùm videret Urbem cædibus exhaustam, & penè dirutam, novis incolis frequentem reddidit. Gymnasia pro studiosis litterarum struxit, professoribus omnibus panes, alimenta, pecunias, & menstrua salaria tribuit, Templum Sophiæ Constantinopolitanum instauravit, & qua ruinosum erat, refecit. Multas balneas, & hospitalia pro viatoribus, & Mercatoribus erexit, pauperibus, pupillis, viduis eleemosynas distribuit. Ipsos Christianos conventus suos instaurare jussit, lectumque ab iis Patriarcham, pedo ei pastorali tradito palam confirmavit, Just. Lips. *in monit. & exempl. polit. l. 1. c. 8. exempl. 20.* Crudeliorem tamen fatentur omnes; nec mirum talem fuisse, qui sævis progenitus, & inter sævos educatus, sævis etiam imperavit.

13 Atque ita tandem defecit, quæ cum morte per aliquot sæcula luctata est nova Roma, ubi Imperator Constantinus Magnus, Constantinopolim, quæ prius Bizantium appellabatur, ædificavit, Imperiique Sedem, & omnia Romanæ Urbis ornamenta in eam non satis sano consilio transtulit. Nam, & locus ipse ad Imperii Sedem aptissimus fuerit, Cœlum tamen, & factum hanc urbem Romani Imperii Sedem esse non patiebantur. Ut enim singulæ non modo regiones, verùm etiam urbes sua fata, moresque suos proprios, & ritus habent, sic illa in alium locum transferri non turò possunt, etiamsi homines ipsi, & leges simul transferantur.

ferantur. Cœli namque temperies hominum mores mutat, cum quibus & fata ipsa commutantur. Quod sic esse exitus comprobavit. Imperio enim ferè in Asiam translato, Imperatores ex ea provincia, legionesque Romanæ deinceps fuerunt, quæ & græca levitate, & ambitione in factiones divisæ, atq; Asiæ molliter enervatæ, Barbarorum incursiones repellere non potuerunt, cùm interea Italia, & Roma Orbis terrarum Arx, capite carens, atque militari disciplina amissa, omnibus gentibus prædæ esset. Sic Imperium illud, ut arbor bona in proprio solo optimos fructus ferebat, in alienum Cœlum, & solum translatum, brevi interiit.

14 Evigilare hodie videtur post ducentos, & quod excurrit, annos, Orbis Christianus. Faxit Deus, ut nimis alto securitatis somno sepultus, resurgat tandem, & Joannis Hieronymi Imnof. Singularia hac de re monita politica saluberrima amplectatur, quorum *cap. 46.* ineffabilem ob Sacrosanctas, & innumeras alias nobis Christianis ereptas terras, jacturam, & lamentandam Christianæ Reipublicæ calamitatem perpendit, ac deplorat 47. præcipuos Europæ Principes, qui aliquid juris in Imperium Ottomanicum habere dicuntur, & justo titulo ablata repetere possunt, producit, illisque ad persequandam causam & capessendum fortius bellum eo majorem animum addere studet, *cap. 48.* bellum contra Turcas suscipiendum, haud quaquam difficilè, aut impossibile esse, plurimis ostendit exemplis; *cap. 49.* docet, quibus, & quorum mediis, subsidiisque bellum Turcicum susceptum, fortiter, prudenter, ac feliciter expediri possit. Capite tandem 50. *& ultimo*, quod, & quibus in locis hujusmodi bellum in expedito foret, & Turca commodè aggrediendus esset, demonstratur. Adde Cuspinianum *loco citato, & pag. 251. ac seqq.* Plurima insuper de rebus Turcicis memorabilia, & lectu dignissima occurrunt apud Forstnerum *in not. polit. ad Taciti annales lib. 4. pag. 356. & seqq.* & Joannem Baptistam Montalbanum *Com. de Turc. moribus.*

15 Turcarum namque Imperator non est, nisi pica, Æsopica, qualis jamdudum alienis superbit pennis, quas si Aquilæ Europæ cum reliquis Asiaticis, & Africanis avibus judicio repetundarum redhiberent, ipse quovis corvorum pullo implumi, implumior avolaret, si modo valeret. Inter Politicos vixit, qui non ab re dixit: Unicam legionem Suevicam ex quatuor dumtaxat militum millibus conflatam, in acie utò opponi posse quadraginta Turcarum millibus. Quod si ejusmodi legioni pugnari se affociarent reliqui cordati Germaniæ, at Italiæ equites, & pedites, brevi majora patrarent, quàm Tamberlanes Samarcandus, qui anno 1397. victoriosum illum Hildrin Bajazerhen primum terribili maximi exercitus impetu impetiit, impetitum prælio vicit, victum cœpit, capitum aureis catenis vinxit, vinctum cavea cancellatæ inclusit, inclusum pro pedum suorum scabello in triumphalis pompæ spectem per quatvis occupatas Asiæ Urbes, tanquam miserabile fortunæ ludibundæ spectaculum circumduxit. Nannins anno 1335. clamavit. Si omnis illa rabies intestini belli, quo Europæus Christianæ Reipublicæ Orbis ardet, in Turciam, tamquam in latrinam effunderetur, Turca ille magnus propediem redderetur ad miraculum usque parvus. Et sanè quis tandem finis cladium, ac funerum? Quis modus effusi sanguinis, ac lanienæ? Nam revera quid hæc bella? Flagella generis humani, ruinæ Urbium, & gentium. Quid aliud, quàm ludi cruenti, non absimiles illis, quos in amphitheatris Romanorum olim instruebat ambitio? O si tandem aliquando stragum, & calamitatum, quæ Europam aliquot ab hinc annis fatali quodam diluvio inundarunt, pertæsi, ferroque in hostem communem Christiani nominis converso, Paci discordes litarent animi! non gemerent tot Christianorum millia sub barbaro illo Turcarum Imperio, qui dum mutuis cadimus telis, sine ulla parsimonia nostri, alienique sanguinis, auream messem ex communibus miseriis metunt, & dissidiis nostris, ac odiis tuto dominantur, orbique penè imperant universo.

16 Cur autem Christiani jam inde ab aliquot retrò annorum centuriis uti prælius secundis adversus Turcas nequiverint effulore stylo elucidante prosequitur Seuniggerus in Teutonica sui per Orientem itineris descriptione *lib. 2. cap. 48.*

17 Fuerunt qui tempore Leonis X. Summi Pontificis consuluerunt, ut Imperator Austriacus, consociatis Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, & Poloniæ viribus, expeditionem adversus Turcas susceperus, serviam versus transiret secundum Danubium. Galliarum verò Rex ingenti exercitu ex apulia in Epirum trajiceret. Rex autem Magnæ Britanniæ, auxiliante Lusitania, atque tota Hispania, nec non succurrentibus Venetorum triremibus, Hellespontum versus, & Constantinopolim navigaret. At enim Pauli Jovii oculi habitabant in vultu Atlantiadæ, consulentis ex una subitanea Rhodia, Belgradensi, & Budensi expeditione potiorem salutem esse expectandam, quàm à cunctabunda procrastinatione usque ad illum diem, quo Principum discordia transmutaretur in tantam concordiam, de quanta novum divulgaretur hoc proverbium: *Multa in Europa Christiana habentur capita, sed sensus, atque cor unum.* Alii vero adjiciunt oculos suos prognostico Antonii Torquati, qui anno 1480. inter cætera Matthiæ Hungariæ Regi sic scripsit: *Venetia prius multa patientur, quam Turcæ partim everterentur, partim ad Christum converterentur.*

18 An autem Turcarum Imperium ante finem mundi interiturum sit? Affirmat non solum Paulus Grabnerus in prognostico de anno 1574. *inter miscellan. polem. lit. C.* Sed noviss imè etiam Joannes Præporius in Catastrophe Mahumetica. Certè Berneggerus Imperia magna quingentos annos plus minus plerumque durare ex Collectione aliquot documentorum observavit *in quæst. miscel. ex Taciti German. & Agricol. quæst. 153.* Si hoc verùm Imperium Turcicum quod anno post natum Christum 1300. ab Osmano, vel Ottomanno primordium habuit Rupert. *in observ. histor. ad Besold. Sin. min. cap. 16. pag. 616. & seqq.* adhuc & paucis annis durare oporteret.

19 Cum verò hoc argumento nec difficiliùs quicquam sit, nec varietate rerum, judiciorumque fœcundius, ideò lectores ad quamplurimos nostri temporis scriptores remittimus. Rejicimus tamen hoc loco stoicum, sive Chaldaicum factum, ut & superstitionis astrologicæ opiniones Ptolomæi, Guarici, Leovitii; & aliorum, qui ex astrorum motu, ac syderum conversione, planetarumque inter se aspectu ruinam Rerum publicarum, & Imperii Turcici meriuntur. Vide Jerem. *cap. 10. v. 2. Jos. cap. 47. v. 13.* Deum verò irritant, & impellunt hominum horrenda peccata, impietas, & improbitas. Quid enim Sulphur, & ignem in Sodomam, & Gomortham à Cœlo devoravit? An maligna syderum, & planetarum conjuncto! Non sanè. Quid ergo? Immanis vitæ turpitudo, *Genes. 19.* Quid diluvium totius mundi fecit? Immanis scelerum turpitudo, *Genes. 6. & 7.* Quid Templum, quid Jerusalem devastavit? Certè populi scelera. Ninivæ triste, & fatale funus minatur Deus. Sed quæ causa? Ipsius Civitate flagitia. Summis verò precibus à Deo nobis contendendum est, ut servet regna, & protegat, & in allis Ecclesiæ suæ aliqua hospitia largiatur, ne doctrina de filio Dei, & invocatio vera, honestæque leges, & studia prorsus aboleantur. *Deus transfert regna, & constituit.* Daniel. *cap. 2. v. 21.* Itaque de istiusmodi mysteriis politicis ego in utrumque oculum conquiesco, & concino: *Servatur nimia profunditatis, absorbetur ab abysso divinæ Majestatis.* Et dumtaxat illud Christi vaticinium luminibo Lucæ 21. *v. 24. Hierosolyma à gentibus tantis per*

calca-

calcabitur, dum præstituta illa gentium tempora impleantur. Vos verò Viri Principes, Pii fortes agite, date nomina, armate animos, sumite Christi Vexilla. Militate ibi, ubi aurum, gemmæ, Gazæ, divitiæ, inopes ibi opes, ignobiles nobilitatem, nobiles dignitatem parabunt majorem. Qui comites ibitis, Duces redibitis, qui Duces, Reges, qui Reges, Regum Imperatores, pleni gloria, victoria, immortali memoria.

CONSULTATIO XC.

An feria sexta Paraſceves liceat Euchariſtiam populo adminiſtrare?

Ubi inſtitutio Cæremonialis circa cultum Euchariſtiæ, ac demum tertiò de Altaribus privilegiatis pro Defunctis.

AD primum aſſerunt Ledeſma *p. 1. ſum. cap. 19. poſt 5. concluſionem*, Vega *in ſpec. Curat. cap. 10. num. 241.* Arbol. *tract. de Sacram. Euchar. not. 8.* Vaſquez *p. 2. diſp. 232. ſect. 2. num. 19. & 21.* Suarez *diſput. 80. de Euchar. ſect. 2. §. ſecundus dies*, Henriquez *lib. 9. ſum. cap. 9. num. 6. & in Com. lit. S. in fine*, Perez *in ſum. theol. cap. de Euchar. ver. Miniſtro*, Fagundez *præcept. . . . E cleſ. lib. 3. cap. 14. numer. 16.* Filiuc. *tract. 5. c. 5. quæſt. 5.* Layman. *l. 5. Theol. moral. tr. 5. c. 4. n. 7.* Gaſp. Hurtad. *diſp. 4. de Sacrif. Miſſæ diffic. 2. ver.* Durandus *lib. 6. de divin. offic. c. 77. num. 35.* Victorel. *ad Tolet. lib. 2. c. 3.* Tanner. *p. 4. diſp. 5. quæſt. 10. dub. 4. num. 57.* Jo. Sanchez *in ſelect. de Sacram diſp. 22. num. 20.* Averſa *quæſt. 8. de Euchar. ſect. 3.* Iſambert. *p. 3. q. 80. diſp. 5. art. 1.* Quintanaduegna *to. 1. ſingul. 6. de Euch. num. 4.* Palaus *p. 4. op. moral. tr. 22. diſp. un. quæſt. 1. de Sacrif. Miſſæ dub. 2. cond. 1.* Machada *to. 2. l. 4. p. 1. tr. 11. docum. 11. num. 2.* Molfeſ. *p. 1. ſum. tr. 3. cap. 11. num. 8.* Fauſtus *l. 2. de Euchar. n. 111.* Caſpenſis *p. 2. curſ. theol. tr. 23. diſp. 5. q. 14.* Granad. *p. 3. contr. 6. tr. 14. diſp. 10. n. 2.* Villalob. *p. 1. ſum. tr. 1. diff. 20. n. 20.* Leander *de Sacram. tr. 8. diſp. 5. q. 14.* Trullench. *lib. 3. de Sacram. cap. 8. dub. 9. num. 19.* qui tamen moner, ſervandam eſſe conſuetudinem, & ſolum communicandum ſecretò, Dicaſtil. *de Sacram. tr. 5. diſp. 4. dub. 2. num. 32.* aſſerens, Viennæ Auſtriæ eſſe receptum, quod miniſtretur Euchariſtia, ſicut etiam in aliis locis Germaniæ. Quæ conſuetudo fortè inde orta eſt, quod non recondant Euchariſtiam in ſepulchro, niſi feria ſexta, in quo remanet uſque ad noctem ſubſequentem Sabathi. Unde tunc videntur celebrare mortem Chriſti, qui feria ſexta, hora nona expiravit.

2 Moventur, quia nullum extat jus, quod id prohibetur. Unde cum hoc ſit per ſe bonum, & prohibitio non probetur, non eſt, cur tanquam malum damnetur. Neque obſtat auctoritas Innocentii Primi *in can. Sabbatho de conſecr. diſt. 6.* in quo habetur, *eo die. Sacramenta penitus non celebrari.* Nam loquitur ſolum de ſacrificio. Celebrare enim Sacramenta, non eſt propriè miniſtrare Euchariſtiam, ſed conficere. Quod autem jubeatur ſervari Euchariſtia pro infirmis, non ideò eſt, quia illis ſolis licitè poſſit diſpenſari, ſed quia illa fuit cauſa præcipuè neceſſaria ſervandi Sacramentum. Quare Amalarius *lib. 1. de Eccleſiaſt. offic. cap. 21.* non ſolum ait pro infirmis, ſed etiam pro his omnibus, qui ſequente die communicare debent, Sacramentum in die Cœnæ Domini reſervari, & Durandus *lib. 6. cap. 75.* Servari inquit pro infirmis, ac religioſis, non tantum ſtatu, ſed actu, ac pietate, qui communicare voluerint. In Ordine quoque Romano antiquo in officio diei Paraſceves in ejus fine dicitur: *& communicent cum ſilentio.* Ipſeque Gregorius Magnus, Sacrorum rituum cuſtos religioſiſſimus, *in lib. Sacramentorum*, ut Pamelius refert in liturgiis latinis tradit *communicat Sacerdos, & omnis plebs.* Olim igitur non ſolum non erat prohibitio, verùm potius oppoſita conſuetudo etiam apud Græcos, ut videre eſt apud Dorothæum Abbatem *in ſerm. de mendac.* his verbis: *Erat autem Paraſceve hora nondum ſecunda, obſervabat horam, quando Monachi ad Sacrum communionem percipiendam congregabantur.* Minus obſtat per non uſum inductam eſſe probibitionem. Tum quia ſola negatio actus invalidiſſima eſt ad legem inducendam. Tum etiam quia ille non uſus ſolum inductus eſt, quia omnes ferè communicant feria quinta, & quotidiana communio jam abiit in deſuetudinem, ideòque nullus jam communicat feria ſexta.

Negant verò eſſe licitum illa die communicare, 3
Marcel. Francol. *de hor. canon. cap. 30. nu. 11.* Gavant *in rubr. Miſſal. p. 4. tit. 9. num. 25.* Barboſ. *de Paroch. cap. 20. num. 16.* Marchin. *de Sacram. Ord. tract. 3. p. 3. cap. 8. num. 3.* Candid. *tom. 2. diſp. 25. art. 29. dub. 12.* Alphonſ. de Leone *de offic. Capel. quæſt. 8. num. 170.* Baun. *tom. 2. theol. Moral. tract. 18. quæſt. 5.* Hieron. Garz. *in ſum. tr. 3. diff. 2. dub. 2. pun. 2. nu. 10.* & Amic. *tom. 7. curſ. theol. diſp. 33. ſect. 11. num. 309.* qui vult, ſtandum eſſe loci conſuetudini.

Hæc ſententia, quam pauci iſti Doctores exprimunt, 4
mihi placet, ac tenenda eſt. Salvis igitur iis locis quibus extat conſuetudo præſcripta, non licet communicare feria ſexta Paraſceves. Hæc prohibitio deducitur ex *d. can. Sabbatho de conſecr. diſt. 3.* Nam ibi dicitur: *Sacramenta penitus non celebrari*; dictio autem *penitus* ſignificat totaliter, ut notat cum Gloſſa & Doctoribus Rota *dec. 305. n. 24. p. 7. rec.* Quare ſi Sacramenta penitus, ſive totaliter non celebrantur, remanet excluſa integra, & plena celebratio juxta ea, quæ notat Gloſſa *in cap. cupientes v. totaliter de elect.* & Merlin. *dec. 800. num. 10.* Diſtributio autem Euchariſtiæ, ejuſque ſumptio eſt quædam pars celebrationis myſteriorum, quia importat communicationem, & participationem Sactificiii, quæ eſt pars integralis, quamvis non neceſſaria, quoad alios, qui non offerunt. Unde Alcuinus *de divin. offic. cap. de Cœn. Domini.* ait: *Quia in Paraſceve non conficitur corpus Domini, neceſſe eſt, ut hi, quibus eſt voluntas communicandi, habeant Sacrificium ex priori die.* Quod tamen Romani non faciunt. Quibus poſtremis verbis declarat, quod etiam tunc temporis extabat conſuetudo, quoad ſervantes ritum Romanum non ſumendi Euchariſtiam illo die.

Deſumitur id etiam ex Rubrica Miſſalis Romani in 5
feria quinta majoris Hebdomadæ, verbis hiſce: *Reſervat etiam aliquas particulas conſecratas, ſi opus fuerit, pro infirmis.* Non igitur pro ſanis. Dictio enim *pro* importat cauſam finalem, ut notant Doctores apud Surd. *conſ. 245. num. 29.* Et ideò cum iſta reſervatio Euchariſtiæ non fiat pro ſanis, jam conſtat de intentione Eccleſiæ, quod non ſit ſanis miniſtranda.

Rationes autem ſunt. In feria ſexta Paraſceves pro- 6
hibetur Sacerdotibus celebrare ab Innocentio Primo *ep. 1. ad Decentium c. 4.* relata *in d. can. Sabbatho de conſecr. diſt. 3.* Ergo etiam laicis ſumere Euchariſtiam. Tum quia militat eadem ratio. Et tum quia ideò ex prohibitione celebrandi pluries in die infertur prohibitio, etiam ſumendi Euchariſtiam pluries in die, quod ita conſuetudo interpretatur. Hæc autem conſuetudo adeſt in hoc caſu, quæ non eſt conſuetudo congruentiæ, ſed interpretativa legis, ac neceſſitatis, ſicuti eſt conſuetudo non communicandi pluries in die. Et licet hæc conſuetudo fundetur in non uſu, quia tamen non uſus interpretatur legem, lex ipſa extendirur, etiam ad prohibendum communionem laicis. Neque in hoc deeſt actus poſitivus, in quo fundatur conſuetudo; nam adeſt poſitiva denegatio Euchariſtiæ, facta petentibus à miniſtris ex interpretatione legis prohibentis celebrationem, quod extendatur, etiam ad ſumptionem Euchariſtiæ.

Atque ita pluries declaravit S. Rituum Congregatio 7
ſub die 9. Maii 1606. & ſub die 19. Februarii 1622. ac ſub Urbano VIII. dixitque, ſervandam eſſe conſuetudinem

dinem univerſalis Eccleſiæ non miniſtrandi feria ſexta Paraſceves Sacram communionem, niſi infirmis. Undè concurrente ex una parte opinione Doctorum, quod liceat miniſtrare communionem, & ex alia parte contraria conſuetudine non miniſtrandi cum declarationibus S. Congregationis, quod ſit ſervanda conſuetudo; nemo dixerit, quod potius ſequenda ſit Doctorum opinio, quàm conſuetudo comprobata, & cujus eſt injuncta obſervatio. Et licet Suarez *loco citato* opinio contraria videatur probabilior, tum quia alii auctores nihil de hac prohibitione dicunt, & tum quia prædictis fundamentis non ſatis probatur; nos tamen obſequi debemus declarationibus S. Congregationis, cujus nobis auctoritas pro ratione ſufficit.

8 Ad fundamenta oppoſitæ opinionis reſponderur, prohibitionem communicandi fundari in allegato *can. Sabbatho.* Quare ſicuti ex eo quod non poteſt, niſi ſemel in die celebrari, infertur, quod neque, niſi ſemel liceat communicare, ita etiam ex eo, quod in aliqua die non liceat omnino celebrari, inferri debet, quod non liceat communicare. Fundatur item in conſuetudine. Et ad illa teſtimonia, quæ videntur ſignificare, communionem antiquitus fuiſſe in uſu illa die, reſpondetur, quod etiam adſunt alia teſtimonia, ex quibus colligitur, quod illa die apud Eccleſiam Romanam non erat in uſu communio, ut eſt illud Alicuini ſuperiùs relatum, illudque Amalarii eo *cap. 15.* nam ſubdit hæc verba: *hæc qua obſervatione interrogavi Romanum Archidiaconum, & ille reſpondit, in ea ſtatione, ubi Apoſtolicus ſalutat Crucem, nemo ibi communicat.* Loquitur autem de obſervatione, juxta quam communicabant. Et demus denique, quod antiquitus conſuevisſet miniſtrari Euchariſtia, modo tamen invaluit conſuetudo oppoſita, quæ cum ſit comprobata à S. Rituum Congregatione, habet vim legis.

9 Etenim tunc inducitur conſuetudo obligatoria quoad actus facultativos, quando ex una parte intercedit prohibitio exercitii, & ex altera acquieſcentia, ut docent Doctores cum Rota *dec. 1086. n. 1.* coram Seraphino, *dec. 106. n. 9.* coram Merlino, & *dec. 330. n. 2. p. 3. rec.* Quæ conditiones interveniunt in hac conſuetudine. Nam miniſtri Eccleſiæ denegant illa die miniſtrationem Euchariſtiæ, tanquam non permiſſam, quod ſervatum eſt à tempore immemorabili, & fideles ſemper acquieverunt.

10 Inſtitutio Cæremonialis circa cultum Euchariſtiæ eſt hujuſmodi.

CAP. I.

Della ſagra ſupellettile neceſſaria, è conveniente.

11 Il Tabernacolo, dove ſi conſerva il Santiſſimo Sagramento, ſi veſta di dentro almeno di ſeta, e di fuori ſia coperto di padiglione di ſeta di colore conforme al paramento dell' Altare, e dell'ufficio, che ſi fa ſecondo le rubriche del Meſſale.

12 Vi ſi diſtenda dentro un corporale, che cuopra tutto il piano interiore del Tabernacolo, e ſi rinuovi almeno ogni tre meſi, e più ſpeſſo ſecondo il biſogno.

13 La chiave del Tabernacolo ſia dorata, e legata con un cordoncino di ſeta roſſa, nè deve tenerſi con l'altre chiavi, mà ſola in una picciola ſcatola, e quando ſi porta addoſſo dal Curato, ò da altro Sacerdote, ella dee pendere dal collo di eſſi ſotto la loro veſte, nè dee confidarſi, ſe non a' Sacerdoti fedeli, e pronti per ogni caſo di neceſſità.

14 Due Piſſidi almeno ſono neceſſarie, l'una delle quali ſarà minore per communicar gl'infermi. Amendue ſiano d'argento, almeno le coppe, di dentro liſciate, pulite, e dorate, come ſono i Calici. Il coperchio ſia di dentro patimente dorato, e nella cima habbia una Crocetta convenevole, e prima, che ſi adoperino dovranſi benedire dall' Ordinario.

Sarà il lor velo di ſeta, ò di broccato, e di color 15
bianco, come inſegna il Rituale Romano.

Quando l'una di eſſe ſi conſerva in Sagreſtia, ſia 16
veſtita di panno lino.

Il Tabernacolo portatile per le Proceſſioni del San- 17
tiſſimo Sagramento habbia la lunetta d'argento dorata, e ſe è fabricato in modo di torre, habbia nel fondo una lametta parimente dorata, nella quale ſi raccolgano i frammenti, ſe per aventura cadeſſero dalla lunetta. Se è fatto à modo di circolo, e di raggi, la lunetta non ſia forata, accioche in eſſi poſſano fermarſi i frammenti.

La ſcatola dell' Oſtie ſia decevole, come ancora 18
quella delle particole, nè ſervano ad altro uſo. Giova all' Oſtie fatte di nuovo, che ſopra di eſſe dentro la ſcatola ſi metta una laſtra di piombo veſtita di ſeta, la quale col ſuo peſo ſoavemente, le ſpiani.

Il ferro, col, quale ſi fanno le particole, ſi conſervi in 19
luogo decevole, e vi ſia un picciol crivello, per toglier via i frammenti delle patticole, quando molte inſieme ſe ne dovranno conſegrare, e ſerva à queſto uſo ſolamente.

Il velo lungo, che ſi adopera per portare il Santiſſi- 20
mo Sagramento dee coprire le ſpalle, e ſtendersi tant' oltre, che poſſa coprir le mani, e anche di ſoperchio, e in mezo di eſſo ſiavi una Croce.

Ne' Baldachini, nelle lanterne, ne' campanelli, nelle 21
tovaglie della Communione, ne' vaſi della purificatione, e nell' altre coſe, ſi procuri ogni nettezza, anzi ſplendore, e ogni Sabato ſi levi la polvere di fuori, e di dentro del Tabernacolo.

Non ſi parla qui degl' Arneſi Sagri per la Meſſa, de' 22
quali pienamente ſe ne parla nella rubrica del Meſſale.

CAP. II.

Della riverenza dovuta al Santiſſimo Sagramento.

Dee ſempre ardere una lampana tanto di giorno, 23
quanto di notte avanti all' Altare del Santiſſimo Sagramento.

Se à qualche Altare, ò per Corpi de Santi, ò per altro 24
culto di Santi s' accendono più lampane, pur nondimeno ſia maggiore la quantità, e la qualità de' lumi avanti al Santiſſimo Sagramento.

Si uſi ſomma diligenza, che nella Chieſa non facci 25
attione ſconvenevole, e maſſimamente delle vietate dal B. Pio V. nella ſua Coſtitutione.

In tutte l' attioni, che ſi fanno al Santiſſimo Sagra- 26
mento, ò opra l'Altare, ò quando ſi porta intorno, gli ſi rendano tutti gli onori, tanto nell' ingiuocchiarſi, quanto ne' lumi, nell' incenſo, e nell' altre cerimonie, e oſſerviſi intorno à ciò la forma del Ceremoniale, del Meſſale, e del Rituale Romano.

CAP. III.

Del conſervare, e rinovare il Santiſſimo Sagramento.

Nel Tabernacolo grande, ò ſotto di eſſo non ſi con- 27
ſervino le Reliquie di Santi, nè Olii ſagri, nè libri, nè qualunque altra coſa.

Nella Piſſide, che ordinariamente ſi conſerva nel Ta- 28
bernacolo grande, ſiano ſempre almeno dieci particole.

Ricordiſi il Curato, ò altri della pena impoſta da' 29
Sagri Canoni alla negligenza di coloro, che non cuſtodiſcono bene il Santiſſimo Sagramento; Per lo che ſuccedendo qualche diſordine per coral negligenza, ſarà gravemente punito.

Ogni otto giorni ſi debbono rinovare le particole 30
conſegrate, e ſpecialmente ne' tempi, e ne luoghi humidi, e quelle, che ſi conſagreranno ſiano d'Oſtie freſchiſſime.

Si doverebbe farę la detta rinovatione ogni Gove- 31
di, e ſe ſi può, dicaſi ſecondo la rubrica, la Meſſa votiva del Santiſſimo Sagramento.

Dopo, che il Sacerdote haverà ricevuto il Calice 32
nella

nella Messa, prima di purificarsi, caverà di Tabernacolo la Pissíde con inginocchiarsi innanzi di cavarla, e dopo d'haverla scoperta, consumerà anche i frammenti, e poi vi si porranno le nuove particole consegrate. Inginocchiatosi chiuderà la Pissíde, e la coprirà col velo bianco, e si porrà nel Tabernacolo. Inginocchierassi di nuovo, chiuderà con la chiave il Tabernacolo, e compierà la Messa.

33 Se bisogna purificare una delle Pissídi da riporre in Sagrestia, si faccì lo stesso, che hora si è detto nel cavar la Pissíde di Tabernacolo. Si ricevino i frammenti, e acciochè non vene rimanga alcuno, benche menomo; giova di farvi infondere dal Chierico un poco di vino, e col dito indice della man destra purificare tutto il fondo della Pissíde, e'l giro di essa, e ricevuto il vino, si dovrà col purificatorio asciugar la Pissíde, e riporla col suo coperchio senza velo nella parte dell'Epistola per cuoprirla, poi finita la Messa con la sua veste di lino, e riporla in luogo decevole in Sagrestia. Chiuso il Tabernacolo, si farà la putificatione del Calice, e finirassi la Messa.

34 Auvertasi, che le particole siano alquanto grandi, e ritonde, e se si può habbiano l'immagine di N. Signore, ò dell'Agnello, o' l Nome di Giesù.

35 Non è convenevole, che l'Ostia levata dal Tabernacolo portatile, si dii a' Laici divisa in particelle. La riceva tutta il Sacerdote dopo che haverà ricevuto il Santissimo Sangue, e purifichi la lunetta, e la lastra di sotto da tutti i frammenti.

36 Non è necessario di cavar la Pissíde, o' l tabernacolo per purificarlo nel principio della Messa; imperoche farebbe di mestiere d'inginocchiarsi spesso senza necessità, anzi con troppo incommodo.

CAP. IV.

Della Comunione.

37 Inanzi di cominciar la Messa, non si facci la Comunione senza gran necessità, e in questo caso dessi accendere il torchio della elevatione, e si debbon fare tutte le cerimonie, ordinate nel Rituale Romano, infino alla benedittione inchiusivamente, e' l Sacerdote purificherà le sue dita prima di riporre il Sagramento. Mentre egli cava la pissíde, il Calice starà verso la parte del Vangelo, e data la benedittione, riporrà il Calice nel mezo dell'Altare, e comincierà la Messa.

38 La Comunione dentro la Messa è ordinata nel Messale distesamente, Nel fine di essa non si dii la benedittione, ma nel fine della Messa.

39 Comunicandosi frà la Messa de Morti, si facci lo stesso, ne si dii alcuna benedittione, ne dimentichi il Sacerdote di coprire in tanto il Calice con la solita palla.

40 Chi Comunica, finita la Messa si tenga la Pianeta: e' l Manipolo, si come ordina il Rituale Romano, nè il Chierico ammorzi il torchio della elevatione infinche non hà finito la Comunione.

41 Il Pannicello, che si adopera nella Comunione sia destinato à questo solo uso, nè mai si dii il velo del Calice, e molto meno il fazzoletto dell'ampollette, col quale si asciughe le mani del Sacerdote, ò altro asciugatoio.

42 Nella Comunione delle Monache, non si lasci che esse dicano *Domine non sum digna*, mà il Sacerdote dica secondo il solito *Domine non sum dignus*.

43 I Laici, che si Comunicano, doverebbono comporre le mani avanti al petto in forma di Croce secondo il Concilio sesto nel Canone 102. e i Sacerdoti debbon formar la Croce con la Stola avanti al petto, come ordina il Concilio terzo Bracarese.

44 Non si ammettano i Laici alla Comunione ne' gradi dell'Altare, mà ne cancelli di esso, come ordina il Concilio quarto Toletano.

45 La purificatione si dee dare col vino, e con l'acqua in vasi decevoli non destinati ad altro uso, e l'istesso si offervi ne' mantili, o nelle tovagliole, che si danno con l'istessa purificatione.

Non siano questi vasi in forma di Calici d'argento, 46
imperoche non conviene nella Comunione Pasquale, non si mettano bacili, nè altro per raccorre limosine, e i bolletini, che si danno à chi si comunica si conseguino dal Parochiano à ministro fidelissimo.

E utile molto, e ancora onesto, che'l Curato stesso 47
Comunichi, accioche da Sacerdote poco pratico non siano ammessi alla Sagra Comunione i publicamente indegni.

CAP. V.

Della Comunione degl' Infermi.

Si offervi in ciò diligentemente il Rituale Romano. 48

Se in vece del Curato si hà da mandare à Comunicar 49
l'infermo altro Sacerdote, sia questo approvato ancora per udire le Confessioni.

Di notte non si porti il Santissimo Sagramento à 50
gl'infermi senza gran necessità.

Oltre alla Stola si adoperi il Piviale bianco col velo 51
lungo sù le spalle.

Il Popolo, ò i Confrati debbono seguire il Curato co' 25
lumi in mano, e non precedere, e i più nobili d'essi debbono portare il Baldachino. Le aste parimente più nobili sono quelle, che sono in faccia di chi porta la Pissíde, e questo si offervi ancora nelle Processioni.

Facciasi tutte le genuflessioni in questa Processione, 53
le quali si fanno nella Processione meno solenne, della quale ditassi appresso.

CAP. VI.

Della Processione Solenne nella Festa, e nell' Ottava del Santissimo Corpo di Christo.

Dovendosi frà quest' Ottava farsi Processione so- 54
lenne, dee il Rettor della Chiesa ornarla, come meglio egli può, e ammonire gli abitatori delle Case, avanti alle quali passarà la processione, acciò che mondino le strade, che adornino di drappi, e di quadri, mà non profani, ò almeno di fiori, e di frondi. Le vie siano decevoli, e non molto lunghe.

La sera innanzi ne darà il segno con tutte le Campane 55
à festa, e l'istesso farà la mattina per tempo.

La mattina ad hora competente canterà la Messa del 56
Sagramento co' ministri, se vi è numero sufficiente di Preti.

Consagrerà due Ostie, e con una sola di esse farà le 57
cerimonie solite della Messa, non toccando l'altra infinche la riponga nel Tabernacolo.

Ricevuto il Sangue, prima di purificare il Calice, mi- 58
nistrandosi dal Diacono il Tabernacolo portatile, e inginocchiandosi prima amendue, il Celebrante porrà l'Ostia nel Tabernacolo, il coprirà col velo il Diacono infinche sarà levato dall'Altare, come ordina il Rituale Romano, cioè in modo, che l'Ostia si vegga, e cada il velo dalla parte di dietro, e'l lasci nel mezo dell'Altare.

Partendo dal mezo dell'Altare, facci sempre rive- 59
renza con inginocchiarsi, e parimente ritornando al mezo; e se hà da baciar l'Altare, prima baci, e poi s'inginocchi, eccetto quando darà la benedittione nel fine della Messa, quivi s'inginocchierà dopo detto, *Benedicat vos omnipotens Deus.*

Quando dee voltarsi al Popolo, si fermi verso la par- 60
te del Vangelo, e poi di nuovo inginocchiandosi, passi alla parte dell'Epistola per dir l'ultime Orationi, e detto *Ite missa est*, si volti, s'inginocchi, e dica il *Placeat.*

Dando egli la benedittione al Popolo, non finisca 61
il giro, mà rivolto verso il Tabernacolo, tornera al mezo, e inginocchiandosi di nuovo passerà alla parte del Vangelo, ove senza segnar l'Altare, mà il libro, ò la cartella dell' *In principio*, e se stesso secondo il costume, dirà l'ultimo Vangelo.

Alle

62 Alle parole *Et Verbum caro factum est*, s'inginocchierà con la faccia aliquanto rivolta al Santissimo Sagramento, e le torce del l'elevatione si fermeranno per la Processione.

63 Se si canta la Messa senza ministri, il Celebrante portà il Calice velato verso la parte del Vangelo, e'l corporale in tutti i casi rimarà nell'Altare.

64 Finita la Messa, e fatta la genuflessione nel mezo presso l'*Altare*, scendera il Celebrante nel piano della parte dell'Epistola, quivi deporrà la Pianeta, e'l Manipolo, e vestirassi del Piviale bianco, i ministri deporranno parimente i loro Manipoli,

65 Fatta la genuflessione con amen due le ginocchia nè mezo della Capella, stando in piedi il Celebrante col Ministri, porrà l'incenso in due incensieri senza benedittione, e senza baci di mano, e subito inginocchiati sopra il grado di sopra, fatta profonda riverenza col capo avanti, e dopo, il Celebrante incenserà tre volte il Santissimo Sagramento.

66 Poi con l'ajuto de' ministri si metterà alle spalle del Celebrante il velo lungo, si che gli copra le mani, e dal Diacono in piè con la dovuta genuflessione prima al Sagramento, riceverà nelle mani velate il Tabernacolo in modo, che l'immagine dell'Ostie volti le spalle al Celebrante.

67 Mentre s'incensa si canti dal Clero l'Antifona *O Sacrum Convivium*, overo, *tantum ergo Sacramentum.* E quando il Celebrante sopra la predella sarà rivolto al Popolo, due del Clero intoneranno l'Inno *Pange lingua gloriosi.*

68 La Processione s'auvii in modo, che la Croce habbia due lumi concomitanti portati dagl'*Accoliti*. Il Clero segua in numero almeno di otto con torchi accesi e gl'ultimi non s'allontanino dal celebrante, il quale caminerà sotto il Baldachino frà i ministri, recitando Inni, e Salmi, I due turiferarii precederanno incensando sempre il Sanctissimo Sagramento.

69 Per le vie non si fermerà il celebrante più d'una volta, ò due in qualche Chiesa, ò in qualche *Altare*, riponendovi il Sanctissimo tanto quanto s'incensi, come sopra, e niente più, acciò che non s'interrompa troppo la Processione.

70 L'aste del Baldacchino si porteranno ò da' Chierici ò da' Confrati, ò da persone nobili, mutandole di quando in quando, Ne si permetta a' Laici, etiandio co' Sacchi, che vadino in mezo frà il Clero, e'l Celebrante. ma i Priori delle Confraternità vadino a' lati del Baldachino giusta il decreto della S. Congregatione de' Riti a 30. di Gennaio del 1616.

71 Si suonino le Campane, mentre esce, e ritorna la Processione, e conviene, che si suonino ancora le Campane delle Chiese, per quali si passa.

72 Finita la Processione, e ritornati in Chiesa, il Celebrante stando in piè nel grado penultimo vicino al supremo dell'Altare, darà il Tabernacolo al Diacono inginocchioni sopra il supremo, il quale lo riporrà sopra il Corporale rimaso nell'*Altare*, e subito s'inginocchierà il Celebrante nel supremo grado; poi levatosi in piè porra l'incenso in uno degl'incensieri, come sopra, e di nuovo inginocchiatosi, incenserà tre volte il Sanctissimo co' gl'inchini profondi del capo innanzi, e poi.

73 Si canterà in questo mentre *Tantum ergo Sacramentum* infinito alla fine dell'Inno. Due Chierici canterano il versetto, *Panem de Cœlo*, e'l Celebrante in piè, tenendo il libro, e i ministri inginocchioni dirà il versetto, *Dominum vobiscum*, e l'Oratione, la qual finita senza aggiungervi altro esso Celebrante solo salirà all'*Altare*, e inginocchiatosi con le mani coperte di lungo velo, prendera il Tabernacolo, e voltandolo in modo, che l'Ostia mostri la faccia del Crocifissa al Popolo, farà sopra di esso un solo segno di Croce senza parolo, e finendo il Circolo verso la parte del Vangelo, deporrà il Tabernacolo, come prima sopra l'Altare, e ritornando al grado supremo, ivi starà in ginocchioni in fin che il Diacono con la dovuta genuflessione riporrà il Tabernacolo nel luogo prima preparato sotto il picciol Baldachino, e se questo non vi è, lo coprirà di dietro con un velo cadente dall'uno, e dall'altro lato del Tabernacolo; ove si lascerà con lumi, con fiori per tutto quel giorno nel modo più magnifico, che sarà possibile.

Anderanno finalmente tutti in Sagrestia a spogliarsi 74
delle sagre vesti, nè copriranno il capo, se non fuori de Cancelli, e discosti aliquanto dall'aspetto del Sanctissimo.

Dopo il pranzo non si facci questa processione senza 75
licenza de' Superiori, nè vi si portino Reliquie pesanti, e se i Sacerdoti, e i Diaconi vestono Pianete, e Dalmatiche per ornamento della processione, le vestano con l'*Amitto*, col Camice, col cordone, con la stola, e col manipolo, secondo gl'Ordini loro.

CAP. VII.

De' Vesperi infra la detta Ottava.

Si suole nelle Chiese *Parochiali* cantare il Vespro in 76
tutta questa Ottava per l'Indulgenze concedute da Sommi Pontifici Urbano IV. Clemente, e Martino V. & espore il Santissimo Sagramento dell'*Altare*, e in questo caso si osserveranno le seguenti Cerimonie.

Accese almeno dodici Candele nell'*Altare*, e i due 77
torchi dell'elevatione, prima di cominciare il Vespro, il Sacerdote vestito di Cotta, e Stola bianca con la genuflessione prima, e di poi, caverà il Tabernacolo portatile, e lo riporrà nel luogo assegnato picciol Baldachino, ò col velo, che cada dietro, e si stenda ad amen due i lati dell'*Altare*.

Poi postosi inginocchioni sopra i gradi intonerà 78
Tantum ergo Sacramentum, e'l Coro canterà il resto in fino à *Genitori*, *Genitoque*, e senza intervallo si dirà il Vespro.

Finito il Vespro, ò la Compieta, se si dirà, ritor- 79
ni il Sacerdote nell'istesso modo all'Altare, e inginocchiatosi, intonerà *Tantum ergo Sacramentum* come prima. Il Coro seguirà di cantare tutto l'Inno. Due Chierici diranno il versetto *Panem de Cœlo*. Il Sacerdote aggiungerà *Dominus vobiscum*, *Oremus*, e l'Orazione del Sagramento con la di lei conchiusione, e non altro.

Prenderà il velo lungo sù le spalle, salirà all'Altare, 80
s'inginocchierà, pigliera il Tabernacolo con le mani distese, e benedirà il popolo con un solo segno di Croce, finendo il circolo, come sopra.

Riposto sopra l'Altare, lo coprira con un velo bianco 81
di Calice, e inginocchiatosi di nuovo, lo riporrà dentro la sua custodia, e inginocchioni chiuderà il portello con la chiave, e se n'anderà in Sagrestia.

Se sotto al piè del Tabernacolo portatile non vi è il 82
Corporale, almeno vi sia la palla del Corporale.

CAP. VIII.

Della Processione vaeno solenne d'ogni mese.

Questa, se la Chiesa è capace, non deve uscir fuori di 83
Chiesa, e se deve uscire, non s'allontani molto dalle mura di essa, e si mondi bene la piazza, o'l giro, che si dovrà fare.

La Messa della Domenica havrà seco la Commemora- 84
tione del Sanctissimo Sagramento nel luogo suo secondo la Rubrica del Messale, cioè à dire dopo l'orationi, che sono d'obligo nella Messa.

E perche in questa forse non vi saranno ministri, il 85
Sacerdote farà da se quanto di sopra dee fare il Diacono. Nel resto osserverà ciò che si è detto nella più solenne processione, eccetto che basterà un solo incensiere. Se si esce di Chiesa, il Clero s'inginocchiera, mentre nella via si cantano i due versetti dell'Inno, *Tantum ergo*

cramentum Veneremur cernui, e data la benedittione al popolo, riporrà il Santissimo nel Tabernacolo grande.

86 Si dovranno spesso publicar l'indulgenze concedute da' Sommi Pontefici a chi è presente a questa processione, e sarà bene, che si scrivino in una publica tavola.

CAP. IX.

Del riporre il Santissimo Sagramento nel Giovedì e nel Venerdì Santo.

87 Tutta la macchina, dove si dee riporre il Santissimo Sagramento dee esser soda, e stabile, vietandosi affatto l'abuso delle ruote da caminare per la Chiesa.

88 Si apparecchi il luogo in una Cappella, ove si vegga l'*Altare* ornato di pallio bianco, con tre tovaglie, e con dodici Candelieri almeno sopra l'*Altare*.

89 L'ornamento della Cappella sia solenne, e pretioso, non di drappi neri, nè oscuri.

90 Si porterà dentro il Calice, coperto prima di palla, poi di patena, e di velo bianco, e non in vaso, nel quale si possa veder l'Ostia.

91 Si riporrà dentro ad un' *Arca* fatta a modo di Sepolcro chiusa con chiave, laquale non si darà a Laico, ma si terrà da Sacerdote, che vel'hà riposta, non ostante qual si voglia consuetudine, la quale è abuso, e'l Sacerdote la potrà portare sul collo con laccio di seta sotto la veste per divotione.

92 In queste due processioni non si dee uscir di Chiesa per decreto di S. Congregatione, sopra a' Vescovi, e Regolari.

93 La Croce si porti velata nel Giovedì Santo, nuda nel giorno seguente.

94 Nell' ultima incensatione si canterà *O salutaris Hostia*, o vero *Tantum ergo Sacramentum*, si come ordina il Ceremoniale Romano.

95 La pissìde con le particole per gl' infermi, si porti in Sagrestia, ove sarà luogo separato, e decevole, ove arderà la lampana, e dovrà chiunque vi prattica, portarsi con ogni decoro, e riverenza, altrimente uscita di Chiesa la maggior parte del popolo, si riponga ove stà il sopradetto Calice dentro all' *Arca*.

96 Siano sempre ò Sacerdote, ò Chierico, ò almeno Confrati in giro alla Custodia del Santissimo, e massimamente quando il Rettore è impedito da' Divini uffici, e dal Confessioni.

97 Non vi siano bacili, ne piatelli per raccoglier limosina Chi la vorà dare, la potrà porre ne' gradi dell' *Altare*.

98 Il portello del Tabernacolo, ove soleva stare il *Sagramento* stii aperto acciochè il popolo non vi adori quello, che non vi è, nè meno vi arderà la solita lampana.

99 Nel Venerdì Santo, quando si riporrà il *Santissimo* all' Altare, si adoperino gli stessi veli, longo, e piccolo, che nel giorno precedente furono adoperati, quantunque i paramenti siano neri.

100 In questo giorno niuno si comunicherà, se non per viatico.

101 L'incensatione si facci sempre senza benedittione d'incenso.

102 Per lavarsi le mani, e per asciugarle, esca il Sacerdote fuori dell' Altare con la faccia rivolta al popolo, nell' uscire non volti le spalle al *Sagramento*. Ritornando al mezo, ò partendo dal mezo dell' Altare, s'inginocchi sempre.

103 All' *Orate fratres* non finisca il giro, mà ritorni al mezo, e fatta la genuflessione compia il rimanente.

104 Porrà la particola nel Calice senza far segno di Croce, sì come hà dichiarato la S. Congregatione de' Riti à 28. d' *Agosto* del 1627.

105 Ne meno segnerà se stesso col Calice per decreto di essa Congregatione.

106 Non communichi alcuno in quest' attione, quantunque fosse la Festa dell' Annunciatione della Virgine Maria.

CAP. X.

Dell' Oratione solenne delle Quarant' Ore.

Si osservi in ciò l'instruttione già stampata, e si aggiungano i seguenti auvisi. 107

Nella Messa solenne quando si canta infra l'Ottava della Pasqua nell' *Ite Missa est*, non si dicono le due Alleluia, perche è votiva senza Commemoratione dell'Ottava. 108

Nella Messa, che si canta nel fine dell' Oratione si debbon fare tutte le genuflessioni, cioè quando si giunge in Capella non amenduc le ginocchia, nella Messa con un ginocchio solo, etiandio da' ministri, per servire più speditamente ogni volta che vanno al mezo, ò partono, ò passano avanti al mezo dell' Altare. 109

All'incensatione dell' Altare si benedica l'incenso, il Diacono non baci cos' alcuna, e'l Sagramento s'incensi in vece della Croce dal Celebrante inginocchioni sopra il più alto grado dell'Altare con profondo inchino di capo innanzi, e di poi. 110

Il Celebrante s'incenserà fuori della parte dell' Epistola, ove anche si lavarà le mani, stando egli con la faccia rivolta al popolo. 111

Ditò il *Dominus vobiscum*, & *Orate fratres* come anche il Diacono *Ite Missa est* nella parte del Vangelo, e all' *Orate fratres*, come ancora alla benedittione non si finirà il circolo. 112

Il Diacono però, e'l Subdiacono baceranno la mano del Celebrante per lo Vangelo, e per l'Epistola, nè dee il Diacono muore il Calice dal mezo dopo l'incensatione de gli Oblati. 113

Per la processione si facci quanto si è detto di sopra. Mà l'incensatione del Sagramento si farà prima che'l Diacono lo levi dal luogo eminente ove stava per riporlo in sù l'Altare. 114

Non si dicano Messe private nell' Altare, ove stà esposto il Santissimo senza special licenza de' Superiori, e dicendovi si, vi, si faccino l'istesse Cerimonie, che habbiam detto nella Messa solenne respettivamente, etiandio nel lavar le mani. 115

Se auverrà d'esporre l'Oration publica per qualche infermo, ò per altra grave cagione, si esponga solamente la Pisside coperta di velo bianco sopra il portello del Tabernacolo con dodici lumi, almeno sopra l'Altare, e vi si faccida dovuta guardia, nè vi si facci altra Cerimonia tanto sul principio come sul fine. 116

CAP. XI.

Della Messa privata.

Si sono già stampati gli auvertimenti intorno alla Celebratione delle Messe private conformi alle Rubriche del Messale Romano; e a' decreti della S. Congregatione de' Riti, e però si osservino diligentemente, e vi s'aggiungano i seguenti. 117

Quando il Sacerdote è parato nella Sagrestia, non conviene, che all' ora confessi i suoi peccati, nè dee correre or quà, or là, nè parlare con alcuno, nè dee uscir prima, che siano apparecchiate nell' Altare tutte le cose, che bisognano per la Messa. 118

I segni della Croce non si faccino in fretta, e i gesti tutti si faccino con gravità, e decore, spetialmente quando si fanno i segni della Croce con l'Ostia sopra il Calice, acciochè i frammenti non escano dal Calice. 119

Non si ponga mai la beretta nè il berettino, se per auventura ve n'è licenza, nè il fazzoletto del naso sopra l'Altare, ma sotto la Pianetta. 120

Nel leggere si fugga la prestezza, essendovi l'obligo, che è nell' ore Canoniche, e le leggere dicansi segretamente. Nella consegratione si dicano le parole in modo, che vi sia distinta re, integrità, e decenza, nè si lasci il Sacerdote trasportare da soperchio timore, ò scrupolo, che gli faccino aprir la bocca soperchiamente, ò far 121

segni col capo, o col fiato all'Ostia, e al Calice più di quello, che conviene.

122 Le Collette ordinate dal Sommo Pontefice per le gravi necessità siano sopranumerarie senza pregiuditio delle Collette ordinate dal Messale, e sempre si dicano, eccetto che nelle Feste di prima Classe.

123 Non si cominci di nuovo la Messa per chiunque egli sia, e non aspetti il Sacerdote all'Altare, nè interrompa la Messa, eccetto che per riconciliar la Chiesa, che è solamente benedetta in caso, che fosse violata prima della Consegratione, mà se sarà consecrata, e violata prima del Canone, lasci la Messa.

124 Non si permetta, mentre si celebra, che si vadi mendicando per la Chiesa, mà il Chierico habbia cura, che i poveri stiino fuori di Chiesa.

125 Infra la Messa non si ammetta altra attione, che la Predica, o'l Sermone, la denuncia de i matrimonii, le publicationi delle Vigilie, e delle Feste, delle Bolle Apostoliche, ò degli editti de' Superiori, ò i Monitorii delle Scomuniche, e si publichino, ò prima di cominciar la Messa, ò finita la Messa.

126 Sopra tutto guardinsi i Rettori di non trattar sù l'Altare delle attioni loro proprie, nè anche per giustificatione di alcuna di esse, dalle quali il popolo fosse offeso, non essendo luogo, ne tempo, nè attione convenevole à discorsi di querele.

127 Nelle oblationi, che soglion lodevolmente farsi nelle Solennità, e nelle Feste fià l'anno, il Sacerdote non discenda, se non al cancello dell' Altare dalla parte di dentro, e ivi segga col capo coperto, se l'oblatione è lunga, e tenga nelle mani lo strumento di dar la pace, non la Patena, e faci prima venire gli huomini e poi le donne.

128 L'acqua, che si dee porre nel Calice sia pochissima di due, ò di tre gocciole. Se le gocciole del vino sono disperse nel Calice, si unischino con piegare il Calice a quella parte, ove elle sono, overo si levino col purificatoio. In ogni caso nella consegratione si dirizzi l'intentione al vino, che stà unito nel fondo del Calice.

129 Nelle ablutioni delle dita, prenda il purificatoio per asciuttargli prima che ritorni al mezzo dell'Altare, acciochè non macchi il Corporale, se cadessero le gocciole sopra di esso.

130 Se rimane il Santissimo Sagramento sopra l'Altare per comunicare finita la Messa, o per altra cagione, facci le genuflessioni, e lasci il circolo, si come si è detto, e si ponga il Calice nella parte del Vangelo.

131 Quod vero ad privilegium Altaris pro Missis Defunctorum Sanctissimus D. N. pro sua summa pietate erga animas Purgatorio igne cruciatas hoc subjectum diploma demum emisit, quod integrum est hujusmodi.

132 *Innocentius Papa XI. ad perpetuam rei memoriam. Alias postquam felicis recordationis Alexander Papa VII. prædecessor noster per quasdam suas in simili forma Brevis die 22. Ianuarii 1667. expeditas litteras, dubia in diversis mundi partibus occasione decreti Congregationis tunc existentium S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus prapositorum die 5. Augusti 1662. emanati, & ab ipso Alexandro Prædecessore approbati de non celebrandis Missis Defunctorum in festis ritus duplicis exorta dirimere cupiens, inter cætera quoad Altaria privilegio Apostolico pro animabus fidelium Defunctorum in perpetuum decorata, & in quibus proinde quotidie etiam in festis ritus duplicis celebrandæ fuissent Missæ Defunctorum ex obligatione declaraverat per celebrationem Missarum de festo currenti satisfieri, injunctis obligationibus, & indulgentias per ejusdem privilegia apostolica concessas animabus fidelium Defunctorum in Purgatorio existentibus suffragari, perindè ac si celebratæ fuissent Missæ Defunctorum ad formam dictorum privilegiorum, recolendæ memoriæ Clemens Papa IX. pariter Prædecessor noster aliam subinde ortam dubitationem, utrum scilicet dictarum Alexandri Prædecessoris litterarum dispositio quoad altaria pariter quidem privilegiata, sed non in perpetuum, nec pro omnibus hebdomadæ diebus, & ad quæ Missæ non ex obligatione, sed ex sola fidelium devotione celebrarentur, locum haberet, similiter tollere desiderans declarationem à memorato Alexandro prædecessore, sicut præmittitur, editam, ad altaria, ut præfertur, non in perpetuum, sed ad septennium, seu aliud brevius, vel longius tempus, ac non in omnibus, sed aliquo, vel aliquibus tantum hebdomadæ diebus tunc, & in futurum quandocumque privilegiata auctoritate Apostolica extendit, & proindè, ut Missæ, quæ ibidem de festo currenti, in quo Missæ Defunctorum celebrari non possent, sive ex obligatione, sive ex sola fidelium devotione celebrandæ essent, suffragentur, ita, ut animæ Christi fidelium, pro quibus celebrarentur, indulgentias per privilegia hujusmodi concessas consequerentur, in omnibus, & per omnia perinde ac si Missæ Defunctorum ad formam eorundem privilegiorum celebratæ fuissent, eadem auctoritate concessit, & indulsit, & alias prout in ipsius Clementis Prædecessoris litteris, etiam in forma Brevis die 23. Septembris 1669. desuper expeditis quarum, & præfaturam Alexandri Prædecessoris litterarum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis haberi volumus uberius continetur. Cum autem postmodum, sicut accepimus, novum circa præmissa excitatum fuerit dubium, videlicet, an supradicta Alexandri, & Clementis prædecessorum declarationes sibi pariter locum vindicarent etiam in diebus dominicis, & infrà Octavas Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, & Corporis Christi, aliisque anni diebus, quibus, licet à festo duplici non impediantur; adhuc tamen Missæ Defunctorum juxta ritum, & morem Ecclesiæ celebrari nequeunt, quatenus nimirum Missæ, quas iisdem diebus celebrare licet, servata caterogui dictorum privilegiorum forma ad præfata Altaria privilegiata celebrarentur. Nosque dubium hujusmodi Congregationi Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum examinandum commiserimus, ac eadem Cardinalium Congregatio præ matura discussa, nuper per sum decretum die tertia Aprilis proximè præteriti editum, præfatas Alexandri, & Clementis prædecessorum declarationes intelligendas esse pro omnibus diebus, quibus juxta rubricas Missæ Defunctorum celebrari non possunt, respondent. Hinc est, quod nos ex commissæ nobis cœlitus dispensationis munere fidelium Defunctorum animarum in purgatorio existentium suffragiis per amplius consulere cupientes, decretum hujusmodi à memorata Cardinalium Congregatione editum, ut præfertur, Apostolica auctoritate, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate supradictæ Congregationis Cardinalium, decernentes, easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, & ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de non concedendis Indulgentiis ad instar aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud habeatur, quæ præsentibus ipsis haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 4. Maii millesimo sexcentesimo octuagesimo octavo, Pontificatus nostri anno duodecimo.*

CONSULTATIO XCI.

An omnibus, tam relapsis, quàm aliis de hæresis crimine pœnitentibus, & Curiæ sæculari tradendis, danda

sint Sacramenta pœnitentiæ, & Eucharistiæ? Et quid de Sacramento extremæ Unctionis? Ubi quomodo Eucharistia servari solita, ibique parerga.

1 REspondeo affirmativè juxta *cap. super re de hæret. in 6.* & tradunt Symanch. *de Cathol. instit. tit. 65. num. 7.* Suarez *de fid. disp. 23. sect. 2. num. 12.*

2 Quod verò ad Sacramentum Extremæ Unctionis prima sententia tenet, quod non possit iis ministrari, etiam si infirmentur, ut per Palud. *in 4. d. 23. quæst. 3.* Ledesma *par. 2. quæst. 34. ar. 2. supplem.* Gabr. *quæst. 1. ar. 3. dub. 3. in corol.* qui tamen loquitur solum, quando ex horrore pœnarum infirmantur. Ratio autem Paludani est, quia sunt publici peccatores, & infames in facie Ecclesiæ, & ideò privantur hoc Sacramento. Ratio Ledesmæ, quia non sunt capaces sanitatis, quæ est effectus Sacramenti.

3 Secunda sententia tenet, quod possit ministrari. Id asserit idem supplem. Gabr. *in 1. disp. 23. quæst. 1. litt. O. dub. 1.* Victorel. *de extrem. unct. tit. subiectum hujus Sacramenti, v. sanus in fine*, Mercer. *de Sacram. quæst. 32. art. 2.* Isambert. *in 3. par. disp. 6. de extrem. unct. art. 2.* subdens, quod poterit ministrari, si consuetudo loci id ferat.

4 Dicendum tamen est, damnatis ad mortem, si simul infirmi sint, posse ministrari Sacramentum extremæ unctionis; secus autem, si non sint infirmi. Nam ut docet D. Thomas 4. *sententiarum dist. 23. quæst. 2.* soli infirmi sunt hujus Sacramenti capaces. Sic enim statutum fuit in Concilio Florentino his verbis: *Hoc Sacramentum nisi infirmo, de cujus morte timetur dari non debet.* Ait namque D. Jacobus *cap. 5. Infirmatur quis in vobis &c.* Vndè non confertur prælium gerentibus cum periculò mortis in bello, neque existentibus in periculo naufragii, neque mulieribus cum periculo parturientibus, ut notat Dicastil. *de Sacram. tom. 2. tract. 7. disp. 1. num. 161.* Pegna *par. 3. com. 101. vers. non tamen*, Symanch. *tit. 57. num. 16.* & alii.

5 Si autem sint infirmi, debet infirmitas esse talis, ut quantum est de se periculosa sit ita, ut possit ex ipsa probabiliter mors timeri. Nam stante periculosa infirmitate, secluſa sententia mortis, essent capaces extremæ Vnctionis; quia haberent qualitatem requisitam pro capacitate Sacramenti, nempè gravem infirmitatem, atque adeò sunt capaces, etiamsi per sententiam Judicis sint morte afficiendi. Quia sententia mortis non tollit ab ipsis capacitatem, quam alias habent, cùm non tollat qualitatem, quæ reddit capacem, nec ab eis tollit jus, quod habent ad Sacramenta. Et quidem, si Judex condonaret pœnam mortis, & perseveraret eadem infirmitas periculosa, posset ipsis ministrari extrema unctio. Ergo poterit ministrati, etiam secluſa condonatione: nam condonatio non mutat intrinsecè subjectum, nec ponit in ipso capacitatem; & ideò, si est capax, posita conditione, erit capax non posita.

6 Atque ex his infertur, quod si infirmitas contracta ex horrore mortis, sit talis, ut quantum est de se inducat periculum vitæ, poterit tunc ministrari extrema Vnctio. Nam, licet habeat causam extrinsecam, affecit tamen intrinsecè infirmum, & constituit in statu periculoso, ac proinde inducit illam qualitatem ratione cujus subjectum sit capax hujus Sacramenti.

7 Infertur secundò, quod damnatis ad perpetuum carcerem sit à fortiori ministranda extrema unctio, si incidant in morbum periculosum; Quia pœna carceris non ponit impedimentum Sacramenti, nec privat jure, quod carceratus habet ad ipsa, & ideò nulla subest ratio, ob quam non debeat ministrari extrema unctio.

8 Non obstat ratio Paludani. Nam aliud est esse publicum peccatorem, & aliud publicum esse, quod quis fuerit peccator. Damnati autem ad mortem, licet publicum sit, quod fuerint peccatores, quia sententia mortis id facit publicum; si tamen pœniteant, non remanent amplius publici peccatores; quia esse publicum peccatorem dicit publicam perseverantiam in peccato. Neque refragatur, quod sint infames, quia Ecclesia in ordine ad Sacramenta non habet rationem infamiæ, sed tantùm in ordine ad munia Ecclesiastica. Siquidem infamia inducitur de jure humano, atque adeò non tollit, quæ de jure divino conveniunt, quale est jus ad Sacramenta.

9 Minus obstat ratio Ledesmæ. Quia sanitas corporalis est effectus secundarius, & non absolutus, sed solùm aliquando si saluti animæ expedierit, ut habet S. Concilium Tridentinum *sess. 14. cap. 2. de extrema unct.* Incapacitas autem effectus secundarii non trahit incapacitatem Sacramenti. Deinde eodem modo sunt capaces ipsi sanitatis, ac sint cæteri infirmi. Quia quod sint supplicio afficiendi, solum dicit, quod brevi sint vitam completuri, non autem, quod non sint capaces sanitatis. Quia possent sanitatem recuperare, & cum ipsa vitam finire.

10 Porrò venerabilis Eucharistia publicè, ac privatim decenter habebatur. Publicè in Templis, & ad eam rem hierothecæ, columbæ aureæ. Apertè id ex amphilochio discimus in Basilio, quæ imminebant supernè altari, quos situ calices in Gallia pendulos est videre.

11 In Ciborio. Paulus Diaconus in Gregorio ejus meminit, & Germanus Constantinopolitanus in theoria illius dat etymon *Cib*, ideſt *arca*; *orium*, *illuminatio Domini*, aut lumen Dei. Sed latina vox est, sic dicta, quod panis sacer, qui Cibus est animarum, ideſt corpus Christi eo in loculamento servetur, Græci ἀγιοφοεῖα vocabant.

12 In Pyxide. Acta Martyrum Nicomedienſium Indæ, ac Domnæ apud Metaphrasten 26. Januarii. Horum supellectilem Præfectus invenit, clavibus eis sublatis, *divinæ Crucis figuram, & librum sacrosanctum, nimirum Apostolorum Deo gratas actiones, & propterea possessionum vacuitatem, eorumque in Cœlis magnum thesaurum recondebant, cujus præclaræ opes erant duæ floreæ in nudo solo stratæ generosorum, & beatorum Domnæ & Indes supplex, fictile præterea thuribulum, & lucerna, & lignea arcula, in qua reposuerant sacram oblationem, cujus fiebant participes.* In pyxide verò, sive arcula pro sacrificio hostia ponebatur, & in ea conservabatur. Canon universalis, seu Missa Æthiopium: *Domine Deus noster, qui in monte Sinai Moysi servo, & prophetæ tuo præcepisti, ut electa congregaret, cujus usus erat in ministerio altaris, arcæ, & Sanctuarii in tabernaculo tuo, nunc Domine Deus noster omnipotens, præsta, ut manus tuæ sint super hanc arculam, & imple virtute, fortitudine, & puritate, & gratia Spiritus sancti ad gloriam tuam, ut in ea perficiatur corpus unici Domini nostri, & Salvatoris Jesu Christi in hac Sancta Ecclesia Apostolica, tibi gloria, & filio tuo unico, & Spiritui Sancto nunc, & semper &c.*

13 In tabernaculo. Clemens *lib. 2. Constitutionum cap. 13. Et post communionem omnium tum virorum, tùm mulierum sumant Diaconi reliquias, & inferant in Tabernaculum.*

14 In Secretario apud Liberatum Diaconum in breviculo, & Humbertum de fermentato, & azymo, Sacristia erat, quam Sacrarium vocat Evagius *lib. 2. cap. 3.* idemque significare ex Laodicensi Concilio videmus: *Non oportet Subdiaconos licentiam habere in secretarium, sive Sacrarium, quod Græci Diaconium appellant ingredi, & contingere vasa Domini.* Extarque oratio, quam Grimoldus Abbas *lib. Sacramentorum cap. 129.* refert: *Oratio in Sacrario: Omnipotens, & misericors Deus, qui Sacerdotium ministerio ad tibi serviendum, & supplicandum uti dignaris, quæsumus immensam clementiam tuam, ut quidquid modo visitamus, visites, quidquid benedicimus, benedicas, sisque ad nostræ humilitatis introitum, Sanctorum tuorum meritis, fuga dæmonum, Angeli pacis ingressus. Per Dominum nostrum &c.* Hieronymus *in cap. 40. Ezechielis* Thalamum indigitat, & Pastophorium. Et in Isaiæ *cap. 22.* dicit: Pastophorium, seu Taber-

Tabernaculum, seu Thalamum significare, ubi Templi præpositus habitat. Quod confirmatur ex Concilii Nicæni *can. 64. Sit in unaquaque Ecclesia Oeconomus, & cum eo alii, qui curam habeant provisionum, & redituum Ecclesiæ, ac vasorum auri, & argenti, & vestimentorum Ecclesiæ. Habeant deinde curam loci, in quo S. Eucharistia servatur.* Sæcularius Oeconomus dicebatur.

15 Pastophoria bina erant, erantque latera, quæ Crucem committebant. Clemens *lib. 2. Constitutionum cap. 57. Sit ades oblonga ad Orientem versus, navi similis, utrinque pastophoria ad Orientem.* De his sermo est: *Paral. 28.* ex translatione Septuaginta: *Et dedit David Salomoni filio suo exemplar Templi, & domorum ejus, & cellariorum ejus, & cœnaculorum ejus, & cubiculorum ejus interiorum, & domus propitiatorii, & exemplar omnium, quæ fuerunt in spiritu cum eo, & atriorum Domus Domini, & omnium pastophoriorum, quæ in circuitu, quæ in cellarii Domus Domini, & cellariorum Sanctorum.* Ubi pro pastophoriis Hieronymus Exedras vertit. Formam describit Eusebius *lib. 10. cap. 4. Sanctuario hoc modo absoluto, & perfecto, sellisque quibusdam in altissimo loco ad Præsidum Ecclesiæ honorem collocatis, & subselliis præterea undique ordine dispensatis, decore eximieque ornato, denique altari tanquam Sancto Sanctorum in medio Sanctuarii sito, ita rursum ut à plebe, & multitudine accedi non posset, cancellis ex ligno fabricatis circumdedit.* Celebrari ibi consueverant Sacræ Synodi, ut Concilia Carthaginensia, Romanum sub Martino Papa &c. Servabantur ibidem sacra vasa ad ministerium, & Codices ad lectionem, Paulinus *ad Severum epist. 12.*

16 In Penu, eidem Paulino.

Hic locus est, veneranda Penus, qua conditur, & qua Promitur alma sacri pompa ministerii.

17 Hanc effregerant Deo invisi Donatistæ, & flagitio profanaverunt apud Optatum Milevitanum *lib. 2. contra Parmenianum.*

18 In turri. Hanc Deo dicatam ivit Felix Bituricensis, & eidem Venantius Fortunatus Epigraphen præscripsit:

Quam benè juncta decent, sacrati, ut corporis agri
Margaritum ingens aurea dona ferant.
Cedant Chrysolytis Salomonia Templa metallis
Ista placere magis arsfacit, atque fides.
Quæ data, Christe, tibi Felicis munere sic sunt,
Qualia tunc tribuit de grege pastor Abel.
Et cujus tu corda vide pietate coæquas,
Par viduæ meritò, quæ dedit æra duo.

Gregorius Turonensis *de gloria martyrum cap. 86.* Turris item meminit. Adulter diaconus præsumpserat Turrem, in qua ministerium dominici corporis ferre, & quando jam parabat eam altari imponere, elapsa de manu in aera ferebatur, sicque ad aram accedens, nunquam eam manus diaconi potuit assequi.

19 Honorato semper loco, eoque reconditiori, qui venerationi omnibus erat. Chrysostomus *Epist. ad Innocentium Papam* de grassatione agens, per Theopistum Alexandrinum facta, cum in secretarium milites penetrarunt. *Neque hactenus stetere clades, sed ubi sancta condita servabantur, ingressi milites, ex quibus, ut postea dicimus, quidam nec dum initiati erant, omnia spectabant intus recondita, sanctissimusque Christi sanguis in tanto tumultu in militum vestimenta fusus est, omniaque non secus, quàm in captivitate barbarica facinora passim admissa.*

20 In altari verò, si quando locabatur, eximium erat. Concilium Turonense 2. *cap. 3. Corpus Domini in altari non in imaginario ordine, sed sub Crucis titulo componatur.* In medio scilicet, & eminenti, de quo nos alibi. Honorem sibi, sacratissimoque suo Corpori se velle non semel divinitus prodidit. Id manifestum est ex Stephano Identio ad D. Gudilæ Canonico de venerabili Sacramento miraculoso in insigni illa Collegiata æde Bruxellis *hist. cap. 14.* Joannes Textor lanæ quotidie ante opus ibat summo manè ad D. Gudilæ orationis causa, & præ foribus erat ad horam unam frequenter. Semel Novembri mense anno 1436. pro sua consuetudine ante venerabilem Eucharistiam orans, vidit insolitum splendorem oriri, & consternatus audiit vocem ad se mitti ex loco, in quo venerabilis Eucharistia servabatur. *Fili hoc in loco decet me adorari, & invocari ab omni Creatura, tamen ego negligor, abditus hoc loco, sepositus ab hominum oculis, ac cordibus. Scias interim me liberaturum omnes à tribulatione, qui me cum fide invocaverint.* Et sæpè per diversos dies hæc lux cum voce se illi offerebat, ille verò præ consternatione, nec edere, neque dormire poterat, nec audebat interim referre audita, visaque, ne pro somniatore esset. Macrescebat ergo in dies præcura. Tandem iterum insonuit oranti hæc vox, *Indica pastori hujus loci, quæ tibi concessa sunt audire, & videre, alioquin affligam te morbo, nisi pareas,* & quidem cum discrimine vitæ tacebat adhuc, atque incidit in morbum. Tandem Curionem evocat pro confessione. Ipse erat Joannes Coremans, postea D. Gudilæ decanus, ei pandit audita omnia, & visa, morbi causam, & statim à desperata valetudine optimè valet, restitutus integrè, omnibus stupentibus. Hæc ubi constiterunt publicè, statutum est quotannis in supplicatione sacræ hostiæ circumferrentur, quæ per triginta annos latuerant. Addebat autem idem Pastor, hoc miraculum sibi contigisse, cum in sacro faciendo esset occupatus, vidisse hostiam sacram conversam in pulcherrimum puerum, qui dicebat: *Expende quid audieris ab isto juvene, & indica populo, quia verum est.* Et hoc dicto, iterato redit ad priores species panis.

21 In navi. Gregorius *lib. 3. dialog. cap. 36.* narrat de Maximiano monasterii sui præfecto, postea Syracusano Episcopo, cùm à Pontifice missus esset Constantinopolim, ubi Gregorius in palatio negotiis distinebatur, rebus absolutis, Romam repetiit, & in Adriatico mari, *nimia tempestate deprehensus, inæstimabili ordine, atque inusitato miraculo erga se, cunctosque, qui cum eo aderant, omnipotentis Dei, & iram cognovit, & gratiam. Nam cum in eorum morte ventorum nimietatibus elevati fluctus sævirent, ex navi, clavis perditis, arbor abscissa est, vela in undis projecta, totumque vas navis quassatum nimiis fluctibus, ab omni fuerat sua compage dissolutum, rimis, atque patentibus intravit mare, atque usque ad superiores tabulas implevit navem ita, ut non tam navis intra undas, quàm unda jam intra navem esse viderentur. Tum in eadem navi residentes, non jam ex morte vicina, sed ex ipsa ejus præsentia, & visione turbati, omnes sibimet pacem dederunt, corpus & sanguinem Redemptoris acceperunt, Deo se singuli commendantes, ut eorum animas benignè susciperet, quorum corpora in tam pavenda morte tradiderat. Sed omnipotens Deus, qui eorum mentes mirabiliter terruit, eorum quoque vitam mirabilius servavit. Nam diebus octo navis eadem usque ad superiores tabulas aquis plena iter proprium peragens enatavit; nono autem die in Corbonensi Castri portum deducta est, ex qua exierunt omnes incolumes, qui cum prædicto venerabili viro Maximiano navigabant; omnibus egressis, navis sponte subsidit, quasi onerata Sanctis hominibus pugnare in undas, fluctusque commodius potuerit, tempestatemque sustinere.* De quo & nos alibi.

22 In sepulchro. Antoninus 2. *par. tit. 15. cap 13. §. 5.* & ex D. Gregorio *lib. 2. dialog. cap. 24.* pueruli meminit, qui jam monachus parentum amantior, sine benedictione S. Benedicti egressus de monasterio ad parentes ierat, & eodem ipso die defunctus sepultus est, nec potuit corpus terra continere; ejiciebatur enim foras, & si sæpius reponeretur. Venitur ad S. Benedictum, ille Corpus Christi eis donat, dicens: *Ite atque hoc Dominicum corpus super pectus ejus cum magna reverentia ponite, sicque sepulturæ mandate.* Paruerunt, & deinceps sepultum mansit. Ubi Petrus martyr mendacii monendus venit enim Stephano Gardinero *Objecti. 38.* ni itur, imponere, quem

quem Beati, Gregorius, & Antoninus puerulum vocant, mulierem fuisse, & *Eucharistiam in os inferi defunctæ mulierculæ* jussam, cum ex utriusque relatu habeamus supra pectus jussam poni. Frequens olim videtur fuisse consuetudo, Sacram Eucharistiam consepeliendi mortuis. Nam Amphilochius; Iconii Episcopus in vita Basilii Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopi *cap. 6.* meminit, beatum Præsulem hostiam consecratam, elevatamque divisisse in *tres portiones, unam quidem suscepit cum timore multo, aliam verò servavit ad consepeliendum sibi, tertiam autem positam super columbam auream, suspendit super altare.* Deinde quasi publicè fieret, proscribunt Concilia Carthaginense 3. *can. 6.* Hipponense *can. 5.* Antisidorense, Constantinopolitanum 3. sive Trullanum, proscriptionis causam dant, quod Matth. *cap. 26.* scriptum sit: *Accipite, & edite, Cadavera autem, nec accipere possunt, neque edere.*

22 Græci, ut semper insolentes, ita hîc sunt impii. Nam Humbertus in dialogo eos dicit: Si quid superfuerit ex venerabili Eucharistia, subterrare, vel terræ infodere, & ex Epistola Episcopi Hierosolymitani eos dicit incendere. Graviora iis objectat D. Hugo Ætherianus *lib. 2. hæresum*, quas in Latinos Græci devolvunt *cap. 17. Venie ad magnos fidei articulos, quæ Synodus offerri fermentatum, lanceaque illud petenti constituit.* Quæ insanorum hominum deliria majestati augustissimi Sacramenti plurimum derogant.

23 Privatim servabatur, & ferebatur decenti loculamento, sumenda in tempore.

24 In Arca. Cyprianus *serm. de lapsis. Cùm quædam arcam, in qua sanctum Domini fuit, manibus indignis tentasset aperire, igne deinde surgente deterrita est, ne anderet attingere.*

25 In Ara domestica eam Gorgonia Gregorii Nazianzeni soror simpliciter est venerata.

26 In Otario involutam habebat S. Satyrus, S. Ambrosii frater, & cum illa pendente de collo naufragus insiliit in Oceanum, & enatavit.

27 In Palla. Acta S. Byrini Episcopi apud Surium 3. Decembris. S. Byrinus ab Honorio Papa Episcopus creatus, in Angliam prædicandi Evangelii causa missus, *ad ultimus Britanniæ fretes, arrepto itinere perveniens, adscensurus navem, divina celebrat mysteria, ac sibi, suisque viaticum parans, salutaris hostiæ pia libamina Deo obtulit. Urgente verò navigationis articulo, ad navim festinans introsiliuit, & insurgente vento, dum alta sulcarent pelagi, reminiscitur Byrinus, se rem præcipuè caram amisisse, & nautis urgentibus impeditum, in litore unde abscesserat, reliquisse.* Dederant enim ei Honorius Papa pallam, super quam Corpus Christi conservabat, & in qua Corpus Dominicum involutum, & ad collum suspensum semper secum ferebat, atque inter sacranda sacrosancta mysteria super sanctum altare ponere consuevit. Fide igitur armatus in mare descendit, Deum auctorem habens per mare secutus incedit, & recepto, quod reliquerat, ad navem regreditur; ostendit autem illam, quasi immobilem stantem, cùm paulò ante per undas maris velociter currentem reliquisset. Ut autem in eam ingressus est, nec una quidem in vestimento ejus aquæ gutta deprehensa est, Id nautæ videntes, flexis genibus, tanquam Deum eum adoraverunt, & complures ex eis ad fidem Christi, prædicante illo verbum Dei, conversi sunt.

28 Parerga. Eucharistia prohibetur suscipi sub utraque specie laicis ritus Græci in Italia.

29 In locis, in quibus Italogræci consueverunt illam suscipere sub utraque specie, toleratur. Debent tamen disponi ad illam suscipiendam sub una tantùm specie.

30 Tolerantur etiam laici latini suscipere communionem à Sacerdotibus Ruthenis Catholicis, qui illam administrant sub utraque specie. Non tamen Latini id exposcant, aut faciant devotionis causâ.

31 Nuncii Apostolici & Episcopi curare omninò debent, ut laici sumant Eucharistiam sub una specie. Semper enim Sedes Apostolica ejusmodi communionem denegavit, eique semper displicuit concessio Pii IV. Quod si hoc impedire non possint, curent saltem observari decretum Pii IV. quod nondum revocatum est.

Nullomodo deferri potest super navibus, ne in illis 32
quidem, quæ singulis annis navigant in Indias Orientales.

Potest à Parocho, vel ab alio illius nomine deferri 33
pro viatico tantùm infirmorum existentium in triremibus, aut navibus, prius tamen viso loco triremis, aut navis, in qua infirmus jacet, & quàm decentissimè fieri potest præparato, inspectaque scala lignea, ut sine periculo ad navem ascensus, & descensus pateat, & si potuerit, expectata maris tranquillitate.

Ob distantiam Parochialium Ecclesiarum concedi- 34
tur ex Brevi Apostolico Capellanis existentibus in triremibus, ut in scopulis, vel in littore maris super altare portatili, Missam celebrando, possint infirmis sacrum Viaticum ministrare, & quod possint in eisdem deferre oleum Sanctum. Utrumque concessum triremibus Januensibus 26. Martii 1620. & Hispanis 3. Martii 1622.

Potest ministrari reis. S. Officii, qui facta suorum 35
criminum confessione, nondum tamen publicata sententia in mortis periculum constituuntur, si illàm petant per modum viatici, & signa pœnitentiæ ostendant 14. Septembris 1617.

Prohibetur pueris ob periculum ejectionis. 36

Non permittitur susceptio Eucharistiæ militibus, qui 37
Turcis inserviunt, nisi prius desistant à servitio.

Si quis susceptam Eucharistiæ particulam ex ore ex- 38
traxerit, & in sudariolo posuerit, asserens id facere ob debilitatem stomachi, moderatè torquendus est super intentione. Quod si nihil fateatur, dimittitur cum monitione, ac pœnitentiis salutaribus.

Qui particulam consecratam ab ore extractam do- 39
mum detulerit, non punitur in S. Officio, nisi habuerit aliquam malam credulitatem.

Eam sumens non jejunus, non punitur in S. Officio, 40
sed ab Ordinario. Quatenus autem aliquando puniatur in S. Officio, alibi diximus.

Communio, quam faciunt Inquisitores feria quinta 41
majoris Hebdomadæ, non suffragatur familiaribus, Officialibus, & Ministris S. Officii ad se subtrahendum ab obligatione communicandi in suis Ecclesiis Parochialibus pro adimplendo præcepto Paschatis.

CONSULTATIO XCII.

De Appellationibus à Papa ad futurum Concilium, deque earum initio, ac de pœnis contra appellantes.

NUnquam in Ecclesia admissa fuit provocatio à Papa ad Concilium, licet aliquando remedio quodam extraordinario Sedis Apostolicæ judicium in majori Synodo instauratum fuerit. Causæ namque vel privatæ erant, vel communes. Privatæ ita Synodorum Patriarchalium judicio finiebantur, ut nullus appellandi supereſſet locus, neque Imperatoris adeundi, aut Synodi universalis interpellandæ, ut docet Justinianus juxta constitutum secundæ Synodi Oecumenicæ in *l. 12. de Episcopal. aud.* Nam contra horum Antistitum sententias non esse locum appellationi à majoribus nostris constitutum est, *can. 6. secundæ Synodi*, Phot. *tit. 9. Nomocan. can. 6.* Cur ergo denegabitur Apostolicæ Sedi, quod vereres omnibus Patriarchis asseruerunt. 1

Aliud autem dicendum est de causis communibus, 2
quæ juxta mores antiquos rectè constitui non poterant sine sententia Summi Pontificis, ut observavit olim Sozomenus. Aliquando tamen ad procurandam Ecclesiæ tranquillitatem, Imperatorum rescripto, Apostolicæ Sedis judicia in majori Synodo instaurari contigit, in qua per Legatos Romanus Episcopus intererat.

Quæ

Quæ ratio longè distat ab appellatione. Vt enim inquit Hermogenianus Jurisconsultus *in l. Præfecti 17. ff. de minor. Appellatio iniquitatis sententiæ querelam, in integrum verò restitutio erroris propriis, venia petitionem, vel adversarii circumventionis allegationem continet.* Deinde Judex, à quo appellatur, de appellatione non cognoscit, sed is, à quo supplicatur instauratum judicium peragere potest.

3 Ejus cognitionis antiquissimum exemplum habetur in causa Cœciliani Carthaginensis, quæ judicio Concili Romani sub Melchiade decisa, iterum peracta est in Synodo Arelatensi à Constantino coacta anno 314. eo colore quæsito à Donatistis, quod, lite, nondum plenè instructa, judicium nimis properè latum esset, ut constat ex Epistola Constantini ad Chrestum Syracusanum Episcopum apud Eusebium *lib. 10. hist. cap. 5.* Alienum putabat Constantinus à disciplina, res ab Episcopo Romano judicatas refricare, sed studio pacis restituendæ instaurationem Judicii in frequentiori Synodo Donatistis permisit. Hoc habemus ex ipsius Epistola ad Vicarium Africæ. *Et contra id, quod iisdem responderam*, inquit, *frustra eo id jactare*, nempè Cæcilianum esse sontem, *quippè cum res fuisset apud Vrbem Romam ab idoneis, ac probatissimis veris Episcopis terminata, obnixè, ac pertinaciter respondendum existimarunt, quod eorum omnis causa non fuisset audita, sed potius iidem Episcopi quodam loco se clausissent & prout ipsis aptum, judicassent. Quare cum hæc tot, & tanta nimium obnixas dissentiones protrahere viderem ita, ut nullo modo finis iisdem dari posse videretur.* Scilicet nisi novo judicio de causa Cœciliani cognosceretur, Synodum Arelatensem indicit, à qua non rejecti sunt Judices, qui sententiam Romæ tulerant, ut sit in judiciis appellationum, sed quemadmodum fieri solet in judiciis supplicationum, ipsi cum aliis denuò cognitionem susceperunt. Extant enim subscriptiones Legatorum ex Urbe Roma à Sylvestro Episcopo missorum, Marini quoque, Reticii, & Materni Galliæ Episcoporum in Actis Synodi Arelatensis, unà cum subscriptionibus cæterorum Episcoporum, qui ad illud Concilium convenerant. Quod factum observavit Augustinus *Epist.* 162. in qua rem gestam scribit, ideſt secundam Synodi Arelatensis cognitionem post Concilium Romanum, non autem regulam præscribit, qua in omnibus causis uti liceat, nempè instaurationem omnium judiciorum Apostolicæ Sedis in Synodo universali, quemadmodum plerique contra veterum sententiam persuaserunt.

4 Et quidem in diffidio Orientalium, Concilium Sardicense indictum est, in quo judicium adversus Athanasium refricatum fuit post damnationes in illum à Conciliis Tyrio, & Antiocheno decretas, & post admissam Athanasii à Julio in Concilio Romano Communionem. Quod etiam factum in Concilio Chalcedonensi erga Theodoretum, etsi Leo primus illi in communionem suscepto Episcopatum restituisset, attamen causam Acacii iterato judicio in Synodo Oecumenica discuti passus non est Gelasius, neque cæteri Pontifices, quamvis schismate eam ob rem violata esset unitas Ecclesiæ, quæ sub Justino Principe restituta est, cedentibus Græcis auctoritati Romanæ Ecclesiæ.

5 Græcorum tamen obstinata petitio prætermittenda non est, qui sæculo nono judicium contra Photium, & ejus Asseclas à Nicolao Primo toties damnatos, instaurari voluerunt in Octava Synodo, reluctantibus licet Romanæ Ecclesiæ Legatis. Etenim Baanes Patricius, ac cæteri Proceres à Basilio Imperatore delegati, ut Synodo interessent, se actis Synodi non subscripturos, ut fieri solet, professi sunt, nisi præsentis Photii ac ejus sectatorum ex Synodicis, & Canonicis Sanctionibus ora obturarentur. Methophanes Smyrnæ Metropolitanam petitionem suffragio suo juvit, verbis erga Romanam Sedem permodestis, & ad propositum suum accommodatis: *Divinus Apostolus dicit, Thessal. cap. 5. Prophetias nolite spernere, quod bonum est, tenete. Sanctissimos veteris Romæ Legatos, tanquam Prophetas recipimus, neque spernimus. Probantes verò magnificentissimorum Procerum petitionem æquam esse judicamus.* Statim verò Concilium definivit, judicium refricandum esse. *Statuimus, ut nulli citentur, ac præsentes facti defendendi potestate judicentur.* Concil. 8. *act. 4.* Legati quidem repulerunt hanc definitionem Synodi sibi liberum non esse dicentes, Romanorum Pontificum judicia rescindere, ex eo præsertim, quod præsentibus Photianis Romæ reddita fuissent. Sed discusso negotio, reorum exceptiones repulsæ sunt, & renovata in Photium, ejusque consortes damnationis, & anathematis sententia.

Atque hinc factum existimatur, ut sæculo decimo, & 6
aliquot sequentibus, Pontifices Romani ad vitandas offensiones, exemplo decessorum, causas communes in Conciliis frequentissimis discuti voluerint. Eam viam inivit Gregorius VII. qui, recrudescente dissidio inter Romanam Ecclesiam, & Henricum Germaniæ Regem anno 1080. testatur *p. 28. lib. 9.* se curaturum, *ut generalis Synodus congregetur in loco tuto, & securo, sicque opportuno, ut ad eam possint undique terrarum Clericalis Ordinis, & laicalis amici, vel inimici sine timore convenire.* Ubi discutiendum ait, quis auctor fuerit, *inter Pontificatum, & Regnum divina Pax, & recta concordia fieret, quam pacem, opitulante Domino, sicut Christiana devotio cupit, & postulat, in eodem Concilio instaurare, & confirmare optamus.* Gelasius Secundus in eodem dissidio Concilii generalis, remedium adhibendum esse docet anno 1118. *in Epist. ad Episcop. Galliæ* his verbis: *De controversia, quæ inter Ecclesiam, & Regnum est, vel conventioni, vel justitiæ libenter acquiescimus loco, & tempore competenti, videlicet Mediolani, vel Cremonæ in proxima B. Lucæ festivitate fratrum nostrorum judicio qui à Deo Judices constituti sunt in Ecclesia, & sine quibus hæc causa tractari non potest.*

Liberalius se gesserat idem Gregorius VII. qui in causa 7
mista, quæ sacerdotium, & Regnum respiciebat, ex Clericis, & laicis Concilium conflari volebat, cum Gelasius videatur ad solos Episcopos hanc cognitionem contrahere. Illis tamen judicandi auctoritatem defert, Quia, & si de singulis negotiis & causis privatis suprema judicia à sola Romana Sede redderentur hoc sæculo; attamen causas communes, & generales ad Concilii definitionem ipsi Pontifices Romani referebant. Unde Innocentius Tertius, cum urgeretur à Philippo Rege Francorum, ut illius nuptias cum Ingeburga dissolveret, ea facti specie proposita, quæ hodie apud Summistas, ac cæteros tractatores, nulla difficultate laborat, quin matrimonium consummatum non fuisse dicant, rem illam absque Concilii generalis discussione fieri non posse scripsit his verbis *epist. 104. l. 3.* ad Philippum Regem: *Verum si super hoc absque generali deliberatione Concilii determinare aliquid tentaremus, præter divinam offensam, & mundanam infamiam, quam ex eo possemus incurrere, forsan ordinis, & officii nobis periculum immineret, cum contra præmissam veritatis sententiam nostra non possit auctoritas dispensare*, ideſt in præceptum illud divinum: Quos Deus conjunxit, homo non separet, nullam cadere dispensationem. Cæterum an matrimonium consummatum sit in facti specie proposita, in Concilio generali disceptandum esse. Unde patet, hoc sæculo duodecimo in cautis communibus Concilii generalis non ineptè, nec invitis Pontificibus imploratum auxilium fuisse.

Primus omnium, qui appellatione ad futurum Con- 8
cilium usus est, prodit se se apud historicos Fridericus Secundus Imperator, qui ad Concilii cognitionem evocatus à Gregorio Nono, & ab Innocentio quarto ob dissidium cum Ecclesia Romana de hæresi, & aliis facinoribus delatus, Thaddæum Legatum suum ad Concilium Lugdunense misit anno 1245. Hic post exceptiones Friderici propositas, cum ferendam vide-

ret ab Innocentio depositionis sententiam, appellavit pro eo ad Concilium proximè futurum generalius. Nec enim nunc omnes Prælati, vel eorum Principum procuratores apparent hic in præsentiarum, ut dicebat ille, teste Matthæo Paris, Cujus tamen petitionem Papa eo nomine repulit, quod inepta esset provocatio ad Concilium, eo quod Concilium illud Lugdunense generale esset, ideòque, ne ex malitia sua commodum reportaret, neve fraus illi sua patrocinaretur, sententiam depositionis non esse differendam decrevit.

9 Martinus Quintus cum frequentia appellationum ad futurum Concilium non solum in causis communibus, sed etiam in privatis, supremam in Judiciis Apostolicæ Sedis auctoritatem infringi videret, commotus etiam audacia Legatorum Ladislai, Poloniæ Regis, qui cum libelli cujusdam hæresibus scatentis damnationem trahi viderent, & Concilium Constantiense mox esse dissolvendum, *protestati sunt de gravamine, & de appellando ad futurum Concilium*, Constitutione promulgata in Consistorio generali, celebrato Constantiæ anno 1417. vetuit, ne quis à Sede Apostolica appellaret, aut ejus judicium in causis fidei declinaret. Id testatur Joannes Gerson, qui statim edidit libellum, cui titulus: *Quomodo, & an liceat in causis fidei à Summo Pontifice appellare.*

10 Pius quoque Secundus, à quo Sigismundus Dux Austriæ, & Gregorius Heimburgensis Jurisconsultus, ac ejus Orator communione abstenti, Concilium appellaverant, litteris Mantuæ in Conventu Principum publicatis, has appellationes iterum prohibuit anno 1460. Is enim Pontifex, sciens veritatem vinci nesciam, filiam Solis, Naturæ Sororem, ut ait Tertullianus, licet privatus adhuc, acerrimè thesim hanc Constantiensis, & Basilensis Concilii decreto conformem tuebatur; Esse fidei Catholicæ credere Concilium esse supra Papam, Æneas Sylvius *in Commentar. de Concil. Basil.* factus Pontifex, verso stilo, omnes ejusmodi à Papa ad Concilium appellationes, vanas, irritas, execrabiles, pestiferas, hæreticas denique pronunciat. Qui appellaverint, nonnisi in articulo mortis absolvendos, excommunicat, tabelliones, testes, alios, qui his actibus intervenerint, pœna læsæ majestatis reis, & hæreticis debita damnat, atque sic improbavit Pius, quod Sylvius probaverat. Quod interdictum sic deinceps Catholica Ecclesia interpretata est, ut privatis causis, & communibus censeret accomodandum. Idem quoque actum à Julio Secundo, & à cæteris Summis Pontificibus in Bulla Cœnæ Domini *can.* 2.

11 Et sanè si qua major ea, quæ apud Romanum Pontificem viget, auctoritas effingi consideratione possit, certè non nisi in generali Concilio, ad quod tota ferè in suis præcipuis, ac selectis membris Ecclesia convenit, esset collocanda. Jam verò cum puniatur *d. canone* 2. tamquam sacrilegium ab Ordinationibus Pontificia potestate emanatis ad Concilium provocatio, apparet liquidò, nullam, ne in cuncta quidem Ecclesia simul congregata, reperiri auctoritatem, qua major, non sit Romanus Pontifex.

12 Quod licet præteritis temporibus aliquando in dubitationem venerit, neque defuerint, qui pro Concilio steterint. Hodie tamen à Parte Pontificis definitum censetur, tum ex dicta Constitutione Pii Secundi incip. *Execrabilis* 1454. in qua hæreticæ pravitatis, majestatisque læsæ dicuntur rei, qui ad Concilium, tamquam ad Summi Pontificis Judicem appellatione quadam recurrunt, tum in diplomate Julii Secundi, cujus initium; *Suscepto regiminis an.* 1509. ubi pro veris, ac indubitatis Schismaticis tales provocantes habendos esse statuitur. De qua re Sylvest. *in Sum. v. excommunicatio* 7. *n.* 93. Cajetan. *eod. v. cap.* 25. Tabien. *eod. tit. nu.* 7. Ledesma. 2. 2. *quæst.* 26. *art.* 2. Sebast. Medic. *in Sum. Crimin. Capital. tit.* 9. *quæst.* 78. *num.* 13. ac recentiores. Tum tandem in Consilio Lateranensi sub Leone X. *sess.* 11. in qua definitur, ad solum Romanum Pontificem pro tempore existentem, *tamquam auctoritatem super omnia Concilia habentem*, spectare jus eadem indicendi, transferendi, confirmandi, ac dissolvendi.

Quod quidem ex sacra Scriptura, & Canonibus per- 13
manifestum est, cum Soli Petro, ejusque Successoribus mandatum sit: *Pasce oves meas*, ut earum, non tam dispersarum, quàm gregatim unitarum sit Pastor, ac Rector, & uni dicatur, *Tues Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & quodcumque ligaveris &c.* Quibus Pontifex in Caput Ecclesiæ, cum sit designatus, non decuit, Ecclesiam congregatam caput esse ipsius, ut assumitur *can. aliorum* 9. *quæst.* 3. quæ quæstio ad id ferè est tota, ex qua duo eximia testimonia proferuntur.

Alterum *ex can. nemo*, qui sic habet: *Nemo judica-* 14
bit primam Sedem, neque enim ab Augusto, neque ab omni Clero, en Concilium, *à neque Regibus, à populo Judex judicabitur.* Alterum ex *can. Ipsi sunt* in hæc verba: *Ipsi sunt Canones, qui appellationem totius Ecclesiæ ad hujus Sanctæ Sedis examen voluerunt deferri, ab ipsa verò nusquam prorsus appellare debere sanxerunt, ac per hoc illam de tota Ecclesia judicare, ipsam ad nullius commeare Judicium, nec de ejus unquam præceperunt judicio judicari, sententiamque ejus statuerunt, non oportere dissolvi, cujus potius sequenda decreta mandaverunt.*

Nec illustriora desiderantur in *can. aliorum*, *in can.* 15
cuncta per mundum 1. in *can. omnes* 21. *d. in can. non decet* 12. *d. in can. Sacrosancta* 22. *d. in cap. Licet*, ubi Doctores *de elect.* Et quamvis ex *can.* 1. *d.* 20. *& cap. inmotuit de elect.* inferatur apertè, parem esse Concilio cum Pontifice authoritatem, attamen de Concilio, prout ei Pontifex tamquam caput præsidet, hæc & similia sunt accipienda, quo sensu nil aliud infertur, nisi unum Pontificem alteri esse æqualem.

Circumfertur de hac re præclarum D. Augustini te- 16
stimonium, quod adducimus *ex d. epist.* 162. ubi agens de quadam Melchiadis Pontificis consensu aliquorum Episcoporum Romæ lata sententia, quam Donatistæ calumniabantur, hæc in eos habet verba: *Ecce putemus, illos Episcopos, qui Romæ judicarunt, non bonos Judices fuisse, restat adhuc plenarium universalis Ecclesiæ Concilium, ubi etiam cum ipsis Iudicibus causa possit agitari, & si male judicasse convicti essent, eorum sententiæ solverentur.*

Ex quibus Pontificis sententias per generale Con- 17
cilium dissolvi posse, colligi videtur.

Verùm hæc dicta non sunt, ut apostolicæ Cathedræ 18
primatum rejiciat Augustinus, quem in eadem Epistola, & in libro primo de unico baptismo, & alibi passim profitetur, ac propugnat; sed ut insinuetur, non fore proprio Donatistarum arbitrio eam dissolvendam sententiam, de qua si ad aliquem congrueret, non nisi ad universale Concilium esset recurrendum, & hoc non ratione potestatis, quasi fuerit apud Concilium jus dissolvendi sententiam, sed ratione plenioris examinis, quod nonunquam ad evincendam pertinaciam eorum, qui injustam causam tutantur, ac fovent, summa Pontificum moderatione concedi solet. Post tale autem examen dicitur sententia solvenda, non solum conciliari auctoritate, sed simul Pontificia, cùm Romanus Pontifex Concilia indicat, & approbet; nec enim est incongruum ab eodem retractari sententiam ex solertiori examine. Ut enim Principes, & si rarò, aliquando tamen in auditorium suum res judicatas induci patiuntur *lib.* 18. *ff. de minoribus*, & ita ex Innocentio Primo, & Nicolao, quorum verba refert Gratianus in *can. sententia, & can. seq.* 25. *quæst.* 9. *Sententia Romanæ Sedis potest in melius commutare, cum surreptum aliquid fuerit, aut ipsa pro consideratione ætatum, vel temporum, seu gravium necessitatum dispensatione quadam ordinare disponit.* Unde Juo *ep.* 159. malebat

malebat ab ipsa Sede ad ipsam confugere Clericos quàm ab Ægypto auxilium petere, ideò à regia potestate. *Quoniam*, inquit, *judicium Romanæ Ecclesiæ à nemine foris retractari posse, eadem Romana Ecclesia docente dicimus. Si qui aliquando se prægravatos ipsius Ecclesiæ auctoritate conqueruntur, hoc eis consilium damus, ut non descendant in Ægyptum propter auxilium, sed ab ipsa ad ipsam confugiant, & indè expectent levamen, unde conqueruntur accepisse gravamen. Quia quæ quando corripit paterna severitate, eadem frequenter colligit materna pietate.*

19 Cùm autem appellatio sit à minori Judice ad majorem provocatio *cap.* 2. ubi Glossa *v. Officiali*, ac Doctores *de consuet. lib.* 6. temerarium est à Pontifice, qui majorem non habet, ad Concilium appellatio, *d. can. Ipsi sunt*, & *cap. significasti de elect.* Immò & impietatem arguit adversus Primatum Romani Pontificis, ac per consequens hæresim, ut in prædictis Pii, & Julii Secundi Constitutionibus habetur. Quamobrem in eam plures sanxerunt pœnas, & reservata absolutione, censuras iidem Pontifices. At B. Pius V. primum in Bulla Cœnæ hoc crimen apposuit, addita specialissima hac reservatione, ut testatur Vivaldus 2. *par. candelabr. aur. in explic. ejusdem Bullæ nu.* 18. Tolet. *in ead. explic. §.* 9. Sayr. *lib.* 3. *de censur. cap.* 6. *num.* 2. Undè malè, inquiunt Gambarupt. *de casib. reserv. ad can.* 2. *Bullæ Cœn. sub. init.* & Alter. *tom.* 1. *de censur. lib.* 1. *disp.* 3. id additum à Gregorio XIII. Canon autem Bullæ is est. *Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos cujuscumque status, gradus, seu conditionis fuerint. Universitates verò & Collegia, ac Capitula, quocumque nomine, nuncupentur interdicimus, ab ordinationibus seu mandatis nostris, ac Romanorum Pontificum pro tempore existentium ad universale futurum Concilium appellantes. Necnon eos quorum auxilio, consilio, vel favore appellatum fuerit.*

20 Solum supereſt casus, in quo Papa minoraretur, esſetque Ecclesiæ subjiciendus, & judicabilis ab ea, qui unicus est, isque est hæresis. In cæteris enim pravis moribus ferendus potius ubique dicitur, non judicandus.

21 Sed neque hic casus à nobis admittitur possibilis, ut alibi à nobis probatum. Et si qui Canones de eo loquuntur, possibilitatem non disputant, sed ex abundanti prospicientia consulunt etiam casui impossibili, si possibilis esset. Quare, ne inter eos quidem constat, quin admissa possibilitate hæresis in Pontifice, ideò hunc subjiciunt Ecclesiæ. Qui enim dicunt, Papam hæreticum ipso facto esse subjectum Ecclesiæ, quia ob defectum fidei divinitus est dejectus; si de hæresi occulta intelligunt, ipsi quid hæreticum dicunt. Nam Ecclesiam faciunt invisibilem, & auctoritatem Ecclesiasticorum Præsulum dubiam in omnibus reddunt, & hierarchicum ordinem incertum si ab intrinseca fide hæc pendeant, de qua sensibiliter non constat. Si de hæresi manifesta dicant, ergo nequicquam deinde requiritur Concilium, quod sententiam ferat in Pontificem, quem ponunt divinitus jam dejectum à manifestatæ hæresis tempore, & vagas extra casum, si dicas Ecclesiam, posse censere de Pontifice, amplius non Pontifice, perinde ac si diceres, posse censere de eo; qui per spontaneam abdicationem Papatus se illi subjecisset.

22 Si dicatur sententiæ divinæ jam latæ requiri declarationem per Ecclesiasticam sententiam, quæ ostendat, ipsum incidisse in sententiam divinam exauctorantem, occurrimus; quia si Ecclesia conniveret, vel si non posset, nisi ad multum tempus Concilium congregari, interim esset ille caput Ecclesiæ, & non esset; partim esset judicatus, partim judicandus. Inconvenit autem, Ecclesiam diu esse acephalam. Præterea nullum Concilium potest convocari, Papa invito, extra schismatis tempora, ut in prædicto Lateranensi Concilio statutum est, secus aperiretur via cuicumque Potentum indicendi Concilium adversus Summos Pontifices prætextu, quod de eorum fide velint fieri judicium, & sic plura à pluribus Capitibus possent eodem tempore suscitari Concilia diversarum opinionum. Igitur si Papa nolit, Concilium congregari, sibi timens, eo quod sit hæreticus, quid? Pontificem habebimus, & non habebimus. Rursus, quia Canones ubicumque loquuntur de hoc judicio Papæ hæretici, discrimen ponunt, quod cum in cæteris casibus Deus ipse Judex sit Papæ, de sola hæresi potest ab Ecclesia judicari. Ergo eo modo constituunt Ecclesiam judicem in hoc casu, quo in aliis Deum. Non igitur declarative. Alioquin nihil excipiendo, dicendum fuisset, semper Papam à Deo judicari, quia etiam hæreticus ab ipso judicatur. Tandem si Papa notoriè hæreticus jam sit depositus divinitus, & sola desit Ecclesiæ declaratio, dum idem resipuerit, necessaria erit alia reelectio. Nam prior jam fuit rescissa, & si Ecclesia nolit resipiscentem reeligere, posset eligere alium. Uter esset verus Pontifex.

Alii, qui dicunt, Ecclesiam posse judicare de Pon- 23
tifice ministerialiter, utendo auctoritate divina, ob quam non, ut superior, neque habens potestatem super Papam ipsum, sed supra conjunctione, vel disjunctio Papatus cum hac, vel illa persona, nihil dicunt. Quia ex nulla Canonica Scriptura, aut traditione firmant, hanc auctoritatem ministerialem Ecclesiæ esse datam à Deo peculiarius in casu hæresis, quàm alio quovis. Et sicut illud usurpatur gratis, ita etiam ob quodcumque grave crimen posset Ecclesia animadverte non supra Pontifice, sed ut ajunt, supra conjunctione, vel disjunctione Papatus. Nec est par ratio de institutione, in qua Ecclesia potest, ac de destitutione. Quia dum conjungitur Papatus cum aliquo, agit Ecclesia in inferiorem, qui ex facto evadit Superior; dum autem destitui debeat, jam in Pontificem, qui est Superior, agendum est, Immo paritas valeat, sicut institutio est nulla, non assentiente electo, ita destitui poterit invitus, cum per easdem causas res dissolvantur, quibus constituuntur.

Si dicatur, canonico jure inesse hanc Ecclesiæ po- 24
testatem in casu hæresis peculiariter, revertimur ad priorem difficultatis causam, an Pontifex possit subjici Ecclesiæ, aut alterius Pontificis decretis. Quod si dicas, maximè in casu hæresis, quidni in quovis alio? Quis hoc fecit discrimen? Non gravatis delicti. Nam alia dari possint in Pontifice pariter Christianæ Reipublicæ pernicioſa. Non periculum Ecclesiæ. Nam Ecclesia est secura quoad se de assistentia Spiritus Sancti, ne in his, quæ credit, decipiantur. Quid igitur?

Scripturæ quæcumque afferuntur solum indicant in 25
genere devitandum hominem hæreticum, non recipiendum in consortiis, & similia, quæ negativa sunt. Nihil autem, tale loquuntur, quo suscipicari dent posse ab ovibus deponi Pastorem.

Jam verò suppoſito, Tribunal reperiri non posse, 26
quo Pontifex Superior non sit, sequitur, nec in ipsius potestate esse se Concilio subdere, aut privilegium, facultatemve erogare, quo indulgeat, se ad Concilium vocari, aut appellationem hanc aliquid validitatis habere. Siquidem amplitudini suæ potestatis, quæ à Deo est, *can.* 1. *d.* 22. detrahere nequit, cùm statim si Ecclesiæ se subdat, negare videatur, se caput illius esse, Jo: Andr. & Felin. *in cap. Ecclesia S. Mariæ de constit.* Triumph. *quæst.* 7. *art.* 8. Alter. *tom.* 1. *de censur. lib.* 5. *disp.* 3. *cap.* 1. Albanus *in tract. de auctoris Papæ par.* 1. *n.* 104. testans de communi. Quod si aliquorum referuntur exempla, qui spontè Conciliis fese, suaque subjicere, cum quod de jure fieri non potest eos facere voluisse, non sit verisimile, dicendum est non Conciliorum

impe-

imperio, ac sententiis, sed ut rerum gestarum cunctis conspicuam ex moderatione, humilitate, vel innocentia redderent rationem, soli examini, liberè sine ulla Romano indigna Pontifice subjectione, se, suaque commendasse. Quapropter, licet erogato privilegio, aut indulgentia, quia Pontifex, à se ad Concilium permittat appellari appellans ex privilegio sibi collato, ejusdem Canonis Bullæ Cœnæ pœnas non contrahat, cæteri tamen contaherent. Nec eximendi sunt qui appellarent ex eo solum, quod dixisset Pontifex, se paratum esse Concilio rationem reddere, aut libenter se interpositæ appellationi responsurum; quia non ibi adhuc censetur licitum fuisse appellare.

27 Urque magis Pontificiæ potestatis culmen eluceat, subscribimus eidem Triumpho *quæst. 6. art. 3.* Jacobatio *de Concil. lib. 10. art. 1.* Ricciullo *de jur. person. lib. 9. cap. 1. num. 13.* opinantibus, errorem in fide esse asserere à Pontifice ad Deum saltem posse appellari; licet in appellantes hoc modo ex improbitate, aut passione animi, sine errore tamen intellectus, nulla sit statuta pœna, nisi ea fortè, quam ex hæresis suspicione, ita appellando contraherent, & argumentum est evidens. Cùm enim Pontifex sit verus Christi Dei Vicarius *cap. 2. cap. inter corporalia, cap. licet de translat.* Utique unicum Tribunal esse debet Christi & Pontificis; ut ait Ost. *in cap. quanto eod. tit.* Abb. *in cap. licet num. 9. de elect.* Paul. de Castr. *cons. 414. num. 1.* Menoch. *cons. 51. numer. 13.* aliique apud Ricciullum *loco citato num. 11.* Quandoquidem unum est Vicarii, & Episcopi Tribunal; neque à Vicario ad Episcopum appellatur, *can. visis 16. quæst. 2. cap. 3. de consuet. in 6: cap. Romana de appell. eod.* & Doctores citati ab eodem Ricciullo *numero 15.*

28 Superest igitur, Papam manentem Papam, nullo casu, posse Ecclesiæ, vel Concilio esse inferiorem, quod ad illud provocare sit licitum.

29 De hac autem Pontificis majoritate, videri possunt Cajetanus *de auctoritate Papæ, & Concilii*, Augustinus Triumphus *de potest. Eccles. quæst. 6. art. 3.* Jacobatius *de Concil. lib. 10.* Bellarminus *lib. 1. contr. à cap. 13.* Azor. *instit. moral. tom. 2. lib. 4. & lib. 5. ca. 11.* Turrianus *in opusc. de hac materia*, & Alterius *loco citato*, ac alii, præ cæteris Andr. Duallius *de suprema Romani Pontificis in Eccles. potest. par. 4. quæst. ult.* in qua quæstionem istam de appellatione ad futurum Concilium veterum Auctorum inficiatione, & rationibus aliquot adductis confutat.

30 Hoc tamen, quod, etiamsi concederetur aliàs ad Concilium à Pontificæ appellationem non esse probabiliter illlicitam, adhuc tamen consultò potuisse, ac debuisse vetari, quia commune Christianæ Reipublicæ bonum, ad quod Summus Pontifex tenetur, particularium spreto commodo, expostulat, ut appellationis hæc intercludatur via, utpotè quæ patens errorum, & schismatum adversus publicam Ecclesiæ pacem, & tranquillitatem origo fuerit perpetua, ac Seminarium. Quod insinuaverè citatis diplomatibus Pius, & Julius Secundus, & in cunctis hisce appellationibus experimento compertum est, præsertim in appellatione facta à Parisiensibus sub Leone X. à suo Lateranensi Concilio ad aliud futurum: hanc enim multarum ialtium hæresum fuisse satis est notum, ut testantur Bannes *2. 2. quæst. 11. art. 10. dub. 2.* & Sousa in *Bulla Cœn. disp. 7. cap. 3. d. 20.* qui à *n. 10.* doctrinam hanc luculenter exponit. Hac eadem ratione ad rebelliones scilicet, & inobedientias vitandas, civili jure statutum est, à sententia Principis, ac Prætoris appellandum non posse, *lib. 1. ff. à quib. appel. non lic. lib. 1. ff. de offic. Præf. Prætor. l. 2. ff. de appell. & l. apertissimè C. de judic.* In quam rem transcribere duxi verba Duallii *loc. cit.* ut quæ sit ejus sententia constet. *Maneat itaque hoc ratum, & constans, omnem à Summo Pontifice ad Concilium, sive futurum, sive præsens appellationem esse prorsus illicitam, idque sive Papa sit infra, sive suprà Concilium, cum rationes allatæ in utraq; sententia concludant. Dices, Principes, & Respublicas graviter nonnumquam conqueri, se à Pontificibus graves injurias pati, nullamque ad has depellendas efficacius remedium esse præter provocationem ad Concilium generale. Respondeo, non licere propterea ad Concilium provocare, cùm Principes sibi, suisque rebus possint alia via consulere, scilicet non obediendo mandatis Pontificis, immò si aliter non possunt sibi succurrere, strenuè, prudenterque resistendo, & cum ea moderatione, quam superiori quæstione, ubi de iniquis, & Ecclesiæ perniciosis dispensationibus assignavimus.*

Audiamus etiam Odoricum Rainaldum ad annum 31
1457. *num. 54.* ita italicè loquentem. *E. molti del Chericato di Francia, mentre era fatto loro commandamento, che pagassero le decime, imitando il pernicioso esempio de' Tedeschi, appellarono dal Pontefice al futuro Concilio, la quale appellatione il Vicario di Christo annullò, si come temeraria, & empia, la quale scompigliava la somma autorità del Romano Pontifice, e faceva la via à tutti gli huomini scellerati à schifare la severità della Chiesa, e conculcava la gerarchia Ecclesiastica, e finalmente tutta bava la guerra, che si doveva fare al Turco, e volle fossero puniti gli auttori di tata fellonia, es' ingiunse al Cardinala Alano, che tornasse à Parigi, e constringesse i Chierici di quella Accademia, che havevano formato l'esecrabile appellatione, à cassarla, e annullarla.*

Denique sic appellans committit crimen sactilegii 32
contra primatum Romani Pontificis, & asserens licitum esse appellare à Papa ad futurum Concilium est hæreticus formalis, ut tenet S. Antonin. *par. 3. tit. 24. cap. 2. §. quoniam*, Marth. *de jurisd. par. 3. cap. 17. in fin.* Jacobat. *de Concil. lib. 16. num. 66. ac seqq.* Undè sequitur incurrere censuras, & pœnas latas, contra hæreticos. Nam appellans à Papa ad futurum Concilium incurrit crimen rebellionis, quatenus sic appellando se subtrahit ab obedientia supremi sui Principis in ejus damnum ejusque supremi dominii, illud alium procurando convertere per ea, quæ tradit Farinac. *quæst. 113. n. 101. & seqq.* & in specie tenet Sayr. *de Censur. lib. 3. cap. 6. num. 2.* Appellationes autem in causis S. Officii non admittuntur ab Ordinariis, nisi ad Sedem Apostolicam, sive ad S. Congregationem S. Officii, ut decretum 13. Augusti 1587. 4. Novembris 1604. & 3. Octobris 1613.

CONSULTATIO XCIII.

1 *Quoties communicatum olim?*
2 *Quoties communicandum?*
3 *Ex causa data communio maximè morituris, non quidem ex Casuistis, sed omnia ex Patribus, & Conciliis. Ubi an aliquando liceat Sacerdoti ministrare hostiam non consecratam? Et an Judas fuerit exclusus Cœna Eucharistica?*

AD primum. Quotidie ineunte primùm Ecclesia 1
Christiani communicabant, ut *Act. 2.* videmus *Erant autem perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractione panis,* & infrà ostendit, in quo perseverantia consistat: *Quotidie quoque perdurantes unanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione, & simplicitate cordis, collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem.*

Idque Patres confertim testantur. Ambrosius *lib.* 2
4. de Sacram. cap. 6. Quotidie communicare debeo, qui quotidie pecco. Debeo semper accipere sanguinem Domini, ut semper mihi peccata dimittantur, qui semper pecco, semper debeo habere medicinam. Et ante hunc Cyprianus *serm. in orat. Domini. Eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus.* Hieronymus *Apologia pro libris adversus Jovinianum: Scio Romæ hanc esse consuetudinem, ut fideles semper Christi Corpus accipiant.* Idemque ad Lucinium de Ecclesiis Hispaniæ testatur. Nec missæ fiebant, in qua nullus communicaret. Petrus Blesensis *serm. 16.* in hebdomada penosa:

In prima Ecclesia quotquot intererant consecrationi Eucharistiæ, communicabant eidem. Inde est, quod collectæ, quas post communionem dicimus, plurali numero censentur, verbi gratia: *Refecti cibo, potuque spirituali &c.* Et iterum: *Sacramenta quæ sumpsimus.*

3 Deinde quater in hebdomada, & festis. Basilius ad Cæsariam Patritiam: *Nos quater in hebdomada communicamus, dominico, quarto nec hebdomada, parasceve, & Sabbatho, aliis diebus, si qua memoria alicujus sancti fuerit.*

4 Tertio. Feriis quarta, & sexta ad nonam, & Dominica post matutinas Epiphanius *l. 3. contra hæret.*

5 Secundò, Dominico, & Sabbatho. Beatus Onuphrius apud Evagrium: *Omni die Dominico, & Sabbatho. Angelum Domini paratum invenio. Sacrosanctum Corpus, & sanguinem Domini Nostri Jesu Christi deferentem.*

6 Semel Augustinus *Epist. 18.* ad Januarium, pleraque has diuum observationes recenset: *Alii quotidie communicant Corpori Dominico, alii certis diebus accipiunt; alibi nullus dies intermittitur, quo non offeratur, alibi Sabbatho tantum, & Dominico, alibi tantum Dominico.* Thomas Cantipratensis *lib. 2. vit. S. Lutgardis cap. 12. Singulis dominicis diebus; quemadmodum hortatur B. Augustinus, Christi Corpus percipiebat;* sed Agnes Abbatissa parum cauto usa consilio, id ei interdixit. *At pia Lutgardis: Ego quidem,* inquit, *mater carissima libenter obediam tibi, sed certissimè prævideo, Christum hanc injuriam in tuo corpore ulturum. Confestim Abbatissæ intolerabili morbo afficitur, ut in Ecclesiam ingredi non posset, nec cessavit dolor per momenta increscens, donec indiscretionem suam agnoscret, & Lutgardem sineret pristino more uti. Aliæ quoque, quæ hac in re contraillam fuerant adversatæ, aut notabiliter ex hac luce subtractæ sunt, aut humilitatis ductæ spiritu, sed ad illam converterunt, nimirum dignus zelus sponsi in improbos sponsæ suæ perturbatores.*

7 Apud Græcos inquit Vvalfridus *cap. 20. qui duas Dominicas, vel tres sine communione transierint, excommunicari dicuntur.*

8 Non licuit ultra tertiam hebdomadam differre Photius in *nomo Canone titul. 3. capite undecimo. De iis, qui in Civitate versantur, & tribus hebdomadis non communicant, Synodus Sardiensis Can. 11. Synodus sexta Can. 8.* Quinque septimanas abstinuerat quædam, & punitione in tardam, & segnem Deus animadvertit ex Palladio *vit. 14.* Antonius *2. part. capite sexto, titul. 15 §. 3.* Ægyptius deperibat alterius conjugem, & per magnum operabat, se voto potiturum, si vel marito incantationibus faceret invisam, vel in sui amorem pellicere. Fecit ille equam videri. Maritus excisus è somno equam pro uxore reperit; tristis ex miserando casu illigatam more jumenti ad desertum deduxit, cumque jam cella S. Macarii propinquaret, Monachi arguebant eum, cui ad Monasterium cum equa veniffet. Uxor, inquit, hæc mea fuit, sed in equam conversa est. Referunt id Macario; *Vos* inquit, *equi estis, & equorum oculos habetis, illa namque mulier est, nec in naturam equa transfigurata videtur, nisi in eorum oculis, qui præstigiis vanitate falluntur. Mox aquam benedictam ei infundens, oratione completa, subito eam fœminam videri omnibus fecit, eamque refici jussit, & cum viro suo reverti, dicens, nunquam à communione sanctorum mysteriorum, nec à communione Ecclesiæ discedas. Hoc enim idcircò perpessa es quia per quinque septimanas mysteria divina non attigeris.*

9 Decies, octies, plus minus per annum, Theodulphus Episcopus Aurelianensis *Epist. ad compresbyteros: Singulis diebus Dominicis in quadragesima, præter hos, qui excommunicati sunt, Sacramenta Corporis, & Sanguinis Christi sumenda sunt, & in Cœna Domini, & in Paraseeve, in vigiliis Paschæ, & in die Resurrectionis Domini penitus ab omnibus communicandum, & ipsis dies Paschalis hebdomadæ, omnes aqua religione colendi sunt.*

Ter in anno Fabianus Papa *de consecrat. dist. 2. Simon* 10
frequentius, saltem ter in anno homines communicent, in Paschæ, Pentecostes, & Natali Domini. Cardinalis Turrecremata *in dist. 55. decreti* inde laicam communionem dictam putat. *Laica communio dicetur multis modis scilicet acceptio Eucharistiæ post Clericos cum laicis, vel accepto Eucharistiæ ter in anno, sicut faciunt laici, scilicet in Nativitate Domini Paschæ, & Pentecostes.*

Tandem cum refrixisset caritas, & communio in plu- 11
res etiam annos differretur, Lateranense Concilium ub Innocentio III. *cap. Omnis utriusque sexus de pœnit. & remiss.* Paschæ tempus præscripsit.

Ante hæc tempora præceptum in Ecclesia nullum 12
de annua Communione fuit, ut ex Petro Blesensi constat *Serm. 16.* citato, qui Londinensis Archidiaconus creatus ad Innocentium III. qui Pontificatum ad annum 1198. iniit, litteras dedit. Sic autem habet: *Nunc autem, quoniam dies mali sunt, & omnes fere de limaverunt, & inutiles facti sunt, non audeo dicere, ex præcepto Ecclesiæ, sed ex exacta pervasione ipsius introductum est, ut semel in anno Congregentur in Ecclesia ad communicandum. Quod præterito fas non est, ut sicut ea die filii Israël typicum agnum comedebant, perpetuo, & eadem die Dominus discipulis suis carnem suam, & sanguinem dedit, & in memoriam sui id ipsum faciendum commendavit, ita & nos eadem die carnem Agni, qui tollit peccata mundi, edamus.*

Ad secundum. Apud Adalredum in vita S. Mar- 13
garitæ Reginæ Scoti tardiores erant, & nec vel Paschatè communicabant, qui 1. *Corinth.* 11. dicitur: *Qui manducat, & bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit, non dijudicans Corpus Domini.* Peccatores sumus, inquiebant, veremur judicium, quibus Margarita subtiliter intulit. Ergo nemo debebit sumere, quia nemo sine labe, non infans, cujus unius diei vita super terram. Cur igitur Joann. 6. Christus nos advocat? *Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis?* Alia est Patrum sententia, *non dijudicans Corpus Domini*, ideft non sperans illud, in fide ab eis corporalibus, vel sine confessione, & pœnitentia, parati accedamus, & vivemus. Contra illi peccabant, & in alteram quasi partem, quos Chrysostomus reprehendit *in Epistol. ad Ephesios*, & poterat, quia à se visa culpabat. *Video*, inquit, *Corpus Christi participari leviter, ac tenere, & consuetudine magis, ac lege, quam pura cogitatione, & mente, sequentes eos, qui participant.* Utrique temere faciunt; hi dum se irreverenter ingerunt, illi dum nimium abstinent. Algerus *libro primo, de Sacrament. capite vigesimo secundo. Cavendum est enim, ne si nimium in longum differatur, ad perniciem animæ pertineat, dicente Domino: Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis; Si vero indiscrete accipiat, timendum est illud, quod ait Apostolus: Qui manducat, & bibit indigne, judicium sibi manducat, & bibit.*

Fusè hanc controversiam examinant Doctores an- 14
tiqui, ut Algerus *libro 1. de Sacramento capite 12.* Vualfridus Strabo *de reb. Ecclesiast. cap. 20.* & id quidem ex Patribus, veriti suo judicio rem tantam definire. Majus verò id Augustinus ad Januarium, & Chrysostomus in Epistolas *ad Ephesios*, & *Hebræos.* Gennadius *de dogmatibus Ecclesiast. cap. 53.* Hieronymus ad Luciniam diligenter expendunt, nec nisi matuè sententiam dicunt. Nos quid hi, quid alii vel dixerunt, vel suaserint audiamus.

Vualfridus *Quidam, ut ex Patrum collationibus* 15
discimus, semel in anno communicandum censebant, ut videlicet diuturna præparatione corpus, & animam purificantes, tandem ad communionem mensæ cœlestis digne pertingerent. Et quidem horum alii ipsam celebrationem annuam in die Cœnæ Domini faciebant; ut ibi solum Sacramentorum gratia iteratur, illorum ubi primitus est offensa. Addit Chrysostomus in

Epist.

in *Epist. ad Hebreos*, Eremitas sæpè post biennium tantùm Sacræ Communionis participes fuisse. Tempore Gennadii dominicis quidem, alii quotidie communicabant. *Quid ergo?* inquit Chrisostomus, *quinam erunt nobis accepti, is ne, qui semel, aut is, qui sæpè non is, qui rarò? Neque is, qui semel, neque qui sæpè, neque is, qui rarò, sed is, qui sunt cum munda conscientia, is, qui sunt, cum vita, in quam non cadit reprehensio. Qui tales sunt, semper accedant, qui non tales, ne semel quidem. Quamobrem? Quoniam judicium sibi sumunt, & condemnationem, & supplicium. Nec miveris. Ut enim nutrimentum, quod suapte natura alit, si incideris in eum, qui cibum fastidit, omnia perdit, & corrumpit, & sit occasio morbi, ita etiam spirituali fruens mensa sanctorum sacramentorum, & rursus eos tuum fers in Cœnam. Unguento te ungis, & rursus imples teipso odore. Cum post annum demum sis particeps communionis, quadraginta dies tibi putas sufficere ad emundanda peccata totius temporis, & cum rursus septimus dies transierit, te rursus dedis pristinis? Dic mihi, si sanus fueris quadraginta dies, convalescens ex longo morbo, rursusque te dederis cibis, qui morbos procreant, nè non & priorem perdidisti laborem, & te magis læsisti? Quadraginta dies tribuis sanitati animæ, forte autem nec quadraginta quidem, & speras fore, ut Deum places? Jocaris hæc dicens.*

16 Non oportet ergo metiri tempore. Chrysostomus *in Epist. ad Ephes. Si advertit tempus quadragesimæ, & Paschalis, qualiscunque fuerit, sit particeps Sacramentorum. Sed non oportet festa observare, sed conscientiam mundare, & tunc sanctam, & venerandam carnem sumere.* Quia apud Vvalfridum, *aliis cautioribus visum est, istos eo indigniores ad annuam suæ observationis celebritatem pervenire, quo se putabant longa dilatione defæcatos, quandoque ad Sacrarum perceptionem satis dignos accedere, meliusque credebant, quamvis animus indignus sit, crebrius venerari, quæ sancta sunt. Quia talis est ista spiritualis medicina, ut & sanos adjuvet ad perseverantiam sanitatis, & vulneratis subveniat ad redintegrationem virtutis. Et eo dignius percipitur, quo percipientes per humilitatis custodiam subtrahi, nunquam se ad ejus perceptionem satis dignos arbitrantur. Qui autem tardius secundum judicium spirituales medicorum ipsi admittuntur medelæ, ideò ad tempus abstinere debent, ne præproperè incongruis suis valetudinibus ingerentes medicamina gravius ægrotent, & quod aliis est reparatio, illis fiat damnatio.* Tamen etiam peccatoribus Eucharistia frequentanda, sed cum modo. B. Algerus: *Quamvis peccato quis mordeatur; peccandi de cætero non habeat voluntatem, & communicaturus satisfaciat lacrymis, & orationibus, & confidens de Dei miseratione, accedat ad Eucharistiam intrepidus, & securus. Sed de illo hoc dico, quem mortalia peccata non gravant.* Non gravant, inquam, quia deposita per confessionem & pœnitentiam. Quod clarè infra idem auctor, *in Ægypto datus est agnus Israelitis, sed inde statim exituris; datus est item Agnus Dei peccatoribus ut à vastante Angelo protegantur, sed deinceps peccatis, renunciaturis.*

17 Tempus deligendum sibi asse, quisque impeditior sciat, atque ideò ex consilio Theodulphi Episcopi Aurelianensis *Epist. ad Compresbyt. Admonendus est populus, ut ad Sacrosanctum Sacramentum Corporis & Sanguinis Domini nequaquam indifferenter accedat, ne ab hoc animum abstineat, sed cum omni diligentia eligat tempus, quando aliquamdiu ab opere conjugali abstineat, & vitiis se purget, virtutibus exornet, elemosynis, & orationibus insistat, & sic ad Sacramentum accedat. Quia sicut periculosum est impurum quemque ad tantum Sacramentum accedere; ita etiam periculosum est, ab hoc prolixo tempore abstinere, salva ratione eorum, qui excommunicati, non quando eis libet, sed certis temporibus communicant, & religiosis quibuscumque sanctè viventibus, qui penè omni die id faciunt.* Excommunicati antequam restituantur Ecclesiæ, Sacramento venerabili initiari non possunt, ideò solutionem vinculi, & censuræ expectare debent. Religiosi, qui sæpius communicant, probantur viro sancto, & laudantur, propterea, quia idonei semper sunt, perseverare incœpto possunt, si tamen aliqui forent, qui ex humilitate differrent, Augustini auctoritate nituntur *Epistol.* 118. *Si dixerit quispiam, non quotidie accipiendam Sanctam Eucharistiam, alius contra; faciat unusquisque, quod secundum fidem suam credit esse faciendum, contemptum non vult cibus iste sicut nec manna fastidium.* Vvalfridus tamen quotidianam suaderi putat à Sylvestro, cùm dies hebdomadis ferias vocavit. *Quia venerabilis Papa Sylvester triceſimusquartus à Petro, ferias Clerum habere docuit, ut sicut apud paganos feriæ tantùm dies aliquibus festis insigniri dicebantur. Sic enim per Moysen dicitur Levitic. 23. Hæ sunt feriæ Domini; ita Christianis, & maximè Clericis, omnes dies in ferias deputentur, videtur ratione plenissimum, ut per singulos dies sacris occupemur officiis. Et quantum mentis, & corporis graviores macula obsistunt. panem & sanguinem dominicum, quibus sine vivere non possumus, jugiter ambiamus, & desiderio illius tuitionis potius quam præsumptione nostræ puritatis, sumimus, imitantes primitivæ Ecclesiæ studium salutare. Act. 2.*

18 Ecclesiæ, Patrumque sensus est mel us omnino nos frequentare venerabilem Eucharistiam, quàm abstinere, etiam reverentiæ prætextu. Cyrillus Alexandrinus in *Joan. libro quarto, capite decimo septimo. Si vitam æternam consequi volumus, si largiorem immortalitatis in nobis desiderumus, ad recipiendam benè Eucharistiam libenter concurramus, caveamusque, ne loco laqueo damnosam religionem Diabolus nobis præbendat.* Gregorius Papa VII. cum Mathildi pro beneficiis in Ecclesiam collatis gratiam aliquam referre vellet, instructionem hanc misit *Epistol.* 47. & 50. *Inter cætera, quæ tibi contra principem mundi arma Deo favente, contuli, quod potissimum est, ut corpus dominicum frequenter acciperes, indicavi, & ut certè fiduciæ matris Domini te omnino committere præcepi.* Petrus Damianus, Ostiensis Episcopus Cardinalis ad Blancam Comitissam de institutione Monialis *capite tertio. Terretur enim adversarius, cùm Christiani labia videt Christi cruore rubentia; agnoscit enim præsto sui perditionis indicium, & divinæ victoriæ, qua captivitatis est, & obitus, non tolerat instrumentum. Arma in hostem miserunt, nunc Pharmacum in morbos.* Gregorius cùm infrà pergit: *Debemus, ô filia, hoc ad singulare confugere Sacramentum, singulare appetere medicamentum. Hæc ideò, charissima B. Petri filia, scribere procuravi, ut fidei, ne fiducia in accipiendo Corpus Domini major tibi accrescat; talem quidem thesaurum, taliaque dona, non aurum, non lapides pretiosos, amore patris tui, Cœlorum videbeat Principis, à me tua requirit anima, licet ab aliis; Sacerdotibus longè meliora pro meritis accipere possit.*

19 Quotidianam communionem non probant Patres, non improbant. Hieronymus *in Apologia* contra jovinianum, Gennadius *de Ecclesiastic. Dogmat.* Augustin. *de Epistol.* 118. *Faciat unusquisque*, inquit, *quod secundum fidem suam credit esse faciendum, contemptum non vult cibus iste sicut nec manna fastidium.* Vvalfridus tamen quotidianam suaderi putat à Sylvestro, cùm dies hebdomadis ferias vocavit. *Quia venerabilis Papa Sylvester triceſimusquartus à Petro, ferias Clerum habere docuit, ut sicut apud paganos feriæ tantùm dies aliquibus festis insigniri dicebantur. Sic enim per Moysen dicitur Levitic. 23. Hæ sunt feriæ Domini; ita Christianis, & maximè Clericis, omnes dies in ferias deputentur, videtur ratione plenissimum, ut per singulos dies sacris occupemur officiis. Et quantum mentis, & corporis graviores macula obsistunt. panem & sanguinem dominicum, quibus sine vivere non possumus, jugiter ambiamus, & desiderio illius tuitionis potius quam præsumptione nostræ puritatis, sumimus, imitantes primitivæ Ecclesiæ studium salutare. Act. 2.*

20 De Simeone Stilita Antonius *cap. 2.* refert, *quòd quotidie percipiens, cibum divinum fuit.* Idem de Monachis sub Macario Palladius Heliopolitanus *libro 8. capite 31. in Paterne qui exci tu.* Et in vita Abbatis Apollo *capite 52. Oportet si fieri potest Monachos quotidie communicare Sacramentis. Qui enim se ab eis procul amovit, Deus quoque procul ab eo recedit. Qui autem hoc facit, assidue, suscipit Servatorem. Est enim vox salutaris Joann. 6. Qui comedit carnem meam, & bibit meum sanguinem manet in me, & ego in eo. Hoc confert monachis salutaris passionis commemorationem continenter facientibus, quotidie etiam se præparare, ut omni ex parte digni sint, qui suscipiunt cœlestia sacramenta, quandoquidem sic quoque consequimur remissionem peccatorum.*

21 Optant tamen frequentationem crebram. Hieronymus ad Lucinam: *Utinam omni tempore Eucharistiam absque condemnatione nostri, & pugnante conscientia possimus accipere, & Psalmistam audire dicentem: Gustate, & videte, quoniam suavis est Dominus.*

22 Magno stetit, diutius distulisse, quia vita Religiosis quibusdam apud Palladium *sect. 66.* Lansiacæ historiæ. Ammonas etiam propè Diolcoan urbem in Eremo, *aliquando offerens Deo cultum, vidit Angelum stantem à dextris altaris, & signantem fratres accedentes ad gratiam, & scribentem in libro eorum nomina. Cum autem non adfuissent aliqui in Synaxi, vidit deleri eorum nomina, qui post tres dies sunt mortui.*

23 Dominicis, si quis communicet, videtur, nec rarior esse, nec frequentior. Gennadius suprà: *Omnibus diebus Dominicis communicandum suadeo, & hortor, si tamen mens sine affectu peccandi sit.* Nec tubor inde arceat, vel timor. Tertullianum audi de pœnitentia: *Ego rubori locum non facio, satius illum perire, quam me.*

24 Probavit Deus illustri miraculo apud Palladium in Hellene Abbate. Fortè Monachi quos adierat, die dominica non communicarunt, quod Sacerdos nullus esset ad manum, & trajiciendus Nilus, qui omnia inundarat. Hellen, Deo plenus, se dedit in viam, reperitque ingenti, vastoque corpore Crocodillum, cui insedit; incurrit verò in Presbyterum, qui rogavit fratres, in Sacro Christi corpore impertiret. Impetrat. Sed cùm Cymbæ copia deesset, monet, revehi se à bellua patiatur. Inhorruit primùm, sed Hellenis exemplo pellectus, insedit, transvectusque est, & illa, ne imposterum hominibus exitio esset, sancti parens voluntati, expiravit.

25 Christus in regula Salvatoris pro ordine S. Brigittæ, ita statuit: *Omnibus diebus festivis, quorum vigiliæ, & profesta jejunantur in pane, & aqua, & in Cœna mea, & in die Paschæ, & Ascensionis, Pentecostes, & Nativitatis omnes communicabunt. Aliæ autem moniales, quibus Deus devotionem majorem inspiraverit, si fervente desiderio petunt cum consilio Confessoris sui, omni Sabbatho possunt communicare.*

26 Vides, mi lector, quibus cautionibus in hac re definienda procedant Sancti Patres. Quid autem S. Concilium Tridentinum, ejusque S. Congregatio decreto suo statuerit, alibi diximus.

27 Ad tertium. Aliis de causis fidelibus præscripta, vel concessa communio. Nam cum virini sunt morti, pro viatico est. Paulinus ad Augustinum, & auctor in vita Ambrosii: *In eodem loco, in quo jacebat, sicut referente Bassiano Episcopo Laudensis Ecclesiæ, qui ab eodem audierat, didicimus, cum oraret unà cum supradicto Sacerdote, viderat Dominum Jesum venisse ad se, & arridentem sibi, nec multos post dies ablatus est, sed eodem tempore, quo à nobis migravit ad Dominum ab hora circiter undecima diei, usque ad illam horam qua emisit spiritum, expansis manibus in modum Crucis oravit. Nos autem labia illius moveri videbamus, vocem autem non audiebamus. Honoratus autem Sacerdos Ecclesiæ Vercellensis, cum in superiora domus se ad quiescendum composuisset, tertiò vocem vocantis se audivit, dicentisque sibi: Surge, festina, quia modo es recessurus. Qui descendens obtulit sancto Domini corpus, quo accepto, ubi deglutivit, emisit spiritum, bonum viaticum secum ferens, ut in virtute escæ anima refectior, Angelorum nunc consortio, quorum vitam vixit in terris, & Eliæ societate lateatur.* Ne decederet, nisi probè viaticatus, vox Cœlo missa est, quæ præmoneret, instare obitum, quod est factum, monente Christo, qui Divæ Brigittæ viduæ per dies quinque apparuit, & compellavit his ferè verbis: *Ut sponsæ sponsus est; sic ego tibi subduxi me tibi aliquantùm, nec consolationibus animum tuum perfudi, ut me ardentius desideraret, placet modò modum ponere, imo finem laboribus, voluntas pro facto erit. Quinto ab hinc die manè sumptis Sacramentis convoca singulatim quas tibi indicavi, & facienda illis manda, atque ita venias ad monasterium tuum, id est gaudium meum. Porrò Corpus tuum in Vitasthena reponetur &c. die quinto sub ortum solis Christus iterum ei apparens, consolabatur eam. Missa celebrata, perceptisque sacramentis, inter manus earum, quas ante diximus, spiritum reddidit pissimo Salvatori.*

28 Quin anima remissa fuit in corpus, ut muniretur viatico. Jonas in B. Bertulpho Abbate Bodiensi *cap. 11. Monachus quidam, Agibodus nomine, qui B. Attala Montalbani Monasterium gubernarat, in extremis angoribus positus, sui exitus expectabat horam. Cumque jam fratres adstarent, qui animæ è mundo emigrantis suprema officia persolverent, atque de more ad psallendi munus se præpararent, elapsa de corpore anima, vidit æternam lucem sibi paratam, solemque miro fulgore micantem. Cumque ea visione stupesceret, dicereique se nunquam talem solem vidisse, vel claritatem, quæ ei posset æquiparari, unus è Cœlicolis accedens, scisitatur, quid sic attonita intueretur? Illa respondet, solem micantem se intueri, cui nunquam alium similem viderit. Ait Cœlicola: Noveris, te hodie venturam ad nos, & in hac admirabili luce habituram, sepriesque, vincente solis lumen justorum choris inserendam. Reversa igitur, valedic fratrum Collegio, atque ita porrò redibis ad nos. Reversa igitur anima in corpus, Agibodus fratribus ultimum vale dixit. Quodam autem è fratribus percunctante, quandiu in eo anapisti exitu moratus esset, ei indicavit quid vidisset, & quanta ipsi esset claritas promissa, quodque eadem hora aburus sit postquam viaticum percoperit, & fratribus vale dixerit. Sumpto inde Sacratissimo Christi Corpore, omnibus osculo præbito, orat, ut Corpori Charitatis officia impendant.* Sic expirant sanctæ animæ, excedere nesciæ, nisi sacro viatico muniantur.

Auctor vitæ S. Ebrulphi Confessoris. *Cum grassaretur pestis, unus ex fratribus sublatus est sine communione, dicebatur autem Ansbertus. Ubi autem eum obiisse didicit B. Ebrulphus, scisscitabatur, num Eucharistiam percepisset? Ministro ejus idnegante, infremuit spiritu, oransque & lacrymans venit ad lectum ejus, atque ad defunctum. Ebeu, frater, cur abiisti sine communione? Ille, tanquam è somno expergefactus, paululum apertis oculis. Tu es, inquit, Dominus? Vir Dei respondit, ego sum; sed dic mihi, ubi interim fueris, & quid videris? Et ille, Revocasti me, inquit, à laboribus itineris, quo me cruciabat adversarius. Et Vir Sanctus, Vis, ait, Eucharistiam accipere? Respondit: Volo, cumque corpus, & sanguinem Domini accepisset, rursus pacis somno obdormivit.* 29

Rogerius in Annalibus Anglorum de Henrico Secundo, Rege insigniter pœnitente. *Qui cum sensisset mortem sibi imminere, misit pro Domino Rege patre suo, qui ad eum venire voluit, timuit enim insidias ipsius. Rex igitur filius convocatis coram se Episcopis, & viris religiosis, qui aderant, primum secreto, deinde coram omnibus sua confessus peccata, pœnitentiam, & suorum absolutionem recepit peccatorum, & tradidit Vuilhelmo Marescallo familiari suo Crucem suam Hierosolymam deferendam, deinde depositis mollioribus suis indumentis, cilicium induit, & ligato fune in collo suo dixit Episcopis, ac cæteris viris religiosis circumstantibus: Trado me peccatorem* 30

indignum, culpabilem, & obnoxium per funem istum vobis ministris Dei; postulans ut Dominus noster Jesus Christus, qui latroni confitenti in Cruce peccata dimisit, per preces vestras, & per suam ineffabilem misericordiam misereatur infelicissimæ animæ meæ, & respondernnt omnes Amen. Et ipse ait illis: Trahite me à lecto isto per hunc funem, & imponite lecto illi cinereo, quem sibi præparaverat. Et fecerunt sicut ipse præcipit illis, & apposuerunt capiti, & pedibus suis duos lapides magnos quadratos, & omnibus rite peractis, ipse præcepit corpus suum deferri in Northmanniam usque Rothomagum, & ibidem sepeliri, & his dictis ipse Sacrosancti corporis, & Sanguinis Domini viatico munitus, in timore Domini emisit spiritum.

31 Sed solutionem impetrat B. petronilla, quia longior peregrinatio ei periculosa videbatur. Auctor vitarum Sanctorum Nerei, & Achillei *cap.9. Cum esset præstans forma corporis, Flaccus comes venit ad eam cum militibus suis, sibi eam conjugem asciturus. Dixit verò illi Petronilla: Itane ad puellam inermem cum armato milite venis? Si me vis habere conjugem, da operam, ut matrona, & virgines honestæ post triduum ad me veniant, ut ego cum illis pariter accedam ad ædes tuas. Trium itaque dierum spatio impetrato, Sancta Virgo jejuniis, & orationibus vacavit, habens apud se Sanctam Virginem Felicullam in Dei timore perfectam. Tertio inde die venit ad eam S. Nicomedes presbyter; Christique mysteria celebravit. Cumque Virgo Sacratissima Christi Sacramentum accepisset, reclinans se in lectulum; emisit spiritum. Matrona autem, & Virgines, quas Flaccus ad eam miserat, exequias funeris ejus celebrarunt.*

32 Miranda alia in his evenerunt. Præcensere appetere mortem, ut Maria Ægyptiaca, ut Paulus Diaconus in vita testatur, quam vertit à Sophronio Patriarcha compositam. Beatam enim illam, ait à Zozima Abbate Sanctam Euchatistiam accepisse in Cœna Domini, & ab eo inventam post annum mortuam cum hoc scripto: *Sepeli, Abba Zozima, miseræ Mariæ corpusculum, redde terræ quod suum est, & pulveri adjice pulverem. Ora tamen Dominum pro me, transeunte mensis Parmathi secundum Ægyptios: quod est secundum Romanos Aprilis, die nona, idest quinto idus Aprilis: nocte salutiferæ passionis, post divinæ, & Sacræ Cœnæ Communionem.*

33 Discrevernnt alii Sacrum panem à profano Apud Antoninum enim 3.*part.cap.*1. *titul.*13. legimus, Hugonem de Sancto Victore, morti proximum viaticum popposcisse; fratres verò veritos ob vomitum irreverentiam, quod stomachus nihil teneret, ne Sanctum contristarent, supposuisse profanam hostiam: *Deferentibus autem iis hostiam non consecratam cum solemnitate, & cæremoniis, qua defertur Eucharistia infirmis, Dei spiritu revelante, detexit dissimulationem eorum, dicens: Quid est, quod facere voluistis, fratrei mei? Quare me decipere voluisti? Istud non est corpus Domini mei. Ite igitur securi, & afferte verum Corpus Domini mei, quia scandalum nullum eveniet, Domino operante, qui advertantes, se deprehensos, veniam petierunt, & fiduciam sumentes in eo, qui ei occulte revelaverat, attulerunt ei verum Sacramentum. Qui cernens se illud non posse sumere stomacho dedignato, ait: Ascendat filius ad patrem suum, & servus ad Dominum suum, qui fecit illum. Quibus dictis Eucharistia disparuit, seu species illa, & ipse vir Sanctus Deo suo reddidit spiritum.*

34 Similis historiæ meminit Cæsarius Heisterbachensis *dist. quæstio. capite* 34. de Mauritio Episcopo Parisiensi qui in extremis non nihil ab alienata mente Viaticum poscebat, supposuerunt profanam hostiam, sed tolle, tolle, inquit Sacerdoti subeunti limen, non est Dominus Deus, cumque veram sacratamque hostiam attulisset, reverenter adoravit, subitoque sensibus restitutus, magna adstantium ædificatione similiter expiravit.

35 Haud absimile est, quod tradit Joannes Baptista Montanus *in articul. & posit Neapoli impressis anno* 1627. *fol.* 11. *numer.*9. de venerabili matre Ursula Berlincata, quæ ad hujus Sacramenti præsentiam maxima afficiebatur lætitia, & toto corpore gestiebat, ac si Deum ibi præsentem sensibiliter videret. Qua in re illud accidit admirabile, quod cum hostia non consecrata illi offerretur, divinitus id cognoscens nulla hujusmodi lætitiæ signa exhibuit, & ad Sacerdotem conversa dixit: Non est hic Dominus meus.

Nunquid panem adorabo? Quod Sancto Philippo 36
Nerio, & Cardinalis Sanctæ Severinæ maximum fuit ei Sanctitatis argumentum,

An autem liceat Sacerdoti ministrare aliquando ho- 37
stiam non consecratam, alii desiderant. Ego cum communi sententia censeo absque gravi peccato sacrilegii non posse ministrari hostiam non consecratam tanquam consecratam, etiam peccatori, sive occulto, sive publico, quantumcumque inster ad vitandam sui infamiam, vel ob aliam finem. Constat ex *Sapientia* 1. *Spiritus Sanctus disciplinæ effugiet fictum.* id est, Spiritus Sanctus, disciplinæ auctor, & doctrinæ effugiet hominem, aliud effugientem, quam apparentem efficere, ut ibi explicat Glossa interlinearis, & Lyranus, & docet D. Thom. *opus* 65. §. *de Eucharistia numero* 70. & *part.*3. *quæstio.*80. *articul.*6. *ad* 2. ibique Cajetanus, Richard. *in* 4. *dist.* 9. *articul.*3. *quæst.*1. Durand. etiam *in* 4. *dist.*9. *quæstio.*5. *numer.*10. Gabriel. *ead. dist.*9. *quæstio.*2. *articul.*3. *dub.*1. Palud. *cit. dist. quæst.*4. *conclus.*5. *numer.*9. Major. *ibid. num.*4. §. *contra secundam Conclusionem ad* 7. Armil. *v. fictio* 2. Sotus etiam *in* 4. *d.*12. *quæst.*1. *art.*6. §. *secundo arguitur*, Angel. *v. Eucharistia* 3. *numer.*30. Nicol. de Plob. *de Cant. servand. ex parte Sacerdotis, confer. Sacrament. eccl. aut.*3. Ledesm. *par.*1. *sum. capit.*12. *dub.*7. Sylvest. *v. Eucharistia* 2. *numero undecimo* Vasquez *de Eucharist. disput.* 209. *num.*41. Suar. *de Eucharist. disput.*67. *sect.*4. §. *circa tertiam objectionem*, Veja *parte secunda, cas.* 32. §. *tum quia*, Hurtad. *de Eucharist. disput.*9. *diffic.*9. Graff. *tom.*1. *decis. cap.*28. *numero quadragesimo*, Reginald. *tom.*2. *prax. libro vigesimo nono numer.*49. Valentia *tom.*4. *disput.*8. *quæst.*8. *pun.*4. §. *denique* Henriq. *lib.*6. *capite* 22. *numero quarto*, Palat. *in* 4. *dist.*9. §. 12. *ad* 4. Nugn. *de Eucharist. articul. difficul.*2. Cruz. *de Eucharist. quæst.*4. *dub.* 2. *in fin.* Bartol. Cucula *in bacul. Cleric. fol.* 43. Joann. de Friburgo *in sum. confes. libro tertio, titul. vigesimoquarto quæst.*79. Malder. *de virtutibus quæst.*34. *articul.*7. Alensis. *in sum. part.*1. *lib.*4. *tit.*17. *art.*4. *quæst.*2. Alens. *par.*4. *quæst.* 49. *membr.*6.

Probant primò ex Christi exemplo, qui Judæ prodi- 38
tori Eucharistiam porrexit, quamvis sciret illam sacrilegè esse susceperum. At hæc ratio non est constans. Dedit quidem Christus Corpus suum discipulis suis, sed an etiam Judex.

Aliqui, ut tutò ambulent neutri sunt, non negant 39
omninò, non etiam asserunt. Hos inter primum sese Theophylatus in Marci *capite decimo quarto*, offert. *Quidam dicunt, Judam non fuisse participem Sacramentorum, sed egressum esse priusquam Dominus Sacramenta traderet. Alii autem dicunt, quod etiam ingrato illi Sacramenta dederat.* Sed dum medius vehitur, ac Scyllam caver, & Charybdim, in sirtes, scopulosque impingit *in Matth. cap.*26. *Quidam dicunt, quod, egresso Juda, tradidit Sacramentum aliis discipulis, proinde, & nos sic facere debemus, & malos à Sacramentis arcere.* Profectò non debemus maximè si huic facto insistimus. Christus enim privatim scivit Judam proditorem, finit abire, non verò publicè exclusit. Ergo quos nos privatim malos novimus, nec aliis de eorum malitia constabit, licebit à Domini Cœna arcere? Non licebit, inquam.

Cæterum tutior via hæc erat affirmantium, & pla- 40
nior, ac nescio qua cœca observantia magis trita, ut nefas putent aliquid ab ea decedere, qui duobus retinentur, auctoritate, & ratione. Sed committantur utræque acies.

Primò prodeant velites, levisque armaturæ, qui 41
dicant

dicant tantum, & non probent, deinde qui ex textu ipso conentur evincere; tum qui ex Judæ Sacerdotio argumententur.

42 Primi sunt gravissimi Patres. Leo *serm.* 3. *de passione* sic Judam alloquitur, & conatur à destinato flagitio revocare: *Cur de ejus bonitate diffidis, qui te à corporis, & sanguinis sui communione non rejecit? Quid tibi ad comprehendendum se cum turbis, & armatorum cohorte venienti pacis osculum non negavit?*

43 Augustinus *in psalm.* 10. *Christus quid vobis fecit, quid traditorem suum tanta patientia pertulit, ut ei primum Eucharistiam confectam manibus suis, & ore suo commendatam, sicut cæteris Apostolis traderet?*

44 Hieronymus *lib.* 2. *in Iovinianum cap.* 14. *Numquid quia & Judas de eodem calice bibit, de quo & cæteri Apostoli, unius cum reliquis erit meriti?*

45 Cyprianus *de Cœna Domini. Quamdiu cibi illi qui ad diem festum erant parati à convescentibus Apostolis sumebantur, veteris Paschæ agebatur memoria, nedum Juda ad veterem vitam pertinens, diabolo invadente, & occupante animum ejus, egredi cogebatur, sed ubi sacrum cibum mens perfida texigit, & sceleratum os panis Sanctificatus intravit, parricidalis animus vim tanti Sacramenti non sustinens, quasi palea de area ex sufflatus est, & præceps cucurrit ad proditionem, & laqueum.* Idem de ablutione pedum. *Ad mensæ tuæ participationem Judas proditor est admissus, sed ab hoc lavacro salutari exclusus, lavari in fine non potuit, quia Apostolatus sui honorem detestabili capite fœdavit.*

46 Chrysostomus *homil.* 83. *in Matthæum. O cæcitatem proditoris, qui cum ineffabilibus mysteriis communicasset, idem permansit, & divina mensa susceptus in melius commutari noluit? Quod Lucas cap.* 22. *significavit; quia post hoc Satanas introivit in eum; non quia Dominicum corpus desperaverit, sed quia proditoris impudentiam irridebat. Majus enim peccatum utraque ratione fiebat, quia tali cum animo mysteria susceperit, nec timore, nec beneficio, nec honore melior factus est. Christus autem omnia, quamvis sciret, vitare tamen eum noluit, ut tu dicas, nihil ab eo prætermitti quod ad emendationem pertineat, præterea tam in superioribus, quàm in sequentibus crebro eum commonefacit, & revocat verbis, ac operibus, timore, colendo, honorando, minando, retinere studebat, sed nihil horum ei mederi potuit.*

47 Ubi nota, opinari Chrysostomum buccellam intinctam Christi fuisse Corpus, quod cum ille sumpsisset, exivit continuò. Idem credere antiqui Patres aliquot, qui divinam vocant. Anastasius Sinaita *serm. de Sacr. Commun. Ipse cum ex pollutis manibus Domini divinum panem accepisset, quia cum indigne acceperat, protinus ingressus est Satanas in eum.* Deinde qui milticam. Paschasius Rathertus Abbas Corbeiensis *lib. de Corpore, & Sanguine Domini cap.* 8. *Judas, donec buccellam acciperet, quamvis mente suavis interdum tamen à Domini bonitate leniter, crebroque nunc cum aliis, nunc solus monetur, sed postquam indignus mystica præsumpsit, invasit eum diabolus, & quia prius nutabat cùm accepit, continuò foras exivit.* Ultimò qui Corpus Christi Cyprian. *de Cœn. Dom. Melius erat mola asinaria collo alligata mergi in pelagus, quàm illota conscientia de manu Domini buccellam accipere, qui usque hodie hoc veracissimum, & sanctissimum corpus suum creat, & sanctificat, & benedicit, & piè sumentibus dividit.* Et Origenes, qui singularis hic est, ut alibi sæpiùs, *in Ioan.* 13. *Quæro, nisi id curiosum est, quare tandem huic voci, cum accepisset offulam, non addatur, & comedisset? Sed inspicies tu ipse? huic enim verbo accipiendi, comedendi verbum addunt Evangelistæ, cùm volunt, velati in panis benedictione scriptum est, dixisse Iesum discipulis: Accipite, & comedite &c.* Deinde infrà: *Post offulam igitur fortasse à Juda non comestam, anticipante Satana, qui ingressus fuerat in Judam, offula usum, ne Judas adjumentum peteret ex datâ à Jesu esula, habebat enim hæc quidem vim adjuvandi ea usurum; sed acceperat jam semel in suum cor Judas, ut Magistrum proderet, timens, ne telum in Judam emissum aberraret, si Judas usus offula fuisset, anticipans, mox atque Judas sumit offulam ingressus est in illum, tum scilicet, cum dixisset illi servator. Quod facis, fac ocyus, recepissetque offulam Judas, egressus est statim. Proinde haud absurdum in præsenti loco diceretur, quod, ut qui panem Domini comedit, vel calicem ejus indigne bibit, in judicium manducat, & bibit, una virtute præstantiori operante bonum in bono affecta supposito, panem, & calicem, in affectu verò malo operante condemnationem; sic offulam à Iesu datam ejusdem generis fuisse, cum ea, quam Iesus dedit cæteris Apostolis, dum diceret, Accipite, & comedite; Sed illis quidem ad salutem, Iudæ verò ad condemnationem ita, ut post offulam ingrederetur in illum Satanas.* Offulam hinc omnibus datam vult, & esse Corpus Christi. Ferè ita loquitur Cœlius Sedulius *paschalis operis lib.*4.

Sed nudè narrantes tantum Judam communicasse, 48
pergamus audire. Chrysostomus *homil.* 82. *in Matth. O ingentem impudentiam Iudæ? Adevat enim ille, atque mysteriis, ac mensa communicavit, & inter comedentes arguitur, quando etiamsi fera esset immanis, ad lenitatem compelli potuisset: ideò Evangelista signanter dixit, quia comedentibus ipsis, de proditione loquebatur Christus, ut tum à tempore mysterii, tum à mensæ communicatione nequitiam proditoris ostenderet.*

Cyrillus *Catechis.* 13. illuminator. *Prodiderat Judas* 49
improbus patrem familias, nuperque exiens à mensa, & poculum benedictionis bibens, & pro potu salutari sanguinem justi effundere volens, qui panes ejus comedebat, magnificavit super illum supplantationem, paulò ante manus benedictionem recipiebat, & rursus argento mercatem proditione conciliavit.

Cyrus Prodromus *lib. Epigrammatum in cœnam mys-* 50
sticam, Te proditor tuus nihil timens odit.

Eucherius Lugdunensis *lib.* 2. *in lib. Reg. cap.* 51
7. *Alii Absalon Iudam traditorem accipiunt, quem tanta, & tam miranda patientia Christus pertulit, tamquam bonum, cum ejus cogitationes non ignoraret, eum adhibuit convivio, in quo corporis & sanguinis sui figuram discipulis commendavit, & tradidit.*

Nichæphorus Callistus *lib.*1. *Eccles. histor. cap.*30. *Ab hoc* 52
ipso Caipha, & improbo scribarum Concilio corruptus Iudas Iscariotes, & quasi morbo avaritiæ correptus, qui dicendorum, tacendorumque ac rerum præterea omnium cum reliquis discipulis, particeps à Servatore factus fuerat, cùm alienum seipsum, & expertem divinæ gratiæ per excellentem malignitatem suam reddidisset, post lotionem ipsam, atque arcanorum Sacrorum initiationem, vitalemque ipsum panem, unius etiam, dum in potestatem inimici captus pervenit, cui se antea quoque voluntatis, animique destinatione dederat.

Justinianus Imperator in Edicto fidei ad Joannem 53
Papam Secundum: *Iudas cum putasset latere eum, qui occulta hominum cognoscit, Sacramentis communicavit cum Apostolis.*

Huc faciunt Antoninus *p.* 1. *cap.* 6. *tit.* 15. Cos- 54
mas Hierosolymitanus *in theogoniam hymno* 6. Proba Falconia *in Virgilio centonibus*, Victor Antiochenus *in Marc.* 14. B. Algerus *lib.* 1. *de Sacram. Altar. cap.* 2. Joan. Ferdinandus *in thesaur. script. v. Buccella*, communem ait esse Doctorum sententiam, ut & Suarez, Contra sentientes hæreseos postulat Gabriel Prateolus *lib.* 9. *Elenchi* §. 30. ex Federico Staphylo, qui libro de Lutheranorum inter se concordia hunc in modum scribit: *Iscariotistæ sunt, qui negant à Juda Iscariote verum Corpus Domini acceptum in Cœna Domini. Ita scribit Suvenfendius libello de hac quæstione inscripto, & Joannes Calvinus in ultima sua admonitione contra Vuestphalum, & alibi.*

55 Et videri communicasse Judam ex contextu Evangelii, & ratiunculis ita probare nituntur. Ex Luca id conantur facere nominatim Augustinus *tract. 62. in Joannem: Jam omnibus eis distribuerat Dominus Sacramentum Corporis, & Sanguinis sui, ubi, & ipse Judas erat sicut S. Lucas evidentissimè narrat.* Siquidem hic ordo, & series narrationis Lucæ: Similiter & calicem postquam cœnavit, dicens: *Hic est calix novum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. Verum tamen ecce manus tradentis me mecum est in mensa.* Accepit panem, deinde calicem, illum que communicavit cum discipulis, quando manus tradentis Judæ adhuc erat in mensa; præsentes autem quotquot erant jubentur bibere, *Matth.* 26. biberuntque ex eo omnes, ut Marcus testatur.

56 Secundò Sacerdos, & Episcopus fuit. De illo enim David. *Psalm.* 108. *fiant dies ejus pauci, & Episcopatum ejus accipiat: alter.* Quòd fieri non poterit, nisi Eucharistiæ Cœnæ interfuerit, ubi ille in Sacerdotem sit consecratus. Judam autem intelligi docet Petrus *Act.* 1. ubi sic ille. Scriptum est enim in libro Psalmorum. *Fiat commoratio ejus deserta, & non sit qui habitet in ea, & Episcopatum ejus accipiat alter.* loquitur autem de Juda, *qui dux fuit eorum qui comprehenderunt Jesum, qui commoratus erat in nobis, & sortitus est sortem ministerii hujus.* Confirmat Ambrosius *ser. 50. Susannam Pseudo presbyteri arguunt, prodit Pseudo episcopus Salvatorem? Episcopus enim & Iudas fuit.* Et auctor *ser. ad fratres de Eremo 28. Consummatis Sacra Cœnæ Sacramentis, factis, & ordinatis in eadem Cœna Apostolis, Sacerdotibus communicatis.* Similia apud plurimos legere est, ut apud Antonium 1. *p. tit. 6. cap. 15.*

57 Fusè prosequuti hæc sumus, ne cui priorem sententiam levius excussisse videremur. Plures alios admodum non putem affirmare, nisi ut numerum faciant, sed sine pondere.

58 Alii de industria negant, quibus & ego adstipulor, & illi quidem viri auctoritate summi, maximi Sanctitate atque Apostolorum temporibus cùm vixerint, dubio procul rei veritatem ab iis sunt edocti. Prætereo Origenem, qui posuisse Christi Sacratissimum corpus in mensa dixit: *eoque ibi relicto, antequam sumeret discessisse.* A Clemente Romano post Petrum Tertio Pontifice, qui ab Apostolis accepit, quæ gerebantur, ordiemur *lib. 8. Constit. Apostolic. cap. 13. Cum autem tradidisset nobis mysteria pretiosi corporis, & sanguinis, absente Juda.* Succenturiatur Dionysius Areopagita, Pauli auditor, vir divinarum humanarum rerum scientissimus, Hierarchiæ Ecclasiasticæ *cap. 3. Ipse autor symbolorum justissime subtrahit eum, qui non sanctè, neque pari morum similitudine sacra concœnaverat, probabili, ac divina ratione nos docens, verum, sinceramque accessionem ad Sacra accedentibus parem communionem conferre.*

59 Concœnaverat scilicet Judas, sacra, ideſt Pascha cum azymis, & lactucis, subtrahit à Cœna Dominica, sacroque suo corpore non impertit. Quid clarius? Tamen ut de mente hujus tibi certiùs constet, jungam interpretem Græcum utrumque, primò Sanctum Maximum ad illa supertiùs B. Dionysii verba, *Iudam intelligit, & significat, quod & ipsi impertierit mysticum panem, & poculum; mysteria verò discipulis post Iudæ à Cœna discessum quasi eorum indignus ille exiterit.* Quasi dicat, mysticorum particeps fuit Iudas, & legalium, interfuit Cœnæ Agni, edit, bibit in communi Cœna; sed à mysteriis Sacrosanctis, institutione augustissimi Sacramenti exclusus est. Ipse se explicat, ut penitius illius animum penetres, *Ex sequentibus, cum ratione quis dixerit, post Judæ à cœna abitum, Christum discipulis mysterium tradidisse.* Georgius Pachymerus alter est qui ad hæc verba sic commentatur: *Cum illo mysticum panem, & poculum communicavit mysteria solis discipulis eo digresso tradidit, quasi horum indigno. Quid verò causæ, cur Judam secernat à divinis mysteriis, quandoquidem cum aliis concœnaverat? Prorsus, ut doceat, non sat esse solo corpore coram esse, & concœnare; neque enim hoc cum Communione similitudinem habet, sed animo oportet adesse.*

60 Ad Dionysium Scholiis in contemplationem, post Sacramentum recollectionis Joachinus Perionius, ut videas cum Græcis Latinos conspirare: *Ex iis, quæ sequuntur, rectè aliquis dicat, Christum posteaquam à Cœna Judas surrexisset, discipulis tradidisse Sacramentum.* Et paulò post. *Notandum etiam, eum quoque à Domino participem factum esse mystici panis, & calicis, mysteria autem sive Sacramenta data esse discipulis, cum à Cœna Judas, ut illis indignus surrexisset.*

61 Mystica à mysteriis sancti Patres discernunt, & mystica ad agnum, ad Cœnam usualem, communemque ubi lactucæ silvestres apponebantur, alta significatione, planeque mystica, ut cœna primo in morali sensu Patres docent. Mysteria autem ad augustissimam Eucharistiam referunt, cui Judam negant interfuisse. Sic Clemens loco citato: *Mysteria pretiosi corporis, & sanguinis.* Maximus de Mystagogia Ecclesiastica, Andreas Cretensis *homil. in Dominicam Palmarum.*

62 Hilarius *cap. 30. in Matth. Post quæ Judas proditor judicatur, sine quo Pascha accepto calice, & fracto pane conficitur, dignus enim æternorum Sacramentorum communione non fuerat.* Tatianus enim Alexandrinus *in harmonia Evangelica* Judam exiisse refert ante cœnam Eucharisticam, quam institutam vult, eo absente.

63 Victor Antiochenus in Marci 14. *Sunt qui Judam ante porrectum Eucharistiæ Sacramentum exivisse existiment. Sanè Joannes quiddam ejusmodi subindicare videtur. Dicunt hi, nequaquam decuisse, ut cædis Christi minister Salvatoris communionis symbolum acciperet. Addunt iidem, Christum æquanimiter cætera omnia toleravisse, hoc verò tantum piaculum neutiquam permittere voluisse.*

64 Rupertus Abbas Tuitii in Joannem 13. *lib. 11. Sciendum est, sicut & ante nos dictum est, si post buccellam continuo Judas exivit, sicut paulò post Evangelista dicit, procul dubio nequaquam discipulis tunc interfuit, cum Dominus noster Sacramentum illis corporis, & sanguinis distribuit &c. Nec enim ante hanc cœnam Paschæ veteris Sacramentum corporis, & sanguinis sui discipulis tradidit, sed postquam cœnavit. Quod cum cæteri Evangelistæ apertissimè dicant, solus Lucas aliter dixisse visus est.* Prolixius *lib. 10. in Matth. cap. 26.*

65 Innocentius Papa de Sacro altaris mysterio *lib. 4. cap. 13.* quæstionem hanc discutit, censerque nobiscum sentiendum, omnino scilicet ab Eucharistia traditorem exclusum.

66 Zachatias Chrysopolitanus Episcopus in unum ex quatuor, cum harmoniam struit Evangelicam *lib. 4. cap. 155.* sub finem Iudam ostendit exivisse continuò, ideſt ante cœnam Eucharisticam, quam *cap. 156.* submitit. Deinde in commentario hæc addit, quibus & si vim inferre adversariis hoc ordinem nolit, suam tamen profert sententiam. *Quod verò post calicem datum traditorem commemorat, prætermissa recapitulare videtur. Probat enim Hilarius super Mattheum, proditorem discessisse priusquam mysterium Corporis, & sanguinis à Domino discipulis daretur. Tunc enim bibentes calicem Domini, postea secum bibituri erant in regno Patris, ad quod Iudas dignus non fuerat, bibentibus etiam, nullum excipiens, dixit: Sanguis meus effundetur pro vobis. Sed in aliis excipit, dicens: Pro multis. Verumtamen, quia simul potuerunt fieri, quæ simul dici non possunt, ordo hujus libri nihil repugnat existimantibus Dominum distribuisse Sacramentum corporis & sanguinis sui antequam per buccellam tinctam suum exprimeret traditorem.*

67 Franciscus Turrianus *comment. ad lib. 8. Clementis Romani* latè probat, placerque Sebastiano Barradio, qui *tom. 4. lib. 3. cap. 3.* oppositis rationibus facit satis.

Ad

68 Ad Patres verò, quidam credunt communicasse respondetur. Fateor, dissentire à nobis, sed ita sit in omni sententia, nihil ita præter verum dicitur, quin aliqui saltem faveant, & sæpè in rebus maximis, si quis familiam duxerit, habebit Clientes suos, & qui subscribant. Exempla nimis quamfamiliaria sunt in omni Theologia; sed, ut veritas emanet Patres Patribus conferendi, & momenta, quibus nituntur ad rationem vocanda, & jam vidimus collatas acies; anima, ideſt rationes videamus, quia ut benè Rupertus *lib. 10. de gloria, & honore filii hominis. Si causa postulaverit, ut in quæstionem veniat, utrum Judas adhuc in illa hora cum discipulis fuerit, an ante jam exierit, quis horum magis audiendus, vel sequendus erat? Is utique, cui magis opitulatur ratio sumpta de textu Evangelicæ narrationis, sole meridie sunt Prophetæ, & Apostoli quorum de scripturis in aliquo dubitare nefarium sit.*

69 Primi ergo Christi virtutem admirantur, charitatem scilicet, qua non sua tantum, sed se etiam dederit tradituro. Deindè patientiam, cum illorum tulit, nec ei terram finit dehiscere, sed expectabat, si fortè resipisceret.

70 Alii hoc agunt, ut Judam in invidiam, odiumque magis vocent. Arcessunt ergo ingratitudinis in optime meritum, impietatis in Deum. Optimè quidem, & si aliæ virtutes in consideratione venire possint, ut justitia, qua in dignum arserit, misericordia, qui non tulerit labi in maximum vitiorum, & offerunt se detestanda item in Juda infariata cupiditas, cum finem convictis præstolari non potuit, incredibilis nec ferenda simulatio, cùm dæmone plenus Apostolum mentitur, & quasi curaturus ad diem festum necessaria, vel præscripta à Christo negotia, abiit ad Judæos scelestus, ac sacrilegus transfuga. Quare illi parum in nos agunt, & minus multò Chrysostomus, & qui eum sequuntur. Cum enim buccellam traditam Judæ Corpus Christi interpretarentur, multum suæ causæ præjudicant, quia *negligenter legentes* ab Augustino *serm. 28. ad fratres in Erem. & tract. 62. in Ioan.* appellantur. Sic enim loquitur: *Post panem intravit in eum Satanas, non ad hoc ut alienum tentaret, sed ut proprium possideret? non autem, ut putant quidam negligenter legentes, tunc Judas Christi Corpus accepit. Intelligendum est enim, quod jam omnibus distribuerat Dominus Sacramenti sui corporis, & sanguinis sui, ubi & ipse Iudas erat, sicut S. Lucas evidentissimè narrat; atque deinde ad hoc ventum est ubi secundum narrationem Ioannis apertissimè Dominus per buccellam tinctam, atque porrectam panis exprimit traditorem, fortassis per panis tinctionem, illius significans fictionem. Non enim omnia, quæ tanguntur, edulantur; sed ut inficiantur, nonnulla tinguntur.* Negat perspicuè, Corpus Christi hanc buccellam fuisse, postea quod de Luca dicit, ex illo haberi buccellam datam post venerabilem Eucharistiam institutam, ut mox discutietur.

71 Rupertus in Ioannis *cap. 13. lib. 11. Non vel ille panis intinctus corpus ejus fuit, vel ille casnus, in quo traditor manum cum illo intingebat calix sanguinis ejus extitit.*

72 Iulius Papa: *Aliud est Corpus Christi, aliud buccella, cujus intinctio hypocrisin Iudæ significat.*

73 Concilium Bracarense 3. *cap. 2. Intinctum panem aliis Christum præbuisse non legimus, excepto tamen illo discipulo, quem intincta buccella magistrum proditorem ostenderet, non quæ hujus Sacramenti institutionem signaret.*

74 Accedunt alii, qui purum, purum panem nominant. Augustinus eo *tract. 62. in Ioann. Adhuc Iudæ possessi non à Domino, sed à diabolo cum homine ingrato intrasset panis in ventrem, hostis in mentem, adhuc, inquam, tanti mali jam corde concepti plenus restabat effectus, cujus jam præcesserat damnandus affectus, cum Dominus panis vivus panem mortuo tradidisset, & panem tradendo, panis traditorem ostendisset.*

75 Theophilus, Patriarcha Antiochenus *lib. 4. in Evangelia*: *Ideò accepta buccella legitur, quod Satanas in Iudæ pectus intraverit, quia sicut antidoto fugatur venenum, ita, dato pane apparuit Satanas in Iuda, in quo dum furaretur, latebat.*

76 Argumenta verò contraria ita ex scriptura, & ratione solvuntur. Lucæ ordinem Augustinus hic sequutus est, cæterorum Evangelistarum alii, qui nobiscum faciunt, & utique aliter quidem, non aliud tamen dicunt. Posteriores consensus Evangelistarum majorem rationem habuerunt, quàm ordinis ab uno structi. Liquidò constabit penitius intuenti. *Iesus enim accepto pane, gratias egit, fregit, & dedit eis dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem ita determinavit, ut diceret, postquam cœnavit, ergo & post verba hæc: Verumtamen ecce manus tradentis me mecum est in mensa; quin sicut jam dictum est, secundum alios Evangelistas, hoc verbum dixit, non postquam cœnavit, & de cœna ipsa buccellam intinctam Iudæ porrexit, qui & sunt locutiones relati, continuò exivit.*

77 Commodam Theonii regulam ex Augustino Rupertus adfert, quem recapitulationem vocari vult, hac quasi clavi occulta, obscuraque scripturarum illustrantur. Ea autem hæc est. Quando Scriptura quasi sequantur in ordine temporis; vel rerum commutationem narrentur, cum ad priora, quæ præmissa fuerant, latenter narratio revocatur, exempli gratia. *In Genesi scriptum est cap. 2. plantaverat autem Dominus Deus paradisum voluptatis à principio, in quo posuit hominem, quem formaverat, statimque sequitur, Produxitque Dominus Deus omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suave; lignum etiam vitæ in medio Paradisi, lignumque scientiæ boni, & mali. Hoc igitur videtur dictum, tamquam id factum sit postquam factum posuit Deus hominem in Paradiso, cùm breviter utrumque commemorato, scilicet, & quod plantaverat Dominus Deus Paradisum, & quod de eo posuit hominem, quem formaverat, recapitulando redeat, & dicat, quod præmiserat, videlicet quomodo plantatus fuerat Paradisus.* Idque *sæpè fit in Sacra Scriptura, ut quod prius factum fuerat, posterius enarretur, sicut Matthæus commemorat, biduo ante Paschæ alabastrum unguenti, quod secundum Ioannem ante sex dies Paschæ mulier effudit in domo Simonis leprosi.* Ita Innocentius *lib. 4. cap. 13.* & aliud exemplum producit Zacharias supra citatus ex hoc ipso Lucæ capite: *Lucas de calice præoccupavit ante benedictionem panis, & postea repetendo ordinavit aliorum ordinem.*

78 Ratio autem, quæ Lucam moverit singularem ordinem tenendi, hæc erat, quia cœnas ille non distinxit, Paschæ quidem meminit, sed subjunxit illicò venerabilis Eucharistiæ institutionem. Deinde si Lucæ ordinem sequeris, eumque censeo secundum tempus esse, quid ad Innocentium respondes *lib. 4. mysterior. Missæ cap. 13.* sic ex Matthæo argumentantem. *Amen dico vobis, quod jam non bibam de hoc genimine vitis, usque in diem illum, cum illud bibam vobiscum novum in regno Patris mei.* Neminem excipit præsentes omnes compellat. Dabebit ergo cum Christo Judas bibere in regno Patris, vel certè Christus non est bibiturus.

79 Ad alterum de Judæ Episcopatu, sic habeto, concedere nos Episcopum Judam fuisse, sed non infignitum ordine, verum Apostolum tantum, sicque quod *Act. 1.* dicitur ex *psal. 108. Et Episcopatum ejus accipiat alter*, de Apostolatu intellige, & designatione ad perfectum Episcopatus ordinem, quem ille, nisi defecisset quàm mox fuerat consequuturus.

Alia igitur ratione probandum sit, cur nefas sit, Hostiam non consecratæ loco consecratæ, etiam peccatori ministrare. Et quidem ministrari non posse censeo, quod maximè pernicioſa, & execranda sit simulatio in Sacramentis. Et quia ministrans, quantum est ex se, alios ad idolatrandum inducit, cum exponat, adorandam creaturam pro Creatore, & rem profanam, velut Sanctam. Neque est hu ministri potestate vitare aliorum adorationem hostiæ non consecratæ, quam ipse proponit, velut consecratam. Et ut advertit Suarez *p.* 3. *quæst.* 80. *art.* 6. *disput.* 67. *sect.* 4. *sub finem*, ipsamet actio exterior suscipiendi illam Hostiam non consecratam actus religionis est, & cultus, cum flexis genibus fiat. Immo ipsa sumptio Sacramenti est quidem religionis cultus, ut paulò ante ostendit ipse Suarez. Adorare autem exterius creaturam pro Creatore intrinsecè malum est. Id, quod videtur expressè definitum ab Innocentio III. *in cap. de homine de celebr. missar.* quod vide. Ad exempla Sanctorum, qui id fecerint, respondetur. Ij quodammodo plusquam homines sunt, ideòque non sine divini spiritus afflatu id peregisse censendum est.

CONSULTATIO XCIV.

1. *Quibus cæremoniis, ritu, situ communio olim percepta.*
2. *Quis porrigere Sacram Eucharistiam solitus?*
3. *Cur ab fœmina in communione.*
4. *Pertinatia à vertis, ut percepta.*
5. *Quomodo à viris, quomodo à mulieribus?*
6. *Qui apti, qui inepti communioni?*

1 AD 1. invitat Christus discipulos, ut de Sacrosancto corpore participent. Debebant enim parati, esse, qui se ad usum agni non veteris, non mortui, sed viventis, & cum Patre regnantis filii Dei comparabant. Christi vicem postea Diaconi functi sunt, qui proclamabant *Sancta Sanctis*, ut apud Clementem est *lib.* 8. *Constitutionum cap.* 13.

2 In Oriente, ut Curopalates *de Ecclesiast. offic. quin.* 5. *erat perfectus antecessit mensa, adducens eos, qui erant venturi ad Sacram Communionem.* Curopalatæ etiam audicensor est, qui antemensales, qui ad Sacram Synaxim primum recipiebantur, solebat postquam ante Sanctam mensam Ecclesiæ se stitissent, præcedere ad Communionem, ut palam testatum faceret, illos suos comites in unum Corpus cum Christo, & Ecclesia coaluisse.

3 In Missa S. Marci Sacerdos ipse proclamat *Sancta Sanctis*. Addit Nicolaus Cabasilas *in expos. Liturgiæ cap.* 36. ea verba proferre, elevata hostia, cum, ut *cap.* 37. aqua calida in calicem injecta Sacerdos, quique ejusdem ordinis communicant, inde ad populum conversus, ostensis Sanctis, vocat eos, qui participare voluerint, & jubet accedere cum timore Dei, & fide, & tum profert ipse: *Benedictus qui venit in nomine Domini, Deus Dominus, & apparuit nobis.* Populus subsequitur, & communicat, postea Sacerdos *cap.* 40. oratione benedicit. *Salva Deus populum tuum, & benedic hæreditati tuæ.* Et cantu quidem id fiebat. Cyrillus *Cateches.* 5. *Audisti deinceps divina melodia psallentem atque ad Sacrorum mysteriorum communionem vos adhortantem, gustate, & videte, quod Christus est Deus?*

4 Qui verò accedunt, componere se debent, ut majestati summæ reverenter placeant. Primò quidem *placendum divinis oculis, etiam habitu corporis*, monet Cyprianus expositione in orationem Dominicam.

5 Idcòque Dionysius Alexandrinus ad Basilidem *can.* 2. apud Photium nomocanone: *Ad Sancta Sanctorum, qui animo, & corpore purus non est, accedere prohibetur.* Lavabant se ergo ut puri essent. Exemplum narrat Dorotheus doctrina 9. de fratre quodam admodum laborante suspicionibus, *qui tempore succrescente malo ita est dæmonum institutione deceptus, ut casu hortum ingressus ad eum de more custodiendum, videre videretur fratrem surripientem ficus, & comedentem. Frat autem parasceve, horaque nondum secunda. Ut verò sibi ipsi persuasit, quod rem vere, non phantastice vidisset, egressus cum silentio, observabat denuo horam, ut videret, quidnam ageret frater ille in communione, qui paulo ante surripuisse ficus, & comedisse visus erat. Ut verò hunc vidit manus lavantem, & sese ad communionem percipiendam præparantem, accurrit ad Abbatem, rogatque, ut fratrem à Sacra Communione prohibeat, quem mane ficus ex horto vidisset surripuisse, & comedisse. Interea ingreditur frater ille cum summa devotione, & compunctione ad Sanctissimam oblationem. Quem cum vidit Abbas prius quam presbytero, à quo communicandus erat, propior fieret, evocavit ad se, & secretò illum alloquens percunctabatur, quidnam illo die fecisset? Expavit simplex hac subita interrogatione, maximè verò inhorruit, ut rem omnem ex Abbate cognovit, respondet eo die hortum sese non vidisse, immò ipso mane non fuisse in cœnobio, emissum foras ad necessaria Monasterii ab œconomo; distabat autem locus multis milliaribus, unde venerat ille ipsa hora vocatus œconomus, omnia confessus est, & veniam petiit, quod hoc insciò ipse fecisset, ne scilicet eum à studiis, & vigiliis disturbaret. Persuasus, & redeus omnino hic Abbas, cum benedictione visit ad communionem, vocatoque fratre altero, qui suspicionibus suis agitabatur, illum acriter increpavit, & Sacra communione prohibuit.* Ex quo discimus, lotionem signum communionis, & fratrem impediendum fuisse, si jejunus non fuisset.

6 Jejuni ergo pariter ut sint requiritur. Petrus Blesensis *serm.* 13. *Sacerdotum ministerium est dispensare Corpus Christi, & Sanguinem Domini accedentibus post jejunium.* Quod antiquum in Ecclesia est. Tertullianus *lib.* 2. *ad uxorem cap.* 5. *Non sciat maritus quid ante omnem cibum gustes.* Isidorus *lib.* 1. *de Offic. Ecclesiast. cap.* 18. traditionem Apostolicam vult esse: *placuit Spiritui sancto per Apostolos ut in honorem tanti Sacramenti in os Christiani prius dominicum corpus, quam cæteri cibi intraret; & ideo per universum Orbem mos iste servatur.* D. S. Theodore Siceorum Archimandrita adhuc puer Georgius presbyter: *Ad vesperam usque jejunus in ludo litterario manebat, & vespere cum esset domi sua ad Ecclesiæ cum viro pio Stephano se conferebat, & precationibus incumbens Christi Corpus, & Sanguinem percipiebat, atque ita domum revertens, nihil aliud nisi panis frusta, & aquam sumebat.*

7 Tam exacti in hoc erant, *ut post cibum, vel potum quantumvis minimum*, Toletanum 7. *cap.* 2. neget communionem. Ex Bracharensi 2. *cap.* 10. habemus, Innocentibus quarta, vel quinta feria eam non dandam, nisi jejunis, quam consuetudinem Carthaginense 3. *cap.* 48. in Concilis Nicæno probatam asserit.

8 Contrà quidam in Matisconensi 2. in Galliis, qui feriam quintam ante Parasceven excipiebant, *Sacramenta Altaris, non nisi à jejunis hominibus celebrentur, excepto uno die anniversario, quo Cœna Domini celebratur. Quicumque reliquias sacrificiorum post peractam Missam in sacrario superfederint, quartæ, vel sextæ feria, innocentes ab illo, cujus interest, ad Ecclesiam adducantur, & indicto eis jejunio, easdem reliquias conspersas vino percipiant.* Et qui apud Walfridum Strabonem *de reb. Ecclesiast. cap.* 19. Ex Concilio Africano *cap.* 8. anniversario die, quo Cœna Domini celebratur, *post prandium communicandum esse censebant, quia Dominus post legalis Paschæ cœnam novi testamenti Sacramenta legitur discipulis tradidisse. Ahi verò Sectis quadam singulari non semel in anno, sicut superiores, sed crebrius ante Sacramentorum perceptionem cibis corporalibus refici debere judicantes, post prandia, & plenitudinem stomachi, quasi confirmatis Sacris vobis, necessitate corporea communicabant, ut testatur Socrates in historia sua Ecclesiastica lib.* 9. *cap.* 38. *ubi de diversis Ecclesiarum consuetudinibus faciens mentionem post multa ieiuniorum, & solemnitatum varietates, hæc inter cætera ponit.*

9 Verùm de jejunio communioni præmittendo, traditionem esse præter Concilia, & dictos Patres unà adstruunt Nazianzenus *orat.* 40. *de baptismo*, Basilius ad Cæsaream Patriciam, Cyprianus *Epist.* 63. Ambros. *ser.* 8. *in psalm.* 118. Epiphanius *lib.* 3. *contra hæreses*, Gregorius Turonensis *lib.* 1. *de gloria martyrum cap.* 87. vindictæ Dei meminit in Sacerdotem temeratium, qui non timuit jejunus celebrare: Epachius, ait, *dum temere, qui indignus erat agere præsumpsisset, divino judicio sub projectus occubuit. Hic enim dum Dominici Natalis vigilias celebrare Ecclesiam expetisset, per singula horarum momenta egredi debuit de templo Dei, ac in domo sua pocula lasciva spumantibus paveris hauriebat ita, ut affirmarent multi, eum post galli cantum in ipsa nocte vidisse bibentem. Sed cum esset ex genere senatorio, & nullus in vico illo Rigomagensi juxta sæculi dignitatem haberetur nobilior, celebrare missarum solemnia expetitur. Nec dubitabat miser vino madefactus appetere, quod jejunus quisque non sine metu potest terrente conscientia explicare. Verum ubi explicitis verbis sacris, confracto Dominici Corporis Sacramento, & ipse sumpsit, & aliis distribuit ad edendum, mox equini hinnitus ad modum vocem emittens, ad terram ruit, ac summas cum ipsa mysteriis sacris particula, quam dominus communere non valuit, ab ore proiiciens, inter manus suorum ab Ecclesia deportatur. Nec cessit ultra hac Epilepsia infirmitate, sed per singulos lunares cursus incrementis decrementisque hac semper pertulit, quia ab hausto nimio vini munime infelix abstinuit.*

10 Reverentia requiritur in situ & corporis positione. Damascenus 4. *fidei Orthod. cap.* 14. *Ipsum omni puritate colamus, hoc est & spirituali, & corporea. Siquidem duplex ipse est; ardenti cupiditate ad eum adeamus, manibusque in Crucis formam compositis, Crucifixi corpus suscipiamus, atque oculis, & labiis, & frontibus impositis, divini carbonis participes efficiamur, ut ignis desiderii in nobis insit, assumpta ea, quæ ex carbone oritur inflammatione peccata nostra exurat, ac pectora nostra collustret.*

11 Sexta Synodo *cap.* 1. præscribitur, quod Damascenus innuerat, nempè ut *antequam fiat communio, Eucharistiam percepturus, manu in Crucis signum figurans accedat, & gratia communionem accipiat.* Idque exprimitur Rothomagensi Concilio *cap.* 2. ubi jubentur manus in Crucis figuram ponere, & transversarias eas habere, iisque excipiebant S. Eucharistiam. Sexta Synodus *can.* 101. *Si quis voluerit sinaxis tempore communicari purissimo Christi corpore, manus in Crucis formam figurans sic adeat, & suscipiat gratia communionem. Eos enim, qui pro manu vascula quædam aurea, vel ex alia materia construunt ad susceptionem divini doni, & per illa immaculatam Communionem volunt, nullo modo admittimus, sed qui præferant materiem inanimem homini Dei imagini.* Vide Dionysium Alexandrinum *Epist.* 5. ad Pium, & Nicephorum *lib.* 6. *histor. cap.* 9.

12 Curam, quam adhibere deceat, docet, Cyrillus Cateches. 5. *Accedens ad Sacram Communionem non expansis manuum volis accede, neque cum distinctis digitis, sed sinistram veluti Sedem quandam subiiciens dextera, quæ tantum Regem susceptura est, & concava manu suscipe corpus Christi, dicens, Amen. Sanctificatis ergo diligenter oculis, tum Sacri corporis contactu communica. Cave autem, nequid inde excidat tibi. Quod enim amittis, hoc tanquam ex proprio membro amiseris. Nam si quis tibi aurea daret, nonne magna cum diligentia, illa teneres, cavens, nequid ex illis pereret, damnumque ex eis sustineres? Et non multò magis, diligentius de hoc, quod auro, gemmisque pretiosius est, ne mica aliqua ex illo cadat, providebis? Tum verò post Communionem Corporis Christi, accede, & ad calicem sanguinis ipsius, non extendens manus, sed pronus adorationis in modum, & venerationis, dicens, Amen. Sanctificeris eo sanguine Christi, quem assumis, & dum adhuc est humiditas in labiis, manibus attingens, & oculos, & frontem, & reliqua sensuum organa consecra. Postremo, expleta oratione, Deo gratias age, qui te tantis mysteriis dignum reddidit. Retinete has traditiones, & sine ullius offendiculo vosmet servate, atque à communione vos non præcidatis, neque propter inquinamentum peccati sacris hisce, spiritualibusque mysteriis vos ipsos privetis.*

13 Viris hæc dicit Cyrillus, quia fœminæ Christi corpus dominicali excipiebant. Augustinus linteamina vocavit *serm.* 152. *de tempore: Omnes veri quando communicare desiderant, lavant manus; nunc mulieres nivida exhibent linteamina, non corpus Christi accipiant.* Concilium Antisiodorense sub Aunachario Episcopo tempore Gregorii Magni *can.* 36. prohibet mulieri, nuda manu venerabilem Eucharistiam sumere, & *can.* 42. mandat, *ut quæque mulier habeat dominicalem suum, alias non communicet.*

14 Viri ergo suis ipsi manibus, sed puris Corpus Christi magna veneratione excipiebant, easque quasi pro consecratis habebant, ut nefas esset eas polluere. Iisdeque Gregorius Nazianzenus *serm.* 1. in Julianum Apostatam, quem, ut dixit publicè, solemniterque à fide defeciſſe, exaggerat manibus, quibus Sacratissimum Christi Corpus, acceperat, abulum. *Plectimas igitur cecidit, earumque Sanguine Sacrum baptismi stigmatum delere se posse credidit, manus eodem abluit, quibus Sacram Eucharistiam ori eam admosurus acceperat.* Illustres manus vocat B. Cyprianus *ser.* 5. *de lapsis: Illustres manus, quæ, nimisi divinis operibus assueverant, sacrificiis sacrilegis resisterunt. Sanctificata ora cœlestibus cibis post corpus, & sanguinem Domini profana contagia, & idolorum reliquias respuerunt.*

15 Ad 2. Stephanus Eduensis *de Sacram. Altaris cap.* 15. à cœna Christi sumit exordium. *Cum Dominus*, inquit, *discipulis suis dixisset, Accipite, & manducate, quæritur, si acceperint, & sibi ministraverint? Ad hoc dicamus, quia qui ministrare venit, & non ministravit, & qui consecravit, ipse ministravit. Nec est intelligendum, quod ex manibus ejus acciperent, & sibi ministrarent, sed Dominus de manu sua ministravit, & manducare præcepit.*

16 Origenes tamen, Judam dicit sumpsisse in manus, & ratio id suadet. Mensa enim quadrata interposita non sinebat ultimum discumbentium ore à Christo ex capite mensæ sacrum corpus sumere. Ministravit ergo, & porrexit singulis, illique manu excepetunt.

17 Inde consuetudinem antiqui duxerint forsasse, Sacram Eucharistiam laicis manibus sumendi. Hoc habes Basilii ævo, cum ipse ad Cæsaream Patritiam sic scribit apud Anastasium Nicænum *quæst.* 7. in Scripturam. *Necesse habere aliquem, si non adsit Sacerdos, communionem propria manu sumere, ac minimè esse grave, est supervacaneum offendere, quod longa consuetudine per res ipsas probatur. Omnes enim, qui sunt in desertis monachi, ubi non est Sacerdos illic habentes communionem, ex se ipsis eam sumunt. Alexandriæ autem, & in Ægypto unusquisque ex laicis, qui illic degunt, maxima ex parte habet communionem domi suæ. Nam cum Sacerdos semel confecerit hostiam, & dederit eam accipiens, & communicans, tanquam à Sacerdote sumptam participare se debet credere. Etenim in Ecclesia Sacerdos tradit particulam, & cum omni potestate eam tenet qui accipit, & sic sua manu ad os eam adducit. Idem est ergo potestate sive quis piam unam particulam acceperit à Sacerdote, sive multas.*

18 Apud Metaphrastem 10. Novembris Simeoni Anachoretæ venator quidam retulit, qui ex Creta

Nixum conceſſerat, vidiſſe ſe in templo prope altare lupinos macerari aqua, indeque conjeciſſe aliquem ibi agere, ad dexteram Sacræ menſæ, quaſi ſub tegmen aliquod, aut tela araneæ agitabatur vento. Cum jam pararet accedere propius, vocem audivit. Siſte gradum, nec ultrà progrediaris, ô homo, erubeſco enim nuda conſpici. Statim ille inhorruit. Illa verò, Jace, inquit, veſtem, & tecta loquar. Ita fit. Sed primum ad Orientem verſa Deum alloquitur, & de ſe quod erat, eloquitur. Emethyma Leſbiæ, inquit, ſum, & Theoctiſtæ mihi nomen. Infantula parentibus orba, aggregata ſum virginibus, & octodecim jam annorum paſchalibus feriis in vicum proximum Urbi excurri, ſalutatura ſororem. Tum Nyſiris dux ibi prædam nocte egit, & omnes una ſecum abegit, me inter alias, ſed evaſi Dei nutu, & annos hic quinque ſuprà triginta ago. Hoc modo te rogo, quando de me omnia edixi, ne nega, ſequenti anno venturus es in hanc inſulam, tum peto, ut in vaſe mundo mihi accipias unum ex intemeratis *donis* corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti. Exacto tempore rediit, acceptaque in pyxide parte divinæ carnis, eam tulit ad beatam, utque eam vidit, pronus in terra venerabatur. Et illa, ne homo id feceris, divinum donum offerens, ne uras miſeram divina dedecore afficiens, & apprehenſum tunica levavit. Ille & Sinu eduxit pyxidem cum carne Domini; cum illa autem in terram cecidiſſet, divinum donum accepit, & lacrymis ſuffuſa: Nunc, ait, dimittis ancillam tuam Domine; quoniam viderunt oculi mei ſalutare tuum. Et brevi emigravit è vita. Contigit hæc res ſub annum 900. tandiu hic mos communicandi tenuit.

19 Subditi ab Epiſcopo libentes ſumebant. Euſtachius in S. Eutychio, Epiſcopo Conſtantinopolitano, qui, mortuo Joanne intruſo in locum ſuum, ad Sedem revocatus, *cùm videret Populum Chriſti paſtoris ſui ſtudioſum, & ſine interpellatione gratias agentem Deo, precatus eſt eum, ut bonis ipſius eſſet remunerator; atque ita cum univerſo populo fideli in Sanctam Magnam Dei Eccleſiam ingreſſus eſt, non ſine labore tamen, tanquam in Regnum Dei, cùm magna præmeret multitudo, quæ divinum templum occuparat, cùmque in montem editum, ut Moyſes olim in Monte Sinai, aſcendiſſet, ſublatis ad Deum manibus populi preces, & ſupplicationes cœleſti Deo, & Patri offerre, Deique miſericordiam ad populum deducere videbatur. Neque enim aliud propter populi multitudinem fieri poterat, tonitrus enim, & bucinæ progredientes, ideſt aptæ divinorum oraculorum lectiones clarius, & vehementius pronunciatæ cum timore, & magna compunctione peragebantur. Quid tum? Divina caligo cooperavit altare, ſuper quo cum incruentum ſacrificium obtuliſſet, fideli populo diſtribuit; quæ quidem diſtributio ab hora tertia ad nonam uſque perducta eſt, cum omnes percipere vellent communionem. Quoties enim diſtribuebat, omnes ad eum ſine ceſſatione concurrebant.*

20 Sacerdos alteri adminiſtrabat, idque ſæpè invicem, Nicephorus *lib.* 14. *cap.* 5. *Quo tempore Dominus Sacras Antiochenæ Urbis habenas tenuit, cùm ad Simeonem, puta Stylitem, veniſſet, totus conſternatus eſt, & cum eo myſtico, ut eramque congreſſit convenire exoptavit; convenerunque ideo cinctu, & Sacrificio immaculato, atque incruento peracto, alter alteri myſticam communionem porrexit.*

21 Diaconi Preſbyteris. Sed hoc Eccleſiæ diſplicuit, veritumque Nicæna Synodo: *Pervenit ad Sanctum, magnamque Concilium, quod in locis quibuſdam, & Civitatibus Preſbyteris gratiam Sacræ Communionis Diaconi porrigant. Hoc neque regula, neque conſuetudo tradidit, ut hi, qui offerendi Sacrificii non habent poteſtatem, his, qui offerunt Corpus Chriſti porrigant.*

Angeli id myſterii non ſemel obiverè. Octavianus de Martinis Oratione coram Sixto IV. in Conſiſtorio, refert Beatum Bonaventuram, cùm ad huc in minoribus ageret, ex reverentia, ne judicium ſibi manducaret, & biberet, pluribus diebus Venerabili Euchariſtia abſtinuiſſe, & Deo tanta dimiſſio cordi fuit. Nam particulam conſecratæ Hoſtiæ per Angelum de manu celebrantis Beato ejus ori immiſit. Rarum eſt de Beato Stanislao à Coſtka Societatis Jeſu, de quo hæc Franciſcus Sacchinus in vita: *Menſis Decembet erat, ac paucis ante morbum diebus in Barbaræ ſanctæ vita; quam ſolemne ejus celebraturus legebat, ſcriptum fortè repererat, qui ſe ſe ei virgini commendarent, eam non paſſuram, ni ſine ſupremis divinorum myſteriorum præſidiis è vita concederent. Quo loco haud paulò magis, quàm ſi theſaurum inveniſſet ampliſſimum, lætus, ut tanti beneficii, ſe quoque patronæ ſuæ facere participem vellet, precibus, Sacramentiſque lœtentia, atque Euchariſtia ad eam rem ſuſcepiis inſiſterat. Hoc igitur in præſentia ſecum ſtatuisſe reputans, cœleſti plenus fiducia in tanta ſui neceſſitate, ac ſolitudine, ut ſui memor ſit, benigniſſimam Matrem rogat, veniſſe illud tempus, quo præcipuè ejus ope, ac beneficio indigeret. Ecce autem ſingulare bonum paucisque conceſſum. Nocte intempeſta ipſis apparet Sanctæ Barbara, duoque Angeli in claro lumine ſacroſanctam afferentes Euchariſtiam, qui cum ad lectulum acceſſiſſent famelici ægri, reverenter ea porrexerunt, atque ipſe ſumma primo cum animi demiſſione veneratus, pari deinde cum gaudio Deum cordis ſui Parentem, & arbitrum vitæ, ſalutiſque ſuæ ſuſcepit.*

Immò Chriſtus. Sic Stephanus Juliacus docet in vita 23
S. Coletæ *cap.* 45. Beatæ huic Virgini ardens deſiderium inceſſerat communicandi, idque Confeſſario indicarat, qui non adverterat, omnino ſe rogari, hærebat tamen, nec redire audebat ad Virginem, ne orantem interpellaret. Diſſimulavit igitur, ſed ad communionem cùm perveniſſet, audivit eam lacrymis perfundi, ut ſolebat communicatura cum eſſet. A facto ergo quærit, quid fuerit, quid ſuſpiria tibi voluerint? Humiliter reſpondit, Dominum Jeſum ſuis manibus ſibi pretioſiſſimum corpus obtuliſſe.

Ad tertium. Synaxis in ſynaxi erat, ordinem ſer- 24
vabant, ut confuſio omnis tolleretur. In Miſſa D. Jacobi, fratris Domini *dicit Diaconus: Domine, benedic. Sacerdos, Dominus benedicet, & dignos nos faciet, qui partis ſorcipibus accipiamus igneum carbonem, & imponamus in ora fidelium ad purgationem, & renovationem animarum ipſorum, & corporum, nunc, & ſemper. Deinde quod ſequatur: Guſtate, & videte, quod benignus eſt Dominus, qui in partes diſtributus, ac non diviſus, & fidelibus impertitus, nec conſumptus eſt in remiſſionem peccatorum, & vitam æternam, nunc, & ſemper, & in ſæcula, &c.*

Poſteà Sacerdos communicat, deinde impertit Cle- 25
ro, ac deinde populo: *Cùm autem attollunt Diaconi diſcos, & calices ad impertiendum populo, Diaconus ait, tollens prænarum diſcum: Domine, benedic: Sacerdos reſpondet: Gloria Deo, qui ſanctificavit, & ſanctificat nos omnes. Diaconus ait: Exaltare ſuprà Cœlos, & ſupra terram univerſam, gloria tua, & regnum tuum permanet in ſæcula ſæculorum. Et cum Diaconus depoſiturus eſt in menſulam, ait Sacerdos: Benedictum nomen Domini Dei noſtri in ſæcula. Diaconus: Cum timore Dei, & fide, ac dilectione accedite. Populus Benedictus qui venit in nomine Domini. Et rurſum, cum attollit diſcum de menſula, ait. Dextera, benedic. Sacerdos: Serva Deus populum tuum, & benedic hæreditati tuæ. Sacerdos rurſus: Gloria Deo noſtro, quia ſanctificavis nos omnes. Et cum deponit calicem ſuper ſanctam menſam, Sacerdos dicit: Sit nomen Domini benedictum in ſæcula ſæculorum.* Tunc ab omnibus Deo gratiæ referuntur.

Liturgia verò Marci ita habet: *Sacerdos Cruce ſignat* 26
populum, elata voce: *Dominus cum omnibus. Hinc frangit Sacerdos panes, & dicit: Laudate Deum. Panem in fruſta*

Panem in fruſta ſecat Sacerdos, dicens aſſiſtentibus: Dominus benedicat, & vobiſcum miniſtret per magnam, &c. Hinc Sacerdos dicit: Jubete. Clerus: Spiritus Sanctus jubeat, & ſanctificet. Sacerdos: Ecce ſanctificata ſunt, & conſecrata. Clerus: Vnus Pater Sanctus, ter, & dicit Sacerdos: Dominus cum omnibus. Clerus: Et cum ſpiritu tuo. Sacerdos dicit: Ipſe benedixit eis. Huic participat Sacerdos Euchites, ſeu orator, pro humanitate aliis. Quemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum, & cum diſtribuit Clero, dicit: Corpus ſanctum, & ad Calicem dicit: Sanguis pretioſus Domini, & Dei, & Servatoris noſtri.

27 In Miſſa Æthiopica primum Sacerdos communicat de corpore, & ſanguine Domini; tum ex eadem Hoſtia miniſtris Sacrificii impertit, dicens: *Hoc eſt Corpus ſanctum, honoratum, & vitale, &c.* Denique Diaconus dicit. *Orate pro nobis, & pro omnibus populis Chriſtianis, & illorum memoriam facite, qui nobis dixerunt, ut ſui recordemur, laudate, & pſallite cum pace, & amore Jeſu Chriſti. Hoc loco dum miniſtratur Sacramentum populo, pſallunt dicti aliqua carmina in honorem Sacramenti, & Sanctorum, quorum feſta celebrantur, Compoſita, quæ populus recitat canendo.* Tum ſequitur bonum votum Sacerdotis, & Diaconi gratiarum actio. Apud Alcuinum Flaccum in Feria Quinta. Cœnæ Domini poſt Agnus Dei, *communicat Pontifex ſolus, & redit ad Sedem ſuam, & ſequitur ad communionem: Dominus Jeſus poſtquam cœnavit. Pſalmus: Beati immaculati ad repetendum quantum neceſſe erit. Iterùm communicat Clerus, ſeu omnis populus.*

28 Alibi alia lex fuit, addita, dempta mutata pro loco, tempore, & opportunitatibus, ut in Hiſpaniis Rex Reccaredus in Synodo Toletana 3. *tom.* 2. Conciliorum ſtatuit dici Symbolum Apoſtolicum. *Hoc adhuc*, inquit, *neceſſario pro firmitate fidei Catholicæ noſtræ decrevit auctoritas, ut propter roborandam gentis noſtræ novellam confeſſionem, omnes Hiſpaniarum, & Gallicæ Eccleſiæ hanc regulam ſervent, ut omni Sacrificii tempore ante Communionem Corporis Chriſti, & Sanguinis juxta Orientalium partium morem unanimiter clara voce ſacratiſſimum fidei recenſeat Symbolum, ut primum populi quam credulitatem teneant, fateantur, & ſic corda fide purificata ad Chriſti Corpus, & Sanguinem percipiendum exhibeant.*

29 Et Græci apud Divum Severum Patriarcham Alexandrinum *lib. de ritib. baptiſmi: Elevant baptizatos ad Altare, eiſque dant myſteria, Euchariſtiam, & ſertis coronat eos Sacerdos, atque hanc precationem dicit: O Deus, &c.*

30 Quia autem Græcorum meminimus, addam quæ Humbertus Cardinalis *lib. de azymo* eis objecit, ut videas disbulium, hoc eſt difficultatem, & infelicitatem Concilii, quam Neptunus Athenienſibus immiſit, peculiare, & conjunctum eſſe univerſæ genti. Sacrum panem in calicem intritum ſumebant, dividebantque, ut probat ex litteris Epiſcopi Hieroſolymitani, ſacram oblationem lancea ferrea in formam Crucis, deinde eamdem tondebant in coronulæ modum, & multa inſulſa alia, quæ ſupersedeo narrare, fortè à B. Severo *lib. de ordin. oblat.* myſteriorum putarunt ſe habuiſſe, ubi hæc habentur; quod Sacerdos, *quando miſcet Calicem dicit: Dominus noſter Jeſus Chriſtus crucifixus eſt inter latrones in Jeruſalem, & lancea confoſſus eſt in latere ſuo, & ex eo defluxerunt ſanguis, & aqua, quique vidit, teſtatur, ac ſcimus verax eſſe ejus teſtimonium.* Putarunt que, quia frequens lanceæ mentio in Orientali Eccleſia eſt, ejus uſum ad Chriſti corporis diviſionem pertinere, ut olim in Cruce ſacrum latus fidit; ſed lancea hæc apud antiquos cochlear erat, quo ſacer ſanguis ſive effundendi periculo in communicantium ora immittebatur. Clarè hoc Canon univerſalis, ſeu Miſſa Æthiopica: *Oratio ſuper cochlear, per quod lancea Crucis ſignatur. Domine Deus noſter, qui Iſaiæ Prophetæ, & famulo, ut cerneret Seraphim carbonem ignitum de Sacrificio ſorcipe ſuſcipiet em, & labia ejus mundantem concedere dignatus es? Sic Pater omnipotens, Dominus noſter, & Deus noſter continens omnia, concede, ut manus tuæ ſint ſuper hanc lanceam, ut Corpus, & Sanguinem precioſum Filii tui unici Domini noſtri, & Dei Salvatoris Jeſu Chriſti dignè miniſtrare poſſit. Benedic. † nunc, ſanctifica, † purifica † eam, da ei virtutem, & gloriam, ſicut forceps illi, tibi gloria cum Filio tuo unico, cum Spiritu Sancto, nunc, & ſemper, &c.*

In fine ſumebant aliquid à communione, ne irreve- 31
renter præter mentem cum ſaliva aliquid de Sacro corpore expueretur. Id ſuaſit ſuis Chryſoſtomus apud Sozomen. *lib.* 8. *cap.* 17. *Pulſi à Ioanne fuerant duo, & pro ſceleribus ſeparati ab Eccleſia, horum ille,* ſcilicet Theophilus, *abuſus lenitate, hortatur, ut adverſus Ioannem libellos darent, pollicitus eos reſtituere in miniſterii ſui locum. Erant autem hæc illorum ſcelera, alterius quidem homicidium, alterius verò adulterium, quod & fecit. Eos enim poſt Ioannis exilium, locis reſtituit ſuis, datis ſcilicet libellis, quos ipſe ille dictaverat, nihil veri continentes præter id ſolum, quod monere ille conſueverat, ut poſt communionem, aut aquam, aut paſtillum degustarent, ne contra voluntatem, unà cum ſaliva, ſive pituita quidquam Sacramenti excrearent, ipſe prius id faciens, religionemque piè ſentientibus augens.*

Apud Æthiopas *lib. de ordin. myſterior. ſive admini-* 32
ſtrationis Sacramenti Confirmationis: Poſtea ſumunt Sacramentum Sanctum, & vivificans ſpondente Sacerdote pro eis, Corpus ſcilicet Sanctum, & ſanguinem venerandum Domini Dei, & Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti. Diaconus deinde dat eis lac, & mel, & dicit: lat, & mel immaculatum in generationes. Amen.

Ad quartum. Privatim Sancti quædam communica- 33
turi obſervarunt, idque monente, aut approbante Deo. Apud Palladium *in hiſt. Lauſiaca ſect.* 35. præſcribit Angelus Pachomio, *ut Monachi ingredientes ad Chriſti Communionem Sabbato, & Dominica zonas ſolvant, & pellem ovinam deponant, ut cum ſola cuculla ingrediantur. Fecit autem eis cucullas molles, tamquam pueris, in quibus etiam juſſit imponi figuram Crucis purpureæ.*

Beata Mechtildis *lib.* 1. *viſionum cap.* 68. quinquies 34
ſalutationem Angelicam ſolita eſt recitare ante communionem; quam conſuetudinem Virgo Mater collaudans eſt complexa. Quod, ut aliorum inſtitutioni ſerviat, conſcribemus, nec enim inutile fuerit, quo fine, recitarit, intelligere. *Primò Dominam noſtram admonebat illius ſanctiſſimæ ſuſceptionis, qua in virginali puritate Filium concepit, Angelo nunciante, & abyſſali humilitate ſibi eum à regalibus ſedibus invitabat. & orabat, ſibi obtineri mundam conſcientiam, & veram humilitatem. Secundò, illius ſuſceptionis melliflua, qua ipſum ſuſcepit, cùm primò eum in humanitate adſpexit, & verum Deum agnovit, orans ſibi obtineri veram cognitionem. Tertiò, quia omni hora parata fuit gratiam ſuſcipere, nec unquam eum in ſe impedivit, orans ſibi obtineri cor ſemper divinæ gratiæ paratum. Quartò quanta devotione, & gratitudine filii ſui corpus in terris ſumebat & præ omnibus plenius agnovit, quanta ſalus honori ex hoc proveniret, petens dignam gratitudinem ſibi obtineri. Quintò illius amantiſſimæ ſuſceptionis, qua eum filius ad ſe vocavit, orans, ut ei obtineret accedere ad communionem cum ſpirituali lætitia; quia ſi homo agnoſceret quanta ſalus ex corpore Chriſti provenit, præ lætitia in ſe deficeret, Tunc Beatiſſimam Virginem coram ſe ſtantem, & ſe amplexibus ſtringentem ſenſit.*

Pulchrè eandem Virginem Chriſtus inſtituit, ac præ- 35
parat Communioni: *Cum vis communicare*, inquit, *diligenter animæ tuæ domum perſpicias, ſi parietes ejus, qui læſi ſunt, aut infecti. In Orientali parte conſidera, quàm ſtudioſa, vel quàm negligens in omnibus quæ ad Dominum pertinent, fueris ſcilicet in laudem Dei, & gratiarum actione, in oratione, in obſervatione ejus mandatorum. In parte Auſtrali perpende, quantum debita fueris meæ*

matri,

matri, & omnibus Sanctis, quantum profeceris eorum exemplis, & doctrina. In Occidentali parte intuere diligenter, quantum profeceris, sive defeceris in virtutibus, quàm obediens, & humilis, quàm patiens ad injurias, si regulam tuam, & statuta tua bene tenueris, si vitia in te exterminaveris, & deviceris. In parte Aquilonari attende quàm fidelis toti fueris Ecclesiæ, qualiter erga proximum egeris, si ipsum intima charitate dilexeris, si omnia adversa ejus tua feceris, si pro peccatoribus, & animabus fidelium, & omnibus indigentibus devote oraveris. Si quam maculam, aut lesionem in omnibus his inveneris per humilem pœnitentiam, & satisfactionem studeas reparare.

36 Hæretici quoque Ecclesiæ cæremonias imitati, sacrilegè quædam servarunt. Vt Novatianus, quemadmodum refert Sanctus Cornelius Papa Epistola ad Fabium Episcopum Antiochenum apud Eusebium *lib. 6. cap. 35.* qui sacrilegis artibus schisma suum fulcire nitebatur. *Cum fecisset oblationes, & singulis partem Sacramenti distribuisset, porrexissetque miseros homines, & infelices pro benedictione, & gratiarum actione jusjurandum dare coegit, atque suis utrisque manibus manus accipientis præbens, non prius dimisit, quàm hoc jurejurando eum obstrinxisset* [*illius enim verbis utar*] *Jura mihi per Corpus, & Sanguinem Domini nostri Jesu Christi, te nunquam nec me deserturum, nec ad Cornelium reversurum, atque miser homo non ante degustavit, quam ita ille se devovisset, & qui illam acceperat, pro Amen, quod dicere debuerat, hoc dixit: Non deinceps ad Cornelium revertar.*

37 Vvaldenses majori scelere se polluunt. Nam Joannes Tinctorius sermone in perditissimam Sectam de illis hæc habet: *Pudet dicere qua fraude sub hypocrisi christiana professionis cum sceleratissima conscientia cum cæteris fidelibus statutis ab Ecclesia diebus superstitiosa hujus religionis professores ad communionem sanctam accedant, qui, ut ex eorum confessione compertum est, Sanctissimam illam Hostiam ab ore suo polluto, nefaria manu deponunt integram, illamque ut à suo Præside, sacrorum, ac salutarium mysteriorum æmulo sunt edocti, buforibus, immundissimis utique animalibus, diuturna fame cruciatis edendam tradunt.*

38 Ad quintum. Mulieri eam legem Apostolus imponit, ut caput velet, viro, ut aperto sit 1. *Cor.* 12. *Omnis vir orans, aut prophetans velato capite, deturpat caput suum, omnis autem mulier orans, aut prophetans, non velato capite, deturpat caput suum, unum, enim est ac si decalvetur. Nam si non velatur mulier, tondeatur. Si verò turpe est mulieri tonderi, aut decalvari, velet caput suum. Vir quidem non debet velare caput suum, quoniam imago, & gloria Dei est, mulier autem gloria viri est. Non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro. Etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum, ideo debet mulier potestatem habere supra caput propter Angelos.*

39 Et Constitutiones Apostolicæ, cum ordinem servari debere docuissent, etiam hujus meminerunt *lib. 2. cap. 57. Fiat sacrificium cuncto populo stante, & silentio precante, & oblatione facta, quisque ordo seorsum corpus Domini, & pretiosum Sanguinem sumat, accedentes ordine cum pudore, & reverentia, utpote ad corpus Regis. Item mulieres operto capite, ut ordinem earum decet, accedant.*

40 Beatam Matronam Pergensem Sanctus Bassianus reprehendit, quod legem præterierit institutam à natura. Rara est Historia, & quædam continens miranda, non imitanda. Referam ex Metaphraste 5. Novembris Sancta Matrona legitimè nupta post consummatum matrimonium, & susceptam filiam fugit à marito, eunuchum se simulans, Babylam vocabat, egitque Monachum sub Beato Bassiano, sed agnita de sexu, recepit se in Monasterium Virginum Bassiani, Patrumque seniorum consilio. Cum tamen, quod mireris, & nisi dicas particularem, Spiritus Sancti instictum, omninò detesteris, maritus illam semper insequeretur, & repeteret: *Aiebat enim ad eam Bassianus. Quomodo, cum sis mulier ad divina Sacramenta accessisti, nudo capite, & in pacis salutatione os tuum secure exhibuisti fratribus? Illa verò quod ad divina quidem dona attinet, inquit, simulans imbecillitatem, non omnino auferens tegmen, quod erat in capite, ita ad Sacramentorum accedebam communionem, charitatis autem nunquam signum apud fratres recusabam, neque enim hominum vultibus, sed hominibus Angelicam imitantibus impatibilitatem, me ipsam offerre existimabam.* Cui tandem post multa Bassianus: *De cætero, ô filia, oportet te vitam tuo capiti imponere propter legem naturæ.*

Paulinus *Epist. 4. de Sampsonis, &* peccatricis capilli- 41
tio. *Fœminis tantum comam Apostolica reliquit auctoritas, quia & si ipsis una nobiscum fides velamentum cordis amovet, tamen tegumentum capitis, & frontis umbraculum verecundum decus postulat. Et ideo perfectus fidei, ac disciplinæ magister docet indecorum viro crinem, quia absconditi non potest caput viri Christus, quod est illa supra montem edificata Civitas in Ecclesia, qua corpus est Christi: Itaque viro dedecus decus est fœminæ, quæ nemini caput est, sed honestatis cultu ornat virum, & corporis seriem, quæ à capite Christi, Deo, & viri, Christo, & mulieris, viro texitur, quasi in fundamentum locata sustentat.*

Si Religioni tamen se aliqua addiceret, tondendi ei 42
veniebant crines. Non enim illa amplius sub potestate viri, sed Christi futura erat, signumque dabat cum coma spretum se mundana ire, & conculcatum. Vide Palladium in Lausiaca, & Basilium in regulis Monachorum, præ cæteris Hieronymum, qui ad Sabinianum *epist. 48. Moris est*, inquit, *in Aegypti, & Syriæ Monasteriis, ut tam virgo, quam vidua, quæ se Deo voverint, & sæculo renunciantes omnes delicias sæculi conculcarint, crinem Monasteriorum matribus offerant resecandum, non in tecto postèa contra Apostoli voluntatem incessura capite, sed ligato pariter atque velato.* Et nota, cum crine velamen non potuisse. Quia Tertullianus de velandis virginibus *cap. 15. Pura virginitas semper timida oculos fugit, confugit ad velamen capitis, quasi ad galeam contra ictus tentationum, contra jacula scandalorum, contra suspiciones, & susurros.* Velum autem non subtile esse debet, cujusmodi virgines utebantur Tertulliani ævo, quia illex est libidinis, & acuit curiositatem propius, penitiusque videndi subcandicantem sub eo cutem. Culpat hoc *lib. de veland. virginib. cap. 2.* Deinde commendat merito Arabas fœminas, quod, non contentæ velare caput faciem etiam ita tegerent, ut media tantum oculi luce fruerentur.

De osculo solemne erat. Nam præter ea, quæ Me- 43
thaphrastes de B. Matrona retulit, Augustinus hæc subdit *lib. 2. contra litteras Petiliani cap. 23.* de Optato Gildoniano, cujus scelera prodiderat. *Illum*, ait, *commemoro qui vobiscum vixit, cujus natalitia tanta celebratione frequentabatis, cui pacis osculum inter Sacramenta copulabatis, in cujus manibus Eucharistiam ponebatis, cui vicissim danti manus porrigebatis.*

Beata item Maria Ægyptiaca apud Sophronium Pa- 44
triarcham ex interpretatione Pauli Diaconi: *Dicto symbolo, & oratione Dominica, sicut mos est, pacis osculum obtulit seniori, & sic vivifica mysteriorum suscipiens dona in cœlum extensis manibus ingemiscens, cum lacrymis ita clamavit: Nunc dimittis, Domine, ancillam tuam, &c.*

Abusus hic facilè fuit quem in Lucilla Hispana, ut 45
vult Augustinus *lib. de unit. Eccles. cap. 3.* potentissima, & famosissima fœmina Cæcilianus Mensurii Carthaginensis Episcopi Archidiaconus reprehendit, ut apud Optatum Milevitanum *lib. 1. contra Parmen.* videre est Ait enim: *Cum Lucilla correptionem Archidiaconi Cæciliani ferre non posset, quæ ante spiritualem cibum, & potum os nescio cujus Martyris, si tamen Martyris libare dicebatur, & cum præponeret calici salutari as*

os nescio cujus hominis mortui, & si Martyris, sed nondum vindicati, correpta cum confusione irata discessit. Irascenti, & doleuti, ne disciplinæ succumberet, occurrit subito persecutionis ensata tempestas. Demortui hominis, & non asserti martyribus caput penes se servabat, ossibus imprimebat basia. Non tulit factum B. Cæcilianus, & quasi uti erat ab Ecclesiæ moribus alienum reprehendit. Osculi causam adsignat Cyrillus mysticam *catech. 5. mystagog.* quasi Christiani valvas, per quas Christus in hominem ingreditur, osculentur, reverentiæ causa. Per eos enim Servatorem nostrum in venerabili Eucharistia admittimus, quasi per januam. Monemur item os à turpibus custodire. Sed cùm inter mulieres viri se insinuarent, osculo supposita tabella, quam Pacem vulgò dicimus, ne prioribus posteriora deteriora essent. Et hæc etiam extra usum ferè est, quod Pax dissidiorum Seminarium fore timeatur, si quando Principum rivalium alteri præ altero prius præberetur, ita suggestum ferunt Patribus in Concilio Tridentino à P. Jacobo Laynes, secundo Præposito Generali Societatis Jesu, cum non frustrà verererentur, ne quas turbas cierent Legati Regnum Catholici, & Christianissimi, dum sic alter alteri præponi, vel postponi videretur.

46 Ad Sextum. Gravis monitio Apostoli 1. *Cor.* 11. *Quicumque manducaverit panem hunc, vel Calicem Domini biberit indignè, reus erit corporis, & Sanguinis Domini. Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat, & bibit indignè, judicium sibi manducat, & bibit, non dijudicans Corpus Domini.* Apud Nicolaum Methonensem Episcopum *tract. de corpor. & sang. Christi, id perinde est, ac si diceret divi Chrysostomi sententia: Quemadmodum tradidit quidem eum Judas, in eumque petulanter debacchati sunt Judæi, ita dedecore, & infamia afficiunt, qui Sanctissimum ejus Corpus indignè ore sumunt, & corpori admovent impuro.*

47 Adituro ergo Sacram Synaxim, ante omnia mundi- 47
tia originalis recuperanda, quod per Baptismum necessariò fieri debet. Janua enim est, & primus aditus ad cætera Sacramenta. Manere siquidem eum oportet in Christo, & Christum in eo. Quod doctè in rem præsentem Paschasius Corbeiensis *lib. de corp. & sang. Dom.* explicat *capite sexto. Ille in Christo manet, qui renatus ex aqua, & Spiritu, nullo mortali crimine reus tenetur, & Christus in eo, utique qui aperuit illi januam fidei in Spiritu Sancto consecratur, & membrum est in ejus corpore, & templum Spiritus Sancti. Quia si quis Spiritum Christi non habet, hic non est ejus. Quia ejus non est verè, nec in illo, nec in corpore ejus esse potest. Et qui non manet, neque vita Spiritus vivit in corpore, in illo utique nec Christus est, neque in Christo potest esse. Quia omnium Christus vita est, hic autem mortali crimine reus à vita longè alienatur.* Duo dicit, Christum in homine manere debere, & hominem in Christo, idest per Baptismum initionem præmittendam, sicque in homine. Christum esse, in quo deinde homo non manet, cum lethali se crimine polluit. Neuter, inquit, & adhuc gentilis, & peccator carnem Christi manducare potest, vel sanguinem bibere. Igitur quærit ille: *Quid manducant homines? Ecce omnes indifferenter, quam sæpè Sacramenta altaris percipiunt? Percipiunt plane. Sed alius Carnem Christi spiritualiter manducat, & sanguinem bibit; alius verò non, quamvis buccellam de manu Sacerdotis videatur percipere. Et quid accipit, cum una sit consecratio, si corpus, & sanguinem Christi non accipit? Verè quia reus, accipit indigne, sicut Apostolus Paulus ait: Judicium sibi manducat, & bibit, non probans se prius, nec dijudicans Corpus Domini. Ecce quid manducat peccator, & quid bibit, non utique sibi carnem utiliter, & Sanguinem, sed judicium, licet videatur cum cæteris Sacramentum percipere, & quare? Quia non se probat, nec dijudicat Corpus Domini.* Exemplum profert de infideli communicante. *Cogitat enim infidelis, quod digna, & sancta indignus possit accipere, non aliud quidem attendens, nisi quod videt, neque intelligens, nisi quod ore sentitur. Neque quam igitur credit, aut intelligit quale, vel quantum judicium sumit. Nempe quia simul omnes ex uno edere visibiliter cernit, nec si aliqua sit ultrà virtus in eo satis ex fide sapit.*

Audi hoc in Beda historiæ Anglorum *libro 2. cap. 5.* 48
Sabereto Regi Orientalium Saxonum Christiano defuncto tres filii Pagani successerant, *Cumque viderent Pontifices, celebratis in Ecclesia Missarum solemniis Eucharistiam populo dare, dicebant, ut vulgò fertur, ad eum barbara instante stultitia: Quare non nobis porrigis panem nitidum, quem & patri nostro Saba. Sic namque eum appellare consueverunt, dabas, & populo adhuc in Ecclesia dare non desistis? Quibus ille respondit: Si vultis ablui fonte illo salutari, quo pater vester ablutus est, potestis etiam panis Sancti, cus ille participabat, esse participes, in lavacrum vitæ contemnitis, nullatenus valetis panem vitæ percipere. At illi: Nolumus inquiunt, fontem illum intrare, quia nec illo nos opus habere novimus, sed tamen pane illo reficiemus. Cumque diligenter, ac sæpe illo essent monuti, nequaquam fieri posse, ut absque purgatione Sacrosanctæ quis oblationi Sacrosanctæ communicet, ad ultimum furore commoti, ajebant: Si non vis assentiri nobis in tam facili causa, quam petimus, non poteris jam in nostra provincia demorari, & expulerunt eum.* Quod pessimè Regibus his cessit. Egressi enim contra gentem Gemusiorum in prælium, omnes sunt contriti.

Secundò, ab omni lethali crimine debet purus esse. 49
Guitmundus Aversanus *de humanit. Christi*: *Indignè sumitur, si in mortiferis peccatis maneat anima.* Idcò Augustinus suos admonet *Serm. 26. in Joan. Panem Cœlestem spiritualiter manducate, innocentium ad altare apportate.* Et ab exemplo argumentatur Chrysostomus *in Epist. ad Ephesios. Cogitemus, quod veteris Sacrificii participes, magna utebantur parcimonia, & abstinentia, & se prius expiabant, & omni ex parte emundabant. Tu autem accedens ad hostiam, quam ipsi reverentur Angeli, periodis temporum rem defluis, ac circumscribis, & execrandis manibus, ac labiis sumis Christi corpus, & sanguinem; Regem nolueris osculari ore tuo malè olenti, Regem autem Cœli oscularis, malè olante anima; Ea res plena est contumeliâ.*

Novatiani eam puritatem requirebant, quam in ho- 50
mine, vel nunquam, vel rarò reperias. Non putabant enim fieri posse ad Sanctam Communionem admitterentur, qui lethaliter peccassent unquam, sed nec condonationem Sacerdotes facere, & si vitam priorem detestati seriò de peccatis omnibus confiterentur, Eos verò facetè elusit, & irrisit Constantinus Imperator apud Nicephorum *lib. 8. cap. 20.* Acesium Episcopum illa hæresi imbutum, apud se talia delirantem sic alloquitur: *Scalas igitur admove*, inquit, *Aceси, & solus ad Cœlos ascende. Quo dicto non Acesium ille laudavit, sed potius, quod immunem à peccatis se fortè existimavit esse, perstrinxit.*

Verùm non semel, non septies, sed septuagies etiam 51
septies obliterati peccata possunt, & sic se quisque comparet ad sancta percipienda. Ambrosius *Serm. 252. de tempore*: *Unusquisque consideret conscientiam suam, & quando se aliquo crimine vulneratum esse cognoverit, prius orationibus, jejuniis, & eleemosynis studeat mundare conscientiam suam, & sic Eucharistiam præsumat accipere.*

Gravis S. Paciani Paræneſis ad pœnitentiam, & aptis- 52
sima oratio flectendis ad eam animis: *Vos*, ait, *primùm appello fratres, qui criminibus admissis pœnitentiam recusatis. Vos, inquam, post impudentiam timidos, post peccata verecundos, qui peccare non erubescitis, & erubescitis confiteri, qui cum mala conscientia Dei sanctis contingitis, & altare Domini non timetis, qui ad manus Sacerdotis, qui in conspectu Angelorum sub fiducia innocentiæ accedtis, quæ divinæ patientiæ insultatis, qui tacenti*

Deo,

Deo, velut nescienti pollutam animam, & profanum corpus ingeritis. Audite quid fecerit Dominus, tum deinde quid dixerit. Cum populus Hebræorum arcam Domini Hierosolymis reportaretur, & ex domo Abinadab Israëlitis, Ozas, qui non explorata conscientia latus arcæ attigerat, occisus est, & tamen ille, non ut aliquid ex ea sumeret, sed ut declinantem ad lapsum vituli contineret, accesserat, tanta infuit cura divinæ reverentiæ, ut audaces manus, nec ob auxilium sustineret. Clamat idem Dominus, & dicit: Omnis mundus manducabit carnem, & anima quæcumque tetigerit de carne Sacrificii salutaris, & immunditia super illum est, pereat anima illa de populo. Antiqua ne ista sunt, & modò non fiunt? Quid ergo, desiit Deus nostri curare? An ultrà conspectum mundi recessit, & neminem spectat è Cœlo? An patientia illius ignorantia est? Absit, inquies. Videt ergo quæ facimus, sed utique expectat, & patitur, & pœnitentiæ tempus indulget, & Christo suo præstat, ut differat, ne citò pereant quos redemit. Et infrà: *Humana anima rens non potest absolvi, Dominici corporis violator evadit.*

53 Intima mundities necessaria est, quam post admissa crimina plenitudine, & dolore consequimur, sed sincero. Anastasius Sinaita *orat. de S. Synaxi*: *Nec ingredi Ecclesiam, ac divinas imaginum formas, pretiosasque ac venerabiles Cruces, etiam salutasse fuerit satis, non frigidas manus abluisse, id vere est esse purum & mundum sed peccatorum sordes abluisse, & fugisse, sed confessione, sed lacrymis, sed contrito humiliatoque animo, sed demisso, contracloque vultu, peccatorum, quibus tenemur, catenas eimisse, ac tum demum ad illa sancta deceat accedere mysteria.* Pergitque porrò hortari ad illam ipsam, & acerbè in eos invehitur. qui carini tantum, quod de foris est, purgant, interius verò omnia pleniſſima sunt spurciriarum.

54 Vide imminens periculum, quod Chrysostomus apud Antoninum Abbatem Melissæ *par.2.serm.*100. ob oculos, animumque ponit.

55 Terriò & à luxuria maximè alienus, quia impurus odio est Creatori, qui cùm sit Virginis Filius, si non Virgines, ad minimum castos omnes vult. Ad Sacerdotes, & ad Dominicam mensam accedentes *Sermo est* 38. Petro Blesensi Archidiacono Bastionensi, in Synodo, ubi ex antiquæ legis altaris ministris similitudinem ducit. Hinc Photius *nonocan. titul.* 4. *cap.* 19. *Quomodo qui somniavit communicet* ex Dionysii Epistola ad Basilidem *cap.*4. Timothei *Can.* 12. docet, & *capite* 21. Quando oporteat ab uxore propter communionem abstinere ex Dionysio ad Basilidem *capite* 3. Timothei *Can.* 15. 13. *Quanto vero tempore debeat se homo sanctificare ad perceptionem tanti muneris*, vetus, inquit, Amalarius Fortunatus *offic. Ecclesiast. cap.*34. Historia docet. Dicit in Exodo Dominus Moysi: *Vade ad populum, & sanctifica eos hodiè, & cras, laventque vestimenta sua, & sint parati in diem tertium. In die enim tertio descendet Dominus coram omni plebe super montem Sina. Eodem numero David se & pueros suos sanctificatum dixit, ut comedat panes propositionis. Ita scriptum est. In libro Samuelis* 1. *Reg.* 21. *dixit Abimelech Sacerdos, non habeo panes laicos ad manum, sed tantum panes sanctificati sunt pueri, maximè à mulieribus. Et respondit David Sacerdoti, & dixit ei. Et quidem si de mulieribus agitur, continuimus nos heri, & nudiustertius quando egredebamur, & fuerunt vasa puerorum Sancta. Porrò via hoc pollutæ est, sed & ipsa hodie Sanctificabitur in vasis. Dedit ergo ei Sacerdos Sanctificatum panem.*

56 Dies aliquot præscribuntur Cabilonensi Concilio *capite quadragesimo*, ut minimum post noctem puram communicandum, quare meritissimò Romanos carpit Hieronymus apologia pro libris contra Jovinianum, qui cum ob conjugalem copulam templum ingredi non auderent, communicabant tamen. *Scio Romæ hanc esse consuetudinem, ut fideles semper Christi Corpus accipiant, quod nec reprehendo, nec probo, sed ipsorum conscientiam convenio, qui eodem die post coitum communicant, & juxta Persium, noctem flumine purgant. Quare ad Martyres ire non audent? Quare non ingrediuntur Ecclesias? An alius in publico, alius in domo Christus? Quod in Ecclesia non licet, nec domi licet.*

Voluerunt quidam, mulieres arceri à synaxi, quæ 57 menstrua patiuntur, ut B. Dionysius Alexandrinus Basilidæ scribens: *De mulieribus, quæ sunt in abscessu, an eas sic affectas oporteat Domum Dei ingredi, supervacaneum vel interrogare existimo. Neque enim puto, si sint piæ, & fideles, sic affectas auſuras, vel ad sacram mensam accedere, vel corpus, & sanguinem Domini attingere. Neque enim quæ duodecim annorum fluxum habebat ipsum ad medicinam tetigit, sed solam ejus fimbriam. Ovare enim quomodocumque se habeat aliquis, & utcumque sit affectus Domini memmisse, & auxilium implorare, non est reprehendendum. Ad Sancta autem Sanctorum, qui anima, & corpore puras non est, accedere prohibebitur.*

Theodorus Balsamon ad hunc Dionysii locum, ut 58 quid esse *in abscessu sit*, docuit, refert. Hebræas, dum in profluvio sunt, loco solitario sedere, & quiescere, donec septem diebus præteritis menstruorum fluxus purgatus fuerit, quod *Genesis* 31. Rachel confirmat, cùm ita ad patrem suum Laban loquitur: *Ne irascatur Dominus meus, quod coram te assurgere nequeo, quia juxta consuetudinem fœminarum nunc accidit mihi.* Excludit verò Balsamon eas non interiore tantùm templo, sed vestibulo etiam, ne eis ibi esse liceat, immò & cœmeterio, citatque Leonis Sapientis Imperatoris novellam: *Statuimus de mulieribus, quæ pepererunt, & de iis, qua naturali purgatione detinentur; siquidem vita earum à nulla alia morbosa affectione perturbetur, ut quæ non sunt quidem initiatæ, non sint illuminationis participes. Quæ autem sunt divinis mysteriis initiatæ, impolluta mysteria non participent usque ad quatuor dierum terminum.*

Sed hæc Judaica est superstitio. Copula, & pollutio 59 cum peccato conjuncta, ut corpus fædant juxtà atque animam, meritò hominem arcent à Sancta communione. Copula, inquam, maximè cum quis debitum exigit, & pollutio, quam pridie cogitatione, vel alia illicita ratione procuravit. Alioquin eam dæmon facilè suscitat, ut ab opere Sacrosancto avocet, ut apud Cassianum in collationibus patet,

Quartum est ut scientia instructi accedamus. Nam 60 Damascenus *libro* 4. *fidei capite* 14. ad reliqua eam requirit: *Summo cum metu, pura conscientia, fideque haud quaquam dubia accedamus, ac profectò sic nobis fiet, quemadmodum firmè, ac constanter credimus ipsum porrò omni puritate colamus, hoc est spirituali, & corporea, siquidem duplex ipse est.* Quæ verò tenenda de Sacramento augustissimo proponit Paschasius Ratbertus *lib. de corp. & sang. Domini cap.* 2. *Tanti Sacramenti virtus investiganda est, & disciplina Christi fides erudienda, ne fortè ab hoc censeamur indigni, si non satis discernimus illud, nec intelligimus mysticum Christi corpus, & sanguis quanta polleat dignitate, quanta præmineat virtute, & discernatur à corporeo gustu, ut sit præstantius omni Sacrificio Veteris Testamenti. Hoc sane si quis ignorat, non discernit. Et ideò timendum, ne per ignorantiam, quod nobis provisum est, ad medelam, fiat accipientibus in ruinam.*

Finio cum monitione sancti Joanni Damasceni *loco* 61 *citato. Caterùm hoc pro viribus caveamus, ne Sacramentum hoc vel ab hæreticis accipiamus, vel illis demus. Nolite enim Sanctum dare canibus, inquit Dominus, ne projiciatis margaritas vestras ante porcos, ne aliquo modo & illorum errorem, & condemnationem nobis contrahamus. Nam si omnino hoc affert istud Sacramentum, ut & Christo, & alii alius untamur, non est cubitum, quin omnibus qui nobiscum illud percipiunt, animo, ac voluntate copulemur.*

CON-

CONSULTATIO XCV.

1 *De mutatione, quæ in Eucharistia fit. Vox, Transubstantiatio, an nupera?*
2 *Speciebus, sub quibus occulitur, quæ apud Patres nomina?*
3 *Quomodo transubstantiatio fiat? Anve benedictione?*
4 *Quibus verbis fiat consecratio?*
5 *Unde ea vis verbis sistendi Christum in venerabili Eucharistia?*
6 *Quæ inducere hominem ad credendum transubstantiationem possint? Vbi an ergo plures Christi? Anve, & quomodo idem numero corpus possit esse simul in diversis locis, & ad id Sanctorum exempla.*

1 CLarè admodum mutationem, quæ in venerabili Eucharistia fit Sacrum Concilium Tridentinum *sess.* 3. *cap.*4. fatetur, creditumque semper Catholicis transubstantiationem fieri docet. *Quoniam autem Christus Redemtor noster corpus suum id, quod sub specie panis offerebat, verè esse dixit; ideò persuasum semper in Ecclesia fuit, idque denuò Sancta hæc Synodus declarat, per consecrationem panis, & vini conversionem fieri totius substantiæ panis in substantiam corporis Christi Domini nostri, & totius substantiæ vini, in substantiam Sanguinis ejus. Quæ conversio convenienter, & propriè à Sancta Catholica Ecclesia Transubstantiatio est appellata.* Deinde *can.* 1. & 2. anathema contra sentientibus dicit.

2 Reniuntur adversarii Lutherus, Calvinus, Petrus Martyr, Chemnitius, & quasi nuperum inventum rejiciunt, & à D. Thoma, vel certe à Concilio Lateranensi sub Innocentio Tertio commentum. Negant enim ante Concilium ullo quoquam usurpatam eam vocem. Sed falluntur homines Bardi, qui grammaticam, & nominum ethymologias superare non possunt. Ante Concilium annis aliquot, tamquam vulgari, prorumpit voce Transubstantiatione est usus Petrus Blesensis Cantuariæ, in Anglia quondam Cancellarius, & eam Scopius repetit *serm.*38. In Synodo de Sacerdotibus loquitur, *qui Corpus Domini conficiunt; sumunt, sumendum aliis tribuunt, eorum ministerio panis, & vinum in carnem Christi transubstantiatur.* Epistola verò 140. ad Petrum Clericum unà doctrinam de Venerabili Eucharistia compendiò tradit: *Magna in Sacramentis est eminentia, & intelligentia, quorum fide potius expedienda est, quam ad inventionem humanam, & ut gratia exempli in uno Sacramentorum videas abyssum profundissimam, & humano sensui imperceptibilem, pane, & vino transubstantiatis virtute verborum cœlestium in corpus, & sanguinem Christi, accidentia, quæ prius ibi fuerant, sine subjecto remanent, & apparent. Cumque corpus Christi, caro sit, & non Spiritus, Spiritum tamen, & non corpus reficit, spiritualiter pascens, atque vivificans. Corpus idem apud nos est in diversis locis, quia in diversis altaribus contra naturam corporis. Idem tamen corpus eodem tempore est in Cœlis. Licet enim ex natura corporali, & circumscriptibili sit uno duntaxat in loco, tamen in pluribus locis est virtuali potentia, & spirituali modo. Tanta enim est unio divinitatis, & carnis, quæ tota divina, & gloriosa facta est, ut ex: plenitudine divinitatis, quæ teste Apostolo, corporaliter ibi habitat, illud corpus, licet in uno loco corporaliter, & naturaliter, in pluribus tamen sit divina, & spirituali virtute. Et sicut ipse Deus, quamvis in pluribus, immò in omnibus locis sit virtualiter, & essentialiter, tamen secundùm aliquem modum existendi, ideſt personaliter, est in uno loco, id est in ipso homine assumpto per gratiam ita, quod divinitatis est, retribuit ineffabiliter corpori suo, ut ex unionis virtute, & in uno homine sit Verbum, & in pluribus locis sit illius corporis, & sanguinis incomprehensibile Sacramentum.* Gregorius in Homilia Paschali: *Eodem momento, & in Cœlum rapitur ministerio Angelorum consecratum Corpus Christi, & ante oculos Sacerdotis in altari videtur. Sicut autem divinitas Verbi totum implet mundum, ita corpus illud in pluribus consecratur, nec sunt multa corpora, sed unum corpus, & unus sanguis; ideòque sive plus, sive minus quis inde percipiat, omnes æqualiter Christi corpus integerrimè sumunt.*

Verùm quis stupor in ratiocinando est, negare rem 3 quampiam esse, vel fuisse, quod anonyma sit? Eadem nugas ageret qui Americam crederet ante Americum Vespucium, vel Virgati Insulam ante vapulantem militem non extitisse; quia nomine caruerint ea loca, & in sacris qui sanctam Trinitatem, & ὁμούσιον blasphemè rejiceret, quod in sacris litteris, & ante Nicænum Concilium eo nomine non indigitaretur. Res erat, id satis esse debuit tricenibus istis. Transubstantiatio non erat; quia vox non erat? Omni ævo Ecclesia Sancta Catholica id credidit, nec hilo differt ab illa fide, Evangelistæ tres conspirant, accedit quartus Joannes *c.*6. Deinde Apostolus 1. *Cor.*11. clarè distinctè panem Christi corpus vinum sanguinem enunciat. Utque nihil dubii supersit, magistrorum mentem explanant Ignatius *Epist.* 15. *ad Rom. Non gaudeo corruptibili nutrimento, nec voluptatibus hujus vitæ, panem Dei volo, panem cœlestem, qui est caro Christi Filii Dei, qui factus est posterioribus temporibus ex semine David, & Abrahæ, & potum volo sanguinem illius, qui est charitas incorruptibilis, & vita æterna.* Justinus Martyr *apolog.* 2. pro Christianis: *Posteaquam, & is qui præest, gratias egit populus omnis benedixit, ii, qui apud nos Diaconi dicuntur, dant unicuique eorum, qui adsunt percipiendum panem, vinum; & aquam, quæ cum gratiarum actione consecrata sunt, & ad eos; qui absunt perferunt. Atque cibus hic apud nos Eucharistia nominatur, quem nemini alii participare licet, nisi ei, qui & vera esse credit, quæ nos dicimus, & expiatus est lavacro, quod in remissionem peccatorum, regenerationemque datur, & ita vivit, ut Christus tradidit. Neque enim hæc ut communem, usitatumque panem, potionem capimus, sed ut per Dei Verbum Jesus Christus Conservator noster, & carnem, & sanguinem pro salute nostra habuit; sic etiam cibum qui per preces sermonis, quem ab eo accepimus consecratus est, & quo sanguis, carnesque nostræ aluntur, communione Jesu Christi ejus, qui homo factus est, & carnem; & sanguinem esse accepimus. Apostoli enim in commentariis, quæ Evangelia dicuntur ita sibi Christum præcipisse tradiderunt, eum, accepto, pane, cùm gratias egisset, dixisse: Hoc facite in memoriam mei. Hoc est Corpus meum. Dixisse etiam, accepto poculo, cum egisset gratias, Hic est Sanguis meus, illisque solis dedisse.* Irenæus *lib.*4. *cap.* 32. *Suis discipulis dans consilium primitias Deo offerre ex suis creaturis, non quasi indigenti, sed ut ipsi nec infructuosi, nec ingrati sint, eum, qui ex creaturis panis est, accepit, & gratias egit, dicens, Hoc est Corpus meum. Et calicem similiter, qui est ex ea creatura, quæ est secundùm nos, suum sanguinem confessus est, & novi testamenti novam docuit oblationem quam Ecclesia ab Apostolis accipiens in universo mundo offert Deo, ei, qui alimenta nobis præstat, primitias suorum munerum in novo testamento, &c.*

Insequens ætas conspirat. In Africa Tertullianus *lib.*5. 4 carminum in Marcionem:

Ante diem, quam cum pateretur, Pascha celebrans,
Discipulisque suis tradens memorabile factum,
Acceptum panem pariter, vitisque liquorem,
Corpus, ait, sanguisque meus, qui funditur, hoc est,
Pro vobis fieri semper quod postea jussit.
Quare creatura panem, vinumque putatis
Esse suum corpus cum sanguine? Quæve fatenda?
Non se factorem mundi per facta probavit,
Et portare simul de carne, & sanguine corpus?

Cyprianus *Serm. de Cœna Domini*: *Panis iste communis in carnem, & sanguinem mutatus.* Effectus postea 5 enumerat Augustinus *lib.* 2. *contra literas Petiliani cap.*37. *Aliud est Pascha, quod Judæi de ove celebrant, aliud quod nos in corpore, & sanguine Domini accipimus.*

6 In Europa. Ambrosius *lib. 4. de Sacramentis cap. 4. Didicisti quod ex pane fiat corpus Christi, & quod vinum & aqua in calicem mittitur, sed fit sanguis consecratione verbi cœlestis. Sed forte dicis : speciem sanguinis non video, sed habet similitudinem: sicut enim mortis similitudinem sumpsisti, ita etiam similitudinem pretiosi sanguinis, ut nullus horror cruoris, & pretium tamen operetur redemptionis. Didicisti ergo, quod accipis, Corpus est Christi.*

7 Eligius Noviomensis Episcopus *homil. 5. de utriusque agni Paschalis Iesu: Scitote veraciter ac credite firmiter, fratres dilectissimi, quod sicut caro Christi, quam assumpsit in Utero Virginis, verum corpus ejus est, & pro nostra salute occisum, ita panis, quem tradidit discipulis suis & quem quotidie consecrant Sacerdotes in Ecclesia, verum Corpus est Christi.*

8 Blesensis, *serm. 13. Panis, qui de Cœlo descendit formatus in Utero Virginis, decoctus in clibano crucis dispensatur per eos,* (scilicet Sacerdotes,) *super mensam altaris.*

9 Stephanus Eduensis *cap. 13. de Sacram. altar. Oramus, ut ejus hominum fiat cibus Angelorum, scilicet, ut oblatio panis, & vini transubstantietur in corpus, & sanguinem Iesu Christi.*

Damascenus *4. fidei cap. 14. Nec verò panis, & vinum Corporis Christi figurà sunt, absit enim hoc, verum ipsummet Domini corpus divinitate affectum, quippe cum Deus ipse dixerit: Hoc est non corporis signum, sed corpus; nec sanguinis signum, sed sanguis.*

10 Lanfrancus Cantuariensis *de Eucharist. Sacram. contra Berengarium. Credimus terrenas substantias, quæ in mensa Dominica per Sacerdotale ministerium divinitus sanctificantur, ineffabiliter, incomprehensibiliter, mirabiliter, operante superna potentiâ, converti in essentiam Dominici corporis, reservatis ipsarum rerum speciebus, & quibusdam aliis qualitatibus, ne percipientes cruda, & cruenta horrerent, & ut credentes fidei præmia ampliora perciperent, ipso tamen Dominico corpore existente in cœlestibus ad dexteram Patris immortali, inviolato, integro, incontaminato, illæso.* Ut vere dici possit, & ipsum corpus, quod de Virgine sumptum est nos sumere, & tamen non ipsum. Ipsum quidem quantum ad essentiam, veræque naturæ proprietatem, atque virtutem. Non ipsum autem, si species panis, vinique speciem; cæteraque superius comprehensa. Hanc fidem tenuit à priscis temporibus, & nunc tenet Ecclesia, quæ per totum diffusa Orbem Catholica nominatur.

11 In Asia. Chrysostomus *homil. 83. in Matth. Multæ matres post partum alios nutricibus infantes dedere, quod ipse facere noluit, sed proprio corpore nos alit.* Et post pauca transmutationem pro transubstantiatione usurpat: *Non sunt humanæ virtutis hæc opera, quæ tunc in illa cœna confecit, ipse nunc quoque operatur, ipse perficit, ministrorum nos ordinem tenemus, qui verè hæc sanctificat, & transmutat, ipse est.*

12 Cyrillus Hierosolymitanus *cathech. 4. Sub specie panis datur tibi corpus; & sub specie vini datur sanguis, ut sumpto corpore, & sanguine Christi efficiaris ei comparticeps corporis & sanguinis, cùm ejus corpus, & sanguinem in membra nostra receperimus.*

13 Nicolaus Cabasilas Expositione Liturgiæ *cap. 27. Panis non amplius figura Dominici corporis, neque donum ferens imaginem veri doni, neque ferens aliquam descriptionem ipsius Servatoris passionum, tamquam in tabula: sed ipsum verum donum, ipsum sanctissimum corpus Domini, quod omnia illa verè suscepit probra, contumelias, vibices, quod crucifixum, quod interfectum, quod sub Pontio Pilato pulchrum testimonium confessum est, quod colaphis appetitum contumeliis affectum, sputa passum est, & fel gustavit. Similiter & vinum ipse sanguis, qui exiliit occiso corpore; hoc corpus, & sanguis, qui ex Spiritu Sancto constitutus est, natus ex Maria Virgine, qui sepultus est, qui resurrexit tertio die, qui ascendit in cœlos, & sedet ad dexteram Patris.*

14 Isidorus Dorotheo Comiti *epist. 122. apud Anastasium Sinaitam: Munda Syndon, quæ explicatur in divino ministerio, & ministerium Ioseph ab Arimathia. Ut enim ille Domini corpus involutum Syndone in sepulchrum transmisit, sic nos in Syndone propositionis panem sanctificantem citra ullam dubitationem Christi corpus invenimus.*

15 Nicetas in Cathechesi Sacramentorum dicit inter reliqua, illos sic post anathematismos profiteri: *Credo etiam corpus, & sanguinem Iesu Christi revera esse, quæ divina illius virtute intellectualiter, & invisibiliter supra omnem intellectualem cognitionem, utque solus ille novit, transmutata sint. Eaque ita etiam ego me percepturum polliceor, utque revera sint caro, & sanguis ipsius in sanctificationem animæ, & corporis, & vitam æternam, denique regni cœlorum hæreditatem, transmutata iis, qui perfecta in fide communicant.*

16 Omnes conspirant. Plures, qui volet, à Bellarmino petat digestos ordine ætatum, à Garetio redactos in centurias, ab aliis confertim, veritati certissimæ astruendæ in aciem productos.

17 Ad secundum. Fugit panis, & pignori accidentia relinquit, quasi vestem. Sub iis Christi corpus latet. Vocarunt antiqui *Species*. Cyrillus Hierosolymitanus catechesi mystagogica 4. de mysterio communionis: *Num hoc corporeo prolato, ut istud dijudicetis vobis præcipitur? nequaquam, sed potius fide certa, & omnis dubitationis experti. Gustantes enim non panem, & vinum, ut gustent jubentur, sed quod sub specie est, videlicet panis, & vini, corpus, & sanguinem Christi.* Lanfrancus *cap. 8. Quid secretius quàm panis, vinique speciem conspicere, saporem gustare, tactum sentire, & tamen mirabiliter, operante Deo verâm carnem, verumque sanguinem credere, comedere, bibere?* Indeque *mysterium*. Augustinus dici vult *lib. de catechiz. rudib.* quod mysterium, & secretum idem sint.

18 *Apparentem panem*, Macarius Ægyptius *homil. 27. Sumentes ex apparenti pane, corpus Christi comedunt.* Et Cyrillus *catech. 4. Apparens panis, sed corpus Christi.* Qui ibi loci typos etiam vocat, ac paulò post ita se explicat: *Sciens, & certissimò habens, panem hunc, qui videtur à nobis, non esse panem, etiamsi gustus panem esse sentiat, sed esse corpus Christi, & vinum, quod à nobis conspicitur, tametsi sensus gustus vinum esse videatur, non tamen vinum sed sanguinem esse Christi.*

19 *Antitypa*, quæ Plotino contra Gnosticos *cap. 6. rerum imagines, non res ea ipsæ.* Nec enim species panis, vel vinum sunt, sed earum notæ, & argumenta. Clemens *lib. 3. Constitutionum cap. 13. Cum autem trädidisset nobis antitypa mysteria.* Dionysius Areopagita *cap. de Communione*, Hilarius *can. 30. in Matth. aliter antitypa sumunt, nempe ut typis opponuntur veteris legis typorum loco, quia non nudi typi sunt; rem enim, quam referunt, conferunt. Speciei ergo panis vim panis signant, idest, sustentationem & nutritionem, vini autem hilaritatem spiritus*, &c. Epiphanius homilia de resurrectione: *Non veteras sentia novi Paschæ pro veteri mysteria antitypa.*

20 *Typus*. Nazianzenus *orat. 42. Iam verò Paschatis participes erimus. Nunc quidem adhuc typicè tametsi apertius quàm in lege veteri: Legale siquidem pascha, nec enim dicere verebor, figuræ figura erat obscurior, aliquanto post autem perfectius, & purius tum videlicet, cum Verbum novum illud nobiscum in regno Patris bibet, patefaciens, ac docens, quæ nunc omnino plenè demonstravit.* Nicetas in Commentario sic explicat: *Paschæ nostrum futuri paschæ figura dici potest. Quia quandiu in hoc mundo versamur, crassius adhuc Christi participes sumus, nempe per sanctam ipsius carnem, illic autem verius, ac perfectius*, &c. *Explanatius fortasse figuram dixerimus nostrum pascha, quia per speculum adhuc videmus, & in ænigmate, cum sub speciebus Christum ipsum habemus, habituri absque velamine in cœlis, figuram verè figuræ paschæ veteris, novi scilicet symbolum, & prophetiam.*

21 *Effigiem*. Iodocus Clichtoveus *in lib. 4. cap. 14. Damasceni de fide.*

22 *Figuras*. Damascenus *4. fidei cap. 24. Figuræ rerum futurarum dicuntur idcircò, non quod non verè corpus, & sanguis Christi sint, sed quod nunc quidem divinitatis Christi*

Christi participes per ea efficiamur, tunc autem intellectuali modo, ac per solam aspectum.

23 *Similitudinem*. Ambr. *lib. 4. de Sacram. cap. 4.* Forte dicis: *Speciem sanguinis non video, sed habet similitudinem. Sicut enim mortis similitudinem sumpsisti, ita etiam similitudinem pretiosi sanguinis bibis, ut nullus horror cruoris sit, & pretium tamen operetur redemptionis.*

24 *Velamen*. Martinus V. contra errores Joannis Vicleffi: *Si quis suspectus fuerit super præmissis articulis juxta hunc modum interrogetur: Utrum credat, quod post consecrationem Sacerdotis in Sacramento altaris sub velamine panis, & vini, non sit panis materialis, & vinum materiale sed idem per omnia Christus, qui fuit in Cruce passus, & sedet ad dexteram Patris?*

25 *Symbola*: Maximus *de Ecclesiast. mystagogia: Et largitur nobis nobis archetypa mysteria, quæ nobis hic per symbola sub sensum cadentia ostensa sunt.* Andreas Hierosolymitanus Episcopus Cretensis *homil. in Dominicam Palmar. Immolatur in symbolis antitypis conseratus.*

26 *Sensibilia*. Odo Cameraci Episcopus expositione Canonis: *Est mysterium fidei, quia quod creditur sensibilibus quibusdam obtegitur: nam verus sanguis creditur, quod vinum visu sentitur, & gustu. Est fidei mysterium quia quod fides credit, intus est occultum. Intus est verus sanguis, vera fide exterius est falsum vinum, vera specie. Sentitur vinum, & non est, non apparet sanguis, & est, sensus decipitur qualitate, certa tenetur fides rei veritate. Ideoque sanguis dicitur fidei mysterium, quia sanguinem fides credit intus occultum, apertum est quod sentitur, occultum est quod creditur.*

27 *Qualitates*. Hugo Episcopus Lingonensis, qui sub annum Christi Redemptoris 1050. floruit insigni doctrina *Epist. ad Berengarium*: *Sicut Verbum Dei in carne invisibile fuit, mansit tamen quod erat, sic ista ipsa caro quia jam in verbo consistit, quodammodo invisibilis factâ, quodam iterum immutabili, proque consilio, panis, & vini quibusdam qualitatibus occultatur, sed spiritualibus oculis ipsa carnis veritas non negatur. Alioquin fides tanti misterii deperisset, si cruor in calice fieret manifestus. Et si, ut in marcello Christi ruberet caro, rarus in terris esset, qui hoc non abhorreret.*

28 *Ad tertium*. Quoniam Apostolus *1. Cor. 10.* ait: *Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est, & panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est?* Et quia Patres in eum ferè modum loquuntur, Cyprianus de Cœna Domini: *Panis substantialis, & calix solemni benedictione consecratus.* Ambrosius *lib. de iis, qui initiantur: Probemus, hoc esse, quod natura formavit, sed quod benedictio consecravit, majoremque vim esse benedictionis, quam naturæ, quia benedictione etiam natura ipsa mutatur.*

29 Quidam putarunt, Consecrationem benedictione à Christo factam. Ita Innocentius Papa *de mysteriis Missæ: Sanè dici potest, quod Christus virtute divina confecit; & postea formam expressit, sub qua posteri benedicerent. Ipse namque virtute propria per se benedixit, nos autem ex illa virtute, quàm indidit verbis.* Et D. Thomas eum locum explicans: *Cui benedicimus, idest nos Sacerdotes consecramus.* Odo Episcopus Cameracensis, expositione Canonis: *Benedixit, sumn corpus fecit, qui prius erat panis, benedictione factus est caro; modo caro jam non panis.* Deinde pergit: *Putet, quod panis, acceptâ benedictione, factus sit corpus Christi. Non enim post benedictionem dixit: Hoc est Corpus meum, nisi in benedictione fieret Corpus suum.*

30 Albertus Magnus de Offic. Missæ plures in illa opinione refert, qui dicerent, *Quod virtute deitatis sue sive verbo, & signo transubstantiavit, quia corporalibus verbis, & signis Christus uti non opus habuit, sicut qui habuit potestatem excellentiæ, & non sicut minister clave utebatur. Sed quia nullus istorum probatur aliqua auctoritate, & prima expositio dubium non habuit, ideo secundum plus placet inter ista.* Id autem erat, *quod signo quodam manus benedixit.* Deinde secundum, *quod verbo occulto, quo etiam panem in corpus suum transubstantiavit.*

31 Ratiunculas quasdam profert Stephanus Eduensis *de Sacram. altar. c. 14.* Prima: *Nisi in benedictione sua corpus suum fieret, nihil aliud, quam panem communem frangeret, & discipulis suis daret.* Secunda: *Si benedictione sua panem in corpus suum convertit in verbis istis Hoc est Corpus meum, non reliquit nobis virtutem Sacramenti, quia priusquam hæc verba diceret, benedixit, fregit, & dans discipulis præfata verba protulit, eis dans virtutem Sacramenti, quasi dicat, Panem, quem accepi, in corpus meum transubstantiavi, & illud do vobis. Propterea dicimus, & credimus, quod cum benedixit, corpus suum fecit; & in his verbis: Hoc est Corpus meum, Hoc est Calix Sanguinis mei, &c. data est virtus Sacramenti; dixit enim, & facta sunt. Unde intelligendum est, verba à Domino prolata, prius dicta, & iterum repetita. Sic enim legendum est: Benedixit dicens: Hoc est Corpus meum, deinde fregit, & dedit discipulis suis, iterum dicens: Hoc est Corpus meum. Vel potest esse, quod, benedictione facta, tradens corpus suum discipulis, præfata verba protulit, eis dans virtutem Sacramenti.*

32 *Eo tendem progressum, ut putarent quidam, signum Crucis Christum expressisse, & traditionem Apostolorum censuerint.* Sed respondeo ex Alberto, sive Auctore, & pondere hæc dici, adeòque gratis, admittoque signum Crucis adhiberi meritò, non tamen manifesto Christi exemplo. Amalarius Fortunatus *l. 3. de offic. Ecclesiast. c. 24. Si Dominus quando benedixit panem, fecisset Crucis signaculum, ipsi nonnet, qui præsentes fuerunt, præferum cum nondum erectum vexillum Sanctæ Crucis, at modò necessaria est, dicente Augustino in expositione Evangelii Joannis homil. 64.* Augustinus *Ser. de tempore 181. Hoc signa Crucis consecratur Corpus dominicum sanctificatur. fons baptismatis, initiantur etiam presbyteri, & cæteri gradus Ecclesiastici, & omnia, quæ sanctificantur, hoc signo Dominicæ Crucis cum invocatione nominis Christi consecrantur.* Videretur profectò benedictioni signo Crucis expresè consecrationem addicere, nisi se ipse *ser. 19. de Sanctis explicaret: Cum ejusdem Crucis charactere Basilicæ dedicantur, altaria consecrantur altaris Sacramenta cum interpositione dominicorum verborum conficiuntur, & in universum omnia Ecclesiæ Sacramenta in hujus virtute perficiuntur.* Quasi dicat, Crucis quidem signum adhiberi, sed interpositis verbis confici Sacramentum. Planius *tract. 118. in Ioannem. Quod signum nisi adhibeatur, sive frontibus credentium, sive ipsi aquæ, ex qua regenerantur sive oleo, quo Chrismate unguntur, sive Sacrificio, quo aluntur, nihil eorum ritè perficitur.* Adverte, B. Augustinum dicere, *Nihil eorum ritè perficitur*, atque ideò consecrare quidem qui verbis sine benedictione ureretur, sed quia præteriret benedictionem, non ritè facere, sed peccare.

33 Planissimè Chrysostomus *hom. 55. in Matth. Veluti coronam sic læto animo Crucem Christi circumferamus. Omnia, quæ ad salutem nostram conducunt, per ipsam consumantur. Nam cùm regeneramur, Crux Domini adest cum sacratissimo alimur cibo, cum in ordine consecrandi statuimur, ubique, ac semper id victoriæ insigne nobis adsistit*, &c. Adsistit concurritque ac sine Crucis signo lite in sacris nihil fit. Eidem cum Augustino verbis usus est Beda *in c. 19. Ioannis.*

34 Superius verò Amalarius probarat in consecratione observanda ea omnia, quæ Christus circa eam gessit, idque ex Cypriano, cujus verba ad Cœcilium de Sacramento Dominici Corporis sic erant: *Invenimus non observari à nobis quod mandatum est, nisi eadem quæ Dominus fecit, nos quoque facsamus.* Mandavit autem expresè Christus, *Hoc facite in meam commemorationem*, scilicet quod ipse faciebat, illi facerent. Si igitur consecravit benedictione, non verbis, Sacerdos eadem consecrabit.

35 Argumentis Stephani duplici ratione fieri satis potest. Primò si dixerimus verba Consecrationis à Chri-

sto post benedictionem dicta non fuisse, sed Evangelistas potius significare concomitantiam verborum Christi cum rebus gestis, sic tamen, ut prius facta verbis referant, nec verò determinent signatè, & quando, & ad quam actionem verba enuntiarit: *Accepit, benedixit, fregit, dedit, dicens, &c. Atque hoc pacto benedictio, & gratiarum actio per verba consecratio esse potuit, consecratio enim efficax oratio est, & benedictio mystica.* Ita colligere est ex Auctore *Ser. de Cardinalib. operib. Christi Sen. de Cœna Domini*, ubi verba solemnia benedictionem solemnem vocat. *Secundo tamen prolata verba à Christo nihil nos cogit asserere, ut Stephanus voluit, quia facere possumus sic fecisse, Benedixit, dicens: Hoc est Corpus meum*, Deinde, *fregit, deditque discipulis suis.*

36 Secundò Benedictionem præiviſſe consecrationi ex textu Græco. Nam Matthæus, & Marcus, Lucas, & Paulus, *cùm benedixisset, cùm gratias egisset.* Quod Justinus *Apolog. 2. gratiis actis* est interpretatus: Et Concilium Tridentinum *sess. 13. cap. 1. Post benedictionem testatus est, se dare corpus suum.* Innuit idem Ecclesiæ usus in Canone, ubi ad verbum, *Benedixit* formatur Crux quæ Christi benedictionem, repræsentat. Liturgia Græca habet, Christum; cum gratias egit, in cœlum suspexit, sumpsisse unà panem, elevasse, ideò Patri ostendisse, ut Dei nomen, ac Spiritus Sancti virtutem super eum invocaret, benedictionem adhibuisse, postulans, proposita dona commutari, Confirmat Christi mos, semper enim in rebus majoris momenti ad Patrem convertebatur, oculos sustollebat in cœlum, agebat gratias, &c.

37 Ad quartum. Votum desiderio Erasmo fuit præfatione, ad Paraphrasin Epistolæ prioris ad Corinthios. *Utinam illud saltem aperuisset Paulus, à quibus, quo tempore, quo cultu, quo actu, quibus verbis consecrari soleat panis ille mysticus, & Sacrosancti Dominici Sanguinis potus.* Rationem dubii Lutherus ponit, ut ostendat, se nunquam nisi barde stultum, & ut Marcionem Tertullianus appellat, *peponem*, libello de abroganda Missa privata, formulam, qua modò utimur; ab Ecclesia, confictam non usurpatam à Christo. Felicius non inventa reperta est Joanni Bockeldo Sartori Regi Israël Monasterientium Anabaptistarum Antesignano, qui his verbis utebatur, teste Lindano Dubitantii *dialog. 2. Accipe, ede, memento Domini.* Tum Vvaldensibus, qui faciebant apud Guidonem Carmelitam *l. de hæresib. Vvaldens. c. 9.* dicendo *Septem Paster noster.* Bruno quidem de Officio Missæ dicit per Orationem Dominicam, & Immissionem Corporis Domini vinum consecrari, ut populus possit plenè communicare. Augustinus ad Quod vultdeum *hæres. 17.* Ophitæ: *Colubrum, qui decepit Adam, & Evam Christum arbitrantur, sed habent etiam verum colubrum, quem nutriunt, & venerantur, qui & incantante Sacerdote egreditur de spelunca, & ascendit super altare innixum spelunæ, & oblationes eorum lambit, & involvens se circa eas regreditur ad speluncam, & ita confingunt oblationes in Eucharistiam, quasi à Serpente Christo, ut illi putant, sanctificatas.* Confirmat Tertullianus *de præscriptionib. cap. 47.*

38 Concilium Florentinum definivit, & Ecclesiæ Catholicæ mentem protulit: *Forma hujus Sacramenti sunt verba Salvatoris, quibus hoc confecit Sacramentum. Sacerdos enim in persona Christi loquens, hoc conficit Sacramentum.* Ubi duo docet, Christum, Sacerdotemque qui Christi vice consecrat, iisdem verbis facere.

39 Gregorius Nyssenus in Oratione Cathechetica apud Eutymium in panoplia *tit. 21. Panis statim per verbum in Corpus mutatur, ut dictum est à verbo, Hoc est Corpus meum.* Ita & Chrysostomus *homil. de prodit. Jude, & homil.. 2. in epist. ad Timoth. 2. Ut verba, quæ loquutus est Christus, eadem sunt, quæ Sacerdotes nunc quoque pronuntiant, ita & oblatio eadem est.* Ambrosius *lib. 4. de Sacram. cap. 4. & cap. 5.* Eusebus Emyssenus *serm. de Paschate*, Innocentius Tertius *lib. 4. de sacro mysterio altaris.* Damascenus *lib. 4. fidei cap. 14. Dixit antiquitus: Producat terra herbam virentem, atque ea etiamnum orto imbre fœtus suos producit, divino præcepto impulsa, ac roborata, dixit Deus: Hoc est Corpus meum, & hic sanguis meus, & hoc facite in meam commemorationem atque omnipotenti ipsius præcepto, donec ipse veniat, hoc efficitur. His enim usus est verbis, donec veniat, & pluvia huic novæ segeti per consecrationem existit Sancti spiritus vis inumbrans.* Auctor *serm. de Cardinalib. oper. Christi serm. de Cœna Domini: Manducaverant & biberant de eodem pane secundùm formam visibilem, sed ante verba illa cibus ille communis tantum nutriendo corpori commodus erat, & vitæ temporalis subsidium ministrabat, sed ex quo à Domino dictum est, Hoc facite in meam commemorationem, Hæc est caro mea, & hic est sanguis meus, quotiescunque his verbis, & hac fide actum est, panis iste substantialis, & calix benedictione solemni sacratus ad totius hominis salutem proficit.*

A Latinis Græci recentiores dissident, quod hi ad 40 verba, quæ Christus protulit precationes quasdam adjiciant, quibus Sacerdos orat, dona sanctificari, sine quibus nihil fieri censent. Catholicam Latinorum sententiam hoc argumento probat Nicolaus Cabasilas ab auctoritate Chrysostomi, quod etiam conatur frustrà infringere. *Quemadmodum opifex sermo, hic scilicet, Crescite, & multiplicamini, semel quidem à Deo dictus est, semper autem operatur, ita etiam hoc verbum semel à Servatore dictum perpetuo operatur. Qui ergo sua oratione magis confidunt, quàm verbo Domini, primò quidem eam accusant imbecillitatis, deinde sibi ipsis magis videntur confidere, & tertiò rem tantam, nempe Sacramentum à re dubia, nempè humana ratione, volunt pendere, & quod oportet plenissimè credere efficiunt plenum dubitatione.* Respondet, comparatione institura inter utramque Dei sententiam. *Crescite, & multiplicamini, & hoc est Corpus meum*, ut enim priori ea vis impressa non est, ut quavis opera generationi impensa, illicò liberi sequantur, sed interdum effectu suspenso preces impendendæ, quibus prolem parentes impetrent, omitto alia naturæ munera, quæ concurrere debent, ut coitionem, nutritionem, & occulta quædam arcana, *ita credimus, ipsum esse, quod operatur mysterium, Domini scilicet verbum. Sed hic per Sacerdotem, per ejus interpellationem, & orationem, non enim per omnia operatur simpliciter, neque quomodocumque, sed multa sunt, quæ requiruntur, sine quibus non facient, quæ sua sunt.*

Verùm ut nos item aliquid reponamus, hoc dicimus, 41 ea ipsa sententia, *Crescite, & multiplicamini*, nihil per se productum, sed fœcunditatem naturæ inditam, qua, causis positis, nulloque impedimento interveniente, effectus, ideſt, sperata proles succedat. Iis verò Sacramenti verbis Christus Sacrum suum Corpus pani fecit succedere, voluitque, quemadmodum illi, Sacerdoti eadem super apta materia iteranti, nulla necessaria prece natura pareret, credereque panis venienti Creatori. Per se igitur hæc verba producunt effectum, quod alia, nisi mediis à Deo constitutis facere non possunt. Ea mens Concilii Florentini, in quo cum Latinis Græci conspirarunt. Accedit ratio. Si enim iis verbis transubstantiatio non fiat, sed posteà precibus fusis ad Deum, falsus cum Christo Sacerdos erit, cum diceret, *Hoc est Corpus meum.* Quia adhuc tum panis erit, sed per preces fiet Christi corpus.

Discrimen inter utrosque est, quod Græci absolute, 42 preces requirant consecrandis Corpori, & Sanguini Latini tantum orent, sibi fieri, ideſt vim Spiritualem efficaciamque, ac fructum Sacramenti, ne quod venenum animæ in judicium sumant, & condemnationem. Ambrosius *lib. 4. de Sacram. Quomodo potest qui panis est corpus esse Christi? Consecratione. Consecratio igitur quibus verbis est, & quibus sermonibus? Domini Jesu. Nam per reliqua omnia, quæ dicuntur, laus Deo defertur.*

Quod dicit, consecratione, id est, Jesu verbis tran- 43 subſtantiatio fit, reliqua, seu parerga, adjiciuntur.

Ad sextum. A Christo, & Spiritu Sancto Chryso- 44 stomus

stomus *homil. de prodit. Iudæ. Adest nunc quoque Christus, qui illam mensam facit, ille ipse nunc etiam ornat. Non enim est homo, qui hæc munera facit corpus, & sanguinem Christi, sed qui crucifixus est pro nobis. Christus, figuram quidem adimplens, adstat Sacerdos, illa verba pronuncians, potestas verò, & gratia tota Christi est. Hoc est Corpus meum, ait, hoc verbum res propositas transmutat.* Deinde: *Sacerdotis ore verba proferuntur, & Dei virtute consecrantur, & gratia.* Præclarè Cæsarius Arelatensis *homil. 7. Recedat omne infidelitatis ambiguum; quandoquidem qui auctor est muneris, ipse etiam testis est veritatis. Nam invisibilis Sacerdos visibiles creaturas in substantiam Corporis, & Sanguinis sui verbi secreta potestate convertit.*

A Spiritu Sancto. Augustinus *lib. 3. de Trinit. cap. 4.* 45 *Non sanctificatur, ut sit tam magnum Sacramentum, nisi operante invisibiliter Spiritu Dei.* Quare Sanctum Spiritum demirti orant Sancti Jacobus, & Clemens in Liturgiis, & per preces has, ait Proclus *tract. de tradit. divinæ Liturg. Spiritus Sancti adventum expectabat, ut ejus divina præsentia propositum in Sacrificio panem, & vinum aquæ permixtum, ipsum illud Corpus, & Sanguinem Servatoris nostri Jesu Christi efficeret.* Damascenus *lib. 4. de orthodoxa fide cap. 14. Omnia quæcumque fecit Deus, Sancto Spiritu cooperante fecit, sic & nunc Sancti Spiritus operatione hæc super naturam operatur, quæ non potest capere, nisi sola fides. Quomodo fiet istud, dicit Sacra Virgo, quoniam virum non cognosco? Respondit Gabriel Archangelus: Spiritus Sanctus supervenies in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Et nunc interrogas, quomodo panis sit corpus Christi, & vinum, & aqua sanguis Christi? Respondeo tibi, & ego: Spiritus Sanctus obumbrat, & hæc operatur super sermonem, & intelligentiam; panis autem, & vinum transmuntur.*

Basilius in anaphora Spiritus Sancti operationem 46 graphicè exprimit, Diaconi, Sacerdotisque munera referens: *Diaconus: Quam veneranda est ista hora, & hoc tempus dilectissimi, cum Spiritus Sanctus vivus, & supremis Cœlorum sedibus descendit, atque incubat, manetque super hanc Eucharistiam propositam, eamque consecrat. Tacitè igitur, & reverenter orate.* Sacerdos deinde inclinatus orat, tum absolutâ voce: *Domine, exaudi me. Populus: Kyrie eleison. Sacerdos: Et efficiat panem istum corpus gloriosum Domini Dei nostri Jesu Christi. Et calicem hunc sanguinem Domini Dei regnantis super omnia Jesu Christi.* S. Germanus; Constantinopolitanus Patriarcha in Theoria rerum Ecclesiasticarum: *Obsecrat*, scilicet Sacerdos, *ut conficiatur mysterium filii ejus, & fiat, sive transmutetur ipse panis & vinum in corpus, & sanguinem Christi, & Dei, & impleatur hoc: Ego hodie genui te. Vide & Spiritus Sanctus beneplacito Patris, & voluntate Filii invisibiliter præsens submonstrat divinam confectionem, & manu Sacerdotis obsignat, & transmutat, & conficit proposita ideſt dona, in corpus, & sanguinem Domini nostri Jesu Christi.*

Apud Sophronium Patriarcham in Prato Spirituali 47 *cap. 150.* visibilem se Spiritus Sanctus dedit memorabili facto. Expressum hoc in vita B. Udalrici apud Bernonem Augiensem *cap. 8. Nam in ipsa solemni die Paschæ, multa fratrum caterva adstante, dum Sanctus Sacerdos divina celebraret mysteria, dextera quædam apparuit superna, quæ cum ipsius dextera divina sanctificavit Sacramenta.* Quod sæpius deinde accidit cum ad aram fuit.

Forma tamen integre servanda est. Unde vitiare for- 48 mam sine scelere non licet, ut blasphemè apud Irenæum *lib. 1. contra Valentinum cap. 18.* hæretici faciunt in baptismo. Regulam servandam Algerus *de Sacrament. cap. 13.* præscribit: *Si in Solemnibus verbis, vel reticendo, vel admiscendo hæresim inducunt, Sacramentum eorum vel veritate, vel utilitate mutilatur, teste Ambrosio in lib. de initiandis rudibus.* Deinde: *Si autem vel incuria, vel negligentia, vel ignorantia aliqua erroris verba inserantur, non ideò Sacramentum minus fieri credendum est. Quia, ut supradictum est, Deus interrogat veræ fidei radicem, non locutionis florem.* Nisi tamen sensus formæ vitietur.

Ad septimum. Altius mysterium est, quàm quod à 49 vobis penetrari possit, fides tamen eò ducet. Guitmundus Aversanus *lib. 1. de verit. Eucharist. Non præcepit tibi Christus; intellige, sed crede, quod quicquid omnino fieri vult, fiat. Non enim prius intelligendum, ut postmodum credas, sed prius credendum, ut postmodum intelligas; nec Propheta Isaias dixit Isaiæ 7. Nisi intelleveritis, sed nisi credideritis, non intelligetis.* Similia tamen manducunt, quæ hic dabimus, ut intellectus videat supra naturam id esse, non verò contra illam.

Generatio hominis. Beatus Samonas Gazæus Ach- 50 med Saraceno clavum clavo, interrogatione interrogationem solvit. Dubitabat ille, quo pacto verbis solemnibus in Christi corpus panis, vinumque in sanguinem mutaretur. Contra, inquit Beatus, *interrogabimus, cum ratio carnalis generationis omnibus sit perspicua, qui humidum illud, quod infunditur in procreationem animalis, in hominem convertitur? Atque nulla est ratio in hac re, quæ ratiocinatione aliquid probabile excogitare possit. Quidnam enim commune definitio hominis collata cum illa qualitate, qua cernitur, habet? Nam homo est quiddam rationis particeps, vique intelligendi præditum, illud autem in humida quadam qualitate cernitur, nihilque amplius, quàm id, quod sensu cernitur, comprehendit intelligentia, sed virtute divina illud convertitur in hominem, qua sublata perstat immotum, & inefficax. Si igitur illic non id, quod sublatum est, hominem efficit, sed virtus divina transfert id quod apparet in naturam hominis, extrema est insipientia illic tantam, tamque immensam Dei potentiam attestantes, existimare hic Deum impotentem esse, ut adimpleat suam voluntatem.*

Sed urget Achmed. *Quid pani commune cum carne?* 51 *Dic mihi*, inquit Samonas, *quæso. Quid commune humori cum imagine Dei? Verum quemadmodum nihil est illic novum, & inauditum, si volente Deo humidum transeat in animal nobilissimum, ita etiam hic pariter credendum est, non esse mirum, si virtutis divinæ accessu ad immortalitatem panis transeat, & in Christi corpus convertatur.*

Rerum omnium productio. Divus Gaudentius Bri- 52 xiensis *serm. 2. ad Neophytos: Ipse naturarum Creator, & Dominus, qui produxit de terra panem, de pane rursus, quia & potest, & promisit, efficit proprium corpus, & qui de aqua vinum fecit, & de vino fecit sanguinem suum.*

Mira impostorum arte edita. Anastasius, Nicenus 53 *quæst. 23. inscripte.* Stupenda rerum eventa, & mutationes commemorat, quæ transubstantiationem minus incredibilem reddunt, maximè cùm Deus plus dæmone possit, & ex iis plurima transubstantiationis similitudinem præseferant. *Iadnes, & Jambres Moysis tempore virgas suas in serpentes, & aquam in sanguinem mutantes, ranarum multitudinem ex aquis produxerunt adeò, ut iis repleretur Ægyptus, &c. Rursus autem Simon, qui fuit Magus, tempore Apostolorum quàm multa phantastica fecit signa? Statuas faciebat ambulare, & in igne volutatus non urebatur, in aëre volabat, & ex lapidibus faciebat panes, serpens fiebat, & in aliquas alias bestias transformabatur, duas habebat facies in aërem convertebatur, fores clausas aperiebat, in conviviis exhibebat spectra formarum omnis generis, vasa, quæ erant in ædibus faciebat videri tamquam quæ sua sponte moverentur ad ministerium iis, qui portabant non visis. Efficiebat, ut multæ umbræ eum præcederent, quas dicebat esse animas mortuorum, multos autem tentantes eum dicere præstigiatorem cum nos esset allocutus, & deinde convivii prætextu bovem sacrificasset, & eos convivio excepisset, variis morbis, & dæmonibus subjecit. Et à Cæsare aliquando quæsitus, ac territus, aufugit, sua forma alis imposita.* Pergit de Juliano, Apollonio Tyanæo, Apuleio præstigatoribus sub Domitiano dicere, quæ ille præter naturæ ordinem gesserint, dæmonis administrio

54 Miracula ſuggerit S. Ambroſius *lib. de iis, qui myſteriis initiantur c. 9. Virgam tenebat Moyſes, projecit eam & facta eſt ſerpens, rurſus apprehendit caudam ſerpentis, & in virgæ naturam revertitur. Vides igitur prophetica gratia bis mutatam eſſe naturam, & Serpentis, & Virgæ. Currebant Ægypti flumina puro aquarum meatu ſubitò de fontium venis ſanguis cœpit erumpere, non erat potus in fluviis. Rurſus ad Prophetæ preces cruor ceſſavit, fluminum aquarum natura remeavit. Circumcluſus undique erat populus Hebræorum, hinc Ægyptiis vallatus, inde mari clauſus, virgam levavit Moyſes ſeparavit aquas, & in murorum ſpeciem congelavit, atque inter undas via pedeſtris apparuit, &c. Sitiebat populus, parum tetigit Moyſes petram, & aqua de petra fluxit. Numquid non præter naturam operata eſt gratia, ut aquam vomeret petra, quam non habebat naturæ? Quàm tranſubſtantiationis non umbra, ſed proptiè ea ipſa? De uxore Lot, quæ Domini præceptum præterierat Geneſis 14. respicienſque uxor ejus poſt ſe verſa eſt in ſtatuam ſalis.* S. Bononius Loudenſis Abbas ea abſtinentia erat, ut etiam in Paſchate vinum rejiceret, miniſtro autem duobus poculis, uno aquam, vinum altero ferente, ex priore viro Sancto fundit, ſigno Crucis præmiſſo. Bibit Bononius, viditque vinum eſſe. Mandat ergo vinum effundi, & infundi aquam. Ita fit, ſed illam conſignat, & Deus tranſmutat in vinum. Quod ille advertens, ſuccenſet miniſtro, aquam ſe, non vinum popoſciſſe, dictitans. Famulus perſiſtit, aquam fuiſſe. Tertiò idem agitur, & Sanctus gratias Deo refert pro incredibili in ſe amore, & beneficentia, & ex manuſcripto antiquo Codice.

55 Fortunatus ad Germanum Epiſcopum Pariſienſem de vita Marcelli Epiſc. Pariſienſis: *Cùm Subdiaconi miniſterio fungeretur* [ſcilicet B. Marcellus] *in die Epiphaniorum hauriens aquam de Fluvio Sequana, dum B. Prudentio Epiſcopo manibus abluendis offerret, mutatis elementis, vini ſapor inventus eſt. Quo viſo obſtupeſcens Pontifex, juſſit ex ipſo urceo in calicem Sacrum infundi, unde univerſus populus, Miſſa celebrata, ad communionem accepit, & ipſum vas cum ad plebis multitudinem ſuffeciſſet, ac ſi non tactum, & integrum, ſic plenum permanſit, cujus vini myſtico beneficio poſteà multi infirmi ſanati ſunt.* Simile ſubjungit de aqua converſa in balſami liquorem: *Cum vir Sanctiſſimus quadam vice ex ſui officii ſervitute aquam manibus venerabili Epiſcopo porrexiſſet, mox inde balſama cœperunt frangere, & dum unda curreret, viſa ſunt chriſmata reſpirare, ut penè Pontifex crederet ſuas manus magis ungere, quàm lavare, & alteras aquas quæreret, unde priores undas ablueret.* De aqua in vinum mutata exempla quamplurima ſuppetunt, ut eſt illud, quod Canonici Cremonenſes referunt in vita Sancti Homoboni ſui civis, ac divi tutelaris: *Cum prædiolum, cæteris divenditis, & in egenos erogatis, ſibi ac pauperibus ſervaſſet, eoque foſſoribus vinum aliquando ferret, occurrere ei medici aliquot ab eo petentes, quibus vir Sanctus ſumma cum animi hilaritate, & frontis lætitia porrexit. Sed cum exhauſti ferè forent canthari, nec propter uxoris acerbitatem auderet domum reverti, eos aqua replevit, ac benedixit. Vinitores autem ſeſe nihil unquam ſuavius guſtaſſe aſſerentes, quærebant, unde tam bonum vinum habuiſſet. Vir Dei, qui optimè ſciret, quod feciſſet, arbitratus ſe derideri, bibit, & ipſe incomparabilis bonitatis vinum, gratiaſque Deo, cujus eſſet opus illud maximas egit, nec tamen vitandæ inanis gloriæ cauſa, quæ imprudentium hominum omnem rectè factorum mercedem furtim prædatur, quod factum fuerat, cuiquam dicebat, nec exire, nec in vulgus emanare patiebatur, ſed qui eum viderant, dum aquam in vaſa infunderet, cum & ipſi vinum guſtaſſent hoc miraculum cæteris prædicaverunt.*

56 Hucbaldus Elnonenſis eo die, quo Beata Fuldegundis Beatorum Amandi, & Auberti Epiſcoporum conſilio ſua omnia in Eccleſiam, & pauperes diſtribuiſſet, ſub nectam, *dum ipſa jubente, miniſtri ſibi deferrent ad potandum aquam, de fonte; qui nuptiarum celebratoribus in Cana Galilææ vinum ex aqua largitus eſt, ipſe fontis aquam ſponſæ ſuæ refocillandæ, mutavit in mirabilis vini ſaporem. Quod factum cum omnibus ancillis Dei in Monaſterio innotuiſſet, tantus amor Domini Chriſtus mentes earum inflammavit, ut intuitu dilectionis illius, nulla deinceps aliquid terrenum poſſidere curaret.*

Nec profuit quod tegere vellent faſtus vitandi ergo 57
Deus, qui videt in abſcondito, revelavit, ut Anonymus in Radbodo Ultrajectenſi Epiſcopo teſtatur, quando laicus quidam Epiſcopo familiaris, *crebro eum invi ſens, experiri volebat ejus abſtinentiam. Aliquando enim ad menſam aſſidens, & more uſitato cum eo colloquens, tandem petit ſibi copiam fieri bibendi ex poculo, quod erat pro conſuetudine illi appoſitum, quod quidem erat ex Onyche factum, congruenterque ornatum auro, ſed aqua plenum. Ubi quid tum miri effecerit Deus per ſervum ſuum, mirabilis in Sanctis ſuis, res ipſa fieri non patitur. Non ſinit Epiſcopus, ut ille ex poculo bibat, nolebat enim in aliorum notitiam deduci, quid in illo eſſet. Sed tamen oblata quadam opportunitate, alter clam arripit poculum. Epiſcopus verò inadvertit, ſed cum prohibere non poſſet jam quia biberet, ſuſpirat ad Deum & ingemiſcit. Et ecce antiquo renovato miraculo, aqua mutatur in vinum optimum. Id ſentiens explorator ille, ad pedes S. Antiſtitis advolvitur, petit veniam, ſpondet deinceps nihil tale attentaturum.*

Nec vinum ex aqua tantum benedictione, ſed ex 58
marmoreo vaſe vitreum fecit S. Maclovius Aletanus Epiſcopus, teſte Sigiberto ad Ticmarum Gemblacenſem Abbatem, pluribus miraculis una conjunctis. *Vigiliam Paſchæ,* inquit, *Chriſtianus populus celebrabat, & in celebrandis Miſſæ Myſteriis Sacerdos erat intentus, & ecce triſtes defuncti exhibentur exequiæ, & animos audientium ad compatiendum monent plangentium lachryma. Plus curis movetur, & ipſe Sacerdos, qui totus erat in miſericordia, & præſtolari jubet, dum finiatur Miſſa. Circumſtante frequentia populi, monet omnes appellare clementiam Domini, ut qui dominatur morti, & vitæ, dignaretur per membra rigentia vitalem animæ calorem refundere. Nec longum fuit, & qui dixit, omnia poſſibilia ſunt credenti, devotioni fidelium adfuit, reſurgit mortuus, & horrorem inentis omnibus, & palam fecit, omninò, Deum favere fideliter petentibus. Ut vivus adſtitit, poculum vini ſibi porrigi petit. Quid Sanctus vir faceret? Vinum, quod ſitienti porrigeret, non habebat, aquæ poculum, quod porrigebat, tangere ſitiens nolebat. Iterum confortatus in fide, recurrit ad fontem miſericordiæ, petens, ut qui orationi fidelium impenderat majus, dignaretur impendere, & id, quod erat minus. Mox habens ad manum vas marmoreum, levata manu illud benedicens, vertit in vas vitreum, & infundens vaſi aquam, per virtutem ſanctæ benedictionis mutavit, & illam in vini naturam; Sicque in vaſe vitreo porrigens homini redivivo novi vini poculum, non minimum divinæ pietatis oſtendit omnibus miraculum.*

Alia ſunt, quæ probabilem fidem faciant, ut quod 59
Gregorius Turonenſis *lib. 5. hiſt. Francorum cap. 33.* refert contigiſſe: *Apud Terminum Carnotenſem verus de effracto pane ſanguis effluxit.* Et Paulus Oroſius *lib. 5. hiſtor. ad Aurelium Auguſtinum cap. 18. Apud Aretinos cum panes per convivia frangerentur, cruor è mediis panibus, quaſi è vulneribus corporis fluxit.* Joannes Brucmannus Franciſcanus 2. *par. cap. 8. quæſt. 10.* prodidit, Beatam Liduvinam Virginem, jacentem ſuper paleas intentamque divinis exercitiis, viſitatam à Domino, Angelos videbat, unum quidem, qui ſe tangeret, & illicò ſenſit ſe ſanam; alios Crucem, Lanceam, clavos, cæteraque inſignia paſſionis ferentes, & alios adſiſtentes lectulo, Dei autem parentem Virginem, ipſum addo Chriſtum forma pueri ſpecioſiſſimi. Repoſuit ſe ille in lectulo, & Virginem blandulus intuebatur. Mox in vitum mutatus, ſanguine totus rubebat,

Spinea coronatus, & colore affectus, quo ſolent mortui illum intuens, gaudio, & mœrore afficiebatur, mente ejus in ejus lucem abſorta, lumen, & ardorem Chriſtus diffundens, impreſſit ei ſancta vulnera. Illa quidem læta, ſollicita tamen, ne quid in eam inde gloriæ, derivaretur, oravit; *Maneat, obſecro, Domine hoc dignationis tuæ Sacramentum inter te, & me, Sufficit enim mihi gratia tua.* Texit nova cutis vulnera, ſed nolor perpetuus fuit, Beatam Matrem deinde vidit arma paſſionis excipere ab Angelis, & ſibi præbere oſcula. Ad lectuli pedes Crucem vidit, & ex ea Chriſtum cum profluente Sanguine, qui abitum ſimularet. Hoc illa indoluit, ò Domine, inquit, da veſtigium præſentiæ tuæ antequam abeas. Tum in ſpecie formoſiſſimæ Hoſtiæ mutatus, ſupra illam ſe vertit, ac tandem conſtitit in munda mappula. Pater, qui miſceri hæc verba inter Chriſtum, & Virginem audierat, cubiculum ingreſſus, reſedit ad filiæ lectulum, rogavit numquid fieri vellet, & quis ei adfuiſſet. Tum filia, rogo pater, ſurge ocyus, habeo enim apud me Crucifixum Dominum. Territus ille, actutum ſurrexit, viditque Hoſtiam pulcherrimam, inclamat viciniam, omnes advolant, vident Hoſtiam, ſed non omnes uno modo, quæ nec tam parva erat, ut quæ in laica communione diſtribuuntur nec tam magna, quam ſacrificantes utuntur: *Radii ejus extremam oram orbiculati ambiebant, intus habebat, Crucifixi imaginem cum cruentis vulneribus, in latere uno ſpeciatim hærebat ſuperne gutta piſi dimidii magnitudine.* Paſtor advocatus adeſt, ſed iratior. Quid, ait, id noctis me vis? Vide, mi pater, inquit, Video, ait ille, commentum dæmonis. Non ita, ait, mi pater, Deus eſt, qui te, meque creavit. Omnibus digreſſis, Parochus quærit, quid de Hoſtia fieri velit. Illa inquit, divino monitu, ut eam mihi porrigas. Satanæ commentum ut potrigam? Non Satanam, ait, ſed Dominum meum. Tandem diſſuaſit quidem ſumere, quod illuſionem diceret, dedit tamen, & illa mitò perfuſa gaudio permanſit. Et teſtata res eſt per Magiſtratum Schiedamenſem viros nobiliores verbis, & Matthiam Epiſcopum qui nocte illa crebro monebatur, Schiedamum proficiſceretur, Eminentiſſimus Bellarminus *lib. 3. de vener. Euchariſtia cap. 24.* allatum anno 1585. dicit fragmentum ligni converſum in lapidem, manentibus ligni accidentibus, figura, aſperitate, colore. Quod quidem ita verum lignum videbatur judicio oculorum, ut ſanè qui rem non noviſſet, juraturus fuiſſet, non lapidem, quod erat, ſed lignum, quod non erat, fuiſſe.

60 Simile, ſed multo illuſtrius prodit ſanctus Gregorius Turonenſis *de glor. Confeſ. cap.* 108. adeò certum, teſtatumque ſe vidiſſe, ac manibus tractaſſe aſſerat: *Quidam,* inquit, *pauper, & ſenex venit ad littus maris, & accedens ad portum petere elecmoſynam à nautis, cœpit, atque illi, qui primus earina erat importunior adſiſtebat, dicens: Da mihi aliquid. Tunc ille commotus ait, Abſiſte, quæſo, decrepite, & noli à nobis quærere quicquam, nihil enim hic præter lapides habemus. At ille ait: Si lapides dicis eſſe, quæ ex tuis ditionibus navis hæc continet, omnia vertantur in lapides, & ſtatim cunctum navis onus, quod mandi potuit, in ſaxum converſum eſt. Ego enim ex his, & dactylos vidi & olivas adſpexi marmore duriores. Nam cum in lapidis duritiem fuiſſent converſa, numquam tamen colorem, quem habuerunt perdiderunt, niſi eadem forma, eademque ſpecies erat. Dominus autem navis pœnitentia ductus, inquiſitum ſenem nunquam potuit reperire, & ſicut ferunt per multas civitates, de iis, quæ in ſaxum mutata fuerant, ad vindictam direxit, ut ſcilicet exemplum eſſet omnibus ne ſimilia perpetrarent.*

61 Multa conglobat Heluvicus *lib. 7. de ſimilitudinibus rerum cap. 9.* & confert venerabilem Euchariſtiam libro quem D. Joannes vidit ſignatum ſigillis ſeptem ob miranda ſeptem, quæ ibi eſt invenire. *Primum eſt, quod ſit de pane non mutatum, ſed manens idem, & ponitur, inquit, à quibuſdam exemplum, ſicut cognitio mea, mediante voce, ſit tua, manenſque mea. Secundum eſt, quod tanta magnitudo ſub tam parva ſpecie tota latet & ponunt quidam exemplum, ſicut in parva pupilla oculi totus mons magnus recipitur, vel videtur. Tertium eſt, quotum corpus per os hominis intrat non diminutum, eademque potentia, ut quidam dicunt, qua clauſo utero de Virgine exivit, & etiam de de ſepulchro. Quartum eſt quod comeditur, non conſumptum, & non diviſum; & ponunt aliqui exemplum in ſenſu viſus, ſicut viror herbæ ab oculo videntis, quaſi quidam ejus cibus ſuſcipitur nec tamen ipſa herba minuitur, vel dividitur. Quintum eſt, quod ab immundis tangitur ſine contagione ſui, ſicut lumen ſolis recipitur in re fœda, nec tamen fœdatur. Sextum eſt, quod à pluribus ſumitur, & in pluribus locis conficitur, nec tamen augetur, vel minuitur ſicut ſi multæ candelæ ab una accendantur, illa una propter hoc nec minuitur: nec augetur. Septimum eſt, quod eſt ibi quantitas ſine quanto, cujus exemplum propriè non eſt in natura dare, vel alicubi reperire.*

An ergo plures Chriſti? Quæſtionem hanc Beato 62
Samonæ Achmed ante annos prope mille propoſuit, & hæc ratio dubii erat. Cum Chriſtus in omnibus hoſtiis ſit, & ſingulæ dividi adhuc poſſint, & ipſe ſub minimo fruſtulo maneat, difficillimum intellectu videtur ubique eumdem eſſe, & crudele dividi membra, quæ certè nullo modo tot hoſtiis; partibuſque reſpondere poſſint.

Si quæris modum, inquit Lanfrancus Cantuarienſis 63
lib. de Euchariſt. quo id fieri poſſit, breviter ad præſens reſpondeo: Credi ſalubriter poteſt, veſtigari utiliter non poteſt. Similia lucem dant, quæ pulchra habet S. Samonas: *Quiſpiam habens ſpeculum, alliſit terræ, & in multa fragmenta comminuit, in ſingulis tamen fragmentis umbram ſui ſalvam quis videri poſſit. Sic intelligat, oportet, ex hac umbra, carnem Chriſti eſſe ſalvam, atque integram in uno quoque fruſto, quoque tempore, quoties, & ubicumque frangitur.* Alterum: *Omne verbum, quod horno proferendo emittit, & qui loquitur ipſum audit, atque intelligit, & qui circumſtant, & ſi multi ſint, qui audiant, non tamen diviſum, ſed integrum audunt. Eodem modo ponendum eſt, & affirmandum in Corpore Chriſti. Illud Chriſti Sacroſanctum Corpus aſſidens Patri, apud eum manet, quin etiam panis conſecratus per Sacerdotem in verum Chriſti corpus transformatus potentia divina per acceſſum Sacroſancti Spiritus, licet dividatur, tamen integrum, & ſalvum in unoquoque fruſto ſervatur, ut etiam oratio ejus, qui loquitur omnibus; qui audiunt, integra, nec diviſa auditur. In iis exemplis, quæ ſub aſpectum, & ſenſum cadunt, pervicaces, nimiumque curioſos ad intelligenda Dei myſteria, quæ ſupra naturam, rationem, intelligentiam, & ſupra nos ſunt adducimus. Cum igitur panis ſanctificatus in partes dividitur, qui Sacroſanctum Chriſti Corpus eſt, ne exiſtimes, quod particulatim diducatur, aut avellatur, aut more membrum à ſe avulſorum dividatur incontaminatum illud Corpus. Nam immortale eſt, & incorruptibile, quodque nunquam exhauriri, & conſumi poterit, ſed quod partitio ea eſt accidentium, quæ ſub ſenſum cadunt, duntaxat poſt ſanctificationem, ad fidei robur, & exhibitionem ſigni viſibilis rerum, quæ permanent ſimul, & in arrhabonem, & viaticum parandæ nobis vitæ æternæ.* Eadem de Verbo habet Innocentius *lib. 4. de myſterio Altaris cap. 27. Unum, & idem, & tunc, & nunc, & hic & alibi ſacrificatur ab omnibus totus in Cœlo, & totus in altari ſimul, & ſedet ad dexteram Patris, & manet in ſpecie ſacramenti. Miraris, quod verbum Dei juxta ſacramenti virtutem totum ſimul diverſis locis exiſtit, & non miraris, quod verbum hominis juxta vocis naturam totum eſt ſimul in auribus diverſorum? Quid queris naturam in Chriſti corpore, cum præter naturam ſit ipſe natus de Virgine? Sic ergo Chriſtus*

in diversis locis est unus, sicut in singulis partibus est totus.

64 Accedunt exempla hominum, qui diversis in locis simul eodem in tempore visi. Beatus Severus Sulpitius, *epist. ad Bassulam sororum suam cap.* 28. & Gregorius Turonensis *lib.* 1. *Miraculorum Sancti Martini cap.* 5. *Eo tempore*, (quo scilicet è vita D. Martinus excessit) *Beatus Ambrosius, cujus hodie flores eloquii per totam Ecclesiam redolent, Mediolanensi Civitati præerat Episcopus, cui celebranti festa Dominicæ diei, ista erat consuetudo, ut veniens lector cum libro, non antea legere præsumeret, quam nutu Sanctus præcepisset. Factum est autem, ut illa die Dominica, prophetica lectione jam lecta, ante altare stante, qui lectionem Beati Pauli proferret, Beatissimus Antistes Ambrosius super altare, obdormiret. Quod videntes multi, cum nullus eum excitare præsumeret, transactis ferè duarum, aut trium horarum spatiis, excitarunt eum, dicentes, jam hora præteriit, jubeat D. Episcopus lectori lectionem legere, expectat enim populus valde jam lassus. Respondens autem Beatus Ambrosius: Nolite, inquit, turbari multum mihi valet sic obdormisse, quia miraculum magnum Dominus mihi ostendere dignatus est. Nam noveritis fratrem meum Martinum Sacerdotem de corpore egressum fuisse, me autem ejus funeri obsequium præbuisse, peractoque ex more servitio, capitellum tantum vobis excitantibus non expievi. Tum illi obstupefacti pariter, & admirantes, diem, & tempus notant, qui sollicitè requirentes ipsam diem, tempusque reperiunt, quo Beatus Confessor dixerat, se ejus exequiis deservisse.*

65 Apud Laurentium Surium 1. *Februarii.* Sanctus Severus ex textore Episcopus Ravennas inter celebrandum ad Epistolam somno gravi corripitur, & quod moram longiusculam faceret, impatientes ministri, sacras vestes leviter concutiunt. Quid habes, inquiunt, pater? Populus hic te frequens præstolatur. Dormis? Ille verò ad se reversus: Quid facitis, inquit fratres? Quid turbatis? Ego & si vobiscum hic corpore fui, à spiritu alibi versabar. Ignoscat vobis Deus. Eram in sancta Mutinensi Ecclesia, & animam Coepiscopi mei Geminiani Domino commendabam, mansique illic dum humatum esset corpus illius. Ravennates extemplo mittunt, qui quærant de valetudine Episcopi audiunt sepultum, & addebant Mutinenses, *Certè Dominus Severus Archiepiscopus vester, & noster præsens hoc adfuit, ejusque animam Deo ritu Pontificio commendavit, nec abscessit, donec sepultura Corpus datum est.* Hinc colligunt eo ipso tempore, cum ad aram dormitasset, Mutinæ sepulturæ viri Dei interfuisse.

66 Petrus Gregorius Syntaxis artis mirabilis *tit.* 4. *lib.* 8. *cap.* 19. refert Sanctum Frontonem, unum ex septuaginta discipulis Petragoræ in Episcopali Ecclesia cùm Sacrum faceret, eodem ipso tempore Tarasone exequiis Sanctæ Marthæ hospitæ Christi interfuisse, & hujus rei testes Chirothecas reliquisse, quas etiamnum ibi in Provincia Provinciæ religiosè servant.

67 Antonio Patavino familiare fuit hic, & alibi esse, ut Auctor Anonymus in vita. *Eo tempore, quo apud Montem Pessulanum vir Sanctus prælegebat, quodam solemni die concionabatur omni, & Clero, & populo auscultante. Sermone inchoato occurrit animo se officium quoddam sibi injunctum alteri non demandasse. Moris illic erat, ut in præcipuis Dei solemnitatibus duo insignes Fratres sub summo Sacrificio Alleluia canerent, quod officium tum incumbebat viro Dei. Itaque magno quodam mœrore affectus, in pulpitum caput cucullo operiens, se se reclinabat, & coram omni illa auditorum frequentia sic aliquamdiu permansit. Interim mirabili quodammodo illud officium peregit, quemadmodum olim Sanctus Ambrosius legitur Beati Martini funus, licet procul corpore abesset curasse, & Sanctus Franciscus, ut supra annotavimus Fratribus suis in Arelatensi conventu, sive Capitulo apparuisse. Eo autem munere diligenter perfunctus, ad se rediit vir Dei, & sermonem inchoatum est egregie prosequutus.* Et cap. 21. *Ejusmodi quippiam etiam apud Lemovicenses illi contigisse ferunt, ubi cum in nocte Nativitatis Christi in summa ade ei concionandum esset, & eodem tempore in nocturno officio lectio apud Fratres in suo Monasterio recitanda, cùm utrumque simul præstare non posset rogavit Dominum, ut in sua virtute impleret, quod humana ope fieri nequiret. Et ita eodem tempore, & lectionem illam in Fratrum Choro visus est legere, & in primario Templo sermonem habuit.*

De Beatis Ambrosio, Antonio, Francisco confirmat Divus Bonaventura in vita Divi Francisci *cap.* 4. *lib.* 1. *Capitulis verò Provincialibus, quia corporalem præsentiam exhibere non poterat, per solitam curam regiminis, instantiam precis, & efficaciam benedictionis spiritu præsens erat, quamvis aliquando, mira Dei favente virtute, visibiliter appareret. Dum enim egregius Prædicator, qui & nunc Christi præclarus Confessor Antonius, de titulo Crucis, Jesus Nazarenus Rex Judæorum in Arelatensi Capitulo Fratribus prædicaret, quidam Frater probatæ virtutis, Monaldus nomine, ad Ostium Capituli divina Communione respiciens, vidit corporis oculis Beatum Franciscum in Aëra sublevatum extensis, velut in Cruce manibus, benedicentem Fratribus. Tanta verò, & tam insolita Fratres omnes consolatione Spiritus repletos se fuisse senserunt, ut de vera Sancti Patris præsentia certum eis intra se Spiritus testimonium præberet, licet postmodum id non solum per evidentia signa, verum etiam per ejusdem Sancti Patris verba exteriori fuerit attestatione compertum. Credendum sanè, quod omnipotentis Dei virtute, qua Ambrosium pium, & Sacrum Antistitem tumultuationi glorioso concessit interesse Martini, ut pium Pontificem pio veneraretur officio, etiam servum suum Franciscum prædicationi præsentavit veracis sui præconis Antonii, ut approbaret veritatis eloquia, præcipuè Crucis Christi, cujus erat bajulus, & minister.* 68

De Laurentio Justiniano Bernardus illi Homonymus 69
factum commemorat, *genere præclarum, magnitudine rarum, & fama nobilissimum. Sacra quædam Virgo erat magnæ Sanctitatis. Hæc per multos annos abstinentia, vigiliis, orationibus steterat ante Domum. Accidit autem, ut Solemnitati Corporis Christi, neque Sorores aliæ, neque ipsa communicare divinis mysteriis posset, & cum ægrè ferrent, & illa in primis Sanctissima Mulier, oratum Laurentium mittunt, quia propè Monasterium esset, ut, si gratiam communicandi eo die habere non posset, ipse saltem dignaretur, dum celebraret, pro ancillis suis orare. Promittit Laurentius. Cùm autem celebraret ad populum, post elevatum Sacramentum factus extra seipsum est, detulitque eum Spiritus ad illam mulierem in cella clausam, & contemplationi vacantem quæ fortè tunc miro quodam desiderio communicandi tenebatur, & sacra illi mysteria communicavit, sive in corpore, sive extra Corpus, Deus scit. Ab oculis quidem totius populi non discessit, donec ad se ipsum reversus, ab illo pietatis Officio reliquum Missæ peregit. Quum autem Virgo illa quod acciderat Sacerdoti nuntiasset, Sacerdos Patriarchæ, jussit, ut gratias omnipotenti Deo ageret, non sibi, & ut nunquam, donec viveret, manifestaret.* Deinde confirmat illud exemplo Ambrosii, qui Beati Martini, & Severi Ravennatis Episcopi, qui Mutinæ Geminiani exequiis interfuere.

Sanctus Faanciscus Xaverius, ut refert Horatius Tur- 70
sellinus *lib.* 5. *cap.* 2. de vita Beati Xaverii, cum Sinas peteret, navi vehebatur Bungi Regis Legati, ad quam scapha alligata erat, Tempestate oborta, scapha, abruptis retinaculis, momento temporis omnium oculos, conspectumque effugit, & navis ipsa penè obruta, non semel omnes in desperationem vocavit. Unus erat Beatus Xaverius, qui animos adderet, & spem in Deo reponendam hortaretur. Post preces cum

cum fervore, & lacrymis fusas læto vultu spondet, & præsenti periculo defungendos, & scapham reducendam Deiparæ interventu, cui tria sacra devoverat. Ter malum ascendit, nescio quis è nauris, nec scapham erat despicere. Tandem tamen comparet, & recta ad onerariam tendit. In salo, ac fluctibus tamdiu steterit, quoad religaretur ad navim, reduces in onerariam recepti, *cùm veliet nauta scapham inanem, ac jam religatam submovere, clamarunt, prius Beato Xaverio manum porrigeret, qui adhuc in scapha resideret. Respondenti nauta Xaverium in navi esse, ac fuisse ante ipsorum reditum, certatim illi affirmarunt, nimirum quamdiu ipses in scapha tempestas agitasset, in Festo vagantes mari, Franciscum adfuisse, cunctosque solantem, & ad spem salutis excitantem scapha cursum ad onerariam direxisse.*

71 Porrò non posse per virtutem naturalem idem numero corpus simul esse in diversis locis, omnes conveniunt. Nam quantitas est ratio formalis occupandi locum. Quantitas autem cujuslibet corporis est finita, & limitata ad unum effectum adæquatum, sicut cereræ formæ. Ideòque solùm se extendit ad occupandum unum locum, intra cujus terminos clauditur. Quare non potest plures simul occupare. Solum ergo quæritur, an id possit fieri per potentiam Dei absolutam.

72 Prima sententia negat. Eam sequuntur D. Thomas *in* 4. *d.* 10. *quæst.* 1. *art.* 1. *& d.* 4. *quæst.* 2. *art.* 2. *quæst.* 3. *& ad* 4. *& 3. p. quæst.* 75. *art.* 1. *ad* 3. D. Bonaventura *in* 4. *d.* 44. *art. de dote subtilitatis quæst.* 1. *ad* 5. Durand. *d.* 10. *quæst.* 1. *num.* 30. *& seq. & quæst.* 4. *num.* 8. *& d.* 44. *quæst.* 6. *ad primum*, Henric. *quod lib.* 9. *quæst.* 32. Ægid. *quolib.* 1. *quæst.* 1. *& quolib.* 2. *quæst.* 17. *& theor.* 3. *de Euchar.* Dionys. Carthus. *in* 4. *d.* 13. *qu.* 3. *dub.* 1. Capreol. *in* 4. *d.* 10. *quæst.* 1 *art.* 3. Palud. *quæst.* 1. Ferrar. 4. *contra gen. cap.* 63. Probatur duplici argumento. Primò, quia duobus modis aliquid est in loco, circumscriptivè, & definitivè, sed utroque modo repugnat. Ergo nullo modo fieri potest. Probatur minor, Quia in loco circumscriptivè, est circumdari superficie ultima continentis, & intra terminos ejus claudi, ab eaque comprehendi ita ut totum corpus intra illam sit & nihil extra. Ergo repugnat corpus esse in uno, & extra illum contineri ab alio. Quod præsertim verum est ac necessarium, quia cum quantitas sit limitata forma solum potest habere unum effectum formalem occupandi unum locum, sicut albedo solum potest constituere unum album. Esse autem in loco definitive, est habere realem præsentiam ad certum spatium definitam ita, ut res dicatur ibi esse, & non alibi. Ergo eo ipso, quod in duobus locis existeret simul corpus, neutro definiretur. Repugnat igitur esse simul in duobus definitivè.

73 Secundò, quia si in duobus locis simul ponatur idem corpus, sequitur, contraria prædicata simul ei convenire, privativè etiam opposita, & quod summum est contradictoria, sed eidem simul convenire hæc continet manifestam repugnantiam. Ergo non minorem continebit, quod simul sit in diversis locis. Minor probatur. Quia in uno loco posset calefieri, & in alio infrigidari, idque in summo gradu. In eodem posset cæcus fieri, & in alio integrum habere visum. In uno esse sanum, & in alio sanitate privari, in uno demum annihilari à Deo, & non in alio, & ita in uno esse, & in alio non esse.

74 Secunda sententia affirmat. Hanc tenent Aleus 4. *p. q.* 11. *art.* 1. §. *ult. & q.* 41. *membr.* 7. Scotus *in* 4. *d.* 10. *q.* 2. Richar. *ibid. art.* 2. *qu.* 2. Gab. *qu.* 1. *art.* 2. *& lect.* 46. *super can. Missæ*, Okam *q.* 4. Major. *q.* 2. Petrus Aliacensis *quæst.* 5. *art.* 2. Adam *quæst.* 5. *art* 3. Alanus *de Sacram. Euchar. cap.* 38. Claudius de Saintes *repet.* 4. *de Euchar. cap.* 4. Argentin. *in* 4. *d.* 10. *q.* 1. *art.* 2. Turrian. *lib.* 3. *de canonib. Apostol.* Bellar. *lib.* 3. *de Euchar. cap.* 3. & 4. Suarez *tom.* 2. *disp.* 48. *sect.* 4. aliique ex recentioribus.

Probatur primò ex mysterio Eucharistiæ, ex quo 75
constat, Corpus Christi non solum in multis hostiis in diversis locis, simul consecratis esse præsens, sed simul etiam in Cœlo. Ergo non repugnat idem corpus præsens esse in diversis locis.

Quod si dicas, possibile hoc esse per simplicem præ- 76
sentiam, sed per localem repugnare, quia præsentia localis dicit commensurationem cum superficie ambiente, atque etiam formalem occupationem cum superficie ambiente, atque etiam formalem occupationem loci, quam repugnat multiplicari.

Contra hoc est, quod extensio in ordine ad locum 77
non pertinet ad essentiam quantitatis. Sed accidentalis est ei. Si ergo eadem quantitas potest habere duplicem præsentiam simplicem, poterit etiam habere duplicem præsentiam localem, quod est esse circumscriptivè in duobus locis simul: ut ideò hanc oplnionem asserunt omnino tenendam esse, quia veritati nostræ fidei multum favet, & per eam facile possumus satisfacere argumentis hæreticorum, adversus eam oppositis. Nam si teneamus, non repugnare, quod idem corpus circumscriptive sit in duobus locis simul, facilius intelligemus, verum esse, quod idem corpus circumscriptive sit in duobus locis simul, facilius intelligemus verum esse, quod sit in pluribus hostiis per simplicem præsentiam.

Probatur secundò ratione. Quia, si id repugnaret, 78
maxime propter circumscriptionem localem, quæ videtur esse comprehensio quædam corporis intra terminos superficiei ambientis, & ita extra illos esse non posse. Sed hoc est falsum. Ergo non dabitur ulla repugnantia. Probatur minor. Quia Corpus Christi est in Cœlo circumscriptive, & nihilominus non ita coarctatur ad illam superficiem, à qua circumscribitur, neque sic ab ea comprehenditur, ut extra illam esse non possit, cùm constet, extra illam esse in Hostia consecrata. Ergo circumscriptio unius loci non tollit, quin circumscriptum corpus extra terminos ejusdem superficiei circumscribentis sit. Poterit ergo extra illam esse ab alia superficie circumscriptum, & ita erit simul in diversis locis circumscriptive.

Verum quoniam, hanc secundam sententiam, 79
quam diximus, favere veritati fidei, aliqui negant, quia facilius longe est, corpus habere simul duplicem præsentiam simplicem, quàm duplicem localem, ac proinde non est confirmanda hæc veritas ex alio longe difficili. Quia si ex eo confirmaretur potius videtur, difficiliorem esse efficere ad credendum. Nec etiam videtur utendum esse hac sententia ad respondendum argumentis hæreticorum, quia significaretur, veritatem nostræ fidei aliquo modo, ei inniti, & argumentis facilioribus non bene responderur per aliud magis difficile, ex quo augetur potius difficultas eorum, si quam habent, saltem apparentem, quàm minuatur, vel tollatur.

Idcircò, quod idem corpus possit esse simul in plu- 80
ribus locis, atque adeò ex hoc capite non repugnare præsentiam corporis Christi in Eucharistia, ut communiter docent Patres contra hæreticos, Chrysostomus *lib.* 3. *de Sacerdotio sub initio*, Basilius *in Liturg.* Gregorius Nyssenus *orat. de Paschate*, & alii, ac tradunt scholastici cùm D. Thoma 3. *p. quæst.* 75. *art.* 1. ita etiam probatur. Christus post ascensionem nunquam abfuit à Cœlo, *Psal.* 109. *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*, hoc est usque ad finem mundi, ut explicatur 1. *ad Corinth. cap.* 15. ubi cùm dixisset Apostolus, Christum apparuisse Apostolis, subdit: *Novissimè autem omnium, tanquam abortivo, visus est, & mihi.* Loquitur autem de apparitione reali, & non phantastica, ut observat Chrysostomus *homil.* 83. *in Epist.* 1. *ad Corinth.* quia utitur ad probandam resurrectionem. Non probaret autem, si loqueretur de appatitione

phantastica, nam probat ex reali resurrectione Christi, & de tali apparitione fit etiam mentio, *Act.* 22. & 23. Ergo cum de facto Christus simul fuerit in Cœlo, & in terra, dicendum est, hoc non implicare.

80 Quod ita confirmatur. Causa potest in quocunque loco, ubi est producere suum effectum quem continet, & si sit libera, potest producere in extremis, non producendo in medio. Deus autem est ubique, & totus in qualibet parte, cui correspondet secundum suam virtutem. *Atque* adeo, virtus ipsius, ut continet hunc numero effectum. Ergo cum possit producere hunc numero effectum in hac parte loci, poterit etiam hunc ipsum numero producere in alio simul, nam potest, ubi est.

81 Nec sequeretur, quod idem divideretur à se ipso. Quia ex, *eo quod* idem producatur in diversis locis, sequitur tantum, quod idem pluries producatur, quod non est dividi à se ipso, sed reduplicari.

82 Hinc quoque dicendum est, non implicare, quod corpus existat sine sua extensione quantitativa. Unde neque ex hoc capite repugnat præsentia corporis Christi in Eucharistia. Probatur. Substantia corporis, & veritas ipsius est prior extensione locali, ut patet in rarefactione, condensatione, figura, in quibus fit mutatio extensionis, non variata substantia. Omne autem prius potest esse sine posteriori.

83 Dices fortasse. Posse esse sine hac, vel illa extensione, non autem sine omni. Quia non potest esse sine suis partibus entitativis. *At* contra. Extensio localis non dicit præcisè partes, sed insuper, quod una sit extra aliam in ordine ad locum, cui commensurantur. Possunt autem partes inter se communicare in ordine ad locum, & una non sit extra aliam.

84 Objicies etiam primò. Corpus circumscribitur à loco. Ergo potest esse tantum in uno loco. Respondeo. Circumscribi positivè, non autem cum negatione essendi alibi, & ideò potest supernaturaliter esse in alio loco.

85 Secundò. Si posset esse in pluribus locis, posset etiam esse in aliis, & in aliis in infinitum. Ergo haberet ubi quitatem. Respondeo *negando consequens*. Quia ubiquitas dicit esse præsens omnibus locis ex vi proprii esse, & per essentiam, non autem per reduplicationem ejusdem essendi.

86 Tertiò. Vel Christus habet suas dimensiones quantitativas, & tunc non potest esse sub parva specie panis, vel non habet, & tunc non est in Eucharistia veritas corporis Christi. Respondeo. Habere dimensiones quantitativas in ordine ad se, non autem in ordine ad locum. Primo modo dicunt, quod in corpore sint partes ordinatæ ad invicem in ordine ad constitutionem corporis Christi. Secundo modo dicunt, quod partes sint localiter extensæ. Hinc in corpore Christi una pars non distat ab alia localiter, sed solum distantiæ ordinis, quæ est extensio radicalis. Ex quo fit, quod Corpus Christi non possit dici majus, aut minus respecta quanti extensi, quia majus, & minus dicitur secundum quantitatem extensam.

87 Quartò. Idem corpus non potest esse simul in diversis temporibus. Ergo neque in diversis locis. Respondeo. Quidquid sit de antecedenti, nam fortè supposita præsentia verum in æternitate, idem potest esse simul in diversis temporibus. Nego consequens. Quia est diversa ratio. Nam partes temporis, non existunt simul, partes autem loci simul existunt.

88 Quinto Matthæi ult. *Iesum, qui crucifixus est, quæritis; Non est hic, surrexit enim.* Hæc autem illatio non valeret, si idem corpus posset esse in diversis locis. Respondeo negando minorem. Nam ex resurrectione, atque adeò ex egressu sepulchri infertur, quod non esset in ipso, sicuti putabant mulieres.

Sextò ex D. Augustino *Ep.* 57. *Spatia locorum tolle* 89
à corporibus, & nusquam erunt. Et quia nusquam erunt neque erunt. Ergo implicat, corpus posse existere alicubi sine dimensionibus localibus. Respondeo, negando consequens. Quia Divus Augustinus loquitur de corporibus quod ad aptitudinem essendi in loco, quæ non potest ab ipsis separari. Comparat enim Deum cum corporibus, & vult, quod Deus non contineatur loco, atque adeò ab ipso non dependeat, sed sit sibi ipsi præsens. Corpora verò contineri loco saltem aptitudine, atque adeò ab ipso dependere. Unde si locus esset impossibilis, essent etiam impossibilia corpora.

Septimò. Numerus quaternarius non potest sepa- 90
rari à suo modo quaternario ita, ut existat per modum unitatis. Ergo nec quantitas à suo modo quantitativo ita, ut existat indivisibiliter. Respondeo, negando consequens. Quia modus quaternarii est intrinsecum constitutivum numeri quaternarii. Modus autem extensionis non est intrinsecum constitutivum quantitatis.

Difficultas primi argumenti primæ sententiæ solum 91
consistit in explicanda ratione existendi in loco circumscriptivè, ac definitivè. Nam si ita explicari debent ac in argumento explicantur, convincit absque dubio, manifestam continere repugnantiam, quod idem numero corpus simul sit in diversis locis utroque modò. Si verò explicentur alio modo satis probabili, nullam probabit repugnantiam.

Itaque esse in loco circumscriptivè non est sic in eo 92
extendi, & ab eo comprehendi, quod extrà terminos loci non extendatur, sed circumscribi loco solum est, quod totum corpus sit in toto loco, & pars in parte, & ita à loco comprehendi, quod nihil locati sit, quod non contineatur intra terminos loci, neque aliquid loci sit, quod non contineat corpus, vel partes ejus. Quod verò non egrediatur terminos loci non pertinet ad circumscriptionem, sed gratis videtur additum.

Esse etiam in loco definitive solum dicit, corpus esse 93
præsens alicui determinato spatio ita, ut non sit ubique, nec esse possit ex proprio modo præsentiæ, quem habet, & ideò nec Deus est in loco definitivè, nec Christus in Eucharistia. Quod verò alibi etiam sit, vel non, impertinens est ad modum essendi in loco definitive.

Ad formam igitur argumenti neganda est minor, 94
quod utroque modo repugnat, idem numero corpus simul esse in diversis locis, quia nec esse circumscriptive in uno, prohibet, quod extra illum non extendatur, sed solum dicit intra terminos ejus contineri totum corpus, & singulas ejus partes intra terminum singularium partium ejusdem loci, nec etiam esse in loco definitive dicit, ita esse ei præsens, ut non sit præsens alibi, sed solum quod præsentiam determinatam habeat. Quare nec repugnat circumscriptioni unius loci ab altero simul circumscribi, nec etiam præsentiæ definitivæ alibi esse præsens.

Ad secundum argumentum multa & varia respon- 95
deri possent, quæ leguntur apud Gabriel. *in* 4o. *d.* 10. *quæst.* 1. *art.* 1. & *lect.* 46. *super canon. Missæ*, Sotum *ead. d. & quæst. art.* 5. Marsilium *in* 4. *quæst.* 7. *art.* 3. Suarez 3. *p. quæst.* 85. *disput.* 47. *sect.* 5. Conimbricenses *lib.* 4. *physic. de nat. loc.* Hugonem Victorinum *lib.* 2. *de Sacram. p.* 8. *cap.* 3. Alensem. 4. *p. quæst.* 44. *membr.* 2. Okam, & Majorem in 4. *d.* 10. *quæst.* 4. & Innocentium *lib.* 4. *de myster. Missæ cap.* 12. & alios.

Sed nos, iis prætermissis, rem hanc ita paucis de- 96
finimus. Res omnes, vel actiones, & mutationes, quæ dependent necessariò à loco extrinseco, vel in quantum ab eo dependent, variarentur circa idem corpus simul positum. Ea, quæ non dependent ab extrinseco loco, aut spatio, vel in quantum ab eo non

non dependent, non solum non variarentur, sed implicaret contradictionem variari, & omnino necessarium foret utrobique ei convenire. Quæ ita declaro, & probo. Res sunt in duplici differentia. Quædam absolutæ, quæ conveniunt subjectis sine dependentia necessariò à loco, vel spatio extrinseco, ut calor, albedo. Aliæ verò non conveniunt ei, nisi cum necessaria dependentia ab eis, ut locus ipse, & localis præsentia, vel ubi, atque etiam omnes actiones dependentes ex approximatione agentis ad passum, vel objecti extrinseci ad potentiam. Illa non variantur circa corpus positum in diversis locis, nec ullo modo variari possunt, sed in utroque loco necessariò ei conveniunt. Hæc verò non conveniunt ei utrobique.

96 Probatur primum, quia corpus in duobus locis existens est idem numero. Ergo illa, quæ ei conveniunt absolutè, & sine dependentia à loco, vel spatio necessariò debent ei convenire ubicumque sit. Quia ubicumque sit, idem numero, & independens à loco quantum ad hæc. Ergo ubicumque sit, debet habere illa, & oppositum implicat contradictionem. Secundò. Quia si hæc dividi possent, sequitur contradictoria simul eidem convenire. Consequens autem falsum est. Ergo falsum est etiam antecedens, quod dividi possint. Nam si dividi possent, in diversis locis posset corpus habere visum, & esse cœcum, & idem numero homo posset simul mori, & vivere. Sed mortuus homo non est homo, cum mors fiat per separationem animæ à corpore. Ergo simul est homo, & non est homo in diversis locis. Et ita duæ istæ propositiones erunt contradictoriæ. Petrus est homo, Petrus non est homo. Quod est falsum.

Idque secundò probatur argumento ad hominem. 97
Nam iidem recentiores concedunt, hoc solum repugnare corpori in diversis locis posito, quod in uno annihiletur à Deo, & non in alio, quia ex eo sequeretur duo contradictoria de eo simul verificari, nempè esse, & non esse. Sed non minus sunt contradictoria esse hominem, & non esse hominem, quàm esse, & non esse simpliciter. Ergo si repugnat verificari simul hæc de corpore, ita etiam repugnabit simul verificari illa. Nec locum habet solutio ejusdem, vel diversi loci in contradictoriis enunciantibus, quod sit, & non sit. Non certè alia de causa, nisi quia esse, aut non esse non dependet à loco, sed nec esse hominem, vel non esse hominem dependet à loco.

Secundùm verò, quod assertimus, ea, quæ depen- 98
dent à loco, vel spatio extrinseco non conveniunt eidem corpori in duobus locis posito, sed dividi possunt naturaliter secundum dispositionem locorum, & eorum quæ in eis sunt, ut conceditur ab omnibus. Quia per se est evidens. Nam quod per se dependet à loco, ex diversa dispositione ejusdem loci variabile est, quod si unum corpus poneretur à Deo in diversis locis, posset calefieri in uno, & non in alio; Sed calor productus utrobique inhæreret corpori, posset etiam calefieri in uno, & infrigidari in alio, sed utrobique ei ineesset calor, & frigus, posset in uno amittere visum per actionem alicujus agentis contrarii circa ipsum, & non in alio, sed utrobique foret privatus visu, utrobique cœcus, posset in uno loco sumere cibum, & eum masticare, & non in alio, sed conversio substantialis alimenti in sanguinem, & substantiam aliti, & nutritio, atque augmentatio per eandem conversionem facta utrobique ei conveniret, & utrobique fieret majus. Posset tandem in uno loco vulnerari, & occidi, vel morbum contrahere, quo moreretur, & non in alio, sed utrobique moreretur. Sicque de cæteris actionibus, & passionibus, mutationibus, & effectibus judicandum est juxta traditam distinctionem.

CONSULTATIO XCVI.

1. *De materia, & forma Calicis, deque apparatu cœnæ mensæ Christi.*
2. *Qui Calices olim in usu?*
3. *Quot Calices in Cœna Christus habuit?*
4. *An vino puro puro, impermisto utendum?*
5. *Cur vino Christus aquam miscuit?*
6. *Calidam an Græci rectè in Calicem infundant?*

QUem Calicem Evangelistæ, Cosmus Hierosolymita, *hymn.* 6. craterem vocat, estque metaphoricè intelligendus, ut notat Odo Cameracensis ad Odonem Monachum Affligiensem, nempe id, quod continet pro eo, quod continetur, id est vas pro liquore vini, & aquæ, quem Calix continebat. *Cui claritas attribuitur, non præ fulgore, sed pro dignitate Sacramenti*, ait Stephanus Eduensis *de Sacram. Altar. cap.* 16. illique convenit illud *Psal.* 22. *Calix tuus inebrians, quàm præclarus est!* 1

Materiam, ac formam illius videamus. Tenuem 2
eum aliqui comminiscuntur. In his eminent hæretici qui cum ratiunculis quædam loca Patrum constipulant, quæ ipsi malè capiunt, vel in quibus ii etiam hæsitarunt. Christus ergo his vili apparatu cœnavit, amans enim paupertatis, luxum, fastumque omnem execratur. Probant ex Clemente Alexandrino *lib.* 2. *pedag. cap.* 3. *Christus*, inquit, *in vili catino cibum sumpsit, & fecit discipulos suos super herbam accumbere, & pedes eorum lavit præcinctus linteo. Deus fastum detestatus omnium Dominus, numquid argenteum lavacrum è Cœlo detulit?* Quos feriunt hæc ista? Evangelium, quod atrium grande stratum locum fuisse vult Cœnæ Christi, non viridarium aliquod subsidio. Mens Clementis fuit docere, Christum vere demisso animo fuisse, idque vel cum pleno in campo, non aulæis strato cubiculo sequaces suos excepit, vel cum in cœna ultima Apostolica ad pedes accidit. &c.

Secundò Chrysostomus *homil.* 60. *ad popul. Non erat* 3
illa mensa tunc ex argento, nec aureus calix, ex quo Sanguinem proprium Christus suis dedit discipulis, pretiosa tamen erant illa omnia, & tremenda; quoniam erant spiritu plena &c.

Hæc eò isti producunt, quia vellent Ecclesiis ereptas gazas, suas facere, & Chrysostomum cum Ambrosio, Hieronymo, Bernardo, aliisque longa serie, quando egentes levandos potius inopia, quàm intempestivis opibus, ac muneribus ditanda templa, & animis potius gaudere Deum, quàm apparatu exteriori prolixe docent. Chrysostomus ergo se ipse liberet loco, 4
quem antea citavi. *Non putemus satis ad salutem, si viduis, & pupillis expilatis aureum calicem, & gemmatum offeramus. Vis honorare Sacrificium? Offer animam, propter quam immolatum est, hanc fac auream. Si autem plumbo maneat, & testa detertior, vas autem sit aureum, quid utilitatis? Itaque nec hoc consideremus, ut aurea vasa dumtaxat offeramus, sed etiam, ut justis laboribus. Hæc enim sunt & aureis pretiosiora, quæ avaritia carent. Nec enim aurificina est, aut argentaria officina Ecclesia, sed Angelorum concio, ideo nobis aureis opus est animis, &* inferius: *Discamus philosophari, & Christum, ipse vult, honorare. Honoratio jucundissimus honor, quem ipse vult, non quem nos putamus. Nam & Petrus se cum honorare putabat, cùm sibi pedes eum lavare prohibebat. Sed non erat honor, quod agebat, sed contrarium. Sic ergo & tu fac, ut vult ipse, divitias expendens in pauperes. Nec enim aureis vasis Deus eget, sed aureis animabus.* Sed nota sequentia: *Et hæc dico, non prohibens ejusmodi oblationes fieri. Suadeo autem cum his, & ante has eleemosynas exhiberi. Hæc enim suscipit, sed illam multo gratius, &c.*

Opinationem suam de Calice Stephanus Eduensis pro- 5
fert *lib. de Sacram. Altar.* nempe simile verò videri lutcum vel ligneum.

Gabriel

6 Gabriel Biel *lect. 52.* in Canonem Missæ nihil certi statuit, tantum vult, talem fuisse, qui decerer Christi paupertatem. *Sacerdos*, inquit, *Calicem factum de auro, & argento, vel ubi paupertas Ecclesiæ cogit, de stanno. Christus autem, qui Apostolis suis possessionem auri interdixit, non creditur fuisse usus calice aureo, vel argenteo, sed fortè nec stanneo, qui paupertatem suam nobis declarans, ait, vulpes foveam habent &c.*

7 Sed contra alii faciunt, qui calicem, & apparatum reliquum eximium, ac pretiosum judicarunt. *Beda de locis Sanctis cap. 2. In platea, quæ martyrium & Golgotha continuat, exedra est, in qua Calix Domini scriniolo recondituſ, per operculi foramen tangi solet, & osculari, qui argenteus calix hinc inde duas habens ansulas, sextarii gallici mensuram capit, in quo illa est spongia Domini potus ministra.*

8 Formam, materiam, mensuram expressè habes publicè multos annos propositam; ut differri non debeas. Barradius *tom. 4. lib. 2. cap. 11.* calicem credi, ait, Valentiæ esse, & servari adhuc modo. Adiit Andreas Victorellus in aphorismos Emanuelis Sá, *v. calix ex lapide agathe* esse. Qualis & ubi conservatur ait Baronius *an. 34. num. 63.*

9 Singulatim discutienda supellex, de quâ quidem constet. Lagenam, sive amphoram aquæ testaceam dicit Chrysostomus *enarrat. 26. in Matth.*

10 Pelluvium ex ære fuit. Ita ex M. Joanne de Forcourt Hannone libro, quem de peregrinatione Hierosolymitana vernacula lingua scripsit. Verba latinè sic reddo: *Ad vicesimum septimum Septembris unà cum sociis Cyrenis in Cypro delato varia reliquiæ monstrata sunt.* Inter cæteras æneа quædam Crux, quæ, rudi licet minerva, sit, miracula tamen edit quotidie quamplurima. Constat etiam vulgò eam non ex alia materia, quam ex pelvi fuisse, in qua Dominus Jesus pedes discipulis lavit, initium ducens à Petro. Quo loco auctor ostendit, Venerabilem hanc Crucem suo seculo, id est ad annum 1439. quo peregrinationem suam absolvit, adservatam in Cypro fuisse summa cum religione. Sed inde Rhodum translatam vult Bartholomæus è Saligniaco in itinerario Terræ Sanctæ. *In Civitate Rhodiorum in præcipuo Templo S. Joannis Baptistæ Crux ærea visitur, quam conflatam ferunt ex materia pelvis, quam Dominus in nocte Cœnæ lavit pedes discipulorum suorum.* Quod sub annum 1522. contigisse debuit, quo ipse finem peregrinationis suæ imposuit.

11 De linteo aiunt aliqui id circa annum Domini 1376. in Templo S. Andreæ Constantinopoli servatam. Sed quia auctorem nullum laudant, credimus id fieri potuisse, non asserimus certo contigisse.

12 Lego apud Leonem in Chronico Casinensi *lib. 2. cap. 34. His diebus* [anno videlicet 1013.] *Monachi quidam ab Hierosolymis venientes particulam linteï, cum quo pedes Dominus discipulorum extersit secum detulerunt, & ob reverentiam Sancti hujus loci hic devotissimè obtulerunt sexto Idus Decembris. Verùm cùm plurimi fidem denegarent, illi fide præditi particulam ipsam ardentibus imponunt prunis, quæ mox in colorem ignis versa est. Amotis tamen carbonibus, ad pristinam speciem mirabiliter redit. Cumque cogitarent quomodo, vel ubi pignora tanta locarent, dispositione Dei contigit, ut eodem die mitteretur huc loculus ille mirificus, ubi nunc condita est linteï ipsius particula, argento, & auro, gemmisque opere Angelico subtiliter, ac pulcherrimè decoratus. Ibi ergo, amoto Chrystallo cum omni veneratione locata est, moriſque est annis singulis, ipso die Cœnæ Dominicæ ad mandatum Fratrum à mansionariis eam deferri, & in medium poni, duoque ante illam accendi candelabra, & jugiter, donec impleatur mandatum ab Acolytho incensari. Demum juxta finem mandati à singulis per ordinem Fratribus, flexis genibus devotissimè adorari, & reverenter exosculari.*

Catinum eundem cum paropside fuisse, & quidem 13
quadrangulum fictilem putat D. Thom. *in 26. Matth.* ex Rabano Mauro. *Paropsis est vas escarum quadrangulatum à partibus assibus, ideſt aquis lateribus dictum, Catinum verò vas fictile aptum ad immittendum liquorem, & potuit fieri, ut in mensa vas fictile quadrangulatum contineretur.* Sic ferè Zacharias Episcopus Chrysopolytanus *lib. 4. in unum ex quatuor cap. 1. Quod verò Matthæus paropsidem, Marcus Catinum dicit, unus quadraturam vasis, alter qua esset fictile designat.* Sed parum fœlix est D. Thomas in originationibus. Primus Cabilonensis smaragdinum facit, in reliquarum locis: *Genuæ servatur Catinum smaragdinum, in quo Dominus cum Apostolis cœnavit.* Idemque in topographia confirmat. Addit verò Erasmus Stella hoc catino gemmam nullam certare, & ex Herodis cimeliis fuisse, qui ex Galilæa Hierosolymam cogitarat visere, ut Pascha celebraret. Apud Barradium quidam censent vel smaragdum fuisse, vel saltem in smaragdum commutatum.

Mappam servat Societas Jesu Ulysipponæ in D. Ro- 14
chi inter sacra lipsana. Credunt piè B. Mariæ manu elaboratam. Nam libello Hispanico de Reliquiarum solemnitatibus sacræ illius ædis carmine ad mappam.

Hæc Deus in mappa posuit sua fercula, & artis
Pro pretio, Maria sat mihi nosse manum.

Fuisse acu pictam insertis liliis.

Admirans aliquis textum admirabile, dixit,
Te mariæ eximia texuit ante manus.
Quàm bellè depingit acu, quæ lilia nectit,
In Christi vestes ingeniosa manus?

Cultet ad D. Maximini est prope Treviros.

Panis azymus, mundus, triticus, integer, sed & rotun- 15
dus fuit, ut Epiphanius *in anchor.* opinatur.

Vinum rubrum fortasse, si Eudoxiæ Imperatrici de 16
Christo §. *de fractione panis*, & Petro Pontano fides adhibenda *consid. 16.*

Hæc ego sic statuo, ut nihil asseram. Profero ta- 17
men quæ reperi. Addat, corrigat qui repererit certiora.

Ad secundum. Hinc statuunt Ecclesiastica, & Sacra- 18
mentalia munia, non tam ampliter, & magnifice obiri debere, objiciuntque præter paupertatis studium à Christo in Cœna, ut ipsi quidem suo more nugantur, usurpatum etiam idem priscis temporibus in usu fuisse. Nam apud Vualfridum Strabonem *lib. de reb. Ecclesiast. cap. 24.* & Radulphum Decanum Tungrensem *de canon. observand propos. 23. Ecclesiæ martyr, & Episcopus Bonifacius interrogatus, si liceret in vasis ligneis Sacramenta conficere, respondit: Quondam Sacerdotes aurei ligneis calicibus utebantur, nunc è contra lignei Sacerdotes aureis utuntur calicibus.* Quod apophtegma item eruunt ex Triburiensi Concilio.

Quibus cum Vualfrido respondeo, in hoc sicut, & 19
in reliquis cultibus magis, & magis per incrementa temporum decus succrevit Ecclesiæ. Nascente siquidem primùm Ecclesia, lignei in usu calices erant; sed quia bibuli imbuebantur Sacro sanguine, à Zepherino Papa *lib. de Pontificibus Romanis in Zepherino* in vitreos mutati. Exemplum habemus apud Hieronymum ad Rusticum: *Nihil exuperio ditius, qui corpus Domini vimineo canistra, & sanguinem portat in vitro.* Et ad vitreum alludit. Tertullianus *de pudicit. cap. 10. Ego ejus Pastoris sculpturam haurio, quæ non potest frangi.* Alludens ad fragile vitrum in quo Pastor pictus. Durarunt ex vitro ad Gregorii Turonensis ætatem *de glor. martyr. cap. 16.* factum hoc narrat. Festo scilicet quodam Mediolani in basilica S. Laurentii Diacono deferenti ad altare, calix crystallinus excidit, quem conjunctum colligit, ac fiusta imponit aræ, eumque post vigilias, lacrymasque ac preces reperit integrum; sed tandem ex victo excluſi, quod fragiles Remensi Concilio.

20 Ex metallo sapor displicuit, eo tamen usi Gallus, & Columbanus. Ita enim Gallus cùm Ducis Gunzonis filiam dæmone liberasset, & dona largiter oblata in pauperes distribuisset, Magnoaldo dicenti, Pater, habeo vas argenteum, pretiosum, cœlaturis insigne: Si vis reservabo illud, ut sacri vasa ministerii ex eo faciamus. Ille respondit: Fili, memor sententiæ B. Petri Apostoli, quam paralytico speranti pecuniam protulit: *Argentum*, inquiens, *& aurum non est mihi*, ne contrarius exemplo inveniaris, salubri. Vas, quod possides pauperibus conferre curato. Nam præceptor meus beatissimus Columbanus in vasis æneis Domini solet sacrificium offerre salutis, quia fertur & Salvator noster clavis æreis cruci affixus.

21 Marmorei calicis meminit Georgius Presbyter in Theodoro Archimandrita Siceorum, cujus in cœnobio nondum suppellex argentea ulla erat, Archidiaconum ergo B. Theodorus Constantinopolim ablegat calicis argentei emendi causa. Redit, refertque vas singulare, qua materiam, qua formam spectes. Cùm autem adhibendum esset sacrificio, quasi sordidum & inutile Sanctus illud rejecit. Laudat Archidiaconus ab arte, à pretio. Ita est, inquit Sanctus, pretiosum est, sed usus infecit. Demus nos in preces, & videbis unà mecum sordidum, quod modo non vides. Et eccum sordidum videbatur, ut esse argentum solet, cùm è camino educitur; recepitque illud Archidiaconus in manus, & restitutum est nitori. Revertit Constantinopolim, reddit opifici cum causa. Statim ille commeminit ex argentea meretricis situla conflatum, & vas purius dedit.

22 Ex stanno, argento, auro adhuc obtinet. Et de aureis quidem, & argenteis nimis constat habitos in Ecclesia & sacrificio adhibitos. Nam apud Prudentium iis Tirannus invidet.

Libent ut auro Antistites
Argenteis Scyphis ferunt,
Fumare Sacrum Sanguinem,
Auroque nocturnis Sacris
Adstare fixos cereos.

23 Qui ante Diocletiani tempora apud Augustinum. *lib. 2. contra Cresconium Grammaticum cap. 29. Calices duo aurei, item calices sex argentei* in Cirtensi Ecclesia reperti à Paulo Episcopo traditi sunt. Id habet ex actis pro consularibus sub Zenophilo consulari. Confirmat acta sub Minutio Felice, ubi reperimus *duos calices aureos, argenteos sex, urceola sex argentea, cucumellum argenteum, lucernas argenteas septem.* Inhiabant his istis Donatistæ, & rem suam inde faciebant sacrilega prophanatione. Optatus Milevitanus *lib. 6. contra Donatistas: Fregistis etiam calices, Christi sanguinis portatores, quorum species revocastis in massas, mercem nefariis nundinis procurantes, ad quam emptores eligere voluistis sacrilegi, dum inconsideratè vendidistis. Passi etiam estis comburi manus vestras, quibus ante nos eosdem calices tractabatis, eam rem tamen passim vendi jussistis. Emere forsitan in usus suos sordida mulieres, emerunt pagani facturi vasa, in quibus incenderent idolis suis. O scelus nefarium! O facinus in auditum! Auferre Deo, quod idolis præstes, subducere Christo, quod proficiat sacrilegio.* Vide Baronium an. 62. *num.* 270.

24 Nec sumptui parcebant, pingebant, cœlabant. Tertullianus *de pudic. cap. 7. A parabolis licebit, incipias ubi est ovis perdita, à Domino requisita, & humeris revecta. Procedant istæ picturæ calicum vestrorum, si in illis perlucebit interpretatio pecudis illius, utrumque Christiano, aut Ethnico peccatori de restitutione colliniet?* Nota in eo in errore Tertullianum fuisse, ut putaret Ethnicum tantum, non item Christianum lapsam ovem quæsitam, repertamque esse, & *cap. 10. Patrocinabitur Pastor, quem in calicem depingitis.* Meminit & B. Remigius imaginati calicis in testamento, Baron. *an. 216. n. 13.*

25 Addebant pondus. Auctor Vitæ Pontificum *cap. 45.* de Sixto III. *Calices ministeriales duos obtulit pensantes singulos libras tres, & ornatum ex gemmis:* Anastasius in Gregorio II. *Hic fecit calicem aureum præcipuum, diversis ornatum lapidibus pretiosis pensantes libras tringinta. Similiter & patenam auream pensantem libras octo & semis.* Epiphanius Episcopus Constantinopolitanus Hormisdæ Papæ extat inter Epistolas Hormisdæ *tom. 1. Epistol. Roman. Pontif. Indicta autem nostræ secundum Jesum Christum Dominum nostrum charitatis per viros reverendissimos destinatus ad administrationem divinæ vulturæ, & Sanctæ Apostolicæ vestræ Ecclesiæ calicem aureum, gemmis circumdatum, patenam aureum, & alium calicem argenteum, velica duo, quæ suscipere vestram Beatitudinem supplicamus cum illa charitate, quam vos habere in Deum non dubitamus.* Cæsarius *lib. 1. cap. 9.* de S. Engelberto Colonienſi Archiepiscopo narrat, *quod Calicem aureum ex gemmis pretiosis à diversis Regibus illi missis, valoris, ut aiunt, plusquam quingentarum marcarum, ad honorem Domus Dei fieri curavit, quem devotus super altare B. Petri Apostolorum Principis obtulisset, si non prius de passionis calice bibisset.*

Rarum est de B. Salvio, qui à pretio, & æstima- 26
tione martyrium venebatur. Nam apud Antoninum *2. p. tit 14. cap. 5. Habebat S. Salvius ministerium Ecclesiasticum aureum, vestimenta ex auro, & gemmis ornata, cingulum aureum gemmis, & margaritis intextum, qua omnia ubique ferebat secum coram omnibus sciens, ut ita perveniret ad palmam martyrii, & videtur hoc intelligendum de vestibus Sacris, in quibus celebrabat. Hæc autem concupiscens Vuinegardus, filius Gerardi, homo levis, & protervus, omnia fecit ei auferri, & de calice, & patena fecit sibi fieri sellam auream, & virum Dei missit in carcerem, qui servum suum mittens, eum interfici fecit, & discipulum ejus. Servus autem non est hoc ausus, donec ei Sanctus præcepit.*

Hanc servator regulam supellectilis Ecclesiæ in re- 27
gula Salvatoris pro ordine S. Brigittæ *cap. 21.* præscribit: *Sciendum etiam est, quia tredecim erunt altaria, & quod libet altare uno contentabitur calice. Summum verò altare duos calices habeat cum duobus paribus ampullarum, & duobus paribus candelabrorum, unam quoque Crucem, & tria thuribula, quorum unum habendum est singulis diebus, duo verò in festivitatibus, & unam pyxidem pro corpore meo. Insuper omninò caveatur, ne plura de argento, vel de auro in possessione habeantur Monasterii. Quoniam nec aurum, nec argentum, sive gemmas, sed gratiam meam continuis studiis, devotis orationibus, & divinis laudibus sibi coacervabunt pro thesauro. Licebit etiam Reliquias Sanctorum auro, vel argento, seu gemmis secundum ipsarum mensuram sine omni superfluitate operiri.* Ubi vides Christum religiosæ paupertati prospicere, cum non vult profanam supellectilem sumptuosam esse, vult tamen sacram auream, argenteam, gemmeam esse.

Ad tertium. Paschasius Corbeiensis lib. de corpore, 28
& sanguine Domini ex Luca inducit duos. *Unum prius post agni comestionem, antequam panem acciperet, alium verò postquam benedixit ipsum panem, ac fregit, & dedit discipulis.* Ut ex textu videtur liquidò constare *v. 17. & v. 20.* Rationes sunt symbolicæ.

Primò, quasi Christus *in eorum uno, ideſt primo* 29
passionem suam voluerit exprimere. In alio verò fidelium suorum passionem præfigurare.

Secundò, quasi voluerit *in utroque calice illud* 30
ostendere, quod in veteri testamento præceptum est, ut qui Paschæ non primo mense agnum comedendo egerat, in secundo mense in hœdi comestione perageret, ac propterea duos calices Discipulis Dominum tradidisse. Utrumque Testamentum calix uterque designat, cum ille ad agnum, hic ad mysterium corporis pertineat.

31 Sed ratiunculæ sunt à numeris nullo pondere. Quia plures etiam mysticæ contra faciunt. Ad Lucam ex Paschasio repono: *Quia anticipaverat de eo dicere rursus recapitulando bis eum commemorat.* Videbit ex vero hoc dici, qui litteram consuluerit, præsertim accedente Ecclesiæ sanctione, edita à Gregorio Secundo ad Bonifacium, Germanorum Apostolum, cùm Dennal presbyterum Romam ad Apostolicam Sedem cum quæsitis destinasset: *In Missarum solemniis observandum est, quod Dominus noster Jesus Christus Sanctis suis tribuit Discipulis? accepit namque calicem, dicens: Hic est calix &c.* Marc. 14. & Luc. 22. *Unde congruum non est, duos, vel tres calices in altari ponere, cum Missarum solemnia celebrantur.* Quid mirum! Qui enim id perebant, erant Germani.

32 Ad 4. Nimis quam turpiter hic hallucinatus Tatianus, fallax vulpes, & sacrorum rituum fœdior simia, qui apud Epiphanium *hæresi* 46. *mysteriis similiter usus est ad imitationem Sanctæ Ecclesiæ, verum aqua solum in iisdem utebatur.* Alibi accedebat, ut simplicioribus imponeret, hic ut sic novus, solus solam, sed avius viam ambulat. Illum cum aquariis omnibus Philastrius *hæresi* 30. perstringit.

33 Alii timore olim vino abstinebant, qui mane ntelucano tempore ad synaxim conveniebant. Ne verò tam matutino odore Christiani deprehenderentur, non vino, sed aqua utebantur. Hos gravissimè Cyprianus erroris monet *Epist. 63. ad Cæcilium*: *Cæterum omnis religionis, & veritatis disciplina subvertitur, nisi id, quod spiritualiter præcipitur, fideliter reservetur, nisi in Sacrificiis matutinis hic quis veretur, ne per saporem vini redoleat Sanguinem Christi. Sic ergo incipit, & à passione Christi in persecutionibus fraternitas retardari, dum in oblationibus discit de sanguine ejus, & cruore confundi. Porrò autem Dominus in Evangelio dicit: Qui confusus me fuerit, confundet eum filius hominis. Et Apostolus loquitur dicens: Si hominibus placerem, Christi servus non essem. Quomodo autem possumus, si propter Christum erubescimus, Sanguinem Christi bibere?*

34 Utrisque revincendis sufficit Chrysostomi duplex ratio *homil.* 83. *in Matth.* Prior, quia apud priores tres Evangelistas genimen vitis legimus, *quæ vinum, non aquam producit.* Et altera, quam per interrogationem instituit: *Cur non aquam, sed vinum post resurrectionem bibit? Perniciosam quandam hæresim radicitus evellere voluit eorum, qui aqua in mysteriis utuntur, ita, ut ostenderet, quia cum hoc mysterium tradidit, vinum tradidit, etiam post resurrectionem sine mysteriis in simplici mensa vino est usus.* Eccur vinum? Theophilus Patriarcha Alexandrinus *l. 3. allegoriarum in Evangel. Per genimen viris populum significat Judæorum, quem negat se assumpturum, nisi in Regno, Patris sui, ideſt, nisi in fide ipsius crediderimi.*

35 Alio adhuc init insania, in lacte consecrarunt, de quibus Concilium Bracarense 3. *procem. Quidam in Sacrificiis Domini relati sunt! ac pro vino offerre, Eucharistiam quoque vino madidam pro complemento communionis credunt populis porrigendam.*

36 Alii mel & salem addiderunt apud Paschasium exposito ad Fradegardum. *Ad ultimum quæso ne sequaris ineptias de tripartito Christi corpore, non salem, & mel in eo admisceas, quod quidam voluerunt, nec aliud adjicias, nec subtrahas, sed totus ut Christus instituit, ita esse credas, & intelligas quatenus ille per hoc in nobis incorporatus maneat, sicut & nos in illo per hominem Deum, quem assumpsit, cui juravit Deus Pater, Tu es Sacerdos secundum ordinem Melchisedech, & non secundum deliramenta quorundam. Idcirco Apostolorum sequenda est traditio, ne unusquisque nostrum suam præsumat cœnam ad manducandum. Eorum itaque fides, eorum instituta servanda.* Concilium Antisiodorense *can.* 8. *Non licet in altari id sacrificio Divino mellitum, quod mulsum appellatur, nec ullum aliud poculum extra vinum eum aqua mixtum offerre. Quia ad grande reatum, & peccatum pertinet presbytero illi quicunque aliud poculum extra vinum in consecratione sanguinis Christi offert.* Canon Apostolicus 3. *Si quis Episcopus, aut presbyter præter ordinationem Domini, quam de sacrificio instituit, alia quadam, puta aut mel, aut lac, aut pro vino siceram super altare obtulerit, ut qui contra ordinationem Domini faciat, deponitur.*

Mitto Gnosticos, homines blasphemè impios, de quibus Epiphanius *hæres.* 26. & 27. consuli malim, ne vel mihi calamus, vel Lectori aures pestilenti scripto fœdentur. 37

Ad Oenoporas me convertam, in quos B. Nicon de Armenorum religione. *Qui in pane mystico non utuntur azymis, & in Sacrum calicem aquam non immittunt* Peccant, non tantum in Ecclesiæ præceptum apud Micrologum *de Ecclesiast. observat. cap.* 10. quo *S. Alexander, à B. Petro, Papa T. constituit, ut panis tantum, & vinum aqua mixtum in sacrificio Domini offeratur.* Sic Alexander ipse *Epist. ad Orthodoxos*: *Non decet in Calice Domini aut vinum solum* (contra Armenos) *aut aquam solam* (contra Hydroparastatas, & Aquarios) *sed utrumque permistum offerri.* Denique Concilium Triburicense 26. Episcoporum in Germania pro tuenda Episcopali auctoritate constitutum anno 895. licet Sigebertus in chronico ad annum 899. rejiciat *c.* 19. hc habet: *Ne ullus sine commistione vini, & aquæ mysteria sacra conficiat, sed ut duæ partes sint vini, quia major est majestas sanguinis Christi, quam fragilitas populi, tertia aquæ, per quam intelligitur infirmitas humanæ naturæ.* Sed etiam in traditionem Apostolicam. Florus Magister, qui Caroli Calvi tempore floruit in exegesi. *Seiendum verò, quod eundem Calicem Dominici sanguinis juxta observantiam Ecclesiæ Catholicæ ab Apostolis traditam, nisi mixtum aqua offerre non licet.* 38

Standum etiam institutioni, extra quam qui abit, erat. Cyprianus *Epist. 63. ad Cæcilium*: *Si Jesus Christus, & Dominus Deus noster ipse est Summus Sacerdos Dei Patris, & sacrificium Patri seipsum obtulit, & hoc fieri in sui commemorationem præcipit; utique ille Sacerdos vice Christi verè fungitur, qui id, quod Christus fecit, imitatur, & sacrificium verum, & plenum tunc offert in Ecclesia Deo Patri, si sic incipiat offerre secundum quod ipsum Christum videat obtulisse.* Deinde gratiam simplicitati, & ignorantiæ facit: *Si quis de antecessoribus nostris, vel ignoranter, vel simpliciter non hoc observavit & tenuit, quod nos Dominus facere exemplo, & magisterio suo docuit, potest simplicitati ejus de indulgentia Domini venia concedi, nobis vero non poterit ignosci, qui nunc à Domino admoniti, & instructi sumus, ut calicem Dominicum vino mixtum, secundum quod Dominus obtulit, offeramus.* 39

Ideò sancivit Concil. Carthaginense III. *c.* 14. nihil offerendum, nisi quod ipse Dominus tradidit, ideſt panis, & vinum aqua mixtum, nec amplius offeratur, quàm de uvis, & frumentis. Christum autem tribus his substantiis usum secundum Ecclesiæ usum Liturgici docent. Nicolaus Methonensis de corpore, & Sanguine Christi, *Similiter & calicem ex vino, & aqua temperatum sanctificavit, deditque nobis, dicens: Bibite ex eo omnes* D. Basilius, Cæsareæ Cappadociæ Episcopus in Anaphora: *Similiter autem, & calicem vini nati è vitè postquam cœnarunt accepit, miscuitque aquis, gratias egit, benedixit, sanctificavit, ac gustavit, & divisit discipulis suis, & Apostolis sanctis &c.* S. Marcus Evangelista in Liturgia: *Similiter & calicem postquam cœnavit, accipiens, factaque vini, & aquæ commistione &c.* B. Jacobus, frater Domini in Missa divina: *Similiter postquam cœnavit, accipiens calicem, & permiscens ex vino,* 40

vino, & aqua, & adspiciens in Cœlum, ac ostendens tibi Deo & Patri, gratias agens &c.

41 His conspirant Patres. Hieronymus *in Marci* 14. *Formans sanguinem suum in calicem vino, & aqua mixtam.* Theodoretus *Dialog.* 1. *Deus in mysteriorum traditione corpus panem appellavit, & sanguinem id, quod in calicem infusum est, & commixtum.* Ita & Joannes Damascenus *lib.* 4. *Orthodoxæ fidei cap.* 14. & fusè Eucherius Lugdunensis *homil.* 5. *de Pascha*, Rabanus Maurus *lib.* 1. *institutionis Cleri cap.* 31.

42 Ad quintum. A mixto utroque liquore rectè Irenæus calicem temperamentum nuncupavit. Sed quid necesse, inquies, ut temperet? Quia, ait Hieronymus *de quæstion. hebraic. Vinum, quod Deo in sacrificium offerebatur, aqua mixtum erat. Debuit igitur figura eum referre, cujus erat.* Accomodat verò idem Doctor in *Proverb. cap.* 9 cum scriberet una cum Glossa, & Lyrano *in Isaiæ* 55. & D. Cypriano *Epist. ad Antonianum: Bibite vinum, quod miscui vobis*, quasi à Christo hæc prædicantur, qui in una persona deitatem cum humanitate copulavit.

43 Rabbi Samuel ad Rabbi Isaac apud Antoninum 2. *p. in fine* huic sacrificio accomodat illud *Proverb.* 9. *Sapientia ædificavit sibi domum, excedit columnas septem, immolavit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam, misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem, & ad mœnia civitatis. Si quis est parvulus, veniat ad me, & insipientibus loquuta est, venite & comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis.* Ubi sic queritur: *Quid est, Domine mi, mensa parata Sapientiæ Altissimi, nisi Altare? Quid panis, & vinum mixtum, nisi sacrificium de pane, vino, & aqua, quod fit in Altari? Qui sunt insipientes vocati per servos sapientiæ, nisi gentes, quæ ignorabant Deum, vocatæ per Apostolos? Et notabiliter dicit panem suum, per quod innuit, hoc sacrificium esse gratum, & adjutum convivium tam subtile, tam spirituale non vocavit patres nostros, qui erant occupati in sacrificio legis carnalis, quod etiam carnale sacrificium non dimisit nobis, sed privavit nos illo, jam sunt mille anni completi, quod nobis accidit, propter illum justum, in quem peccavimus.*

44 Altera ratio est, quia de Christi demortui perfosso latere, sanguis, & aqua profluxerunt. Ita Cyprianus, Germanus Constantinopolitanus in Theoria, Florus Magister in exegesi, Stephanus Eduensis *de Sacram. Alt. cap.* 12. Micrologus *de Ecclesiast. observat. cap.* 10. Amalar. *lib.* 4. *Offic. Eccles. cap.* 47. Cyrillus *Catech.* 13. Nicetas Pectoratus Monachus Studii *lib. contra Latinos*, & si hic cum Græcis vivo adhuc, & spirantı Christo dicat accidisse, Alger. *lib.* 1. *de Sacram. Corp. & sang. Domini cap.* 19. *& l.b.* 3. *cap.* 8. Humbertus Cardinalis Sylvæ candidæ respondione ad Nicetam, Alexander Papa *Epist. ad Orthodoxos.*

45 In interpretatione variant, & errant Græci, ut infrà docebitur, Amalarius: *Vinum, & aqua in calice monstrant sacramenta, quæ de latere Domini in Cruce efflaverunt, ideſt sanguinem, & aquam, quibus nos potat Dominus noster.* Ad potum Florus lavacrum conjungit: *De Latere ejus aqua cum sanguine egressa, vinum de carne ejus vite cum aqua expressum ostendit. Hæc sunt enim Sacramenta Ecclesiæ, sine quibus ad vitam, quæ verè vita est, non intratur. Ille sanguis in remissionem fusus est peccatorum. Aqua illa salutare temperat poculum, hoc & lavacrum præstat. & potum.* Cyprianus vult, unionem innui: *In calice Dominico aqua sine vino deesse non debet, ne populus, qui per aquam juxta Apocalypsim significatur, à Christo separatus esse videatur.* D. Algerus distertius paulò, & fusius: *Iulius Papa in decretis Episcopis per Aegyptum missis, calix Dominicus juxta Canonum præceptum vino, & aqua permixtus debet offerri, quia videmus in aqua populum intelligi, in vino ostendi sanguinem Christi. Ergo cum in calice aqua vino miscetur, Christo populus adunatur, & credentium plebs ei, in quem credit copulatur, & jungitur quæ copulatio, & conjunctio aquæ, & vini sic miscetur in Calice Domini, ut mistio illa non possit separari. Nam si vinum quis tantummodo offerat, Christi sanguis incipit esse sine nobis. Si verò aquam solam, plebs incipit esse sine Christo. Sciendum tamen, quia licet prius mysticè vinum, & aqua misceatur, post consecrationem tamen non nisi sanguis bibitur; quia prius per aquam baptismatis renati, postmodum non solum concorporales, sed & consanguines Christi spiritualiter efficimur. Ad significandum autem Christum vinum, & ad significandum populum, aqua miscetur. Quia etsi nisi vinum de aqua, dignius tamen per vitem, & Christus de carne nostra per Martium generatur, & potentius ad reficiendum, & inebriandum quàm aqua invenitur. Quia calix Domini inebrians quàm præclarus est! dum sui amoris fervore mens ebriata omnium terrenorum obliviscitur.* Et Stephanus Eduensis unionem unit cum lavacro: *Aqua vino miscetur, ut unda regenerans, ita sanguis Christi admixta intelligatur, quia per alterum sine altero nemo salutem consequitur. Per hoc etiam unio Christi, & Ecclesiæ designatur.*

Adspiravit aliquando Deus miraculo, ostenditque placare sibi, & omnino velle Calicem mixtum esse. Altegifilus enim, Archiepiscopus Bituricensis, cum in Semiruta Ecclesia territorii Gebennensis in loco detecto orandi causa esset, *neque custodem ullum, nequi Clericum vigilantem illic reperisset, patentibus Ostiis, sed Sacrario obstrato, Missam in Ecclesia celebrare voluit. Deerat autem aqua, quæ manus ablueret, & quam Sacrificio misceret. Dixit igitur amico suo Marculpho, ad temporis Lectori, nunc autem Abbati ejus Basilicæ, ubi corpus ejus humatum est: perquire panniculum, quo ut hic Missas celebremus. Quæsierunt illi, sed nihil invenerunt. Reversi autem ad eum in Ecclesiam, viderunt Ostia Sacrarii aperta, quæ antè clausa conspexerant, cumque ingressi essent, invenerunt ipsum vinum Dei stantem, & coram se habentem duos crateres, alterum vino, alterum aqua plenum; Quæ res non mediocri eos admiratione, & pavore affecit.* 46

Ad Sextum. Nicolaus Cabasilas expositione Liturgiæ *cap.* 37. Græcos, ait, uti calida post consecrationem, quam injiciunt in Calicem priusquam communicent. Modum, ritumque tradit Germanus Constantinopolitanus in theoria, additque rationes factı: *Adfertur aqua calidissima ex exiguo lebete, ac ex ea temperat, quæ divinæ mensæ proposita sunt, sive crateres, sive pocula sint, ut veluti ex vivente procedant divino latere utraque calore referta. Ita sanè, & aqua calidissima tempore communionis injecta, absolutum typum mysterii explet percipientium mammam poculi, quasi ipso vitam porrigente latere contrectato. Hæc etiam janua quædam est ad Trinitatis fidem, & cognitionem percipiendam, idque magnus ille Ioannes, ac Theologus repræsentat Ioan. 5. tribus his testibus salutaris fidei, & virtutis sermonem confirmans. Tres inquit sunt testificantes; spiritus, aqua, & sanguis, & tres in unum coeunt.* 47

Ubi latitum cum Oriente vir sanctus. Nec enim Christo vivo latus apertum, sed jam mortuo, ut Nicetam Pectoratum Humbertus Cardinalis infra docebit. Ratiunculæ piæ sunt. sed tortæ, eas audiemus, & veniam dabimus D. Germano, sed Cabasilæ, Theodoro Balsamoni, & Niceæ Pectorato non dabimus. Pergit B. Germanus: *Vinum declarat sanguinem ex latere Christi fluxum. Est autem & mysticum vinum quod dedit discipulis in Cœna, aqua autem demonstrat eam, quæ fluxit ex latere Christi, & per calorem significat fervorem S. Spiritus, per albedinem verò sinceram fidem. Vinum simul & aqua sunt egressa ex latere ejus sanguis; & aqua, ut ait Propheta: Panis ei dabitur ad cibum, & aqua ei ad potum potabilem* Adstruit idque clarius Cabasilas *cap.* 37. *Spiritus Sanctus signatur aqua calida in mysteria infusa: Hæc enim cum & aqua sit, & ignis sit particeps significat Sanctum Spiritum, qui etiam aqua dicitur, & tamquam ignis apparuit in Christi Discipulos illapsus. Hoc autem tempus illud significat. Tunc enim descendit postquam omnia, quæ ad Christum spectabant facta sunt.* 48

Nunc autem perfectis, & consummatis donis, hac aqua immittitur.

49 Pectoratus ab effectu concionatur. Supponit enim tantum, quæ probanda ei erant, libro contra Latinos: *Sanguinem calidissimum ejus bibentes cum effluente aqua ex immaculata costa ejus, mundamur ab omni delicto, ferventi replemur spiritu. Calicem enim ut videtis, velut ex latere Domini calidum bibimus, quia ex viva carne, & calido Spiritu Christi calidissimus nobis sanguis & aqua emanavit.* Qui error Petri Joannis Biranensis item est apud Gabrielem Prateolum in elencho, comminiscentis Christo viventi vulnus lateris inflictum, ut dolores Christi patientis augeret. Sed non eget ille mendacio nostro contra manifestam Scripturam *Joan.* 19. Rectè damnatur in Concilio Viennensi, cujus hæc definitio in Clementinis *tit. de Sum. Trinit. & fid. Cathol. Nos igitur ad tam præclarum Evangelistæ testimonium, ac Sanctorum Patrum, & Doctorum communem sententiam apostolicæ considerationis, ad quam dumtaxat declarare pertinet, aciem convertentes, sacro approbante Concilio, declaramus, prædictum Apostolum, & Evangelistam Joannem, rectum in præmissis factæ rei ordinem tenuisse, narrando, quia Christo jam mortuo unus militum lancea latus ejus aperuit.*

50 Sed Humbertum audiamus sic Graecis argumentantem, & Nicetam prosternentem. Primò. Si cum lancea latus Christi apertum fuit, aqua calida exivit, sanctus, & vivificus spiritus, ut volunt Græci, in sanctificata carne remansit. Ergo Christus phantasticè tantum mortuus est, & ex consequenti non resurrexit, quare nec nos resurgemus, estque inanis fides nostra 1. *Cor.* 15.

51 Secundò. Evangelistæ conspirant, Christum hora nona mortuum, serò à Joseph postulatum, depositum de ligno, & sepultum. Christo expirante, velum templi, & petræ scissæ sunt, corpora Sanctorum resurrexerunt, in illa perturbatione, & naufragio mundi, totiusque creaturæ, non tantum non fuit latus Christi apertum lancea, sed qui prius insultaverant, viso terræ motu, & his, quæ fiebant, percutientes pectora sua revertebantur, ipse adeò Centurio fatebatur filium Dei esse. At ubi conquievit tumultus, & aliqua severitas rediit cùm serò esset, rogarunt Pharisæi Pilatum propter solemnem die Sabbathi frangerentur Crucifixorum crura. Tunc etiam Joseph rogavit tollere corpus Jesu. Pilatus autem mirabatur, si jam obiisset, & accersito Centurione, ubi cognovit Jesum jam mortuum, donavit corpus Joseph. Porrò milites fregerunt crura utriusque latronis, Christo ut viderunt mortuum, non fregerunt crura, sed unus militum lancea latus ejus aperuit, & continuò exivit sanguis, & aqua, è quibus formaretur Ecclesia, ut ex costa Adæ formata est Eva. Hora nona obiit, serò de Cruce deponendo latus aperitur, non potuit sanguis inde calidus emanare, corpore præmortuo, & frigido. Vel si miraculum intercessit, quare rem silent tantam? Et vos Græci undè discrevistis, calidum fuisse? Peto, an aqua tantum, vel sanguis tantum, vel utrumque simul calebant? Si sanguis tantum, quare aquam calefacitis? Si aqua tantum, quare ex ea calefaciris sanguinem Christi? Si utrumque simul, quare non simul calefacitis.

52 Tertiò. Si aqua lateris Christi caluit, quare aqua baptismatis non calefit? Cum præcipuè ipsa baptismum præfiguravit, sicut sanguis redemptionem?

53 Interim Theodorus Balsamon *Alexandrinus*, dum Marci Antiocheni quæstionibus facere nititur satis, quasi de post cortinam audaculus pronunciat: *Quo divinum poculum aqua fervente non confecerat, ut hæreticæ è sorte Orthodoxorum expellantur.* Ridiculè. Audiamus nos hac lege hæretici, & Deo bono audiemus boni. Et nihilominus Innocentius Papa IV. in diplomate ad Legatum Regni Cypri Pontificatus sui anno secundo super ritibus Græcorum, qui tolerari, vel non tolerari possint *n.* 7. inquit: *Porro appositione aquæ, sive frigidæ, sive calidæ, sive tepidæ in altaris sacrificio, suam si velint consuetudinem Graeci sequantur, dummodo credant, & asserant, quod, servata canonis forma, conficiatur pariter de utraque.*

CONSULTATIO XCVII.

1. *De Missa, undè sic dicta. Quibus nominibus vocata, Cathecumenorum. Fidelium.*
2. *Quando licitum celebrare.*
3. *Quoties?*
4. *Ubi? ejus abusus. Erudite omnia ex Patribus, & Conciliis.*

AD primum, Theophylatus in *Matth.* 26. *Sicut* 1
vetus Testamentum immolationem habebat, ita & novum Testamentum sanguinem habet, ac immolationem; sed præstantiori modo. Leo *serm.* 7. *de passione*: *Ut enim umbræ cederent corpori, & imagines sub præsentia veritatis, antiqua observantia novo tolleretur Sacramento, hostia in hostiam trarsit, sanguinem sanguis excludit, & legalis festivitas, dum mutatur, impletur.*

Umbræ erant vituli, placuerunt tamen Deo, ut *Gene.* 8. patet: *Ædificavit enim Noe altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis, obtulit holocausta super altare, odoratusque est Dominus odorem suavitatis.* Quando Genes. 4. *Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum, & respexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus.* Despuere tandem, & rejecit. *Non accipiam, inquit, de domo tua vitulos, & de gregibus tuis hircos.* Id advertit Psalmographus *psal.* 50. *Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique, holocaustis non delectaberis.* Res siquidem jam erat, & cum ea signum, idest Jesu Christi Verbi æterni sub speciebus panis, & vini, corpus, & sanguis hostia beneplacens, sacrificium sempiternum. Hujus desiderio successus Deus rejecit cæteras, Malach. 1. *Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum.*

Variè id antiquitas indigitat magna sanctificatione 3
honoris. Primò Missa dicitur ex inscriptione Jacobi fratris Domini, cum addito *divina*: Undè iis accedo, qui hebræam vocem faciunt. Vide Concilium Colonienſe, Senonense, Democratem *l.* 2. *c.* 1. *l.* 4. *c.* 32. Et si in latinum Ecclesia rectè transtulerit. Confert enim una secum vim, roburque significationis. Ambrosius *tom.* 4. *orat.* 1. præparante ad Missam. *Propter magnam clementiam tuam concede mihi hodie, & semper Missarum solemnia puro corde, & pura mente celebrare.* Concilium Carthaginense secundum *c.* 3. *Reconciliare quemquam in publica Missa presbytero non licere, hoc omnibus placet.* Augustinus *Serm.* 251. *de Tempore*: *In die verò nullus se à sacra Missarum celebratione separet &c. Adhuc quoque quod detestabilius est, ad Ecclesiam aliqui venientes, non intrant, non insistunt precibus, non expectant cum silentio sanctarum Missarum celebrationem.*

Adeò majestatis plena, ut Ethnicis, imò cathecume- 4
nis interesse non licuerit. Missa Æthiopum: *Sacerdos alta voce legat Evangelium; Diaconus, finito Evangelio dicit: Exite foras, qui non vultis accipere Sacramentum, sive Eucharistiam. Ite cathecumeni.* Athanasius *epist. ad solitarios*: *Ingressus es in Ecclesiam, ô homo, ne exeas, ni dimittare.* Florus Magister in exegesi Missæ, & D. Remigius Antisiodorensis, qui sub Carolo Calvo cum Floro vixit, in fine *lib. de celeb. Missæ* iidem verbis: uterque: *Missa nihil aliud intelligitur quàm dimissio, id est absolutio, quam celebratis omnibus, tunc Diaconus esse pronunciat finitam, cum populus à solemni observatione dimittitur. Undè & Missam Catechumenorum canones dicunt, quando post Evangelii lectionem inci-*

piunt celebrari sacra mysteria, quibus nullum, nisi baptismi fonte regeneratum interesse licet. Tunc enim, clamante Diacono, Catechumeni mittebantur, idest, dimittebantur foras. Missa ergo catechumenorum fiebat ante actionem Sacramentorum. Missa fidelium post consecrationem, & participationem eorumdem Sacramentorum.

5 Aliud Etymon suggerit beatus idem Remigius initio expositionis: *Missa dicitur quasi transmissa, vel quasi transmissio, eo quod fidelis populus de suis meritis non præsumens, preces, & oblationes quasdam Deo omnipotenti offerre desiderat, ut per ministerium, & orationem Sacerdotis ad Deum transmittat, quem mediatorem inter se, & illum cognoscit, confidens per ejus orationem, atque intercessionem à malis omnibus liberari, atque Creatori suo reconciliari, & in omnibus corroborari.* Ambr. *l.* 5. *epist.* 33. *Mansi in munere, Missam facere cœpi.* Augustinus *Serm.* 91. *de Tempore*: *In lectione, quæ nobis ad Missas legenda est &c.*

6 Secundò Collecta, Collectio, Dominicum, sacrificium Missæ. Acta proconsularia Sanctorum Martyrum sub Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus: *Cùm igitur ab officio Proconsuli offerrentur, suggerenturque, quod à magistratibus Altinensium transmissi essent Christiani, qui contra edictum Imperatorum, & Cæsarum Collectam Dominicam celebrassent, primum Proconsul Dativum interrogat, cujus esset conditionis, & utrum Collectam fecisset. Qui cum Christianum, & in Collecta fuisse profiteretur, auctor ab ipso collectionis sanctissimæ postulatur.* Ea autem omnia Sacrificium Missæ, factamque illam actionem significabant, vel qua Sacerdotes erant, & faciebant, vel qua audientes, & præsentia & honorem Sacramento dabant. Sic ibi Victoria clarissima Martyr de se fatetur: *In Collecta fui, & Dominicum cum fratribus celebravi, quia Christiana sum.* Deinde Dativus iterùm: *Cum interrogatus, utrum in collecta fuisset, profiteretur constanter, & diceret, cùm collecta fuisset, se supervenisse, & Dominicum cum fratribus congrua devotione celebrasse, auctoremque ejus collectionis sanctissimæ unum fuisse &c.* Alter institit: *In contra institionem Imperatorum, & Cæsarum fecisti, ut hos omnes colligeres.* Respondit presbyter Saturninus, *Domini spiritu suggerente securi Dominicum celebravimus. Proconsul ait: Quare? Respondit: Quia non potest intermitti Dominicum. Saturninus cum interrogaretur, utrum auctor esset, & omnes ipse audivisset, & diceret: Etiam Ego præsens in Collecta fui. Emeritus lector ad certamen exiliens, congrediente prebytero: Ego sum auctor, inquit, in cujus domo collecta facta fuit &c. At verò Emerito applicato, In tua, inquit, Proconsul, domo Collecta factæ sunt contra præcepta Imperatorum? Cui Emeritus spiritu sancto mundatus: In domo mea, inquit, egimus Dominicum. At ille. Quare permittebas, ait, illis ingredi? Quoniam fratres mei sunt, & non poteram illos prohibere. Sed prohibere, inquit, debuisti. At ille, non potui, ait, quoniam sine Dominico esse non possumus.* Et Proconsul ad Felicem: *Si in Collecta fuisti? Respondit, quod Christianus sine Dominico esse non possit, & Dominicum sine Christiano celebrari. An nescis Satana, in Dominico Christianum, & in Christiano Dominicum, constitutum, ut nec alterum sine altero valeat esse? Cum nomen audieris, frequentiam Domini disce, & cùm Collectam audieris, nomen agnosce. Denique cognosceris à martyre, & rideberis, tali responsione cognoscetis: Collectam, inquit, religiosissimè celebravimus ad scripturas divinas legendas in Dominicum convenimus semper.* Nota, Dominicum etiam locum esse, in quo Collectæ, & Dominicum fiebant.

Tertiò Sacrificium incruentum. Jacobus in divina 7
Missa: *Domine miserere nostri, quandoquidem veneramur, ac tremimus, cùm tuum sanctum altare nobis accedendum est, & offerendum sacrificium hoc verendum, & incruentum pro nostris peccatis, & pro iis, quæ populus per ignorantiam admisit.* Item: *Offerimus tibi, Domine, hoc sacrificium venerandum, & incruentum, &c.* Basilius in anaphora: *Sacrificium hoc reverendum, & incruentum ad abolenda delicta nostra, & pro proculo populi tui, eorumque peccatorum, quæ ille per insciitiam admisit, ac tranquilla requie eorum, qui antehac occubuerunt.* Canon venerabilis, seu Missa Æthyopica S. Germanus theoria: *Mensa est vice loci sepulturæ, in quo positus est Christus, in qua proponitur verus & cœlestis panis, quod est mysticum, & incruentum sacrificium, qui mactatus carnem suam, & sanguinem, in cibum, & potum vitæ æternæ proposuit fidelibus.* Vivificum sacrificium, *mysticum, ac vivum sacrificium.*

Quartò. Lattian. B. Marcus in Liturgia: *Offerimus* 8
rationabilem, & incruentam λατρειαν.

Quintò. Propitiatorium faciunt, & peccatis nostris 9
expiandis accommodum. Jacobus in Liturgia: *Offerimus tibi incruentum sacrificium pro peccatis nostris, & ignorantis populi.* Concilium Emeritense tempore Reccesuinthi Regis *can.* 3. *Instituit hoc Sacrum Concilium, cùm eum*, scilicet Regem, *causa ingredi fecerit contra hostes suos, unusquisque nostrum in Ecclesia sua hunc teneat ordinem, ita, ut omnibus diebus per bonam dispositionem Sacrificium omnipotenti Deo concedatur. Tandiu hic ordo tenendus est, quandiu cum divino juvamine ad suam redeat sedem Quisquis hujus institutionis modum implere distulerit, sciat se ab suo Metropolitano esse excommunicatum.* Et *can.* 19. statuit Concilium, ut cui ob paupertatem ipsarum plures creditæ essent Ecclesiæ, in illis singulis singula sacrificia diebus Dominicis offerre deberent: *Certè Redemptor noster, consulens nostræ fragilitati, tradidit hoc nobis Sacramentum, ut quia ipse jam non potest mori, & nos quotidie peccamus, habeamus verum Sacrificium, quo possimus expiari à peccatis nostris.* Timuit sibi vehementer Venerabilis Beda, agens animam, quare animæ suæ consultum per Missas voluit, ut discipulus ejus Anonymus testatur in epistola, qui magistro morienti aderat, & hoc in mandatis ab eo accepit: *Hora nona dixit mihi: Quadam pretiosa in mea capsella habeo, idest piper, oraria, & incensum, sed curre velociter, adhuc presbyteros monasterii nostri ad me, ut & ego munuscula, qualia mihi Deus donavit, illis distribuam. Quod cum tremore fecit, & præsentibus illis, locutus est ad eos, unumquemque monens, & obsecrans, Missas, & orationes pro se diligenter facere, quod illi libenter se facturos responderunt.*

Sibi mortuæ B. Monica oprabat propiciatorium fie- 10
ri. Augustinus *l.* 9. *confessionum c.* 11. cum filio utique morti proxima diceret: *Ponite*, inquit, *hoc corpus ubicumque, nihil vos ejus cura conturbet, tantum illud vos rogo, ut ad Domini altare memineritis mei.* Quod latius Augustinus ipse prosequitur *c.* 13. *Imminente die resolutionis suæ non cogitavit, suum corpus sumptuosè contegi, aut condiri aromatibus, aut monumentum electum concupiit, aut curavit sepulchrum patrium. Non ista mandavit nobis, sed tantummodo memoriam sui ad altare tuum fieri desideravit, cujus nullius diei prætermissione servierat, unde sciret dispensari victimam sanctam, qua deletum est Chirographum, quod erat contrarium nobis, qua triumphatus est hostis computans delicta nostra, & quærens quid objiciat, & nihil inveniens in illo, in quo vincimus. Quis ei refundet innocentem sanguinem? Quis ei restituet pretium, quo nos emit, ut nos auferret ei? Ad cujus pretii nostri Sacramentum legavit ancilla tua animam suam vinculo fidei.*

Principes Christianos hoc dono Ecclesia solet 11
prosequi, ut pacato Numine res ipsis felicius fluerent. Exemplum est in Emeritensi Concilio, & Toletano sexto decimo *can.* 8. videmus sancitum à Patribus pro Egicane Rege, ut per omnes Civitates, locaque Regni pro Rege, nepotibus, neptibus, familia tota *sacrificiorum libamina Domino offerrentur.* Et numerum quidem præscripsit Moguntina Synodus sub Rabano

Archiepiscopo Ludovico Regi *strenuissimo rectori, & defensori sanctæ Dei Ecclesiæ, unà cum uxore, & prole sua, ejusque fidelibus vita, salus, & honor, & benedictio cum victoria sine fine mansura &c. Decrevimus, ut in singulis parochiis per Episcopos, & Clericos, per Abbates, & Monachos oratio pro vobis, & pro vestra Conjuge, simulque prole nobilissima fieret, cujus orationis summa est, Missarum tria millia, & quingenta, psalteriorum* 1700. *Hoc omni devotione postulantes, ut Deus omnipotens diuturnam vobis sanitatem, & prosperitatem concedat, regnumque vestrum stabiliat ab omni hoste defensum in terra, & post hujus vitæ terminum in Regno cœlesti gloriam vobis simul cum sanctis ejus concedat sempiternam.*

12 Sexto. Eucharistiam nuncupant Chrysostomus in *Matth. homil.* 26. Bernardus *Serm. in Cœna Domini*, Origenes *contra Celsum lib.* 8. idque ex verò. Quia, ut Bernardus: *Panis iste per excellentiam Eucharistia dicitur, idest bona gratia. In hoc enim sacrificio non quælibet gratia, sed ille, à quo est omnis gratias sumitur.* Et Chrysostomus: *Propterea reverenda & salutaria illa mysteria, quæ in omni Ecclesiæ congregatione celebramus, Eucharistia, idest gratiarum actio nuncupatur.*

13 Septimò. Oblatio. Ambrosius *lib. 5. epist. 33. Ego mansi in munere, Missam facere cœpi. Dum offero, raptum cognovi à populo Castulum quendam, quem presbyterum dicerent Arriani. Hunc autem in platea offenderant transeuntes; amarissimè flere, & orare in ipsa oblatione Deum cœpi, ut subveniret &c.*

14 Ad secundum. Vualfridus Strabo *lib. de reb. Eccles. cap. 23. Tempus Missæ faciendæ secundum rationem solemnitatum, diversum est. Interdum enim ante meridiem, interdum circa nonam, interdum ad vesperam, interdum noctu celebrabatur.* Libertas ea aliquando major fuit præquamquod modò est. Manè siquidem celebrant nostri Sacerdotes, sub meridiem finiunt. Vesperè licuit, quia apud Chassanæum *catalogi gloriæ mundi p. 4. consider. 60.* in ordine Humiliatorum Sabbatho Sancto Paschæ officium diei celebrabant post meridiem in introitu noctis ira, ut Missa diei de nocte Vigilia Paschæ caneretur. Et ad B. Pii V. tempora licentia illa tenuit. Nam ad annum 1566. Sanctionem dedit, qua Metropolitanarum, Cathedralium Collegiatarum Ecclesiarum, Conventuum omnium ordinum Prælatis, etiam Imperatori, Regibus, Reginis, Ducibus, etiam motu proprio, & ex certa scientia concessam facultatem vesperis Missas celebrandi revocat, vultque Ecclesiæ institutio, & Patrum decretis omnes obsequi, censuris in eos latis, qui contra aliquid auderent.

15 Manè primò die S. Joannis Baptistæ. Amalarius Fortunatus *lib. 3. offic. Ecclesiast. cap. 38. In exordio lucis diei, quasi in exordio nativitatis sacrificium Deo offertur in honorem ejus ad laudem Creatoris, qui illum honorare dignatus ex utero matris.* Sed privilegium hoc erat diei. Nam pergit. *In actis Damasi Papæ prohibetur ex præscripto Nicæni Canonis, ne ante horam tertiam diebus festis Missæ canerentur, aliis autem diebus à media hora quarta usque ad nonam facere liceret.* Ante tertiam veritum ergo, etiam ante Nicænam Synodum. Strabo supra: *Papa Telesphorus instituit, ut nullo tempore ante horæ tertiæ cursum ullus præsumeret Missam celebrare, qua hora Dominus noster secundum Marci Evangelium* Marci 15. *crucifixus asseritur.* Et Amalarius *cap.* 42. de tempore confuetо Missæ. Sed aliter tamen, & aliàs licuit. *Papa Thelesphorus scripsit quo tempore primo diei liceret Missam celebrare. Legitur in gestis Episcopalibus, memoratum Papam dixisse, ut ante horæ tertiæ cursum nullus præsumeret Missas celebrare, qua hora Dominus noster ascendit in Crucem. Si enim propterea aptum est juxta memoratum Papam tempus horæ tertiæ celebrationi Missæ, quia in eo legitur secundum Marcum, Christum Crucem ascendisse, & nos possumus convenienter dicere, aptum esse tempus horæ sextæ, quo secundum Matthæum Crucem ascendit; sed & tempus horæ nonæ, quando emisit spiritum. Has tria tempora sacrata sunt Christi fixione, linguis Judæorum, & ligno. Hi, qui ante horam tertiam, sive post horam nonam necessario offerunt sacrificium Deo, amore divino infecti, ut non præterat dies sine illorum sacrificio, ut reor, non hoc agunt, quasi protervè contra institua apostolica, sed habent causam seriam, qua excusare probabiliter se possint, ut Dominus Discipulos defendit à Judæis reprehensos, quando vellebant spicas, quasi hoc facerent, quod non licebat in Sabbathis, exemplo David, quando necessitate famis transgressus est legem, ut manducaret panes consecratos. Fames utique in causa fuit, ut probabili ratione transgrederetur legem David. Huic rei aliquid simile scribit Innocentius Papa. Ergo quia necessitas pro remedio reperit, cessante necessitate, debet utique cessare pariter, quod urgebat. Quia alius est ordo legitimus, alia usurpatio, quam ad præsens fieri tempus impellit. Namque vidi Leonem Apostolicum diluculo intrare ad missam, nescio utrum causa necessitatis id ageret, an sola potestate. Quod legimus in gestis Pontificalibus, hoc scripsimus. Fulget enim pietas ratione decorata. Protulit enim Thelesphorus memoratus Papa rationem de hora Missæ, qua de re spontè incumbimus suæ auctoritati.*

Nequaquam inter se dissederunt Pontifices Thelesphorus, & Leo, sed quod pro tempore bonum visum, statuerunt ipsi, & observarunt. Facile autem suggeri ratio potuit mutandi, inter utrumque enim anni centeni aliquot interfluxerunt. Ratio una fuit, quia interdum in Urbe una Ecclesia tantùm, in eaque altare unicum erat, in qua semel tantùm per diem celebrabatur, eoque tum convocabatur populus, & jejunus communicabat. Festo solemniore cùm omnes simul Ecclesia non caperet, Missæ iterabantur. Leo Dioscoro Episcopo Alexandrino *epist.* 81. *cap.* 2. *Ut autem in omnibus observantia nostra concordet, illud quoque volumus custodiri, ut cum solemnior festivitas conventum populi numerosioris indixerit, & ad eam tanta multitudo convenerit, quam recipere basilica simul una non possit, sacrificii oblatio indubitanter iteretur, ne his tantum admissis ad hanc devotionem qui primi advenerint, videantur hi, qui postmodum confluxerint non recepti, cum plenum pietatis, atque rationis sit, ut quoties basilicam, in qua agitur, præsentia novæ plebis impleverit, toties sacrificium subsequens offeratur. Necesse est autem ut quædam pars populi sua devotione privetur, si unius tantum Missæ more servato, sacrificium offerre non possint, nisi qui prima diei parte convenerint. Studiosè ergo dilectionem tuam, & familiariter admonemus, ut quod nostræ consuetudini ex forma paternæ traditionis insedit, tua quoque cura non negligat, ut per omnia nobis & fide, & actibus congruamus.* Indicat B. Leo ex causa plures Missas in eadem Urbe, imò Ecclesia, & altari, jam olim celebratas.

Successu temporis plura altaria in una Ecclesia erecta, in quibus plures simul celebrabant, sic tamen, ut ne populus à solemni sacro avocaretur, quare movebantur Sacerdotes prudentiæ. Theodulphus Aurelianensis *epist. ad compresbyteros. Admonendus est populus, un. ante publicum peractum officium ad cibum non accedat, & omnes ad Sanctam Matrem Ecclesiam Missarum solemnia, & prædicationem audituri conveniant, & Sacerdotes per oratoria nequaquam Missas, nisi tam cantè ante horam secundam celebrent, ut populus à publicis solemnitatibus non abstrahatur. Sed sive Sacerdotes, qui in circuitu Urbis, aut in eadem Urbe sunt, sive populus, ut prædiximus in unum ad publicam Missarum celebrationem conveniat, exceptis Deo sacratis fœminis, quibus mos est ad publicum non egredi, sed claustris monasterii contineri.* Suos id Joannes Elemosynarius Patriarcha ipso facto docuit, cum apud Leontium, quando populum egredi de Ecclesia cernebat, cum sacrum celebraret: *Ego*, inquit, *filii, propter vos ad Ecclesiam descendo, Nam mihi ipsi in Episcopio Missas facere poteram.*

Et mos

18 Et mos ille erat apud Aurelianenses, audito sacro, nihil de Deo, festo licet die, cogitare, Theodulphus supra: *Missæ, quæ per dies Dominicos peculiares à Sacerdotibus fiunt, non ita in publico fiant, ut per eas populus à publicis Missarum solemnitis, quæ hora tertia canonicè fiunt, abstrahatur. Quia pessimus usus est apud quosdam, qui in diebus Dominicis, sive in quibuslibet festivitatibus, mox ubi Missam celebrare, etiamsi pro defunctis sit, audierint, absedunt, ut per totum diem à primo mane ebrietati, & commessationi potius, quàm Deo serviant.* Observandæ sunt modo Rubricæ Missalis Romani.

19 Ad tertium. Guido Carmelita Græcos cum Vualdensibus in eodem errore versari narrat, & credere Venerabilem Eucharistiam præstantioris virtutis esse feria quinta in Cœna Domni, quàm alio die confectam; qua propter tunc tantum celebrare solere, ut eam per totum annum infirmis ministrent. Quem morem Ambrosius *lib. de Sacramentis cap.* 4. reprehendit, ut & Ecclesiæ usus, qui frequentem sacrificii iterationem suadet. Ambrosii certè ea mens est, cum enim quotidianam communionem inculcet id agit. *Græcè ἐπιούσιον*, inquit, dicitur, *Latinus autem hunc panem quotidianum dixit, quem Græci dicunt advenientem, quia Græci dicunt τὸν ἐπέκεινα, advenientem diem. Ergo & quod Latinus dixerit, & quod Græcus utrumque utile videtur. Græcus utrumque uno sermone significavit, Latinus quotidianum dixit. Si quotidianus est panis, cur post annum illum sumis, quemadmodum Græci in Oriente facere consueverunt? Accipe quotidie, quod quotidie tibi prosit. Sic vive, ut quotidie merearis accipere. Qui non meretur quotidie accipere, non meretur post annum accipere. Quomodo Job Sanctus pro filiis suis offerebat quotidie Sacrificium, ne forte aliquid, vel incorde, vel incormone peccassent. Ergo tu audis, quod quotiscumque offertur Sacrificium, moas Domini, resurrectio Domini & elevatio Domini significetur, & remissio peccatorum, & panem istum vita nien quotidianum assumis? Qui vulnus habet, medicinam requirit. Vulnus est, quia sub peccato sumus. medicina est cœleste, ac venerabile Sacramentum, panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Quotidie si accipis, quotidie tibi hodie est. Si tibi hodie est Christus, tibi quotidie resurgit.*

20 Quotidianum autem in Ecclesia sacrificium semper fuisse vel Apostolorum acta testantur: *Erant autem perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis.* Andreas etiam Apostolus an Ægæam tyrannum: *Quotidie immolo Deo agnum immaculatum.* Hippolytus martyr *orat. de consummatione mundi.* Christum inducit in novissimo judicii die sacerdotes in hæc verba compellantem: *Venite sacerdotes, qui pretiosum corpus meum, & sanguinem quotidie immolastis.* Et ante hunc diem præmium operi est invenire, & laudem apud D. Gregorium 4. *dialog. cap. 56. Siquidem vir vitæ venerabilis Cassius, Narniensis Episcopus, qui quotidie consuevera at offerre Deo sacrificium, sicque in lacrimis inter ipsa sacrificiorum arcana mactabat, mandatum Domini per cujusdam sui visionem presbyteri suscipit dicens: Age quod agis operare quod operaris, non cesset pes tuus, non cesset manus tua, natali Apostolorum venies ad me, & retribuam tibi mercedem tuam. Qui post annos septem ipso natalitio Apostolorum die cum Missarum solemnia peregisset, & misteria Sacræ Communionis accepisset, & corpore exilivit.* His incitati plurimi diligentis hic fuere, & quotidie Deo laudis hostiam immolarunt, ut B. Goaris presbyter tempore Childeberti Regis apud Vuandelbertum diaconum, & monachum Prunienſem, Hilduphus Archiepiscopus Trevirensis apud Laurentium Surium 11. *Julii.*

21 Necætas tardabat. Nam Berno Augiensis de B. Udalrico in vita narrat, eum grandævum jam, & decrepitum senem nunquam sacrificio abstinuisse. Hoc commune erat, & vulgò fiebat, ut destituti fideles nollent, & vigilabant Christiani Principes initio ob fructum, quem inde certò sperabant. Timotheus Alexandrinus narratione de maximis miraculis S. Menæ, cùm dixisset, Constantinum Imperatorem jussisse omnes credere in Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, & beatis Martyribus templa construxisse, ait: *Similiter jussit etiam mundum, & incruento Christo Deo nostro quotidie offerri sacrificium ad conversionem, & pœnitentiam omnium fidelium.* Auctor m. f. de vita, & martirio S. Alexandri Papæ, à B. Petro quinti, narrat, Severinam, Aureliani tyranni conjugem, cum vidisset maritum, Deo crudelitatem vindicante, pessimè interiisse, *induisse se cilicio, & tamdiu jacuisse ad Limina Sanctorum, quos ipsa sepelierat, donec ab Oriente veniſſet B. Sixtus Episcopus, à quo impetravit, ut in eodem loco ordinaretur Episcopus, qui omni die, quæ sua sancta, martyribus celebraret.*

Rationes dant Patres. Stephanus Eduensis *cap.* 13. *de Sacramento Altaris: Facta est nostra redemptio, Christo semel in Cruce passo; nam passione Christi redempti sumus, & liberati de manu inferi, culpis nostris exigentibus, quotidie labimur, ab hoc lapsu iterata immolatione, quæ sit in altari resurgimus, & renovamur. Immolatio reiteratur, non Christus occiditur, sed ipso præsente. passio ejus repræsentatur.* Eandem propè Ambrosius ante dederat. Congerit plures Codex m. s. venerandæ antiquitatis apud Margarinum de la Bigne in Bibliotheca Sanctorum Patrum tomo Rituali cùm Quæstioni huic respondet: *Cur quotidie iteratur ista oblatio, cum Christus salvarit mundum per unam passionem suam, & mors illi ultra non dominetur?* Multis de causis. *Prima, eo quod peccamus quotidie. Secunda, quod Christi corpus pœnitentibus post peccata offerri jubeatur, ut salutem per Christi corpus inveniant. Tertia, ut beneficium passionis Domini in jugi memoria vigeat.*

Paschasius Ratbertus *lib. de corp. & sanguine Domini* 23
cap. 9. has affingit: *Sicut fuit arbor vitæ in paradiso, ita sancta Dei Ecclesia, quæ paradisus deliciarum in Cantici appellatur, habet inse mysterium vitæ, quod in eodem ligno figurabatur, ex quo qui edunt, servantes mandata vitæ, nequaquam possunt more in æternum: Quod si veluti Adam inobedientes à diabolo rursus peccato mortis perempti fuerint, sicut ille de paradiso, removentur de sacris altaribus, & à ligno vitæ, scilicet à Corpore, & sanguine Christi, qui est verum paradisi lignum cujus folium non destuet, & omnia, quæcumque facient prosperabuntur imo & respiscant à malis suis, & per pœnitentiam reconciliati, Christi per hanc rursus reinserantur visceribus, & feliciter deinceps vivant in æternum. Deinde ut quicumque dignè hanc vitam sumunt, renati unum efficiantur, ut sicut jam per baptismum Christum induunt, ita Christus in eis per hoc Sacramentum corporaliter maneat.*

Sed fervor non se tenuit, cœpit, tres Missas certis die- 24
bus faciebat. Amalarius *lib. 3. offic. cap.* 41. *In Nativitate Domini tres Missæ dicuntur.* Et modo id fit ob triplicem Christi Nativitatem, ut Soto præclarè docet. Exolevit verò quod *cap.* 38. refert: *Tres Missæ celebrantur in Nativitate B. Joannis, quia tribus insignibus triumphis excellenter refulsit. Ad hoc enim venit, ut viam Domini præpararet exemplo suæ conversationis, qui triumphus celebratur in vigilia ejus. Per baptismi ministerium claruit in signis. Hujus ministerii triumphus recolitur in prima Missa, Nazaræus verò permansit ex utero matris, hoc donum recolitur in secundæ Missa in die.* Festo adnectenda vigilia est, quia duæ tantum ipso die fiebant, ut hic vides in Amalario, & clarius in Bernone Augiensi Abbate ad Frideboldum de vita Udalrici Augustani Antistitis, qui morti vicinus, *de lecto surrexit monitu duorum juvenum, qui dormienti adstiterant, & bis, sicut ea die statutum est, sacra Missarum solemnia celebravit.* Nec moriturus tantum, sed in vita etiam per diem sæpius fecit. Auctor vitæ quem Marcus Velserus edidit, & scholio illustravit *cap.* 15. sic ait: *Hic alio tempore regionem Burgundionum adiit & Aganonensium*

nensium locum, ubi S. Mauritius suis sequacibus propter nomen Domini martyrium sumpsit, magnæ humilitatis studio visitavit, quia antea à Rege Burgundionum promissionem acceperat, ut unum de Sanctis martyribus ex ejus datione, & adjutorio inde Augustiam referre mereretur. Et cum illuc die Sabbathi perveniret, monasterium noviter exustum à Saracenis invenit, & nullum de habitatoribus ibi conspexit, nisi unum ædis ædsbilem combustum monasterium custodientem; cumque ille totam noctem in Dei laudibus ibi permaneret, mane, cum radius solis primum latitudini terræ lucem diffunderet, Missam de Sancta Trinitate celebravit, qua expleta, cum altera statim venerationi diei Dominicæ congruentem celebrare cœpisset, duodecim Clerici cum multitudine populi advenientes, ministerii sui celebrationem audientes, perstiterunt. Admirandum magis in hoc genere pergit dicere Berno *c. 6.* nempè: *A mensa solitum surgere, & subducere se etiam cum Principes viri adessent, ac Ecclesiam adire, ibique tertiò Missam facere* non à cibo iterare solitum Missam, de repetitione ita rarum est.

25 Robertus Archidiaconus Austromanniæ de S. Alberto monacho: *Factus presbyter, duas in dies celebravit Missas. Pro vivis alteram, alteram pro defunctis.* Rarius tamen præ Leone Tertio, qui vel novies celebrabat in die. Uvalfridus Strabo *rer. Eccles. c. 21. Fidelium relatione virorum ad nostram usque pervenit notitiam, Leonem Papam, sicut ipse fatebatur, una die septies, vel novies Missarum solemnia sapius celebrasse. Bonifacium vero Archiepiscopum, & Martyrem semel tantum per diem Missas fecisse, qui & non longe ante nostra fuerunt tempora, & ambo tamescientia, quam gradu præcipui.* Deinde concludit: *Itaque unusquisque in suo sensu abundet, dum fides concordet, ut nec sapius offerentes æstiment Deum aliter petitiones, non posse discernere, nec semel hostias per diem immolantes, putent suæ fidei subtilitatem potius, quàm Superiorum devotionem divinis acceptam conspectibus.* Modum posuit Concilium Salegustadiense *c. 5.* vetuitque, ne quis trium Missarum numerum excederet. Accessit Alexander Papa, qui ad id tempus ad unum revocavit *can. Sufficit de consecr. dist. 1.* de quo nos alibi.

26 Verùm etiam quibusdam diebus celebrare. Concilio Toletano 16. *can.* 8. pro Egicane toto anno in universo Regno præscribuntur Missæ, *excepto passionis Dominicæ die, quando altaria denudata persistunt, nec cuiquam eadem die Missarum licet solemnia celebrare.* Additum Parascevæ olim Sabbathum Sanctum fuit. Innocentius Primus ad Decentium: *Traditio Ecclesiæ habet, isto biduo, idest Parasceve, & Sabbatho Sancto, quo Apostoli in mœrore constituti jejunarunt, Sacramenta penitus non celebrari.* Imò sexta Synodus *can.* 52. voluit Sacerdotes in quadragesima tantum conficere in die Sabbathi. Dominica, & Annuntatione B. Mariæ Dei parentis. Aliis autem diebus uti præ consecratis hostiis, ut in latina Ecclesia ante annos septingentos suo tempore fieri solitum. Rabanus Maurus *l. de instit. Clericor. c. 67.* docet, laudatque Balsamon.

27 Carthusienses primò non quotidie celebrabant, ut in tertia compilatione antiquorum statutorum *c. 1.* innuitur. Et Petrus Blesensis, qui ante annos quadringentos scripsit *epist. 8.* M. Alexandrum monachum, qui Ordinis mutationem meditabatur, quod quotidie rem divinam facere per leges Ordinis non posset, reprehendit acriter. *Hoc in Ordine Carthusiensium causaris, & arguis quod singulis diebus Missas non faciant, atque hujus Religionis, aut potius superstitionis obtentu, tuum machinaris egressum. Tuæ litteræ faciunt te insanum. Sed juxta verbum sapientiæ,* Ecclesiast. 19. *melior est homo minoratus sapientia, & sensu deficiens in timore, quàm qui abundat sensu & transgreditur legem Domini. Scis quia monachorum pater, & sacri Ordinis institutor, nec etiam sacerdotii gradum attigit, experseque Missarum multo tempore etiam in die paschæ, utrum paschalis esset solemnitas, ignoranit?* Paulus primus Eremita, & Antonius, Petrus, & Paulus Apostoli, quorum laus est in Evangelio, non leguntur singulis diebus salutis hostiam immolasse. Frequentia contemptum parit, & ex ipsa raritate crescit reverentia sacramenti. Peccamus quidem assiduè, & ubi continuantur peccata, continuum oportet esse peccati remedium. Verumtamen mundi pretium impretiabile, communemque salutis humanæ hostiam, nisi in spiritu humilitatis, & corde contrito non licet immolare. Mors in olla est 4. Reg. 4. nisi sancti Elisæi farinula condiatur. Olim anima, quæ certis temporibus afflicta non fuerat Levit. 23. exterminabatur de populo suo, nec celebrabatur agni paschalis sacrificium, Exod. 12. nisi in amaritudine agrestium lactucarum &c. Benè carpit inconstantiam, nec enim de facili transiliendum de ordine uno in alium. Quare ferendum etiam si vir sanctus in Alexandrum vehementius invehatur. Rationes tamen nihil evincunt, nisi quod de Communione diximus, ex causa posse quempiam celebratione quotidiana abstinere, ut recentior veniat, ac majorem apportet reverentiam, alioquin, *Qui non est hodie, cras minus aptus erit.* Correxerunt hoc Patres Carthusiani nova collectione statutorum 2. *par. c. 7.* & meritissimò sanè. Rectè enim Augustinus *epist. 118.* & refertur in *can. si non de consecrat. d. 2. Si non talia peccata sint, ut excommunicetur quis, non se debet à medicina corporis, & sanguinis Domini separare.*

Ad quartum locum inquirimus, in quo Deo salutaris 28 hostia litabatur.

In Dominico. Ita acta Sanctorum Martyrum sub 29 Diocletiano, & Maximiniano Imperatoribus, & Cyprianus *Epist. 63.* Cœcilio: *Non mane, sed post cœnam mixtum calicem obtulit Dominus. Numquid ergo Dominicum post cœnam celebrare debemus, ut sicut mixtum calicem frequentandis Dominicis offeramus?* Tertullianus *l. de fuga, & persecutione &c.*

In cryptis. Cornelius Papa ad Lupicinum Viennen- 30 sem Episcopum: *Scias, frater carissime aream dominicam, vento persecutionis acerrimè commoveri, & edictis Imperatorum christianos ubique tormentis variis affici. Nam ad hoc in urbe Romana Imperator constitutus est, ut pulice, neque in cryptis notioribus Missas agere Christianis liceat.*

Super corporibus Sanctorum. Vualfridus *rer. Eccle-* 31 *siast. cap. 20. Legitur Felix vicesimus septimus Papa constituisse, ut super memorias martyrum Missæ celebrarentur. Sed & B. Gregorius Papa in ordine sexagesimus sextus præcepit super corpus Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum fieri Missas.* Ita & Ioannes diaconus in vita Gregorii *l. 2.* sic de eodem loquitur: *Super corpora beatorum Petri, & Pauli Apostolorum Missarum solemnia celebrare decrevit, acquisitis numerosissimis Olivetis, quorum summam in tabulis marmoreis pro foribus ejusdem basilicæ annotavit.*

Quod de Gregorio Vvatridus Strabo, & Paulus 32 Diaconus referunt, quasi ille super beatis corporibus Sanctorum apostolorum jusserit celebrari, id in usu jam ante fuerat. Hieronymus contra Vigilantium *Romanus Pontifex offert Domino sacrificia super mortuorum hominum Petri & Pauli ossa veneranda, & tumulos eorum arbitratur altaria Christi.* Sigebertus in Chronico ad annum Christi 441. de Leone Roviano Papa: *Hic quoties rogabatur ab aliquibus, ut eis aliquorum Apostolorum, vel Martyrum roliquias daret, consuevit ad corpora, vel memorias Apostolorum, vel martyrum, quorum reliquiæ petebantur, Missas celebrare in ipsorum honore, & sic brandeum altaris, quo consecratum corpus Domini involverat, particulatim dividebat, & pro reliquiis Apostolorum, vel martyrum dabat. Unde si ab aliquibus dubitabatur cultella pannos illo pungens sanguinem eliciebat. Sic palam cunctis faciens, quod in consecratione mysteriorum Christi, sanguis Apostolorum, vel martyrum, qui pro illa effusus*

mysteriorum Christi, sanguis Apostolorum, vel martyrum, qui pro illo effusus est intret per divinam virtutem in pannos illos, & ideo meritò illos dari pro reliquiis Sanctorum in quorum honore consecrati sunt.

33 Super monumentis in campo non licet, *can. non oportet de consecr. d. 1.* Imo ex Concilio Agripinensi: *Ecclesiam in qua paganus sepultus est non licet consecrare, neque Missas in ea celebrare.*

34 In carcere. Cyprianus *epist. 15.* ad Clerum, monet, ne glomeratim ad carceres convolent: *Consulite ergo,* inquit, *& videte, ut cum temperamento hoc agi turius possit ita, ut presbyteri quoque, qui illic apud confessores offerunt, singuli cum singulis Diaconis per vices alternent. Quia & mutatio personarum, & vicissitudo convenientium minuit invidiam.* In vita Sanctorum Processi, & Martiniani martyrum B. Petrus Apostolus, signo crucis impresso aquam ex Monte Tarpeio expressérat, ubi cum D. Paulo in Mamertini custodia detinebatur, & obtulit sacrificium, ac participes fecit corporis, & sanguinis Domini.

35 Idque supra pectus. Metaphrastes de S. Juliano Martyre, fumo propemodum enecto, à quo discipuli donari avebant corpore Domini die festo Theophaniæ, sed non videbatur fieri posse, ut mensa inferretur ob frequentiam carcetes obtidentium. *Ille verò, mensa erit vobis, meum pectus, inquit, non futura Deo minus honesta ea, quæ fit ex inanimi materia, templum autem sanctum vos mihi eritis, me omni ex parte circumdantes, itaque factum est, Deus ita voluit, custodes abierunt, ut hoc Martyri esset ad honorem, discipulis solatium, jussitque omnes Martyr in orbem consistere, ut inter se invicem alter prope alterum stantes, cum tuto comprehenderent, & suo pectori imponi signa divini sacrificii. Hæc ut fecit, & in Cœlum sustulit oculos, vitè omnia ad sacrum peregit, primum Sacramentorum fecit participem, & transmisit ad eos, qui abierant, ut ostendit in ultima ad eos epistola.*

36 In manibus Diaconorum. Theodoretus, Cyri Episcopus devitis Patrum *c. 20.* in Marre ad Netim Homeri vicum Anachoreta. *Cum longo tempore desideraset videre,* Matris nimirum, *offerri spirituale, & mysticum sacrificium, rogavit, ut divini doni fieret oblatio. Ego verò lubenter parui, & jussi sacra vasa adferri, pagus enim haud longe aberat, & pro altare usus Diaconorum manibus, mysticum, divinum, & salutare obtuli sacrificium. Ille autem omni spirituali implebatur voluptate, & existimabat seipsum Cœlum videre, dicebatque se nunquam tantam cœpisse lætitiam.*

37 In Titulis. *S.* Pius Papa Justo Episcopo: *Antequam Roma soror nostra Euprepia, si bene recordaris, Titulum domus suæ pauperibus assignavit, ubi nunc cum pauperibus nostris commorantes, Missas agimus.*

38 In Campis. Bertholdus de Synodo Placentina: *Facta est autem hæc Synodus circa mediam quadragesimam Placentiæ, ad quam Synodum multitudo tam innumerabilis confluxit, ut nequaquam in qualibet Ecclesia illius loci posset comprehendi. Unde & Dominus Papa* (Urbanus Secundus) *extra Vrbem in Campo illa celebrare compulsus est, hoc tamen non absque probabilis exempli auctoritate. Nam primus Legislator Moses populum Dei in campestribus legalibus præceptis Deo jubente, instituit, & ipse Dominus, non in domibus, sed in monte & in campestribus discipulos suos evangelicis statutis informavit. Missas quoque nonnunquam extra Ecclesiam satis probabiliter, necessitate quidem cogente, celebramus, quamvis Ecclesias earum celebrationi specialiter deputatas non ignoramus.*

39 In Tentoriis. Anonymus auctoritate S. Bonifacii Martyris, & Episcopi *l. 1. c. 23. Cum vir Dei in Turingia versaretur, prædicans, & baptizans apud flumen, Orabam, tentoriis fixis quadam nocte permansit. Tota autem nocte illa lux cœlitus sparsa locum, in quo ille manebat, ambivit, atque in ipsa luce S. Michael Archangelus ei apparuit, eumque in Domino confortavit. Manè vir Dei laudans, & benedicens Dominum, Missarum solemnia illic celebravit, ac deinde eodem in loco prandium sibi parari jubet. Dicente autem ministro, deesse cibum, quo vesceretur, ille respondit: Ita ne qui tot hominum millia in deserto annos quadraginta pavit manna, mihi indigno servulo suo, non potest unius diei alimoniam suppeditare? His dictis, jubet apponi mensam. Interea quædam aves adjolat, & piscem ore ferens, qui illo die ad cibum sufficeret, ante mensam deponit. Tum verò Sanctus Præsul gratias agit Deo, piscemque mandat ocyus præparari, cumque ex illo comedisset, reliquias in flumem projici jubet.*

In Tugurio. De Apollinare Episcopo martyre id 40 constat ex Martyrologio, ubi de eo hæc verba: *Habebant autem Christiani tugurium non longè à mœnibus, in quo ille Missas faciebat. Baptizabat autem in mari in nomine Patris, & filii, & Spiritus Sancti.* Idque Glossa concessum putat *de consecrat. d. 1. Concedimus etiam, ut ubi, quod peccatis nostris exigentibus, per plurimum factum est, à Normannis, & Sclavis, ab Ungaris, & malis Christianis, seu aliquo qualicunque modo Ecclesiæ fuerunt incensæ, & combustæ, in capellis cum tabula consecrata Missis interim celebrari permittimus, donec Ecclesia ipsæ restaurari queant. In intinere verò positis, si Ecclesia defuerit sub dio, seu in tentoriis, si tabula altari consecrata, cæteraque ministerta ad id officii pertinenetia ibi affuerint, Missarum solemnia celebrari concedimus.* Capellas enim, non Ecclesias, sed antiquitus tuguria pellibus caprarum tecta, conjecit fuisse. de quo alibi.

In domo. Paulinus in vita Ambrosii: *Cum trans Ti-* 41 *berim apud quandam clarissimam invitaretur, ut sacrificium in domo offerret quædam balneatrix, quæ paralytica in lecto jacebat. Cum cognovisset ibidem esse Domini Sacerdotem, in sellula se ad eandem domum, ad quam ille invitatus advenerat, portari fecit, atque orantis, & imponentis manus, vestimenta attigit, quæ cum exoscularetur, statim, sanitate recepta, ambulare cœpit &c.* Celebratum quidem in domo pace Ecclesiæ, sed clarissimæ fœminæ dissi. illè alioquin impetratu erat. Quòd discres ex Gregorio *l. 5. ep. 43. indict. 14.* ubi mandat Joanni Episcopo Syracusano, ut amicitiæ, pacisque causa, quæ inter Ecclesiæ, & sæculi præsides esse debet, in Venantii Præfecti domo Missarum peragi mysteria permittat: imò ipsemet divus Marcellus Papa in domo Lucinæ, via Latina sacra faciebat, ut docent Acta 16. *Januarii.*

In Cella. Simeon Metaphrastes in Paphnutio, cui 42 prodito, nondum tamen tradito, *Angelus Domini apparens, Salve, inquit, Paphnuti, Christi athleta. Cui Paphnutius respondit: Salvus sis & tu, Domine. Sequere me, inquit Angelus, ut coronem domum illam, quam à puero ædificasti. Ingredere in cellam tuam, & arma te lorica justitiæ, & pallio sacro indutus cœlestem oblationem offerras, quonium veni hodie, ut te vocarem ad thalamum Domini tui, ut sine sollicitudine aliqua fruaris Deo tuo. Jam enim delatus apud Arrianum Præsidem, qui præcepit ducentis militibus, ut antequam dies crastinus illucescat, te vinctum ad tribunal ducant &c. Cùm Angelus hæc illi dixisset, B. Paphnutius in cellulam suam ingressus, pallio, & linteo se induit, ac post oblationem exist ita hilaris, ut aliquis faceret ad convivium pergens.*

Ante lectum. Vranius presbyter de S. Paulino Nola- 43 no cap. 2. *Cum ante triduum, quam de hoc mundo ad cœleste habitaculum vocaretur, cum jam de salute ejus omnes desperassent, & duo ad eum Episcopi visitandi studio convenissent, idest S. Symmachus, & Benedictus Hyacintinus, ita in eorum adventu recreatus, atque refectus est, ut oblita omni carnali infirmitate, angelicum eis exhiberet affectum, & quasi profecturus ad Dominum jubet sibi ante lectulum sacra mysteria exhiberi, scilicet ut unà cum sanctis Episcopis oblato sacrificio, animam suam Domino commendaret.*

44 De Templo nihil eſt, quod miremur, quia proprio ibi loco ſit, nec decenter alibi; niſi ex cauſa. Theodulphus Aurelianenſis *epiſt. ad Compresbyteros: Miſſarum ſolemnia nequaquam alibi, niſi in Eccleſia celebranda ſunt, non in quibuslibet domibus, & in vilibus locis, ſed in loco, quem elegerit Dominus juxta illud, quod ſcriptum eſt* (Deut. 12.) *Vide ne offeras holocauſta tua in omni loco, quem videris, ſed in loco quem elegerit Dominus, ut ponat nomen ſuum ibi.*

45 Sed in mari, quis audivit factum? B. Vulfrannus Archiepiſcopus Senonenſis apud Vuandonem Abbatem Fontanellenſem ad Jonam monachum, & D. Antoninum 2. *par. cap.* 2. *tit.* 14. §. 2. fecit: *Dum in Phriſiam navigarent, & eſſent in medio mari, quod adjacet regioni Morinorum, adfuit hora, qua Miſſam cantaret S. Vulfrannus, mari manente immobili, poſitis anchoris. Denique dum ventum eſſet ad locum, quo miniſter offere patenam debebat Præſuli Sancto Præſul, manu extenſa, eam expectabat. Sed dum miniſter eam abluere vellet, in mare cecidit, proſtratuſque pedibus Sancti veniam precabatur. Qui mittens eum ad locum, unde ceciderat, hoc effecit, ut patena ab imo maris revecta, manu miniſtri cohæreret.* De quo & nos etiam alibi.

46 Et quidem ſupra piſcem. Divo Machutæ contigit, quod vix credas. Auctorem laudabo Antoninum Florentinum 2. *par. tit.* 12. *cap.* 8. §. 5. *Ad inſulam vir ſanctus appulerat, ubi S. Brendani magiſtri ſui juſſu Milduinum gigantem in idololatria mortuum à pœnis ad vitam revocaverat, patriam inde repetens ipſo Paſchatis die, quaſi inſulam quandam vidit, eò defertur, celebrat, & cum cantaretur oratio Dominica, ſubitò tota illa, quæ videbatur inſula commota eſt. Bellua autem erat, quam Cete dicimus ea magnitudine, ut inſulam crediderint, vel terræ ſpatium non modicum.* Conſternantur omnes animis, & deglutiendos ſe opinati, univerſi congemunt. Vir Sanctus Sacrum peragit, eoſque hortatur præſentibus animis eſſe, Jonam Prophetam triduum in ventre Ceti delituiſſe, & hoc à Deo precibus impetravit, ut ſe non moverit animal dum omnes in navim ſe recepiſſent.

47 Simile prorſus Sigebertus ad Tictmarum Abbatem de B. Maclovio præſcribit. Cum enim Paſcha eſſet, & vir ſanctus deſideraret oppido pro feſti dignitate celebrare, & navigio veheretur per mare, nec terra appareret, in quam excenderet, *ecce qui olim periclitanti Jonæ Cetum ad ſalvationem ejus præparavit, hic etiam balenam præſto adeſſe fecit, cui tanta corporis vaſtitas erat, ut rupes eſſe ab hominibus putaretur. Porrò cum tanta ſubſtraveret immobilitas, ut inſula ſtabilis eſſe crederetur. Sacramentorum ergo ordine à Sacerdote ſolemniter celebrato, & viatico Dominicæ Euchariſtiæ omnibus devotè diſtributo, quo unico inter omnes utriuſque hominis adverſitates munirentur ſubſidio, ſoluto alacriter navis retinaculo, reddunt ſe ſuſcepto navigandi propoſito. Porrò in comitatu illo erant homines numero centum octoginta. Cum ergo jam altum tenerent, velificantes fide ſecuri, tunc demum reducto viſu, intellexerunt de quanto periculo eos eruerit miſericors potentia Domini, qui balenam pro inſula eis præparaverat in medio mari, & ſubſtraverat immobilitate tam ſtabili, ut nihil eis periculi incuteret. Cui tum poſſet eſſe dubium, quod inevitabile omnes incurriſſent mortis periculum, ſi bellua immaniſſima dediſſet corporis ſui motum, undè omnes lætum canentes celeuſma, voces gratiarum actionis unanimiter jactabant ad ſidera.*

48 Ad quintum. Uſus nullius rei eſſe poteſt, cujus nullus abuſus ſit. Nitimur enim ſemper in contraria, & quo magis dedecent quædam, magis etiam placent.

49 Nimia feſtinatio, quam Auguſtinus *Serm.* 251. *de tempore* carpit: *Adhuc quoque quod valdè dolendum eſt, conqueri nobiſcum volo, quia ſunt aliqui, & maximè potentes hujus mundi, qui cùm veniunt ad Eccleſiam, non ſunt devoti ad laudes Deo celebrandas, ſed cogunt presbyterum, ut abbreviet Miſſam, & ad eorum libitum cantet, nec ei licet morem Eccleſiaſticum ſequi propter illorum gulam, & avaritiam.* Et certè videtur mos aliquis geri potuiſſe. Longiores enim tunc Miſſæ erant. Pſalmus ſiquidem, cujus verſiculum unum in Introitu habemus, tunc integer dicebatur, aliaque erant, quæ modo omittuntur.

Cooperto capite altari adſiſtere. Quod in Armenis 50
culpat B. Nilon, *qui ſacrum celebrantes non ſolum tegmen non detrahunt, ſed etiam capiti cucullam adijciunt.* Qui mos in plures Eccleſias olim invaluiſſe videtur. Quia Concilium Romanum *cap.* 13. à Zacharia Papa, Synodo oblata, hanc ſanctionem profert: *Nullus Epiſcopus, Presbyter, aut diaconus ad Miſſarum ſolemnia celebranda præſumat cum baculo introire, aut velate capite altari Dei adſiſtere, quoniam & Apoſtolus prohibet viros velato capite orare in Eccleſia, & ſi temerè præſumpſerit, communioni privetur.*

Malus finis, ut presbytorum, quos Concilium 51
Toletanum, 17. *Can.* 5. proſcribit. Rem Sanctiſſimam, & hominum ſaluti cœlitus datam, ipſi in interitum retorquebant. *Miſſam pro requie defunctorum promulgatam, fallaci voto pro vivis ſtudent celebrare hominibus, non aliud, niſi, ut is, pro quo ipſum offertur ſacrificium, ipſius ſacro ſancti libaminis interventu, mortis, ac perditionis incurrat periculum, & quod cunctis datum eſt in ſalutis remedium, illo hoc perverſo inſtinctu quibuſdam eſſe expetunt in interitum. Obinde noſtræ elegit unanimitatis conventus, ut ſi quis ſacerdotum deinceps talia perpetraſſe fuerit detectus, à proprio deponatur gradu, & tam ipſe Sacerdos, quam etiam ille, qui ad talia peragenda incitaſſe perditur, exilii perpetui ergaſtulo relegentur, & excepto in ſupremo vitæ curriculo, cunctis vitæ ſuæ diebus ſacra communionis eis denegetur perceptio, quam Deo ſe crediderunt fraudulento delibaſſe ſtudio.*

Fœminas adſiſtere, vel alium non adeſſe, niſi neceſ- 52
ſitas excuſet, in gravi vitio eſt. Nam Theodulphus Epiſcopus Aurelianenſis *epiſt. ad Compresbyteros: Fœminæ, Sacerdote Miſſam celebrante, nequaquam ad altare accedant, ſed locis ſuis ſtent, & ibi Sacerdos earum oblationes Deo oblaturus accipiat. Memores enim eſſe debent fœminæ infirmitatis ſuæ, & ſexus imbecillitatis; & idcirco Sancta qualibet in Eccleſia in miniſterio Eccleſiæ tangere pertimeſcant, quæ etiam laici viri pertimeſcere debent, ne Oza pœnam ſubeant.* [2. Reg. 6.] *Qui dum arcam Domino extraordinariè contingere voluit, Domino percutiente, interiit.* Sine miniſtro tamen. *Sacerdos Miſſam nequaquam celebret. Quia ſicut illa celebrari non poteſt ſine ſalutatione Sacerdotis, reſponſione plebis, admonitione Sacerdotis, reſponſione nihilominus plebis, ita nimirum nequaquam ab uno debet celebrari. Eſſe debent qui illum circumſtent, quos ille ſalutet, à quibus ei reſpondeatur, & ad memoriam ei reducendum eſt illud Dominicum* (Matth. 18.) *Ubicumque fuerint duo, vel tres in nomine meo congregati, ibi ego ſum in medio eorum.*

Publici etiam habenda ratio, ibique decentius, ne 53
quid ſcandali oriatur, faciendum. Amovendi ægri, qui decentiam per valetudinem inter ſacrificandum ſervare non poſſunt, Gregorius *lib.* 1. *epiſt.* 59. *in dict.* 6. ad Vitalem defenſorem in Sardinia agentem de Januario Epiſcopo Calaritano: *De hoc igitur, quod ſcripſiſti, fratrem, & Coepiſcopum noſtrum Januarium tempore, quo ſacrificium celebrat, tantum pati frequenter anguſtiam, ut vix peſt longa intervalla, ad locum Canonis redire valeat, quem reliquit, atque ex hoc multos dubitare ſi communionem debeant de ejus conſecratione accipere. Admonendi ſunt, ut nullatenus pertimeſcant, ſed cum omni fide, & ſecuritate communicent, quia ægritudo perſonæ ſacri myſterii benedictionem nec mutat, nec polluit, ſecretius tamen omninò idem frater noſter hortandus eſt, ut quoties tandem moleſtiam ſenſerit non procedat, neque ex hoc ſe & deſpiciendum præbeat, & infirmorum animis ſcandalum faciat.*

54 Imperfecto Sacrificio recedere. Concilium Romanum ſub Zacharia *cap.* 14. ubi cavetur, *ut Epiſcopus, aut prebyter, dum ingreſſus fuerit ad Miſſarum ſolemnia celebranda, nullo modo audeat, dicta oratione, recedere, ut ab alio Epiſcopo, aut presbytero ſuppleantur Miſſarum ſolemnia; ſed qui initium ponit, ſuppleat uſque ad finem, quia ſcriptum eſt* (Matth. 20.) *Qui perſeveraverit uſque ad finem, hic ſalvus erit. Si quis vero præſumpſerit præter quod poſuimus, agere, à ſacro corpore, & ſanguine Domini Noſtri Ieſu Chriſti ſit ſuſpenſus.* Ita & Macarius Hieroſolymitanus, ut refertur in decretis *de conſecrat. diſt.* 1.

55 Romano ritu facere potius eſt, quàm alius Eccleſiæ privatò: Id Joannes Papa Eoaldo Archiepiſcopo Viennenſi ſuaſit: *De officiis Miſſarum, de quibus in litteris veſtris requiſiviſtis, ſciat Charitas veſtra, quia variè apud diverſas Eccleſias fiant. Aliter enim Alexandrina Eccleſia, aliter Hieroſolymitana, aliter Epheſina, aliter Romana facit. Cujus morem, & inſtituta debet ſervare Eccleſia tua, quæ fundamentum ſancti habitus ab illa ſumpſit. Venerandi pallii uſum per ſanctum presbyterum veſtrum Felicem tibi deſtinavimus, nolentes te privari antiquo B. Petri munere, ſimul mittentes de Capillis S. Pauli ut eſſent Eccleſiæ veſtræ illius interceſſione ſolatium, per cujus diſcipulum ſuſcepit primum Religionis honorem.* Alia lege apud Cardinalem Bonum, qui piè ac eruditè de rebus Liturgicis duos libros conſcripſit.

CONSULTATIO XCVIII.

1. *De apparitionibus in venerabili Euchariſtia factis viris, qui cum fama Sanctitatis obierunt pro eorum canonizatione. Vbi in quas formas Chriſti corpus in venerabili Euchariſtia evaſerit?*
2. *Verè ne, an imaginariè tantùm?*
3. *An poſito, quod formæ illæ non fuerint veræ, ſed apparentes tantum, mutatio ſit facta in potentia videntis, an ex parte ſpecierum panis, & vini ſuperſtitum. an ex parte medii?*
4. *Quæ harum apparitionum efficiens cauſa?*
5. *An vera Chriſti ſubſtantia ſub peregrinis hiſce formis?*
6. *An deceptio aliqua videntium in his apparitionibus ſit agnoſcenda?*
7. *An præſentia, & unio Corporis Chriſti ſub ſpeciebus, vel, quod idem eſt, an Corpus Chriſti, ut reduplicativè exiſtens in Sacramento altaris, poſſit videri aliquo oculo corporeo, ſaltem glorificato?*

1 PAſchaſius *l. de corp. & ſang. Chriſti c.* 14. *Nemo qui Sanctorum vitas, & exempla noverit ignorare poteſt, quod ſæpe hæc myſtica Corporis, & ſanguinis Sacramenta, aut propter duobus, aut certe propter ardentius amantes Chriſtum, viſibili ſpecie in agni, vel pueri forma, aut in carnis, & ſanguinis colore monſtrata ſunt, ut qui latebat in myſterio, pateſceret in miraculo.* Vbi duplex cauſa, nutans fides, & ardentior amor, Formas proſequamur, in quas abiit, & exemplis edamus, non omnibus illis quidem, quæ ſupra numerum, ſunt, & vulgò ut plurimum notant: ſed illuſtrioribus tantum, & minus obviis, aut quæ doctrinæ aliquid habeant, & antiquitatis.

2 Pueri. Hoc Beato Cyrillo Carmelitano prodigium contigit, quod Joannes Baptiſta Mantuanus *l.* 5. *faſtorum* deſcribit:

Cyrillus divinus homo, cum ſacra litaret,
Mane ſub auroram, ſacra veſtitus abolla,
Res miranda, puer fulgenti ſplendidus ore,
Adſtitit ante virum, liquidis ſuſpenſus in auris,
Argentumque docens annorum facta ſequentum,
Protulit & manibus pronis dimiſit in aram,
Adiciens; Deus iſta tibi ſecreta revelat,
Sancte Pater, te fac populis ea nota latinis.
Continuò mutans Romani Attica verbis
Nomina, ad Abbatem ſiculum tranſmiſit, & ille
Confeſtim in Latium, ſcholiis ad ſingula junctis,
Quæ ſuperant, & habentur adhuc, paſſimque leguntur.

Item Eduardo, Anglorum Regi apud Polydorum 3
Virgilium *l.* 8. hiſtoriæ, & Cabredum Abbatem Rhievallis in ejus vita. *In monaſterio S. Petri ante Altare Sanctiſſimæ Trinitatis Miſſarum ſolemniis ſanctus Rex cum Comite Leofrido adſiſtebat, & ecce ſpecioſus ille forma præ filiis hominum Chriſtus Ieſus in ara conſiſtens, oculis utriuſque viſibiliter corporalis apparuit, ſacraque dextera ſuper Regem extenſa, ſignum ſanctæ Crucis eum benedicendo depinxit; at Rex, demiſſo capite, divinæ Majeſtatis adorabat præſentiam. Comes autem quid in animo Regis ageretur ignorans, volenſque Regem tantæ viſionis eſſe participem, cœpit velle ad ipſum uſque procedere. Verum Rex quid in mente Comitis volveretur intelligens, ſta, inquit, Leofrede, quod vides, video, & ego. Poſt Miſſam autem dixit Rex ad Comitem: Per ejus, quem vidimus, majeſtatem, mi Leofrede, te obteſtor, ne quoaduſque vixerimus, ſermo iſte proferatur in publicum.*

Baſilio Magno Amphilochius, Iconiæ Epiſcopus: *Quo-* 4
dam tempore divina illo celebrante myſteria, Iudæus quidam ſe ceu Chriſtianus populo immiſcuit, officii miniſterium explere volens, videtque in manibus Baſilii in partes dividi infantem, & cum omnes communicarent, acceſſit & ipſe, dataque eſt ei hoſtia vere caro facta. Inde accepit, & calicem ſanguine repletum, uti re vera eſt, illius quoq; particeps effectus utriuſque ſervavit reliquias, & abiens domum, oſtendit uxori ſuæ in dictorum confirmatione, narravitque quid ſuis ipſe oculis conſpexiſſet. Itaque credens, ut re vera eſt, tremendum eſſe myſterium Chriſtianorum, altera luce venit ad Baſilium, poſtulans ſine delatione, ſe Chriſti ſigno conſignari. Sanctus autem Epiſcopus nihil procraſtinans, ſed conſuetam Euchariſtiam offerens ei, qui vult omnes homines ſalvos fieri, baptizavit eum cum omni domo ſua credentem in Domino.

Confirmat hoc ipſum Guitmundus Averſanus *lib.* 4. 5
de Sacram. altar. cum ſimile quippiam ex Daniele Abbate protuliſſet. *Illud etiam miraculum*, inquit, *quod in vitis Patrum legitur, licet Berengarius oderit; quia tamen opitulante Domino, aliis proderit, vel teniter memoro. Vbi videlicet Abbas Daniel narrat, Senem quendam de corpore Domini errorem ſimpliciter paſſum, cum Dominum pro dubitatione hac removenda multis precibus exoraſſet, Angelum Dei ſuper aram Sacrificii hora vidiſſe puerum immolantem, ſibique ad Communionem accedenti, ejuſdem pueri particulam porrigentem. Sed cùm ille nimium exterritus ſumere trepidaret, multis lacrymis ſpeciem panis, fide jam ſolidatus obtinuit. Sed quem movere in admirationem, & laudem divinæ bonitatis non debeant magni Patris noſtri geſta Baſilii, inter cujus manus Iudæus in medio frequentis latitans populi ſacrificii tempore partiri puerulum vidit, exclamavit, & propterea baptizatus!*

Apud Metaphraſtem in Arſenio. Senex quidam vo- 6
lebat Chriſtum in Venerabili Euchariſtia, ceu in ſigno eſſe, nec rationibus ullis ab inſania revocari poterat. Quare omnes ſe ſe cum beato Arſenio dant in preces, & poſt hebdomadam ſub ſacra myſtagogia panis in infantem viſus mutari. *Cum autem Sacerdos ad hoc ut panem in fruſta divideret jam manum extendiſſet, viſus eſt eis Angelus, qui ſuperne devolaverat, & gladium in manu habebat. Qui cum propoſitum infantem ſacrificaſſet, deinde ejus ſanguinem fundebat in Calicem, & quamdiu Sacerdos panem in parva fruſta frangebat, tandiu quoque poterat videre. Angelum ſecan-*

secantem partes ex carne pueri. Cùm autem accessisset is, qui errabat Senex, ut esset particeps sacrificii carnis mundæ, & cruentæ aperte fuit particeps.

7 Anonymus, quem de vitis Patrum, interprete Pelagio S. R. E. Diacono habemus *lib.* 18. distinctus quædam habet, ut *cum accessisset senex, ut acciperet Sanctam Communionem, data est ipsi soli caro sanguine cruentata. Quod cum vidisset, pertimuit, & clamavit, dicens: Credo, Domine, quia panis, qui in altari ponitur, corpus tuum est, & calix tuus est sanguis. Et statim facta est pars illa in manu ejus panis, secundum mysterium, & sumpsit illud in ore, gratias agens Deo, ut non carnis mundæ, & cruentæ, sed panis fuit duplici miraculo particeps.*

8 In duobus his infidelitas, in Plegislio apud Paschasium *cap.* 14. curiosior fides visionem extorsit: *Quidam presbyter fuit religiosus valde, Plegili nomine, frequenter Missarum solemnia celebrans ad corpus S. Nini Episcopi, & Confessoris. Qui cum digno moderamine sanctam Christo propitio duceret vitam, cœpit omnipotentem Deum piis pulsare precibus, ut sibi monstraret naturam Corporis Christi, atque sanguinis. Itaque non ex infidelitate, ut assolet, sed ex pietate mentis ista petivit. Fuerat enim à puero divinis legibus imbutus, & propter amorem superni Regis olim.*

9 *Patriæ fines, & dulcia liquerat, arva,*

ut Christi mysteria sedulo exul disceret. Idcirco ejus amore magis succensus quotidie pretiosa munera offerens poscebat sibi præmonstrari, quæ foret species latitas sub forma panis, & vini. Non quia de Corpore Christi dubius esset, sed quia vel sic Christum cernere vellet, quem nemo mortalium jam super astra levatum in terris passum conspicere potest. Venerat ergo dies, & idem celebrans piè missarum solemnia more solito procubuit genibus: Te deprecor, inquit, omnipotens, pande mihi exiguo in hoc mysterio naturam Corporis Christi, ut mihi liceat eum prospicere præsentem corporeo visu, & formam pueri, quem olim sinus matris tulit vagientem, nunc manibus contrectare. Qui dum talia precaretur, Angelus de cœlo adveniens, assatur. Surge, inquit, properè, & si Christum videre placet, quem prius sub specie panis verbis mysticis sacrare solebas, nunc oculis conspice, manibus attrecta. Tum Sacerdos cœlesti munere fretus, quod dictu mirum est, ulnis trementibus puerum accepit, & pectus proprium Christi pectori junxit; deinde profusus in amplexum, dat oscula, Deo, & suis labiis pressit pia labia Christi. Quibus ita peractis, præclara Dei membra restituit in verticem altaris, & replevit cœlesti pabulo Christi mensam. Tunc rursus homo prostratus, deprecatus est Deum, ut dignaretur ipse iterum verti in pristinam speciem. Qui, expleta oratione, surgens à terra, invenit Corpus Christi in formam remeasse priorem uti deprecatus fuerat. Et mira omnipotentis Dei dispensatio, qui ob unius desiderium ita se præbere dignatus est visibilem non in figura agni, ut aliis quibusdam sub hoc mysterio, sed in forma pueri, quatenus & veritas pateret in ostenso, & sacerdotis desiderium impleretur ex miraculo, nostraque fides firmaretur ex relatu. Verumtamen non prius idem communicasse pueri corpus, & sanguinem legitur, quàm rediret in prioris formæ speciem, ne absurdum videretur, quod præsumpserat, & fides uberius requiratur interius in eodem, quod exterius visu conspexerat.

10 Solemne fuit Gerekino Converso Alvastræ monasterii apud auctorem vitæ S. Brigittæ pro hostia puerulum intueri, & Vuidikindo Saxonum Duci salutare.

11 Ita res se habuit: Vuidikindus Saxonum Dux adhuc ethnicus, ut misteria nostra coram cognosceret, ementitus est mendicum. Agnitus, tamen, & ad Carolum Magnum perductus, stupore omnes defexit, narrans visum sibi puellum perelegantem singulis communicantibus in os ingestum à Sacerdote, sed varia omnino compositione externa. Quippè cum puellus à nonnullis admodum abhorreret, nec nisi averso vultu, & renitens fauces eorum subiret, & tamen subiret. Ad alios autem alacer, & gestiens, ludibundusque ultrò properaret, & arridens, ac benevolus ora subiret. Narrat Granzius *lib.* 1. *Eccles. hist. cap.* 9. quem exscripsit Brendebachius *lib.* 1. *Sacra. collat. cap.* 1.

Duaci in æde Sacra Divi Amati anno 1254. per incogitantiam Sacerdotis Eucharistiam populo porrigentis, una hostia sacra decidit in pavimentum. Cùm autem, deprehenso ejus casu, Sacerdos cernuus illam accipere tentasset, applicito panniculo, quo sacros digitos abstergere ex usu est, adhæsit hostia specie puelli elegantissimi, quem Sacerdos, & alii quamplurimi, qui advocati accurrerant, conspexerunt. Nec ita multò post, accurrit ipse quoque, qui ista scriptis commisit Thomas Cantipratanus, cui initio quidem nonnisi specierum Sacramentalium color, & figura apparuit, quamvis reliqui speciem puelli conspicarentur, attonito planè, & latebras conscientiæ suæ scrutante eodem, Cantipratano, ne quàm fortè divino lumini officientem, interiùs occuleret labem. Vidit denique, & ipse Christi faciem. Primùm qualem mensura ætatis plenitudinis Christi poscebat, & quidem spinis coronatam, ac binas guttas à fronte, utrique medio naso, sanguinantem. Deinde paulò post, nudam, & corona, ac sanguine vacuam in dextrum latus conversam, speciosam planè, & renidentem. Alii item intra unius horæ spatium conspexere planè varia. Hi Christum Cruci suffixum, alii specie Judicis Orbem judicantis in æquitate, plerique omnes sub pueri imagine. Rem totam fusè describit idem Cantipratanus *lib.* 2. *Apum cap.* 40. *num.* 2. 12

Nostra, & majorum ætate, ait Christophorus Castro *lib.* 3. *de vaticinio cap.* 3. in Oppido Lusitaniæ Santareno, assiduo miraculo in Christallo pellucida visitur Christus pro cujusque devotione, nunc puer tenellus, nunc duodennis, nunc annos natus triginta, nunc Crucifixus, nunc Judex terribilis. Meminit ejusdem miraculi hodieque perseverantis Molina 1. *par. quæst.* 55. *art.* 2. *disp.* 2. *membr.* 5. Oppidum illud antiquo nomine appellans, Scalabitanum. 13

Cum lumine videbat Maria Oigniacensis apud Jacobum de Vitriaco *lib.* 2. *vitæ cap.* 8. *Interdum videt*, ait *Virginis filium sub forma pueri cum immenso lumine circa arculam, in qua Eucharistia reponebatur, cùmque ex ea quæreremus, cujusmodi esset illud lumen, respondit: Quantum lumen solis candela lumen superat, tantum, imo plus etiam lux ista vincit.* 14

De Godefralco religiosissimo Sacerdote, in die Natalis Domini celebrante, similia recitat Cæsarius *lib.* 9. *cap.* 2. De alio pio presbytero haud absimilia habet appendix ad Chronicon Sigiberti sub annum 1180. Sanctum Hugonem Lincolviensem, sacrificantem conspexisse Christum specie pueri immenso lumine coruscì, habent ejus Acta. Scribit quoque Petrus Cluniacensis *lib.* 1. *mirac. cap.* 1. rusticum Aruernum, cum Eucharistiam in favum sacrilegè conjecisset, perculsum mutatione ejus in forma puelli speciosissimi iniisse consilium de eo clam infodiendo in Ecclesia, sed evanescente ex ferentis manibus puello, impium consilium fuisse disturbatum. 15

Et quidem visum esse sæpius à sanctis viris in Eucharistia puerum cœlesti forma, cultuque, est adeò compertum, ut S. Ludovicus Rex Galliarum id conspicere aliquando recusaverit, quippè oculo fidei semper id non sine merito cumulatione conspicatus *Brev. Rom. in August.* de qua re hoc demus epigramma. 16

Sequana qua Luteam regni caput alluit Urbem
Certavit patrio Gallia digna polo.
Namque ubi Verbi potens cerealia dona Sacerdos
Ferre salutiferum jussit edenda Deum;
Protinus in tereti Christus libamine circa
Magnus in exiguo pane puellus erat.

Candida

Candida cognata dudum vive symbola dicto.
Accendunt geminas picta rubore genas.
Halant labra rosæ, candent sata lilia collo,
Crispus ab auricomo vertice cyrrhus abit.
Monstrum immane puer. Teneri nitor entheus oris
Attonitum stupido Lumine vulgus agit.
Præcipitatur iter, properat quis quemque præire
Fit via vi, territur pes pede, virque viro.
Denique regali portentum sibilat auri,
Sed redit immoto mobilis aura viro.
Multa supercilii decuit mora Majestatem
Tam solido novitas non fuit ipsa nova.
Restitit ergo Rex, famamque interritus hausit,
Et rennit Dydimis testibus esse duci.
Credulus hic Christi est testis post facta futurus
Nolle videre illi, malle videre fuit.

Sat datum puero etiam alia specie visus, ut

17 Viri. Beata Elizabeth Schonaugiensis *l.* 2. *visionum c.* 9. in Cœna Domini ad Missam vidi, sicut soleo, omnia, quæ circa altera gerebantur, & dum Sacerdos Canonem diceret, & Calicem in conspectu Dei exaltaret, vidi supra Calicem Dominum Jesum, quasi in cruce pendentem, & de latere ejus, & pedibus sanguis in Calicem defluere videbatur.

18 Agni. *Lib.* 6. *revelat. S. Brigitta c.* 86. *Quidam Sacerdos in die Pentecostes celebravit primam Missam in quodam monasterio. Tunc autem in ipsa elevatione Corporis Christi, vidit sponsa ignem descendere de cœlo per totum altare, & in manu Sacerdotis vidit panem, & in pane agnum vivum, & in agno faciem, quasi hominis inflammantem, & tunc audivit vocem sibi dicentem: Sicut nunc vides ignem descendere in altare, sic per similé spiritus meus sanctus descendit in Apostolos meos tali die, sicut hodie inflammans corda eorum. Panis vero per verbum fit agnus vivus, ideſt corpus meum, & facies est in agno, & agnus in facie, quia Pater est in Filio, & Filius in Patre, & Spiritus Sanctus in utroque. Et iterum sponsa vidit in manu Sacerdotis in ipsa elevatione Eucharistiæ juvenem miræ pulchritudinis, qui dixit: Benedico vos creaturæ, non credentibus ero Iudex,*

19 Apud Cæsarium *l.* 9. *c.* 3. Adolphus de Dieferne impurus & nutans in Eucharistiæ fide Sacerdos, in eodem Missæ Sacrificio Christum cum sub aliis formis, tum nominatim sub forma agni conspicuum habuit. Æque sub agni effigie visum Christum in sacrificio incruento, scribit Petrus Damiani *l.* 6. *epist.* 25. Apud Paschasium quoque est hujus apparitionis mentio *l. de corp. & sang. Dom.* cum de apparitione facta Plegilo presbytero sacrificanti, & Paulo nuncupato secundo apud Epiphanium. Denique Bartholomæum Caietanum, ex trabis ruina conquassatum, & vehementer cupientem pane Eucharistico refici, S. Franciscus noctu per visum adiit, gestans ad ubera agniculum, & languentem sic est effatus: *Hic est agnus, quem tibi dari petebat, quem & propter bonum desiderium suscepisti, cujus etiam virtute consequeris utriusque hominis sospitatem.* Refert S. Bonaventura in S. Francisci Actis in appendice §. de ereptis à mortis periculo.

20 Causas hujus formæ per Christum adamatæ, petere licet ex iis, quæ profert Raynaudus tractans illum Christi titulum *Agnus Dei l.* 5. *de Christo sect.* 2. *c.* 2. Et alia in eam rem adducit in *tract. de Cereo Agno consecrato c.* 6. post Origenem, qui paucis rem conficit *homilia* 24. *in Num. Ipse Dominus Iesus Christus*, inquit Origenes, *non ideò Agnus dicitur, quasi qui mutatus sit, & conversus sit in speciem Agni. Dicitur tamen Agnus, quia voluntas, & bonitas ejus, qua Deum repropitiavit hominibus, & peccatorum indulgentiam dedit, talis exstitit humano generi, quasi Agni hostia immolata, & innocens, qua placari hominibus divina creduntur.* Hæ igitur causæ sunt, cur Christus sub Agni specie visus est in Eucharistiæ Sacrificio, quod est antitypon Sacrificii Crucis, ejusque viva repræsentatio, in qua Christus Agnus immolatur ad propitiandum Patri genus humanum.

Sanguinis. Chronicon Saxonicum: *Pastorem Vueddingensi Missam celebrantem sub Henrico III. Imperatore, vinum calicis conversum est in sanguinem, cujus haustum ille abominans detulit Magdeburgum, ibique in æde summa reclusum est.* 21

De sanguinis effusione ex speciebus Eucharistiæ, præsertim impie transfossis per impios Judæos, crebra sunt exempla. Videndus Genebrardus in *Chronol. an.* 1510. cùm de Paulo Form. nundinatore Sacræ Eucharistiæ, & Theodorus Loer Carthusianus *lib. de hostiis Brumellensibus* perfossis à Judæis anno 1369. Nicolaus Marescalcus *l. de hostiis* ab Eleazaro Judæo confossis in Ducatu Megapolitano anno 1492. Multus in hoc est Collius *l.* 4. *de sanguine Christi disput.* 9. 22

Digiti auriculares sanguine cruentati. Paulus Diaconus in Gregorio Magno, & Guitmundus *l.* 3. *de Sacram. Alt.* eam ipsam historiam propugnat his verbis, ut fidem ei abstruat. *Qua ratione vitam B. Gregorii quilibet Christianus apocryphum dicat, quam, attestante Roma, editam, tot sanctissimi, doctissimique Romani Pontifices, nullo dissonante, hactenus probaverunt, eorumque auctoritatem secuta tot Ecclesia cunctio populo Christiano consonante nunc usque susceperunt? In eadem sanè vita scriptum est, quod beatus idem Papa Gregorius præsente populo Romano, cuidam matrifamilias, cum communicatura risisset, Dominici corporis portionem subtraxerit, quam in ara repositam communi mox prece ad Deum fusa ad instruendam de veritate Dominicæ carnis matronam, seu etiam populi fidem coram omni populo in specie veræ carnis, quasi digiti auricularis ostenderit; cumque mulier jam fidelitèr propter horrorem carnis communicare trepidaret, cunctis iterum Domini misericordiam pro illa suppliciter implorantibus, tandem ei particulam Papa in consueta panis specie reporrexit.* 23

Helmoldus in historia Sclavorum miram admodum refert historiam. *Puella quædam in partibus Thuringiæ propè Civitatem Erpisfordiam ægrotabat, quam dum Sacerdos ex more visitaret, dans ei viaticum, ablutionem digitorum fecit in bicario mundo, ipsam aquam ad bibendum ei tradens, sicque discessit. Illa benè suæ mentis compos dixit his, qui circa ipsam erant: Diligentissimè ipsam aquam operite, quia de digitis sacerdotis vidi portiunculam Eucharistiæ in eam decidere. Quo facto, cum ipsa aqua ei postea ad bibendum fuisset allata, & tota mutata fuisset in sanguinem, ipsa quoque portiuncula, licet minimi formam acceperat digitalis, versa in cruentam carnem. His visis terrentur omnes, sit clamor mulierculorum accurrentium, clamantium, mirantium, stupentium de re tam inaudita, sic & sic loquentium. Mittitur, sacerdos vocatur, qui magis stupebat, qui suam in his negligentiam metuebat. Qui etiam timens officii suspensionem, celare rem voluit, hortatus tanti sacramenti exsufflationem. Sed celari non potuit, quod Deus miraculosè manifestari voluit. Communicatur res pluribus, sit conventus sacerdotum, qui in perturbatione non habentes consilium, adierunt Archidiaconum. Qui super his timens aliquid dispensare, quæ gesta erant per epistolam significavit D. Moguntino. Interea ipsum bicarium cum vivifico corpore, & sanguine opertum Corporali, super altari ponitur, & videntibus cunctis, qui aderant, Columba venit super labium bicarii, & diu sedit non sine admiratione cunctorum, quod corporis sui pondere ipsum vasculum non everterit. In partibus enim illis bicaria quasi ductilia in inferioribus sunt angusta, in superioribus verò ampliora. Unde qui viderunt, non corporalem, sed spiritualem columbam arbitrati sunt.* Baron. *an.* 1192. 24

Sub festum beati Vincentii martyris hæc contigerant, venitque Archiepiscopus ipse Annuntiatæ Virginis solemnem supplicationem instituit cum Prælatis, qui 25

Christi sanguinem portabant, Clero, populo innumero, discalceatis omnibus, primam stationem ad B. Cyriaci fecere, alteram in monte S. Petri, ad Divæ Mariæ, ubi verba ad circumfusam multitudinem Moguntinus habuit, hortatusque est in preces se darent, ut in panis speciem iterum se Christus recipere vellet: *Cumque devoratum fuisset, & caro, & sanguis in formam priorem non rediisset. Pontifex de novis lapidibus novum altare construi præcepit, ut in eo idem sanguinis cum carne Dominica reverenter conderetur. Verùm cum inter ipsas orationes, & exhortationes sæpius misisset, & transformatio facta non fuisset, venit subitò, qui diceret, Dominum preces, & gemitus filiorum Israel audivisse, & ad priorem illam substantiam plenissimè rediisse. His auditis, Dominus Archiepiscopus multis suffusus lacrymis, omnes ad gratiarum actiones hortari cœpit, ipse verò cum sermone exhortationis in laudes Domini nostri Iesu Christi prorupit. Aquam verò transubstantiatam in vasculo pretioso ad posteritatis memoriam in ipsa Ecclesia honorificè reposuit, bicarium verò secum Moguntiam detulit, ubi usque hodie honore maximo veneratur. Omnes autem, qui in omni diœcesi sua constituti erant, ita devoti ad laudem Christi incurvati sunt, ut etiam infantuli, qui in cunabulis jacebant, incurvati gratias agerent.*

26 Carnis. S. Gregorius Magnus, re, & factis id confirmat. Cum is Romæ Sacram Synaxim distribuens, diceret: *Corpus Domini Nostri Iesu Christi conservet animam tuam*, subrisit matrona hæc inaudiens; nam *panem hunc*, inquit, *manibus egomet meis pinxi*, utpotè quæ oblationes eo die ministraverat. Tum verò S. Pontifex, particulam, quam erat distributurus, retinens in altari, se cum populo in preces dedit, ac paulò post de genu exurgens, deprehendit omnino carnem esse, eoque prodigio fœminam illam ad Eucharistiæ fidem perduxit, Joannes Diaconus in vita S. Gregorii *cap.* 41.

27 Exempla duo suggerit. B. Petrus Damiani, Episcopus Ostiensis ad Desiderium Abbatem Casinensem de muliere Zelotypa, unum.

28 Uxor quædam, ut virum adulterii suspectum sibi, & thoro conjugali conciliaret, ab anu venefica inducta est, ut abuteretur hostia sacra, eamque maleficis sacrilegis imbuam, velut amuletum zelotypiæ adponeret viro. Adit Templum, ad sactam mensam accedit, Eucharistiam involvit palliolo, & ad lares profert. Verùm ibi eam particulam dimidiam esse carnem & dimidium panem esse, animadvertit, ac territa ejusmodi ostento, abstinuit à nefario consilio.

29 De Episcopo Amalphitano alterum, in quo idem Petrus Damiani affirmat, se interfuisse, dum Episcopus Stephano Romano Pontifici narraret, interposito etiam juramento, dubitanti sibi de vera Corporis Christi præsentia, carnem inter manus extitisse, dum in ara hostiam sacram divideret, manusque ambas apparuisse cruore conspersas, Baron. *an* 1059.

30 Item Elizabeth Schonaugiensis *lib.* 1. *viarum Dei*: *Quidam ex fratribus ferebat in pyxide divinum Sacramentum Dominici Corporis, ut opus videbatur, cuidam sorori infirmæ, cumque staremus in circuitu ejus & ego, & quædam sorores loquentes mecum de eo, ecce subito cor meum liquefactum est, & penè factum est in extasi, & ecce claritas magna refulsit in pyxide, & introspexi, cùm tamen adhuc esset clausa, & apparuit species veræ carnis in ea. Dicens quidem ista, contremisco sicut & tunc videns contremui. Testis est autem mihi Deus, quia nihil in omnibus his fingo, propriam gloriam quærendo locuta sum.*

31 Thomas Bozius, Oratorii presbyter *lib.* 14. *de Ecclesia notis cap.* 7. *Anfidi in Piceno fuit*, ait, *anno* 1273. *quædam mulier, quæ cum sumpsisset ore Eucharistiam non deglutiit, sed servatam secum detulit, ut illa uteretur ad amorem mariti conciliandum sibi per veneficia. Quamobrem sic malis artibus edocta, super prunas in tegula repositam protecit, quo facto, mirabile dictu? Cœpit Eucharistia apertissimè in carnem conversa, sanguinem latè emittere, ita ut prunas extinxerit, neque cohiberi potuit cruoris eruptio, donec canduerunt carbones, quamvis mulier nihil non egerit iniiciendo pulverem, cinerem, ceramque apponendo. Tum novo eventu attonita, linteo tegulam cum carne divina, & sanguine involvens stabuli propinqui stercori infodit. Latuit res annos septem, quamvis aliquot mirabilia evenerint, quæ undenam nascerentur, alios quidem latebat, mulierem non ita, facti, ac sceleris sui conscium. Is exactis, illa tandem aperuit rem gestam Sacerdoti, quæ cùm se eò contulisset, reperit intactam, eunctisque divulgatum, ex omnibus locis innumeros ad sui spectaculum commovit, & commovet adhuc post annos tercentum, & sedecim. Visitur enim caro, visitur sanguis vitreis ampullis inclusus, ad tantæ rei memoriam sempiternam, neque post tanta temporum spatia quicquam ex iis est corruptum, aut tabefactum.*

Lapidis. Ita Sozomenus *lib.* 8. *cap.* 5. *Nam vir quidam* 32
sectator hæresis Macedonianæ, ejusdem sectæ uxorem habebat. Hic cum Iounnem (Chrysostomum *) de sincera Dei religione differentem audisset, doctrinam amplexus, & uxorem quoque, ut sibi consentiret, hortatus est; at quoniam illa notarum mulierum solita consuetudine capta teneretur, ut maritus, quamvis monuisset sæpè, tamen nil proficeret: Nisi mihi, inquit, ille, in religione consors fueris, nec in vitæ quidem communione posthac eris. Ibi mulier, data fide, se id facturam, cum ancilla quadam, quam fidam arbitrabatur de hac re communicat, eamque sibi ad fraudem faciendam meritò sociam adiungit. Itaque tempore communionis (intelliguntChristo initiati quid dicam) illa quod acceperat, continens, velut oratura procumbit. Famula interim furtim adstans, porrigit id, quod manibus adveniens ferebat, quod quidem simulatque dentibus admotum fuit, in lapidem induruit. Tum mulier timore consternata, ne quid sibi gravius eveniret ob tantum miraculum in se divinitus editum, cum festinatione ad Episcopum accurrit, se ipsam indicat, ac lapidem ostendit, qui manifestè vestigia morsus, sed materiam ignotam, & insuetum colorem referebat. Cumque profusis lacrymis veniam impetrasset, cum marito deinceps concors vixit. Si cui autem hæc verisimilia non videntur, testis est ipse lapis, qui etiamnum hodie inter Constantinopolitanæ Urbis cimelia conservatur.*

Fornacis. Beatæ Catharinæ Senensi incomparabili 33
Virgini Thomas Capuanus memorat forma infantis grandioris pueri: imò fornacis ardentis Venerabilem Eucharistiam apparuisse.

Carbonum. Algerus *lib.* 2. *de Sacram. cap.* 1. *In vi-* 34
tis Patrum legitur, aspiciente quodam Sanctissimo Patre, Angelus Domini quibusdam indignè communicantibus corpus Domini subtrahere, & pro illo carbones porrigere.

Ignis. Cyprianus *Serm.* 5. *de lapsis*: *Cùm quædam* 35
arcam suam, in qua Domini sanctum fuit, manibus indignis tentasset aperire, igne inde surgente deterrita est, ne auderet attingere.

Cinerum. Superiori hoc adnectit Cyprianus ibi loci: 36
Et alius, qui & ipse maculatus, sacrificio à sacerdote celebrato, partem cum cæteris ausus est latenter accipere, sanctum Domini edere, & contrectare non potuit, cinerem ferre se apertis manibus invenit. Documento unius ostensum est, Dominum recedere, cùm negatur, nec immerentibus ad salutem prodesse, quod sumitur, quando gratia salutaris in cinerem, sanctitate fugiente mutetur.

Spicas, culmosque profert. Joannes Moschus evita- 37
tus in Prato ad Sophronium Patriarcham narrat, Abbatem Theodorum Seleuciæ Episcopum, S. Dionysio decessore suo Episcopo negotiatorem opulentum ex Severi hæresi fuisse, cui famulus erat Catholicus, qui die sanctæ Cœnæ communionem linteo involutam

armario inclusit. Fuit autem à paschate ei Constantinopolim proficiscendum, clave armarii hero relicta Qui linteolum reperit, in eoque sanctas particulas, nec ausus sumere, hæsit, quod cùm Catholico Severianus non communicaret, sed famulum præstolatus altera Cœna Domini, ne in secundum annum servarentur, parabat consumere. Verùm eas videt spicas, & culmos germinasse. Statim ille cum familia, totoque Oppido, præsente Episcopo inclamat, Kyrie eleison.

38 Velo divinitus tecta interdum. Nam apud Georgium presbyterum B. Theodorus Siceota vidit inter sacrificandum splendidum velum super sancta munera descendens, quo mirè recreabatur ipse, ut ex vultu splendor eluceret.

39 Disputat. Algerus *lib.* 2. *de Sacram. cap.* 1. *Legitur Tharsitius Martyr Corpus Domini ferens, cùm à paganis comprehensus requireretur, quid ferret, & sanctum canibus dare nollet, martyrium obtinuisse. Cumque, illo mortuo, curiosè quærerent quid ferret, corpore Christi cœlitus sublato, linteamina tantum, quibus ipsum continebatur, reperta sunt.* Carmine hunc ipsum Damasus Papa celebravit, & cum Stephano Protomartyre comparavit:

Par meritum quicumque legis cognosce duorum,
Queis Damasus Rector titulos post præmia reddit,
Judaicus populus Stephanum meliora monentem
Percussi saxis, tuloratqui ex hoste tropæum,
Martyrium primus rapuit Levita fidelis:
Tharsitium Sanctum Christi sacramenta gerentem
Cùm malesana manus potovet vulgare profanis,
Ipse animam, potius voluit dimittere cæsus,
Prodere quàm canibus rabidis cœlestia membra.

40 Fugit impias manus Gregorius Turonensis *de glor. martyr. l.* 1. *c.* 86. *Recolo, quod in adolescentia mea gestum audivi. Dies passionis erat Polycarpi Martyris magni, & in Ricomagensi vico Civitatis Arvernæ ejus solemnia celebrabantur. Lecta igitur passione cum reliquis lectionibus, quas Canon Sacerdotalis invexit, tempus ad sacrificium offerendum advenit, acceptaque turre diaconus, in qua ministerium Dominici Corporis habebatur, ferre cœpit ad ostium, ingressusque templum, ut eam altari superponeret, elapsa de manu ejus ferebatur in æra, & sic ad ipsam arum accedens, numquam eam manus diaconi potuit assequi. Quod non alia credimus actum de causa, nisi quia pollutus erat in conscientia. Sæpius enim ab eodem adulteria ferebantur admissa. Vni tantum presbytero, & tribus mulieribus, ex quibus, una mater mea erat, hæc videre licitum fuit, cæteri non viderunt. Aderam, fateor, & ego tunc temporis, sed hæc videre non merui.*

41 Imò & Sanctas, atque innoxias ut Beati Annonis Archiepiscopi Colonienſis, quemadmodum in ejus vita jussu Reginhardi Sigebergensis Abbatis edita *lib.* 2. *c.* 14. videre est. Sancto enim Præsule faciente Missam, & divisa jam hostia, *imago dæmoniorum, musca videlicet spurcissima, visu quoque nauseam generans, impetu super Dominicum Corpus ruit, ereptamque morsu particulam cum maximo dolore Sacerdotis avolans exportavit. Cerneres eum subito colore mutato mortui similitudinem expressisse; horruit ausum animalis immundissimi, nec, minus pro se pavidus ob augendas culpas, id sibi reputabat evenisse. Sed ex maxima tristitia, maxima mox lætitia creata est, & unde credebatur Satanas insultaturus, inde quam maximè confusus est, ordinante clementia Salvatoris, ut quo esset ignobilius in creaturis, quod Viro Sancto tantum intulit luctum, eo glorioſius esset miraculum, per quod ad meritorum ejus declarationem de eodem triumpharet. Rem apud se tenuit, pressitque, sed lacrymis, precibusque id urgebat, ut Christi corpus restitueretur. Omnis impuritatis anima quasi violenter impulsa præcipiti volatu rediit murmure suo, & sibilo quodammodo vim, quam patiebatur, aperiens, illudque, quod raptu nefandissimo fragmen abstulerat, in oculis Sacerdotis patena restituit. Indè se velut avolatura levans, seorsum super altare ruit exanimis, dignam tanti flagitii pœnam luens. Ad Clericum deinde conversus, qui sibi proximus adsistebat, innuit, ut incendio musca consumeretur ipse vero sanctam communionem magna cum securitate suscipiens, sancti spiritus gaudio comitante, ministerium illud debito fine terminavit.*

Variarum formarum. Ita habetur in vita Pauli Se- 42
cundi apud Epiphanium, ubi idem Paulus præter singulatem peregrinam agni formam, sub qua primum in altari sub Sacrificium Christum conspexit, de qua superius; mox quoque cum Sacerdos factam hostiam distribueret sub variis omninò formis pro varia communicantium dispositione eodem Communionis tempore Christum conspexit, nempè sub forma ovi, capillorum, carbonum, ignis, cinerum, carnis spurcæ auri, ac lucis.

Ad secundum. Hoc quæsitum facilè expediri potest 43
juxta doctrinam D. Thomæ 3. *par. quæst.* 76. *art.* 8. quæ fert, quoties formæ peregrinæ, sive inusitatæ ac prodigiosæ in Eucharistia visuntur, formas, illas non esse reales, sed imaginarias tantum, sive objectivas, si non æquè omnibus obiiciantur, vel nonnisi ad breve tempus duret apparitio. Has autem docet dupliciter contingere posse. Vel ex parte videntis, vel ex parte specierum sacramentalium. Quæ primo modo contingunt, fiunt cum tali in oculis videntis immutatione, ac si expressè puerum, aut aliam formam videret, cum tamen alii nihil videant, nulla scilicet existente ex parte Sacramenti mutatione, solentque ita contingere, quando unus dumtaxat videt, fierique potest, ut ei se dæmon aliquando præstigiis suis immisceat sensibus illudendo. Quæ verò posteriori contingunt modò, scilicet ex parte specierum sacramentalium, fiunt cum ipsarummet immutatione circa figuram, vel colorem, remanentibus tamen dimensionibus, quæ prius fuerant ita, ut ab omnibus videantur, nullumque est illusionis periculum, cum non possit dæmon extraneas species in illis efficere.

Si igitur constiterit, solum aliquem nec nisi ad bre- 44
ve tempus Christum specie agni, vel alterius formæ sub sacrificium conspexisse, argumento est visionem fuisse, non veritatem, quod apparebat, nec Agnum, quem ille sibi videbatur conspicere, fuisse verum Agnum in rerum natura existentem, sed dumtaxat imaginarium; alioquin omnes, qui aderant, Agnum æquè conspexissent; nisi gratis velimus fingere miracula, dicendo, omnes præter unum illum fuisse divinitus impeditos, ne Agnum verè ibi præsentem conspicerent. Miraculum commiscendum esset in supernaturali productione Agni, & ejusdem cibatione, aliisque variis adjunctis, quæ præstat non exprimere. Nec minora magna ex parte urgerent incommoda, si Agnus verus, ac physicus via ordinaria productus aliunde in altari exportatus fingeretur.

Ad tertium. Nulla mutatio ex necessitate fieri, sive in 45
medio, sive in objecto, sed sufficit posse mutationem omnium facillimam, fieri in oculis contentis, vel etiam in ejus phantasia, & intellectu. Dixi ex necessitate, quia non videtur dubitandum, quin mutatio facta in objecto sensibili, quod hic sunt species sacramentales, vel in medio inter oculum, ac objectum jacente, & quod idem foret in corpore circumstante objectum possit satis esse ad causandum in spectatore exhibitionem Agni, vel alterius formæ. Quod enim alibi dixi, fontes delusionum in sensibus ad unum è tribus illis capitibus sunt revocandi. Quod attigit Themistius *lib.* 2. *animæ cap.* 11. & plenius elucidat D. Bonaventura *in* 2. *d.* 8. *art.* 4. *quæst.* 3. Argentina *ibidem par.* 1. *art.* 2. Gabriel. *quæst.* 2. *art.* 3. Major. *quæst.* 3. Molina 1. *par. quæst.* III. *art.* 4. Et quamvis plura ex illis capitibus possint conjungi ad causandam eandem exhibitionem apparentem, tamen unumquodque propositorum capitum potest sufficere ad causandam eam apparentiam sensibilem.

45 Ex necessitate igitur ad visum, de quo agimus, nulla vel in speciebus Sacramentalibus, vel in medio præcedit mutatio, sed sat est immutari oculum, vel phantasiam. Præeligendaque videtur oculi immutatio, quia minore veluti impensa peragitur ob facillimam alterationem, & immutationem potentiæ visivæ, tanto apparatu indigentis ad functiones suas, eamque esse causam cur visus inter sensus maximè obnoxius sit delusionibus rectè notarunt Fracastor *lib. 2. de intellect. ante medium*, & Villapand. *tom. 2. par. 2. lib. 2. Isagog. c. 8.*

46 Aliter visum est Ægidio Coninck. *3. par. quæst. 76. n. 122.* Existimat enim, mutationem, ex qua hæ apparitiones fiunt, frequentius accidere in corpore circumstante objectum. Et reddit rationem, quia hic modus est magis realis, & eo admisso, nulla in sensu fit deceptio, quia verè sensus simpliciter, & citra judicium percipit corpus aliquod, talem, aut talem figuram referens. Undè percipit quod apparet, atque adeò non decipitur.

47 At neutra ratio est idonea. Cur enim ait hunc modum esse magis realem, quàm cum mutatio fit in corpore, cui potentia insidet? Aut cur sensus non æquè decipitur, sive simplici errore deluditur percipiens, quod apparet circa objectum, nec revera est, quàm si in ipso objecto percipiat quod non est ob immutationem factam in oculo solo? Itaque verius videtur, totam mutationem ad has visus delusiones causandas prærequisitam, frequentius fieri ex parte solius potentiæ sensitivæ exterioris; quamquam si quis velit mutationem fieri ex parte solius phantasiæ, cerebro insidentis, perindè erit ad rem præsentem.

48 Sufficiens ergo, atque expeditior est mutatio ex parte potentiæ, quam admisimus, eique optimè suffragatur quod alia placita, quæ ferè statuunt mutationem ex parte objecti, gravibus laborant incommodis. Aliqui enim existimant, superinduci sacramentalibus panis speciebus non destructis, novas species, quarum superfusione, & superficiali adiunctione fiat nova exhibitio. Ita Henricus Institutor *tract. de sacram. miraculos. par. 1. q. 3.* & ex parte subscribit Henriquez *lib. 9. cap. 38. num. 1. lit. C. in comm.* affirmans novum accidens coloris advenire speciebus panis perseverantibus.

49 Alii putant, species panis evanescere, & converti in novas dimensiones cum aliis accidentibus proportionabilibus substantiæ, quæ de novo exhibetur. Ut si puellus elegans appareat, putant, accidentia panis desinere, & converti in accidentia pueri. Ita Ægidius *theor. 23. de Eucharistia.*

Tandem Richardus *in 4. dist. 10. art. 5. quæst. 2.* existimat, cùm Christus obiicitur, verbi gratia sub forma carnis, addi suprà species panis remanentes, corpus carneum, quo operiantur species panis.

50 Nullum ex his placitis admitti debet. Nam eorum assertione, invehenda sunt plura, & grandia miracula sine ulla necessitate, aut fundamento. Verbi gratia superficiaria inductio specierum novarum super species panis, cùm non possit esse adiectio intensiva, quæ inter quantitates non habet locum, esset tantum extensiva, atque ita vel augeret molem, ultra quam plerumque in his apparitionibus renunciet sensus; vel si auctior illa moles inhiberetur per penetrationem, qua utraque quantitas dicatur exhibenda tantum ut una, inveheretur supervacaneum miraculum penetrationis, quo cumularetur aliud miraculum productionis specierum per se ac seorsim à substantiis, quibus deberentur. Æquè etiam Ægidii, & Richardi placita miraculorum gratis conficta invectione onerantur. Itaque tenendum est, mutationem ad has apparentias exhibendas maximè accommodatam, non nisi ex parte potentiæ sensitivæ sive externæ, sive internæ, petendam esse.

51 Et quidem sensus sive externi, sive interni immutationem, ac delusionem consequitur proportionalis delusio in intellectu ob sympathiam potentiarum, & earum radicationem in eodem substantiali principio. Ut tamen intellectus solus immutetur, & ab eo redundet delusio in sensum, videtur incongruum ob nexum naturalem intellectus, & phantasiæ, qui non est mera concomitantia utriusque potentiæ ad operandum, sed est colligatio potentiarum illarum cum connaturali subordinatione superioris ad inferiorem in hoc statu. Non enim phantasia excitatur ab intellectu ad operandum, etiam postquam est jam informatus specie impressa, quod Suarez malè affirmat *lib. 2. de orat. cap. 14. n. 4. & tom. 1. 3. p. disp. 28. in fine.* Sed quod refert connaturalis origo scientiæ à sensibus, & cooperatio, quam solam potest corpus per materiales suas facultates exhibere in hac vita ad intellectionem excitato, tanquam per apparitorem intellectu, determinatio ad operandum incipit à sensu, & ab eo intellectus movetur ad agendum.

Et verè si intellectus posset absolutè excitare imaginationem, species materialis erasa è subiecto phantasiæ, posset reparari per novam actionem phantasiæ ab intellectu ad operandum excitatæ. Quod non experimur, ut testatur oblivio consequens speciei phantasticæ dilapsum, nisi ipsa aliundè reparetur. Itaque connaturaliter loquendo, sensus excitat intellectum ad operandum, non autem è contrario. Et ita rectè Lessius *lib. 2. de summo bono numer. 137.* Hunc autem connaturalem nexum potentiarum Deus in hac vita, & perstante animæ consertione in corpore violare non solet. Ab Angelo autem, ac dæmone, ne violari quidem potest, quia nihil possunt in animam spiritualem, nisi corporis, & sensuum interventu.

Verùm & si congruentius sit, intellectum nonnisi modo proposito deludi, & Deus nolit invertere decentissimum illum ordinem in naturali potentiarum nexu fundatum, facilè tamen Deus, nisi vellet attendere, quod congruentius est, posset ipsum quoque intellectum immediatè deludere, nulla facta prævia mutatione, aut delusione in ullo sensu. Et æquè tamen sequeretur apparentia objectiva, ac cum sensui imponitur. Sicut enim cum solus sensus internus immutatur, apparentia tamen respectu sensus externi phantasiæ inferioris, si & ipse ad agendum moveatur, eadem est, ac si mutatio fieret in sensu ipso externo ita, ut homo putet se oculis conspicere, vel auribus haurire quæ sola imaginatione primum percepit; ita, si intellectus, qui cum phantasia connectitur, subeat immutationem, & deludatur immediatè, apparentia tamen, & delusio refundetur in phantasiam, si simul moveatur ad operandum circa objectum ab intellectu independenter ab ipsa conceptum, excitante Deo. Vel si solus intellectu operetur, sitque omninò justitium in sensibus; apparentia tamen, quod ad objecti exhibitionem, erit eadem, quæ si sensus esset cum errore operatus, supposito quod species intellectui deservientes sint connaturales, & fabricatæ aliàs excitante sensu. Non secus enim homo putabit se tunc imaginari, aut exterius videre, etiamsi neque imaginetur, neque videat, quàm in somno putat se videre sensu externo, quod sola imaginatio attingit.

52 In hac igitur re, quamvis possit aliquis mutationem immediatè à Deo subire in solo intellectu, tamen verisimilius est servari, quod congruentius esse diximus. Id, quod multò certius foret, si mutatio illa, & consequens delusio aliam haberet causam effectricem, in cujus potestate non sit, hominem intellectuare, ut loquitur D. Augustinus j hoc est immediatè, & intacto sensu, facere ut homo hoc, vel illud intelligat. Id enim solius Dei est proprium.

53 Ad quartum. Dicendum est, causam apparitionum illarum, quæ aliquibus pro eorum salute, vel comprobatione eorum Sanctitatis, vel quarum interventu, vel infideles converterentur, vel fideles confirmantur in fide, & ad auctiorem Sanctitatem promoventur, vel ob alium bonum obiiciuntur. statui posse, ac etiam debere, vel Deum, vel bonos Angelos Dei administros. Nam, ut dæmoni

dæmoni hujusmodi effectus tribuuntur, verat eventus, salus scilicet eorum, vel aliorum consecuta, Dæmon enim non daret operam exhibendis formis, quibus homines ad gratiam cum Deo, vel adducantur, vel promoveantur, tametsi vis naturalis dæmonum non debet hac parte statui minor, quàm bonorum Angelorum, proportione servata, hoc est componendo Angelos bonos cum malis ex eodem ordine derectis.

57 Et revera demum non rarò similes planè apparitiones ludificandis alta de se sentientibus divino permissu exhibuit, & ut alia objecta prætercam, & in solo Deo, & Christo sistam, id testantur historiæ à Sanctis Patribus relatæ. Sic apud magnum Athanasium, magnus quoque Antonius de diabolo simulante se Deum esse ait: *Credite, filioli, vidi aliquando diabolum cessum corpore, qui se Dei veritatem, & providentiam ausus est dicere, & ait ad me: Quid vis, ut à me tibi donetur; Avtoni? At ego, tuimet in eum Christi nomine armatus incessi, & statim ille procerus aspectu inter medias manus exoleuit.* Sic Severus Sulpitius *libro primo*, vitæ S. Martini refert, ei apparuisse diabolum venustum facie, & vestitu emicantem, semel ac iterum dicentem: *Martine, quid dubitas credere, me esse Jesum Christum?* Quod mendacium rectè dignoscens Martinus, dixit animosè: *Dominus noster, Jesus Christus, non purpuratur, aut diademate ornatum se venturum esse prædixit.* Et iam Thomas *in 3. sentent. d. 9. quæst. 1. art. 5. quæst. 6. ad 3. & lect. 3. in capite 11. 2. ad Corint.* refert, quendam Sanctum Patrem diabolo sibi, in ementita Christi specie apparenti respondisse, *se nolle videre Christum in hac vita.*

58 Alterum exemplum habet Cantipratanus *libro primo, Apum capite 23.* ac insigne de Valente Monacho, Palladius *in Lausiac. sect. 1.* Duo item in eam rem exempla recitat Gerso *part. 1. tract. de probat. spirit.* Vni fratri minori de observantia malè ad communicandum parato, & tamen de se præsumenti, Satan Christum quasi speciebus Sacramentalibus velatum manu Angelica visus porrigere, Diabolum potrexit, quo miser ille dirè per aliquot menses vexatus est. Rem suo tempore, & in sua vicinia gestam in Oppido Thuringiæ Ylennac, narrat Gabriel. *lect. 5. in Canon sub initio.* Aliquando dæmon Christum exhibuit in specie Crucifixi, ut suo tempore factum tradit Guilielmus Parisiensis *lib. de legib. capite vigesimo primo.* Vbi igitur dæmon transfigurando se in Angelum lucis, mentitur, se Christum esse, certum est, veras non esse apparitiones, quales per Angelos fiunt, sed esse fallaces, propterea que cavendas, ac prudenter discernendas. Sic enim pater mendacii conatur homines decipere, daviatæque cultum à simplicibus Christianis extorquere, ac sibi usurpare.

59 Huc pertinet quæstio agitata à Bartholomæo Sybilla *decad. 3. capite 2. quæst. 5.* an diabolus sub Christi forma apparens, possit adorari tanquam Christus? Neque enim mota esset ea quæstio, nisi aliquando contigisset, Satanam Christi specie fuisse exhibitum, aut, quod ad rem præsentem sufficit, nisi Doctores censuissent, Satanam ea specie exhiberi saltem posse. Aut igitur in tali eventu ea ignorantia semper est vincibilis, & adoratio non potest à gravi culpa excusari, ut censet idem Sybillanus, adstipulantibus Altisiodorensi, Alensi, Bonaventura, & Adriano, quos refert Vasquez *lib. 3. de adorat. disput. 1. cap. 5.* Aut potest aliquando ignorantia illa esse invincibilis, & adoratio culpa vacat, ut Vasquez *ibidem* rectè statuit. Nunc nobis satis est, Doctores utriusque partis agnoscere dæmoniacam apparitionem sub Christi forma posse contingere, & aliquando contigisse.

60 Et de Deo quidem, universaliter loquendo, nemo potest jure ambigere, quin possit conferre quicquid ad has apparitiones exhibendas, potest esse necessarium, quomodocumque eas contingere voluerimus. Neque de Angelo est magna difficultas, ut intelligatur, omnia ad id necessaria præstare posse: Nam quamvis probabilior sententia ferat, nullam speciem, etiam sensitivam externam posse ab Angelo naturaliter imprimi; tamen effectus, de quo agimus, præstari ab Angelo potest per aliam aliquam potentiæ, aut medii, vel objecti immutationem, ipsi comparatam.

61 Contra verò hanc doctrinam, quatenus in ea admititur, Deum, & Angelum bonum posse sensui externo objicere rem aliter, quam à parte rei se habeat, nonnullæ difficultates, jam olim motæ sunt à nonnullis contendentibus, id fieri non posse, & repugnantiam involvere. Et præter generale argumentum, quod æquè impetit apparitionem à Deo, vel à bono Angelo causatam in phantasia, & intellectu, nempè, quod in ea apparitione interveniat error, & deceptio, proponuntur aliæ quædam difficultates, quæ videntur peculiariter apparitionibus sensus externi, vel si earum difficultatum aliquæ communes sunt externo sensui cum interno, maximè tamen urgent circa sensum externum, qui remotior est ab intellectu, ob cujus vicinitatem majorem phantasia plerisque prærogativis potitur, quæ non cadunt in sensum externum.

62 Sunt igitur, qui opponant, eum errorem sensus externi invecturum notitiam absque termino extrinseco, sive objectivo. Quod tamen involvit manifestam repugnantiam. Quia notitia essentialiter est *alicujus* objecti notitia. Hic autem deesse externæ sensationis objectum, in confesso est. Quis supponimus sentiri, quod re ipsa non est. Ita opponunt Mayro *quæst 18. prolog.* & Fonseca *libro sexto, metaph. capite secundo, quæst. 4. sect. 3.*

63 Alii opponunt, talem notitiam, si daretur, fore abstractivam, quam tamen nulla vi posse in sensum cadere, est extra dubium, rectèque asseritur ab Okamo *quodlib. 6. quæst. 6.*

64 Denique Durandus opponit, fore ut posset quis videre, & tangere quod non est, & comedere panem non existentem. Ita ille *q. 3. prolog. n. 14.*

65 Non est tamen, quod his difficultatibus dimoveamur de sententia, & id velimus esse Deo impossibile, quod palpabili experimento deprehendimus, ordinarie evenire citra miraculum. *Cujus rei plenaria disquisitione* philosophis, ac scholasticis permissa, breviter dico, rationes propositas in contrarium esse prorsus evanidas. Non enim, ut malè assumitur in prima ratione, sensatio externa apparitionis, cui non subest objectum reale sensibile, caret objecto, sed ea externa sensatio habet pro termino extrinseco, sive objecto rem absentem, imò non existentem, perinde ac si adesset, & existeret, ut rectè admittit Bernardus de Gannaco apud Capreolum *in 2. d. 3. quæst. 2. ad 2. contra 4.* Quod si argumentum urgeret contra sensationem externam, æquè everteret internam, quam constat circa pleraque non existentia frequenter dari.

66 Perperam item assumitur in secunda ratione, talem notitiam fore abstractivam. Revera enim est intuitiva per apprehensionem rei absentis, quasi esset præsens, ut rectè admittit Camerac. *in 1. q. 1. litt. O.*

67 Tandem ad argumentum Durandi rectè respondet Gregorius *in 1. d. 3. quæstio. 1. articul. secundo, sub. 1. ad 4.* contra tertiam, quod non est posse & videri, & tangi. Quia tangere, & videre sunt notitiæ objecto externæ. Non posse tamen comedi panem absentem, vel non existentem, quia comestio importat mastigationem, & alios motus locales panis, quos manifestum est non posse afficere rem, nisi existentem, ac præsentem.

68 Maneant igitur, apparitiones, quibus sensus externus deludatur per solam mutationem potentiæ, qualem in apparitionibus Eucharistiæ propositis admittendam diximus, nihil absurdi continere, & posse à Deo fieri, etiam per impressionem speciei absque objecto; quod rectè agnoscunt Molin. *1. part. quæstio 55. articul. 2. disputi-*

*disput.*2.Vasquez 1.*p.disp.*64.*c.*4.*& disp.*221.*c.*9. Rub.*q.*11. *de speciebus.*

69 *Ad* quintum, Respondendum est, in apparitionibus à Deo, vel bono Angelo in Eucharistia factis permanere Christum, quia supponimus, nullam esse factam realem mutationem in speciebus Sacramentalibus. Regula autem generalis est, omnium Theologorum assensu firmata, præeunte D. Thoma 3.*p. quæst.*77. *artic.*4. quam etiam à Gregorio XI. traditam, notat Henriquez *lib.*nono, *capite* 38. *numero primo*, *litt. D. in comm.* tandiu Christum perstare in Eucharistia, quamdiu species Sacramentales panis, & vini manent in statu, qui consentaneus esset substantiis panis ac vini, si permanerent, quod ex sapore præsertim, & odore est dijudicandum.

70 Hinc in illis apparitionibus non intervenire in speciebus mutationem necessariam ad exturbandam substantiam panis, si affuisset, censendum est, in quibus non omnes, qui adsunt vident illud ipsum, quod unus aliquis, sed omnes præter ipsum unum, conspicantur species talis alboris, & quantitatis, ac figuræ, qualis in pane præfuerat ante consecrationem. Doctrina verò est D. Thomæ 3.*p. qu.*76. *art.* 8. tunc fieri mutationem realem in speciebus, cùm omnes, præsertim ad longum tempus non conspicantur eas simili modo, & sub eadem forma. Nam si esset forma realis accidentaria de novo impressa speciebus, in omnes incurreret eodem modo, & æqualiter percipereetur per sensus. Quod in plerisque visionibus non contingit.

71 Ob contrariam verò causam in pluribus aliis divinis apparitionibus, & admodum diuturnis, & ad omnes æque factis, Christus desinit esse. Quia tanta immutatio facta est in speciebus, ut non essent idoneæ ad fovendam formam substantialem panis, si superesset. Ejusmodi sunt apparitiones illæ, in quibus caro, aut sanguis, vel carneum quid, ac cruentum omnibus æquè ad longum tempus apparet. Verbi gratia in Sacramento miraculoso Augustæ, in quo forma carnis sanguineæ omnibus æquè apparuit ultra quatuor sæcula, dicendum videtur defuisse corpus Christi. Quia tanta fuit facta immutatio in speciebus Sacramentalibus, ut si forma panis non abscessisset, non essent accomodatæ ad eam fovendam. Nemo enim dixerit, substantiam panis posse foveri per accidentia carnis. Atqui loco accidentium panis successisse accidentia carnis, & quidem vera, monstrat accidentium, quæ ab omnibus æquè conspiciuntur diuturnitas per tot sæcula. Abscessit igitur Christus, ex quo accidentia facta sunt dissentanea pani, ideòst, ex quo accidentia carnis substituta sunt accidentibus panis; sin minus omnia (nam quantitas semper perseverat juxta veriorem sententiam) at saltem reliqua præter quantitatem, & ita Durandus *in* 4.*d.*10.*quæst.*4.*ad* 3. Thyreus. *lib. de apparit. Sacram. c.*16.*&* 19.*sub finem*, Coninck. 3.*p.qu.* 76.*an.*130.

72 Nec revera dissentit, quod ad rem nostram D. Thomas 3.*quæst.*76..*articul.*8. & qui ei adhærent, Cajetanus *ibi*, Paludanus *in* 4.*d* 12. *quæst.* 5. *articul.* 1. Sotus *d.* 10. *quæstion.*1. 1. *articul.*8. & alii ex ea schola passim. Nam quamvis hi doctores dicant, tandiu Christum permanere sub speciebus, quandiu permanet eadem quantitas specierum. Non permanere autem, cum quantitas variatur, quia putant, quantitatem cum aliis ei superstructis accidentibus, abscedere, & resolutionem fieri usque ad materiam primam, in quo multos meritò habent adversarios.

Tamen lis hæc philosophica nihil refert ad rem theologicam, quæ fert; Christum abscedere quoties species in eum statum deveniunt, ut ineptæ essent ad fovendam formam panis, si superesset; ad quam ineptitudinem deveniri potest, variatis notabiliter accidentibus quantitati superstructis, sive una cum eis variatur numero quantitas, sive permaneat eadem numero, ut habet verior sententia; quod dissidium philosophicum non refert ad rem theologicam, in qua proinde S. Thomas cum suis non discrepat ab aliis Doctoribus, negantibus, resolutionem usque ad materiam primam. Sed utrorumque una, & eadem sententia est, quoad absessum Christum, cùm species Sacramentales, saltem quoad accidentia quantitati immediatè inhærentia, ita variantur, ut si forma panis adesset, deberet abscedere ob subductum ei connaturale prætidium, atque fomentum. Qualis specierum variatio planè agnoscenda est, cum carnem quid, atque cruentum omnibus æquè exhibetur ad longum tempus.

Reclamat in hoc puncto Henricus Institor in opere 74
de Sacrament. miraculoso, *& tr. contra quatuor errores de Eucharistia part.*2.*ser.*5. ubi refert, quendam Concionatorem de Sacro suggesto tradidisse, incertum esse, & Deo committendum, an Christus superesset, atque adeò latria colendus esset in ea forma peregrina Carnis cruentæ, quam Eucharistia, eo tempore, hoc est anno 1495 acceptam, retinebat. Ratio illius erat, quod, quamvis non esset ambigendum, quin illud, quod supererat haberet rationem reliquiarum cum veneratione, & honore asservandarum, ambigendum tamen videtur, ut revera ambigebat Concionator, & cum eo graves doctores, & Antistites, ut addit Institor *ser. illo* 5. an verè adhuc ibi permaneret Christus propter tantam specierum Sacramentalium immutationem, omnibus oculis æquè conspicuam à tam longo tempore. Eam voluerariam ambiguitatem Henricus Institor in prologo prædict. operis *de Sacrament. miracul.* pro munere Inquisitoris fidei, quo fungebatur in illis partibus, & damnat hæreseos, quia ut argumentatur 3. *par. operis quæst.*1. *dubius in fide hæreticus est*, & percellit excommunicatione, non secus ac execrabile dogma, excindens veritatem Catholicam de Christi præsentia in Eucharistia.

Sed excessit Institor. Tantum quippe abest ut de fide 75
sit, verum Christi corpus permanere sub illa peregrina forma, qualem ipse Institor exhibet Augustanam, ideòque ambigere de ea perseverentia sit hæreticum, ut potius vera, & constans purissimorum Theologorum doctrina sit, in tali forma peregrina carnis cruentæ diuturna, & omnibus æquè obversante, non perseverare corpus Christi. Ita enim vidimus asserere D. Thomam, Durandum, Paludanum, & alios.

Et idem dicendum est de illis apparitionibus, in qui- 76
bus Christus cernitur specie puelli, si diuturnæ essent, & omnibus æquè objicerentur. Militaret enim eadem ratio. Non contingit tamen unquam, ut ea forma puelli esset, nisi transiens, respectu omnium. Sub ea autem forma transeunte, non est asserendum conspici veram Christi formam, quasi Christus sit illud ipsum, quod visui apparet, quod malè affirmat idem Institor cum Petro de Tarantasia, & aliis quibusdam antiquis *tract. contra quatuor errores de Eucharistia parte secunda. ser.*7. subscribique Ægidius 3.*p. quæstion.*76.*numero* 128. tantum pro eventu, in quo Christus ita apparet ad consolationem alicujus piæ animæ, ut in apparitione, quam narrat Paschasius factam Plegilio, à nobis supra relatam. Gabriel verò *lect.* 51. *in Canone lit. I.* post longam rei discussionem, hæret ambiguus. *Sed* quod sub ea forma peregrina transeunte non conspiciatur verum Christi corpus, perspicuum videtur; quia Christus revera non habet tale corpus, quale formam illam repræsentat.

At instat Institor, esse in potestate corporis glo- 77
riosi, quale nunc est Christi corpus monstrare se viatoribus verè, & absque figmento sub quacunque statura, & quantitate voluerit. *Sed* hoc, quoad corpus quodcunque glorioſum, gratis dicitur. De Christo autem verum est, quod posset per potentiam miraculorum ostendere eo modo corpus suum, si veller. At monstrandum superest, quod id voluerit. Id, quod *Adversarii* non probant. Negant autem, qui dicunt, formam illam puelli non esse ipsum Corpus Christi verum, inter quos est D. Thom. 3.*p. quæst.*76. *art.* 8. ubi Suarez

tom. 3.*parte* 3.*dis.* 55. *sect.* 2. & Vasquez *numero* 28. allegans Richardum, Durandum, Paludanum, Ægidium, & Marsilium. Idem passim tradunt Theologi *in* 4.*d.* 10. subscribuntque Thyreus *l.de apparit. Sacrament.cap.* 16. *numero* 20. & Colius *lib.*4.*de sanguine Christi disput.* 9.*c.*5.

78 Sub forma cineris, cum contingit Eucharistiam sub ea objici, negat Henriquez universaliter, & indistinctè subesse Christum *l* 9. *c.*38. *numer.*1. *in fine.* Videturque expressa sententia Sancti Cypriani *lib. de lapsis numero* 39. verbis illis supra relatis: *Alius, qui & ipse maculatus sacrificio à Sacerdote celebrato partem cum cæteris ausus est latenter accipere, Sancta Domini edere, & contrectare non potuit. Cinerem ferre se, apertis manibus invenit. Documento unius ostensum est Dominum recedere, cum negatur, nec immerentibus ad salutem prodesse, quod sumitur, quando gratia salutaris, in cinerem, sanctitate fugiente, muretur.* Qui quid autem sit de hoc S. Cypriani exemplo, in quo nescimus, an cinerum exhibitio diu, & quoad omnes duraverit, in forma tamen, quod aliquibus objectum est forma multiplici, ac nominatim cineris, cùm apparitio non fuerit diuturna, nec quoad omnes admittendum videtur, Christum sub ea peregrina forma permansisse, sed tantum sub ea forma exhibitum esse, ut significaretur, indignum Eucharistiæ susceptorem non plus reficiendum esse spiritu per eam susceptionem, quam reficiatur homo comestione cinerum. Sanè quantumvis homo indignè sumat Eucharistiam, fidem tamen certum est, verum Christi corpus ab eo accipi. Itaque quantumvis species peregrina, sub qua Christus videretur ab indigno accipi, fœda sit, aut extranea à ratione panis, admittendum est Christum sub ea permanere, si visio sit per brevis, & non quoad omnes.

79 Concludendum itaque universaliter videtur in omnibus apparitionibus transeuntibus, aut quæ non æque omnibus objiciuntur, Christum permanere, quæcunque sit forma peregrina, sub qua conspicitur Eucharistia. E contrario autem in omnibus apparitionibus diuturnis, & ad omnes æquè factis, deesse Christum. Nec refert, quod adoratio latriæ impendatur convento sub ea forma peregrina, etiam post ejus formæ diuturnam exhibitionem, & ad omnes æquè factam. Ea enim adoratio non impeditur Christo præsenti, sed eidem prout præfuit, & nexum habet cum reali forma nova, quæ successit, qualem nexum habent reliquiæ cum persona, ad quam attinuerunt.

80 Ad sextum respondetur, cum Deus, vel bonus Angelus peregrinas Christi formas in Eucharistia objiciunt, nullam intervenire deceptionem, sive activam, sive passivam. *Activa* enim procul abest, quia spiritus veritatis non potest decipere, & ingenerare falsitatem. Quin potius fictio, quæ refertur ad destructionem, & significationem rei veræ, procul abest à mendacio, estque figura veritatis, ut D. Thomas notavit 3.*p.quæst* 76. *articul.*8. ex Augustino *libro secundo*, *qu. est. Evangelic. cap. ult.* Passiva item deceptio non habet hic locum quia Deus, & bonus Angelus non movent hominem ad judicandum, sed tantum ad simpliciter contuendum, & apprehendendum absque judicio, in quo solo est vera deceptio.

81 Facilè tamen, & proclive est, ut homo præmotus dumtaxat ad apprehendendum, vel videndum sensibiliter, addat de suo judicium inculpabiliter erroneum, existimans; rem talem esse, qualis ei simpliciter objicitur, sed hoc judicium non est partus divinæ præmotionis, sed solius humanæ fallibilitatis, à te ipsa per eam occasionem inductæ in illum errorem culpa vacantem. Tantum itaque admittere licet vi ejus, quod Deus, aut bonus Angelus causant in homine, advenire ei errorem simplicem, & materialem in sensu externo, si is primus moveatur ad percipiendam formam, de qua agimus, vel in sensu interno, sive phantasia, si motio in ea fiat, intacto sensu externo. Is verò error sine dubio, tametsi à potentia sensitiva refunditur, tamen non est versus, & formalis error, sive deceptio passiva, quia deest judicium, neque etiam est deceptio activa, quia non est, nisi excitatio ad apprehensionem rei aliter, quam ipsa se habeat, ut homo de aliqua veritate erudiatur. Vide illud totum posse à Deo præstari absque hac inis deceptione, ut fusius tradunt Suarez *tom.*3.*par.*3 *disput.*55.*sect.*1. & Torres *tom.*1.*in* 22.*disp.*3.*dub.*4.

Ad septimum. Aliqui Auctores sentiunt, miraculosè 82
illud posse videri, idque concedunt de facto oculis Christi, quibus videtur favere D. Thomas, ut mox videbimus. Idem etiam privilegium nonnulli tribuunt Beatissimæ Virgini.

Verior tamen est sententia D. Thomæ, Christi cor- 83
pus, ut reduplicativè existens in Sacramento Altaris, nedum videri, sed nec videri posse aliquo oculo corporeo, quantumvis glorificato, & elevato. Ratio implicantiæ est; quia illa præsentia, vel corpus sub illo modo sunt extra sphæram objecti sensibilis. Implicat enim, potentiam cognoscentem tendere in objectum, quod est extra sphæram suæ propriæ, & adequatæ specificationis.

Quod autem ait D. Thomas *quæst.*76.*citata art.*7. *ad* 84
7 *quod oculus Christi videt seipsum sub Sacramento existentem, non tamen potest videre ipsum modum essendi, quo est sub Sacramento. Nec tamen est simile de alio oculo glorioso. Quia etiam oculus Christi est sub hoc Sacramento, in quo non conformatur ei oculus gloriosus.* Nihil tamen opposita sententiæ. Sensus enim omnibus verum est, oculum Christi existentem in Sacramento videre se ipsum ibi existentem materialiter, & speculativè, quatenus tenetur visionem sui in cœlo, non tamen formaliter, & reduplicativè, quatenus fruitur modo Sacramentali, ut patet ex illis verbis: *non tamen potest videre ipsum modum essendi, quo est sub Sacramento.* Igitur corpus sub illo modo visibili non est, quia non potest sub illo modo videri reduplicativè, nisi modus ipse attingatur.

Verùm quia Christus in Cœlo se ipsum videt, & il- 85
lemet oculus ponitur in Sacramento cum visione, quam habet in Cœlo, ideò dicitur Christus in Sacramento seipsum quidem videre absolutè, non autem prout in Sacramento reduplicativè, sive quod idem est, oculum Christi sub Sacramento videre seipsum existentem non tamen existentem sub Sacramento, in quo distinguitur ab aliis beatis, nec specificativè, neque reduplicativè illum vident, vel quod idem est, neque in Sacramento ipsum vident, quia non continentur in illo, ut Christus, nec prout in Sacramento existentem, quia sic non est objectum ulli oculo, etiam Christi visibile.

Eodem modo aliqui explicant alium D. Thomæ locum 86
in 4. *sent. dist.* 11. *quæst.*1.*art* 4. *quæstiunc.* 1. *ad* 1. ubi ait, *quod oculus Christi extra species Sacramentales existens, non videt se ipsum intra species Sacramentales existentem, nisi miraculosè, & similiter alii oculi glorioſi non vident ipsum hic, nisi fortè per miraculum.* Sed, ut parebit hæc interam consideranti, illa non potest recipere hanc explicationem. Unde dicendum est. D. Thomam, ut in pluribus, ita in hac materia in summa sententiam, quam ibi tenuerat, vel ibi dubitativè ex aliorum sententia loquntum fuisse, loco autem citato summæ resolutivè, & ex propria sententia.

CONSULTATIO XCIX.

De visibilibus Christi, ac B. Virginis Mariæ apparitionibus ad discernendum, quænam veræ, ac reales, quænam per imaginem, sive per species alterius Corporis, idque pro Canonizatione Sanctorum.

1 PRæter alia à nobis alibi dicta, probabilior ſin re præſenti *D.* Thomæ ſententia eſt, eſſe impoſſibile, etiam de potentia *Dei* abſoluta, quod unum corpus in duobus locis ſimul circumſcriptivè exiſtat. In ſententia autem oppoſita maximum eſſet miraculum, ſicut de facto tale eſt, quod corpus Chriſti Sacramentaliter ſit in pluribus locis ſub ſpeciebus Euchariſticis, & in Cœlo circumſcriptivè, modove extenſo, de quo alibi.

2 Eſtque obſervandum, viſibiles Chriſti apparitiones, alias dici perſonales, alias impersonales. Primi generis ſunt, cum apparet in propria perſona, ſive ut Deus, & homo, verè ac realiter ſe videndum exhibens, ad quod requiritur, ſi in hoc noſtro hemiſpherio, vel mundo ſublunari ita appareat, quod tempore apparitionis, deſcenſus, & aſcenſus in Cœlum, locum illum convexi ultimi Cœli Empirei, ubi ſedet ad dexteram Patris, neceſſario deſerat, cùm, ut diximus, juxta probabiliorem D. Thomæ ſententiam, unum corpus ſimul eſſe non poſſit modo naturali, & circumſcriptivo pluribus in locis.

3 Impersonales autem Chriſti apparitiones ſunt, quæ in imagine duntaxat, ſive per ſpecies alterius corporis contingunt. Vt dum Angelus, aſſumpto corpore nomine Chriſti, ac illum repræſentans, viſibiliter in terra apparet. Quod corpus conſequenter, ut tantoperè diſtans, dici non poteſt aut à Chriſto, aut homine formatum, aut immediatè aſſumptum. Vnde inter apparitiones impersonales *Chriſti & Dei* hoc eſt diſcrimen, quod *Deus*, utpotè immenſus, quando apparet medio Angelo in aliquo corpore per illum aſſumpto, repræſentatur tanquam ibi intimè præſens. Chriſtus autem quando per illum apparet, diſtans, & abſens eſt, & ita accipi, & cogitari debet ab eo, cui fit talis apparitio, ne decipiatur. *Si* tamen Chriſtus viſibiliter appareat in Sacramento Euchariſtiæ ſub aliis ſpeciebus, ut alibi diximus; quibus miraculosè hominum oculis abjiciatur in confirmationem præſentiæ ſuæ, tunc quidem realiter præſens adeſt ſub ſpeciebus panis, & vini latens, viſibilis autem apparitio per Angelos exercetur.

4 Ac inſimul advertendum eſt, has viſibiles Chriſti apparitiones impersonales dupliciter contingere poſſe; Vel extra Sacramentum Euchariſtiæ, vel in ipſo, de quibus poſterioribus omnium ferè ſæculorum retulimus alias exempla, cum videlicet vel pueri forma, vel Crucifixi, vel carnis, aut ſanguinis ſpecies videtur.

5 Necnon, tanquam certum ſupponendum eſt, Chriſtum *Dominum* poſt reſurrectionem multoties apparuiſſe ſeque perſonaliter exhibuiſſe Sanctis mulieribus, Apoſtolis, & diſcipulis. Has enim apparitiones non mediis Angelis contigiſſe, ſed ab ipſomet Chriſto proximè, & per ſe ipſum viſui, ſe objiciente, & tactui palpandum exhibente, fuiſſe, communiter docent Sacri interpretes. Ad hoc ſiquidem nulla erat Angelici miniſterii neceſſaria, imò potius repugnabat, cum tali viſu, & tactu veritatem ſuæ reſurrectionis in carne tunc notam eſſe voluerit. Nec etiam cum illis diebus in forma peregrini, vel hortulani apparuerit, ne cognoſceretur. Angelico indiguit miniſterio. Nam corpus glorioſum virtute animæ poteſt ſe quoad aliqua manifeſtare, & quoad aliquam proprietatem ſuæ perſonæ ſe quibus voluerit occultare. Negari tamen non debet illic Angelos potuiſſe miniſtrare, vel ut annuntiatores reſurrectionis, vel ut Comites Chriſti ad honorem, ut in aliis occaſionibus narrat Evangelium. Certum quoque eſt, & ad fidem pertinens, glorioſam, & corporalem Chriſti apparitionem futuram in fine mundi, cum venerit judicare vivos, & mortuos. An verò ſingulis hominibus forma ſpectabili in judicio particulari appareat ut quidam ſcripſerunt, incertum eſt.

6 Tota igitur difficultas conſiſtit, an aliquando Chriſtus poſt aſcenſionem viſibiliter hominibus apparuerit de Cœlis verè deſcendens in terram. Aliqui enim affirmant. Alii verò abſolutè negant, exiſtimantes, omnes apparitiones, quæ de Chriſto Domino, aut in ſcriptura, aut in Sanctorum hiſtoriis referuntur factas fuiſſe abſque reali, & viſibili exiſtentia illius in tertis, vel per imaginariam viſionem, vel repræſentationem extrinſecam, & viſibilem in aliquo corpore aereo ab Angelis aſſumpto, vel denique per viſionem etiam externam, & perſonalem, qua tamen viſus ſit, non in terra, ſed in Cœlo perſiſtens, ſicque dicunt, apparuiſſe D. Stephano *Act. 6. Ecce*, inquit, *video Cœlos apertos, & filium hominis ſtantem à dextris Dei.* Et forſan D. Paulo eunti Damaſcum *Act. 9.*

7 Probabilius itaque in hac re videtur, Chriſtum apparuiſſe perſonaliter Paulo eunti Damaſcum. Ita D. Thomas 3. *p. quæſtion. 57. articul. 6. ad 3.* ubi ait: *quod Chriſtus, ſemel aſcendens in Cœlum adeptus eſt ſibi, & nobis in perpetuum jus, & dignitatem manſionis Cæleſtis, cui tamen dignitati non derogat, ſi ex aliqua diſpenſatione Chriſtus quandoque corporaliter ad terram deſcendat, vel ut oſtendat, ſe hominibus, ſicut in judicio, vel ut oſtendat ſe aliquis ſpecialiter, ſicut Paulo, ut habetur Act. 9.* D. Thomam communiter ſequuntur Theologi. Sacrique Interpretes, hanc quoque apparitionem pro certiſſima habentes. Quam tamen cum eo, tenendum eſt, non fuiſſe factam per hoc, quod corpus Chriſti, aut aliud poſſit eſſe in pluribus locis circumſcriptivè, aut per hoc, quod apertis Cœlis potentia viſiva D. Pauli pertigerit uſque ad ipſum convexum Cœli Empyrei, ibique Chriſtum ſua fede immotum, & ſtantem à dextris virtutis Dei, ut Stephanus, viderit. Tum quia lumen, quo Paulus erat circumfuſus, non in Cœlo extitit, ſed in aere, & propè Paulum ita, ut inde viſu privatus fuerit, quod lumen ex præſentia corporis Chriſti fluxiſſe videtur. Tum quia Sacer Textus non ait, Paulum aſpexiſſe videtur. Tum quia Sacer Textus non ait, Paulum aſpexiſſe lumen in Cœlo, ſed eo de Cœlo ſubito circumfuſum fuiſſe, propterea non ſolum ipſe, ſed etiam ejus ſocii illud viderunt. Tum denique, quia magnum quoque fuiſſet miraculum; quod collocutionem mutuam, & viſionem nectere ad invicem potuiſſent Chriſtus, & Paulus tam longis locorum intervallis diſtantes, quos tamen familiariter colloquutos eſſe, ac veluti de propinquo narrat Sacer Textus, juxta quem proinde dicendum eſt, Chriſtum Dominum per illam brevem morulam, qua in terris D. Paulo perſonaliter apparuit, reliquiſſe Cœlum, neque hoc eſt aliquod inconveniens, ut loco citato oſtendit D. Thomas.

8 Hinc etiam valdè probabile eſt, quod ita quoque Chriſtus apparuerit D. Petro fugienti Roma ob perſecutionem Neronis, occurrens ei in via Appia, ſeque ita clarè, & familiariter oſtendens, ut Petrus eum interrogaverit: *Domine, quo vadis?* Chriſtus autem reſponderit, *Romam, iterum crucifigi*, ut referunt plures tam antiqui, quàm moderni Doctores, quorum auctoritas ſufficit ad hujus apparitionis probabilitatem.

9 Probabilius tamen, ac credibilius eſt, quod Chriſtus *Dominus* perſonaliter apparuerit Beatiſſimæ Virgini Mariæ, non ſolum poſt reſurrectionem ſuam, Verum etiam in die triumphantis ejus Aſſumptionis in occurſum ejus veniendo, & cum ingenti gloria, & gaudio ſecum illam in thronum paratum deducendo. Ita enim expreſſe, præſertim quoad apparitionem in die Aſſumptionis plures docent Patres, & communiter Theologi. Nec plures ejus deſunt congruentiæ. Quæ verò plures extra dictas narrantur Chriſti apparitiones in vitis plurium Sanctorum, & Sanctorum ipſis factæ, probabilius eſt, illas non fuiſſe perſonales, ſeu Chriſtum in illis per ſe ipſum corporaliter non apparuiſſe, ſed per Angelum. Siquidem oppoſita ſententia nulli ſolido fundamento innititur, ſine quo tamen non debent multiplicari hujuſmodi perſonales Chriſti apparitiones, cum fides non doceat, ipſum in Cœlum aſcendiſſe, ibique ſedere ad dexteram Patris, & alias ordinatiæ Chriſti viſiones poſſint rectè ſalvari, affirmando corpus ſimile potuiſſe formari Angelorum miniſterio, proprio manente Chriſti corpore in Cœlo, repræſentato tamen per illud, quod dicto Angelorum miniſterio efformaretur, ſicuti diximus alibi de viſionibus divinis. In ſcriptura enim legitur, Deum viſibiliter apparuiſſe, & tamen ex eadem ſcriptura conſtat fuiſſe Angelum nomine illius, ideòque vere potuiſſe dicere *Ego ſum Deus Abraham &c.* De peregrinis in Euchariſtiæ Chriſti apparitionibus, ac de fallacibus apparentiis dæmonis, quibus mentitur, ſe Chriſtum eſſe, alibi diximus.

10 De viſibilibus verò apparitionibus B. Virginis Dei paræ, quas poſt ejus aſſumptionem diverſis locis, modis, atque temporibus factas graviſſimi, ac fide digniſſimi teſtes affirmant, idem judicium ferendum eſt, eas nimirum Angelico miniſterio factas fuiſſe.

CONSULTATIO C.

De ſignis, & characteribus viſis, ac impreſſis in aliquibus corporibus cum fama Sanctitatis demortuis. An divina, an Angelica, an dæmoniaca, an naturalia?

1 IN nudato ad ſepulturam pectore Pauli dicti ſecundi, Perſæ olim Ducis, ac Principis infidelium, Chriſtiani nominis acerrimi impugnatoris, ait Epiphanius *num.* 24. ejus vitæ repertam ſanguineam Crucem, cui hæc orbiculatim circumpoſita eſſet inſcriptio litteris è carne efformatis conſtructa *Paulus Secundus ſervus Jeſu Chriſti.* In pectore S. Rochi naſcentis viſam Crucem ſanguineam, habent ejus acta. In corde S. Claræ à Monte Falco poſt mortem ejus apparuit, hodieque apparet inſculptus Chriſtus crucifixus, & ex eadem carne viſuntur etiamnum flagra, quibus Chriſtus cæſus eſt, columna, cui eſt alligatus, omnia denique cruciatuum Chriſti inſtrumenta, prout paſſim exhiberi ſolent. Quod refert teſtis oculatus Thomas Boſius *lib. 15. de ſign. Eccleſ. cap. 3.* addens ex Razio in corde Margaritæ Tipharnatis Monialis ex Ordine Prædicatorum, repertos eſſe poſt ejus mortem tres pretioſiſſimos lapides, in quibus videbantur Sacræ quædam imagines. In corde Margaritæ à Caſtello poſt ejus mortem inventum eſſe unionem, in quo præſepe Chriſti, & ejus nativitas exhiberetur, ſcribunt Ludovicus Granatenſis *can. 3. de Nativit. Dom. ſect. 3.* & Joannes Bonifacius *in hiſt. Virg. lib. 2. cap.* 1. De Cruce oſſea elegantiſſimè conformata in ſterno Voluandi Dominicani poſt ejus mortem reperta; meminit teſtis oculatus Thomas Cantipratanus *lib. 1. Apum cap. 25. n. 6.* addens *num.* 8. de quodam martyre haud procul abjuncto ab ipſius Cantipratani ætate, in cujus corde inventa eſt Crucifixi imago, affabrè ſculpta, ut ipſe Martyr, dum viveret, pronunciarat. Quod circumfertur de corde S. Ignatii Antiocheni ſcripto litteris auguſtiſſimi nominis Jeſu, revocat in dubium Molanus *lib. 3. de imag. cap. 7.* ac Martialis Mæſtræus præfatione ad S. Ignatii Epiſtolas. Aſſerunt autem Vincentius Bellovacenſis *lib. 19. ſpecul. hiſtorial. cap. 57.* S. Antoninus *1. p. tit. 7. cap.* 1. aliique multi, quos allegat Colvenerius *ad lib.* 1. *Cantipratani d. cap.* 25. Idem fuerunt de corde Henrici Suſonis, & de Euſtochio Patavina, Alanus Copus *dial. 3. cap. penul.*

2 Ex his porro exemplis quorum pleraque conſtat fuiſſe admodum diuturna, & omnibus æquè obſervata, inferri videtur, non fuiſſe ſpectra, ut diximus de viſo quibuſdam objecto circa Euchariſtiam, quia neque omnibus eodem modo viſum eſt, nec diu duravit, ſed ob contrariam cauſam in exemplis tot cordium figuratorum aut literatorum proximè prolatis, manifeſtam ſatis congruè præſumendam, ſtatuendum videtur, has imagines fuiſſe rem ſolidam per veram confirmationem Crucis ex ſanguine, & litteratum ex carne.

3 Supperit aliquatenus proportionale exemplum illuſtre, ac recens. Monialis ex inſtituto S. Vrſulæ, cujus manum literatam multi conſpexerunt. Virgo eſt, cui titulus *Vivæ Martyris*, haud minore jure debetur, quàm ijs, qui à Sanctis Chryſoſtomo *orat. in Sanctos Juventinum, & Maximum* Paulino *Epiſt.* 28. Nazianzeno *orat.* 20. Caſſiano *collat.* 18. *cap.* 7. eo elogio honeſtantur. Hortendum enim Martyrium, planèque tetrum. (Quid autem tetrius, & horribilius argumenisſmo?) ſubire, & ſeptem dæmoniorum ſtabulum fieri delegit, quàm Dei ſponſi adultera fieri. Premamus horrenda æquè ac immania ſacrilegi leonis machinamenta. Adhibitis ritu catholico exorciſmis, qui duo penultimi abſceſſerant impuri ſpiritus, in læva Virginis vexatæ manu, ex ejus ſanguine litteris majuſculis Sacræ Mariæ, & Joſephi nomina introrſum efformaverant. Poſtremus idemque omnium tetrimus Behemot abſcedens, pignus diſceſſus ſuprà eadem nomina, notis item ſanguineis, auguſtiſſimum Jeſu nomen exaravit, & ſubtus omnia prædicta nomina nomen quoque Franciſci de Sales, benedictæ memoriæ Antiſtitis adſcripſit, viſiturque manus his ſanguineis characteribus proportionaliter grandioribus ſeriatim notata.

JESVS
MARIA
JOSEPH
F. DE SALES

4 Liquet ex hoc exemplo Crucis ſanguineæ conformationem; (& idem eſt de litteris ex carne concinnatis) non excedere poteſtatem dæmonis, atque adeò neque bonorum Angelorum, ſi ad eam conformationem, & adſcriptionem conferant operam. Nulli verò mirum occuret concedi Angelis bonis, ut & malis poteſtatem has, ſimileſve formas effigiandi, & litteras adſcribendi, cùm etiam natura quandoque ludat ad eum modum, ut docent varia exempla nativarum imaginum, quæ profert Scaliger *exercit.* 102. & 117. poſt Cardanum *lib. 7. de ſubtilit. circa medium.* Marmoris fruſtum ſectum ad lateritium parietem incruſtandum edidit effigiem barbati ſenis, quam ad Paulum primum Eremitam uno conſenſu omnes referebant. Sanè piugunt ejuſmodi diſtantem palmæa amicum ſtorea. Lege ibi alia. Apud Anſelmum Boodts *lib. 2. de gemmis cap. 95.* Inveniuntur Acates; quæ nemora, flumina, arbores, animalia, fructus, flores, herbas, nubes, & quicquid excogitari poſſit non obſcurè referant. Celebratur ab auctoribus Pyrrhi Regis achates; in qua ſpectabantur novem Muſæ, & Apollo cytharam tenens, non arte, ſed ſpontè ita diſcurrentibus maculis, & coloribus, ut Muſis quoque ſingulis redderentur inſignia, non ſecus ac ſi arte elaborata fuiſſet. Huic ſimilis eſt Achates, quam refert Camillus Leonardus Biſienſis ſe vidiſſe, quæ ſeptem arbores in planitie collocatas pulcherrimè referebat. Idem teſtatur, apud ſe aſſervare Achatem, quæ non major ungue medii digiti, circulum ita exactè fuſco colore notatum habet, ut circino perfectior exarari non poſſet. In circuli medio Epiſcopi cum Mythra effigies exacta apparet. Deindè ſi paululum invertatur, alterius imago vilitur. Quod ſi iterùm vertatur, duæ imagines apparent, & mulieris, & viri aliquo modo inverſa adhuc alia, itaut aliquot effigies mirabili naturæ artificio in illa conſpiciantur. Similia dabunt Plinius *lib. 3. de metallis cap. 37. & 44.* & Pancirolus *lib. 1. tit. de lapid. pretioſ.*

5 Quod ad litteras verum non manuſcripras, rarum eſt, ſed vix à natura caſu procreatum, quod Idatius in fine Chronici ait ſub Pontificatu Simplicii in Galleciæ flumine Minio, captos piſces quatuor notatos hebraicis, & græcis litteris, & inſignitos latinis ærarum numeris. Luſui Naturæ clarè tribuendum illud Floridi *lib. 4. Epigram. Veter. Poet.*

Quando

Quando ponebam novellas arbores mali & pyri.
Cortici summæ notavi nomen ardoris mei.
Nulla fit exinde finis, vel cupidinis.
Crescit arbor, gliscit arbor, ramos implet litteris.

6 Opera igitur Angelica, aut dæmoniaca præstari similia, sive quoad formas, etiam expressas, & solidas, sive quoad adscriptas litteras, nihil est quod vetet affirmare. Tamen in eventibus superius enarratis, & quoties adjuncta aliud non ferunt, dubitandum non videtur, quin Deus, vel Sancti Angeli fuerint, & Imaginum Sacrarum litterarum, & litterarum artifices, exclusa quacunque in eam rem dæmonis opera.

CONSULTATIO CI.

Quid sit propriè Martyrium? Quæ ac quot ejus conditiones?

1 MArtyrium, si attendatur vis Græci vocabuli, idem est quod testimonium, & Matyr, idem quod testis; usu tamen loquendi in Ecclesia recepto Martyrium non est qualecumque testimonium, sed Christianæ veritatis, ac justitiæ. Hinc ita definitur à *D.* Thoma 2.2. *quæst.* 124. *art.* 1. *Martyrium est mors ipsa pro Deo obita in testificationem, sive confessionem constantem Christianæ fidei veritatis, vel in se ipsa, vel in aliquo pio opere relucentis.*

2 Ut autem hujusmodi mors sit verè martyrium quatuor conditiones requiruntur. *Prima* est, ut re ipsa separatio animæ, & corporis sequatur. Vnde si quis citra realem mortem ipsam gravia tormenta patiatur, hujusmodi tolerantia non propriè, sed per quamdam similitudinem martyrium dici poterit. Quo sensu interpretationem accipit illud Hieronymi, sive Sophronii dictum in *serm. de Assumpt. B. Mariæ: Rectè dixerim quod Dei Genitrix Virgo Martyr fuit, licet in pace vitam finierit.* Neque officit illud Christi ad Jacobum, & Joannem, qui martyrium re ipsa non fuit perpessus, *Calicem quidem meum bibetis Matth.* 22. Nam Joannes etiam nihilominus calicem bibit eo ipso, quod promptissima voluntate mortem sibi imminentem acceptavit, quamvis re ipsa illa non fuerit in tormentis subsequuta, neque ideò matyr adeò propriè fuerit.

3 Ob hanc etiam causam lato modo habentur pro martyribus, qui post perpessa martyrii tormenta, diutius vivunt in exilio ex D. Thoma *loc. cit. art.* 4. Nam ut rectè Cyprianus ait: *in Dei servis, apud quos cogitatur, & martyrium mente concipitur, animus ad bonum deditus, Deo judice coronatur. Aliud enim martyrio animum deesse, aliud animo defuisse martyrium.* Hoc ipsum docet ubique Cyprianus, martyrum eximius laudator, & Isidorus *lib.* 1. *sent. c.* 23. Martyris nomen non tantum illis tribuit, qui extremam mortem pro Christo passi sunt, sed etiam illis, qui à confessione nominis Christi nulla tormentorum atrocitate abduci potuerunt. Tertullianus autem hos designatos martyres appellat, illos verò absolutè martyres,

4 Secunda conditio. Ut mors sequuta non sit contra voluntatem patientis. Non tamen requirit, ut sit expressè, & actu voluntaria, sicut patet in Innocentibus, qui sine hac voluntate verum martyrium sunt consequuti, ut communis tenet Doctorum sententia, & constat ex traditione, ac sensu Ecclesiæ, celebrantis eorum festum, tamquam verè martyrum.

5 Ex quo etiam facto licet colligere, nullum infantem ratione infantiæ esse martyrii incapacem. Nam si pro Christo interficiatur, eadem est causa in illis, ac in Innocentibus. Nulliusque momenti est, si dicas, fuisse speciale privilegium in Innocentibus. Quia si tale intercessit privilegium, certum est illud non fuisse factum personis, sed causæ, hoc est, quia mortui sunt pro Christo, ut egregiè Cyprianus *serm. de Stella, & Magis, sufficit causa testimonio, licet nondum eloquio distinguatur.* Et Leo Papa, *ut diceretur, nullum hominem incapacem esse divini Sacramenti.*

Imò & Richardus *in* 4. *d.* 4. *art.* 2. *quæst.* 3. id extendit ad 6
illos infantes, qui in utero materno simul cum matribus occisi sunt. Quam sententiam sequitur Em. Sâ *in sum. martyrium.* Quod tamen ita censeo limitandum, si tyrannus etiam intendat occidere fœtum in odium fidei.

Multò magis erunt censendi martyres illi, qui degen- 7
tes inter infideles, vel hæreticos parati sunt ad subeundum martyrium propter Catholicæ fidei confessionem, si aliquando ipsis repente mors in odium fidei inferatur, etiamsi ipsi antea nesciverint, nec se ad illud mortis genus præparaverint, nec quicquam de illo in particulari cogitaverint, nec denique ante advertere potuerint, se mori pro Christo. Nam sufficit voluntas, sive desiderium præcedens moriendi pro Christo, cujus virtute mors illata in odium Christi, etiam illo dormiente, est voluntaria.

Tertia conditio est, ut mors non obeatur, quasi ex 8
consequenti, ut fit quando quis intendit aliquid aliud, ac præter suam intentionem, etiam implicitam, sequitur. Ob defectum hujus conditionis mors militum in bello, etiamsi propter fidei defensionem occumbant, minimè est martyrium; quia potius quærunt inferre, quam sufferre tormenta.

Quarta conditio. Ut mors subeatur propter justam 9
causam, idest ob fidei defensionem, vel in se, vel ut relucet in opere pio virtutis. Quare illi soli sunt veri martyres, qui propter fidei confessionem, & actum Religionis ejusdem tormenta patiuntur. Per actus Religionis intelliguntur omnes virtutes Christianæ, orationes jejunia, eleemosynæ, Sacramentorum administratio, & participatio, auditus prædicationis verbi Dei, celebratio, auditio Sacrificii Missæ, & virtutes aliæ. Leguntur enim in Historiis Sanctorum Martyrum variæ causæ martyrii; notum est Sanctum Joannem Baptistam ob reprehensionem Herodis, ac multas Virgines ob virginitatis custodiam martyrii palmas fuisse consequutas. Vide D. Thomam *cit. q.* 124. *ar.* 5. *& in epist. ad Rom. cap.* 8. *lect.* 7.

Ex quibus sequitur Martyres non esse eos, qui ob 10
hæresim, aut schisma ab Ecclesia Catholica justis pœnis afficiuntur. Nec pro Martyribus habendi hæretici, aut schismatici etiam ab infidelibus propter nomen Christianum occisi. Quia sunt extra gremium Ecclesiæ, ut luculenter docent Cyprianus *epist.* 37. *ad Jubajanum, & de orat. Domin. & unit. Eccles. Cum Deo,* inquit. *manere non possunt, qui esse in Ecclesia Dei unanimes noluerunt, ardeant licet flammis, vel ignibus traditi, &c.* Plura hujus, aliorumque Patrum testimonia in hanc sententiam habet Baronius *in prologom. ad Martyrolog. Rom. cap.* 10.

Ac denique à martyrii palma rejiciendi sunt, qui non 11
zelo Fidei Christianæ, sed ad peragenda sua flagitia vitam finierunt, neque illi, qui intrepidè sanguinem fuderunt, opinionem vulgi sectantes, ut suæ reliquiæ à Christianis colerentur, ut docet Hieronymus *com. in epist. ad Galat. l.* 3. *c.* 5.

Prædictis igitur conditionibus concurrentibus, mors 12
pro justa causa obita, martyrium reputatur. Nec est semper necessarium, ut mors sit ab alio illata. Nam quædam fuerunt etiam Sanctæ Martyres, quæ ex peculiari Dei instinctu sibi ipsis mortem concurrentibus prædictis conditionibus intulerunt, ut patet ex Augustino *l.* 1. *de civit. c.* 26. ubi ait, Martyria in Catholica Ecclesia venerarione celeberrima frequentiori, idem docet Ambrosius *lib.* 3. *de virginib.* ad Marcellinam Sororem de Pelagia, & filiarum morte, Eusebius Cæsariensis *lib.* 8. *histor. Eccles.* de Virginibus Antiochenis, & Sophronia, quæ se occidit, ne vim à Maxentio patereturr, Hieronymus in Joannem exponens illud *cap.* 1. *Tollite me, & mittite me in mare* sic inquit: *Non est nostrum mortem*

mortem arripere, sed illatam ab aliis libenter accipere. Unde in persecutionibus non licet propria perire manu absque eo, ubi castitas persclitatur, sed perentienti colla submittere. Id tamen nulla ratione ordinatiè licet, nisi divinitus essent jussæ, ut optimè prosequitur Augustinus *loc. cit.* ubi ait: *Quid si hoc fecerunt; non humanitus deceptæ, sed divinitus jussæ. sicut de Sampsone? Cum autem Deus jubet, sequejuberi sine ullis ambagibus intimat, quis obedientiam in crimen vocet? Quis obsequium pietatis accuset?* Ratissimè tamen credendum esse huic inspirationi, ut alibi fusius tradidi, & de Martyrio vide etiam, quæ alias scripsi.

CONSULTATIO CII.

An revera detur Theologia infusa Idiotis in Ecclesia Dei? Idque pro Sanctorum canonizatione.

1 DIfficultas est propter Anabaptistas quosdam, de quibus testes locupletissimi fidem faciunt, eos ex quo abjecta Catholica Religione, turpi illi Sectæ se addixerunt, mox hausto poculo, aut sumpta bucella nosse sacras litteras legere, ac de rebus divinis disserere. Quosdam etiam Scripturam illico tenere memoria. Quod si resipiscant, & ad Catholica Castra redeant, omnium rursus obliviscuntur, & illiterari fiunt, sicut prius fuerant. Ita referunt oculati testes Lindanus *in dialog.* 3. *dubitantii,* & Thyreus *lib. de dæmoniac. c.* 21. & symilis narratio ex parte habetur in vita S. Norberti apud Surium.

2 Sed negandum est infundi impurissimis hominibus scientiam à dæmone, & rectè etiam negavit Porphyrius, id posse dæmonem, ut refert S. Augustinus *lib.* 10. *de civit. c.* 9. tantum ipsemet Veterator, phantasiam illorum turbans, facit, ut quædam, quæ ne intelligunt quidem, effutiant verius, quàm loquantur. Vel certe excitans nunc hoc, nunc illud phantasma, ut opportunum esse videt, facit, ut idiota videatur ex habitu dicere. Aut ipse immediatè per os miserorum illorum sonat aliqua, ex quibus qui non internoscunt artes illius, & industriam, adducuntur, ut credant illiteratos homines, in rerum omnium peritissimos subito evasisse. Similiter exponendi sunt progressus illi in sapientia, quos assidendo Socrati, tametsi non docenti, vi dæmonis Socrati assistentis factos notatur apud Platonem *in Theage prope finem.*

3 Et quidem circa intellectum non potest dæmon habitus ullos, vel scientias infundere, cum nequeat veras ullas formas extra motum, & impetum, producere transeunter. Omitto, quæ præterea in hanc rem habet Franciscus Picus *l. de prænot. c.* 4. Quamvis autem dæmones humanam memoriam, quandiu anima perseverat in corpore, juvare possint, noxiorum humorum detractione, & temperiei ad memoriam sensitivam opportunæ procuratione. Quamvis item docere, ac illuminare hominem possint; adhibita ordinata excitatione phantasmatum, qualem norunt exigi ad perceptionem rei, de qua agitur, hoc tamen non est *hominem intellectuare*, ut loquitur, & latè confirmat Augustinus *ser.* 18. *in Psal.* 118. ideſt, non est scientiam de novo infundere, sicut falsò persuasi sunt nonnulli, quorum insana placita refert Delrius *l.* 3. *magic. par.* 2. *q.* 4. *sect.* 2. qui etiam videns in hanc rem *l.* 2. *q.* 24. *pun.* 5. & Suarez *l. de superst. c.* 15. *à n.* 3. Nonnulli, quos refert, meritò rejicit Durandus *in* 2. *d.* 7. *q.* 3. *num.* 6. commenti sunt derivari à dæmone scientiam in animam interventu oppositionis, qua dæmon opponitur animæ sicut speculum speculo ita, ut quæ insunt dæmoni, reluceant in anima per oppositionem illam. Quod non eget longa confutatione, cùm oppositio illa nihil ad hoc deservire possit, si sit purè localis, & tamen spectata vi naturali dæmonis, nonnisi localis esse poterit.

4 Idiota igitur Græcis propriè dicitur homo privatus, plebejus, ac nullo fungens munere publico. Quoniam verò istiusmodi homines ferè indocti olim erant, rudes, illiterati, ad hos signandos, idiotæ nomen translatum est, quæ crebrior est apud Latinos, quam superior significatio. Atque ita ferè hic sumimus derivata quoque ad illum donominatione, qui licet acutus sit, & ingeniosus, litteris tamen, & Sacræ Scripturæ non navavit operam. Qualis haberi voluit Ascetapius, assumpto hoc nomine, & proprio ex Christiana modestia suppresso. Post octingentesimum Domini annum floruit, cujus extant Contemplationes de Beatissima Virgine, & libellus de humilitate, ac obedientia in Bibliotheca Patrum hac inscriptione: *Viri Sancti contemplationum libri quinque*, de quibus Passerinus in apparatu sacro, & Margarinus Bigneus in Bibliotheca Patrum.

Itaque luminum Pater, ac Theologiæ Auctor, Do- 5
natorque Deus, ut ostenderet, & hoc præclarissimum donum desursum esse, & supplicum votis impetrari à simplicibus, quod improbo labore ab ingeniosis, ac callidis sæpè non obtinetur, voluit esse in Ecclesia, quibus ipse divinitus absque scholarum strepitu, & laborum impendiis *Hiero Sophiam* infunderet. Quia Græcis *Theodidacti* appellantur, quos Deus singulari privilegio instruit, & altissimis mysteriis momento penè edocet. Horum aliquos nominabo, omnes celebrare non est humanæ infantiæ, plurimi latent, Deo tantum, ac superis noti.

Antonius Monachorum Princeps, Cœnobiticæ re- 6
staurator, in quo verè comprobatum, quod Deus est, qui docet hominem scientiam, *Psalm.* 93. *v.* 10. Id cùm aliorum tum Antonii potissimum patefecit exemplo, de quo sic Athanasius in vita. *Habebat, istiusmodi donum, si cujus rei sedens in monte ignarus fuisset, & ejus secum inquireret notitiam, oranti ei à Domino revelabatur; & erat secundum quod scriptum est à Deo doctus.*

Tantum autem, Dei magisterio, in Theologicis pro- 7
fecit Antonius, ut inter Ecclesiasticos scriptores numeretur, & Apostolicæ sapientiæ haud parum in illum transfusum cœlitus existimetur. S. Hieronymus *de illustr. Eccl. Scriptor. cap.* 88. ac Trithemius de Scriptoribus Ecclesiasticis.

An autem revera Antonius fuerit Idiota & à Deo 8
doctus? Novatores nuperi, Rodulphus Hospinianus *de orig. monach. lib.* 4. *c.* 1. & Abrahamus Scultetus *Medullæ Theologicæ Patrum p.* 2. negant libellum, qui Antonii vitam continet, & Athanasii nomen circumfertur, fidem mereri, imò insulsi hominis esse commentum. Argumenta proferunt hujus sui figmenti, tum alia tum illud, quod libelli illius auctor dicat, Antonium fuisse indoctum, & litterarum imperitum, sive Idiotam, cum alii contra asserant, Causidicum fuisse, & valdè doctum.

Respondet Heribertus Rosuvedius *lib.* 1. *de vit. Pa-* 9
tr. in prælud. ad vitam Antonii n. 3. Et indoctum fuisse, & doctum Antonium. Indoctum quidem, ideſt litterarum imperitum, at verò doctum, Dei dono, & sagacitate animi. Vtrumque est in vita per Athanasium scripta. Nam *c.* 1. scribitur, quod non passus sit, se litteris eruditi. Rectè igitur litterarum imperitus dicitur, à Deo doctus, sive Theodidactus, quod utrumque testatur, D. Augustinus *prolog. lib.* 1. *de doctr. Christ.* ubi sic habet: *Antonius sine ulla scientia litterarum Scripturas divinas, & memoriter audiendo tenuisse, & prudenter cogitando intellexisse prædicatur.*

Sed unde hauserunt, hi duo citati Calvinistæ, Antonium 10
fuisse Causidicum? Suidam nominant, plane imperitè. Alterius longè Antonii apud Suidam est mentio, quàm nostri Idiotæ Theologi. Hic enim ortus fuit in Ægypto invico Coma juxta Heredeam, ut habet Sozom. *l.* 1. *c.* 13. & Niceph. *l.* 8. *c.* 40. Ille autem apud Suidam dicitur Alexandrinus, qui Alexandriæ, & Bizantii sororis causam egit, vixitque, ut apparet Suidæ ipsius ætate, aut circa illa tempora.

Sed

11 Sed enim Scholasticum sæpè egit illiteratus Theologus Antonius ex Athanasio in ejus vita *c.* 43. *& seq.* ubi scita Antonii contra Philosophos ratiocinatio. Eum celebrant præter citatos, S. Chrysostomus *homil.* 8. *in Matth. sub finem*, Socrates *l.* 4. *c.* 15. Theodoretus *l.* 4. *c.*27. Ruffinus *l.* 1. *hist. c.*8. Cassiodorus *l.* 1. *Tripart. c.*2. *& l.* 8. *c.* 1. Augustinus *l.*8. *confes. c.* 6. *&* 12. Vincentius *in speculo hist. l.* 13. *c.* 91. 92. *&* 93. *& l.* 14. *c.* 14. Antoninus *p.*2. *tit.*15. *c.* 3. per quinque primos, §. *Petrus in Catal. Sanct. l.*2. *c.*92. Surius 17. *Januarii*, Baronius *in not. Martyrol. Januarii* 17. *& in annal. tom.* 2. Possevinus *loc. cit.*

12 Hor, Abbas Ægyptius in solitudine, tamquam Sacræ Scientiæ Gymnasio, non alium quàm Sapientiæ divinæ donatorem, Magistrum habuit; quare tantum momento temporis profecit, inspirata illi cœlitus Theologia, ut longo usu exercitatis Scholasticis esset Superior, de quo Ruffinus Aquileiensis de Eremi cultoribus in vitis Patrum *l.*1. Pallad. *c.*9.

13 Porrò negari non potest, fuisse inter eremi cultores quosdam Origenistarum contagio infames, & haberi etiam nomen Abbatis Hor inter illos à Hieronymo expressum, & fortasse infectus fuerat errore, antequam Sapientia, quæ de supernis est, donaretur, videturque omninò certum, quod resipuerit, nam ejus commemoratio titulo *Sancti*, fit in Menæis Grecorum 7. Augusti, ubi sic habetur: *Sanctus Hor in pace quievit.* Recentiores quoque nonnulli ejus nomen inscripsere Martyrologiis 12. Novembris, ut Carthusia Colonien sis *in addit. ad Usuard.* Maurolycus. Vide Molanum *c.* 13. *de Martyrolog.*

14 Videntur aliqui è Monachis suspicionem Magis Origeniani erroris laboravisse, quam hæresi ex pertinacia. Certè quidam apud aliquos infames ab aliis doctis, Sanctisque laudantur, imò miraculis post mortem claruisse scribuntur. Lege Sozomenum *l.* 8. *c.* 17. & Georgium Alexandrinum in vita Chrysostomi, fusè de tota historia agit Baronius *tom.* 5. *an Christi* 400. Ex quo colliges Monachorum res illas multis perplexitatibus impeditas esse.

15 Abbatis autem *Hor* meminit Sozomenus *lib.*6. *c.* 28. & Nicephorus *l.*9. *c.*24. E quibus, & aliis, Marulus *l.*2. *dictorum*, factorumque memorabilium *c.*2. &. Baptista Fulgosius *l.*1.

16 Romualdus Camaldulensium Monachorum pater longævus, & miraculorum Patrator. Ipsi quoque Luminum Pater cœlesti face pectus collustravit, ut à Deo divina doctus dici possit. Cum enim ad Sutrii montis Monasterium venisset, & ibidem sacra celebraret, aliquandiu ecstasi abreptus hæsit, & nunc Psalmorum interpres factus est, quorum paulò ante, ne lector quidem satis idoneus fuerat. An non hoc est divinitus extra Theologorum exedras Sacram Scientiam infusam accipere?

17 Scripsit Vitam S. Romualdi Petrus Damiani, qui eum affirmat vixisse annos centum viginti, quorum viginti in sæculo, tres in cœnobio, reliquos verò exegit in solitudine. Vitæ acta habet Surius 19. Junii. Sed viri Festum Clemens VIII. duplicis Officii ritu celebrari præcepit septimo Februarii, quo ipsius corpus Fabrianum, Oppidum in Piceno, translatum ibi honorificè conditum fuit. Breviter de eodem Marulus *l.* 2. *c.*4.

18 Franciscus Ordinis Seraphici Institutor, inter Idiotas à Deo doctus, celebris jure meritò est, qui nullo litteratum præsidio, ad flatus divino Spiritu, illam Sacræ Scientiæ perfectionem nactus est, ad quam Dorum litteratissimi, anhelare possunt, nullus eam hactenus, nisi singulari Dei munere est consequutus. Sed de Seraphici Patris Sapientia nemo verius, quàm ejusdem alumnus, Doctor Seraphicus Bonaventura disseruit in ejus vita *c.* 2. Ubi Scripturarum profunda penetrabat alta ejus Theologia, Aquilæ similis.

19 Laudatores S. Francisci, S. Bernardinus *de Evangel. æterno serm.* 60. Jacobus de Voragine *serm.* 2. *de S. Francisco*, Pelbartus, Dionysius Carthusianus, Robertus à Licio, Philippus Diez, Gulielmus Pepinus, Joannes Osorius, S. Antoninus *p.* 3. *histor. tit.* 23. *cap.* 1. Baptista Fulgosius *lib.* 8. *cap.* 10. Marulus *lib.* 2. *cap.* 4. Humbertus apud Petrum Rodulphium *lib.* 2. *Histor. Seraph. Relig.* Joannes Garzon apud Lipoman. *de Vit. Sanct. p.* 2. *in vita S. Dominici*, Coccius Sabellicus *Ennead.* 9. *lib.* 6. Franciscus, Petrarcha *lib.* 2. *tr.* 3. *cap.*2. Jacobus Bergomensis *in supplem. Chron. lib.* 13. Hartmandus Scheidel *in sexta ætate mundi*, Cornelius Mussus *tom.* 12. *Concion. in Dom.* 2. *post. Pascha p.* 1. Jacobus à Vitriacho *in hist. Occidental. cap.* 32. Thomas Bozius *lib.* 7. *de signis Ecclesiæ cap.* 1. Abraham Bzovius *to.* 13. *annal. Eccles.* Theodoricus ab Apoldia apud Surium *to.* 4. *ad diem* 5. *Augusti lib.* 2. *de S. Dominico cap.* 1. Ludovicus Granatensis *in Concionibus de S. Francisco*, Franciscus Gonzaga *de orig. Seraph. Relig.* Henricus Sedulius *in hist. Seraph. sub. initio* & in pio eruditoque Apologetico adversus Alcoranum Franciscanorum pro libro Conformitatum.

Quid, quod Trithemius Franciscum inter Scriptores Ecclesiasticos referat? Et sanè quæ scripsis Theologiam divinitus inspiratam sapiunt, maximè verò Testamentum viri Sancti, & Regula. De hac Christus apud Brigittam *lib.* 7. *revelat. cap.* 20. Ubi omnes Sacrarum Familiarum Fundatores, & Dictatores Constitutionum Religiosarum infusæ Sapientiæ non parum participiant. Non disputo hic de auctoritate illarum revelationum, quod habent, fideliter recito. In eisdem, & hoc leges Christi dictum, quo permanens in Viro Sancto Sacra Scientia & Doctoris Supremi in ejus pectore velut in Cathedra commoratione probatur: Franciscus amicus meus fuit, quasi lapis ignitus, & igneus, quia habuit me in se qui sum ignis.

Joachimus, Monasterii Florien sis Abbas, qui Idiota 21
celebratur, & Theologus, liquidem utrumque titulum sibi vendicat San-Florius, si vera canit Laonicus Chalcondyles *l.* 6. *de rebus Turcic.* ubi hæc habet: *Joachim Abbas, vir vaticinandi peritus inter doctos Italiæ connumeratus prædixit multa de Pontificibus, quomodo singuli ad Pontificatum essent perventuri, & in eo victuri. Quemadmodum autem vaticinatus est, ita evenit. Etiam alia miraculo digna de hoc viro connumerantur. Nam cum esset Idiota, nec vel modicum eruditionionis haberet, Janitor in quodam Monasterio Nazaræorum, sive Monachorum fuit, & quondam in hortum ingresso apparuit vir forma pucherrimus, qui accedens ad Joachim, manuque amphoram tenens, dixit: Joachim, cape, bibe vinum hoc est enim optimum. Qui dicto audiens bibit ad satietatem, amphoramque deinde reddidit, inquiens, se satis bibisse. Cui vir ille respondit: O Joachim! Si totum hausisses vinum, nulla te scientia fugisset. Postea in colloquium, ac disputationem veniens cum viris ea tempestate doctissimis, plane divinus quantum ad scientiam attinet, apparuit.*

Verum ne quem à recti tramite abducat nomen, vel 22
auctoritas Abbatis Joachimi, & quoniam sæpiùs in Theologicis illius incidit mentio, breviter quantum viro illi deferendum sit, excutiamus. Sunt de Abbate Joachimo censuræ quorumdam admodum benevolæ, aliorum, ut quibusdam videtur, malignæ, certè acerbæ. Vixit ex Trithemio anno Domini 1195. De eo plura scribit Gulielmus Parisiensis, acerrimi judicii Theologus *l. de virtutibus*, ubi donum intelligentiæ habuisse, credidere nonnulli.

Vulgaris opinio est, donatum quoque fuisse Joachimum 23
spiritu prophetiæ. Id liquere perhibent ex Commentariis ejus in Prophetas, quodque pleraque exitus rerum ab eo prædictarum comprobaverit. Circumferuntur Joachimi Prophetiæ de Pontificibus, de quibus lævissimè Bellarminus *opusc. de Scriptor. Eccles.* anno 1195. cujus verba *tomo* 10. adduximus.

Celebratur etiam Joachimi Vaticinium de Ordinibus 24
Religiosis, quos antequam mundo innotuissent, ab eo illustratione prophetica agnitos volunt, & calamo signatos,

signatos, imò penicillo, & scalpro Venetiis quidem in templo S. Marci ad dexteram Basilicæ porta cernitur sublimis, & artificiosa cum Imaginibus Sanctorum Dominici, & Francisci opere musæo, quas Joachimus effingendas curasse creditur, antequam illi viri Sancti in lucem editi essent. Ita refert Franciscus Schottus *in Itinerario Italiæ.*

25 Ad alium in Ecclesia Ordinem Religiosorum Joachimi prædictionem ducit S. Antoninus 3. *p. hist. tit. ult.* Si quidem illa Abbatis in Apocalypsim: *Surget Ordo, qui videtur, & non est*, accommodat Ordini Eremitarum S. Augustini.

26 Rutilius Benzonius *de jubilæo lib.* 1. *c.* 8. arbitratur, Joachimum prædixisse non pauca de Societate Jesu, & verba ejus refert ex diversis operibus, quæ fideliter excripta recitat Julius Nigronius in Commentariis ascreticis ad regulas Societatis communes *in tit. p.* 3. *nu.* 11.

27 Nominatissimæ apud multos sunt figuræ, quibus Apocalypsis arcana illustrari putantur. Inter eas autem nonnulli, quasi cœlestia oracula venerantur, quæ à Joachimo producta sunt, quasi peculiari revelatione Dei ea ipsa ad mustorum utilitatem hauserit; extat tamen Ludovici ab Alcasar prudens earundem revelationum censura in proœmio Apocalypsis *notatione* 22. uti illas proprii judicii præstigias, somnia, atque deliria nuncupat.

28 Verùm quicquid sit de his, aliisque vatidicis significationibus, illud constat, Innocentium Tertium Pontificem Maximum, librum Joachimi Abbatis in Concilio Lateranensi damnasse, quem ille contra Petrum Lombardum scripserat de unitate, sive essentia Trinitatis, in quo docebat, essentiam divinam generare, & generari, spirare, & spirari, cujus contrarium Magister edfirmarat. Consule Scholasticos *in* 1. *sentent. d.* 5. Melchiorem Canum *l.* 12. *de loc. c.* 7. Pegnam *in direct. c.* Bzovium *to.* 13. *annal. an.* 1199. *n.*31. *& an.* 1215. *nu.* 1. ubi habetur decretum Pontificium his verbis: *Damnamus, & reprobamus libellum sive tractatum, quem Abbas Joachim edidit contra Magistrum Petrum Lombardum de Vnitate, seu essentia Trinitatis*, appellans hæreticum, & insanum, tam fuit vehemens Abbas Joachim contra Lombardum. Quare Baronius *tom.* 2. *an.* 1164. *num.* 32. vocat illum Accusatorem Petri Lombardi, & in Indice calumniatorem, dicitque illum damnatum in Concilio Romano sub Innocentio Tertio. Habetur condemnatio initio decretalium *de sum. Trinit. & fid. cath. cap. Damnamus.*

29 Non est tamen idcirco, tanquam hæreticus explosus Joachimus. Nam cum Lucii Tertii Pontificis Maximi, & deinceps Urbani, & Clementis jussu, expositionem Apocalypseos, & Concordiam utriusque testamenti contexuisset in eorum Scriptorum initio professus est, se eam fidem tenere, quam Romana tenet Ecclesia. Jubet verò quæcunque scripserit, aut scripturus sit, ut Sanctæ Sedis Apostolicæ judicio subjiciantur, quæ illa approbet, rejiciat, emender. Extat etiam in Vaticana Bibliotheca Honorii Tertii Epistola ad Episcopum Lucaniæ adversus eos, qui de Joachimo, atque ejus Monasterio ob damnatum libellum Abbatis acerbius obloquebantur. Retulit illam in apparatum Sacrum Possevinus.

Vanitatis tamen immodicæ, & ostentationis accu- 30
satur ab aliquibus, nominatim à Castro *l.* 2. *adversus hæreses v. Apostoli.* Baronius autem *tom.* 12. *annal. an.* 1190. *n.* 4. *&* 5. ubi narrat congressum Abbatis Joachimi, quem nominat Monachum Cistercien sem, & Abbatem in Caracio, cum Richardo Rege Angliæ, vocat illum, *Vaniloquum*, & ejus dicta *Vana responsa*, & *inanes Prophetias*, ac ejusdem interpretationes quasdam Apocalypticas, *mendacia*, tandemque inventum illum ait, non *Prophetam Dei*, sed *Pseudo propheram.*

31 Adeundi præter nominatos Sixtus Senen sis *in Bibliotheca sacra l.*14. ubi scribit, Joachimum veri simum suo tempore Propheram creditum, Nicolaus Sanderus *hær.*

152. Jacobus Gualterus *in Tabula Chronograph, sæculo* 20. *c.* 20. ubi confert errores Joachimi cum erroribus hæreticorum Calvinistarum, Gabriel Barius, qui scripsit vitam Joachimi, Chronicon Ordinis Servorum, in quo Joachim vocatur Beatus, ac vitam illius scripsisse videntur Paulus Florentinus, ac Nicolaus Erugensis, Trithemius *de Scriptor Ordinis S. Benedicti l.* 2. *c.* 11. Pasqualinus Regiselmus; Leander Bononien sis, Matthæus Palmerius *ad Chron. Eusebii*, ut appellat Joachimum Virum prophetico spiritu plenum. Vitæ ejusdem Joachimi auctoritate Alphonsus Palæotus in historia admiranda de Stigmatibus impressis Sacræ Sindoni, cujus occasione Daniel Mallonius in Joach. laudes effunditur.

Catalogum augeat Ignatius Societatis Jesu fundator. 32
Erat hic nobilis Idiota. Militat glande ictus, cornit, lecto affigitur. Legit Sanctorum *historias*, movetur interius, placet imitari. Militem exuit, induit Peregrinum. Loca Sacra visitat, Manresam venit, ibi latet, orat, Deo se totum committit, Theologicarum subtilitatum ignarus, eruditionis omnis expers, illiteratus homuncio. Cum ecce mente in sublimem sensim contemplationem ad augustissimum adorandæ Trinitatis mysterium quadam sub rerum corporearum Imagine contuendum abreptus, incomprehensi ejus mysterii notitias inenarrabiles percipit. Qua illustratione tanto gaudio est delibutus, ut neque in supplicantium agmine lacrymis, & singultibus temperare potuerit; neque verò totum eum diem aliàs ulla de re, nisi de Sanctissimo illo fidei Christianæ mysterio disputare, idque tam similium, & exemplorum varietate, & copia, ut cuncti obstupescerent. Quin etiam per eos ipsos dies non dubitavit homo litterarum rudis, librum de Trinitate conscribere quoque stylo, usque adeò cœlestes tyro in ejus memoria, atque intelligentia divinas illas altissimarum rerum notiones impresserant.

Alio tempore Deus illi plurimum mysteriorum noti- 33
tiam instillavit. Nam aliquando dum ad S. Dominici Sacrificio interest, admirabilem illam præsentiæ Sacramentalis rationem, iterùm verò modum, & viam, qua sempiternus ille artifex, & opifex universorum mundi molem procreavit, cœlitus institutus, agnovit. Quibus luminibus adeò præclarum consequutus est donum intellectus, ut quamvis nulla extarent sacrarum monumenta, ac testimonia litterarum, tamen fidei dogmata rectè tenere posset, ac tradere.

Celebratur autem maximè illa Ignatii institutio, qua 34
discipulum suum Cœlestis Magister octiduo integro, tanquam in domestica schola de statu Religioso erudivit. Meritò igitur Ignatium viros inter non sanctitate modo, sed & sapientia infusa illustres referimus. Quod ante nos fecerunt.

Petrus Ribadeniera *in catal. scriptor. Societ. Jesu*, Lau- 35
rent. Surius *in Com. rer. in Orbe gest.* Rutil. Benzon. *l.*4. *de Jub. c.*5. Plura ejusmodi testimonia colligit Jul. Nigron. *Comment. in regul. commun. Societ. in tit. p. 1. n.*14. Legendus Ribadeniera *l.* 1. *de vit. Ignat. c.* 7. Maffæus *l.* 1. *c.* 7. Nicolaus Holandin. *in hist. Societ. l.* 1. *n.* 27. *&* 28. è quibus hæc desumpsimus. Tandem Jacobus Gretzerus *in Apol. pro vita Ignat. l.* 1. *c.* 9. in quo examinat Miseni calumnias, quibus homo hæreticus scurriliter S. Patris divinam sapientiam impetere ausus fuit, quasi vitæ Scriptor dixisset, adeò illuminatum fuisse Ignatium, ut altissimum illud mysterium ratione, & cogitatione comprehenderit. Quod nunquam Scriptori in mentem venit dicere. Sed malevolorum is est stupor, ut idem esse putent, specie aspectabili in notitiam mysterii duci, quod communissimum est, & illud comprehendere, quod nulli mortalium contingere potest.

CONSULTATIO CIII.

Quomodo miracula falsa à veris discernantur? An improbis hominibus concedatur aliquando vera miracula facere? Ad id impostura, & cautiones.

1 QVemadmodum negari non potest, quin multa in Ecclesia Catholica vera signa, & miracula fiant, ita quoque non statim pro veris suscipienda sunt, quæ à plerisque patrantur. Nam Deus permittit interdum etiam per falsos Doctores, perque malos, & impios homines edi miracula. *Exodi* 7. Magi, & malefici apud Pharaonem suis artibus signa ediderunt. *Matth.* 7. inducit Christus, quosdam dicentes in die Judicii: *Nonne, Domine, in nomine tuo dæmonia ejecimus? Nonne in nomine tuo multas virtutes edidimus?* Quibus tamen dicetur: *Nunquam novi vos, discedite à me, qui facitis iniquitatem. Matth.* 24. ait Dominus: *Surgent Pseudochristi, & Pseudoprophetæ, & signa magna dabunt ita, ut in errorem inducantur, si fieri possit, electi.* A Paulo 2. *Thess.* 2. Antichristi adventus describitur secundùm operationem Sathanæ cum signis, & prodigiis mendacibus. Unde & Cyrillus *l.* 7. *c.* 2. *in Evangel.* Joannis: *Miracula*, inquit, *nihil adjiciunt Sanctitatis homini, cum malis, & reprobis id etiam competat, dicente Domino apud Matth. Multi dicent mihi in die illa, Domine, &c.*

2 Ergo, ut possimus vera miracula, quibus credendum à falsis discernere, oportet definire, quænam sint miracula vera, externa scilicet quædam opera, & facta in admiratione apud homines habita, & talia reverà, qualia apparent divina virtute, & ad declarandam doctrinam fidei, vel promissionum divinarum, & ad Dei gloriam edita. Hæc definitio ex causis collecta est, atque ex ea intelligi potest, quomodo vera miracula à falsis sint distinguenda.

3 Vera habent Deum auctorem, cujus vi, atque virtute fiunt præter, supra, contra totius naturæ Ordinem, nec ibi est aliqua impostura. In eum quoque finem eduntur, ut Deum ritè colamus, ejusque verbo, missis erroribus, & vitiis, fidem habeamus. Falsorum auctor est dæmon, qui illa vel per seipsum, vel per impostores, tanquam organa edit, idque variis modis.

4 Primò enim fiunt, in quibus res verè tales sunt, quales apparent, quo pacto, & Magi Pharaonis creduntur serpentes veros, aliaque id genus produxisse.

5 Secundò fiunt miracula à spiritibus, & hominibus malis, in quibus res quoque verè fiunt, & conspiciuntur, sed adhibitis tantum rebus quibusdam naturalibus, lapidibus siquidem, herbis, oleo, & id genus aliis, occulta quædam vis inest, qua res inusitatæ perfici possunt, dæmones autem, & Magi illarum virium naturalium insignem habent experientiam. Cæteri interea, qui hunc usum rerum naturalium ignorant, existimant magna fieri miracula, cum nihil sint minus. Vide Eusebium *de præparat. Evangel. lib.* 4. *cap.* 1.

6 Tertiò fiunt miracula, in quibus res quædam sensibus apparent, sed tamen non sunt veræ res, sed tantum falluntur, & ludificantur sensus hominum, ut existiment, se res videre, ac sentire, quas tamen nequaquam vident, sentiuntque. Itaque ne hæc quidem miracula vera censeri debent. Quandoquidem rerum deest veritas, ac sensus decipiuntur. Ubi enim præstigiæ adhibentur, & ludificantur hominum oculi, ut id se videre arbitrentur, quod tamen reverà ita non est, tunc miraculi dignitas amittitur.

7 His tribus miraculorum falsorum generibus illud quoque addo, quod sæpè aliqua pro miraculis habentur, quæ nihil aliud, quàm impostura, doli, & fraudes sunt. Exempli gratia flere, ac loqui interdum putantur Imagines, seu statuæ cum oleum infusum statuæ ad exteriora penetret, & pro lachrymis habeatur, aut per arundines Imaginibus admotas, quæ volunt, loquantur. Sæpè etiam creditum fuit, animas à Purgatorio rediisse, & in cœmeteriis oberrasse, cum rei veritate deprehensa impostura alicujus fuerit, ut non injuria Nicolaus de Lyra *in c.* 14. *Daniel.* hac de re conqueratur dicens: *In Ecclesia Dei populus sæpè decipitur à Sacerdotibus fictis miraculis lucri causâ.*

8 Hujusmodi miraculum refert Paponius *in Comment. Senatusc.* 1. *l.* 1. *tit.* 1. *Senatusc.* 5. *& 6. Erat*, inquit, *Lutetiæ in officina pictoris cujusdam vetus tabula, atque in ea picta imago Mariæ Virginis, quam pro specimine suæ artis vulgo proponere pictor solebat. Eam emit cujusdam pagi Curio. Duo foramina ad oculos Imaginis perforat, iisque quo tempore lachrymant vites, viridium palmitum resectos ramos ita solerter accomodat, ut effigies plorare videretur. Quid multa? Tantam undique peregrinantium frequentiam, tantam donorum copiam concivit, ut miraculi quoque inter alios pictor fama commotus, eò cum uxore viseret. Sed ea res dolum aperuit. Nam illi tabella agnita, quæ tot annis in sua officina jacuerat, fabulam omnem divulgarunt. Itaque Curiæ judicio Curio Capitis damnatus est, tabella confracta.*

9 Hujus generis plurima apud Gentes quoque accidisse legimus. Cum enim sub Constantino, & Theodosio Statuæ everterentur, repererunt aut mortuorum corporum ossa, arque arida rania, incantatoris perversitate impositæ, aut panniculos fœda abominatione sordidos, aut fœni, & stipularum fasciculos, ut testatur Eusebius *lib.* 3. *de vita Constantini.* Per statuas etiam incantatores suas exercuisse fraudes, idem indicat *l.* 9. *Eccl. hist. cap.* 3. ubi de Tetrecno refert, quod incantationibus suis effecerit, ut statua quædam Jovis mirabilia edere visa sit. Ex advtis quoque per cuniculos in statuas prorepsisse, indeque responsa dedisse, auctor est Theodoretus *lib.* 5. *c.* 22. & in Sermone, qui D. Chrysostomo à Metaphraste apud Surium *tom.* 4. *de Vit. Sanctor.* adscribitur de Sanctis Petro Apostolo, & Helia Propheta, ita legitur: *Attende, quæso, quod dicturus sum. Vidi enim ipse, quod dicam. In Idolorum Altaribus foramina quædam sunt ex inferiore altaris parte, & fovea quædam obscura. Descendunt autem erroris artifices in foveam illam, & ex foraminibus, quæ diximus, ignem suffiant ad sacrificium conficiendum ita, ut multi decepti, cœlestem esse ignem illum existimaverint.*

10 Ruffinus *Ecclesiast. hist. lib.* 2. *cap.* 23. refert, in Templo Serapis apud Alexandriam quædam ad stuporem, admirationemque videntium, dolis & arte composita fuisse ad fallendos homines. Fenestra enim, ait, perexigua ab ortu solis ita aptata fuerat, ut die, qua fuerat institutum simulachrum Solis ad salutandum introferri diligenter temporibus observatis, ingrediente simulachro radius solis per eandem fenestram directus, os, & labra Serapis illustraret ita, ut inspectante populo, osculo salutatus Serapis videretur à sole. Erat & aliud fraudis genus hujusmodi. Natura lapidis magnetis hujus virtutis esse perhibetur, ut ad se rapiat, & trahat ferrum. Signum autem Solis ad hoc ipsum ex ferro subtilissima manu artificis fuerat fabrefactum, ut lapis desuper in laquearibus fixus, cum temperatè sub ipso radio ad libram fuisset positum simulachrum, & vi naturali ad se raperet ferrum, assurrexisse populo simulachrum, & in aëre pendere videretur. Et ne hoc lapsu propero proderetur, ministri fallaciæ, surrexit, ajebant, sol, ut valedicens Serapi discedat ad propria. Sed & multa alia decipiendi causa, à veteribus sic fuerunt constructa, quæ cum proderentur in lucem, mirabantur sanè Ethnici, Ruffino teste, se tot sæculis istis tam nefariis, ac pudendis fraudibus irretitos fuisse.

11 Hinc tutissimum semper fuit ex doctrinæ veritate de miraculis judicium facere, non de doctrina ex miraculis. Quod consilium Dominus ipse Deuter. *cap.* 13. dedit nobis, & Chrysostomus *orat.* 5. adversus Judæos docet: *Miraculis credendum non esse adversus Sacram Scripturam.*

12 Pro hujus autem rei claritate annotandum est ex D. Thoma 2. 2. *quæst.* 178. *art.* 2. dupliciter Deum operari miracula ad hominum utilitatem. Primò ad veritatis prædicatæ confirmationem. Secundò ad demonstrationem Sanctitatis alicujus, quam Deus hominibus vult proponere in exemplum virtutis. Ex hac D. Thomæ doctrina primo assertimus. Ad veritatis prædicatæ confirmationem, etiam mali homines possunt vera miracula patrare

patrare virtute divina. Id docet D. Thomas *loc. cit.* & probat ex illo Apostole 1. *ad Corinth.* 13. *Si habuero omnem fidem ita, ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.* Sed quicumque non habet charitatem est malus, quia hoc donum est solum Spiritus Sancti, quod dividitur inter filios regni, & filios perditionis, ut inquit Augustinus 13. *de Trinit. c.* 18.

13 Comprobatur. Nam aliquando mali prædicant veram fidem, atque Christum invocant. Ergo in horum confirmationem vera miracula operari possunt. Quare Hieronymus super *d. c.* 7. *Matth. Nonne in nomine tuo prophetavimus*, tradit, ut prophetare, vel virtutes facere, ac dæmonia ejicere, interdum non est ejus meriti, qui operatur, sed invocatio nominis Christi hoc agit, ut homines Deum honorent, ad cujus invocationem fiunt tanta miracula. Huc faciunt miracula patrata à Gentilibus, & hæreticis ad comprobandam castitatem, vel veritatem, vel fidem, & Sacramenta. Idcòque Augustinus *loc. cit.* ait: *Aliter Magi faciant miracula, aliter boni Christiani, aliter mali. Magi per privatos contractus cum dæmonibus, boni Christiani per publicam justitiam. Mali Christiani per signa publicæ justitiæ*, idest ad confirmationem doctrinæ, quam prædicant, ad commendationem nominis Christi, quod invocant, & virtute Sacramentorum, quæ exhibent.

14 Deinde asserimus. Interdum mali miracula efficiunt, quæ boni facere non possunt. Nam plures Sancti viri non patrarunt miracula, ut Joannes Baptista. Quod tamen improbè opponunt novatores, præcipuè Calvinistæ. Ut enim annotavit Gravina, multa patrata sunt miracula in ejus conceptione, ortu, vita, ut liquet ex Evangelio, fuitque adhuc vivens in Sanctos relatus, & virtutes potius heroicæ, quàm miracula considerantur in Sanctorum adscriptione, præcipuè martyris. Quod tamen non debilitat miraculorum vim ad comprobandam doctrinam Ecclesiæ, ut illi contendunt. Et nihilominus plures improbi miracula patrarunt. Cujus rei rationem affert Augustinus *l.* 83. *quæst.* 79. Ut omnis admiratio eliminetur, admonet nos Dominus, ut intelligamus quædam miracula, etiam sceleratos homines facere, qualia Sancti facere non possunt. Sed ideo non omnibus Sanctis ista attribuuntur, ne pernicosissimo errore decipiantur infirmi, æstimantes in talibus factis esse majora dona, quàm in operibus justitiæ, quibus vita æterna comparatur.

15 Asserimus postremò. Ad confirmationem Sanctitatis alicujus non efficiuntur miracula vera, nisi à Sanctis, vel in eorum vita, vel etiam post mortem, sive per eos, sive per alios. Nam si miracula patrarentur ab aliquo improbo ad probationem propriæ Sanctitatis fictæ, Deus mendacium approbaret, illique cooperaretur, ut auctor supernaturalis, & causa etiam particularis. de quo Caiet. 2. 2. *q.* 113. *ar.* 10. Hoc autem implicat.

16 Quod autem vera miracula patrentur à Sanctis ad propriam Sanctitatem comprobandam, patet ex Sacra Scriptura, & Historia Ecclesiastica. *Actuum* namque 9. *Deus faciebat virtutes per manus Pauli.* Sic tot miracula faciebat Petrus, ut sufficeret umbra ejus transeuntis ad sanandum infirmos. Innumera sunt miracula patrata ab Apostolis, aliisque Sanctis in vita, & post mortem, certumque est aliquando peccatores deferre Sanctorum reliquias, quibus passim infirmi sanantur, & nonnunquam mortui ad vitam revocantur.

17 Tum demum asserimus. Nil prohibet miracula effici quandoque per aliquem peccatorem, ad invocationem alicujus Sancti, quæ tamen miracula non dicitur patrare ille, sed qui ad cujus Sanctitatem denunciandam hæc efficiuntur. Patet ex Historia Sanctorum, in qua describuntur hujusmodi miracula patrata. Quare est vulgaris error, credere, quemlibet Sanctum, ex eo quod Sanctus aliquis illi infirmo apparuit, & ab infirmitate liberavit. Nam peccatoribus non ex pro-

prio merito, sed ex liberalitate divina plura miracula concedi possunt.

Porro discretio veri miraculi à falso haud ita facilis est. 18
Celebratur inter magna miracula, quod S. Franciscus Paulanus Siciliæ fretum strato super fluctibus pallio cum socio transmiserit. *Brev. Rom.* 2. *April.* Quod S. Hiacynthus Polonus Vandalum Fluvium propè Visogradum aquis redundantem, nullo, vel navigio, vel navigio usus traiecerit. *Idem Brev.* 16. *Augusti.* Quod S. Raymundus solo pallio super aquas expanso, & ejus instar veli ad baculum velut ad malum reducta ora, centum sexaginta milliaria sex horarum circiter spatio confecit, ut in ejus *offic. lect.* 6. Quod ex ejusdem Raymundi sepulchro pulvis tenuis exportatus, statim renascatur, ut in ejus vita. Quod S. Dorothea rosas de Cœlo promiserit ante martyrium tempore hyemali, quo miraculo conversus est ad fidem Theophilus. Et tamen ista, istiusce modi alia potest dæmon virtute sua efficere. Potest enim deferre hominem in longinquas partes, sicut Christum detulit, teste Gregorio in excelsum montem. Potest effingere, ut quis super mare incedat, vel indurando aquam, vel hominem detinendo, ne submergatur. Potest quoque similem pulverem ex quavis Orbis parte velocissimè afferre, vel componere ejusdem coloris, & qualitatis, aliumque substituere ita, ut nunquam deficiat, denique efficere potest in rotis.

Comprobatur ex S. Scriptura. Nam ut miracula nar- 19
rantur ea, quæ patravit Moyses coram Pharaone, ut ranæ, quæ tamen à Magis vi dæmonis naturali effici potuerant, ut jam factas fuisse ab eis, testatur D. Thomas de miraculis ex Augustino. Poterat & dæmon Mare rubrum dividere, & ab utroque latere indurare, ut frigus flumina in glaciem indurat, vel detinere, ac sustentare ambulantes super so. ne tangant aquas. Coturnices etiam, & alias aves poterat undique avocare, ac facere, ut pluerent, sicut aliquando lapides, ac bestiæ ejus virtute ex aere ceciderunt. Idem constat de ecstasi, & raptu, qui potest virtute naturali dæmonis contingere, & tamen ut miracula Sanctis tribuuntur, pertinentque ad prophetiæ donum.

Neque dicas, quod, invocato, Deo, vel Jesu, hæc 20
Sancti patrarunt, secus autem Magi, nam etiam Magi nomen Dei, ac Jesu immiscent suis deprecationibus, ut facilius credantur. Narrat enim Baronius anno Christi 56. Petri 12. Judæorum exorcistas, & Magos usos fuisse adversus dæmones nomine Jesu, Apostolorum instar. Et anno 60. Petri 16. narrat Lucianum Epicureum annulum gestasse ex quadam cruce contextum, quo tutus à dæmonibus reddebatur. Proditque Plinius apud Mouram *sect.* 2. *c.* 4. Magos contra dæmones fragmento Crucis usos, & Nazianzenus *orat. in Julianum*, ac Theodoretus apud Baronium referunt, Julianum ipsum, dum terreretur à dæmonibus in fœdissima figuræ comparentibus, Crucis signo illos aufugasse, additis aliis incantamentis, ac Bellarminus *de Imaginibus tom.* 1. *l.* 2. miracula plura virtute Crucis ab infidelibus patrata, demonstrat, affirmatque Petrus Thyreus *de dæmoniacis p.* 3. *cap.* 44. Turcas à peste, & fame liberatos per Crucis signum.

His tamen minimè obstantibus, tenendum est cum 21
D. Thoma *opusc.* 3. *cap.* 136. *& p.* 1. *q.* 114. *ar.* 4. *ad* 2. *& in* 2. *dist.* 7. *q.* 3. *ar.* 1. *ad* 2. ubi docet, trifariam distinguì posse signa patrata à probis hominibus ab iis, quæ à pravis fiunt. Primò, ait, ex efficacia virtutis operantis. Quia signa facta per bonos virtute divina fiunt in illis etiam ad quæ virtus activa naturæ se nullo modo extendit, sicuti suscitare mortuos, & hujusmodi, quæ dæmones secundùm veritatem facere non possunt, sed in præstigiis tantum, quæ diu durare non possunt. Secundò ex utilitate signorum. Quia signa per bonos facta sunt de rebus utilibus, ut in curatione infirmitatum, & hujusmodi. Signa autem per malos facta, sunt in rebus nocivis, vel vanis, sicut quod volant in aere,

vel reddunt membra hominum ſtupida, & hujuſmodi. Tertia differentia eſt quantum ad finem. Quia ſigna bonorum ordinantur ad ædificationem fidei, ac bonorum morum; Sed ſigna malorum ſunt manifeſtum documentum fidei, & honeſtatis, & quantum ad modum differunt. Quia boni operantur miracula per invocationem Divini nominis piè, ac reverenter; ſed mali quibuſdam deliramentis, ſicut quod incidunt ſe cultris, & hujuſmodi turpia faciunt: & ita ſigna per bonos facta, manifeſtè poſſunt diſcerni ab his, quæ virtute dæmonum fiunt. Ita D. Thomas.

22 Qui etiam *in 2. diſt. 5. q. 1. ar. 3. in corp.* obſervat, quod licet aliqua ſigna fieri poſſint quantum ad ſubſtantiam facti, dicuntur tamen præter naturam, aut illius operationem, quoniam fiunt juſſu divino. Quod autem hæc dicantur miracula, inquit D. Thomas, contingit ex tribus Primò propter exceſſum, & ſingularem quemadmodum, ſicut ranæ productæ in Ægypto in tanta multitudine, ſicut antèà viſum non fuerat. Secundò propter hoc, quod hora determinata contingunt ad invocationem divini nominis, ſicut quod manus Jeroboam extenſa contra Propheram, arefacta fuit, & ara ejus diviſa, 3. *Reg.* 13. Tertiò, quando aliquid univerſaliter contingit, ſicut in veteri lege de aqua Zelotypiæ, *Num.* 5. quod poſt potum illius venter adultera divino miraculo putreſcebat. Sed prædicti Sancti miracula patrabant, invocato Jeſu nomine, & in ordine ad veritatem, & virtutes, & honorem Dei, & evenisbat ſtatim, quod volebant. Ita etiam D. Thomas.

23 Debent autem eſſe vera miracula, & ſupra omnem naturam creatam abſolutè ad talia comprobandum. Ea enim, quæ miraculosè fiunt non dicuntur poſſibilia ſecundùm naturam, in qua fiunt, ſed ſecundùm intentionem facientis tantùm. Non enim dicimus, propriè loquendo, quod cæcus poſſit fieri videns, ſed quod Deus poteſt eum facere videntem, ut per D. Thom. *in 4. diſt. 49. q. 2. ar. 7. in corp.* & confirmat *p. 1. q. 10. ar. 8.* inquiens. Miraculum non dicitur reſpectu potentiæ divinæ, ideò reſpectu illius non datur majus, vel minus miraculum, ut idem docet *d. q. 105. ar. 6.* ſed reſpectu naturæ quam excedit, ac ibidem *q. 110. ar. 4. & q. 114. ar. 4.* & alibi ſæpè, ait, miraculum propriè eſt præter ordinem totius naturæ creatæ. Gradum autem miraculorum triplicem aſſignat idem D. Thomas *in d. q. 165. & 3. contra gent. cap. 101.* de quo nos alibi coplosè.

24 Atque ex his reſpondetur rationibus dubitandi. Ideò ſiquidem Eccleſia ſumma cum animadverſione, ac diligentia in Canonizatione Sanctorum procedit, ne quid temerè, ac fortuitò, inconſideratè, negligenterque aliquid agatur, ut conſuluit Gullelmus Pariſienſis in opere de apparitionibus; Vnde jure, meritoque Sedes Apoſtolica hujuſmodi cauſas ad ſe avocavit, etſi antiquitus remitterentur Epiſcopis, ut tradit Baronius *anno 1189. n. 13.* Et quamvis miraculorum magna habeatur ratio, præcipuè tamen virtutes in gradu heroico, charitatis præſertim conſiderantur, & quod miracula patrata ſint in confirmationem Sanctitatis, vel pro aliqua virtute Chriſtiana comprobanda. Vt enim alibi diximus, impoſſibile eſt Deum miracula falſitati, vel peccato cooperari, aut illa miraculis confirmare.

25 Dignoſcitur itaque miraculum eſſe à Deo, quod aliàs poſſet virtute dæmonis naturali effici, ſi Deus permitteret ex occaſione, ac fine antecedenti, & conſequenti. Vt S. Raymundi occaſio fuit tranſeundi mare, quia Rex Aragonum Jacobus, cognomento Conquiſtator, cui S. Raymundus erat à confeſſionibus, nolebat derelinquere occaſionem peccati carnalis, ut Sancto Confeſſori promiſerat, antequam Barchinone ad Inſulam Balearem ſimul pergerent, & Rex irridebat Sanctum, ejuſque monita, quaſi ab Inſula non poſſet ille diſcedere, cum præcepiſſet ſub graviſſimis pœnis, ne illum nautæ tranſfretarent. Vnde ipſe, invocato Domino, & ad ejus gloriam, & converſionem peccatorum, quæ dæmon abhorret, mari ſe commiſit. Quod ſanè miraculum confirmatur Sancti humilitate ineffabili, abſtinentia ſingulari, charitate ferventiſſima, atque ex aliis in numeris miraculis, tam in vita, quàm poſt ejus mortem patratis. Idem dicas de pulvere ejus ſepulchri. Tum quia eſt perennis; mira autem dæmonum non durant, & tum quia pluribus, gravibuſque infirmitatibus ſupra totius naturæ virtutem medetur, præcipuè mare fervens ſubitò tranquillat. Idipſum quoque dicas de S. Franciſco Paulano. Unde in ejus *lect. 6.* ſic habetur: *Plurimis quoque miraculis ſervi ſui Sanctitatem Deus teſtari voluit, quorum illud in primis celebre, quod à nautis rejectus, Siciliæ fretum, ſtrato ſuper fluctibus pallio, cum ſocio tranſmiſit.* Sanctus item Hiacynthus flumina tranſiliit ſemel ad projicienda Idola. Item ad convertendum innumeras gentes idololatras; Nec ut Theophylus, aliique ad Chriſtum converterentur, dæmon roſas attuliſſet, & fortitudo, atque conſtantia mirabilis Virginis, aliaque miracula illud comprobant.

Addimus ex D. Thoma *quodlib. 9. ar. 16. ad 1.* quod 26 Summus Pontifex, cujus eſt, homines conſecrare, ſive Sanctorum ordini adſcribere, poteſt certus reddi de ſtato alicujus per inquiſitionem vitæ, atteſtationem miraculorum, ac præcipuè per inſtinctum Spiritus Sancti, qui omnia ſcrutatur, etiam Dei profunda. *Additque ad 2.* quod divina providentia præſervat Eccleſiam, ne in his per fallibile hominum teſtimonium fallatur. Unde moti ſunt aliqui, etiam affirmare, de fide eſſe in primo gradu quemlibet in numero Sanctorum adſcriptum ab Eccleſia, eſſe Sanctum, & illud *piè credendum*, quod in his etiam judicium Eccleſiæ non poſſit errare à D. Thoma ibidem prolatum, interpretantur in rigore ita, quod contrarium ſit impium, atque hæreticum, de quo alibi fusè.

Ita patiter ecſtaſis divinis aliis miraculis, ac vitæ San- 27 ctitate comprobatur. Nam verè illa eſt à Deo, non ex virtute naturali, neque dæmoniaca. Sic ecſtaſis S. Dominici, qui dum Romæ in Conventu S. Sixti coram tribus Cardinalibus ſacrum faceret, præ dulcedine cœleſti cubiti altitudine à terra ſublevabatur, miraculo comprobata fuit. Nam peracto Sacro, ut habetur *in lect. 1.* ejus octavæ, ipſe ad corpus Neapoleonis equo dilacerati, pergit, manibus membra quaſſata componit, vitæque reſtituit. In Scriptura quoque patrata à Moyſe vera prædicantur, utpotè divinitus patrata, Magorum verò Pharaonis fuerunt, vel præſtigioſa, vel naturalia, vel dæmoniaca.

Error autem popularis eſt, quo gratiæ à Deo receptæ, 28 quæ ex vi naturæ provenire poſſunt, prædicantur miracula. Diſtinguuntur enim gratiæ à miraculis. Nam miraculum eſt, quod fit ſuper omnem naturam creatam modo alibi explicato, ut dum quis ad mortem febri laborans, commendans ſe Deo, & Sanctis, ſtatim ſanus evadit, ac ſi nulla infirmitate affectus eſſet. *At* ſi commendans ſe Deo, vel alicui ſancto ſanitati reſtituitur modo naturali, deficiente paulatim febre, dictim vires acquirit, id poterit dici gratia, vel donum Dei ea ratione, qua naturalia nobis ex gratia hoc eſt ex benignitate divina donata ſunt, conſervanturque ſic homines, & Angelos ad nihil non reducere, eſt gratia, & donum Dei ad naturalem tamen ordinem ſpectans.

CONSULTATIO CIV.

An privata pietate eos colere poſſimus, qui piè creduntur in Cœlo eſſe?

Et an eadem privata pietate animas illas rogare etiam poſſimus, quæ purgantibus in flammis detinentur? Vbi ad id exempla.

AD primum reſpondeo affirmativè. Quem enim 1 paupertas, neceſſitas, morbus, aut calamitas premit, à quocunque poteſt, malorum ſuorum ſolatium petit, tunc præſertim, quando certus eſt, importunitatem ſuam non poſſe non optatum ſuccedum conſequi conſequi, neque unquam malè ſuccedere. Si inquam, laudabile eſt eas cœlites rogare; quos certò ſcimus cœleſti gloria perfrui, ut eorum poſſimus patrocinio juvari, non minus approbationem merebitur, eos quoque rogare, qui juxtà piæ, ſanctæque vitæ in terris relicta monumenta, & inprimis felicem obitum, cenſentur ad cœleſtia gaudia fuiſſe aſſumpti.

2 Neque objicias, fieri potuiſſe, ut Deus poſthabitâ illa exterioris pietatis ſpecie, illos miſericordiæ ſuæ expertes faceret. Quod ſi ad gloriam non pervenerint; gratis eos invocari, & fortaſſis inde repreheſionem incurri. Etſi hæc fieri poſſint; nihilominus in ſententia perſiſto; id quod agitur à nemine prorſus reprehendi poſſe, cum ſit prudenter ſuſceptum, præterquamquod eorum eximia decora, & virtutes nobis perſpectæ ſint; & hoc inſtitutum hanc tacitam in ſe conditionem continear, quæ intra fines certos nos includit, ne aliós includ[illegible] temus, quam quibus noſtras preces audiendi facultas eſt. Neque inde gravius aliquid nobis accidet, niſi ut auxilium, eaque quæ poſtulamus non obtineamus; quod ad quempiam confugerimus, qui nos juvandi poteſtate careat. Nihilominus hoc beneficii conſequamur, ut cum ſubinde pluribus facti fuerimus ſupplices, deeſſe nobis ex illis aliqui non poſſint, qui ad felicitatis portum appulſi, voti damnare nos queant.

3 Aliud inſuper oppones, fieri ſcilicet poſſe, ut ii, quorum opem imploramus, in purgantibus flammis detineantur, quibus aliud negotium incumbat, quàm ut noſtra cauſa preces fundant. Neque hoc negatim; hoc tamen certum eſt, ut mox dicemus, eos in illo ſtatu nobis ferre opem ſuis precibus poſſe, utpotè Deò perquam acceptis, cum ſint à ſuis amicis profectæ, qui proximè in cœleſte regnum ſunt admittendi.

4 Si hæc, quæ attuli, nondum ſufficiunt, opto, ſi commodum eſt abſque longa plurium rationum indagine, cùm Sanctorum iſta conſuetudo fuerit, nos pietatem in illos ac preces concipere, qui familiares olim nobis fuere, ſive cognati nobis, ſive aliis fuerint, quibus cum adhuc in vivis eſſent, familiariter fuimus uſi, ſi prudenter perſuadere nobis poſſimus, eos cœlo receptos. Si enim in vivis nos amarunt, neque negare petita ſunt auſi, quid jam non facient poſtquam charitas illorum eſt longè major, tantoque apud Deum loco ſunt, cujus cor, & aures ſemper ſibi patentes, ac faventes habent.

5 Dixi, Sanctis in uſu hoc exercitium fuiſſe, & ita omninò eſt. Sanctus Franciſcus Xaverius ſæpè illos, qui in Societate Jeſu obiere, invocabat hos omnes, quos vivos novit, & quibuſcum vixit ſuorum negotiorum patronos adhibuit faſſuſque eſt, eorum preces ſibi profuiſſe. In Chronico Patrum Ordinis S. Dominici, ubi de vita quarti ejus Ordinis Generalis agitur, refertur, Reginam Hungariæ, quæ tunc vivebat, magna beneficia à Deo retuliſſe, ſi cuidam, cujus conſuetudine in ſalutis negotio olim ſingulari fiducia utebatur, ſe commendaſſet. Regina illa non niſi unum habuit, quem dicto modo invocaret, ut pro quiſque ſenſu, ſed ſuo in pietatem fertur. Beatus Ludovicus Bertrandus exactè omninò id agebat, quod nunc dicimus. Is enim integras litanias è chatioribus amicis, quos cœlo poticos confidebat, contexuit, eoſque ſæpè inter orandum precabatur.

6 Sed dices fortaſſis, malle te ſecuriori via incedere, & ad illos Sanctos te conferre, qui tales habentur, quique ingenti gloria, Deique favore perfruuntur, cæteros parum tibi cordi eſſe, qui, etſi in cœlo forent, incertum eſſe, num tantum illic apud Deum poſſint.

7 At ſcias velim, Sanctum Franciſcum Xaverium apud te utique fidem, & auctoritatem mereri, nec minus illum, quàm te ſapuiſſe, qui tamen eos precari non dubitavit, quos credibile ipſi fuit, in Beatorum conſortio eſſe. Quamvis enim apud celebres illos beatos, ut ais, gratiam omnem eſſe ſitam dicamus, cæteros verò minus poſſe, expedire nihilominus modò iſtos, modò alios rogare. Omnes enim apud Deum gratioſi ſunt. Hi quidem plus gratia pollent, at iſti majori nos juvandi ſtudio tenentur, præſertim ſi adhuc inter mortales poſiti, noſtri notitiam habuere.

Ad ſecundum. Etiam affirmativè. Eccleſiæ namque 8 purgantis animæ, ut quæ certæ ſunt, triumphantem ſe ingreſſuras, & cæteroquin ſe Deo charas, & gratioſas eſſe, in eo ſtatu verſantur, in quo eas implorare, ac privatim illarum opem expoſcere poſſimus, tunc præſertim, cùm preces noſtras generatim ad purgantes animas inſtituimus. Nam, ut dicam, quod res eſt, non aprè poſſemus ad ſingulas earum, quas antehac novimus, aliter, niſi ea conditione confugere, ſi in illo detineantur, cùm ignoremus, quale iter, num ad cœlos, an verò ad Purgatorium inierint.

Ad lucem hujus rei afferendam, ſciendum eſt, cum 9 Theologi, nempè S. Thomas 2. 2. aliique de Oratione agunt, eos quærere, num animæ in Purgatorio invocari queant, & an deceat; illarum precibus ſe commendare, neque omnes idem ſentiunt. Sanctus Antoninus, Toſtatus, Sylveſter, Navarrus, Paludanus, & quidam alii difficiles hic ſe præbent, & omninò negant, eas rogandas eſſe. Quandoquidem; ut ipſi dicunt, fruſtrà rogentur, ſi preces ad ſe fuſas, intelligere nequeant. Atqui preces eò pertingere non poſſunt, nec ipſæ percipere; vel in Verbo, vel aſpectu Dei queunt, cujus tunc adhuc expertes ſunt; neque extra cœli, & gloriæ aditara poſſeſſionem videbunt, neque per revelationem diſcunt, in eum finem ipſis factam. Id enim fieri amplius nequit, quod in ſtatu ſint nullius revelationis, ſed ſolius tolerantiæ capaci.

Accidit alia ratio, quæ ipſos in ea ſententia obfirmat, 10 quod ſcilicet ipſæ ſibi mutuò proderſſe, ac pro ſe precari nequeant, atque captivorum, pœnaſque dantium conditio, qua divinæ juſtitiæ tributum, ob vitæ præteritæ noxas, perſolvunt, ejuſmodi obſequia charitatis, ac ſimiles cogitationes illis non permittat.

Alii tamen nonnulli Theologorum contrariam opi- 11 nionem tuentur, ut ſunt Medina, Gabriel, Bellarminus, Suarez, quorum argumenta minimè videntur rejiciendá, ſive quod Angeli Purgantium Cuſtodes poſſint, imò debeant ipſis ſignificare quid à viventibus rogentur, cùm ea res minimè ipſorum munus excedat, ſed potius ad curam illam ſpectet, quam animabus ſibi commiſſis tamdiu debent; dum ad gloriam ſuſcipiuntur. Ideòque non abs re dici poſſit, ſcire illas, quando, & à quibus orentur, neque opus eſſe, ut illam cognitionem in Verbo nanciſcantur. Sive quod orare pro aliis poſſint, quandoquidem amici Dei, & meliori apud Deum loco, etſi noxarum pœnas luant, quàm homines adhuc ſuperſtites exiſtant, qui tamen ſæpè læſæ divinæ Majeſtatis rei, non omittunt aliis apud Deum patrocinari, maximo ſæpè precum ſuarum ſucceſſu.

Ad hæc ſint cum primis beneficiorum memores, & 12 nobis opitulandi charitate teneantur, quam virtutem non minus, ac animæ in limbo poſitæ exercere queunt, quæ pro viventibus quondam fuere ſupplices, *ut lib. 2. Machab. cap. ult.* habetur. Ego certè rationem nullam video, quæ me jubeat earum charitati, quæ nunc eſt omnium maxima, poteſtatem hanc denegare, aut voluntatem tollere pro iis ſupplicandi, à quibus rogantur, vel cogat me animum minus propenſum, ac benignum ad illarum preces, & vota exaudienda, Deo attribuere, quæ certè ſunt, proximè ſe charas ei ſponſas, ac hæredes gloriæ futuras.

Nolo hic multis contendere, num poſſint pro ſe ip- 13 ſis precari, & à Deo, ut liberationem, aut diminutionem pœnarum poſtulare, ut & eum quantocyus in gloria videndi gratiam expetere. Facilis ad hæc foret reſponſio, ſi illæ vivos orent, uti ſæpè contingit, ut ſolatium ipſis afferant, & ſuis Orationibus, ſuffragiis, piiſque operibus è flammis eripiant, non apparere, cur non idem apud Deum poſſint, penes quem in ea cauſa jus omne verſatur. Nolo plures ejuſmodi quæſtiones

pie curiosas, de hoc argumento in medium afferre, quarum decisio hisce à me propugnatis precibus faveret, quas cum Doctoribus, & animabus Purgatorii concessas esse contendo. Sufficit ex iis, quæ modo dixi, te invitare, ut eas nonnunquam, seu simul omnes, seu aliquas seorsim, ea conditione invoces, siquidem eo loco, aut jam in cœlesti gloria commorentur.

14 Mallem quidem auctor tibi esse, ut primum modum teneres, & omninò existimo, S. Catharinam Bononiensem, de qua in ejus vita legimus, eam fuisse singulari animi sensu illas complexam, ipsisque se, suaque omnia commendare solitam, hunc ipsum modum servasse. In ejusque vita subjungitur, eam cui tanta pietate animarum purgantium opem exposceret, hanc causam attulisse, quod videlicet animarum, quæ in acerbissimis flammis illic expiantur precibus à Deo innumera, maximaque beneficia retulisset. Addebat insuper, se illa, quæ interposito Cœlitum patrocinio postulasset, nunquam à divina Majestate obtinere potuisse, quæ tamen, ut primum ad felices illas animas se convertisset, illicò fuisset consecuta.

Quinam autem sit cultus privatus, quinam publicus, satis à nobis alibi dictum est.

CONSULTATIO CV.

An, & pro qua summa debeatur salarium Vicario Capitulari? Et

An, & quatenus Episcopus teneatur sibi constituere Vicarium Generalem?

1 AD primum. Quod Vicario Capitulari debeatur salarium, tradit Barbos. *de offic. & potest. Episc. alleg.* 54. *n.* 178. Et providendum esse de competenti salario, refert, declarasse S. Congregationem Concilii *de Canon. & dignit. cap.* 32. *num.* 35.

2 Competens verò salarium, licet sit quod laboribus est proportionatum, taxari tamen debet juxta solitum ex decisione Merlini 162. ut debeatur in ea quantitate, in qua alius Vicarius immediatus antecessor habuit, etiamsi alii majorem, aut minorem quantitatem habuerint juxta doctrinam Baldi *in l. laudabile num.* 4. *C. de Advoc. diversi. Iud.* ac plenè Bero *cons.* 157. *l.* 3. & Citiac. *contr.* 67. *nu.* 3. *& seq. l.* 1. & declaravit S. Congregatio super Episcopis in Vintimillensi 15. Octobris 1601. & 15. Januarii 1602.

3 Idque etiam pro tempore, quo extra diœcesim per vim detinebatur si per ipsum non steterit, quin exerceret suum munus, ut probat textus *in l. mania sub initio*, ibi: *Cum Lucius Titius, aliquo tempore mea negotia gesserit, & per eum non stetit, quominus gerat, de an. legat. l. Cajo* §. *Imperator de alim. & cibar. legat.* & in specie de salario, *l.* 1. §. *Divus Severus*, ibi: *Quia per ipsum non steterat, quominus causam ageret, de var. & extraord. cognit. l. diem defuncto de offic. Assess.* & communiorem probat Cæphal. *cons.* 70. *num.* 4. *& seqq. lib.* 1.

4 Ad secundum. Nullo jure cavetur, quod Episcopus teneatur necessariò habere Vicarium juxta magis communem, ac veriorem sententiam, à Rota approbatam, quam sequitur Gonzal. *ad regul.* §. *glos.* 4. *à n.* 66. Rota *dec.* 222. *n.* 2. *p.* 2. *div. & dec.* 418. coram Cavalerio, & comprobatur in Calciatensi jurisdictionis 1624. coram Remboldo his verbis:

5 Nec dicatur, prædicta locum minimè sibi vindicare, quando unus, & idem Episcopus est duarum diœcesum. Tunc enim non potest delinquentes in una diœcesi extra illam trahere, ut latè per Mandos. *con.* 27. *num.* 3. *cum plur. seqq.* Quia quicquid sit dicendum, quando dictæ duæ diœceses essent penitus distinctæ, & Episcopus retineret in utraque Vicarium generalem, cessat in casu isto difficultas; quia Ecclesia Calciatensis est unita Ecclesiæ Calagurritanæ, ut aliàs firmavit Rota *divers. p.* 1. *dec.* 296. *& dec.* 708. *nu.* 32. Atque ita non versamur in duabus diœcesibus separatis, nec Episcopus retinet Vicarium generalem in loco Calciatæ, nec adstringi potest, ut Vicarium generalem retineat; ut in fortioribus fuit resolutum in Viterbiensi, sive Tuscianensi Vicarii 13. Martii 1617. coram Cavalerio, in qua etiam dicitur, quod licet diœceses essent distinctæ, & æquè principales unitæ, tamen, quoad Episcopum reputatur una diœcesis exemplo Præsidis duarum Provinciarum, Innoc. *in cap. nevit. in fine de offic. delegat.* Paul. de Castr. Jas. Alex. Angel. & alii *in l. fin. ff. de jurisd. omn. jud.* Bartol. *in l. un. nu.* 12. *C. de metrop. Beryto l.* 11. Hæc Rota.

Et his adstipulantur Genuens. *in prax. cap.* 70. *n.* 3. 6
Gratian. *discep.* 96. *n.* 36. *& discept.* 561. *n.* 17. *& discept.* 655. *n.* 47. Paris. *de resignat. q.* 16. *n.* 54. *l.* 1. Covar. *var. resol. c.* 20. *n.* 3. *l.* 3. extarque textus *in cap. cum Episcopus de offic. ordin. in* 6. ibi: *per se, vel per alium possit pro tribunali sedere, & in c. fin. de sent. & re judic. pariter in* 6. ac decernitur in Concilio Tridentino *c.* 1. 2. *&* 3. *sess.* 13. & tradunt præ aliis Barbos. *de offic. Episc. alleg.* 54. *n.* 125. *& in c. quoniam n.* 5. *de offic. ordin.* cum multis allegatis à Riccio *in prax. for. Eccl. p.* 1. *dec.* 562. & ut ait Genuen. *in manual. Pastor. c.* 31. *nu.* 7. *&* 8. Episcopi habent intentionem fundatam in jure divino, ut non constituant Vicarium, sed per se ipsos regnant, Marchel. *de commiss. appell. in caus. alim. p.* 1. §. 1. Vbi quod officium Vicarii dicitur voluntarium, & sine eo potest stare Episcopus, etiamsi fuerit solitus illum detinere, Nald. *in sum. v. Vicarius. nu.* 6.

Quod sine difficultate procedit in Episcopatu exiguo. 7
Tunc enim data idoneitate Episcopi non est dubitandum quin valeat per se ipsum absque subditorum incommodo causas cognoscere. Vicarius quippe Episcopi est procuratoris instar, ut docet Abb. *in cap. ad hæc n.* 2. *de offic. Vic.* Receptum autem est in jure, quod nemo cogitur procuratorem constituere ad negotia, quantumvis ardua, cap. 2. ibique Glos. *de Procur.* cum aliis relatis à Gratiano *dec.* 117. *num.* 1.

Ac ita, ut non refragetur, quod alii Episcopi ante- 8
cessores Constituerint Vicarium generalem. Quia non idcircò est debita manutentio contra successorem, ut in specie tradit Gratian. *d. discept.* 655. *n.* 48. Barbos. *de offic. Episc. d. alleg.* 54. *n.* 125. ac Rota *d. dec.* 148. *n.* 10. coram Caval. Idque ex regula, quod in facultativis non datur manutentio contra superiorem, ut per Add. *ad dec.* 262. *n.* 16. Gregor. & Gratian. *ead. discep.* 655. *n.* 49.

Et quidem hæc quæstio valdè controvertitur, ut ap- 9
paret ex Doctoribus pro affirmativa, & negativa sententia congestis à Sbrozio *de offic. l.* 2. *q.* 26. & à Barbos. *de offic. & potest. Episc. cit. alleg.* 54. *nu.* 125. Ego sanè, omissa hac disputatione, censeo, sententiam illorum, qui tenent, Episcopum non posse cogi Vicarium generalem instituere, has recipere limitationes.

Prima est, quando extat consuetudo in contrarium, 10
quod Episcopi consueverint ipsum constituere, ut per Gratian. *discept.* 94. *n.* 36.

Secunda, quando Episcopus non potest omnia com- 11
modè negotia expedire propter varias occupationes, in quibus Episcopale regimen versatur, vel ob ægritudines, Gratian. *discept.* 561. *n.* 16. *& seq.* ubi quod ita declarantur Doctores, qui volunt, Vicarium esse constituendum ab Episcopo, eosque congerit, & in hunc sensum intelligendus Azor. *p.* 2. *l.* 3. *c.* 43. *q.* 2. & apud eum Rebuf. *in prax. tit. de Vicar. tit.* 2. Unde ex praxi S. Congregationis super Episcop. Si Episcopus negligit expeditionem causarum, præcipuè si est Theologus, non jurista. S. Congregatio, nedum ei præcipere solet, ut Vicarium generalem constituat, sed etiam quando opus est transmittit Vicarium Apostolicum pro diœcesis regimine, qui Vicarius sic missus, ut notat Nicol. *in flosc. hoc verbo num.* 39. reverà est Vicarius Apostolicus, & jurisdictionem habet privativè quoad Episcopum, nec Episcopus illum removere potest ex declarationibus S. Congregationis super Episcopis quas refert in Savonen. 17. Septembris 1605. in Motulen. 5. Augusti 1650. in Civitatis Castelli 2. Aprilis 1591. in Mediolanen. 8. Februarii 1594. in Brixianen. 18. Martii 1632. ac sæpè alibi.

12 Tertia, quando Episcopatus est amplus, magnus numerus Clericorum, Monialium, Ecclesiasticorum. Haud enim est verisimile, quod Episcopus munus suum adimplere possit absque Vicario generali, Gratian. *d. discept.* 655. *num.* 51. Et ita distinguendo concordantur Doctores, ut per Diaz. *var. quæst. lib.* 1. *q.* 8. *num.* 4. & Barbos. *de jur. Ecclesiast. l.* 1. *c.* 7. *nu.* 40. ut de Archiepiscopatu Toletano loquitur Valenzuola *cons.* 192. *n.* 5. *lib.* 2. & ita etiam distinguit Gratian. *discept.* 561. *n.* 16. Hoied. *de incomp. benef. p.* 2. *c.* 10. *n.* 9. inquiens, quod ubi Episcopus est Jurisperitus, & habilis per seipsum, & Episcopatus est tenuis, adde & parvus, prout communiter sunt in Italia, tunc nullatenus est compellendus ad instituendum Vicarium, nisi forsan diœcesani essent diversi ritus, & idoneitatis, prout sunt nonnulli in Calabria, qui vivunt juxta ritum Græcum per textum *in cap. quoniam in plerisque*, ubi Canonistæ *de offic. ordin.* Et notandum, quod si nullus sit locus, qui distet à Cathedrali per unam integram diætam Legalem non potest applicari ratio amplitudinis diœcesis. Quo in casu instituendi sunt Vicarii foranei ad cognoscendum causas minores juxta facultates à jure ipsis concessas, ut per Glos. *in Clem.* 2. *v. foraneo de rescript.* ubi Jo. Andr. & Cardinalis, ac prosequitur Sbroz. *de offic. Vicar. l.* 1. *q.* 13. *n.* 1. & Latius Leo *in thes. for. Eccl. p.* 1. *cap.* 10. *num.* 6.

Et quarta, quando Episcopus abest à Civitate, ut per Rebuff. *loc. cit. n.* 16.

CONSULTATIO CVI.

An Bulla Baronum comprehendat cessionem translativam?

Et an hujusmodi cessio translativa sit alienatio, quam Ecclesia, vel locus pius facere non potest absque beneplacito Apostolico? Et quid de regressu ad primæva jura?

1 BVlla Baronum, quamvis non loquatur de cessione translativa, eo tamen ipso, quod mandat solvi pretium creditoribus, recepta prius ab eis jurium cessione ad favorem emptoris, satis constat voluisse cessionem fieri translativè.

2 Primò, quia cessio aliud non est, quam juris, & actionis translatio, nec dicitur vera cessio, nisi sit translativa, Mandel. *cons.* 207. *num.* 12. *& cons.* 628. *n.* 12. Gallerat. *de renunciat. lib.* 1. *cap.* 4. *nu.* 26.

3 Secundò, quia non dixit fieri cessionem juris, sed jurium, & consequenter, nedum juris exceptionis, sed actionis, quæ non acquiritur, nisi per cessionem translativam, ut notat Glos. *in l. v. Curiæ, C. quando, & quib. l.* 10. Roman. *singul.* 16. Bertaz *claus.* 27. *glos.* 6. *nu.* 1. & Galerat. *d. c.* 4. *num.* 15. *in fin.*

4 Tertiò, quia mandavit fieri cessionem ad favorem emptoris, cùm de jure, in quo in hac parte Bulla recipit interpretationem, debeatur emptori cessio translativa à creditore, præsertim vendente sub hasta ad textum *in l. in creditore* 38. *ff. de evict.* Georg. *alleg.* 39. *nu.* 17. Giurb. *dec.* 87. *n.* 20. & in terminis, quod censuarius teneatur cedere emptori jura census translativæ, non extinctivè per simplicem retroventionem, firmat Roderic. *de ann. redit. l.* 2. *q.* 16. *n.* 27. ac Giurb. *d. dec.* 87. *num.* 20. latissimè.

5 Quartò, quia hucusque Bulla fuit intellecta, ut cessio fieri debeat translativè; quæ observatio non modò suadet, sed cogit ad ita sentiendum, etiamsi aliàs esset de jure, Gregor. *dec.* 184. *num.* 8. & Burat. *dec.* 944. *n.* 6.

6 Nec obstat, quod cessio translativa sit alienatio, quam Ecclesia, vel locus pius facere nequit absque beneplacito Apostolico. Nam cum fiat auctoritate Papæ, qui ita mandat in Bulla, non est opus alio beneplacito, Bald. *in l.* 2. *C. quan. decret. opus non est.* Abb. *cons.* 41. *n.* 3. *l.* 1. & in terminis Bullæ Baronum Rot. *dec.* 36. *n.* 69. *p.* 5. *rec.* Præsertim cùm etiam consonet jus commune, ex quo cessio efficitur necessaria, quo etiam casu non requiritur beneplacitum, Bos. *tr. moral. tom.* 3. *tit.* 8. *n.* 250. Seraph. *dec.* 1080. *n.* 9. quia ubi alienatio est necessaria, dicitur fieri à lege, non ab homine; Arias de Mesa *var. lib.* 1. *cap.* 20. *n.* 6.

De regressu autem ad primæva jura Bulla non 7
facit mentionem, & meritò quidem. Nam si admitteretur, destrueretur ejus dispositio, vel in ea parte, quæ mandat bona Bonorum transire debere in emptores exempta ab omnibus vinculis; & hypothecis, quatenus regressus prætenderetur adversus bona, vel in ea parte, qua mandat fieri cessionem, quatenus prætenderetur contra obligatos in credito cesso; cùm effectus cessionis in favorem emptoris in eo præcipuè consistat, quod in casu evictionis possit agere contra obligatos in credito cesso, ut in specie resolvit Rota in Perusina pecuniaria 10. Maii 1628. coram Vbaldo, quæ est *dec.* 112. *n.* 3. post Gilian. ad statut. Perusiæ, ac referunt Add. ad Burat. *dec.* 420. *n.* 9.

Cæterùm, aut simplex retrovenditio, ac prætensus 8
regressus sunt ad formam Bullæ, aut præter illius formam. Si primum, est superflua declaratio prætensa, dum emptor acquiescit, quod cessio fiat ad formam Bullæ, Decian. *cons.* 21. *n.* 27. *lib.* 2. Alex. *cons.* 9. *n.* 12. *l.* 5. ac Rota *dec.* 40. *n.* 3. *p.* 2. *div.* Si alterum, non esset declaratio; sed extensio, utrique parti præjudicialis, quia, transgressa forma Bullæ, venditio non valeret, & sic nemo esset tutus, Rota *dec.* 350. *n.* 3. *p.* 5. *rec.* Igitur cessio fieri debet cum clausulis, hactenus consuetis, vel ad formam Bullæ.

CONSULTATIO CVII.

An Ecclesiastici sequestrare possint per Curiam Ecclesiasticam pretium bonorum, quæ jam fuerant subhastata per sententiam Curiæ secularis?

NEgandum videtur. Primò, quia cùm in foro sæcu- 1
lari fuerit hæc causa inchoata, & deducta usque ad finalem executionem cum bonorum subhastatione, debet in eodem foro terminari *per l. ubi cæptum C. de judic.* Secundò quia prætendentes Ecclesiastici, sibi adjudicandum esse pretium dictorum bonorum in concursu aliorum creditorum, hæc prætensio debet cognosci à Judice laico, coram quo causa est instituta, alioquin illius instantia divideretur. Vnde sequi posset sententia contra sententiam, quod fieri prohibetur *in l. nulli C. eod.*

At ego affirmo. Nam Ecclesiastici, inter quos, & 2
Moniales, pro bonis, quæ pertinent ad Monasterium, eorumque fructibus gaudent privilegio fori, ut per Surd. *dec.* 20. *n.* 10. & fusè Mar. Anton. Macerat. *var. resol. l.* 1. *resol.* 38. Unde cùm elegerint forum Ecclesiasticum, non possunt trahi ad forum laicum ex regula, quod privilegiatus trahit, non trahitur, sicque juridicè possunt obtinere sequestrum à Curia Ecclesiastica. Quia sequestrum est præparatorium judicii pro illius assecuratione, Cavalcan. *dec.* 3. *n.* 2. Lancellott. *de attent. p.* 2. *cap.* 4. *in præfat. num.* 247. præcipuè si Ecclesiastici habeant obligata omnia bona per instrumentum cum hypotheca, quo casu non tollitur satisdatione, Cavalcan. *loc. cit. n.* 17. Nam pretium ex venditione per subhastationem redactum, donec non est facta consignatio ab oblatore, remanet pretium bonorum debitoris Ecclesiastico-rum: quia venditio, facta per subhastationem à Judice, est vera venditio. Nec refert, quod fiat à Domino, vel à Judice, cùm quoad hoc, ut dicatur propria venditio, factum Judicis habeatur pro facto partis, Rota coram Gregorio XV. *dec.* 193. *nu.* 2. Centius *de censibus p.* 2. *c.* 2. *q.* 1. *ar.* 4. *n.* 25. *& seq.* à quibus propterea firmatur, quod in hac venditione habent locum Constitutiones contra jus strictè intelligendæ, ut est Bulla Pii V. de prælatione censuarii, & in prælatione extract. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 14. *n.* 3. *& seq.*

3 Fiunt enim deliberationes, & Judex, sive Executor, qui deliberat, fungitur vice partis, ut ex *l.1. C. si in causa judicati* probat Rota *dec. 725. n.5. p.2. recent.* quæ refert etiam stylum Curiæ Romanæ, circa hujusmodi deliberationem. Quod si alias diceremus, esset compellere Ecclesiasticos litigare coram sæculari, qui etiam si sint actores, non tenentur sequi forum rei, ut ex allegatis.

4 Nec obstat *l. ubi cœptum C. de judic. & l. nulli C. eod.* Nam causæ continentia trifariam dicitur. Primò ejusdem instantiæ non dividendæ per *d. l. ubi. cœptum.* Secundò ratione connexionis, sicut petitorium & possessorium. Tertiò, quando sunt duo judicia, quorum unum se habet, ut genus, alterum, ut species. Ex quibus infertur, quod *l. nulli* non habet locum in eo, qui adit diversos Judices ordinarios, ut per afflictum *dec. 354. n. 5. & 6.* Ecclesiastici autem non introduxerunt aliquod Judicium coram Judice laico, ideò non potest dici, quod introducendo nunc coram Judice Ecclesiastico, adeant diversos Judices, atque adeò non habet locum regula *d. l. nulli.* Quinimò, cùm Ecclesiastici, sint fori Ecclesiastici & qui se opponit fori sæcularis, sicque diversi fori, minus locum habet alia regula, ne continentia causæ dividatur, quando agitur de persona privilegiata, & quæ habet forum diversum ab illo, in quo pendet causa, ut per Boër. *dec. 69. num. 25.* & Menoch. *de arbitr. lib. 2. cent. 4. cas. 371. n. 21.* Boss. *de for. comp. nu. 16.* & Felin. *in cap. ex tenore in 6. fallent. de rescript.*

Eoque magis si Ecclesiastici habeant justam causam allegandi suspectum Judicem laicum, ex eo, quod adjudicaverit pretium bonorum subhastatorum coram litiganti. Quære ex justa causa suspicionis cessat dispositio *d. l. ubi cœptum, & l. nulli C. de Judic.* ut per Marchesan. *de Commiss. p. 2. cap. 1. num. 78.*

CONSULTATIO CVIII.

An decretum S. Concilii Tridentini sess. 24. cap. 12. de reform. requirens in canonicatibus Ordines sacros, locum etiam habeat in Ecclesiis Collegiatis? Et quatenus in eis locum habere possit?

1 REspondeo, decretum hujusmodi habere locum in Ecclesiis Cathedralibus tantùm, non autem in Collegiatis, in quibus simplices Clerici ætatis quatuordecim annorum admittuntur in Canonicos; Abb. *in c. 2. n.5. de institt.* cum aliis plenè congestis à Gratiano *disc.* 482. *n.1.* Moneta *de distrib. quotid. p.2.q.19.* ab Homob. *de hum. stat. p. 1. c.9. n. 2.* Concilium enim in illis nihil innovavit, ut ex declarationibus Gregorii XIII. & S. Congregationis Concilii apud Leon. *in thes. for. Eccl. p. 2. c. 18. n. 20. & 21.* Gratian. *loc. cit. nu. 10. & seqq.* Garz. *de benef. par. 7. c. 4. n. 36. & seqq.* Et ideò, quod Canonicus Ecclesiæ Collegialis sit Sacerdos, quodammodò accidens est cùm hujusmodi Canonicatibus sit annexum onus recipiendi Ordines sacros.

2 Quod, si illis tantum Canonicis onus hujusmodi annexum esse dicamus, qui Ordines sacros habent, ad imparia Canonici judicarentur, nec inter eos æqualitas servari videretur. Imò ex hoc possint fortasse retrahi à susceptione dictorum Ordinum, qui dicta onera negligunt. Quod esset contra mentem S. Concilii, quod, licet non obligaverit ad sacros Ordines Canonicos Ecclesiæ Collegialis, in omnibus tamen eos desideravit; & ideò *sess. 22. c.4. de reform.* innovando dispositionem *Clem. Vt ii de ætat. & qualit.* voluit, quod quicumque in Cathedrali, vel Collegiata, sæculari, vel regulari Ecclesia divinis mancipatus officiis, in subdiaconatus ordine saltem constitutus non sit, vocem in hujusmodi Ecclesiis in Capitulo non habeat.

3 Idque præsertim, si in aliqua Ecclesia Collegiali extaret Constitutio Pontificia, in qua certis Festivitatibus majoribus Missarum celebratio Archipresbytero, aliive dignitati imponatur, cæteris verò Festivitatibus beneficiatis, vel Capellanis. Officium autem cantare debet idem, qui Missam celebrat juxtà dispositionem Cæremonialis, ac declarationes S. Rituum Congregationis, & proinde cùm Canonici onus decantandi Missas non habeant, nec quidem habere debent onus celebrandi officium, nisi dicamus privatis diebus ad Canonicos id munus pertinere. Quod non videtur admittendum. Quia sequeretur, quod majorem prærogativam haberent beneficiati, vel Capellani, qui diebus Festis Hebdomadarias functiones exercent, quam Canonici, qui diebus Ferialibus hoc munus obirent.

Hinc quemadmodum Canonicis munus Hebdomadariorum non est impositum, quia, uti Canonici non sunt Sacerdotes, ita propter eandem rationem non videntur cogendi ad inserviendum, tanquam Diaconi, & Subdiaconi Archipresbytero, vel primæ dignitati Celebranti, *l. illud ff. ad l. Aquil. l. à Titio ff. de furt.* cum potius alia ratio, & quidem major, militet pro Canonicis, nimirum majoris cultus divini, & decoris Ecclesiæ. Si enim Canonici essent numero pauci, quatuor scilicet, vel quinque, si duo inservirent pro Diacono, & subdiacono, duo tantum, vel tres remanerent in Choro, & interdum pauciores, vel propter infirmitatem, vel propter aliud justum impedimentum, sicque Sedes Canonicales penitus sine Canonicis, vel cum uno, aut altero ad summum remanerent cum populi admiratione, diminutione cultus divini, & declinatione à naturali obligatione Canonicatuum, qui præcipuè pro Chori assistentia fuerunt instituti juxtà S. Concilium Trid. *d. c. 12. sess. 24. de reform.* & tradita à Gratiano *discept. 298. n. 18. & seqq.* Contra verò si assistant Celebranti beneficiati, vel Capellani, non facilè cognoscetur, eos non esse Canonicos, sed Sedes Canonicales plenas populus conspiciet. Quod sanè in Ecclesiæ, & Capituli decorem redundabit, ut per Gratian. *discept. 867. num. 44.*

5 Ac præcipuè, si consueverant modò Canonici, modò beneficiati, sive Capellani munia hujusmodi subire. Ex hoc enim liquet, quod ad Canonicos ea non pertinebant. Nam si ad illos pertinuissent, nunquam aliena munia beneficiati subiissent. Ideòque cùm cesset titulus, propter quem Canonici obligati sint, actus per eos hactenus gesti, tanquam merè voluntarii, & facultativi, neque ad consuetudinem, neque ad præscriptionem, neque ad possessionem inservire possunt, *l. Proculus, ff. de damn. infect.* Decian. *cons. 44. num. 133. vol. 4.* Rota *dec. 473. num. 1. & 4. par. 3. recent.* ubi quod requiritur prohibitio, & acquiescentia, *& decis. 545. num. 3. ejusdem par. 3.* ubi de actibus facultativis in piam causam, cujus favore, licet etiam hujusmodi actus attendantur, id tamen procedit, quando actus sunt uniformes, & longum tempus intercesserit.

6 Quare non obstat, quod favore cultus divini in facultativis detur manutentio, quando probatur frequentia actuum. Nam pars adversatrix, vel insistit in actibus gestis à Canonicis, uti Canonicis, & in illis se fundare non potest, cùm Canonici, uti Canonici, ad hæc munia adimplendum sint inhabiles. Vel se fundat in his actibus gestis à Canonicis Sacerdotibus, & in sacris constitutis, uti habentibus Ordines sacros, & ex istis nullam possessionem contra successores acquirere potuit, quia non fuerunt facti ab illis, tamquam Canonicis, sed tamquam habentibus sacros Ordines, quæ cum sit qualitas extrinseca à natura Canonicatuum, & actus non potuerint fieri jure Canonicatus, non potuit ex illis aliquid contra successores acquiri, Abb. *in cap. dilecti num. 7. de for. comp.* Vel demum se fundat in actibus gestis à modernis Canonicis, uti Sacerdotibus, & ex illis nulla ei potuit acquiri quasi possessio manutenibilis. Nam, præterquamquod isti actus debent probari, debet in eis intervenire longitudo temporis, & eorum frequentia, sine quibus in facultativis manutentio non datur.

7 Et quatenus Archipresbytero de jure deberetur, non potest concedi, nisi ad limites suæ possessionis in dictis actibus fundatæ, & sic solum quando Archipresbyter est inhabilis ad talia munia peragenda, vel impeditus, & in

& in ejus absentia, in quibus casibus præsumitur, Canonicos Archipresbytero inservisse, Ludovis. *decis. 596. nn. 1. & 6.* Atque hæc quidem de jure communi. Vide quæ de hac re dixi *tom. 1. & tom. 8. consult. 115.* & alibi.

8 Quod si ageretur de Canonicis alicujus Ecclesiæ Collegialis in Urbe, vel Causa remittenda est ad illius Cardinalem Titularem, & in illa jurisdictionem Episcopalem habentem, *c. hæ, quæ, de usujar. & obed.* Gratian. *discept. 298. num. 75.* vel saltem ipse ad causam pro suo interesse vocari. Nam vel agitur de concedenda manutentione Adversario super jure sibi debito, & cùm causa sit in prima instantia, coram suo Ordinario, cognoscì debet ex S. Concilio Tridentino *sess. 24. c. 20. de ref.* & sic coram Eminentissimo Titulari, cujus jurisdictionem per quascumque facultates à Summo Pontifice concessas, nunquam derogatum intelligitur, nisi fuerit expressè de Eminentissimis Cardinalibus facta mentio. Præsertim quia non agitur de materia respiciente morum reformationem.

9 Vel agitur de inducenda aliqua obligatione de novo ad favorem adversarii contra Canonicos, & sic de alteranda, sive mutanda natura Canonicatuum, & statu Collegiatæ, & hoc casu necesse est vocare Eminentissimum Titularem, cujus interest statum suæ Ecclesiæ non alterari, & cujus suffragium in mutatione, sive alteratione, uti benè informati, exquiri debet.

10 In casu autem, quo Episcopus, vel Eminentissimus Titularis ex causa necessitatis, vel utilitatis Ecclesiæ velit compellere Clericos ad suscipiendos Ordines sacros, eorum beneficiis non annexos, & ipsi fateantur, se crimen aliquod secretò commisisse, quod eos ordinari non sinat, an talis confessio præjudicet adeò ut sic reuentes, beneficiis privari possint. Doctores apud Fagnanum *in c. Quæris de et. & qual. à n. 21.* triplicem forum distinguunt. Contentiosum, seu judicialem, pœnitentialem qui etiam dicitur forus animæ, seu forus Sacramentalis, & mistum, quem alii forum quasi pœnitentialem appellant. Et aiunt, si beneficiati fateantur in foro contentioso, se hujusmodi peccata commisisse, utique talis confessio præjudicat adeò, ut secundùm qualitatem delicti beneficiis privari possint, quia facit notorium juris, *ut in c. quæsitum de temp. ord.* Quod procedit, sive fateantur, se talia crimina commisisse ante promotionem; removendi enim sunt ex quo tempore suæ examinationis alia obtacuerunt, *can. ult. d. 24. can. ex pœnitentibus d. 50. can. si qui. & can. sequenti d. 81.* Sive fateantur, se illa commisisse post promotionem. Nam similiter sunt expellendi, ex quo sua culpa reddiderunt se indignos, *arg. c. 1. de ætat. & qualit. ord.* secundùm Glossam *in d. c. quæris, v. fatentur*, quæ à Doctoribus communiter approbatur.

11 Si autem hæc confiteantur in foro pœnitentiali, nullatenus privari debent, quia sic proderetur peccator pœnæ impositione contra jura, *ut in c. 2. de offic. ord.* Debent tamen secretò, ideò in ipso pœnitentiæ Sacramento instrui, & informari, quod, salva conscientia, beneficium retinere non possunt, & suaderi, ut cedant, si crimina sint talia, quæ post pœnitentiam impediant Ordinis executionem secundùm ea, quæ leguntur, ac notantur *in c. nisi cum pridem § propter conscientiam de renunc.* ac deinde conscientiæ suæ sunt relinquendi. Si tamen posteà ex contemptu renuerent ordinari, & de hoc constaret judicialiter, benè privari possent, aliàs non, prout distinguit *d. c. Quæris.* Sed certè tunc non versaremur in hoc secundo casu, sed in primo. Quia Sacerdos non solùm sciret, eos esse criminis reos, ut Deus in foro Sacramentali, sed etiam, ut Judex in foro contentioso, *ut in d. cap. 2. de offic. ord.*

12 Si verò talis confessio fiat in judicio misto, puta in examinatione Ordinandorum, vel si audita monitione Prælati secretò confiteantur ei, non tanquam Sacerdoti, sed tanquam Episcopo; tunc quia judiciale, repelluntur, & quia pœnitentiale, pœna ordinaria non puniuntur. Quod verissimum est, etiamsi crimina sint prorsus occulta, dummodo illa noverit Episcopus extra Sacramentum pœnitentiæ per textum *in cap. ad aures*, ibi: *Quoniam esse potest, quod Prælati eorum commissa secretè noverint, ex quibus constat eis, quod sibi conscientia, nequeunt ordinari de temp. ord.* Qui textus, etsi loquatur in subditis regularibus tamen ampliatus est etiam ad Clericos sæculares à Concil. Trid. *in c. p. 1. sess. 14.* ut declaravit ejus S. Congregatio.

13 Nec obstat textus *in d. cap. 2. de offic. ordin.* quia loquitur in Judice, qui delictum occultum sibi extrajudicialiter notum vult publicè arguere, ac punire, non autem Prælato, qui ob delictum occultum vult repellere ab Ordinibus suscipiendis Clericos non arctatos ratione beneficii, ut si concilietur cum *d. cap. ad aures.* Cum enim sit in facultate Episcopi illos non promovere, ejusque arbitrio relinquantur, an subsit Ecclesiæ utilitas, vel necessitas, utique repellendo non intelligitur prodere illorum delicta. Et nihilominus hodie *ex d. cap. 1. sess. 14.* potest Episcopus ex quacumque causa, etiam ob occultum crimen, quomodolibet extrajudicialiter, non tantum prohibere suis subditis assensum ad sacros Ordines, sed etiam eos suspendere à suis ordinibus, gradibus, & dignitatibus Ecclesiasticis, & corrigitur *c. ex tenore de temp. ord.* ex S. Congregationis sententia, & ampliatur, ut dixi, *d. cap. ad aures* ita, ut comprehendat quoque Clericos sæculares, & dignitates, vel beneficia, quibus annexus sit Ordo, obtinentes, tam quoad facultatem prohibendi assensum ad Ordines, quàm etiam suspendendi, utique potestatem ademptam esse. Fuit etiam dictum ab eadem S. Congregatione, declaratum ad Ordines suscipiendam ex hoc non incidere in pœnam *c. licet can. de el. ct. in 6. juxta c. ex commiss. eod. tit. & lib.* Et quamvis adimatur appellatio, non tamen tollit recursum, quinetiam *d. c. 1. sess. 14.* S. Concilii habere locum, tam in suspensionibus, & prohibitionibus temporariis, quàm perpetuis & temporalem prohibitionem, & susceptionem dici eam, ubi ex delicto occulto extrajudicialiter procedit Episcopus ad suum beneplacitum prohibendo, & suspendendo, quæ dictum tempus suæ administrationis non excedunt. Quod si Ordinarius aliquem ordinare recuset, committit Sanctitas Sua Metropolitano, vel Viciniori Episcopo, ut ab eodem Ordinario prius requirat, quo causam legitimam non allegante liceat illi eundem recusatum ordinare. Quod in Dataria servatur. Ex nova tamen causa Episcopus potest ei, quem aliàs ad celebrandum, audiendas confessiones, & prædicandum approbavit, interdicere, quia ex quacunque causa ob occultum crimen potest Episcopus subditos, etiam ab Ordinibus suspendere, ut liquet *in d. decreto cap. 1.*

14 Sed, an possit Episcopus, & an contra S. Concilium committat, cùm ex causa, vel occulto extrajudicialiter alicui, ne Missam celebret, interdicit, monitorium facere, & in illo pœnam excommunicationis inferre, quæ omninò Scripturam requirere videntur? Et posse, dixit S. Congregatio, nec faciendo, contra Concilium committere; quin, si apud Metropolitanum, vel aliquis suspensus conqueratur, cum non adsit in actis suspensionis causa, quæ soli Episcopo est nota, ut illum liberet, inhiberi minimè posse, recursum tamen ad Sedem Apostolicam, cum agatur de interpretatione, & Concilii observantia, non prohiberi.

15 An verò, & quatenus possit Episcopus cogere Clericos, sibi subditos, ad Ordines suscipiendos, ita distinguendum est. Aut Clerici sunt non beneficiati, nec habentes titulum, & hos Episcopus compellere non potest, quia Sacramentum Ordinis est voluntarium, ut legitur *in §. si ergo Sacram. 1. q. 1. in §. ult. 2. q. 4. & in c. veniens de transact.* Quod procedit, etiamsi sint expectantes auctoritate Apostolica vigore mandati de providendo, seu ad vacatura. Nam tales, etiamsi velint, ad titulum hujusmodi expectationum ad Sacros ordines promoveri non possunt, & satis probatur jure novissimo S. Concilii Tridentini *in c. 2. sess. 21.* ubi decernitur, ne

quis

quis deinceps ad sacros Ordines promoveatur, nisi prius legitimè constet, eum beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honestè sufficiat, pacificè possidere. Nam expectantes non possident, nec habent jus in re, sed tantum ad rem, *ut in extravag. Sedes Apostolica de concess. præb.* idest jus ad petendum beneficium competens condictione ex Canone, seu Officio Judicis, ut notat Innoc. *in cap. cum M. gloss. penult. de constit. & in cap. inter cætera v. scilicet collatio de præb.* Rursus id procedit, etiamsi sint pensionarii. Nam neque tales, etiam volentes, ad titulum pensionis promoveri possunt, cùm pensio non sit titulus ad Ordines nisi dispensativè, ut declaravit S. Congregatio. Et cùm hæc materia compulsionis ad Ordines in non arctatis ratione beneficii sit exorbitans, appellatione beneficii non venit pensio per textum *in cap. quamvis* Franch. *n. 2. de præb. in 6.* Staphil. *de lit. grat. in nov. form. expedit. verb. n. 27.*

15 Aut Clerici sunt beneficiati, & tunc subdistinguendi sunt duo casus. Primus est cùm beneficia hujusmodi habent Ordinem annexum. Secundus est cum non habent.

16 In primo casu, si quidem nullum appareat Canonicum impedimentum, quod obstat, utique potest Prælatus compellere Clericos ad suscipiendos Ordines suis beneficiis annexos, sub distinctione tamen beneficiorum. Nam si beneficium sit Parochiale, & non fecerint se promoveri intra annum absque monitione aliqua, sunt ipso jure beneficio privati, *ut in d. cap. licet Canon de elect. in 6.* Idemque dicendum de Prioratibus Conventualibus, *ut in Clem. ne in agro*, §. *cæterum de stat. Monach.* Estque simile in Episcopatu, in quo non requiritur monitio, sed sufficit negligentia electi per lapsum temporis à Canone præfiniti, *ut in cap. quoniam 100. d. & in cap. cum in cunctis.* §. *Cum vero de elect.* & nunc est expressum in S. Concilio Trid. *cap. 2. sess. 23.*

17 Si beneficium sit collegiatum, & curatum privari poterunt. *ut in d. cap. cum in cunctis* §. *inferiora*, quod non est correctum per *d. cap. Licet Canon*, *ut* ibi notat *Glos. in v. Parochialis*, & hodie est expeditum *in cap. statutum de elect. in 6.* ibique *Glos.* 1. & Franch. *nu.* 2. Nec est correctum per constitutionem Concilii Constantiensis sub Martino Quinto, ut per Gemin. *cons.* 131.

18 Si verò sint dignitates non curatæ, puta Archidiaconatus, Abbatia, Decanatus, Præpositura, & Archipresbyteratus, similiter cogi poterunt per subtractionem beneficii, monitione præmissa, *ut in cap. 1. de æt. & qual. ord.* Idem si sint curatæ, quo casu promoveri debent ad Ordinem Sacerdotalem, qua de re alibi fusè.

19 Si sit Canonicatus, vel præbenda, aut portio in Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia, quamdiu non promoventur ad Ordinem, illi annexum, privantur voce in Capitulo, eisque subtrahitur pars dimidia distributionum per textum *in Clem. ut ii*, §. *illi verò de æt. & qual.* innovata, & ampliata à Concilio Tridentino *in cap. 4. sess. 22.* & ideo respondit Sa. Congregatio.

20 In Ecclesiis verò, in quibus Episcopus tenetur procedere cum adjunctis ad præscriptum S. Concilii Tridentini *cap. 6. sess. 25. de ref.* non poterit hoc casu solus ad sententiam privationis procedere, ut eadem S. Congregatio declaravit. Nam consulta, an Episcopus possit absque adjunctis procedere ad privationem Canonicatuum ex eo, quod Ordines eorum præbendis annexos Canonici non susceperint, vel quod non resederint, respondit, *non posse, nisi velit contra eos ad alias pœnas, & multas ob non residentiam procedere. Id enim solus posset.*

21 Nec refert, quod opportunum videatur censuisse S. Congregatio in litteris ad Archiepiscopum Burgensem exaratis, quarum tenor talis est: *Dubium visum non est Illustrissimis Patribus ad explicandos, quæ ex Tridentino Concilio possint oriri quæstiones à S. D. N. in consultum adhibitis quin Amplitudini tuæ liceat tertiam partem ex fructibus Dignitatum istius Ecclesiæ, non quemadmodum denuncia olim fuit, sed secundum veram eorundem fructuum æstimationem ex integro nunc deducere. Sed si inter utramque deductionem non ita multum interfit, magis placuit in ea nihil innovari. Illud autem sine distinctione verum est, eos, qui non suscipiunt Ordines suis Canonicatibus, Portionibusque annexos, pœnam etiam privationis ab Amplitudine tua per se ipsam, etiam solam, sine Adjunctis ad id compelli posse. Quod & ad eamdem Amplitudinem tuam rescribi Patres voluerunt, quam Deus incolumem, & divinæ gratiæ muneribus auctam velit. Romæ die 29. Maij 1590. Hieronymus Cardinalis Mattheus.* Id, inquam, non refert, quia hujusmodi litteræ videntur intelligendæ de pœna privationis fructuum, vel quotidianarum distributionum, de quibus actum fuerat in priori parte ad formam *d. Clem. ut ii* §. *illi verò*, & *d. c. 4. sess. 22.* non autem de pœna privationis tituli. Et hoc modo ultima hæc divisio cùm præcedenti conciliatur, quicquid contra scripserit Garz. *de benef. p. 3. c. 4. n. 18.*

22 Minus refert, quod ubi non proceditur per viam accusationis, ad pœnam depositionis, vel degradationis, sed tantummodò ad revocationem à beneficio per viam denuntiationis, inquisitionis, vel exceptionis, non dicatur agi criminaliter actualiter de crimine, *ut in cap. per tuas 1. circa finem de Symon.* & annotat Feder. de Sen. *cons. 23. n. 2.* Nam decretum *d. cap. 6. sess. 25.* complectitur omnes modos procedendi, ut patet ibi: *Sed & quoties ex officio, vel ad petitionem alicujus, &c.* Et dum postea præcipit adhiberi adjunctos, hoc tantum requirit, ut Episcopus extra visitationem procedat, *ut in vers. Ita tamen &c.*

23 Si verò appareat aliquod impedimentum, propter quod promoveri non possunt, ut irregularitas, vel aliud hujusmodi, tunc, aut tale impedimentum erat contractum antequam Clerici essent hujusmodi beneficium, vel dignitatem assequuti, aut post. Si ante, tunc, aut in promotione ad beneficium, vel dignitatem tale impedimentum subticuerunt, & sunt ab hujusmodi beneficio amovendi *per can. ex pœnitentibus d. 50. & per cap. expostulasti* cum ibi notatis *de corpor. vitiat.* idque in odium ipsorum ordinandorum, qui debuerant prodere impedimentum suum, *ut can. quando*, & *can. ult. d. 24. can. tantis & can. quicumque d. 81. & can. Artaldus 8. q. 3.* Quod intelligendum est, si hoc judicialiter confessi fuerint; quia tunc possunt deponi incontinenti, & immediatè ex delicto, *ut cap. si constiterit de accus.* ibique Butr. *n. 11.* Secus autem si in Judicio animæ, aut misto. Item hoc intelligendum est, nisi cum eis fuerit legitimè dispensatum ad beneficium, ac Ordinem, illi annexum. Quia tunc compelli non poterunt ad Ordinem suscipiendum, *arg. can. Quia simpliciter d. 56.* Ex quo enim cum eis dispensatum est quoad Ordinem, perinde est, ac si nunquam tale impedimentum contraxissent *arg. l. quod ita Senatum ff. de ædil. edict. & can. ferrum d. 50.* Sed si ab initio non contraxissent hujusmodi impedimentum, utique ad Ordinem illum possunt compelli. Neque enim hoc casu debent esse melioris conditionis, quam si nunquam habuissent impedimentum, *ut ca. 2. de fil. presbyt. lib. 6. & l. 1. & 2. ff. de nat. restit.*

24 Quod tamen intelligendum est, si cum eis dispensatum fuerit, nedum ad beneficium, sed etiam ad recipiendum Ordinem, illi annexum; alioquin si dispensatum fuerit ad beneficium dumtaxat, non poterunt ad Ordinem compelli, cum non possint ad illum promoveri, *ut in cap. tuam de ætat. & qualit.* & notat *in d. cap. quæris eod. tit.* Boich. *col. 1.* Et hinc fit, ut obtinens præbendam ante ætatem legitimam ex dispensatione Apostolica, privari non possit ob non promotionem ad Ordinem eidem præbendæ annexum, ut notat Rebuff. *in pr. ben. in tit. de non prom. 55.* & scripsit S. Congregatio Concilii ad Episcopum Calagurritanum his verbis: *Sacræ Congregationi datus est supplex libellus Joannis Ferret, velle Amplitudinem tuam ei Canonicatum cum præbenda, quæ iste obtinet, adimere ob eam causam, quod intra annum non sit promotus ad sacros Ordines ex decreto Concilii. Qui cum tantummodo decem, & octo annos, ut ab eodem relatum est, natus sit, neque per decretum Concilii cap. 12. sess. 23. ante vigesimum secundum annum sacris initiari possit, non videtur esse cogendus, ut nisi sacros Ordines suscipiat, Canonicatu privetur, de quo Pontificias litteras expedivit. Itaque si res ita est, mandat tibi Sua Sanctitas, ut conservata isti Joanni possessione, eum prius non cogas ad sacros Ordines promoveri, quam ad vigesimum secundum annum pervenerit.*

25 Si verò hujusmodi impedimentum est contractum posteaquam Clerici fuerunt beneficium, vel dignitatem assecuti, tunc aut contractum est sine culpa ipsorum, ut quia post electionem, & confirmationem, sed tamen ante ordinationem effecti sint irregulares, puta quia sine culpa oculum, vel manum amiserint, & tunc nec privari debent beneficio, neque ad Ordines compelli *per d. cap. cum in cunctis* §. *inferiora*; ibi: *Si canones non obstant de elect. cap. 1. de Cler. ægrot. d. Clem. ut ii* §. *illi verò*, ibi: *justo impedimento cessante, de æt. & qual. l. qui furere ff. de stat. hom. l. 1.* §. *casum ff. de postul. & l. divus ff. de offic. Præsid.* Neque enim debet addi afflicto afflictis, *ut in d. cap. 1. & in can. cum percussio 7. q. 1.* & tenent *in d. cap. 1. de æt. & qual.* Glos. *v. amittant.* Innoc. *eod. v.* Abbas antiquus in *v. prohibente*, Ost. *n. 3.* aliique communiter.

26 Aut in tale impedimentum inciderint culpa sua, ut si duellum obtulerint, vel susceperint, & in eo manum, vel aliud membrum amiserint secundùm ea, quæ declarat Ostien. *loc. cit.* Et hoc casu non sunt compellendi ad Ordines, sed privandi beneficio, *ut in cap. ex parte B. & cap. significavit de corp. vit.* Et in hoc casu loquitur textus *in d. cap. 1. in fin.* ut ibi declarat Glossa, Innocentius, & alii.

27 In secundo autem casu principali, idest cum Episcopus vult cogere Clericos ad suscipiendos Ordines, suo beneficio, vel dignitari non annexos juxta terminos *in d. cap. quæris de ætat. & qualit.* in quibus necessitas, vel utilitas Ecclesiæ non exigit eos promoveri, non sunt ullatenus cogendi. Quinimò puniendus est Episcopus, si eos cogeret, *ut cap. 1.* & *2. & can. ubi ista d. 74. &* per Boich. *in d. cap. quæris in fine.* Si verò id exigat Ecclesiæ necessitas, vel utilitas, refert, an Clerici renuant ordinari propter crimen, quod fatentur se commisisse, aut propter aliud impedimentum, quod asserunt, se contraxisse, aut pro nuda voluntate.

28 In primo casu, cùm, excepto homicida, & simoniaco, & aliis criminosis, qui post peractam pœnitentiam Ordinis executionem non habent, de quibus per Glossam, Innocentium, & Doctores *in cap. nisi cum pridem* §. *propter conscientiam de renunc.* quilibet peccator occultus, peracta pœnitentia, salva conscientia, possit promoveri, & in susceptis ministrare, *ut in cap. quæsitum de temp. ord.* cogendi erunt, se dignos facere per pœnitentiam, *can. prædicandum 22. q. 1. can. Subdiaconus 24. q. 1. can. non licuit. d. 17.* ut scilicet Episcopus dispenset cum eis, *can. in scripturis 8. q. 1.* & annotat *in d. cap. quæris*, Ostien. *n. 4.* Quod si pœnitere, ac se dignos facere recusaverint, Episcopus debet alios inferiores ad illos Ordines promovere, & renuentes à beneficiis amovere, & alia conferre Clericis promotis, *ut in d. cap. quæris.* & in hoc casu potest intelligi *can. consuluit d. 74.* nisi tamen renuentes sint valdè utiles in aliis Ecclesiæ negotiis. Quo casu tolerandi sunt in suis beneficiis, ut est casus *in d. cap. quæris*, *v. nisi.* Unde secundùm Butr. ibi *num. 2.* Ordo procedendi est, ut si Episcopus cognoscat, Clericos fore utiles in aliis Ecclesiæ negociis, eos non cogat Ordines assumere. Sin minus, & necessitas, vel utilitas Ecclesiæ id postulet, eos compellat, & statim privet beneficio, & aliis conferat, non ex vi delicti, quod sibi judicialiter non innotescit, sed ex contumacia non parendi, quæ saltem judicialiter habebit aspectum veræ contumaciæ, & indicabit talem non ex delicto privari, sed ex contumacia. Poterunt etiam compelli per suspensionem ab Ordinibus jam susceptis, & sic possunt intelligi textus *in can si qui Clerici, & in can. placuit. d. 74.*

29 In secundo autem casu, idest cum renuunt Ordines susci-
pere propter impedimentum, puta infirmitatis, vel aliud temporale, aut perpetuum, non proveniens ex suo delicto, tunc non sunt cogendi. Quod si cogerentur, & appellarent, effet eorum appellatio admittenda *arg. l. 1.* §. *si quis tutor ff. quando appellan. sit.*

30 In tertio denique casu, scilicet cum renuunt ordinari pro sola voluntate, seu quod idem est ex injusta causa, *ut in cap. 2.* §. *sed neque de transl. Episc.* secundùm Ost. *in d. cap. quæris n. 4.* & Jo. Andr. *n. 12.* primum debet Episcopus eos privare loco, auferendo vocem in Capitulo, vel quotidianas distributiones, vel alter aggravando, ut patet *in d. Clem. ut ii de æt. & qual.* quæ declarat *d. cap. quæris* secundùm Butr. ibi *num. 11.* Nam, etsi loquatur de obtinentibus beneficia, quibus certi Ordines sunt annexi, ut statim non sint privandi, à fortiori vendicat sibi locum in obtinentibus beneficia, quæ hujusmodi Ordines non requirunt, de quibus agitur *in d. cap. quæris* Quod si in contumacia perstiterint, debebit eis beneficiorum redditus ad tempus subtrahere secundùm Innoc. Ost. & communem, donec scilicet Ordines recipiant. Si enim auferentur eis ex toto; iniquum esset eos ulterius compellere ad Ordines suscipiendos, ut advertit Innoc. *in d. c. quæris n. 2.* Quod etiam suadetur ex eo, quod ibi legitur: *per subtractionem*, hæc enim subtractio ad tempus fieri consuevit, *cap. pastoralis* §. *fin. de appell.* secundùm Ost. *n. 5.* & Butr. *n. 10.* Durante adhuc contumacia, poterit eos privare beneficio, appellatione remota, *ut in d. c. quæris*, & *d. can. Can. si qui Clerici*, & *can. placuit d. 74. & can. displicet 23. q. 4.* Nam si quis non vult operari, nec manducet ad Thessal. *2. c. 3. & l. si ex duobus* §. *fin. ff. de noxal. & l. quamvis ff. de damn. infect.* Quia magis contemnit is, qui injustum impedimentum allegat. Ergo cum magis rebelli durius, & cum minus rebelli mitius est agendum.

31 Et quidem, ut piè, ac eruditè tradit D. Abbas Carolus Bartholomæus Plaza in suo scripto pro Ecclesia sua S. Mariæ, in Cosmedin, ea semper fuit Sacrorum Canonum, & Ecclesiæ mens in Collegiatis Ecclesiis erigendis, ut quemadmodum in Ecclesiastica psalmodia Canonici simul divinas laudes persolverent, ac eructarent eloquia, ita hostiam propitiationis concordi vicissitudine immolarent. Quare non videtur in dubium revocandum, ubi saltem necessitas, & utilitas id requirit, esse compellendos, non solum ad subdiaconatus, sed ad presbyteratus ordinem, cùm sit clarissima S. Concilii Tridentini dispositio *in sess. 22. cap. 4.* §. *ii verò qui dignitates, personatus &c.* Et *d. Clem. ut ii de ætat. & qual.* addita causa, ut omnes functiones Canonicales exercere possint per se ipsos, & non per alios. Quæ verba cum sint generalia, omnes æquè Canonicos comprehendit; neque enim ulla major ratio est, cur unus obligetur, & non alius, ut habet Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 6. quæst. 11.* Rodrig. *tom. 2. quæst. regul. 51. art. 5.* Zerol. *in pr. Episcop. p. 1. v. Canonica* §. 2. Monet. *de distrib. p. 2. q. 19. n. 7.* Garz. *cap. 4. n. 10.* cum aliis apud Barbos. *de Canon. & dignit. cap. 16. n. 8. & 9.* Alioquin Ecclesia careret suis ministris. Nam Canonici Clerici, qui nullas possunt Canonicales functiones exercere, ut sunt Missas canere, Diaconi, & Subdiaconi munus obire, divinum intonare, seu dirigere officium, hebdomadarium per turnum agere; & id genus alia, ob defectum Ordinis verè, ac propriè ministri Ecclesiæ dici nequeunt. Minister enim Varroni *de ling. lat.* dicitur, qui inservit, & ministrat, non qui ociatur. Atque ideò Angeli dicuntur Dei ministri, & administratorii spiritus, quia omnes simul incessabili voce Deum laudant, & nostram assiduè salutem operantur.

32 Neque omittendum videtur ex mente S. Concilii Trid. *sess. 23. cap. 4. de ref.* primam Tonsuram, & Ordines minores esse ab Ecclesia institutos eo fine, ut sint dispositi ad majores suscipiendos ideòque Clericos quoscunque ex debito propriæ vocationis teneri ad eosdem promoveri adeò, ut communis sit Theologorum,

& Ca-

& Canoniſtarum ſententia, ſuſcipientem primam Tonſuram, & minores Ordines animo nunquam ſuſcipiendi majores, & intentione non perſeverandi in ſtatu Clericali, ſed ſolum ut declinent forum ſæcularem, vel ut gaudeant tantum redditibus Eccleſiaſticis, & facilè poſſint ad ſtatum ſæcularem tranſire, lethaliter delinquere, & Epiſcopum eum ordinantem gravi culpa non vacare, ut Bano. 2. 2. *q.* 12. *art.* 1. *in* 2. *diff. concl. fin.* Navar. *in Man. cap.* 25. *num.* 108. Rodrig. *in ſum. tom.* 2. *cap.* 17. *concl.* 2. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 3. *num.* 16, & 17. quamvis alibi ſalvet à mortali, non tamen à gravi, Gallet. *v. ordo pag.* 194. *col.* 2. Coninch. *diſput.* 20. *num.* 104. & *ſeq.* Homob. *de exam. Eccleſ. p.* 1. *tr.* 3. *queſt.* 2. & 3. Villalob. *in ſum. tr.* 11. *diff.* 14. *n.* 2. Dian. *p.* 2. *tr.* 2. *miſcel. reſol.* 22. aliique plurimi. Multò magis id erit dicendum de iis, qui prima Tonſura, & minoribus Ordinibus ſunt initiati, & de Canonicatu proviſi, ut præcisè ſint divini cultus, & ſacrorum Altarium miniſtri.

33 Vnde nil mirum, ſi non augeatur, ſed potius decreſcat *ex* rationabili admiratione populorum devotio, quod in Canonicorum Collegiis vel nullus, vel exiguus ſit numerus Sacerdotum, qui ſuo Canonicali munere fungi valeant. Et fortaſſe ſcandaloſum, & contra Eccleſiaſticam æquitatem, quod aliqui in eadem Eccleſia eodem fruantur Chriſti patrimonio oſcitantes, alii verò pondus diei, & æſtus ſuſtinere cogantur. Et nemo ſanè eſt rerum liturgicarum peritus, qui hanc Sacerdotum paucitatem unius Collegiatæ Eccleſiæ, non admiretur. Quonam autem modo Canonici Clerici ſuæ hebdomadæ vicibus perfungi poterunt, ac divina celebrare officia, qui vix Eccleſiaſticæ militiæ limen attigerunt. Celebrare enim eſt munera Canonicalia pro ſuis æquali miniſterio vicibus exercere, colere, frequentare, honorare. Hoc enim ſignificat verbum celebrare, ut habetur ex Varrone, Livio *l.* 6. *decad.* 4. & Cic. 3. *de orat & pro Rab.* & 6. *Philip.* Quomodo hebdomadarius Clericus ſtolam deferre poterit, Sacerdotibus præcedere, benedictiones impertiri, abſolutiones dare, ſalutationem diaconalem, ſeu Sacerdotalem Dominus vobiſcum proferre, Veſperas canere, ac ſimilia adimplere, quæ ſacris tantummodo Ordinibus inſignitis competere poſſunt ſine evidenti Sacrorum Rituum deformitate; Quinimmo Miſſas celebrare ſuæ hebdomadæ correſpondentes juxta præſcriptum Ritualis Romani paſſim, & Cæremonialis Canonicorum, ut ex Gavant. *in man. Epiſcop. v. hebdomadarius.*

34 Gravia inſuper, admiſſo hoc libertatis abuſu, in caſu ſaltem neceſſitatis, vel utilitatis Eccleſiæ, ſequerentur abſurda, & incommoda Eccleſiæ contra ſacros ritus. Tum quia poſſet dari caſus, quod nullus Canonicus, excepto Archipresbytero, eſſet in ſacris. Non enim eſt major ratio, quod unus ſit, & non alius, vel ad perexiguum numerum reduci, ut vix poſſint celebrari Miſſæ Conventuales cum aſſiſtentibus, Diacono, & Subdiacono Canonicis. Secundò, quia tunc legitimè Capitulum non poterit congregari, & aliquid in eo canonicè decerni ex defectu vocis, & intereſſentiæ. Tertiò, quia melior eſſet conditio Canonicorum Clericorum, licet inferioris Ordinis, quàm Sacerdotum, & Diaconorum, qui ſolius præſentiæ meritò æquales lucrarentur diſtributiones contra juris regulam, quod commodum ſimul, & incommodum debeat æqualiter compenſari, ut per Rotam in Abulenſi juriſdictionis 6. Februarii 1586. coram Pamphilio. Quartò, quia manifeſtè fraudaretur animus S. Concilii Tridentini. Ad nihil enim omninò deſerviret pœna privationis vocis, & Capituli intereſſentiæ non promotis ad ſacros Ordines, ſi illis poſſet ſuffragari hæc exemptio libertatis.

35 Et quamvis S. Concilium Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 2. *de ref.* ſtatuens Canonicatibus Ordines ſacros eſſe annectendos, procedat dumtaxat in Eccleſiis Cathedralibus, non autem in Collegiatis, in quibus ſimplices Clerici, habentes ætatem quatuordecim annorum admittuntur, ut per Abb. *in c.* 2. *n.* 5. *de inſtit.* cum aliis plenè relatis à Gratiano *diſcept.* 482. *num.* 1. Monet. *de diſtrib. p.* 2. *q.* 19. Homob. *de ſtat. hom. p.* 1. *cap.* 9. *n.* 2. & conſequenter his Canonicis non eſt annexum onus, quod Ordines ſacros requirat. Quia cùm ex poſitione conſequentis reſultet poſitio neceſſarii antecedentis, ſequitur neceſſitas ſuſcipiendi ſacros Ordines *ad l.* 2. *ff. de juriſd. omn. Iud.* Everard. *loc. arg.* 94. Quæ neceſſitas ſacribus Ordinibus cum ſublata ſit, ſublatum quoque remanet onus retorquendo argumentum, ut ex remotione antecedentis conſequens, removeatur, *l. ne feres ff. de itin. actuque priv.* Everard. *loc.* 96. & Anton. Monach. *dec. Florent.* 29. *n.* 6.

Non tamen excluditur, quin in caſu neceſſitatis, vel 36
utilitatis Eccleſiæ, cum ad competentem ætatem pervenerint, promoveri ad Ordines majores teneantur. Vnde dictum S. Concilium circa ætatem promovendorum nihil innovavit, ſed reliquit intra terminos juris, qui ante ipſum Concilium præſcripti erant, ut à S. Congregatione Concilii fuiſſe declaratum, teſtatur Selell. *inſelect. Canon. cap.* 2. *nu.* 3. Gonzal. *gloſ.* 5. *n.* 92. Piaſec. *in pr. Epiſcop. p.* 2. *cap.* 5. *nn.* 21. Ricc. *in pr. for. Eccleſ. dec.* 735. Rebuff. *in pr. benef. tit. de diſpenſ. etat. num.* 2. Qui omnes nihilominus aſſerunt, quod Canonicus in ſacris non conſtitutus, præſcribere nullo modo poteſt, quin cùm ad competentem ætatem pervenerit, non debeat promoveri, maximè ut dixi, in caſu neceſſitatis, & utilitatis Eccleſiæ.

Hinc non ſuffragatur iiſdem Canonicis Clericis ulla 37
prætenſa libertatis conſuetudo, quæ rationabilis eſſe non poteſt, & corruptelas inducit, cum manifeſtè divinum cultum diminuat, retrahatque Clericos à majoribus Ordinibus ſuſcipiendis, & à ſacrorum Altarium miniſterio, ad quem finem oblationes fidelium, quæ ſunt pretia, & remedia peccatorum ex D. Joanne Chryſoſtomo, fuit principaliter inſtitutum, non verò ut Clericis, in perfectam Chriſti ſortem aſſumptis, ſed ſacra munera dedignantibus damnato ambiguæ vocationis prætextu, reſervato ſibi ad ſæculares nuptias, ſeu profanam ſervitutem tranſitu, deſervirent, in evidens Eccleſiæ præjudicium, cui alii inopes, atque litterarum, ac virtutum exemplo clari Sacerdotes cum Eccleſiaſtici Ordinis fœnore, ac dignitate propenſius inſervire gauderent.

Quare nullam eſſe, ac irrationabilem hanc conſue- 38
tudinem apertè ſtatuitur *in cap. de conſuet.* Eaque rationabilis tantum dicitur, cujus finis bonus eſt, ex aliqua juſta ratione inducta, à nulloque jure reprobata, ut firmat Gloſ. *in d. cap. fin.* quæ allegat etiam *c. cum dilectus eod. tit.* Et ſimiliter ea eſt rationabilis cenſenda, quæ habet illas tres comites rationes, nimirum ut religioni conveniat, congruat diſciplinæ, & ſaluti proſpiciat, ut ait textus *in can. conſuetudo d.* 1. ibique Gloſſa, Archidiaconus, ac cæteri, traditque Monet. *de diſtrib. d. p.* 2. *quæſt.* 12. *num.* 8. Quæ omnia non ſolum hujuſmodi conſuetudini non congruunt, ſed obſtant; nam potius religionem dedecet, diſciplinæ repugnat, & ob diminutionem cultus divini ſcandala inducit, ideòque damnabilis eſt, atque injuſta, & ab Eccleſiæ Sanctuario eliminanda. Multòque minus valet hæc conſuetudo, ſi ſit introducta in favorem ipſorum Canonicorum, & in præjudicium Eccleſiæ, ut in ſimili ait Garz. *de benef. p.* 8. *cap.* 1. *num.* 90. per textum *in c. cum omnes de Conſtit.* Nihilque relevat, quod ex eorum devotione aliqui ex Canonicis fuerint ad ſacros Ordines promoti. Nam ſacra miniſteria ad neceſſarium Eccleſiæ ſervitium, & cultum ab incerta devotione miniſtrorum pendere non debent.

Neque eſt rationabiliter ſupponenda hujuſmodi con- 39
ſuetudinis, ſive melius corruptelæ, prætenſa ſcientia Summi Pontificis in tantum divini cultus præjudicium, præcipuè contra Sacri Concilii decreta, quæ

decretum irritans omnia continere, niſi in litteris proviſionis facta fuerit expreſſa, & ſpecefica derogationis mentio ex Bulla Pii IV. affirmant Pariſ. *de reſignat. l.* 4. *queſt.* 9. *n.* 28. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſ.* 15. *n.* 37. Campanel. *in diverſ. jur. Can. rubr.* 11. *c.* 13. *nu.* 109. & Franc. Fagnan. *in tr. de ſuſtin. & valid. cenſur. p.* 4. Quod ſi quæcunque litteræ Apoſtolicæ, ſeu Conſtitutiones contra idem Concilium reducendæ ſunt ad jus commune, ut motu proprio definiviſſe Gregorium XIII. teſtatur Henriq. *in ſum. l.* 6. *c.* 6. §. 6. *in gloſ. lit. B.* multò magis hunc abuſum paulatim ignorantia, vel puſillanimitate miniſtrorum, vel nulla ſuperiorum ſcientia introductum, credendum eſt, præter intentionem Papæ pariter irrepſiſſe.

40 Eoque magis, ſi cura animarum in Eccleſiis Collegiatis reſideant penes Capitulum, habeantque Canonici jus inſtituendi idoneum Vicarium, quæ facultas nullo modo reſidere poteſt apud inferiores Ordine, & gradu, atque ad hoc munus incapaces. Vicarius enim propriè in jure civili, & Canonico dicitur ille, qui in locum alterius Magiſtratus abſentis, vel mortui, vel impediti ſubſtituitur ab eodem, qui à lege ad id poteſtatem habet, ut deducitur *ex l.* 1. *ff. de tut. & curat. dat. ab his,* Cucc. *inſtit. jur. Can. l.* 2. *tit.* 4. Mandoſ. *ad reg. Cancel.* 4. *reſerv. q.* 6. *n.* 2. Cujac. *in l.* 1. *ff. de offic. Proconſ.* Et ille, qui poteſt facere ea, quæ ſuus poteſt principalis, cujus eſt Vicarius, Peregr. *in pr. Vicar. p.* 1. *ſect.* 2. *ſubſect.* 2. Quam ergo abſurdè dicendus erit Parochus Sacerdos, Vicarius Clericorum, qui nullam poſſunt exercere functionem ſui Vicarii; qui majorem haberet juriſdictionem, quam principalis? Quinimmò nulla proràſus, ac irrita eſſet quæcunque electio Vicariorum facta à majori parte Canonicorum, vocem in capitulo non habentium, juxta mentem ejuſdem S. Concilii Trid. *ſeſſ.* 22. *cap.* 4.

41 Pœna verò amiſſionis medietatis quotidianarum diſtributionum, etiamſi divinis interſint officiis, ut communiter tradunt Doctores *in d. Clem. ut ii,* & in ſpecie Navar. *conſ.* 8. *num.* 3. & 5. *de præb.* non obſtante quacunque conſuetudine in contrarium, ut aſſerit Roch. de Curt. *in rep. cap. fin. de conſuet. ſect.* 6. *num.* 39. & gravioris quoque, habetur expreſsè *in d. Clem. ut ii,* ac ſæpè S. Congregationem Concilii declaraſſe, refert Garz. *p.* 3. *num.* 20. & in ſpecie docet Roch. *loc. cit. ſect.* 5. *num.* 39. Duegn. *reg.* 206. *num.* 1. & Hoied. *c.* 12. *n.* 9. Quia *d. Clem. ut ii,* quæ ſubſtrahit illis hanc partem diſtributionum, derogat cuicunque conſuetudini. Idque etiamſi dimidia pars, quæ ſupereſt, non ſufficiat ad ſuſtentationem Clerici, ut per Gloſ. ibi *v. pars dimidia,* quam ſequuntur Paul. de Eleaz. Joan. de Lignano, Imola apud Monet. *d. p.* 2. *q.* 19 *num.* 20. Quia ſibi facilè providere poſſunt, & hanc pœnam evitare per promorionem ad ſacros Ordines; graviteremque addidit S. Concilium Trid. *d. c.* 4. *ſeſſ.* 22. nempè nullam declarando proviſionem ſine qualitatibus idoneitatis ad Canonicales functiones exercendas his verbis: *Nec aliis in poſterum fiat proviſio, niſi iis, qui jam ætatem, & cæteras habilitate ſi integre dignoſcantur, aliter irrita ſit provigo,* & teſtantur Navar. *conſ.* 45. *de temp. ord. & conſ.* 2. *de præb.* & Comitol. *reſp. moral. 6. quæſt.* 64. *in fine.*

42 Nevè ullum ſupereſſet ambigendi ſubterfugium circa præfatam ſacrorum Ordinum neceſſitatem, ac perſonalis exercitii choralium functionum, diſtrictè præcepit idem S. Concilium Epiſcopis, ut eoſdem Canonicos, ſeu præbendatos cogant, & gravibus pœnis compellant ad propria munia præſtanda, *c.* 12. *ſect.* 24. Præcipuè ubi non eſt diſtinctio præbendarum, ut ſæpè fuit reſolutum à S. Rituum Congregatione, præcipuè ſub die 8. Maii 1631. & 29. Martii 1629. *Quia,* ut ait S. Concilium, *dignitates, & Canonicatus in Eccleſia ſunt inſtituti ad conſervandam, augendamque Eccleſiaſticam diſciplinam.* Idcircò omnes Canonici eum habere debent Ordinem, qui neceſſarius eſt ad debitas ſibi functiones obeundas, Barbol. *de canon. & dignit. c.* 16.

Atque ex his, aliiſque rationibus, re maturè pluries 43
diſcuſſa, eadem S. Congregatio Concilii ſub die 22. Decembris 1691. in Romana S. Mariæ in Coſmedin reſcripſit, quoad neceſſitatem Eccleſiæ ad Eminentiſſimum Diaconum, qui agat cum Sanctiſſimo.

CONSULTATIO CIX.

Ex quibus præcipuè augumentis cognoſcatur Eccleſiam eſſe matricem? deque illius præeminentiis ſuper Eccleſiis filialibus.

PRimum argumentum eſt, ſi unica ſit Eccleſia for- 1
malis in plures materiales, diviſa pro majori commoditate exercitii curæ animarum ad utilitatem populi ita, ut re, ac veritate unicus ſit habitualis Parochus, cui competunt omnia jura parochialia, & ſuperioritatis, ſive præeminentiæ; alii verò ſimplices Vicarii, ſicuti contingit quoties unica eſt Eccleſia Parochialis matrix per alias filiales, ſive adjutrices conſtituta, ut latè, re matura diſcuſſa, firmat Rota in Novarienſi Parochialium *deciſ.* 284. *p.* 14. *rec. & deciſ.* 281. *p.* 15. & *dec.* 90. *p.* 16. & *dec.* 107. *p.* 17. quas comprobavit *dec.* 7. *n.* 10. *p.* 18. *pariter recent.*

Hæc autem qualitas, quod ſit Eccleſia matrix, cui, tan- 2
quam filiales ſubſunt aliæ, velut adjutrices pro majori commoditate populi, ac faciliori curæ exercitio conſtitutæ ratione unicæ Eccleſiæ Parochialis juxta ea, quæ tradunt Rebuff. *de decim. quæſt.* 6. *n.* 19. Suarez *de relig. l.* 1. *c.* 24. *n.* 1. & Gratian. *diſcept.* 865. *n.* 25. Oldrad. *conſ.* 67. ſatis, ſuperque probatur ex depoſitione teſtium, ex qua probari unicitatem, & matricitatem, ait Rota *dec.* 258. *n.* 1. *p.* 1. *rec.* nec non ex propria confeſſione aliorum Parochorum. Ex his enim partium confeſſionibus optimam deſumi probationem matricitatis, præſertim quando ſunt geminatæ, inquit Rota *deciſ.* 397. *num.* 2. & *ſeqq. p.* 13. *recent.* cum aliis ibi relatis, exque aliis circumſtantiis, quæ per ſe ferunt unicitatem, ac veram, & omnimodam matricitatem, cum alioquin citra illius naturam, & nomen taliter geſta conſiſtere non poſſent, ut rectè arguit Rota *deciſ.* 105. coram Seraph. & *deciſ.* 397. *p.* 13. *recent. & d. dec.* 104. *p.* 17. *rec.* Eccleſia enim, an ſit formaliter una, & matrix, cognoſcitur ſecundum ſubjectam materiam, atque etiam ex adminiculis, ut tradit Rota *dec.* 404. *n.* 53. *p. recent.*

Secundum eſt, ſi omnes ſupplicationes generales in- 3
cipiunt ab illa Eccleſia, & in eam terminantur. Quod propriè convenit ſoli Eccleſiæ matrici juxta diſpoſitionem textus *in can. quoniam d.* 38. & tradit Rota *d. dec.* 196. *n.* 23. *p.* 19. *rec.* Accedere enim ad aliquem locum per modum conveniendi eſt ſpecies ſubjectionis, ac reverentiæ debitæ matrici, ut per Rotam *dec.* 15. *n.* 3. coram Seraph. Maximè autem, ſi in ſupplicationibus deferatur unica Crux illius Eccleſiæ. Quod utique eſt neceſſarium argumentum unicitatis, & matricitatis, cum cæteroquin unaquæque Eccleſia Parochialis poſſit deferre propriam Crucem, ut per Rotam *dec.* 1. *nu.* 1. apud Tamburin. *de jur. Abbat. tom.* 3. & tradidi *to.* 4. *Conſult.* 30. *n.* 7. ubi, quod unaquæque cohors militat ſub ſuo ſigno, & *nn.* 9. refero declarationem S. Rituum Congregationis, Quinimò ubi Parochiales ſunt contradiſtinctæ, & non ſunt filiales, unicuique permittitur habere propriam ſupplicationem diverſis temporibus, & idcircò acceſſus ad aliam Eccleſiam præſupponit matricitatem juxta decreta S. Congregationis apud Barboſam *in ſum. Apoſtol. deciſ.* 605. *n.* 10. Ac præſertim ſi ſolus illius Rector, non modò dirigat ſupplicationes, ſed etiam cum ſtola tam in ſua Eccleſia materiali, quàm in aliis, canit preces, & orationes cum aſſiſtentia aliorum Rectorum, tanquam ſubordinatorum. Præeminentia enim, ac ſuperioritas reſultat ex præcedentia conceſſa in functionibus Eccleſiaſticis, ut docet Rota *deciſ.* 494. *n.* 52. *p.* 19. *rec. cum ibi aliis.*

Tertium, ſi exteri adventantes ad habitandum 4

in loco, vel Oppido, recipiunt Sacramena ab illius Rectore, licet habeant domicilium intra limites materiales aliarum Ecclesiarum, & per aliquod tempus sepeliantur in illa Ecclesia, sique sepeliantur in Ecclesiis filialibus, adhuc illius Rector peragit in illis omnes functiones funebres. Ex his enim actibus probari matricitatem, ac respectivè filialitatem, ait Rota *d. decis.* 397. *num.* 8. *& seqq. p.* 13. *rec.* Atque ita curam habitualem omnium Ecclesiarum residere apud Ecclesiam matricem, etiamsi Ecclesiæ filiales, sive ipsarum Rectores habeant curam certarum personarum, aut exercitium curæ animarum, advertit Rota *decis.* 258. *num.* 7. *p.* 1. *rec. & d. dec.* 397. *num.* 13. *& seqq. p.* 13. *recent.* Sique alia concurrant, quæ comprobent matricitatis præeminentias, quibus illius Rector gaudet instar omnium aliarum Ecclesiarum, quæ sunt matrices. Quandoquidem præeminentia unius ad alium infert superioritatem, & subordinationem respectu inferioris, ut per Rotam *decis.* 281. *num.* 3. *p.* 15. *rec.* ubi alii.

5 Probata igitur Ecclesiæ unicitate formali, necnon matricitate, illiusque actuali possessione, quæ desumitur ex variis argumentis, actibusque possessoriis, rectè ex iis infertur, ad illius Rectorem pertinere benedictionem palmarum, pulsationem Campanarum die Sabbati Sancti, Reliquiarum custodiam, & expositionem de qua tamen infra & alia hujusmodi. Quia magis attenditur causa, quam ipsius actus exercitium ita, ut etiam per unicum actum singularem, ubi causa est universalis, acquiratur possessio universalis, ut firmat Rota *decis.* 158. *num.* 5. apud Posth. *de manut. & decis.* 290. *num.* 3. coram Bichio, & *decis.* 375. *num.* 7. *p.* 18. *recent.* Causa enim universalis omnes actus pariformiter determinat, ut etiam tradit Rota *decis.* 266. *num.* 4. *p.* 15. *rec. & decis.* 251. *num.* 33. *cum seq. p.* 19. *rec.* Ubi arguit, quod si alicui licet, quod est plus, licere etiam debet, quod est minus.

6 Et quoad benedictionem palmarum, hæc quidem spectare videtur ad Ecclesiam matricem. Illam namque esse signum matricitatis, statuit Rota *d. decis.* 105. *nu.* 1. coram Seraph. eoque, præsertim, si assistat consuetudo, quæ attendenda est, quamvis non sit longæva, sed simplex, quæ sufficit, nedum in casu, in quo agatur de vera matricitate, cujus vigore Ecclesiæ filiales sunt omninò dependentes, & subordinatæ, sed etiam in casu, in quo agatur de matricitate magis remota, resultante ex eo, quod vel ratione antiquitatis, vel ex alia ratione Ecclesia esset major in loco, erga quam filialis dicitur obligata, saltem ad aliquam reverentiam, tanquam erga propriam matrem, licet ejus subdita non sit, ex *cap. ad Apostolicam de Eccles. ædific.* talisque consuetudo est rationabilis ad tollendum scandala, quæ oriri solent ex hujusmodi Ecclesiasticis functionibus, ideòque laudabile est, quod omnes accedant ad Ecclesiam matricem, ut ibi celebrentur solemnitates ex mente S. Rituum Congregationis.

7 Idque absque dubio procedere debet, ubi agitur de unica Ecclesia, quæ sit verè matrix aliarum filialium omnino subordinatarum, quæ una simul cum matrice constituunt unam formalem Ecclesiam, licet in plures materiales divisam pro majori commoditate populi, sive exercitio curæ animarum in administratione Sacramentorum. Quo in casu non applicantur declarationes. S. Rituum Congregationis, quod in Ecclesiis Parochialibus peragi valeat benedictio Palmarum, Cinerum, & Candelarum. Eoque etiam magis, si concurrat in hoc casu longæva possessio, quod hujusmodi benedictiones fiant à Rectore in sola Ecclesia matrice, ad quam soleat accedere universus populus ob majorem solemnitatis celebrationem, non autem ab aliis Rectoribus in suis Ecclesiis juxta eorum, vel proprias Confessiones, vel acquiescentiam, ex qua in actibus negativis bene probatur consuetudo, sive observatio, ut per Rotam *decis.* 281. *num.* 23. *p.* 15. *rec.*

8 Quod verò ad pulsationem Campanarum in die Sabbati Sancti, illæ ante omnes alias Ecclesias pulsandæ sunt ab Ecclesia matrice, ut ex S. Rituum Congregatione referunt Barbos. *Apost. decis.* 82. *numer.* 3. Gratian. *discept.* 578. *num.* 17. *& seq.* Frances *de Eccles. Cathedr. cap.* 24. *num.* 181. & Rot. *d. decis.* 105. coram Seraph. *ac decis.* 56. *num.* 27. *& d. decis.* 404. *p.* 19. *rec.* Quod fortiùs procedit, quando intervenit consuetudo, quæ observanda est, etiam in casu simplicis matricitatis. Nam prior pulsatio præfertur præeminentiam, quæ semper debetur Ecclesiæ matrici super Ecclesias filiales, & quidem in omnibus actibus, sive functionibus, ut per Rotam *decis.* 397. *num.* 1. *p.* 13. *rec. & dec.* 7. *num.* 11. *p.* 18. *rec.* & in Burgensi præeminentiarum 8. Februarii 1677. coram Bourlemontio.

9 Ex quibus videtur sequi, quod custodia, & expositio Sacrarum omnium reliquiarum fieri debeat in sola Ecclesia matrice ob majorem earum cultum, ac venerationem, absque sanè dubio quoad reliquias hucusque existentes. Tum quia pertinent ad solam Ecclesiam matricem. Tum si semper retentæ, atque expositæ fuerint in illa ex immemorabili consuetudine, quæ cum non sit contra jus, sed illi conformis, sitque laudabilis, servanda est, præcipuè ad favorem Ecclesiæ matricis, ut generaliter in materia præeminentiarum inquit Rota *dec.* 87. *n.* 7. *p.* 17. *rec. & dec.* 781. *n.* 5. *p.* 18. *rec.* Et quoad novas pariter earum custodia pertinere videtur ad Ecclesiam matricem ratione unicitatis, & matricitatis, ex cujus jure provenit custodia, & expositio reliquiarum ob dominium, sive jurisdictionem. ac præeminentiam. Quamvis enim generatim sacræ Reliquiæ possint custodiri, atque exponi in omnibus Ecclesiis, quoties fiat cum debito honore, cultu, ac veneratione, attamen peculiari ratione custodiendæ, ac exponendæ sunt in Ecclesiis Cathedralibus, aut matricibus, ut majori cum diligentia, honore, frequentia populi, ac veneratione possint asservari, juxta *l. decernimus C. de Episcop. & Cler.* & Concilii Euponensis *can.* 25. & animadvertunt Ricciul. *lucubr. Eccles. lib.* 1. *cap,* 35. *num.* 2. & Frances *loc. cit, cap,* 20. *nn.* 77. *& seqq.* ac dixi *tom.* 4. *consult.* 107. *num.* 8. Idque ideò dignum, ac justum est, quod ubi Ecclesia devenit ad statum, quo ministris careat, potest, ac debet Episcopus reliquias ab illa auferre, & Ecclesiam claudere, donec ministris provideatur, & interim alibi eas collocare ad textum *in cap. & 2. de jurep. & in can. si plures, & in can. considerandum* 16. *quæst.* 7. Quia non docet sacras Reliquias asservari, nisi in locis, in quibus sunt Clerici, qui psallendi frequentia illis famulentur ex citato Concilio Euponense *can.* 25. Ricciullo *ibidem cap.* 50. *num.* 1. *& seq.* & Frances *loc. alleg. num.* 79. ubi alii, & cum exponuntur, fit processio à Clero Ecclesiæ & cum luminibus, & antequam exponantur, vel ostendantur, thurificantur. Idemque fit à thuriferatio præeunte in processione, & cum reconduntur, & cum processione, ut prius. Et in altari candelæ saltem quatuor collucere debent, & custodes sacris Ordinibus initiati adhiberi, quorum opera, non autem laicorum, coronæ precatiæ admoventur reliquiis, ut eas tangant, cumque loco superiori ostenduntur populo, prædicta ratio servanda est, excepta processione. Ideòque propter majorem cultum ac venerationem non debent passim ostendi, sed raro in festis solemnioribus, & Sanctorum, quorum sunt reliquiæ. Frequentia enim in illis exponendis, veluti Christianæ religioni indecora, reprobatur in Concilio Lateranensi, ut *in c. 3. de reliq. & vener. Sanctor.* exemplo Urbis, in qua solent ostendi semel ac iterum in anno. Debent enim coli debito cultu, quemadmodum tradit Ricciul. *d. l.* 1. *c.* 18. *cum binis seqq.* Accedente præsertim judicio Episcopi, cui standum est, cum ad

eum pertineat recognoscere, & approbare Reliquias per textum *in c.* 1. *de reliq. & vener. Sanct.* quem expendit Ricciul. *eo loco c.* 33. *nu.* 1. Quinetiam ad ipsum pertinet decernere, ubi, & quomodo debeant asservari, ut statuitur *in d. l. decernimus §. cum enim, & in S. Concilio Trid. sess.* 25. *in decr. de cultu, & vener.* traditque Ricciul. *ibid. c.* 35. *nu.* 8.

10 Quare valdè in hoc casu deferendum est judicio, ac decretis Episcopi super custodia, & expositione reliquiarum ad favorem Ecclesiæ matricis, cum generaliter assertionibus Ordinariorum circa statum suarum Ecclesiarum omnino credendum sit, cùm de eo præsumantur optimè edocti, ut in specie matricis ait Rota *dec.* 397. *nu.* 6. *& 7. p.* 13. *rec. & dec.* 284. *nu.* 4. *p.* 14. *rec.* & in d. Burgensi præeminentiarum coram Bourlemontio, ibi: *Cujus judicio, uti verisimiliter informatus de statu, & consuetudine suarum Ecclesiarum in materia præeminentiarum, processionum, aliarumque functionum Ecclesiasticarum totaliter deferendum esse ad evitanda scandala,* præsertim si aliqua ex decretis facta sint ab Episcopo in actu visitationis, ut observat Rot. *decis.* 39. *nu.* 7. *p.* 15. *rec. & dec.* 90. *p.* 16. *rec.* Episcopis enim in iis, quæ faciunt in actu visitationis suæ Ecclesiæ maximè deferri solet, ut prosequitur Rota *d. decis.* 39. *num.* 7. *p.* 15. *rec.* Et concurrente præsertim immemorabili consuetudine, religiosè observata ad favorem Ecclesiæ matricis, quæ efficacior redditur, si sit conformis consuetudini aliarum circum adjacentium Ecclesiarum, ut firmat Valenzuol. *cons.* 58. *nu.* 8. Spada *cons.* 255. *nu.* 9. *l.* 2. ac Rota in Vicensi Canonicatus 30. Januarii 1690. §. *hancque observantiam* coram D. Eymerix.

11 Unde benedictio palmarum, aliæque omnes functiones, novarumque reliquiarum retentio, & expositio ab Ecclesiis filialibus factæ, sunt irritæ, atque attentatæ, uti peractæ contra solitum, ac in contemptum præcepti, ac decreti Episcopi, ideòque revocandæ, constito præcipuè de bono jure Ecclesiæ matricis, eoque facilius ad effectum declarandi nullos, & attentatos omnes actus, ne impositorum aliquod præjudicium irrogetur juribus Ecclesiæ matricis; & nequid simile audeant innovare, ut advertit Rota *decis.* 132. *numer.* 13. *cum seqq.* coram Cerro, *& decis.* 429. *nu.* 9. *& seqq. p.* 18. *rec.* & in Burgensi jurisdictionis super attentatis 4. Junii 1685. §. *verum, quia omnes actus, uti gesti contra juris, ac superioris prohibitionem, omni proculdubio attentati dici debent,* & 17. Februarii 1687. §. *fin.* coram Hervault.

12 His tamen minimè obstantibus, quoad expositionem Reliquiarum censeo, non pertinere ad Ecclesiam matricem jus privativum, sed in omnibus Ecclesiis esse licitum illas exponere, quemadmodum etiam declaravit, atque decrevit S. Rituum Congregatio die 2. Septembris 1690.

CONSULTATIO CX.

An hæres gravatus, ut quotannis celebrari curet anniversarium, liberetur ab hoc onere, si Ecclesia legataria hujusmodi onus in se assumat, soluta per hæredem justa quantitate pecuniæ, qua perpetuum censum constituit super domo incendio consumpta, vel super alio fundo deperdito?

1 Affirmativè respondendum videtur. Est enim communis, ac recepta sententia, quod hæres gravatus solvere aliquid annuum legatum ex certa proprietate, possit se liberare ad sui libitum, assignando legatario, vel cuilibet alii bona stabilia hæreditatis, ex quibus legatarius talem, tantumque redditum quotannis percipere possit, ut probè advertit Bald. *in l. si quis argentum nu.* 6. *C. de donat.* Idemque vult Surd. *de alim. privil.* 82. *num.* 2. *& cons.* 319. *num.* 7. & in hac ferè specie, quando quis est gravatus à testatore ad celebrare faciendum Missam quotidianam in altari talis Ecclesiæ, quod possit, ut animæ testatoris perpetuò consultum sit, assignare aliquem fundum pro dicta Missa celebranda, docet Tornibl. *cons.* 78. *nu.* 35.

2 Cùm igitur hæres assignaverit Ecclesiæ legatariæ pro celebratione anniversarii justam pecuniæ summam, & illa onus in se assumpserit, non quidem invitè, sed sponte, utique hæres remanet liberatus ab omni onere, ut in similibus terminis decidit Rota *decis.* 11. *de testam. in antiq. numer.* 1. ubi firmatur quod hæres liberatur, cedendo legatario jus exigendi certas mensuras annonæ legatas pro anniversario ab iis, qui eas solvere ex hæreditate tenentur.

3 Neque obstat, quòd, cùm census super certo fundo, ex dicta pecunia constitutus, remanserit peremptus, hæres nunc ex aliis bonis hæreditariis supplere teneatur. Quia tunc cadere potest quæstio supplementi rei assignatæ ob deperditam ipsam rem, quando assignata esset res certa. In hoc autem casu census, qui periit, non fuit assignatus, sed ipsa pecunia in genere, quæ licet collocata fuerit ab Ecclesia legataria in censu constituto super domo, vel alio fundo, non ideo sequitur, quod propter peremptionem census liberetur Ecclesia. Nam debitor generis non liberatur ob peremptionem speciei, quia genus nunquam perit, ut egregiè Rota *decis.* 76. *nu.* 3. *post consil.* Farinac. & Cyriac. *controv. forens.* 226. *nu.* 5. *& 6.*

4 Et quod damnum pertineat ad legatarium, peremptа re, in qua collocata fuit pecunia, soluta per hæredem, tradit Surd. *de alim. quæst.* 40. *num.* 27. cum aliis, *& cons.* 197. *numer.* 8. *& seq.* & in specie dotis assignatæ Ecclesiæ quod ea peremptа, id cedat periculo Ecclesiæ, & non dotantis, firmat Rota in Camerinen. doris 22. Junii 1650. coram Meltio, & quod Ecclesia teneatur alimenta præstare illi, qui ad hunc effectum dictæ Ecclesiæ domum assignavit, etiamsi dicta domus combusta fuerit, statuit Cynus, *in l.* 1. *C. de jur. Emph.* ibiq; Bald. *num.* 25. ac Sebast. Medic. *de casib. fortunt. qu.* 7. *num.* 17.

5 Idque facilius procedit, si nedum non probetur hujusmodi pecuniæ collocationem factam fuisse eum assensu, ac scientia hæredis, sed neque illius culpa contigisse casum fortuitum peremptionis census, in quo collocata fuit pecunia, prout opus esset, ut hæres teneatur supplere ex aliis bonis hæreditatis ad tradita per Cuman. *cons.* 185. ac per Rotam *d. dec.* 11. *numer.* 3. *& 9. de testam.*

6 Unde succedens in juribus, tam activis, quàm passivis Ecclesiæ legatariæ, ipse, non autem hæres tenetur ad celebrari faciendum hoc anniversarium ex natura translationis, sive subrogationis factæ ab habente potestatem, ut omnia jura pertinentia ad Ecclesiam legatariam, spectent ad illum, qui ei succedit, ut firmant Jo: Andr. *in cap. cum person. col.* 2. *de privil. in* 6. ibique Anchar. *notab.* 13. Rebuf. *in prax. benef. tit. de transfat. Episc. num.* 19. ac præcipuè quod subrogatus ad eadem omnino teneatur onera, & incommoda, eademque commoda, atque is, in cujus locum subrogatus est, tradit Tiraquel. *in glos.* 5. *in text. contract. nu.* 191.

7 Verùm in hac re ita distinguendum est. Dupliciter modo tradi potest legatum legatario. Primò ex dispositione testatoris, quia scilicet disponat, quod legatum, sive quantitatis, sive certæ speciei consignetur legatario, apud quem sit onus celebrandi Missas. Secundò, quod onus curandi celebrationem Missarum sit apud hæredem cum solutione certi annui legati, & ut se liberet ab hoc onere, solvat pro unica vice tantum quantitatem, quæ sufficiat pro comparando fundo fructifero ejusdem quantitatis annuæ, aut semel exhibeat proportionatum fundum. Ideò in utroque casu diluenda est quæstio.

8 Et quidem, si ex dispositione testatoris præstitum sit legatum legatario, si pereat fundus, aut etiam quantitas antequam comparetur fundus, hæredes ad nihil aliud tenentur juxta doctrinam Lambertini *de jurep. art.* 8. *quæst.* 1. *p.* 1. *lib.* 1. Viviani *eod. titul. lib.* 15. *cap.* 3.

Cabal. *de evict.* §. 4. *nu.* 15. & Rotæ *d. dec.* 11. *de testam. in antiq.*

9 Nam hæres non contrahit cum legatario in ordine ad legatum, nisi illam obligationem, quam ipsi imponit testator. Non imponit autem obligationem, nisi præstandi legatum secundum præscriptionem testatoris, quo præstito, functus est obligatione sua, neque ad aliud tenetur. Non enim plus est judicandum esse in obligatione, quàm fuerit à testatore verbis expressum, *l. quicquid astringendæ, & l. si ita stipulatus, & l. Chrysogonus ff. de verb. oblig.*

10 Id verò non habet locum, si hæres traderet fundum aliquem, qui postea, tanquàm alteri obligatus evinceretur. Quia tunc hæres tenebitur de evictione juxta communem doctrinam per *l. si ob causam* 13. *C. de evict.* ibique Bald. *sub initio*, Seraph. *dec.* 1436. *num.* 2. Idque etiamsi sit fundus in specie legatus à testatore Nam tunc se habet, ac si legasset rem alienam ignoranter. Undè cum simus ju causa pia, & in legato in favorem animæ ipsius testatoris, qua nemo magis est sibi conjunctus, debetur æstimatio per *l. cum alienam C. de legat.* Accedit, quod in legatis promissis ita censetur legata certa species ut tamen, ea deficiente, debeatur æquivalens.

11 In secundò autem casu, ut in præsenti, in quo hæres tenetur ex vi testamenti annuatim, solvere certum legatum, & tradit, aut fundum, aut quantitatem pro comparando fundo, correspondente annuo legato, ipsi legatario, si pereat fundus, aut quantitas ante comparatum fundum absque culpa legatarii, tenetur supplere, & instituere novum fundum. Quia quando debet annuatim solvere legatum, durat obligatio solvendi, quandiù durat hæreditas; quia tale legatum est onus hæreditati impositum, ac proinde tota hæreditas subjicitur tali oneri. Unde quando huic oneri substituitur fundus aliquis particularis, ita onus annectitur tali fundo, ut tamen non desinat esse onus hæreditatis, quia non potest hæres mutare dispositionem testatoris, præsertim in præjudicium animæ ipsius. Et ideò censetur subrogari fundus ille specialis pro subministratione fructuum, non autem pro proprietate. Siquidem onus est proprium totius hæreditatis. Quo in casu hæres censetur cedere illum fundum, aut pecuniam pro fundo comparando, non pro datione insolutum, & in extinctionem oneris hæreditatis, sed solum censetur cessus ad commodum cedentis, ut liberetur annua cura solvendi legatum, dicitque simplicem assignationem; unde annuum legatum percipiatur juxta doctrinam, quam tradunt Glos. *in l. legavi in fine ff. de l. leg.* Alex. *in l. si cum emptore num.* 4. *ff. de pact.* Imol. *in l. facta* §. *si hæres ff. ad Trebel.* Socin. sen. *cons.* 37. *l.* 4. Gabr. *cons.* 155. *l.* 1. Eugen. *cons.* 37. *num.* 16. *l.* 1. Otasch. *dec.* 62. *num.* 7. Cancer. *var. resol. cap.* 6. *n.* 168. *l.* Duran. *decis.* 266. *n.* 17. per textum *in l.* 3. *sub initio C. de novat.* atque adeò non censetur extinctum onus solvendi legatum impositum hæreditati, & idcircò, pereunte fundo assignato adhuc tenetur hæres ad præstandum legatum.

12 Quod procedit, etiamsi legatarius contentus esset accipere fundum, sive quantitatem pecuniæ insolutum, renunciando omni juri. Hujusmodi enim renunciatio non valeret, cùm sit in præjudicium testatoris. Legatarius enim habet jus ad legatum, sed juxta dispositionem testatoris, secundum quam tota hæreditas substernitur oneri legati annui, per quod manutenetur jus testatoris ad celebrationem Missarum, quandiu durat hæreditas, pereunte quocunque fundo speciali assignato pro sustinendo onere legati. Unde legatarius ita habet jus ad exigendum legatum, etiam pereunte fundo assignato, ut non possit ipsi renunciare, tanquam implicato cum alieno jure, *cap. cum tempore de arbitr. & cap. cum olim* §. *nos igitur de præscript.* & docent Felin. *in cap. cum dilecta de rescript.* Abb. *in cap. significasti num.* 11. *de foro compet* Mandel. *cons.* 74. *nu.* 3. Seraph. *decis.* 324. *n.* 7. Tusch. *lit. P. concl.* 759. *n.* 3. Saravia *de juris d. Adjunct. quæst.* 7. *n.* 7. Navar. *in pr. elect. for. sect.* 3. *quæst.* 7. *num.* 15. Sylvest. *v. privilegium. quæst.* 10. Armil. *eod. v. num.* 9. Cened. *quæst. can.* 12. *num.* 10. Sigismund. à Bononia *de elect. p.* 1. *cap.* 2. *dub.* 29. *num.* 7. Suarez *de leg. lib.* 8. *cap.* 6. *n.* 2. Sanch. *lib.* 4. *in decal. cap.* 29. à Rota *dec.* 32. *num.* 8. *p.* 2. *div. & dec.* 273. *num.* 3 *p.* 4. *recent.*

CONSULTATIO CXI.

Pius quidam testator fundavit altare de suo jurepatronatus, & pro augmento divini cultus pro commoditate Ecclesiæ, ac pro anima sua imposuit Capellano pro tempore celebrationem per se, vel per alium duatum Missarum duobus diebus cujuslibet hebdomadæ, ac tres alias Missas in festo S. Dominici, S. Francisci, & S. Antonii. Quæritur.

An Episcopus cogere possit hunc Capellanum, ut Missas illas duas celebret feria tertia, & Sabbatho?

1 Affirmativam sententiam sic probo. Primò, quia S. Congregatio sæpius occasione visitationis Sacrorum liminum, ita Episcopus monet. *Circa frequentiam, ac tempus celebrandi Missas Amplitudinis tuæ munus est providere circa ordinem, ac regimen Ecclesiæ, & circa tempus celebrandi pro illis Sacerdotibus, qui ad celebrandum in Cathedrali Ecclesia ex obligatione tenentur.* Unde cùm munere suo fungatur Episcopus, providendo, circa tempus ex obligatione celebrandi in dicto altari, poterit Capellanum cogere ad id servandum. Quod etiam est conforme testatoris voluntati. Quia cum ille voluerit antecedens celebrationis Missarum, voluit etiam illius consequens, nempè, ut id fiat tempore congruo, arbitrio Episcopi, statuendo juxta munus ipsius, *lib.* 1. §. *si usufr. pet.*

2 Secundò, quia cùm fundator in assignatione dotis altari declaravit, sed illam constituere pro augumento divini cultus, & commodo Ecclesiæ. Rectè igitur agit Episcopus ita decernendo, cum ita eidem cultui, & commodo ad mentem dotantis ex ratione consulit hanc dierum distributionem. Quinimò in hisce casibus pertinet ad Rectorem Ecclesiæ, in qua celebrandæ sunt Missæ decernere diem, & horam celebrationis.

3 Tertiò quia Capellanus tenetur adimplere totam obligationem, quam suscepit, ac proinde totam intentionem, quàm habuit institutor Missarum. Institutor autem voluit, quod Missæ celebrentur in tali Ecclesia, vel altari ob cultum illius, atque adeò pro servitio Ecclesiæ. Unde reliquit dispositionem diei, & horæ Rectori Ecclesiæ, tanquam illi, ad quem pertinet moderari servitium Ecclesiæ.

4 Quartò, quià institutor alioquin non voluisset servitium Ecclesiæ. Quia si hora, & die in competenti celebraretur, nullam Ecclesia utilitatem, nullumque commodum perciperet.

5 Quintò, quia institutor Missarum non potuit aliter disponere. Quia non potuit sibi usurpare jus de disponendo cultu Ecclesiæ. Quod fecisset, si voluisset.

6 Sextò, quia Capellanus suscipiens hanc obligationem, non acquirit jus circa ea, quæ pertinent ad Ecclesiam, in qua est celebranda Missa, sed obligationem inserviendi Ecclesiæ, non autem usurpare sibi jus, quoad ea, quæ pertinent ad cultum Ecclesiæ. Quod faceret, si vellet sibi decernere diem, atque horam celebrandi.

7 Septimò, quia cum dator neque prohibuerit Episcopo statuere circa dies hebdomadariæ celebrationis, neque explicitè libertatem tribuerit Capellano celebrandi, sive celebrari faciendi quibuscunq; hebdomadæ, diebus, licet eos dies ipse non præscripserit, Episcopus tamen suo decreto non agit contra, sed præter institutoris dispositionem, Bald. *in l. omn. pop. n.* 30. *ff. de just. & jur.* Felin. *in cap.*

in c. quod. super his nu. 9. *de rescript.* Seraph. *decis.* 645. *num.* 1. & 2. passimque alii.

8 Quemadmodum igitur potest Episcopus statuere præter, non autem contra jus, ut ex modò allegatis Doctoribus, ita dicendum videtur, ipsum posse decernere re præter institutoris dispositionem, quamvis non possint contra illam.

9 Negativam verò sententiam his argumentis tueor. Primò, quia cùm certum sit, hujusmodi beneficia simplicia, eorumque rectores ratione illorum, quoad celebrationem Missarum, nullam habere obligationem, nisi fuerit ipsis legitimè imposita in eorundem beneficiorum fundatione, aut alias de ipsorum beneficiatorum consensu, quælibet enim res dicitur libera, quæ non apparet servitute, sive onere gravata, *l. altius, C. de serv. & aquæd.* dicendum est, ejusmodi rectorem habere intentionem fundatam in regula libertatis à celebrando, Bartolus *in l. quoties num.* 1. *ff. si quis caut.* Dec. *in l.* 1. *num.* 6. *ff. de reg. jur.* Surd. *decis.* 126. *n.* 3. in hoc autem casu, quoad hanc celebrationem eatenus ille tenetur, quatenus fuit illi injunctum in fundatione, non autem ulterius. Cùm igitur Rectori in limine fundationis fundator injunxerit, ut celebret tres Missas supradictis diebus festis, & alias duas qualiber hebdomada, nihilque præterea, quod attinet ad dies imposuerit, sequitur ut illum liberum esse voluerit ab obligatione illas celebrandi certis diebus.

10 Etenim sicut vagè poterat fundator velle, ut centum & quatuor Missas Capellanus celebraret in annos, eas tamen ad majorem Ecclesiæ commoditatem distribuit per hebdomadas, ac per duos hebdomadarum dies, ita etiam illas certis hebdomadarum diebus celebrandas statuisset, si hoc fieri voluisset, prout voluit diebus festis prædictis *l. un.* §. *sin autem C. de caduc. toll. c. ad audientiam de decim. cap. inter corporalia de translat. Episcop.* Cùm autem id non egerit, dicendum est, id noluisse, sed per inclusionem priorum onerum hoc posterius excludisse, *c. nonne de præsumpt. can. qualiter dist.* 25. *l.* 1. §. *hujus rei ff. de offic. ejus, l. cum Prætor ff. de judic. l. cum in rerum* §. *si quis ff. de leg. l. cum ita ff. de cond. & de monstr. l. maritus C. de Procur.* traduntque Cravet. *cons.* 149. *n.* 4. Deciana *resp.* 62. *n.* 1. *vol.* 4. *ac resp.* 72. *n.* 14. *& seq. vol.* 5. Mantic. *de conject. lib.* 11. *tit.* 15. *n.* 1. Seraph. *dec.* 964. *n.* 2. Ita, ut libertatis regula, quam pro se habet rector ab hac celebratione per exceptiones obligationum illi impositarum in fundatione, firmetur in non exceptis, & sic quoad obligationes non impositas celebrandi certis diebus. Quod maximè locum habet in hac materia jurispatronatus, in qua omnino attenditur fundatoris intentio, ut per Rotam apud Farinac. *d. dec.* 112. *n.* 5. *ac dec.* 155. *num.* 1. *p.* 1. *rec.*

11 Æquum igitur non est juxta decretum S. Concilii Tridentini *sap* 9. *sess.* 25. *de ref.* tollere jus istud libertatis in prædictum non solum Rectoris, verùm etiam Patronatus, atque adeò patronorum, imò, & animarum, pro quibus cum sacrificium offerri possit ex fundatoris dispositione primis hebdomadarum diebus, ex Episcopali decreto differatur oblatio ad illarum diem tertium, ac septimum.

12 Quod si dicatur, fundatorem, neque declarasse Rectorem exemptum ab obligatione celebrandi certis in hebdomada diebus, neque disposuisse, ut ad id cogi non possit ab Episcopo, sed habendo se negativè, non imposuisse illi hanc obligationem ita, ut casus iste, tanquam omissus, remanserit in dispositione juris, *l. commodissimè ff. de liber. & posthum.* Dec. *cons.* 110. *num.* 5. *& cons.* 414. *num.* 1. Dec. *resp.* 34. *nu.* 102. *vol.* 3. ex juris autem dispositione, cui fundator censetur se conformare voluisse, Bald. *in l. precibus num.* 60. *C. de impub.* Alex *cons.* 4. *num.* 12. *& cons.* 12. *num.* 5. *& cons.* 52. *num.* 38. *& cons.* 56. *num.* 2. *lib.* 4. Afflict. *dec.* 44. *n.* 20. ibique Urul. *n.* 30. Mantica, qui alios adducit *lib.* 5. *de conject. tit.* 4. *num.* 4. *& lib.* 6. *tit.* 6. *num.* 2. *& seqq.* Episcopus tenetur ex suo munere providere circa ordinem, ac regimen Ecclesiæ, ac circa tempus celebrandi, ut ex prædicta monitione S. Congregationis, & ex *can. decretum, can. placuit* 10. *quæst.* 1. utique dicendum est, ita voluisse ipsum quoque fundatorem, præsertim, ne distributio missarum per hebdomadas, aliarumque assignatio diebus festis prædictis inductæ ad affectum obligandi Rectorem pro commoditate Ecclesiæ, contrarium operentur effectum exemptionis, ac libertatis prætextu contra *l. legata inutiliter ff. de leg.* 1. *l. si mancipia ff. de fund. instr. l. cum tale* §. *fin. ff. de cond. & demonstr. l. Titia* §. *fin. ff. de manum. testam.*

13 Respondetur, quod licet fundator expressè ita non declaraverit, censetur tamen id tacitè disposuisse, excludendo per expressam inclusionem obligationis celebrandi festis diebus prædictis, atque absolutè bis in hebdomada, obligationem celebrandi certis diebus hebdomadæ, per quam exceptionem firmavit regulam libertatis ab eadem obligatione. Neque ex eo quod fundator liberum non declaraverit Rectorem ab obligatione celebrandi plures, quam duas Missas, nec quod illas duas taxativè mandaverit, nec quod non prohibuerit Episcopo augumentum hujus numeri, licet ipsi Episcopo onus augere quoad hunc numerum. Neque igitur ei licebit per assignationem certorum dierum, argumento ducto à re ad tempus, ut inferius dicetur. Et quamvis daretur, fundatorem de hac re nihil prorsus expressè, neque tacitè disposuisse, sed casum reliquisse dispositioni juris, cùm tamen Rector ex eadem juris dispositione liber sit, liber relinqui debet ab hoc onere ita, ut non possit legitimè, eo gravari ab Episcopo.

14 Fateor equidem, Episcopum pro illis diebus, quibus liberè celebrantur Missæ juxta mentem fundatoris, posse statuere tale tempus, talem horam, ut per celebrationem hujusmodi non impediatur, aut perturbetur Ecclesiæ servitium, ac providere, ne illæ celebrentur tempore, sive hora universalis Ecclesiæ ritu, ac consuetudine vetitis. Tunc enim agit Ecclesia de damno evitando, quod sibi afferri non potuit per institutionem celebrationis Missarum, *l. non debet alteri ff. de reg. jur. cap. non debet eod. tit. in* 6. *lib.* 1. §. *merito, &* §. *seq. ff. ne quid in loc. publ. lib. nec arius C. de mancip.* Jo: Monach. *in cap. un. num.* 3. *de jurep. in* 6. necnon de servandis legibus Apostolica auctoritate latis, & consuetudine firmatis. At nego, posse Episcopum suis ordinationibus augere ipsius Ecclesiæ commoditatem in præjudicium dictæ libertatis, de jure competentis Rectori. Nam Ecclesia hoc casu agit de lucro captando majoris sui commodi, quod fieri non debet cum aliena jactura, *l. nam hoc statutum ff. de cond. indeb. l. jure naturæ ff. de reg. jur. l. sciendum*, ibique Glos. *ff. ex quibus ca. mai. Cap. locupletari*, ibique Dec. *de reg. jur. in* 6. aliique passim.

15 Cùm autem lucri, & damni non sit par ratio, Bartol. *in lib. dubium num.* 9. ibique Bald. *num.* 7. *C. de legib.* Decian. *resp.* 11. *numer. ult. vol.* 4. Franc. *decis.* 164. *numer.* 4. Seraph. *decis.* 464. *numer.* 9. Gregor. *decis.* 439. *numer.* 9. non rectè arguitur ab uno casu ad alium *lib. qui autem* §. *simili modo*, ibi: *non videri injuria affici eum, cui lucrum extorquetur, non damnum infligitur ff. quæ in fraudem, l. assiduis prope finem*, ibi: *Non enim pro lucro fovemus mulieres, sed ne damnum patiantur, C. qui potior, l. at si quis* §. *sed si addita*, ibi: *Melius est, legatarium non lucrari, quàm, emptorem damno affici, ff. de relig. & sumpt. fun.*

16 Item, etsi ex suppositis res dubia esset, cum satis clara sit pro rectore, judicandum tamen potius esset pro illo agere de damno vitando, quam pro Ecclesia, quæ agitur de lucro captando, *l. non debet* §. *in obscuris*, ubi Glos. & Decius *ff. de reg. jur.* Seraph. *dec.* 837 *num.* 11.

17 Quibus accedit, quod in casibus patronatuum ita exactè abstinendum est ab imponendis oneribus à fundatoribus non impositis, ut S. Congregatio Concilii decla-

declaraverit, referente Rota *p. 1. diverſ. dec.* 482. *in fine, & dec.* 19. *n.* 11. *ac* 12. inter relatas à Viviano poſt ſuum tractatum *de jurepatr.* atque ex dicta declaratione decidit Rota apud Farinac. *dec.* 194. *p.* 2. quod, ſi fundator in defectum Sacerdotis ſimpliciter mandaverit præſentari Clericum, non ſit neceſſe, ut Clericus præſentandus ſit ætatis annorum quatuordecim requiſitæ ab eodem S. Concilio *c. 6. ſeſſ* 25. *de ref.* ad beneficia Eccleſiaſtica obtinenda, ſed ſufficiat, ut ætatem habeat ad Clericatum, & ad ſimplex beneficium de jure ante Concilium ſufficientem, nempè annorum ſeptem completorum, ut de Clericatu habetur *in c. nullus* ubi Gloſ. *v. infanti de temp. ord. in* 6. & *in can. de iis v. infantiæ d.* 28. & *in can. ſingulis, v. ſi ab infantia d.* 67. & *l. ſi infanti C. de jur. delib.* Garz *de benef. p.* 7. *c.* 3. *n.* 6. & de ſimplici beneficio habetur *in c. ex eo de elect. in* 6. ubi Gloſſa *v. in tua Eccleſia*, eadem Gloſ. *in c. ſuper inordinata v. pueri de præb. & in c. ſuper eo v. ætat. de reſcript. in* 6. & *in c.* 2. *v. pueri de ætat. & qualit.* traditque Abb. *in c. præterea num.* 6. *eod. tit.* Franch. *in c. ſi eo tempore n.* 10. *de reſcript. in* 6. Pariſ. *de reſignat. l.* 4. *q.* 9. *n.* 2. ac Rota *dicta dec.* 19. *n.* 10. poſt Vivianum, & apud Farinacium *dec.* 194. *num.* 2. *p.* 2.

18 Si ergo in caſu prædicto requiri non debet ab Epiſcopo ætas annorum quatuordecim à Concilio ſtatuta, eo quod, cùm illam non requiſiverit fundator, contentus fuiſſe judicetur ætate ſufficiente in Clerico, quem præſentari diſpoſuit, quo jure poterit Epiſcopus requirere celebrationem certorum dierum à fundatore nullo modo ſtatutorum, nullaque alia ratione requiſitorum, imò potius excluſorum ex ſuperius dictis? Hinc dino cultui expediens judicavit Eccleſia conditiones admittere in limine fundationis, etiam juri communi contrarias, illaſque ſervandas decrevit, ut fideles ad eundem cultum augendum alliceret, Gloſ. *in c. cum dilectus, v. conſtitutum de conſuet.* Lambert. *de jurep. lib.* 1. *quæſt.* 9. *princ. par.* 1. *num.* 51. & 95. Vivian. *eod. tract. lib.* 7. *c.* 1. *num.* 17. ac Ricc. *dec.* 29. *n.* 6. *par.* 2.

19 Et quidem duplici modo poſſunt dies decerniæ fundatore. Vel ut deſignet quot vicibus velit Capellanus celebrare in hebdomada, ut proinde dies ſtent demonſtrativè. Vel quia velit celebrationem Miſſæ eſſe affixam illis diebus. Si primò modo decernat dies, ut in hoc caſu, poteſt Cappellanus variare, quia celebratio non eſt affixa illis diebus, atque idcirco eſt in libertate Capellani celebrare illis, vel aliis diebus, ut obſervant Cardinalis de Lugo *de Euch. diſp.* 21 *num.* 42. Averſa *eod. tr. quæſt.* 11. *ſect.* 18. ac Dicaſtil *de Sacram. tr.* 5. *diſp.* 4. *dub.* 2. *num.* 409. Supponendumque eſt, aliud eſſe mutare qualitates appoſitas in fundatione, & aliud reducere, ſive moderari. Primum dicit, quod qualitates appoſitæ tollantur. Quod eſt contra mentem fundatoris, niſi concurrant tales circumſtantiæ, quod probabiliter judicari poſſet, quod conſenſurus eſſet. Secundum dicit, quod reducantur ad terminos æquitatis. Quod autem ſpectat ad primum, an Epiſcopus etiam cum conſenſu hæredum poſſit mutare qualitates appoſitas, non concordant Doctores. Alii namque negant. Affirmant alii. Ego tamen aſſero, quod, quicquid ſit de jure antiquo, hodie ex jure S. Concilii Tridentini *ſeſſ.* 25. *cap.* 5. *de ref.* non videtur Epiſcopus poſſe illas mutare. Et ita declaravit illius S. Congregatio apud Garziam *de benef. par.* 7. *c.* 1. *num.* 112. his verbis: *Epiſcopus non poteſt, etiam accedente conſenſu patronorum, derogare qualitatibus in fundatione beneficii appoſitis. Quia hujuſmodi facultas ſublata eſt per hoc decretum, nempè c.* 5. *de ref. f. ſſ.* 25. ac ita etiam tenet Rota in Valentina Juriſpatronatus 20. Martii 1589. coram Orano, & in Toletana Capellaniæ 14. Februarii 1583. coram Robuſterio, referente Garzia *loc. cit. num.* 113. & *ſeq.* cui ſententiæ ſtandum eſt, quicquid ſit de jure communi, cui inniituntur, qui contra ſentiunt.

20 Undè ſi cautum ſit in fundatione Eccleſiæ, ſive Capellæ, quod eligendus non habeat aliquod aliud beneficium, præſentatus ad Cappellaniam non poterit obtinere aliud beneficium, ne quidem tempore præſentationis; nec poterit ordinarius, etiam de conſenſu patronorum unam Cappellaniam in duas dividere, & duobus Cappellanis, occurente vacatione, conferre. Cappellanus verò tenebitur ad perſonalem reſidentiam, ſi ex fundatione requiritur, ut, Cappellanus divinis Officiis in choro intereſſe teneatur, vel aliis hujuſmodi oneribus ſit gravatus.

Eademque S. Congregatio cenſuit, non poſſe vali- 21
dè conferri præbendam, ſive Cappellaniam ſacerdotalem, niſi incipienti annum vigeſimumquintum. Quia cùm presbyteratus eſt annexus alicui beneficio, non eſt neceſſe, quod promovendus habeat ordinem requiſitum tempore promotionis, ſed ſatis eſt, quod faciat ſe promoveri in proximis temporibus, Abbas *in cap. cum in cunctis*, §. *inferiora de elect. num.* 1. *per cap. ſi Clericus in fine de præb. in* 6. Quod procedit; niſi cautum ſit, ut tempore electionis ſit Sacerdos, quo caſu Epiſcopus etiam de conſenſu patronorum, non poterit diſpenſare, ut præſentatus ſit minori ætate, quam requirit ordo requiſitus in fundatione. Capellania verò non poterit dici ſacerdotalis ex eo, quod ex fundatione teneatur Capellanus celebrare Miſſam bis, vel ter, vel quotidie in hebdomada ita, ut ex eo teneatur præſentatus eſſe Sacerdos, vel in tali ætate, quam facer ordo requirit, cùm ſatisfiat, dummodò non ſit minor quatuordecim annis, ut Miſſam per alium celebretur, Lap. *alleg.* 116. quem ſequitur Felin. *in c. cum omnes n.* 32. *de conſtit.* Si tamen in fundatione cautum ſit, ut Sacerdoti conferatur, vel ut per ſe ipſum Capellanus Miſſas celebret, aliter dicendum. Et cum præſuppoſita fundatione Cappellaniæ ſub his verbis. Debeat celebrare divina officia diu, noctuque, ut cæteri Cappellani faciunt, dubitaretur, an Cappellanus hic debeat eſſe presbyter, S. Congregatio cenſuit, & his non inferri neceſſariò, ut Capellanus talis eſſe debeat. Vide quæ de hac re fuſiùs dixi *tom.* 4.

Ex quibus non obſtant, quæ contra produximus. Ad 22
primum enim reſpondetur, S. Congregationis mentem, ac ipſius juris communis diſpoſitionem ex prædictis habere locum, quando per decretum Epiſcopi non aufertur jus libertatis celebrandi quocunque die, competens Rectori ex diſpoſitione, ſive expreſſa, ſive tacita fundatoris cum conſenſu ipſius Epiſcopi, præſtito in limine fundationis, nec non quando agitur de damno Eccleſiæ vitando, ne ſcilicet per abuſum hujuſmodi libertatis tempore, ſive hora incongrua, perturbatio, vel incommodum inferatur Eccleſiæ ſervitio.

Ad ſecundum reſpondetur, fundatorem ſatis con- 23
ſuluiſſe divino cultui, ac commodo Eccleſiæ, decernendo novam celebrationem in illa duarum miſſarum qualiber hebdomada, quamvis diebus certis non ſtatutis, aliatumque celebrandarum feſtis diebus ſupra commemoratis. Et ſanè ſi fundator eam tribuiſſe auctoritatem Epiſcopo cenſetur quam ipſe arbitratur, poſſet onus celebrationis augere, non ſolum quoad tempus, ſed etiam quoad numerum miſſarum. Quo enim plures, præſertim in Cathedrali, celebrentur Miſſæ, eò illi eſſet commodius. Nam ſicuti valet argumentum à re ad tempus, *l. miles in princip. ff. de milit. teſtam.* Everrad. *de loco*, Decian. *reſp.* 119. *num.* 36. *vol.* 3. Mantic. *de tacit. lib.* 6. *tit.* 23. *num.* 22. ita valet, eadem exiſtente ratione, à tempore ad rem *l. illud ff. ad l. Aquil.* ſicque arguit Gloſ. *in l. ex toto* §. *ſi ita legatum, v. nummos ff. de leg.* 1. quam probat, ac ſequitur Jaſ. *in d. S. ſi ita num.* 16. & 19. ac Decian. *reſp.* 49. *num.* 64. *vol.* 2. Quare ſicut non poteſt Epiſcopus onus augere. ſive libertatem minuere, quoad numerum miſſarum, ita non poteſt quoad tempus, ut argumentatur Alex. *in l. poſt dotem num.* 21. *ff. ſol. matr.* relatus ab Everardo loco prædicto à re ad tempus *nu.* 2.

Ad tertium. Id locum habere poteſt in ſimplice in- 24
ſtitutione

ſtitutione celebrationis Miſſarum, nulla habita ratione commoditatis illius, qui celebrare tenetur. At nos verſamur in caſu juriſpatronatus per reciprocam fundatoris, & Epiſcopi conſentientis conventionem ultrò, citròque obligatoriam, inſpecto celebrantis quoque commodo per libertatem ab impoſitione oneris certorum dierum hebdomadæ, quo in caſu certum eſt, Rectorem teneri ſatisfacere obligationi ac intentioni fundatoris ex conſenſu Epiſcopi. Relicta igitur hac libertate arbitrio Rectoris, ipſo approbante Epiſcopo, quod huic ſemel placuit diſplicere non poteſt in ejuſdem Rectoris, aliorumque præjudicium, *cap. quod ſemel de reg. jur. in* 6. & *l. nemo ff. eod. tit.*

25 Ad quartum. Fundator diſponendo, ut ſingulis hebdomadibus duæ celebrentur abſque onere certorum dierum, quæ antea non celebrabantur, aliæ ſtatis diebus feſtis, Eccleſiæ ſervitium, & commodum voluit, ac magnoperè auxit. Quæ quidem ſemper durant, etiam electione dierum libera manente arbitrio Rectoris dummodo ipſe illud exerceat tempore, & hora competenti ita, ut neque ſervitio præjudicatur, neque commodum tollatur Eccleſiæ, quemadmodum & rationi congruit, & ego ſemper ſuppono. Undè ceſſat omne inconveniens, quod excogitari poteſt.

26 Ad quintum. Fundator diſponendo cum conſenſu Epiſcopi, relicta Rectori libertate, nullum ſibi uſurpat jus diſponendi circa cultum Eccleſiæ, ſed jure utitur, quod ex Sacrorum Canonum decretis ei competit, quodque propterea tollere, æquum non eſt.

27 Ad ſextum. Rector obligationem quidem contraxit inſerviendi Eccleſiæ per celebrationem Miſſarum juxta fundatoris diſpoſitionem cum libertate ab eo intenta, & ab Epiſcopo approbata celebrandi quibus diebus ſibi libuerit in qualibet hebdomada. Undè verè dici poteſt, Epiſcopali ordinatione uſurpari jus ejusdem libertatis, ipſi Rectori in fundatione reſervatum.

28 Ad ſeptimum. Eſt admodum diverſa ratio inter editionem legis, quod ſpectat ad Epiſcopum, & impoſitionem oneris particulari perſonæ, ideoque non rectè infertur ab illa ad iſtam vulgari *l. Papinianus ff. de minor.* Imò contraria inter eas adeſt ratio, ac proinde contraria eſſe debet diſpoſitio, *l. etſi contra ff. de vulg. l. cum quidam ff. de lib. & poſth. lib. fin. ff. de calumn.* Everard. *in loco à contr. num.* 7. & Mantica *de conject. lib.* 3. *tit.* 25. *nu.* 12. Diverſitas autem, imò contrarietas rationis ea eſt, quod legis Epiſcopalis editio, cùm ſit de genere conceſſorum, *cap.* 2. ubi Gloſ. & Abb. *in major. & obed. cap. licet*, ibique etiam Abb. *num.* 2. *de offic. Ordin. cap. ut animarum*, ibique Gloſ. *v. ſtatuto de conſtit. in* 6. Gloſ. *in cap.* 2. *de loc. & conduct. & in Clem.* 2. *v. Ut ii, de ætat. & qualit. Ordin.* Turrecr. *in can. lex eſt num.* 5. *d.* 2. Bartol. *in lib. omnes populi num.* 8. ibique Bald. *n.* 30. *ff. de juſt. & jur.* ac Doctores communiter, cenſetur permiſſa, quandiu prohibita non reperitur, prout non reperitur, quando eſt præter jus, ut in contrario, *l. mutus ſub initio*, ubi Gloſ. *v. hoc edictum ff. de procur. l. nec non* §. *quod eis*, Gloſ. *v. prohibeant ff. ex quib. cauſ. major cap.* 1. ubi Gloſ. *v. reputari de procur. in* 6. *can. lex divina* 27. *quæſt.* 2. Gloſ. *in c.* 2. *v. non invenitur de tranſlat. Epiſc.* Cravet. *conſ.* 174. *n.* 5. & *conſ.* 205. *num.* 23. At oneris impoſitio cum ſit de genere prohibitorum; nam per illam læditur jus alterius, quod quiſque ſupremo Principe inferior, agere prohibetur, eriam cum cauſa *l. tonties* §. *ſi cui*, ubi Bartol. *ff. de pollic.* Bald. *in l.* 2. *n.* 44. *C. de ſervit. & aquæd.* Felin. *in c. quæ in Eccleſiarum n.* 31. *de Conſtit.* Cravet. *conſ.* 7. *n.* 7. Ruin. *conſ.* 229. *n.* 4. & 5. *l.* 1. Natta *conſ.* 82. *n.* 3. & *conſ.* 106. *n.* 4. *l.* 1. prohibita cenſetur, ubi non apparet permiſſa, *can. ſi non licet* 23. *quæſt.* 1. Gloſ. *in can. fin. v. perciperet* 24. *quæſt.* 1. quam ſequitur Prob. ad Monach. *in cap. fin. n.* 5. & 14. *de temp. Ord. in* 6. & Franch. *dec.* 71. *n.* 15. Itaque contraria, quæ adduximus, non valent, nec quia magna, nec quia multa.

CONSULTATIO CXII.

An, & quatenus Metropolitanus poſſit abſque licentia ſui ſuffraganei executioni demandare citationes, inhibitiones, mandata, cæteraſque forenſes ſcripturas contra tertios in diœceſi ſuffraganea ex cauſa appellationis, in Metropolitanam Curiam introductæ?

REſpondeo poſſe, ſi Metropolitanus id faceret juxta conſuetudinem, eſſetque in hac quaſi poſſeſſione. Non enim dubitari poteſt, quin juriſdictio præſcribi poſſit per rextum *in cap. auditis*, ibique Gloſ. *v. Epiſcopale jus, & c. cum olim*, ubi etiam Gloſ. *v. præſcriptione de præſcript. c. cum contingat de for. comp.* fuſe, ac doctè Jaſ. *in l. imperium n.* 20. *C. de juris d. omn. jud. & l. viros C. de diverſ. offic. & apparit.* 1

Quare, licet juriſdictio Metropolitani per appella- 2
tionem duntaxat extendatur ad ſubditos ſuffraganeos appellantes, & appellatos, non autem ad citandos, ut decernitur *in c.* 11. §. *neque de for. comp. in* 6. & tradunt Doctores communiter; Id tamen non procedit, quando Metropolitanus per conſuetudinem id obtinuerit, ut expreſsè habetur in *d.* §. *neque*, ibi: *Niſi aliud in his tribus de conſuetudine obtinuerit*, ubi Gloſ. *v. de conſuetudine*, & admittunt Genuenſ. *in pr. c.* 88. *n.* 8. Quaranta *in ſum. Bullar. v. Archiepiſc. auctoritas, verſ. vigeſima quinta*, Merol. *tom.* 3. *diſp.* 7. *c.* 5. *n.* 580. & hanc eſſe conſuetudinem in toto fermè Regno Neapolitano, teſtatur Ventriglia *in pr. Eccleſiaſt. tom.* 1. *annot.* 49. §. *un. n.* 4. per hæc verba: *Limitant communiter eorum doctrinam, poſſe Metropolitanum adſtringere ſubditos ſuffraganeorum ad faciendum teſtimonium, ſi hoc conſuetudo permittat, quæ conſuetudo videtur ſervari inter Curias Metropolitanas Regni.* Hanc igitur juriſdictionem potuit Metropolitanus acquirere ex conſuetudine, ac multiplicatis actibus contra teſtes, principales appellantes, & appellatos, ac cæteros hujuſmodi, ſufficitque ad acquirendam quaſi poſſeſſionem in juriſdictionalibus unicus actus, Abb. *in c. Eccleſia Sutrina de cauſ. poſſeſ. & propriet. num.* 23. ubi Ripa *n.* 52. Cæphal. *conſ.* 70. *n.* 1. 52. *l.* 2. Caval. *dec.* 655. *nu.* 2. Rota *par.* 1. *rec. dec.* 533. *n.* 2. & apud Poſth. *de manut. dec.* 113. *n.* 4. & 137. *n.* 2. Burat. *dec.* 691. *n.* 2. idemque Poſth. *loc. cit. obſerv.* 73. *n.* 133.

Neque obſtat, quod, ut præſcriptione, ſive conſue- 3
tudine inniti poſſit Metropolitanus, requiritur, ut probet uſum talis juriſdictionis, fuiſſe cum ſcientia, & patientia, ſive acquieſcentia ſuffraganei, ſine qua non currit præſcriptio ex vulgò traditis.

Nam Metropolitanum, uſum fuiſſe hac juriſdictio- 4
ne cum ſcientia, & patientia ſuffraganei, probari poterit ex multiplicitate actuum, ac diuturnitate temporis, ut per Innoc. *in c. bonæ* 2. *de poſtul.* Abb. *in d. c. Eccleſia Sutrina n.* 25. Maſcard. *concl.* 1299. *n.* 15. Rota *dec.* 179. *n.* 2. *par.* 2. *diverſ.* Caval *dec.* 631. *n.* 3. Gratian. *diſcept.* 113. *num.* 64. & 681. *n.* 37. Rota penes Poſth. *dec.* 332. *n.* 4. Seraph. *dec.* 306. Burat. *dec.* 222. *n.* 6. & Addens *ad ipſum dec.* 249. ac Ludoviſ. *dec.* 325. *nu.* 22. Ac etiam ex qualitate facti, ac vicinitate, ut tradunt Doctores citati, præcipuè Gratian. *d. diſcept.* 113. *n.* 64. & Addens ad Burattum *loc. cit. n.* 11. Burat. *d.* 604. *n.* 9. & *dec.* 222. *n.* 6. Nam citationes non fiunt furtim, & occultè, ſed palam. De iis autem, quæ fiunt palam, præſumitur ſcientia, Menoch. *l.* 6. *præſumpt.* 23. *n.* 68. Rot. *dec.* 537. *n.* 4. *par.* 1. *rec.* Maſcard. *concl.* 1105. *num.* 16. & *concl.* 829. *n.* 16. *ac* 17. Præſertim ſi id exerceatur in locis vicinis, ac parvis, in quibus facilius præſumitur ſcientia, Pariſ. *conſ.* 21. *num.* 39. & Burat. *d. deciſ.* 604. *num.* 9.

Ex his autem circumſtantiis, nempè ex qualitatibus facti, actuum multiplicitate, temporis diuturnitate, vicinitate locorum optimè probatur ſcientia, ut præter adductos, firmat etiam Poſth. *obſerv.* 40. *n.* 29. Parja enim ſunt ſcire, ac facilè ſcire poſſe, *l. Julianus. ff. ad Maced.*

Maced. Ludovis. *dec.* 127. *n.* 7. Admittuntque omnes, scientiam conjecturis probari posse, etiam in rebus magni momenti, ut Dec. *in l. eorum, qui in provincia, §. si stipulatus ff. de verb. signif.* Cæphal. *cons.* 314. *n.* 15. Surd. *cons.* 1. *n.* 52. Seraph. *dec.* 1459. *n.* 12. Rota *dec.* 193. *nu.* 34. & 238. *n.* 28. *par.* 8. *recent.* Burat. *dec.* 709. *n.* 9. & 932. ac Othobon. *decis.* 269. *num.* 11. & 12.

CONSULTATIO CXIII.

Quenam requirantur, ut quis absens à servitio Ecclesiæ suæ lucretur fructus, ac distributiones?

1 DUO præcipuè requiruntur. Justa absentiæ causa, & licentia Ordinarii. Ita Glos. *in cap. relatum v. Prælatorum de Cler. non resid.* ac firmat Rota in causa sibi transmissa à S. Congregatione Concilii in Licien. fructuum 21. Aprilis 1603. coram Pamphilio, ac *decis.* 401. *n.* 2. & *decis.* 608. *num.* 1. *p.* 1. *rec.* Undè qui abest à servitio Ecclesiæ, non pro ipsius Ecclesiæ utilitate, sed pro tuenda possessione sui beneficii, ac proinde non Ecclesiæ, sed propriam utilitatem prosequitur non lucratur fructus, neque distributiones, ut per Joan. Andr. Gemin. Butr. & alios comprobat Rota in citata Licien. §. *accedit.*

2 Quare absentia pro negotiis propriis non est justa causa non residendi. Nam, sicut dixi, requiritur simul licentia Ordinarii, & causa debet esse rationabilis, ut censeri possit justum impedimentum, Archid. *in cap. un. de Cler. non resid. in 6.* ibique Prob. *num.* 25. puta si allegaretur infirmitas, vel necessitas, aut evidens Ecclesiæ utilitas juxta *d. cap. un. de Cler. non resid.* Cessat autem justum impedimentum, ubi litem Canonicus, aut beneficiarius agere potest per procuratorem, ut comprobat Rota *dec.* 1131. *n.* 4. coram Seraph. & in eadem Licien. §. *Ultra quod.* Idque maximè locum habet post obtentum ab ipsis mandatum de manutenendo, ut per Rotam *dec.* 608. *n.* 2. *par.* 1. *rec.* & ubi agitur de distributionibus quotidianis, quæ non dantur, nisi interessentibus, ut in his terminis eadem Rota *d. dec.* 1131. *n.* 2. coram Seraphino, ratione scilicet laboris, ac operis impensi in Vinea Domini, hoc est in Ecclesia, ut ait Rota *decis.* 309. *num.* 17. *par.* 7. *recent.*

3 Decisio autem in Licien. quæ usui quotidiano esse potest, hæc est: Licien. fructuum secunda Aprilis 1603. coram Pamphilio, In causa Licien. fructuum proposui dubium transmissum à S. Congregatione Concilii, an Canonico absenti à sua Ecclesia &c. Et causa diligenter discussa, fuit per omnes Dominos resolutum, non deberi, cum in sua Ecclesia non resideret, *cap. quia nonnulli, cap. relictum, & c. conquerente de Cler. non resid.* Obstat enim ei ad fructus agenti legitima exceptio non residentiæ, ut per Abb. *in d. c. conquerente n.* 4. ac ibi Jo. de Anania *in fine*, ac tenuit Rota in Caurien. fructuum sub die 4. Decemb. 1592. coram b. m. Orano.

4 Accidit, quod iste Canonicus non fuit transmissus à beneficiatis pro defensione jurium Ecclesiæ juxta formam *cap. cupientes* §. *ad hæc, de elect. in 6.* Et non habet locum in electo absente pro negotio suæ electionis, qui propriam, non autem Ecclesiæ utilitatem prosequitur, ut per Jo. Andr. *ibi n.* 1. Gemin. *n.* 5. *cum. seq.* Anchar. *num.* 3.

5 Non obstat, quod Canonicus possit abesse ex justa causa, *Clem.* 1. §. *cæterum de stat. Monach.* & absentia etiem pro propriis dicatur justa causa, *can. præsentium* 7. *quæst.* 1. Glos. *in d. cap. relatum, & in cap. ex parte* 2. *in v. perjurium de Cler. non resid.* Quia hoc procedit, concurrente simul licentia Superioris, quæ hic non adest, *d. c. relatum*, & ibi Glos. *in v. putatorum*, & ibi Abb. *in* 4. *notab. & in c. inter quatuor eod. tit.* Sylva *de benef. par.* 4. *quæst.* 6. *n.* 34. *in fin. cum seq.* & tradunt Summistæ in *v. residentia*, Sylvester *n.* 3. Pisanel. *n.* 4. Rosella *n.* 3. Angel. *in v. Clerici n.* 3. & fuit resolutum coram Illustrissimo Placto in Burgensi residentiæ 4. Julii 1586.

6 Vltra quod justa causa debet esse rationabilis, ut beneficiatus, etiamsi velit, non possit residere absque magno periculo læsionis corporis, vel amissionis rerum suarum *d. c. un.* §. *qui verò* ubi Archid. *n.* 2. Gemin. *n.* 5. Franch. *n.* 2. Et cessat hoc casu, ubi negotium est tale, quod potuisset tractari per alias personas, nempè per Procuratorem, Bartol. *in l. sed si*, §. 1. *ff. quib. ex caus. major.* Bald. *in l. eos*, & §. *Apostolos in prima C. de appel.* & censuerunt Domini in Carthaginensi fructuum 29. Maii 1595. coram D. Seraphino, & ita non fuit justa causa, & licentia Superioris, quæ copulativè requiruntur, & unum sine altero non sufficit, Abb. *in d. c. relatum in* 4. *notab.* Sylva *d. quæst.* 6. *n.* 34. cum aliis supracitatis.

7 Eadem ferè habet Rota in Calaguritana fructuum, & distributionum 26. Maii 1614. coram Ubaldo in hæc verba: Decanus Calaguritanus, obtenta Commissione in Rota in prima instantia super jure votandi in Capitulo, & anniversariis dictæ Ecclesiæ, ad Curiam accessit, & obtento mandato de manutenendo quoad jus votandi, obtinuit etiam in Rota committi causam super fructibus, & distributionibus, quas prætendebat lucrari, etiamsi esset absens à sua residentia. Undè proposito dubio, an esset habendus pro præsenti in casu, & ad effectum, de quo agitur? Domini negativè responderunt quoad fructus, & distributiones post obtentum prædictum mandatum de manutenendo cum reservatione, ut de aliis decursis ante dictum tempus videretur. Fundamentum fuit, quia, ut tritum est in Rota ad effectum, ut absens lucretur fructus, & distributiones, duo copulativè requiruntur, videlicet justa causa absentiæ, & licentia Ordinarii ad tradita per Glos. *in c. relatum in v. Prælatorum*, & ibi Abb. *in* 4. *notab. de Cler. non resid.* & idem Abb. *in c. inter quatuor eod. tit.* Felin. *in c. fin. vers. sextò limita de magistr.* & fuit dictum in Licien. fructuum 2. Aprilis 1603. coram b. m. Card. Pamphilio, & aliàs sæpè.

8 In proposito autem casu postquam Decanus habuit mandatum de manutenendo, quoad jus votandi in Capitulo, videtur penitus cessare juxta causam absentiæ, siquam antea poterat fortè prætendere, quasi videretur abesse pro defensione jurium suæ dignitatis, & impediti facto Capituli, quod illud turbabat in jure votandi ad textum *in c.* 2. *ex parte de Cler. non resid.* Calderin. *cons.* 17. *de præb.* Anchar. *cons.* 17. *n.* 2. Covar. *l.* 3. *var. resol. cap.* 13. *sub. n.* 8. & fuit tentum in Salamantina Censuratum 28. Novembris 1594. coram b. m. Card. Seraphino, quæ est decisio 1094. *n.* 5. *par.* 2. *impres.* & in *Asten. fructuum* 15. Martii 1613. coram R. P. D. meo Manzanedo.

9 Quoniam autem hæc materia fermè quotidiana est, ideò de illa fusè disceptabimus integris duabus Consultationibus, quarum prima sit.

CONSVLTATIO CXIV.

An quando, & quatenus, absentibus debeantur fructus præbendæ? Vbi Conclusiones, ampliationes, ac limitationes, non quidem ex Doctorum sententiis, qui rem obscurarunt potiùs, quàm declararunt, sed ex responsionibus S. Congregationis Concilii, ex cujus jure jus commune in multis est immutatum, & certam interpretationem accepit. Ubi in hanc rem effata.

1 ET quidem in primis tenendum est, hujusmodi fructus differre à distributionibus quotidianis. Nam fructus sunt reditus certi, ipsum corpus præbendæ constituentes, qui dantur residentibus, non habita ratione servitii quotidiani, quia percipiuntur sine facto, ac sine ministerio hominis. Distributiones verò sunt emolumenta incerta, ad corpus præbendæ non pertinentia. Pendent enim ex incerto actuali ministerio, ac opere, & dividuntur pro rata servitii inter eos tantum, qui horis canonicis

canonicis intersunt per textum in *extravag. postulasti §. licet, de præb.*

2 Hanc differentiam constituit, ac pluribus firmat Oldrad. *cons.* 118. Quod vendicat sibi locum, etiamsi dividantur in fine anni, non autem dietim. Nam si divisio fiat non æqualiter, sed habita ratione servitii cujusque horæ, & absentes nihil percipiant, sunt veræ distributiones quotidianæ, non autem fructus præbendæ, sive, ut ajunt, fructus grossi, vel massæ communis, ut inquit Rota apud Achil. *dec. un. de distr.* Caputaquen *dec.* 29. *par.* 2. & coram Seraph. *dec.* 1140. *n.* 2. ubi decidit, reditus Collegiatæ Ecclesiæ Aquavivæ, qui in fine anni dividuntur pro rata servitii diurni, esse distributiones quotidianas, & propterea ex illis non esse contribuendum seminario Barensi. Quam decisionem postea in eadem causa probavit S. Congregatio Concilii.

3 Neque obstat textus in *extravag. Cum nonnulla* 1. §. *præterea de præb.* in qua exprimitur, illam bladi quantitatem & pecuniæ summam, quæ pro quolibet mense, vel hebdomada Canonicis ministrantur non debere pro quotidianis distributionibus computari, sed illa tantum, quæ præfatis Canonicis quotidie pro diurnis, & nocturnis horis distribuuntur sine fraude.

4 Nam textus loquitur de illa bladi, & pecuniæ quantitate, quæ consuevit assignari absentibus studiorum causa, vel pro negotiis de licentia Capitulorum, ut ibi exprimitur. Unde secus esset, si nihil consuevisset absentibus exhiberi. Et dum textus ait, censeri distributiones, quæ dividuntur quotidiè, respicit ad id, quod frequentius fieri solet. Propterea enim appellantur distributiones quotidianæ. At verò si divisio fiat, habita ratione quotidiani servitii, non ideò minus censeri debent quotidianæ, quod dividantur in fide hebdomadæ, aut mensis, vel anni. Quia hoc fit gratia commodioris solutionis, nec alterat naturam distributionum, quæ in eo consistit, ut sint deputatæ pro servitio cujusque dici, & non interessentes nihil percipiant, ut habetur i *d. extravag. postulasti eo §. licet, & in cit. §. præterea*, ad quem alias se remisit S. Congregatio Concilii. Nam consulta, quæ sint distributiones, de quibus Concilium *c.* 12. *sess.* 24. & *cap. un. de Cler. non resid. in 6.* & quæ sint distributiones, quæ habentur loco præbendæ, à quibus non excluduntur absentes ratione alicujus privilegii, de quibus *in cap. un. vers. receperit*, simpliciter respondit, *id deliberasse Extravagantem, Cum nonnullæ*, §. *præterea de præb.*

5 His constitutis, quod primum dubium sit prima conclusio: Obtinentes beneficia, nimirum Dignitates, Canonicatus, præbendas, vel portiones in Cathedralibus, vel Collegiatis Ecclesiis, tenentur in eis personaliter residere, nec in absentia percipere debent fructus præbendarum suarum, ut in *cap. licet de præb. & in c. inter quatuor, & c. fin. de Cler. non resid. & cap. pervenit* 2. *de appel.* Id ipsum probatur *in c. Cum omnes de Constit.* ubi Canonici absentes percipere possunt fructus præbendarum suarum vigore consuetudinis. Ergo, secluså consuetudine, de jure communi illos percipere non debent, atque ita inibi notat Glossa communiter approbat, dicens; hoc esse jus commune, ut Canonici absentes nihil percipiant. Idemque tenet Glos. *in c. conquerente, v. deserviat, de cler. non resid.* & Glos. *in d. c. licet*, verbis illis: *de corpore præbendæ suæ, quam in absentia de jure communi percipere non debent Clerici.* Et verbum *Residere* accipiendum est cum effectu, idest, Ecclesiæ in divinis officiis deservire, *c. relatum de cler. resid. & cit. cap. conquerente*, ac prosequuntur Ost. *in sum. eod. tit.* §. 2. *quæst.* 27. Astens. *lib.* 6. *tit.* 34. Sylvest. *v. resid. sub initio*, Andreas ab exea in *c. Cum omnes nu.* 58. *de constit.* quos sectatur Covar. *lib.* 3. *c.* 13. *n.* 3. & firmat Anchar. in *d. cap. un. de Cler. non resid. in 6.* Nam residentia debet esse laboriosa, cum beneficia ad divinum cultum, & Ecclesiastica munia obeunda sint constituta, *cap. cum ad hoc eod. tit.* & habetur in decreto Concilii Tridentini *cap.* 13. *in princ. sess.* 21. Quid enim prodest præsentia in loco, ex quo divinis non adsunt, ut inquit Glos. in *d. cap. un. v. præsentes.* Et ita intellexit Canonicorum residentiam S. Congregatio Concilii interpres, ut infra dicemus.

6 Cæterùm, etsi absentes percipere non debeant fructus præbendarum, non tamen hoc ita accipiendum est, ut illos amittant ipso jure, imò acquiruntur sine facto, & ministerio hominis, ut ex Oldrado jam dictum est. Sed ita est intelligendum, ut privandi sint ad præscriptum S. Concilii Tridentini in *d. c.* 12. §. *præterea sess.* 24. ubi decernitur, ut absentes, ultra tempus ibi permissum, primo anno priventur dimidia parte fructuum, quos ratione, etiam præbendæ, ac residentiæ fecerunt suos. Quod si iterùm eadem fuerint usi negligentia, priventur omnibus fructibus, quos eodem anno lucrati fuerint. Crescente verò contumacia contra eos juxta Sacrorum Canonum Constitutiones procedatur, idest ad privationem tituli. Atque ita hodie correcta est dispositio antiquorum Canonum, secundum quam Canonicus absens privari poterat beneficio, si intra congruum terminum, sibi præfixum, ad residentiam non rediisset, ut in *d. c. pervenit* 2. *de appel. c. inter, & c. ult. de cler. non resid.* Nam post S. Concilium privari non potest titulo, nisi post lapsum trium annorum, & juxta illius formam.

7 Quare cum Archiepiscopus Tarentinus, olim petiisset declarari à S. Congregatione Concilii, an rectè processisset contra subcantorem Canonicum Ecclesiæ suæ jam decem & octo menses absentem, cùm ei comminatus fuisset pœnam privationis, si intra mensem non rediderat?

8 Sacra Congregatio duo declaravit. Primum Concilium clarè disposuisse, expectandum esse lapsum trium annorum, antequam ad privationem in forum procedatur, ut in *d. c.* 12. *sess.* 24. *vers. Præterea.* Nam in primo amittit non residens dimidiam, in secundo omnes fructus, in tertio privatur titulo. Et ita rescriptum fuit plurimis Episcopis. Secundum, etsi omnes reditus in distributionibus quotidianis constitant, pro primo anno, vel secundo, non debere indici privationem. Quia cùm sint quotidianæ, & non percipiat eas non residens, satis est privatus & pro primo anno, & pro secundo, & admonendum Archiepiscopum, ne has distributiones, quas iste amittit non residendo, sinat accrescere servientibus. Constitutionem verò, qua absentes ultra duos menses privantur Cappellaniis; S. Congregatio sic censuit intelligendam, ut absentes ultra duos menses primo anno priventur dimidia parte fructuum, secundo omnibus, tertio Capellaniis. Hos autem duos menses, cùm Constitutio sit odiosa, oportere esse continuos, quemadmodum & supradictos tres annos, non autem interpollatos. Quod si quis fraude usus fuerit, tunc Ordinario licere animadvertere in eos, qui fraudem commiserint, pœnam autem amissionis fructuum censuit non habere locum in quotidianis distributionibus, quos Canonicus inserviens jam lucratus est.

9 Hæc autem conclusio habet locum, non obstante contraria consuetudine non residendi, aut fructus in absentia percipiendi. Nam, etsi consuetudo hujusmodi valida esset de jure communi per textum in *c. Cum omnes de Constit.* ibique notat Glos. *fin.* ac Innocentius, & alii, saltem in eo casu, in quo Canonicus absens inserviebat per substitutum juxta opinionem Ostiensis *ibidem n.* 10. quem sequuntur Doctores communiter, ut ibi testatur Abb. *n. item* 10. nunc tamen sublata est à S. Concilio Trident. *d. c.* 12. *eo* §. *Præterea* ubi statuitur, ut obtinentibus in Cathedralibus, aut Collegiatis Ecclesiis dignitates, Canonicatus, Præbendas, aut portiones, non liceat vigore cujuslibet statuti, aut consuetudinis ultra tres menses ab eisdem Ecclesiis quolibet anno abesse. Quo decreto corrigitur *d. c. cum omnes*, & opiniones Doctorum in hac materia non habent amplius locum. Quinimo in Cathedralibus, & Collegiatis insignibus eo decreto sublata est consuetudo, etiam imme-

immemorabilis, vacandi ultra tres menſes à ſervitio chori, ut multoties reſpondiſſe S. Congregationem, ait D. Fagnanus *in cit. c. cum omnes num.* 31. *& ſeqq.*

10 Procedit etiam in Collegiatis non inſignibus. Cenſuit enim S. Congregatio 24. Julii 1574. Canonicos Collegiatarum Eccleſiarum, etiam non inſignium, teneri ad reſidentiam, niſi tamen iſtæ non inſignes Collegiatæ eſſent rurales, prorſus deſtitutæ, aut in quibus nunquam antea ſupra hominum memoriam ſolitum eſſet reſideri, aut adeò tenues reditus eſſent, ut Canonicos aliunde non habentes, unde vivant, alere non poſſint. Quod fuse explicat idem Fagnanus *loc. cit. à d. n.* 31.

11 Ac etiamſi Eccleſiæ ſtatutum longius abſentiæ tempus indulgeat. Quia decretum *d. c.* 12. *in ſupe citato* §. *Præterea* derogat non tantum conſuetudinibus, ſed etiam ſtatutis. Unde cum fuerit quæſitum, an valeat ſtatutum, ut una, vel duabus horis intereſſentes lucrentur maſſam groſſam, ſive præbendam, amiſſis diſtributionibus quotidianis, reſponſum eſt non valere.

12 Habet quoque locum, non obſtante licentia, quam Capitulum concedere conſuevit, vacandi à Choro ultra tres menſes. Imo cenſuit S. Congregatio non excuſare à pœna Concilii licentiam, quam Capitula Cathedralium Hiſpaniæ ab immemorabili tempore concedere conſueverunt, ut Canonici abeſſe poſſint, donec Capitulo viſum fuerit. Quin etiam hanc licentiam non modò Capitulum, ſed nec Epiſcopum quidem, etiam ex rationabilibus cauſis, in jure non expreſſis, ac ſuppoſita immemorabili conſuetudine, poſſe concedere. Et idcircò Doctores ajunt, de jure communi antiquo nec abſentes in ſtudio Theologiæ debuiſſe percipere fructus præbendæ, antequam emanaſſet Decretalis *ſuper ſpecula de magiſtr.* ut nominatim notant Butr. *in cit. cap. licet*, *notab.* 1. Cardinalis, & alii *de præb.*

13 Eodemque modo ad pœnam privationis fructuum contra abſentes ultra tempus à S. Concilio permiſſum procedendum eſt, non obſtante quavis remiſſione Canonicorum. Nam cenſuit S. Congregatio, hujuſmodi remiſſionem eſſe prohibitam, tam quoad diſtributiones, de quarum remiſſione ſi conſtiterit, debere Epiſcopum jure agere in reos, quàm quoad fructus præbendæ, quos remittere non eſt in facultate Canonicorum, cum Eccleſiæ ſint applicandi.

14 Id etiam obtinet in dignitatibus Cathedralium Eccleſiarum, quæ nullos habent reditus. Nam nihilominus coligantur ad perſonalem reſidentiam, non obſtante contraria conſuetudine, de quo vide Fagnanum *in d. cap. cum omnes n.* 25. *& ſeq. de Conſtit.*

15 Ac ita quidem procedit, ut non ſufficiat reſidentia in civitate, ſed omnino requiritur intereſſentia divinis officiis adeò, ut contra abſentes à Choro ultra tres menſes procedendum ſit ad præſcriptum Concilii. Reſidentia enim accipienda eſt cum effectu, ut jam diximus. Ideòque cum quæreretur, an verba poſita in *d. c.* 12. §. *præterea*, prohibeant, ne Canonici, aliique abſint à Choro, vel tantum, ne abſint à Civitate; S. Congregatio cenſuit, prohibere, ne abſint à Choro. Et ad conſultationem Cardinalis S. Praxedis, tunc Archiepiſcopi Mediolanenſis, reſpondit, puniendos eſſe qui abſunt à ſervitio Eccleſiæ, licet in Civitate, locove, in quibus ipſa Eccleſia conſiſtit, ſint præſentes. Quia verba Concilii dicunt: *Ab eiſdem Eccleſiis abeſſe*, non à loco Eccleſiæ. Et ſic intelliguntur de ſervitio Eccleſiæ. Et iterum conſulta, quomodo eſſent privandi, qui ultra medietatem anni abſunt à ſervitio Eccleſiæ prætextu, quod non diſceſſerint à Civitate? Reſpondit primo anno privandos eſſe dimidia parte fructuum. Secundò omnibus. Tertiò, prout ſancitum eſt decreto Concilii *c.* 12. *ſeſſ.* 24.

16 Ampliatur itidem, ut Canonici non ſolum teneantur intereſſe Choro, ſed etiam Congregationibus Capitularibus. Undè cum fuerit quæſitum, an Canonicus ſuæ obligationi ſatisfaciens in eo, quod attinet ad reſidentiam, & ſervitium Chori, & altaris, poſſit tuta conſcientia ſemper, aut plerumquè abeſſe à Capitulis, ſive Congregationibus Capitularibus; S. Congregatio cenſuit, *non poſſe*. Declaravitque, validum eſſe ſtatutum, vel conſuetudinem, qua mulctantur ii, qui Congregationibus Capitularibus non interfuerint. Verùm, ſuborta dubitatione, an Canonicus poſſit ſumere dies abſentiæ à conſuetudine, vel ſtatuto Eccleſiæ permiſſos, & à Concilio non ſublatos in diebus Capituli, ſive Congregationum Capitularium, inclinavit, *poſſe*. Sed tamen nihil fuit deciſum. Quia prius edoceri voluit, numquid hujus dubii ſolutio peteretur ad evitandam pœnam, vel mulctam, impoſitam in eos, qui hujuſmodi Congregationibus non interfuerint, vel ad acquirendas diſtributiones aſſignatas pro horis, quibus habentur hujuſmodi Congregationes. Sed aliàs fuit reſolutum, *poſſe*.

17 Habetque locum etiam in abſentibus à Cathedrali pro utilitate, vel neceſſitate alterius Eccleſiæ. Nam ad hoc, ut pro præſentibus habeantur, exigitur utilitas, vel neceſſitas illius Eccleſiæ in ſpecie, de cujus fructibus agitur, ut infra, pro quo facit textus *in c. ex parte* 2. ibi: *Si te non abſentando in fraudem præpoſituræ tuæ jura fideliter proſequeris, cum ex hoc cenſeri debeas reſidens. de Cler. non reſid.* Hinc Canonico abſenti pro defenſione jurium Eccleſiæ parochialis, in qua erat beneficiatus, & electionis factæ de ejus perſona ad rectorium dictæ parochialis, non deberi fructus præbendæ ſui Canonicatus, decidit Rota, cujus deciſionem S. Congregatio approbavit.

18 Et ita denique ampliatur ut nec acris intemperies excuſet Canonicos à reſidentia ultra tres menſes à Concilio permiſſos. Hinc petentibus Canonicis, ut liceret dimidiæ eorum parti per alternas hebdomadas inſervire, eo quod Cathedralis frigida, & humida eſſet; S. Congregatio abnuit, & Sanctiſſimus itidem abnuit.

19 Qua in re advertendum eſt, quod Doctores *in c. fin. de Cler. non reſid.* communiter tenent, beneficiatum excuſari à reſidentia ob aeris intemperiem *per can. quorundam diſt.* 74. Sed videntur accipere intemperiem pro aeris corruptione, prout accipit ibi Oſtien. *nu.* 4. quo caſu licet eis abſcedere, etiam renuente ſuperiore, cùm periculum ſit in mora, ut concludit Ripa *in tr. de peſt. tit. de privil. contract. n.* 140. Aliquando tamen hæc cauſa juſta viſa fuit cum aliquibus diſpenſandi, & in ſpeciatim petente Capitulo Caurienſi ob aeris intemperiem, ne reſidere tenerentur, Sanctiſſimus die 7. Octobris 1580. audita relatione Congregationis, impertitus eſt facultatem Epiſcopo, ut poſſit ſingulis annis, ſi ſibi juſtæ cauſæ diſpenſandi videbuntur, licentiam concedere Canonicis non reſidendi per alium menſem, ultra tres, quibus per Concilium, & quartum, quo vigore literarum s. m. Pii V. eiſdem abeſſe licet, in eo numero, qui Epiſcopo viſus fuerit, ne cultus divinus deſeratur.

20 Hæc porro principalis Concluſio limitatur primo, ſi ex ſtatuto Eccleſiæ, vel conſuetudine uſque ad tres menſes quolibet anno ab Eccleſia abeſſe liceat. Hujuſmodi enim conſuetudinem, & ſtatutum à contrario ſenſu præſervat Concilium Tridentinum in *d. c.* 12. *cit.* §. *Præterea.* Non autem indulget Canonicis omnium Eccleſiarum, ut tres menſes abeſſe poſſint, ut quidam inconſulto putarunt. Non enim procedit concedendo, ſed prohibendo hic verbis: *Non liceat prætextu cujuslibet ſtatuti, vel conſuetudinis, ultra tres menſes abeſſe.* Imo expreſsè præſervat Conſtitutiones, longius abſentiæ tempus requirunt, ibi: *ſalvis nihilominus.* Undè propoſito dubio, an Canonici, qui majori ſervitio Eccleſiæ, quam novem menſium ſunt adſtricti, ſubiaceant ſi non reſederint, eiſdem pœnis, de quibus *in d. c.* 12. S. Congregatio cenſuit, *ſubjacere*. Et Canonicis, ut ſupra adſtrictis, poſtulantibus ex gratia vacationem trium menſium, S. Congregatio ſemper abnuit.

21 Suppoſita autem conſuetudine, vel ſtatuto Eccleſiæ, ut Canonici abeſſe poſſint tres menſes à Concilio permiſſos

miſſos, cenſuit eadem S. Congregatio, nec Epiſcopi, neque Capituli licentiam, neque Cauſam requiri; & abſentes eo tempore ex cauſa privatorum negotiorum non debere aliàs mulctari quam amiſſione quotidianarum diſtributionum. De quo etiam infrà. Amplius cenſuit, non oportere, ut abſentia ſit continua, ut comprehendatur in *d. cap.* 12. ſed ſatis eſſe, ut dies abſentiæ licet interpellati, ſuperent trimeſtre. Item reſpondit, non poſſe Epiſcopum contrarium ſtatuere. Et rurſus, orta dubitatione, an tres menſes, quibus Canonicis abeſſe licet à ſuis Eccleſijs ex *cap.* 12. *ſeſſ.* 24. poſſint eſſe continui, & quoad omnes Canonicos? cenſuit, poſſe eſſe continuos, non tamen omnes Canonicos poſſe abeſſe eodem tempore, ne Eccleſia deſtituatur omni ſervitio, ſed tantum eam quotam partem Canonicorum, quæ videbitur arbitrio Epiſcopi, & Capituli, & Sanctiſſimus probavit ſententiam Congregationis, ad ſe relatam, ſubdens Concilium non dediſſe tres menſes Capitulo, ſed Canonicis ſcilicet ſingulis per vices.

22 Verumtamen, etſi Canonici teneantur omnibus ſeptem horis inſervire, *Clem.* 1. ubi Gloſ. *v. Canonicis, & v. debitis de celebr. Miſſ. Clem. in fin. de reliq. & vener. Sanct. Clem.* 2. *v. certis horis de etat. & qual.* nec valeat ſtatutum, ut reſidens una hora, habeatur pro reſidente omnibus, Lauden. Cardinal. & Anchar. *in d. Clem.* 1. *de celebr. Miſſar.* Nihilominus ad conficiendum ſpatium trium menſium, reſponſum eſt, horas cujuslibet diei non eſſe computandas, ſed dies integros abſentiæ tantum. Sed nec poſſe confici ex notis, quibus Canonici reſidentes abſunt à Choro, dies, ut ex diebus, & horis ſic collectis, conficiantur menſes abſentiæ, de quibus in decreto *cap.* 12. *ſeſſ.* 24. Neq; ad conſtituendum ſervitium novem menſium colligendas eſſe punctaturas, quaſi iis, qui novem partes punctaturarum ex duodecim, qui ex ſervitio totius anni conſtantur, deſerviendo tulerint, ſervitio punctaturarum debito ſatisfecerint; ſed ipſos dies reſidentiæ, ac ſervitii, ſive continui fuerint, ſive interpolati, numerandos eſſe, ut compleant numerum dictorum novem menſium. Quare dubitante Epiſcopo Palentino, an Prebendati Capitulo Palentini, qui in uno ex novem menſibus reſidentiæ uni horæ quotidie interſunt, ſtatuto Eccleſiæ id permittente propter nimiam Eccleſiæ, & loci frigiditatem, & aeris intemperiem pro lucrandis fructibus illius menſis, ex eo, quod, reliquis horis non interfuerint, privari poſſint, tamquam abſentes, ultra tres menſes juxta formam Concilii *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *verſ. Præterea?* Sac. Congregatio cenſuit, ſtatutum, de quo ſupra, tolli debere, utpotè contra Concilium adeò, ut non intereſſentes omnibus horis in prædicto menſe amittant illam ratam fructuum, quam amitterent in aliis octo menſibus ſingulis horis, non intereſſendo, non tamen incedere in pœnam *d. verſ. Præterea*, quaſi adfuiſſent ultra tres menſes.

23 Secundò limitatur, ſi in fundatione Eccleſiæ cautum fuerit, ut abeſſe liceat, ultra tres menſes. Nam, etſi hoc dubium fuerit diu, multoque agitatum in S. Congregatione, poſtremo tamen, cùm poſtulaſſent, declarari Canonici Eccleſiæ Segobienſis, an Conſtitutio in fundatione eorum Eccleſiæ edita, quæ permittit Canonicis abeſſe ultra tres menſes, cenſeretur ſublata à Concilio *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. Quatuor Cardinales cenſuerunt, non eſſe derogatum fundationi. Octo cenſuerunt, derogatum, præſuppoſito, quod Concilium ſuſtulerit conſuetudinem immemorabilem in hac materia reſidentiæ in Cathedralibus. Cum enim ea tribuat meliorem titulum, qui poſſit allegari, & ſit etiam titulum fundationis. Nec obſtat doctrina Ludovici Romani in *l. ſi verò* §. *de viro num.* 45. *ff. ſolut. matr.* Felini *in tit. de liter. Apoſtol. in lim. patr. col.* 5. *ampl.* 7. qui aiunt, per Conſtitutionem generalem nunquam cenſeri derogatum fundationi. Nam loquuntur in fundatione facta à laico patrono, ne retrahatur à fundatione. Item in derogatione facta à Papa in collatione beneficii; modò autem quæritur de derogatione, legis in fundatione, quæ neſcitur à quo facta ſit, nec ſi juſpatronatus adit. Sed tamen non capta reſolutio, ſed dictum, ut videretur fundatio, & poſtea iterum referendum ad Congregationem. At denique die 21. Februarii 1576. Congregatio parva declaravit non ſublatum privilegium in fundatione conceſſum, non obſtante dubitatione Congregationis generalis.

24 Tertiò limitatur, ſi ſtatutum Eccleſiæ à Sede Apoſtolica confirmatum longius abſentiæ tempus indulgeat. Nam decretum Concilii in *d. cap.* 12. etſi ſuſtulerit ſtatuta Eccleſiæ, non tamen ſuſtulit confirmata à Sede Apoſtolica propter duplex vinculum ex doctrina Gloſſæ poſt Jo: Monach. *in Clem. Dudum propè finem verſ. pacta de ſepult.* ad deciſionem Achillis. Undè cum fuerit dubitatum in Valentina, an per *d. cap.* 12. eſſet ſublatum ſtatutum à Sede Apoſtolica confirmatum, quo diſponitur, Canonicos reſidentes poſſe eligere quatuor menſes, per quos à reſidentia ſint exempti? S. Congregatio cenſuit, agendum cum Sanctiſſimo, prout de illa deciſione Achillis, de qua Sanctitas ſua, & Congregatio deliberarunt in Veronenſi. Sanctitas ſua dixit, proponendum eſſe in Congregatione Generali, an in capite reſidentiæ inter deciſio illa Achillis. Congregatio generalis die 7. Julii 1575. quatuor nempè, Urſinus, Senonenſis, S. Sixti, Carafa cenſuerunt, ſtatutum, etſi confirmatum à Sede Apoſtolica, eſſe ſublatum à Concilio *d. cap.* 12. ex mente ipſius Concilii, quæ fuit ſolum indulgere tres menſes pro majori cultu divino. Tum quia vult, ſalva eſſe omnia ſtatuta, quæ majus ſervitii tempus requirunt. Ergo nulla alia, quæ minus. Item quia ferè omnia hujuſmodi ſtatuta fuerunt approbata à Sede Apoſtolica. Undè facilè eluderetur diſpoſitio Concilii de reſidentia. Tres verò, nempè Moronus, Geſſius, Alciatus cenſuerunt, non eſſe ſublatum ſtatutum. Quia de mente Concilii non conſtat, neque ea colligi aliundè poteſt, quam ex proprietate verborum. At verba Concilii ſecundum communes theoricas non tollunt aprobata à Sede Apoſtolica, niſi exprimat, & Concilium alibi expreſſit, quando voluit. Et ita in ſpecie de reſidentia parochorum *ſeſſ.* 23. *cap.* 1. *in fine* tollit etiam confirmata verbis expreſſis. Sed *d. cap.* 12. non repetit illa verba, *etiam confirmata*. Ego &c. Tandem dictum fuit dandam dilationem ad amplius informandum, & poſtea referendum Sanctiſſimo, Poſtremò habita iterum Congregatione, quatuor pro ſtatuto, quatuor contra ſenſerunt. Sanctiſſimus, his auditis, juſſit ſervari ſtatutum confirmatum.

25 Et poſtea, cum in Eccleſia Eborenſi extaret ſtatutum, ante Concilium à Sede Apoſtolica confirmatum, ut Canonici ſemel in vita annum abeſſe poſſint, Hieruſalem proficiſcendi cauſa, & ſex menſes cùm Baſilicam S. Petri quoliber quinquennio viſitare vellent, dubitatum fuit, an illud eſſet ſublatum à Concilio *cap.* 12. *ſeſſ.* 24. Sacra Congregatio cenſuit, ſtatutum hujuſmodi, à Sede Apoſtolica confirmatum, non eſſe ſublatum per Concilium, & ita etiam Sanctiſſimus probavit.

26 Quod tamen intelligendum eſt, dummodo confirmatio emanaverit immediatè à Papa, ſecus ſi à Cardinali auctoritate Apoſtolica. Undè, ſtante declaratione, ut præfertur edita, cùm dubitatum fuerit, quid cenſendum de ſtatutis Eccleſiæ Tarviſinæ ſuper materia dicti *cap.* 12. à Cardinali auctoritate Apoſtolica confirmatis, vel ab eodem Cardinali ſimili auctoritate editis die 22. Auguſti 1583. Sacra Congregatio cenſuit, ipſius Congregationis declarationem nequaquam habere locum in his ſtatutis.

27 Item intelligenda eſt declaratio prædicta, dummodo confirmatio emanaverit à Papa ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione, ſecus ſi in forma communi. Quia talis confirmatio nihil novi tribuit, *cap. cum dilecta* §. *non igitur de confirm. util. vel inutil.* Gloſ. *in cap. ex parte v. confirmatione de conſtit.* Undè in ſimili, quamvis Sacra Congregatio declaraverit, confirmationibus Apoſtolicis per Concilium *ſeſſ.* 6. *cap.* 4. *& ſeſſ.* 25. *cap.* 6. non eſſe

deroga-

derogatum, poſtea tamen dixit, intelligi derogatum concordiæ confirmatæ à Papa in forma communi.

28 Quattò limitatur in Collegiis regularibus, quæ quoad Canonicos regulares non comprehenduntur decreto *d. c. 12. ſeſſ. 24. §. Præterea.* Ideòque, cum fuerit dubitatum, ſtante decreto Concilii *in d. c. 12. §. Diſtributiones vero*, quid cenſendum de ſtatuto, & conſuetudine Eccleſiæ Collegiatæ Canonicorum Regularium, ut jam ipſi Canonici Regulares, quàm portionarii, qui ſunt ſeculares in eadem Eccleſia, ſingulis annis cum licentia Prioris, & Capituli per quadraginta dies abeſſe poſſint, quibus unà cum fructibus groſſæ & diſtributiones quotidianas accipiant perinde ac ſi divinis officiis intereſſent. Præſuppoſito quod ex hujuſmodi ſtatuto, & conſuetudine iidem Canonici, & portionarii abſentes ultra quadraginta dies priventur diſtributionibus quotidianis dumtaxat, non autem parte aliqua fructuum groſſæ, an liceat eiſdem gaudere vacatione trium menſium juxta præmiſſum Concilii decretum, & *d. c. 12. §. Præterea* circa amiſſionem alicujus partis fructuum. Sacra Congregatim cenſuit, decretum Concilii *ſeſſ. 24. c. 12. §. Præterea, & §. diſtributiones* non comprehendere Canonicos regulares, ſed, nulla habita ratione antedicti ſtatuti, & conſuetudinis, Canonicos regulares poſſe cum licentia ſuorum Superiorum ex cauſa rationabili abeſſe per id tempus, quod ipſis permittitur, diſtributioneſque quotidianas eatenus ſic abſentes percipere, quatenus Superiori, & Capitulo eis videbuntur concedendæ. Portionarios verò ſæculares, qui divinis officiis non interſunt, minimè poſſe conſequi diſtributiones quotidianas, niſi ex cauſis in jure permiſſis. Canonicos regulares cum legitima licentia Superiorum abeſſe poſſe, etiam ultra quadraginta dies circa amiſſionem alicujus partis fructuum; portionariiſque ſæcularibus abſentibus non deberi fructus, niſi pro tempore, quo ex ſtatuto, ſive conſuetudine Eccleſiæ, ipſis abeſſe licet, modò non ultra tres menſes.

29 At verò cum Congregatio Vallis Umbroſæ expoſuiſſet, habere quaſdam Abbatias, & Prioratus adeo tenues, ut illis non poſſit *ordinare* Collegium Monachorum; ideo ad eorum curam conſueviſſe deputare presbyteros ſæculares, aut unum vel duos monachos ejuſdem Ordinis, titulum autem, & dignitatem alicui monacho ejuſdem Ordinis in alio monaſterio Collegiato conferre, dubitavit, an id jure liceret, cum talis Abbas, vel Prior hoc caſu non reſideat, & deciſum eſt, Abbatem, vel Priorem debere reſidere in loco Abbatiæ, vel Prioratus, cùm ſit dignitas. Neque obſtat, quod non poſſit, ibi Collegium ſuſtentari, quia Abbates ſoli ibi commorari poterunt. Quod vero ad curam animarum, illam eſſe exercendam per eos, qui fuerint approbati ab Ordinario juxta *c. 11. ſeſſ. 25. de regular.*

30 Quintò limitatur in Canonicis obtinentibus unà cum Canonicatibus ex diſpenſatione Apoſtolica parochiales Eccleſias. Tenentur enim reſidere in parochiali, & ſic reſidentes lucrantur omnes, & ſingulos fructus, reditus, & proventus Canonicatuum, vel dignitatum, ſive alterius cujuſcumque beneficii, ut in Conſtitutione B. Pii V. *cupientes*, de quo etiam in ſequenti Conſultatione. Sed etſi in parochiali adſit onus aſſiſtendi horis Canonicis, S. Congregatio inclinavit, Canonicum ſimul, & rectorem teneri potius intereſſe horis Canonicis in parochiali, quàm in Cathedrali, qua de re mox etiam.

31 Sextò limitatur in obtinentibus Canonicatus perpetuo, & acceſſoriè annexos beneficii, requirentibus ſervitium minoris temporis, quàm novem menſium. Tenentur enim tantummodo exhibere illud ſervitium, quod requirit beneficium, cui Canonicatus eſt annexus, *c. extirpandæ, §. qui verò de præb. & c. ſuper eo eod. tit. in 6.* Nam beneficium perpetuo annexum amittit nomen beneficii, & induit naturam beneficii, cui ſubjectivè, & acceſſoriè eſt unitum, & fit illius prædium, Rota *deciſ.* 370. alias 11. *de reb. Eccleſ. non alien. in antiq.* Oldrad. *conſ.* 257. *n.* 15. ac Doctores *in c. Dudum 2. de elect.*

Hinc, ſuppoſito ſtatuto Eccleſiæ Jacenſis, à Sede Apo- 32
ſtolica confirmato, ut Canonici teneantur per octo menſes quotannis in dicta Eccleſia reſidere, Dignitates verò per quatuor menſes, S. Congregatio cenſuit, Dignitates, quibus perpetuo, & acceſſoriè annexus eſt Canonicatus, ſive annexio facta fuerit ante confirmationem Apoſtolicam, ſive poſt, non teneri, niſi ad reſidentiam quatuor menſium, injunctam Dignitatibus. Illos verò, qui ex ſola conſuetudine Eccleſiæ, aut alias ex diſpenſatione obtinent dignitatem cum Canonicatu, ratione Canonicatus teneri ad reſidentiam octo menſium, ratione Dignitatis ad reſidentiam aliorum quatuor.

Septimo limitatur in duobus Canonicis, vel benefi- 33
ciatis in ſervitio Epiſcopi exiſtentibus, qui ex Sacrorum Canonum præſcripto percipere poſſunt in abſentia fructus prædendæ per textum *in c. de cætero, & in c. ad audientiam de Cler. non reſid.* quibus non eſt derogatum à Concilio Tridentino *in d. c. 12. §. Præterea* in illis verbis, *cujuslibet ſtatuti.* Quia juri ſpeciali per generale non derogatur, ut per Dec. *in l. in toto n. 7. de regul. jur.* & ita conſuluit Navar. *conſ. 1. de Cler. non reſid.* & fuit ſæpius reſolutum, ut dicetur in Conſultatione ſequenti. Quoniam abſentes ab Eccleſia pro ſervitio Epiſcopi, ubi ſervitium, vel neceſſarium, vel utile eſt Eccleſiæ, ac reſpicit Epiſcopum, quatenus Epiſcopus eſt, juris cenſura præſentes reputantur, & cenſetur inſervire Eccleſiæ, *d. c. ad audientiam*, ibi: *Cum abſentes dici non debeant, ſed præſentes, qui tecum pro tuo, & ipſius Eccleſia ſervitio commorantur.* Servitium enim Epiſcopi, quatenus Epiſcopus eſt, cenſetur quaſi ſervitium Eccleſiæ, cui præſidet, cum Eccleſia ſit in Epiſcopo, *can. ſcire debes 7. qu. 1. can. ſimiliter 16. qu. 1. can. hæc hujus placitii 12. q. 2.* & nota Gloſſa *in d. c. de cætero*, Oſtienſis *in princ.* ac reliqui omnes. Et quamvis Innocentius dicat oportere, ut neceſſitas, & utilitas vel Epiſcopi, vel Eccleſiæ adſit, tamen intellexit de Epiſcopo, ut Epiſcopus eſt. Tum quia allegat textum in *d. c. audientiam.* qui hunc habet ſenſum, ut mox patebit. Tum quia Innocentius ſubdit: Alias cùm non pertineret ad officium ſuum, non poſſet eis præcipere, *can. quia frater 7. q. 1.* & notatur *in c. ad aures de temp. ord.* Itaque ſicut abſens pro utilitate, & ſervitio ſuæ Eccleſiæ percipit fructus beneficii, quia reſidere, ac illi inſervire cenſetur, *c. ex parte de Cler. non reſid. c. cum non deceat de elect. in 6.* Sic eadem cenſura juris abſentes in ſervitio Epiſcopi, dummodò ſervitium ad eundem, quatenus Epiſcopus eſt, & ad Eccleſiæ utilitatem ordinetur, omnes beneficii fructus percipere debent. Idque apertè colligitur ex *d. c. 1. ad audientiam*, quod cùm in principio egerit de abſentibus pro ſervitio Epiſcopi, poſtea in fine dicit, eos in Epiſcopi, & Eccleſiæ ſervitio commorari, planè ſignificans ſervitium Epiſcopi uſque adeo cum Eccleſiæ ſervitio eſſe conjunctum, ut qui pro ſervitio Epiſcopi abſunt, in Eccleſiæ ſervitio commorari dicantur.

Quæ omnia locum habent non ſolùm in Canonicis, 34
ſed etiam in quibuſvis aliis ejuſdem Eccleſiæ beneficiatis, prout ſupponit Innocentius *in d. c. de cætero ſub initio*, ac ferè omnes in *d. c. ad audientiam*, Sylveſter *v. reſidentia n. 7.* Rebuf. *in pr. ben. tit. de diſp. de non reſid. n. 36.* & Navar. *in man. c. 25. n. 131.*

Qui ſanè duo Canonici, vel beneficiati non ſolum ul- 35
trò debent ſuo Epiſcopo inſervire in his, quæ reſpiciunt ipſius, & Eccleſiæ utilitatem, verum etiam ad id inviti ab eodem poſſunt cogi, ut ſentit Gloſſa *in d. c. ad audientiam, v. ut duo in fine*, ibi: *ultra duos non poſſe cogere.* Ubi etiam Abb. *n. 3.* poſt Innoc. *in d. c. de cætero.* Ex quo fit, ut cauſa abſentiæ pro ſervitio Epiſcopi non ſolum ſit juſta, & probabilis, ſed etiam neceſſaria ex eo, quod eſt approbata à jure, atque includens neceſſitatem. Quia poteſt quiſque illorum ad abſentiam neceſſario cogi, prout in cauſa militiæ, legationis, ac ſimilium reſolvunt Gloſſa *ſin. in princ.* Bartolus, & Doctores *in l. ult. ff. de in integr. reſt.* ibique Jaſon. *nu. 3.* ac recentiores *in*

in §. rurſus, inſtit. de act. dum diſtinguunt cauſas abſentiæ, ut quædam ſint probabiles, ac neceſſariæ ſimul aliæ verò probabiles tantum, & non neceſſariæ, velut, cauſa ſtudii, ex qua, etſi quis poſſit abeſſe, non tamen cogitur neceſſariò.

36 Limitatur octavo in Canonicis familiaribus Papæ, qui percipiunt fructus prædendarum in abſentia, non obſtante contraria conſtitutione per textum in *c. cum dilectus de Cler. non reſid.* Non enim debent, ut ibi legitur, minori prærogativa gaudere, quàm duo Canonici exiſtentes in ſervitio Epiſcopi, de quo pariter in *ſeq. Conſult.*

37 Nonò limitatur in Canonicis abſentibus pro ſervitio ſuarum Eccleſiarum, *c. cum non deceat de elect. in 6.* cui ſimiliter non eſt præjudicatum per Concilium in *d. §. Præterea*, ut per Navar. *conſ. 8. de Cler. non reſid.* & fusiùs in *ſeq. Conſult.*

38 Decimò fallit in Canonicis abſentibus ſtudiorum cauſa, quibus debentur integrè prædendarum ſuarum fructus per *text. in d. c. licet, de præb.* dummodò non ſtudeant in villa, vel Caſtello, ubi nullum eſt, vel minus competens ſtudium, ut in *c. Tuæ de Cler. non reſid. & in l. ſed & reprobare, §. fin.* ibique Gloſſa *fin. ff. de excuſat. tut.* ſed in publica Univerſitate, ut in *d. c. fin. de magiſtr.* ibi: *in ſcholis*, & clariùs in decreto Concilii Tridentini *c. 1. ſeſſ. 5.* ibi: *dum publicè in ſcholis.* Eſtque textus *in l. 1. C. de profeſ. qui in Urbe.*

39 Undè obtinentes Dignitates licitè poſſint ſtudiorum cauſa ab Eccleſia abeſſe, ut de Archidiacono eſt caſus in *d. c. licet*, & de Abbatibus notat Joan. Andr. *in c. 3. ne Cler. vel Monach.* Quod intellige ſecundum ea, quæ mox, ac *ſeq. Conſult.* dicemus. Intellige item de Ordinarii licentia, quam tenetur ipſe Ordinarius impertiri, ut legitur, ac notatur in *c. relatum de Cler. non reſid.* & tradit Abb. *in d. c. licet n. 2. in 1. not.* ac ſi renuerit, aditi poteſt Superior, ut eum cogat, *arg. c. nullus de jurepatr.* ac tenet idem Abb. *in d. c. relatum n. 6.* Sed & S. Congregatio Concili declaravit, ejuſmodi licentiam ab Epiſcopo ad quinquennium concedi poſſe. Quod ſi renuerit, ejus Superiorem adeundum eſſe, qui eum compellat.

40 Et hoc privilegium vendicat ſibi locum, tam in ſtudentibus, quàm in docentibus, & tam in theologica facultate, ut in *d. c. fin. de magiſtr.* quàm in jure Canonico, ut notatur in *c. cum ex eo* in Gloſſa *v. literarum de elect. in 6.* & per Abb. ac Doctores *in d. c. tuæ de Cler. non reſid.* Quinimò cenſuit S. Congregatio, docentes jus Canonicum in publica Univerſitate gaudere, ac potiri privilegio de percipiendis in abſentia ſuarum prædendarum fructibus, quamvis prædendæ, quas obtinent, ſitæ ſint in Cathedrali ejuſdem Civitatis, in qua publici Lectoris munere funguntur. Idemque ſi doceant in Eccleſia, ut oſtendemus *in Conſult. ſeq.* & dummodo ultrà quinquennium non abſint, *d. c. fin.* ac Oſtienſ. *in d. c. licet n. 1.* & Anchar. *n. 2.* Et annum ætatis vigeſimum quintum non excedant, ut alias cenſuit S. Congregatio Concilii, & concurrat Superioris licentia, ut dictum eſt. Undè hodie gratiæ de reſidendo, & fructibus in abſentia percipiendis ſtudiorum cauſa à Sede Apoſtolica impetratæ non ſuffragantur, niſi accedat conſenſus Ordinarii loci, ubi beneficia conſiſtunt ex Conſtitutione Pii IV. publicata 24. Novembris 1564.

41 Limitatur undecimò in tribus caſibus, in quibus Canonici lucrari poſſunt in abſentia diſtributiones quotidianas juxta *c. un. Cler. non reſid. in 6.* de quibus *in ſeq. Conſult.* In illis enim caſibus multò magis percipere poſſunt fructus prædendæ, cùm non tantum propræſentibus, ſed etiam pro intereſſentibus habeantur, ut in *d. c. un.* ubique Anchar. *in principio.*

42 Denique limitatur in omnibus caſibus expreſſis in jure Generaliter enim cenſuit S. Congregatio, nemini abeſſe licere, præterquam ex cauſis in jure expreſſis, quæ an verè ſubſint, Epiſcopi eſſe judicium.

43 Et notandum ex Butrio *in d. c. licet n. 3.* legitimam abſentiæ cauſam, quamvis fingat quem haberi pro reſi-

dente, non tamen fingere, ut habeatur pro divinis intereſſente. Quia cum diſtributiones quotidianæ debeantur præſentibus, & intereſſentibus divinis officiis *d. c. un. de Cler. non reſid.* Princeps concedendo unum ſpeciale, ut non præſens fructus percipiat, non cenſetur concedere aliud, ut ſcilicet habeatur etiam pro intereſſente, & conſequatur diſtributiones quotidianas. Quia duo ſpecialia non debent concurrere circa idem, *l. 1. C. de dot. prom. l. cum poſt §. gener. ff. de jur. dot.* Et quia privilegium partim favorabile & partim odioſum debet reſtringi quatenus præjudicat altari, vel cultui d. vino. Nam privilegium *in d. c. Licet*, conceſſum ſuper fructibus integrè percipiendis, ideò non extenditur ad quotidianas diſtributiones, quia habet naturam ſeparatam ab aliis fructibus Eccleſiæ, & introductæ fuerunt in uſum cultus divini, ut Canonici ad divina officia promptius convenirent, *Clem. ſi Dominum de reliq. & vener. Sanct.* Ut enim Oſtienſis ait *in c. olim n. 2.* talis intereſt pro denario, qui non intereſſet pro Deo. Et propterea, ne in parte minuatur divinus cultus, ſed ei debitum omnibus in rebus obſequium præſtetur, ſtatuit S. Concilium Tridentinum *in c. 3. ſeſſ. 21.* in Eccleſiis tam Cathedralibus, quàm Collegiatis, in quibus nullæ ſunt diſtributiones quotidianæ, vel ita tenues, ut veriſimiliter negligantur, tertiam partem fructuum ſeparari debere, & in diſtributiones quotidianas converti, quæ inter dignitates obtinentes, ac cæteros divinis intereſſentes dividantur.

Proſequendo autem *d. c. 12.* Concilii, notandum, 44
quod S. Concilium in *d. c. 12. ſeſſ. 24.* ſtatuit: *Archidiaconi etiam, qui oculi dicuntur Epiſcopi, ſint in omnibus Eccleſiis, ubi fieri poterit, magiſtri in theologia, ſeu Doctores, aut licentiati in jure Canonico.* Ergo in Archidiaconis hæc Doctoratus, & magiſterii qualitas non eſt ſimpliciter neceſſaria, ſed ubi id commodè fieri poterit. Et hoc intelligendum etiam in Eccleſia, ubi plures ſunt Archidiaconatus, cùm non ſolum qui eſt major Archidiaconus cenſeatur comprehenſus hoc decreto, ſed cæteri omnes hac dignitate fulgentes: Hinc conſuetudo, ut antiquior Canonicus adſit aliquis, quis, licet non antiquior, tamen Doctor, vel Magiſter ſit, non ſervabitur, ſed ille, qui eſt doctor oprabit. Si verò inter Canonicos nullus extet, qui ſit Doctor, vel Magiſter, conſuetudo ſervabitur, & antiquior, licet non doctor, ad optionem admittitur. Quod tamen locum non habet in aliis dignitatibus, cùm S. Congregatio dixerit, incitato decreto non comprehendi alias dignitates, quæ in aliquibus Eccleſiis ex conſuetudine Archidiaconos ipſos præcedere ſolent, veluti Decanatus. Sicuti nec comprehenduntur Archidiaconi, qui cura animarum & omni prorſus juriſdictione carent.

At quid dicendum de principali dignitate in Eccle- 45
ſia Collegiata exempta, cui ineſt juriſdictio cum omnibus juribus, quaſi Epiſcopalibus? Et non neceſſariò debere conferri doctori, vel graduato, dixit S. Congregatio. Advertendum tamen cùm Archidiaconatus dignitas, utpotè prima ſit Sedi Apoſtolicæ reſervata, proviſum de hujuſmodi dignitate à deputatis ejuſdem Sedis debere examinari. Undè non comprehenditur decreto Epiſcopi, quo omnes dignitates à deputatis ab ipſo examinari debere, ſtatuitur. Doceri tamen debet Epiſcopus de approbatione obtenta à Deputatis Apoſtolicæ Sedis.

Ad cæteras autem dignitates, vel perſonatus, quibus ani- 46
marum curanulla ſubeſt, Clerici alioquin idonei, & viginti duo annis non minores adſciſcantur. Idque etiamſi ſint primæ ex Congregatione, cui etiam placuit, ipſas Eccleſias-Collegiatas hoc decreto comprehendi, non item de dignitate regulari, quæ in commenda obtinetur, velut Præpoſitura, pro qua obtinenda ætatem ſimplicis beneficii requiri, dictum fuit. *Viginti duobus annis.* Quam ætatem non ſatis erit, ut quis attingat, ſed oporter, ut vigeſimum ſecundum annum compleverit. Ita S. Congregatio. Et cùm à Pontifice obtentum juſpatronatus ad quod patronus majorem ſeptennio præſentari poſſe obtinuerat cum clauſula ſufficienti deſuper obtenta

dispensatione dubitabatur, an hujusmodi concessio obligaret Pontificem ad dispensandum; & non obligare, dictum fuit, sed verba, *obtenta dispensatione* stare conditionaliter, nec posse præsentatum in dicta ætate admitti, si expressè Pontifex cum illo non dispensaverit.

47 *Provisi etiam de beneficiis quibuscumque, curam animarum habentibus teneantur à die adeptæ possessionis ad minus intra duos menses, in manibus ipsius Episcopi, vel eo impedito, coram generali ejus Vicario, seu officiali orthodoxæ fidei publicam facere professionem, &c.* Absens ergo accedere debet ad Ecclesiam, ut fidei professionem emittat in manibus Episcopi, vel eo impedito, coram ejus Vicario, etiamsi Capitulum sit exemptum; Ac per seipsum, non autem per alium, & nulla prævia monitione, etiam sponte ad fidei professionem se quis offerre debet ex S. Congregatione. Quin obtinens hujusmodi beneficium, si aliud adipiscatur, fidei professionem de novo emittere tenetur, veluti si quis secundam parochialem consequatur, tametsi in adeptione illius, quam dimisit, vel alia quacumque de causa coram Episcopo, vel aliis, Id ipsum fecerit ex S. Congregatione. Posse verò beneficiarium professionem fidei per alium facere, ait Navar. *conf. 4. de Sum. Trinit. p.* 1. de quo Ricciul. *de jure personar.* & nos alibi.

48 *Provisi autem de Canonicatibus, & dignitatibus in Ecclesiis Cathedralibus, non solum coram Episcopo, seu ejus officiali sed etiam in Capitulo, idem facere teneantur; aliquin prædicti omnes provisi, ut supra, fructus non faciant suos, nec illis possessio suffragetur.* Quod locum non habet, dixit Sac. Congregatio, in quotidianis distributionibus, ex quo Canonici, qui fidei professionem non emiserunt, deservientes, si Canonicatus à quotidianis distributionibus præbendam distinctam habeant; præbendæ quidem fructus suos non faciant, quotidianas distributiones lucrari facient.

49 Cum tamen quæreretur, quid servandum esset in Canonicatibus non habentibus distinctas præbendas, sed omniam bona in communi massa reponuntur, quæ postea in fine distribuuntur interessentibus in genere absque eo quod aliquid certi habeant? Sacra Congregatio paulum substitit; pro certo tamen habuit, hujusmodi distributiones. dato quod, ab interessentibus, qui fidei professionem non emiserunt, non lucrifiant, non accreticiæteris Canonicis. Et rectè, quia distributiones non servientium sunt, quæ servientibus accrescunt. Undè cùm hi revera serviverint, eorum distributiones cæteri Canonici deservientes lucrari non poterunt Quæ omnia probavit Gregorius XIII. & Canonicis. quorum Canonicatus in eorum massa distributionum, ut supra dictum est, consistebant, qui fidei professio, nem, prout in hoc decreto, non emiserunt, indulsit ut fructus facerent suos, cùm Episcopus fructus malè perceptos ob fidei professionem non emissam condonare non possit absque Sedis Apostolicæ auctoritate. Nec quoad fructus percipiendos, iis, qui fidei professionem non emiserint, nec triennalem, nec legitimam præscriptionem profuturam, dixit S. Congregatio, nec item quoad titulum possessionis acquirendæ.

50 *Neminem etiam deinceps ad dignitatem, Canonicatum, aut portionem recipant, nisi qui eo ordine sacro, aut sit initiatus, quem illa dignitas, præbenda, aut portio requirit, aut in tali ætate, ut intra tempus à jure, & ab hac sancta Synodo statutum, initiari valeat.* Ex quo teneri eum susscipere Sacrum Ordinem intra terminum à Concilio statutum, dixit S. Congregatio, cui resignatus fuerat Canonicatus cum reservatione accessus, ingressus, & regressus necnon tituli, & utilitatis, ac præeminentiæ ad favorem resignantis. Qui initiatus, si ad Canonicatum Cathedralis Ecclesiæ, in forma dignum sibi collatum, petat admitti, opus non erit examine, quoad literaturam pertinet. In Collatione autem naturam Canonicatus, non parochialis, quæ illi est unita, attendendam, dixit S. Congregatio, & sufficere, quod provisus sit in ea ætate, quam exigit Canonicatus, si Parochialis est unita perpetuò, & accessoriè Canonicatui, secus si æquè principaliter. Quia tunc non assumit naturam Canonicatus. Quod observandum etiam erit in illis Ecclesiis, ubi Ordines sacri distributi non fuerunt. Notandum tamen, quod cum cœco, musicæ artis peritissimo, ut in ea Ecclesia Cathedrali Canonicatum obineret, dispensatum fuit. Dixitque S. Congregatio, hoc Decretum non habere locum in Ecclesiis Collegiatis, nisi in expressis, videlicet, quod ubi fieri commodè potest, dimidia pars Canonicatuum, & dignitates omnes conferendæ sunt tantum magistris. Undè Gregorius XIII. dixit, nihil disposuisse Concilium, qua ætate esse debeant ii, qui Canonicatus acquirere volunt in Collegiatis Ecclesiis, sicque reliquisse hoc illis terminis, qui ante Concilium constituti sunt.

Præterea obtinentibus &c. Id habet locum in omnibus Collegiatis, etiam non insignibus, nisi tamen istæ insignes Collegiatæ essent rurales, prorsus destitutæ &c. ut supra dictum est. 51

Distributiones verò, qui statis horis interfuerint, recipiant. Intelligitur secundum ordinationem factam, vel faciendam à Capitulo, & Episcopo juxta *cap. un. de Cler. non resid. in 6.* Et per hæc verba non revocantur consuetudines, secundum quas ordinantur distributiones, ut notat ibi Glossa *v. Ordinationes*, & Glossa *in Clem. ut ii, qui de ætat. & qualit. v. nota.* 52

Interea verò Episcopus non minus, quam cum duobus Canonicis, quorum unus ab Episcopo, alter à Capitulo eligatur in iis, quæ expedire videbuntur, poterit providere. Intellige, ut interim Episcopus cum duobus de Capitulo provideat circa ea, quæ spectant ad regimen debitum in officiis divinis, veluti de congrua in his cantandi, seu modulandi ratione, & alia hujusmodi. In reliquis saltem Episcopi auctoritate. Quod non habet locum in Collegiatis non insignibus. 53

Effata autem per anacephalæosin hæc sunt. Ex hoc decreto Canonici in illis tribus mensibus sibi concessis, non tenentur causam ullam absentiæ assignare, nec minus licentiam impetrare habent à Superioribus, non tamen omnes insimul abesse eodem tempore, ne Ecclesia destituatur suo debito servitio, sed tantum ea pars Canonicorum, quæ videbitur Episcopo, & Capitulo. Qui tamen Canonici dictis tribus mensibus, illis novis distributionibus per Episcopum virtute *cap. 3. sess. 21.* impositis frui non debent, cum istæ distributiones sint distinctæ à præbendis Sac. Congregatio Concilii in Patavina. 54

Longa consuetudo non excusat, quo minus Canonici intersesse debeant matutinis horis, eadem Sacra Congregatio in Regiensi. 55

Fructus, de quibus fit mentio in hoc decreto debent applicari illi pio usui, cui arbitrabitur is, qui privaverit, quia, quod non determinatur à jure, arbitrio Judicis determinandum est, *l. 1. de jur. delib. &c. de causis §. 1. de offic. deleg.* 56

Ætas ad acquirendum Canonicatum in Ecclesiis Collegiatis de jure communi est quatuordecim annorum *Abb. in cap. super inordinata de præb. Archid. in cap. si eo tempore de rescript. in 6.* Si autem præbendæ haberent Ordinem annexum, talem ætatem requirunt, ut obtinentes intra annum promoveri possint. 57

Hoc decretum 12. *sess. 24. in d. vers. Neminem*, locum non habet in Collegiatis Ecclesiis, eadem S. Congregatio in Casertana 26. Februarii 1569. 58

La consuetudine dell'ottione, dove è, si deve osservare per essere approvata da Sagri Canoni, si come si vede nel Capitolo finale, *de consuet. in 6.* S. Congregatio super Episcopis in Panormitana 28. Augusti 1540. 59

Per hoc ipsum decretum vers. *Episcopus autem cum Consilio Capituli &c.* non ponitur necessitas Episcopo requirendi Consilium Capituli, ut illud sequatur, sed sufficit, illud petere. Item Episcopus cum consilio Capituli designare tenetur quibus Canonicatibus sacer Ordo annexus esse debeat, non quibus Canonicis, quia hoc decretum mandat, quod prædicti Sacri Ordines Canonicatibus, & 60

non

non personis annectantur S. Congregatio Concilii in Æsina 21. Octobris 1570.

61 Obtinens duos Canonicatus, sive duas dignitates, curam animarum habentes tenetur residere in digniori, & si pares sint, residere poterit in qua maluerit, sed amittere debet distributiones dignitatis, in qua non residet. Eadem S. Congregatio eodem die, & anno in Papiensi.

62 Hoc decretum *vers. Archidiaconi* de illis Archidiaconis loquitur, qui ea munia exercent, quæ de jure communi Archidiaconi exercere solent. Eadem S. Congregatio 19. Decembris 1560.

63 Ætas vigintiduorum annorum sufficit ad acquirendum Canonicatum, cui est annexa parochialis. Eadem S. Congregatio in Purgi S. Sepulchri 21. Aprilis 1573.

64 Obtinentes præbendas in Cathedralibus, quæ sacros Ordines annexos habent, quatenus eorum ætas patiatur, cogendi sunt ilos suscipere, & exercere. Eadem S. Congregatio in Mediolanensi eodem die, & anno.

65 Dimidia pars Canonicorum ordinem presbyteratus assumere debet, & in hac parte non computantur dignitates obtinentes, nisi ex consuetudine Ecclesiæ plures presbyteros esse oporteret, quæ servanda erit, eadem S. Congregatio in Patavina 27. Julii 1579.

66 Qui monitus fuit ad suscipiendum eum Ordinem, quem illius dignitas, aut porti requirit, si non receperit, auctoritate hujus decreti privatus denuntiari potest, & statim facta annexione Ordinis Canonicatui, Canonicus ad eundem suscipiendum cogendus est, eadem S. Congregatio in Camerinen. 9. Septembris 1574.

67 Concilium nihil disposuit, qua ætate esse debeant, qui Canonicatus acquirere volunt in Collegiatis Ecclesiis, sed hoc in terminis juris communis reliquit. Ita Cardinalis Alciatus de mandato Sanctissimi die 3. Aug. 1572.

68 Per hoc decretum non abrogatur statutum confirmatum à Sede Apostolica, per quod conceditur abesse ultra tres menses ab Ecclesia Cathedrali, & Collegiata. Si vero tale statutum in desuetudinem abiisset, contraria consuetudo est servanda, eadem S. Congregatio in Valentina 28. Januar. 1576.

69 Gregorius XIII. ex sententia Congregationis Concilii sub anno 1577. mandavit, quod Commendatarii de quibuscumque Ecclesiis in commendam provisi cujuscumque ordinis, etiam militiarum, sive alio quocumque titulo ad ad hanc fidei professionem teneantur. Confessarii quoque Sacerdotes, ac Verbi Dei Concionatores, sacræ simul Theologiæ, ac Canonicæ, & civilis, nec non medicinæ, & philosophiæ lectores etiam quascumque artes ingenuas, sive litterarias, etiam arithmeticam, & musicam quovis modo, vel nomine, publicè, aut privatim domi suæ, vel alterius docentes. Necnon ad doctoratus, aliosve gradus promovendi, & in eorum doctoratus privilegio de professione fidei facta præcipua inseratur mentio. Medici pariter, & chirurgi artem ipsam exercentes; non Advocati, Procuratores, & Notarii S. Inquisitionis, atque demum impressores, & bibliopolæ.

70 In Melitensi S. Congregatio super Episcopi 4. Augusti 1592. censuit, Constitutiones Pontificias non inferre excommunicationem contra omittentes fidei professionem, nisi contra Superiores Universitatum.

71 Eadem S. Congregatio in Comensi 10. Maii 1580. Quantunque doverebbono i Canonici Preti celebrare, e i Suddiaconi, e Diaconi communicarsi; tuttavia la Congregatione sente, che non si debba imporre pena contro a' negligenti, ma che i Vescovo proveda con paterne esortationi, e ammonitioni affinche ciascheduno risponda alla sua vocatione quanto più perfettamente potrà. Item secondo le rubriche del Messale nuovo, e la consuetudine della maggior parte delle Collegiate, e delle Cathedrali in certi giorni si debbono dire due Messe cantate, o Conventuali, mà ben si puo tolerare, che la prima delle si dica leggendo,

72 Eadem S. Congregatio in Vicentina mense Maii 1581. Che i Capellani della Cathedrale, i quali hanno obligo di servire in Coro, e participare delle distributioni quotidiane, sono obligati à residenza.

Dignitates, quæ annexas habent Parochiales Ecclesias, requirunt, quod illas obtinentes resideant in dignitate juxta dispositionem *c. extirpanda de præb. & dignit.* eadem S. Congregatio in Feltren. 6. Maii 1586. 73

S. Congregatio Concilii in Abulensi die 3. Augusti 1586. censuit, non residentes, quamvis amitterent tertiam partem fructuum in distributiones conversam compelli nihilominus posse ad residendum aliis juris remediis ex hoc decreto, sed non excedendam esse formam in eo descriptam. Item obtinentem Canonicatum cum dignitate, seu portione in eadem Ecclesia ex legitima dispensatione, si potest per seipsum utrique inservire, ad id tenetur; si tamen servitia talia sunt, quod abipso præstari non possunt, per substitutum præstare debet Canonicatui, seu portioni. 74

In Messanensi S. Congregatio. Super Episcopis 12. Augusti 1587. Che il Capellano maggiore, che serve per sostituto nella Cathedrale quando egli stesso e impedito in Chiesa alla cura dell'anime, overo in Coro, dee esser tenuto per presente. In altro caso non essendo legitimamente impedito, dee esser puntato. 75

Eadem S. Congregatio super Episcopis in Placentina 16. Aprilis 1588. Che i provisti de i Canonicati nelle Collegiate insigni, i fruti de quali ascendono a quaranta scudi l'anno overamente per fondatione, o per consuetudine ricercano residenza, si faccino risedere nell' uno, e nell' altro caso. 76

Eadem S. Congregatio a' 2. di Giurno 1593. all' Arcivescovo Tarentino, che poteva prescrivere un certo numero di Confessori per certa hora da star residenti nella Metropolitana dalle Domenica di Passione in fino a quella delle Palme, e dalla Domenica delle Palme per tutta la Settimana Santa. 77

Che i Canonici, i quali non cantavano alta voce, fossero puntati, come se fossero assenti. 78

Eadem S. Congregatio 11. Septembris 1584. Archiepiscopo Urbinati. Il Capitolo dee godere le sue vacationi, purche calcolato bene il tutto, non importino piu di tre mesi dell'anno, concessi dal Concilio. E si auvertisca, che sotto pretesto di vacatione non possino mai essere assenti piu di tre Canonici per volta, e perciò accordinsi frà di essi, altrimente potranno esser si gastigati dall' Arcivescovo. 79

Canonicis ab Episcopo, missis ad visitandum limina Apostolorum, debentur tantummodo fructus suorum Canonicatuum pro toto tempore profectionis, remansionis, & reversionis, qua de causa in dicta visitatione consumpserunt. S. Congregatio Concilii in Maceratensi 6. Octob. 1594. 80

Alia magis obvia vide apud alios.

CONSULTATIO CXV.

An, & quando Canonicis, aliisq; beneficiariis absentibus debeantur distributiones quotidianæ? Idq; præcipue ex S. Congregationis Concilii oraculis, ubi etiam effata.

DE hac re sit generalis assertio desumpta ex S. Concilii Trid. Decreto *c. 12. §. distributiones verò sess. 24. de ref.* his verbis: *Distributiones quotidianas, qui statis horis interfuerint, recipiant, reliqui his careant juxta Bonifacii Octavi decretum, quod incipit Consuetudinem, relatum in c. un. de Cler. non resid. in 6.* quod S. Synodus in usum revocat. Idem probatur *in c. Licet de præb. & in extravaganti postulasti §. licet eod. tit.* & in *extravagante cum nonnullæ §. præterea eod.* ac in aliis ejusdem S. Concilii decretis, nempè *c. 3. sess. 21. & c. item 3. sess. 22.* 1

Hæc autem assertio ampliatur primò, ut procedat etiamsi consuetudine introductum sit, ut distributiones absentibus debeantur. Ea enim consuetudo non valet, sive introducta fuerit ante Constitutionem Bonifacii *in d. can.* sive postea. Quia cùm ea Constitutio non deroget simpliciter consuetudini, sed illi resistat eamque reprobet, 2

ut iniquam, & irrationabilem, ibi: *reprobantes*, ex hoc censetur non tantum præteritam, sed etiam futuram sustulisse, ut docet Innoc. *in c. ex parte vers. sed distingue de consuet.* Gem. *in c. 1. col. ult. de Const. in 6.* quos in specie sequitur Covar. *l. 7. var. c. 13. n. 4.* & ob hanc rationem sæpiùs respondit S. Congregatio decreto *d. c. 12. vers. Distributiones sess. 24.* etiam immemorabilem consuetudinem fuisse sublatam, ut plenius infra.

3 Secundò ampliatur, ut locum habeat, etiamsi ex statuto Ecclesiæ cautum sit, ut distributiones debeantur in absentia. Ejusmodi enim statuta expresè sublata sunt à Concilio in *d. c. 12. §. Præterea*, ibi: *Cujuslibet statuti*, ut dictum est in præcedenti Consultatione.

4 Ex quo infertur, ut ex rigore juris non valeat statutum, ut Canonici, qui diù inservierunt, habeantur, ut ajunt, pro Jubilatis. Hæc semper fuit S. Congregationis sententia, licet Gregorius XIII. in speciali casu Ecclesiæ Compostellanæ dixerit, tolerandum esse hoc statutum. Nam cùm in prædicta Ecclesia extaret statutum ab immemorabili tempore observatum, ut postquam præbendatus annos quadraginta in Ecclesia horis divinis interfuerit, & inservierit continuè, habeatur pro Jubilato in eo loco ita, ut sit exemptus à servitio, & lucretur distributiones quotidianas perinde ac si resideret, ac inserviret, fuit dubitatum, an esset validum? Sacra Congregatio censuit, hujusmodi statutum esse sublatum à Concilio *in c. 12. sess. 14.* tamen referendum Sanctissimo, qui dixit, tolerandum esse hoc statutum, ita scriptum fuit.

5 Tertiò ampliatur, etiamsi absentes inserviant per substitutum, nihilominus tamen distributiones quotidianas non lucrantur, nec valet contraria consuetudo. Nam in *d. c. 12.* omnes divina per se, & non per substitutum tenentur officia Ecclesiastica. Hinc S. Congregatio declaravit, etiam dignitates per se ipsas debere Missas celebrare, sicut cætera officia, nec valere contrariam consuetudinem.

6 Quare correctum est hoc decreto Concilii jus antiquum, quia consuetudo inserviendi per substitutum, & fructus in absentia percipiendi in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis expresè sublata est *in d. c. 12. vers. Præterea*, ubi statuitur, ut obtinentibus in eisdem Cathedralibus, & Collegiatis dignitates, Canonicatus, præbendas, & portiones non liceat vigore cujusvis statuti, aut consuetudinis, ultrà tres menses, ab eisdem Ecclesiis quolibet anno, salvis nihilominus earum Ecclesiarum Constitutionibus, quæ longiùs servitii tempus requirunt; alioquin primo anno privetur unusquisque dimidia parte fructuum, quos ratione etiam præbendæ, ac residentiæ fecit suos. Quod si iterum eadem fuerit usus negligentia, privetur omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit. Crescente verò contumacia, contra eos juxta Sacrorum Canonum Constitutiones *procedatur*. Ideò ad privationem, ad quam in totum non est procedendum, nisi lapso trium annorum spatio, ut S. Congregatio sæpiùs declaravit. Et infra *in §. omnes verò*, expresè disponitur, ut omnes divina per se, & non per substitutos compellantur obire officia, atque ita hoc decreto corrigitur *c. cum omnes*, quatenus præcipit ab omnibus æqualiter servandam esse consuetudinem, secundum quam Canonici non residentes percipiebant fructus præbendarum in absentia. Item corrigitur opinio Ostiensis, existimantis, consuetudinem esse validam eo casu, in quo Canonici absentes inserviunt per substitutum. *Ac* demum corigitur opinio Goffredi, *Alani*, & Abbatis tenentium, valere consuetudinem hanc, etiamsi absentes per Vicarium non deserviant, excepto casu, in quo Ecclesia esset ministris destituta. Nam ex Concilio absentes ultra tres menses privandi sunt fructibus, etiamsi inserviant per alios, & sive Ecclesia abundet ministris, sive non abundet, ac tollitur quævis contraria consuetudo.

7 Hinc cùm essent Canonicatus in Ecclesiis parochialibus, & Collegiatis *Aquileiensis* diœcesis, in quibus Canonici deservierunt per substitutum ante Concilium Tridentinum, sicut hodie etiam inserviunt, fuit dubitatum, an hoc esset tolerandum, vel deberent cogi ad personaliter residendum? Sacra Congregatio censuit, ita cogendos. Quinimò ex ejusdem S. Congregationis sententia eo decreto S. Concilii sublata est consuetudo, etiam immemorabilis, secundùm quam ex quavis causa, & ultra tres menses ab eisdem Ecclesiis quolibet anno abesse liceat. Undè consuetudo Ecclesiæ Compostellanæ, qua dignitates habentur pro præsentibus ea ratione, quia coguntur abesse pro justitia ministranda in ejus jurisdictione, eo decreto sublata intelligitur, ut eadem S. Congregatio declaravit. Quia Concilium excepit tantummodo casum, quando pro cura animarum absunt, *ut in c. 3. vers. quod si alicui sess. 22.* Quæ ratio poterat excusare solum Archipresbyterum, cui generaliter cura incumbit. Et aliàs, proposito dubio, an Canonici sint excusandi ab aliqua hora illius diei, quo choro interesse tenentur, eo prætextu, quòd eorum nomine, velut in matutino, adsint alii ab ipsis missi, præsertim stante immemorabili consuetudine? S. Congregatio censuit, non esse excusandos.

8 Quinetiam Thesaurarius Ecclesiæ Consentinæ, cum dignitas Thesaurariatus nec fructus aliquos, nec curam haberet, licet sit major post Pontificalem in dicta Ecclesia, dubitavit, an teneretur residere, stante consuetudine non residendi, quæ valet, cum Ecclesia, vel dignitas nullos reditus habet, *Abb. in c. extirpanda §. qui verò de præb.* S. Congregatio censuit Thesaurarium, licet nullos fructus habeat, tenetur ex Concilio ad residentiam quia illa consuetudo non residendi, quæ valet de jure communi, cum nulli sunt fructus, sublata est à Concilio in Canonicatibus, & Curatis.

9 Similiter cùm Episcopus Auximanus petiisset, an duæ dignitates suæ Cathedralis, videlicet *Archidiaconus*, & *Archipresbyter*, qui nullos redditus habent, sed solum stallum in choro, teneantur ad residentiam, & ad quod genus residentiæ, die 18. Januarii 1614. responsum est, supradictas dignitates, licet nullos habeant reditus, teneri omninò residere juxtà formam à Concilio præscriptam *in c. 12. sess. 24.* licet aliàs declaratum fuerit, Decanatum, cujus provisus habet nudam præeminentiam in Ecclesia Glodiensi sine jurisdictione, & fructibus, ac dote, & voce, ac loco in Capitulo, nec participat de distributionibus, & aliis incertis, residentiam non requirere, neque inducere incompatibilitatem.

10 Ex his igitur liquet, sublatam esse quamcunque consuetudinem inserviendi per substitutum in Cathedralibus Ecclesiis. Et quamvis S. Congregatio censuerit, debere Episcopum concedere facultatem Capitularibus, se se invicem substituendi in servitio, tum Ecclesiæ, tum chori, dum tamen non iis temporibus substituantur quibus servitio Ecclesiæ adstricti sunt. Item Episcopum curare debere, ut hac substituendi facultate non abutantur. Hoc tamen decretum aliàs declaravit habere locum tantummodo inter præsentes. Et cùm incidisset dubitatio, an censeri debeat absens is, qui extra mœnia medium milliare, vel circiter in suburbiis pernocter, & in loco præcipuè, à quo possit ad servitium opportunè accedere, responsum, non censeri absentem. Vide hac de re integram Consultationem nostram in *to. 1.* quam in hunc modum explicatam esse volo. Atque hæc de consuetudine non residendi, ac fructus præbendæ in absentia percipiendi in Cathedralibus Ecclesiis.

11 Quod verò ad Collegiatas, cùm Episcopus Comensis, habens in sua diœcesi plures Collegiatas Ecclesias, non tamen insignes, consuluisset S. Congregationem Concilii, an si in eis à tempore immemorabili nunquam consueverit residere, possit compellere Canonicos ad residendum juxtà *c. 2. vers. Præterea sess. 24.* S. Congregatio censuit, *c. 12. vers. Præterea* intelligi de omnibus Collegiatis, etiam non insignibus, nisi tamen istæ non insignes Collegiatæ essent rurales & prorsus destitutæ, aut in quibus numquam antea suprà hominum memoriam solitum esse

esse residere, aut quæ adeò tenuis reditus essent, ut Canonicos non habentes, undè vivant, alere non possent. Sed postea, cùm subdubitatum esset, an decisio Sac. Congregationis, ut immemorabilis excuset à residentia, procederet in Collegiata non insigni, rurali tantum, an verò etiam in Urbana ita, ut illa verba, *aut in quibus*, non repeterent dictionem *rurales*. Cùm autem quidam dicerent, Gregorium XIII. in una Patavina de immemorabili in non insignibus aliter sensisse, relatum est ad eum decretum Congregationis; Sanctitas sua probavit, quod visum est Congregationi, ut scilicet quando Ecclesiæ non sunt insignes, sola immemorabilis consuetudo non residendi excuset Canonicos à residentia, sed in Cathedralibus, & Collegiatis insignibus, immemorabilis nullo modo excuset.

12 Amplius censuit S. Congregatio in Collegiatis Ecclesiis unumquemque ex titularis, seu Canonicis teneri per seipsum inservire, nisi aliquæ ex ipsis adeò modici reditus sint, ut titulares aliundè non habentes, undè vivant, alere non possint, ac præterea adsit etiam consuetudo non residendi. Postea S. Congregatio eadem de re, rursus habita, declaravit illa verba decreti, à se editi, videlicet, in quibus nunquam antea suprà hominum memoriam solitum esset residere, intelligenda esse, si à nullo prorsus solitum fuerit residere, secus si aliqui resederint, aliqui non. Nunc enim, qui non resederunt, compellendos esse, ut resideant.

13 Cæterum si Canonicis cura animarum incumberet, immemorabilis inserviendi per substitutum, non valeret, etiam in Collegiatis non insignibus. Undè in Castro Ariciæ, ubi sunt centum familiæ, adest parochialis Ecclesia S. Mariæ, quæ sex beneficiatos habet, qui Canonici vocantur pares, & nullum caput habentes, nec dignitatem, nec sigillum, neque arcam communem, nec locum Capitularem, nec aliqua signa indicantia, Ecclesiam esse Collegiatam. Itaque ipsi Collegiati ipsam Ecclesiam parochialem esse censentes, & arbitrantes non convenire loci qualitati, ut omnes ibi resideant, à tempore immemorabili semper observatum est, ut ipsi Ecclesiæ deserviatur per unicum Sacerdorem ab eis constitutum. Et cùm dubitassent, numquid ulterius omnes, vel aliqui eorum residere tenerentur, Sacra Congregatio censuit, teneri omninò residere. Tum quia Canonici, Tum quia Curati.

14 Quartò ampliatur ex sententia S. Congregationis, ut etiam servanda sit consuetudo, secundum quam, qui non sunt presbyteri, licet inserviant, non tamen distributiones lucrantur.

15 Quintò ampliatur, ut eodem modo servanda sit consuetudo, secundum quam de massa communi nullus presbyter participat, nisi per annum gratis inservierit. Hanc etiam consuetudinem responsum est, nec decreto dicti *ca. 12.* nec Constitutione B. Pii V. incipiente, *Durum nimis*, fuisse sublatam. Quinimò in Ecclesia Andriensi extat statutum à Capitulo Ecclesiæ conditum absque confirmatione Sedis *Apostolicæ*, quo cavetur, ut clerici recipiendi in dicta Ecclesia, ad aliquem Ordinem non ascendant, nisi de licentia Capituli, & sic ordinati teneantur in quolibet ordine gratis per biennium inservire, quo elapso, distributiones, & fructus percipere possint, juxta consuetudinem dictæ Ecclesiæ. Et, orta controversia, an presbyter provisus de dignitate Cantoratus in dicta Ecclesia, teneretur gratis inservire, prout in dicto statuto continetur, vel esset admittendus ad percipiendum distributiones, & fructus, non expectato lapsu biennii. Sacra Congregatio censuit, dictum provisum teneri expectare aliorum instar.

16 Sextò ampliatur, ut ne sufficiat quidem horas Canonicas in Choro legere, aut submissa voce recitare. Oportet enim psallere alta voce, ut. articulo diligenter discusso, in Canonicis Basilicæ S. Petri in Vaticano, declaravit S. Congregatio. Nam proposita controversia, an stantibus Ecclesiæ Constitutionibus, quarum exemplum datur in necessariis, & decreto S. Concilii Tridentini *cap. 2. sess. 24. vers. Omnes verò*, & consuetudine Ecclesiæ, etiam post Concilium, ut Canonici, Beneficiati, & Clerici intonent *Antiphonas*, inchoent psalmos, hymnos, invitatorium, decantent versiculos, orationes; tam ad Missas, quàm ad omnes horas, decante lectiones ad matutinum, & Capitula, sive lectiones breves ad omnes horas, recitent Confessionem, & absolutionem, & fungantur in Missa solemni, quæ quotidie cantatur, Officio Sacerdotis, Diaconi, & Subdiaconi, Acolythi, & pariter in officio mortuorum, in cantando autem psalmos, & responsoria &c. non soleant, nisi ad libitum eorum aliqui Cantoribus, & Capellanis, qui officia divina decantant, suas voces adjungere, plerique verò silere, & assistere. Et stantibus Bullis Julii II. & aliorum, ac novissimè Gregorii XIII. & Sixti V. quibus approbatur usus Cantorum, & Capellanorum ad dicendum in Choro, cum clausula tamen, ut Canonici, Beneficiati, & Clerici non per hoc à functionibus suis abducantur, an possint, & debeant cogi omnes Canonici, ac Beneficiati, & Clerici ad alta voce in choro psallendum, & decantandum horas Canonicas?

17 Die 12. Novembris 1592. propositum fuit suprædictum dubium in Congregatione, cui interfuerunt decem Cardinales. Et cùm fuerit dubium plenè discussum, octo Cardinales fuerunt illius sententiæ, Canonicos Basilicæ S. Petri, tum ex dispositione juris communis tum etiam ex decreto Concilii *cap 2. sess 24.* & ex Constitutionibus ipsius Basilicæ, teneri ad psallendum in Choro.

18 Septimò ampliatur, ut nec liceat Canonicis punctaturas sibi mutuo remittere, aut condonare. Obstat enim huic remissioni tam juris cõmunis dispositio, ut post Archidiaconum notat Jo: Andr. ad Glos. *in d. cap. un. v. suas de Cler. non resid. in 6.* quàm Concilii Tridentini *in d. cap. 12. §. Distributiones verò, sess. 24.* ibi: *Reliqui quavis collusione, aut remissione exclusa his careant.* Undè cùm fuerit quæsitum, an Canonici possint mutuam remissionem punctaturarum facere, responsum est, non posse, imò debere Episcopum illas portiones, quas Canonici sibi invicem remiserunt in pœnam fraudis applicare fabricæ Ecclesiæ, vel alteri pio loco. *Aliàs* tamen dictum fuit, posse Canonicos, postquam portiones non residentium perceperunt, illa quibus placuerit, dare.

19 Octavò ampliatur, ut vendicet sibi locum etiam in absentibus ultrà menses à Concilio permisso. Nam, etsi eo tempore percipere possint fructus præbendæ, non tamen lucrantur distributiones quotidianas. Quia hic casus non est de exceptis in Constitutione Bonifacii VIII. innovata à Concilio in *d. c. 12. v. distributiones sess. 24.* Imò id procedit, non obstante contraria consuetudine, immemorabili. Item procedit non obstante contrario statuto Ecclesiæ, à Canonicis jurato. Idèoque cum in Ecclesia Eborensi extare statutum à Canonicis conditum, & inter alia ejusdem Ecclesiæ statuta generaliter juratum, per quod licebat Canonicis percentum dies quolibet anno à sua Ecclesia abesse, & nihilominus distributiones quotidianas lucrari, & dubitatum esset, an hoc statutum esset sublatum à Concilio *cap. 12. sess. 24.* Sacra Congregatio censuit, quoad quotidianas distributiones nec quidem in tribus mensibus à Concilio permissis, posse quemquam Canonicum eas in absentia lucrari. Quod verò attinet ad quæstionem, an statutum illud juratum censeatur sublatum, censuit esse sublatum, quamvis juratum. Tum quia lex generalis tollit statuta ergo & juratum. Quia juramentum fuit generale, non speciale ad istud statutum. Tum quia statutum factum est à solis Canonicis, qui nullam potestatem habent ita statuendi. Quinimò per contrarium, si adsit consuetudo, ut absentes illis mensibus amittant etiam fructus massæ grossæ, à distributionibus distinctæ, responsum est, consuetudinem esse laudabilem, & observandam.

20 Nonò videtur ampliari in absentibus à loco beneficii tempore pestis. Videtur enim tempore pestis deberi fructus, ac distributiones, ut per Barbos. ad Concil. *d. c. 12.*

seſſ 24. n. 111. Ciarlin. *contr. 26. lib.* 1. & S.Congregatio Concilii in Mediolanenſi 9. Novembris 1630. Quod locum habere videtur, etiam in abſentibus ob quarantenam, ut per Monet. *de diſtrib.p.2.q.6.n.*11. & tradunt Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 135. *n.* 170. Bonacina, aliique nonnulli. At tenendum omnino eſt, quod tantum fructus præbendæ percipiunt, non autem diſtributiones quotidianas, niſi ex conſuetudine obtentum ſit, eas abſentibus ex juſta cauſa dari. Contigit hic caſus Patavii, Neapoli, ac alibi ſæpiùs. Nam peſte ibi ſæviente, quidam Canonici, qui diù abfuerant à ſervitio Cathedralis, petebant diſtributiones quotidianas, quippè qui abfuiſſent ex juſta, & rationabili cauſa. Sed cum cæteri Canonici, qui reſederant, ſibi deberi contenderent, S. Congregatio cenſuit, Canonicis, qui cauſa peſtis abfuerant, non deberi quotidianas diſtributiones, niſi probaretur conſuetudo legitima, quod diſtributiones hujuſmodi darentur abſentibus ex juſta cauſa, prout etiam decidit Ripa *de peſte de privil.contr.*11.*n.*143.*cum binis ſeqq.* & ſufficere,ut probetur conſuetudo, qua abſentes ex juſta cauſa percipiunt diſtributiones quotidianas. Sequitur, præcitatum Ripæ Reſponſum etiam Covar. *lib.* 3. *var. cap.*13. *nu.*8.

21 Decimò ampliatur etiam in Canonicis abſentibus ſtudiorum cauſa, quibus debentur fructus præbendæ tantum, non autem quotidianæ diſtributiones, ut in ſpecie decernitur in *d. cap. licet de præb.* Quod tamen ex Sententia S. Congregationis locum habet, ſi Canonicatus habeant fructus à diſtributionibus diſtinctos; ſecus verò ſi reditus omnes in diſtributionibus conſiſtant. Quia tunc ſtudiorum cauſa abſentes lucrantur duas tertias illarum partes, amiſſa alia tertiâ, quæ inſervientibus accreſcit, ut latius infrà, & alibi. Idque declaravit habere locum, tam in docentibus, quàm in ſtudentibus.

22 Undecimò ampliatur etiam in Epiſcopo Canonico, qui abeſt ex cauſa viſitationis ſuæ diœceſis.Non enim eo tempore lucratur diſtributiones quotidianas. Quia textus *in d.cap.un. de Cler.non reſid.in* 6. ibi: *Evidens Eccleſiæ utilitas*, intelligitur de utilitate Eccleſiæ particularis, de cujus diſtributionibus agitur,de quo etiam infra.Unde, propoſito hoc dubio, an Epiſcopi obtinentes Canonicatus, & præbendas in ſuis Eccleſiis poſſint, ac debeant gaudere fructibus, & diſtributionibus quotidianis,durante tempore viſitationis ſuorum Epiſcopatuum ? Sacra Congregatio cenſuit, Epiſcopum pro tempore, quo viſitat, non debere percipere diſtributiones quotidianas, dari ſolitas tantum intereſſentibus juxta *cap. un. de Cler. non reſid. in* 6. & Concilium Tridentinum *ſeſſione* 24. *cap.* 12.

Duodecimo ampliatur in familiaribus Papæ, qui non
23 obſtante conſuetudine contraria, præbendarum ſuarum fructus percipiunt in abſentia, ſed non quotidianas diſtributiones,ut eſt caſus *in d.cap. cum dilectus*,juncta Gloſſa omnium conſenſu approbata *v.fructus, de Cler. non reſid.*

Decimotertiò ampliatur in habentibus privilegium
24 Apoſtolicum percipiendi fructus beneficiorum ſuorum in abſentia, quibus ſimiliter debentur fructus præbendæ tantum, non autem diſtributiones, ut per textum *in d. cap. licet de præb. & in cap. fin. de reſcript. in 6.* & tradit Covar. *loc. rel.num.* 2. Imò id vendicat ſibi locum, etiamſi in reſcripto Papæ præcipiatur, ut *abſenti tribuantur fructus beneficii, ac ſi præſens eſſet.* Nam nihilominus ex hoc ei diſtributiones non debentur, ut notat Gloſſa *in d. ca. un. v. edfuerint*, quam dicit ab omnibus approbatam, Covarruvias *ibidem.* Nam harum diſtributionum ea propria eſt natura, ut debeantur iis tantùm, qui verè interſunt divinis officiis, non autem iis, qui fictè reſident, aut juris interpretatione, *cap. de catero de Cler. non reſid.* Covar. *eo num.* 2. ſecus eſſet ſi in reſcripto diceretur, *perinde ac ſi divinis intereſſet*, ſecundum Gloſſam præallegatam, quæ propterea admonet impetrantem, ut ſit cautus, & ſecundum hanc formam impetret, ſi poteſt, licet ſubdat, non inemini videſſe talem formam ab *Apoſtolica* manaſſe. Si tamen daretur, eſſet quartus caſus exceptus, ſcilicet ex privilegio Apoſtolico. De qua re etiam infra.

Decimoquartò ampliatur in Inquiſitoribus contra 25
hæreticam prævitatem, dum ſuo munere funguntur.Item in examinatoribus Synodalibus, dum ſimiliter funguntur ſuo munere. Item in Canonicis, qui voluntariè non autem ex officio ſeſe ſacris Confeſſionibus audiendis exponunt.*Abſentes* enim in his tribus caſibus à ſervitio Chori ex ſententia S.Congregationis diſtributiones non lucrantur,etiamſi adſit contraria conſuetudo, in Synodo diœceſana confirmata,

Decimòquintò ampliatur in Canonicis familiaribus 26
Epiſcopi, qui dum abſunt, vel eo, quod ab Epiſcopo vocantur in Choro ad eum comitandum, vel ad inſerviendum,dum Miſſam particulariter celebrant ex S.Congregationis ſententia non lucrantur diſtributiones. Imò etiam, fructibus, ſi non reſederint, ſunt privandi, niſi ſint illi duo Canonici, quorum opera Epiſcopus ad præſcriptum Sacrorum Canonum uti poteſt. Hi enim tunc fructus perciperent, amiſſis diſtributionibus quotidianis.

Decimoſextò ampliatur in duobus Canonicis exiſten- 27
tibus in ſervitio Epiſcopi,qui,ut modò dictum eſt, percipiunt in abſentia fructus præbendæ tantum, non autem quotidianas diſtributiones per textum *in d.cap. de cætero, & in cap.ad audientiam de Cler.non reſid.*n.ſi reditus univerſi diſtributionibus conſtent, ut inferius dicetur. Hinc cenſuit S.Congregatio, duos Canonicos aſſociantes Prælatum, volentem quandoque audire Miſſam in Eccleſia non Cathedrali Civitatis,non poſſe participes eſſe quotidianarum diſtributionum.

Item cenſuit diſtributiones non lucrari Canonicos in- 28
ſervientes Epiſcopo in viſitatione diœceſis, aut in monialibus velandis, aut in examine ordinandorum, & promovendorum ad beneficia, vel qui Seminario præſident, aut in Congregationibus *S.*Officii adhibentur. Quinimò *Archiepiſcopo* Januenſi petenti, ut duo Canonici eum Comitantes in viſitatione diœceſis pergere poſſent in percipiendis quotidianis diſtributionibus juxtà antiquam illius Eccleſiæ conſuetudinem, cenſuit, non concedendum.

Propoſito item dubio, an Canonico Cathedralis Eccle- 29
ſiæ,qui munere Vicarii Epiſcopalis fungitur, diſtributiones quotidianæ debeantur,etſi horis divinis non interſit; præſertim cum à tempore immemorabili obſervatum ſit, ut debeantur, reſpondit,non deberi.

Decimoſeptimò ampliatur in Canonico, qui electus 30
fuit Judex,vel vigore Commiſſionis,*ſi in evidentem*, vel vigore literarum remiſſorialium, vel compulſorialium & alia hujuſmodi, aut electus Judex Synodalis, qui niſi abſit pro exequendis ſibi commiſſis ex ſententia S.Congregationis amittit diſtributiones,nec poteſt ad illas admitti,& idem reſponſum in Canonico aſſiſtenti Congregationi rerum ſpiritualium ad regimen, ac directionem Eccleſiæ ſpectantium.

Decimooctavò ampliatur in Canonico legente,& fœ- 31
cundante ex debito ſui officii,cui ſimiliter reſponſum eſt, deberi fructus præbendæ, ſed non diſtributiones. Unde cùm obtinens prabendam theologalem in Eccleſia *Anagnina*,quæſiſſet à S.Congregatione, an teneretur ad inſervier dum in Choro divinis officiis cum aliis Canonicis, præſertim in diebus feſtis, in quibus non legitur. S. Congregatio cenſuit, poſſe ſe excuſare ab hoc onere, & nihilominus percipere fructus ſui beneficii, exceptis quotidianis diſtributionibus *ad cap. ſuper ſpecula de magiſtr.*

Itidem conſulta, an *cap.* 1. *ſeſſ.* 5.*v.decentes.* habeat lo- 32
cum in docentibus in Eccleſiis, ut quamvis à ſervitio Chori abſint, poſſint tamen percipere fructus ſuorum Canonicatuum, exceptis quotidianis diſtributionibus, reſpondit, habere. Verùm diebus, quibus legunt, habendi ſunt ſicut præſentes in Choro, & intereſſentes, ut declaravit

claravit Gregorius XIII. Et, ſtante hac declaratione, ſuborto dubio, an cenſendus ſit etiam præſens matutinis, quæ ex antiqua Eccleſiæ conſuetudine dicuntur veſpere præcedenti pro die ſequenti, reſponſum eſt, non cenſeri.

33 Decimononò ampliatur in Canonico celebrante Miſſam devotionis cauſa, quem pariter reſponſum eſt diſtributiones non lucrari, niſi celebraverit ex onere, ſibi injuncto. Et aliàs deciſum, Canonicos Miſſam celebrantes ſubmiſſa voce, dum divina celebrantur, diſtributiones itidem percipere non debere, niſi illa hora ad celebrandum Miſſam ab eo, ad quem pertinet, compulſi fuerint. Idem reſponſum de Canonicis, qui abſunt à Choro,ut celebrent in capellis, in quibus tenentur Miſſas celebrare, vel devotionis gratia, qui non debent percipere diſtributiones illius horæ. Quod ſi permiſſu Superioris id facerent, admonendum eſſe Superiorem, ut abſtineat ab his licentiis concedendis.

Vigeſimò ampliatur in peregrinantibus devotionis
34 cauſa, quos etiam non lucrari diſtributiones declaravit S. Congregatio. Verum tamen ex gratia cenſuit, poſſe concedi, ut tribus menſibus, Jubilæi cauſa abſentes, diſtributiones quotidianas percipiant ita tamen, ut Epiſcopi ſit arbitrium, quota pars Canonicorum eodem tempore poſſit abeſſe.

Vigeſimo primo ampliatur in obtinentibus ex legi-
35 tima diſpenſatione Parochialem cum Canonicatu, vel dignitate. Tenentur enim reſidere in Parochiali, & ſic reſidentes lucrantur fructus, ac reditus omnes Canonicatus, vel dignitatis, exceptis dumtaxat diſtributionibus quotidianis, ut diſertis verbis cavetur in Bulla B. Pii V. *Cupientes*, ac ſæpiùs S. Congregatio declaravit. Quæ item conſulta, an habens Parochialem, & Canonicatum excludatur à ſervitio Canonicatus ? Cenſuit, non excludi, dummodo omnibus diebus, & horis prius debitis, Parochiali inſervierit, ut nihil prorſus depereat debito ſervitio Parochialis.

Vigeſimoſecundò ampliatur in obtinente duos Ca-
36 nonicatus ex diſpenſatione Apoſtolica, qui ex ſententia S. Congregationis privatur diſtributionibus illius Canonicatus, cui non deſervit.Quinimò, propoſito dubio, an obtinens dignitatem cum Canonicatu, ſeu portione in eadem Eccleſia, teneatur per ſe ipſum utriuſque beneficii onera ſubire ita, ut non ſatisfaciat Concilio, deſerviendo perſonaliter in dignitate, per ſubſtitutum verò in Canonicatu, ſeu portione, non obſtante contraria Eccleſiæ conſuetudine, etiam immemorabili, S. Congregatio cenſuit, teneri, nec aliter Concilio ſatisfacere, quàm ſi perſonaliter utrique beneficio deſerviat, niſi ſervitia ita ſimul concurrant, ut ab una perſona eodem tempore præſtari nequaquam poſſint.

37 Reſtringitur primò generalis aſſertio, ſuperius firmata, ſi Canonici non habeant præbendas diſtinctas, nec fructus groſſos, ſed univerſi capituli reditus ſolis diſtributionibus conſtent. Tunc enim abſentes in caſibus expreſſis in jure, puta ſtudiorum cauſa, inſpecta juris communis diſpoſitione, illas lucrantur integrè per textum *in cap. olim de verb. ſignif.* juxtà intellectum, quem aiunt verum eſſe Oſtienſis *num.* 3. & Jo. Andreas *num.* 2. tenetque Gloſſa *penult. verſ. & ad hoc facit*, & *verſ.ſed quid dicis in d. cap. un. de Cler.non reſid.in* 6. quam ibi ſequitur Gemin. §. *qui vero num.* 14. & Franch. *num.* 8. ac reliqui omnes. Id ipſum tenet Gloſſa *in d. cap. licet de præb.* Tum quia, cum juxta ſacros Canones non detur Canonia ſine præbenda, *cap. relatam*, & *cap. dilectus* 1. *de præb.* conſequitur, ut diſtributiones, in quibus univerſi reditus conſiſtunt, ſuccedant integre in locum præbendæ. Et tum quia alias privilegium eſſet inutile, ſi abſentes in caſibus privilegiatis illas non perciperent.

38 Hinc, orta dubitatione, an cùm Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis omnes reditus in diſtributionibus quotidianis conſiſtant, diſtributiones ipſæ pro præbenda ſint intelligendæ, ut ſit locus erectioni præbendæ theologalis juxta *cap.* 1.*ſeſſ.* 5. Sacra Congregatio cenſuit, ita eſſe intelligendas. Quia cum omnes reditus conſiſtant in diſtributionibus, illæ habentur loco præbendarum, Gloſ. *in d.cap. licet*, quæ loquitur de diſtributionibus, quæ dantur intereſſentibus tantum *de præb.* ibique Cardinalis.

Et quamvis Concilium ibi, *nulla, vel non ſufficiens*, 39
proviserit in caſu, quo nulla adeſſet præbenda, nequit tamen dici, non adeſſe præbenda, cum adſint diſtributiones, quæ habentur loco præbendarum. Idque etiam in materia perceptionis fructuum in abſentia ſentiebat olim Sacra Congregatio. Nam cùm in Eccleſia Anagnina Canonici nullas haberent præbendas diſtinctas, ſed tantum diſtributiones quotidianas, quæ dantur inſervientibus tantùm, & partim ſunt certæ, ut illæ, quæ ex reditibus Eccleſiæ colliguntur, partim incertæ, ut mortuaria, aliaque ſimilia, dubitatum fuit, an Canonico abſenti ex cauſa ſtudiorum, obtenta legitima licentia, deberentur hæ diſtributiones. S. Congregatio cenſuit, exceptis incertis illis, & quotidianis diſtributionibus, quæ tantummodo inter eos quotidie dividi ſolent, qui ſacris intersunt, reliquas debere dari iis, qui, obtenta legitima licentia, abſunt ex cauſa ſtudiorum.

Et iterùm, cum fuiſſet dubitatum in Narnienſi, an 40
duo Canonici, inſervientes Epiſcopo, deberent lucrari diſtributiones quotidianas, ſi omnes reditus Capituli in illis conſiſtant, cenſuit, duos Canonicos, verè inſervientes Epiſcopo, debere lucrari partem ſuarum diſtributionum quotidianarum, ac ſi præſentes inſervirent Eccleſiæ. Quia cùm nullus alius reditus ſit, nullave diſtinctio præbendarum, & ſolum ſint diſtributiones iſtæ quotidianæ loco præbendarum juxtà Gloſſam *in d. cap. un. de Cler. non reſid. in* 6. debentur iſtis Canonicis ſervientibus Epiſcopo, ne alias privilegium datum Epiſcopo *in cap. de cætero*, inutile reddatur Gloſ. *in d. cap. licet de præb.* & Butr. *conſ.* 42

Amplius, ſuborta dubitatione, an obtinentes Paro- 41
chiales ex legitima diſpenſatione unà cum Canonicatibus poſſint percipere diſtributiones, quæ dantur inſervientibus in Cathedrali, ſi in ſolis diſtributionibus reditus Capituli conſiſtant ? Sanctiſſimus decrevit ex ſententia Congregationis, ut Canonici obtinentes ex legitima diſpenſatione dictas Parochiales, debeant in eis perſonaliter reſidere. Etſi reditus ſuorum Canonicatuum verè conſiſtant in diſtributionibus quotidianis ita, ut omnes percipiantur de communi acervo, & nullæ prorſus præbendæ diſtinctæ ſint, ne detur aliquid iis, qui horis divinis non interſunt, poſſint ſic reſidentes in ſuis Parochialibus eos integrè percipere. Quod ſi poſt debitum ſervitium Parochialibus ſuis præſtitum, potuerint etiam Canonicatibus inſervire, tunc eos non percipient, niſi quatenus inſervirent. Ita, inquam, ſentiebat olim Sacra Congregatio.

At verò, quia in illis Eccleſiis, ubi nullæ ſunt diſtri- 42
butiones, vel ita tenues, ut veriſimiliter negligantur, Concilium Tridentinum jubet ſeparari tertiam partem fructuum, & in diſtributiones converti, quæ inter dignitates obtinentes, ac cæteros divinis intereſſentes, dividantur, ut *in cap.* 3. *ſeſſ.* 21. Idcircò S. Congregatio poſtea ſemper dixit, in illis Eccleſiis, ubi reditus omnes diſtributionibus conſtant, tertiam partem retinere naturam diſtributionum ita, ut non intereſſentes illam non percipiant, reliquas duas partes ſuccedere in locum præbendæ, ac deberi abſentibus ex legitima cauſa.

Ulterius idem juris eſſe cenſuit, ſi reditus Canoni- 43
catus ferè omnes in diſtributionibus conſiſtant. Tunc enim declaravit perinde eſſe, ac ſi nulli eſſent fructus, ideoque abſentes ſtudiorum cauſa, vel in ſervitio Epiſcopi, aut in aliis ejuſmodi caſibus percipere debere duas tertias illarum partes, amiſſa tertia, quæ inſervientibus accreſcit.

Quomodo autem hæc tenuitas fructuum æſtiman- 44
da ſit, S. Congregatio certis limitibus generaliter non præfinivit, licet aliquando declaraverit, hoc habere

locum in aliquibus Ecclesiis, in quibus adeò tenues erant fructus, ut Canonici in universum triginta aureos tantum perciperent. Et alias censuit, ubi fructus præbendæ sunt ita tenues, ut quartam partem distributionum non superent, concedi posse, si Sanctissimo visum fuerit, ut docentes in publica Universitate Sacram Scripturam, necnon studentes per quinquennium duas partes lucrentur, dimissa tertia, quæ ut supra accrescit inservientibus. Aliquando tamen per Secretariam Brevium expediuntur literæ, in quibus indulgetur absentibus studiorum causa, ut percipere possint, non tantum fructus præbendæ, sed etiam duas partes quotidianarum distributionum, nulla habita distinctione, an fructus præbendæ sint tenues, necne. Sed hæc clausula fortè irrepsit per incuriam ministrorum. Nam verè duæ partes distributionum, non sunt concedendæ absentibus ex prædicta causa, nisi quando, aut nulli extant fructus, aut ita tenues, ut non habeantur in consideratione, ex supradictis. At de hoc alibi.

45 Restringitur secundò in Collegiatis regularibus, quorum Canonici regulares de licentia Superiorum percipere possunt in absentia, nedum fructus, sed etiam distributiones quotidianas, cùm non comprehendantur in decreto Concilii Tridentini *cap.* 12. §. *præterea*, & §. *distributiones Sess.* 24.

46 Restringitur tertiò, si ex lege fundationis Ecclesiæ, vel Canonicatus cautum sit, ut absentes in aliquo casu participarent de distributionibus quotidianis. Nam Concilium in dicto *cap.* 12. fundationibus non derogavit. Quippe in duobus tantum casibus legitur, Concilium derogasse privilegiis in limine fundationis, nempè *in cap. uls. sess.* 25. *de regular. & in cap. 6. eadem sess. de reform.*

47 Restringitur quartò, si ex statuto Ecclesiæ à Sede Apostolica confirmato indulgeatur, ut absentes in aliquo casu similiter participent de quotidianis distributionibus. Nam, etsi Concilium *in d. cap.* 12. §. *præterea*, tollat statuta, non tamen tollit confirmata ex certa scientia, & cum causæ cognitione.

48 Restringitur quintò, si Canonici habeant indultum Apostolicum vacandi à servitio Ecclesiæ, & nihilominus percipiendi distributiones, ut per Jo. Andr. *in d. cap. un. numer. 3. de Cler. non resid. in 6.* Quia Concilium in præcitato *cap.* 12. sustulit consuetudines, non autem privilegia. Unde cum fuerit quæsitum, an Concilium Tridentinum *d. cap.* 12. *sess.* 24. obstet, quominus Canonici Pistorienses juxta indultum Sixti V. possint gaudere vacationibus permissis, & nihilominus percipere distributiones quotidianas, quæ alias de jure debentur interessentibus tantum. Secundò an sit auferenda facultas Capitulo concedendi licentias absentiæ, quam habet ex dicto indulto? Quoad primum, Sacra Congregatio censuit, quia Concilium in hac parte non derogat privilegiis, non obstare. Ad secundum respondit, non esse auferendam, licet possit Episcopus providere, ne fiat fraus cultui divino ex aliquo abusu. Quia cùm sit jam statutum indulto quota pars Canonicorum abesse possit simul, non est locus decreto Concilii, tribuenti hanc facultatem Episcopo cum consilio Episcopi. Et alias declaratum fuit, Canonicos tempore permisso abesse posse absque licentia.

49 Restringitur sextò in Canonicis, qui Episcopum ad limina Beatorum Apostolorum comitati sunt, aut qui eadem limina Episcopi nomine visitarunt, quibus ex Decreto Sixti V. jubentur assignari distributiones quotidianæ totius temporis accessus, mansionis, ac reversionis, quod in hanc causam insumpserint, eisque ad Ecclesiam suam revertentibus consueverunt hac de re dari literæ à S. Congregatione Concilii.

50 Restringitur septimò in Canonicis absentibus tempore pestis, quibus debentur distributiones quotidianæ si ex consuetudine obtentum sit, ut dentur absentibus ex legitima causa, ut dictum est supra. Et huic limitationi suffragatur, quod, etsi consuetudine introduci non possit, ut distributiones quotidianæ debeantur non interessentibus divinis officiis per textum *in d. cap. un. de Cler. non resid. in 6.* hoc tamen non procedit, si consuetudo hoc introduxerit in eo casu, in quo de jure dubium sit, an distributiones absentibus debeantur, nec ne. Eo enim casu consuetudinem validam esse, & juris ambiguitatem posse interpretari, ac declarare, tradunt Baldus inter consilia Cardinalis *cons.* 53. Dec. *in cap. cum omnes in 1. lect. col. 1. de constit.* & Andreas ab Exea *ibid. num.* 50. Rochus de Curte *in tr. de consuet. cap. uls. in 3. not. ab. limit. 3.* & Covar. *lib. 3. var. d. cap. 3. nn. 3.*

Restringitur demum in tribus casibus expressis in 51
Constitutione Bonifacii VIII. à Concilio innovata, quæ habetur *in d. cap. un. de Cler. non resid. in 6.* his verbis: *Exceptis illis, quos infirmitas, seu justa, & rationabilis corporalis necessitas, aut evidens Ecclesiæ utilitas excusaret.* Unde, proposito dubio, utrum Ordinarius possit excusare à residentia Chori aliquem Canonicum, vel Capellanum ex causa legitima juxtà *cap. un. de Cler. non resid. in 6.* sine consensu aliorum Canonicorum, aut Capellanorum, quorum interesse videtur propter jus accrescendi, responsum, est, posse, si est ex causis comprehensis *in d. cap. un.* quia illud Concilium non sustulit, nec requirit Capituli consensum.

Primus igitur casus exceptus, in quo de jure distri- 52
butiones quotidianæ debentur absentibus, est infirmitas; ut ibi est expressum, & tenet Glossa *ibidem n. infirmitas.* Quod primò habet locum, etiam non probata consuetudine percipiendi distributiones in absentia. Neque enim admittenda est sententia Franchi ad illum textum, existimantis, ita demum morbo impeditis deberi quotidianas distributiones, si ex consuetudine introductum sit, ut absentibus debeantur. Imò enim etiam, circumscripta consuetudine, debentur infirmis, ut clarè probatur *in d. cap. un.* ubi à regula, quæ præmittitur de distributionibus quotidianis in absentia, non percipiendis, excipiuntur primo loco ii, quos infirmitas excusaverit. Idem probat textus *in l. arbori, bus §. de illo ff. de usufr.* Unde Glossa ibi annotavit famulo deberi salarium, etiam pro eo tempore, quo ægrotus sit. Quod etiam censent Innoc. Jo. Andr. & Barbatia *in cap. 3. nn. 25. de locat.* Accedit que textus *in l. 4. §. Stichus si hæredi, ff. de stat. liber.* ubi conditio serviendi certo tempore censetur evenisse, si eo tempore servitium impendi non potuit, morbo impediente. Estque optimus textus *in l. 1. §. divus, ff. de var. cogni.* ac testatur de communi Imol. *in d. cap. 3. n. 13.* & quicquid sit in famulo, in quo contrarium opinionem dicit esse veriorem Imola *loc. cit.* & communem Abbas *in cap. 1. n. 8. de Cler. ægrot.* quia titulum non habet, sed tantum locat operas suas, & potest ad nutum amoveri; certè in Clerico titulato hæc sententia est omnino amplectenda atque adeò distributiones quotidianas deberi Canonicis, qui ægritudine impediti, divinis officiis interesse non potuerunt, etiam nulla existente consuetudine, explosa contraria Philippi Franchi interpretatione, concludit post alios Covar. *d. lib. 3. var. cap. 13. numer. 8.* Quod fervat Curia.

Deinde locum habet, non obstante statuto Capituli, ut 53
ægrotis, vel ex quævis causa absentibus, non dentur distributiones. Hujusmodi enim statutum S. Congregatio censuit, non esse confirmandum, cum sit irrationabile, & contra bonum Ecclesiæ, ut probatur *in cap. 1. de Cler. ægrot.* ibi: *Quia si alii ejus essent exemplo deterriti, forte non possent, qui militaret Ecclesiæ inveniri.*

Item locum habet quoad portionem accrescentem, 54
hoc est portionem earum distributionum, quæ à Canonicis absque legitimo impedimento à Choro absentibus amissa, præsentibus accresceret. Nam ex sententia S. Congregationis hanc quoque percipere debet Canonicus infirmus. Tum quia cùm infirmus quoad percipiendas distributiones quotidianas, fictè, ac juris interpretatione habeatur pro interessente, ut patet ex declaratione S. Congregationis, & probatur *in d. cap. un. de*

de Cler. non resid. in 6. ubi Abb. *num.* 7. Aufrer. *dec.* 268. Covar. *d. c.* 13. *nn.* 8. Sicut portio deficientium per jus accrescendi verè interessentibus acquiritur, Glos. *in Clem. ut iiv. pars dimidia de stat. & qualit.* Covar. *d. n.* 7. Ita acquiri debet etiam infirmis, qui fictè, sive juris interpretatione sunt interessentes. Nam lex loquens in casu vero extenditur ad fictum, & ficta præsentia veræ æquiparatur adeò, ut fictè præsens consequi debeat ea, quæ verè præsentibus tribuuntur, Jo. Andr. *in cap. cum de tua num. 3. & 4.* quem ibi Geminianus, & Franchus sequuntur *de consuet. in 6.* Cui opinioni, etsi adversetur Archidiaconus quoad jus optandi, quod est contra jus, in quo jus non facit æquiparationem inter veram, fictamque præsentiam, tamen quoad casum nostrum attiner, etiam secundum opinionem Archidiaconi, ficta præsentia sufficit ad consequendas distributiones, quia versamur in materia, in qua jus ipsum æquiparat fictè præsentem, idest infirmum, verè præsenti, ut *in d. c. un.* Nec versamur in statuto, quod est contra jus, de quo loquitur Archidiaconus, sed in jure communi, quod ex sui natura, cùm loquitur de casu vero, extenditur ad fictum Jason post alios *in l. si is qui n. 284. ff. de usucap.*

Et tum quia in materia juris accrescendi portio portioni accrescit, non personæ, *l. cum ex filio §. fin. ff. de vulg. & pupill.* Quia portio est illa, quæ portionem ad se trahit, ut declarat Ripa *in l. re conjuncti num.* 7. ac ibi Doctores *de legat.* 3. Sicut ergo portio principalis distributionum debetur infirmo, quamvis à Choro absenti, ita hæc, quæ assumit naturam portionis, cui accrescit, Ripa post alios *ibidem num.* 200. Gomez, qui plures textus ad id allegat *lib. 1. variar. c. 10. n. 16.* & nos alibi, & *Consult. segq.*

56 Quod ita quidem extenditur, ut nec tempus, quo Canonicus fuit infirmus, si computandum pro tempore vacationum, ut declaravit S. Congregatio. Idque tamen intelligendum, ut mox dicemus.

57 Præterea locum habet etiam his, qui sine periculo vitæ divinis interesse non possunt. Unde cum ideò Canonicus primis horis, ac matutinis non interesset, quod medici attestabantur, id fieri non posse absque imminenti vitæ periculo, datæ fuerunt literæ ad Ordinarium ut pro suo arbitrio distributiones illius temporis eidem Canonico concederet.

58 Necnon extenditur in Canonico, quo tempore podagræ ita infirmitate impeditur, ut horis Canonicis nequeat interesse. Huic enim deberi quotidianas distributiones, censuit S. Congregatio.

59 Hoc etiam procedit in cœco, qui sicut non tenetur horas Canonicas recitare, Angel. *v. hora n. 9.* Tabiena *eod. v. n.* 20. Sylvest. *n.* 5. ita nec Choro interesse, & nihilominus percipere debet quotidianas distributiones, ut declaravit S. Congregatio. Etsi enim cœcus posset per se ipsum ad Ecclesiam accedere, adhuc tamen non teneretur divinis interesse. Nam obligatio Canonicorum est psallere in Choro, *Clem. 1.* ibi: *fructum labiorum suorum*, & infra: *devotè psallatur, de celebr. Missar.* S. Thom. 2. 2. *quæst.* 83. *art.* 12. & statuitur à Concilio Trid. *c.* 12. *vers. omnes vero sess.* 24. ibi: *Atque in Choro ad psallendum instituto Hymnis & Canticis Dei nomen reverenter, distinctè, devoteque laudare.* Et olim respondit S. Congregatio, ejusdem Concilii interpres in Canonicis S. Petri in Vaticano, articulo diligenter examinato, de quo supra. Canonicus autem cœcus non tenetur psallere, cum nec possit, nisi fortè integrè psalterium memoriter teneret. Ac proinde non tenetur Choro interesse. Quandoquidem obligatio psallendi in Choro est unica, & individua, cùm sit facti, *l. stipulationes non dividuntur, ff. de verb. oblig.* Doctores *in l. 4. §. Cato ff. eod.* Atque idcircò qui non tenetur ad totum, ad nihil tenetur, *l. operas ff. de operib. libert.* & notat Jason *in d. l. si stipulationes n.* 28. Et Ecclesiæ præceptum obligans ad aliquid certo modo faciendum, non obligat ad quamlibet ejus partem eo modo, quo fieri potest, faciendam. Sicut jussus Romam petere, si id implere non possit, non tenetur dimidiam itineris partem conficere, ut notatur *in c. cum dilecti de dol. & contum.* Et qui adversa valetudine, vel alias legitimè impeditus majorem horarum partem dicere non valet, ad partem superstitem, quam potest dicere, non obligatur, ut pluribus probat Navar. *de horis Canonicis c. 11. n. 15. & seqq.* Sic etiam obstrictus certa die jejunare, si ea die impediatur, non tenetur in alia, ut notat Abbas *in c. 1. n. 1. de obser. jejun.* Et impeditus recitare officium, non tenetur alia die illud resumere juxta Innocentium, quem cæteri sequuntur *in c. 1. de celebr. Missar.* ac Sylvest. *v. Hora sub d. n.* 5. & textum *l. libertas ff. de oper. libertor.* ubi Ulpianus respondit, libertum, qui post indictionem operarum valetudine impeditur, quominus operas præster, ad partem non teneri, quia inquit, neque solvi, neque deberi, nec peti pro parte opera potest. Quod fusiùs prosequuntur Glossa & Doctores *in l. si quando, ff. eod.*

Insuper cœcus excusatur à muneribus personaliter, 60
l. 1. C. qui morbo se excus. c. licet de censib. ubi id notant Innoc. *in princ.* Ostiens. *n.* 3. Jo. Andr. & Anania omnes *n.* 2. Boich. Butrius, & Ancharanus *n.* 1. Nam corporis debilitas eorum numerum excusationem præstat, quæ corpore implenda sunt, ait textus *in l. 2. §. corporis ff. de vocat. muner.* Totius autem corporis humani debilitas est oculos amisisse, ut inquit Lucas de Penna *in d. l. 1. n. 4.* Ergo similiter excusari debet cœcus ab hoc personali munere interessendi in Choro divinis officiis, ut per Pavinium *de visit. n.* 100. *quæst.* 10, *p.* 2.

His accedit, quod qui ægritudine impeditur horas 61
Canonicas recitare, non tenetur illas audire, ut tradunt Innocentius, & Doctores *in c. 1. de celebr. Missar.* Palud. *in 4. d. 15. quæst. 5.* Pisanel. *v. Hora, d. num. 5.* Tabiena *ibid. n.* 19. Navar. *loc. cit. d. c. 11. n. 6.* Cœcus autem non tenetur recitare, ut per Angel. *d. v. Hora n.* 9. Sylvest. *d. n. 5.* & Tabiena *n.* 20. Ideòque nec audire. Atque adeò nec tenetur Choro interesse, quia solutus est utroque munere recitandi & audiendi. Neque enim exigitur in Choro Canonicorum præsentia, ut augeant numerum, sed ut divinas laudes persolvant, ut *in d. Clem 1. de celebr. Missar. & in d. c. 12.* Concilii Trident. Imò præsentia cœci, reliquis Canonicis canentibus potius impedimento, ac perturbationi esse posset. Ex quo sequitur, ut in absentia cœcus lucretur integrè distributiones quotidianas, tanquam morbo impeditus, per textum *in c. cum percussio de Cler. ægrot.* & apertius *in d. c. un. de Cler. non resid. in 6.* ubi id notant Archid. Jo. Andr. Gemin. ac omnes, & tradit Covar. *eo c.* 13. ac sæpiùs respondit S. Congregatio Concilii. Atque hanc opinionem in cœco sequi videtur, licet subobscurè Rebuffus *cons. 26. n. 15.* ubi consuluit cœcitatem non esse minus impedimentum, quam alias infirmitates, & loquitur ad effectum *d. cap. un.* quod ibi allegat.

Et hanc sententiam tanquam æquiorem, ac beni- 62
gniorem amplectimur, quicquid secus dixerit Navar. *de horis Canonicis c.* 19. *concl.* 8. qui nec auctoritate, neque ratione ulla fultulus, opinatus fuit Canonicum cœcum distributiones non lucrari, nisi divinis interfit. Quia cœcus, uti miserabilis persona, est sub protectione Ecclesiæ, *can. defensionis dist.* 87. *c. licet ubique.* Innocentius, Ostiens. & alii *de censib.* satisque calamitate cœcitatis affligitur, nec debet amplius affligi, *can. cum percussio 7. quæst. 1.* ideòque potius est ei consulendum, quàm aliquid auferendum, ut de ipso dicit Glossa *in d. c. licet v. misereri*, facitque textus *in l. 1. §. casum ff. de postul. & in l. cœcus ff. de judic.* Simili modo S. Congregatio consulta, an cœcitas privet aliquem eo voto, quod alias haberet, si cœcus non esset, respondit, non privare.

Extenditur quoque, ut locum sibi vendicet in se- 63
nio confectis, quibus S. Congregatio declaravit: quotidianas distributiones deberi, si alias residere sint soliti, ut ex *cap. 1. §. verum*, ibi: *Senio, aut*

valetudine

valetudine corporali gravatus de Cler. agrot. in 6. & can. pervenit 2. d. 18.

64 Postremò habet locum, letiam in iis, qui ex propria culpa in morbum inciderunt ad textum *in c. cum infirmitas de pœnit. & remiſ.* Nam & iis quotidianas diſtributiones deberi, ait Covar. *d. c.* 13. *n.* 8. reprobata opinione Franchi *in d. c. un. n.* 17. *de Cler. non reſid. in 6.* Nam, etſi tales propria culpa ſint impediti, hoc tamen impedimentum, nec à jure, neque ab homine, ſed ab ipſo Deo illatum eſt, ſuffragatur textus *in d. can. cum percuſſio* 7. *q.* 1. ubi D. Gregorius: *Cum percuſſio*, inquit, *corporalis imminet, utrum pro purgatione, an pro vindicta contingat, Dei in hoc judicium ignoratur; & ideò non debet à nobis addi flagellatis afflictio.* Et huc reſpexit S. Congregatio Concilii in deciſione hujus articuli. Nam, conſulta, an diſtributiones quotidianæ, quæ ex Conſtitutione Bonifacii VIII. à Concilio Tridentino innovata, debentur ægrotis, qui in Choro, infirmitate impediente, divinis officiis intereſſe non poſſunt, debeantur iis, qui ex propria culpa, & peccato in morbum inciderunt, reſpondit, deberi. Alias enim minus rigor eſſet, nec ſuperiorem hujuſmodi inquiſitionem facere debere, addendo afflictionem afflictis. Quia multæ poſſunt eſſe cauſæ, & non turpes. Et hanc partem, tanquam mitiorem, approbavit Gregorius XIII. de quo & nos alibi. Facitque quod notat Oitienſ. *in cap. niſi cum pridem n.* 13. *de renunc.* ubi firmat debilitatem corporis, quæ reddit Epiſcopum inhabilem ad executionem paſtoralis officii, eſſe juſtam cauſam cedendi, etiamſi ex peccato proveniat, dummodo Epiſcopum pœniteat, ut *in d. c. cum infirmitas.*

65 Declaratur modo hic primus caſus, ut procedat dummodo Canonicus infirmus, dum integra valetudine uteretur, ſolitus eſſet divinis officiis intereſſe, aliter enim diſtributiones quotidianas non lucrantur, quia morbus non eſt cauſa non reſidendi in eo, qui etiam ſanus non reſediſſet, ut ait Joan. Andr. Cardinal. & Abb. *in cap. ad audientiam de Cler. non reſid. & in cap. cum percuſſio de Cler. agrot.* Felinus teſtans ita omnes tenere *in cap. ad Apoſtolicæ n.* 12. *de excepc.* aliique apud Covar. *d. c.* 13. *n.* 8. Hinc Canonicus, qui, dum abeſſet tribus menſibus à Concilio permiſſis, in morbum incidit, S. Congregatio cenſuit, illius temporis diſtributiones non deberi, quia ægritudo non fuit cauſa non intereſſendi, cùm etiam, ea ceſſante tunc temporis vacaſſet à ſervitio Eccleſiæ. Verùm, ſi ultra tres menſes morbus perduraſſet, ab eo tempore diſtributiones non eſſe illi ſubtrahendas. Quia cum antea ſolitus eſſet divinis intereſſe, veriſimiliter, expletis menſibus vacationis, ad ſervitium Chori rediiſſet, & ſic infirmitas fuiſſet cauſa non intereſſendi. Hinc etiam cuidam Canonico, Romam petenti anno Jubilæi ex Capituli licentia, ut votum impleret, atque ibi in ægritudinem lapſo, fuerunt ex gratia conceſſæ à Sanctiſſimo ex Congregationis ſententia omnes diſtributiones illius temporis, quo ab Eccleſia abfuit.

66 Secundus autem caſus exceptus, *in d. c. un. de Cler. non reſid. in 6.* in quo debentur quotidianæ diſtributiones in abſentia, eſt juſta, & rationabilis corporis neceſſitas, ut ſi potionem, vel medicinam ſumpſit, vel ſanguine minutus eſt, ut ibi exemplum exhibent Archid. & Jo. Andr. *v. corporalis neceſſitas*, qui ad id adducunt *can. ſi qui de conſecr. d.* 4. & *can. Epiſcop. d.* 18. ac ſequitur Anchar. *n.* 2. *eod. v.* ac cæteri. Unde infertur, ut Canonicus expulſus à Civitate propter ſeditiones abſque ſua culpa à contrariæ factionis hominibus, integrè percipere debeat quotidianas diſtributiones, ut pluribus probat Jo. Andr. *in d. c. un. n.* 1. ac ibi etiam Anchar. *n.* 2. & ex facto reſpondit Calderin. *conſ.* 17. *de præb.* quem ſequuti ſunt Felinus *in cap. cum omnes n.* 22. *de Conſtit.* ac Prob. *in d. c. un. n.* 22.

67 Et quamvis Covarruvias *in d. cap.* 13. *n.* 8. exiſtimet, hoc verum eſſe, dummodo diſtributiones ex conſuetudine debeantur abſentibus ex juſta cauſa, hæc tamen declaratio admittenda non eſt, quia textus *in d. c. un.* ſub unica verborum ſtructura excepit caſus infirmitatis corporalis neceſſitatis, & Eccleſiæ utilitatis. Ergo debet ſingulos æqualiter determinare, *l. quamvis C. de impub. l. jam hoc jure ff. de vulg & pupil. fin.* ubi Bartol. *C. de ſent.* Decius *in c. novit. n.* 56. *de judic.* Ex cauſa autem infirmitatis abſentes lucrantur diſtributiones, etiamſi talis conſuetudo non extet, quod idem Covar. fatetur contrà Franchum. Ergo idem dicendum in abſentibus ex cauſa corporalis neceſſitatis, vel utilitatis Eccleſiæ. Ad textum verò *in c. cum non deceat de elect. in 6.* reſpondetur, ut dicetur inferiùs.

Ex quo etiam infertur, ut in juſtè detentis in carcere 68
debeantur diſtributiones quotidianæ perinde ac ſi divinis intereſſent, ut concludit Jo. Andr. *in c. un. n.* 1. *per c. bonæ t. de elect. & can. quoniam quidem d.* 18. etſi Covar. *loc. cit.* id reſtringat ad Canonicum injuſtè conjectum in carcerem in eodem loco, ubi Eccleſia ſita eſt, ſed minus rectè. Quia rationes Jo. Andr. militant ubixis locorum Canonicus ſine ſua culpa vi detinetur. Neque hanc diſtinctionem adhibuit S. Congregatio Concilii, ſed generaliter orta dubitatione, an diſtributiones quotidianas lucretur is, qui indebitè conjectus in carcerem fuerit, cenſuit, lucrari. Quod intellige dummodo fuerint ſoliti Eccleſiæ inſervire, ut de infirmis dictum eſt, & alibi diximus. Fructus autem præbendæ, ſeu maſſæ groſſæ, ei tandiu deberi, quandiù per ſententiam fuerit declaratum juſtè illum in carcere detineri.

Item cenſuit, diſtributiones deberi Canonico abſenti, 69
ut injuſtam Judicis vexationem redimeret. Item citato ob cauſam criminalem, qui ſe innocentem exhibuit, ac propterea à ſervitio Eccleſiæ abfuit, licet ex ſtatuto Eccleſiæ abſentes per ſex menſes univerſam illius anni portionem amitterent. Sed & Canonicum, qui de crimine inquiſitus, & condemnatus fuit, appellavitque & fuit abſolutus per tres ſententias conformes, vel unicam, quæ in rem judicatam tranſierit; cenſuit, debere utique percipere nedum fructus, ſed etiam diſtributiones quotidianas totius temporis, quo propter eam cauſam horis Canonicis non potuit intereſſe.

Demum cenſuit, Canonico excommunicato, ac poſtea 70
per ſententiam abſoluto, quæ in rem judicatam tranſivit, deberi diſtributiones quoridianas, & ſi quæ alia ſunt emolumenta, quæ ab infirmis percipi conſueverunt, quippe injuſtè excommunicatum repetere fructus medii temporis, tradit Gloſſa finalis *in can. ſuper cauſa 2. quæſt.* 4. *& in c. paſtoralis §. verum de appel.* ibique Imola, Abb. & Doctores communiter, ut teſtatur Decius, ac Geminianus *in can. contumaces d.* 50. ac Felinus *in c. Apoſtolicæ n.* 12. *de except.*

Tertius denique caſus exceptus *in d. c. un. de Cler. non* 71
reſid. in 6. in quo diſtributiones debentur non intereſſentibus, eſt evidens Eccleſiæ utilitas. Eſtque etiam ad hoc textus *in c. ex parte 2. eod. tit.*

At huic deciſioni contrarium ſtatuitur *in c. eum non* 72
deceat de elect. in 6. ubi illi, qui proſequuntur utilitatem Eccleſiæ, diſtributiones non percipiunt. Pro concilatione harum decretalium afferuntur à Gloſſa, & Doctoribus plures ſolutiones. Prima eſt Archidiaconi *in d. c. un.* dicentis, illam decretalem loqui in Eccleſiis, in quibus eſt conſuetudo, ut abſentes iſta recipiant. Contrarium in Eccleſiis, in quibus non eſt talis conſuetudo. Secunda eſt Gloſſæ *in d. c. un. v. utilitas*, quod Canonici non teneantur diſtributiones talibus concedere, ut *in d. c. cum non deceat*, ſi tamen conceſſerint, recipientes non tenentur ad reſtitutionem, ut *in d. c. un.* Tertia, quam refert Gloſſa prælegata, eſt illorum, qui dicunt, textum *in d. c. cum non deceat*, loqui in abſentibus à loco Eccleſiæ; textum verò *in d. c. un.* loqui in præſentibus ita, ut præſentes in loco, qui proſequuntur utilitatem Eccleſiæ, diſtributiones percipiant, licet divinis non interſint abſentes minimè. Hanc ſolutionem ſequitur Ripa *de peſte p.* 2. *n.* 145. & Covar. *d. c.* 13. *n.* 8.

Verùm

73 Verùm S. Congregatio Concilii, examinatis ſingulorum opinionibus, & articulo maturè diſcuſſo, intellexit textum *in d. cap. cum non deceat*, in eo caſu, in quo ex conſuetudine abſentes ob Eccleſiæ utilitatem non percipiunt diſtributiones; ſed non approbata hujuſmodi conſuetudine, cenſuit, abſentes ob evidentem Eccleſiæ utilitatem diſtributiones lucrari, perinde ac ſi divinis intereſſent juxta textum *in d. cap. un.* Et Congregationis ſententiam, Paulus V. ad ſe relatam approbavit.

74 Cæterùm hæc concluſio intelligenda eſt procedere, dummodo abſentia contingat ob utilitatem Eccleſiæ in ſpecie, de cujus diſtributionibus quæritur, ut ſignatè ait Jo: Andr. *in d. cap. un. n.* 3. allegans *cap. cùm dilectus, & cap. de cætero eod. tit. & cap. licet de præb.* ſecus ſi abſentia contingat ob utilitatem alterius Eccleſiæ particularis, vel Eccleſiæ generalis. Et hæc eſt ratio, cur diſtributiones non debeantur Canonicis exiſtentibus in ſervitio Papæ, licet cenſeantur ſervire Eccleſiæ univerſali, *d. cap. cum dilectus*, ubi: *Qui circanos ſe obſequiales exhibent univerſis, de Cler. non reſid.* Neque abſentibus in ſtudio Sacræ paginæ, ut *in d. cap. licet de præb.* quamvis hæc quoque cauſa concernat utilitatem univerſalis Eccleſiæ, ut probatur *in cap. fin. de magiſtr. in cap. ſuper ſpecula, ne Cler. vel Monach.* & melius *in cap. cùm eo*, ibi: *In grande univerſalis Eccleſia, quæ viris literatis permaximè noſcitur indigere, diſpenſandum, & jacturam, de elect. in 6.* Unde Canonico à Secretis Regis Portugaliæ in rebus Eccleſiaſticis eadem de cauſa abſenti, fuerunt quidem conceſſæ diſtributiones, ſed ex gratia, & de conſenſu Capituli, vel majoris partis. Item Archidiacono habenti tantum jus præſidendi in Choro, nullum tamen ſervitium, & hebdomadam, dum reſidet in aliquibus locis ſuæ Archidiaconali juriſdictioni ſubjectis, deciſum eſt non deberi diſtributiones quotidianas. Ad eas igitur percipiendas requiritur utilitas particularis Eccleſiæ de cujus diſtributionibus agitur, ut dictum eſt.

75 Atque ex hoc tertio caſu infertur primò, abſens propter exercitium curæ animarum, ſuæ dignitati, vel Canonicatui incumbentis, quo tempore illam exercet, pro præſente habeatur, & quotidianas diſtributiones lucretur, ut expreſſum in decreto Concilii Tridentini *cap.* 3. *verſ. quod ſi alicui, ſeſſ.* 22. Unde, orta dubitatione, an Archipresbytero Cathedralis abſenti propter ſervitium curæ animarum, diſtributiones quotidianæ debeantur, Sacra Congregatio cenſuit, deberi. Et iterùm cum fuerit quæſitum, an habeantur, tanquam præſentes in Choro, qui curam animarum exercent, imminentem Eccleſiæ Cathedrali, reſponſum eſt, haberi, dum tamen ſunt in actu adminiſtrandi Sacramenta, vel alia exercent, quæ ſpectant ad ipſam curam. Et alias reſponſum, obtinentes dignitates, quibus imminet cura animarum, ſi reſideant in ſuis Eccleſiis, lucrari diſtributiones, dummodo per ſe ipſos curam actu exercuerint.

76 Deinde infertur, ut toleranda ſint ſtatuta Eccleſiarum, quibus declarantur jubilati, & immunes a Choro, qui per quadraginta annos continuos Eccleſiæ inſervierint. Hoc enim in utilitatem Eccleſiæ intelligitur eſſe ſancitum, ut Canonici, ac miniſtri ſpe immunitatis aſſequendæ ad ſervitium Chori diutius exhibendum alacriores reddantur, licet de rigore juris aliud dicendum ſit. Sæpè etiam indultum fuit Canonicis ſeptuagenariis, qui quadraginta annos continuos divinis interfuerunt, ut tanquam benè de Eccleſia meriti, percipere valeant diſtributiones quotidianas, licet Choro non interſint, de quo aliàs.

77 Ad hæc infertur, ut pro præſente habeatur Canonicus abſens pro negociis Capituli. Unde in caſu contingenti cenſuit S. Congregatio, Canonicum quo tempore pro negotiis Capituli abfuit, non debuiſſe onerari, ut ſubſtitutum interim aleret, & Capitulum eſſe cogendum, ut dicti temporis diſtributiones, ac ſtipendia Capellani illi reſtituat.

78 Tum etiam infertur, ut diſtributiones debeantur Canonicis aſſiſtentibus Epiſcopo, pontificalia exercenti præſcriptum *d. cap.* 12. *verſ. omnes verò ſeſſ.* 24. tam in Cathedrali Eccleſia, quam alibi. Cenſuit enim Sacra Congregatio Canonicos, qui tenentur aſſiſtere, ac inſervire Epiſcopo celebranti, & Pontificalia exercenti in Cathedrali, teneri etiam aſſiſtere, ac inſervire celebranti, & pontificalia exercenti in aliis Civitatis locis, atque ejus ſuburbiis, tumque hujuſmodi Canonicos id officii Epiſcopo præſtantes, debere percipe diſtributiones quotidianas.

79 Infertur prærerea, ut obtinentes præbendam theologalem in diebus, in quibus legunt, diſtributiones quotidianas lucrentur, ut etiam dictum eſt.

80 Poſtremò infertur, ut Canonicus pœnitentiarius, dum Confeſſiones in Eccleſia audit, interim præſens in Choro cenſeatur, ut diſertis verbis cavetur decreto Concilii Tridentini *cap.* 8. *ſeſſ.* 24. Et cum fuerit quæſitum, an pœnitentiarius ſit habendus pro præſente in Choro, dum audit Confeſſiones in Eccleſia, ſive in Confeſſionario, ſive extra, reſponſum eſt habendum pro præſente eo tempore, quo audit Confeſſiones, aliis in Choro divina celebrantibus. Et rurſus cùm dubitatum fuerit, an pœnitentiarius Eccleſiæ Cathedralis audiendo Confeſſiones eorum, qui non habent caſus reſervatos, ſive eorum, qui tantum peccata venialia habent, tanquam præſens in Choro cenſeatur adeò ut percipere valeat diſtributiones quotidianas, reſponſum, habendum pro præſenre, & mirati ſunt Patres, hujuſmodi dubium excitari. Tum quia Concilium generaliter loquitur. Tum quia inde præberetur occaſio revelandi peccata gravia, & deterrendi confitentes. Ac demum cùm Concilium decernat, præſentem in Choro cenſeri pœnitentiarium, cum confeſſiones in Eccleſia audit, ſuborto dubio, an etiam præſes cenſeri debeat extra chorum, puta cum Capitulum comitatur corpus defuncti ſepulturæ tradendum ut eo quoque caſu percipiat diſtributiones perinde ac ſi illis interfuiſſet, dictum eſt, referendum ad Sanctiſſimum; quia Concilium loquitur tantum de Choro. Eandem tamen utroque caſu militare rationem. Sanctiſſimus declaravit, videri hoc in caſu voluiſſe Concilium, pœnitentiarium eſſe participem, & quidem à fortiori, id eſt, ſi in Choro, multo magis extra, de quo & alibi.

81 Atque hæc ex multis ſatis ſint. Qui plura deſiderat, Fagnanum, alioſque adeat. Multa enim ego de hac materia ſilentio tranſmiſi. Quid quæris? Modus ſcribendi ſæpè non eſt penes ſcriptorem, ſed penes lectorem, & brevis oratio detinet conciliatam auditoris benevoli attentionem in affectu qui prolixitate nimis verboſa elangueſcit.

82 Proferamus effata in ornatum *d. cap.* 12. *ſeſſ.* 24. S. Concilii Tridentini. Punctator deber eſſe Clericus in Sacris conſtitutus, & deputandus eſt ab Epiſcopo, niſi ex conſuetudine immemorabili contrarium ſervetur.

83 Quoad tempora, & modum inſerviendi Eccleſiæ per Canonicos, ſervanda eſt forma illa, quæ præſcripta fuit Canonicis S. Petri in Vaticano.

84 Abſentes cauſa ſtudii non lucrantur eas diſtributiones, quæ inter eos quotidie dividi ſolent, qui ſacris interſunt. Reliquas verò habere debebit ille, qui licentia legitima obtenta, ſtudiorum cauſa abeſt, in Anagnina 5. Kal. Maii 1568.

85 Canonici, & alii officiales Chori in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis obtinentes Cappellanias eo tempore, quo abſunt à Choro, ut in dictis Capellaniis celebrent, diſtributiones recipere non poſſunt, nec minus ſi celebrent devotionis ſuæ gratia, niſi à ſuperiore Eccleſiæ id ſibi injungatur, ut eo tempore celebrent, à quo ſuperior abſtinere debet. In Mediolanenſi 7. Maii 1575.

86 Sacra Congregatio Epiſcoporum decrevit in Piſtorienſi, Capitulum Cathedralis Eccleſiæ non poſſe licentiam concedere Canonicis, eriam ex cauſa, quod abſint ab Eccleſia, & eiſdem pro tempore dare diſtributiones,

tiones, contraria consuetudine non obstante ; sed ad unguem decretum Concilii in hoc servandum est , & jus commune, tam circa licentiam, quam distributiones die 20. Maii 1586.

87 In Camerinensi S. Congregatio Concilii per literas Episcopo sermone patrio scriptas à D. Cardinali Carafa. *Don Pirro Ricci, mentre stà in servitio di V. S. dovera godere delle distributioni quotidiane ; perche dovedosi esser à Canonici servienti al Vescovo, quando tutte l'entrate del Capitulo consistono in distributioni , senza che si ino frutti di prehenda, il medesimo doverà osservarsi in questo caso, nel quale non eccedendo i frutti della prebenda due soudi, e mezo, sono cose tenui, che di ragione devono essere stimate, come se non fossero 28. Iulii* 1589.

88 Sacra Congregatio super Episcopis 21. Novembris 1595. *che non poteva quel Vescovo prohibire l'uso del cornetto nella Capella della Musica della Catedrale.*

89 Et in Interamnensi eadem S. Congregatio 20. Septembris ejusdem anni 1593. *che poteva far ordine, nella Cathedrale si celebrassero le Messe una doppo l'altra, acciochè il popolo sii meglio servito.*

90 Eadem S. Congregatio Archiepiscopo Urbinati die 11. Septembris 1584. *Per l'auvenire i Canonici, serviranno fuor di Chiesa Monsignore Areivescovo, non doveranno participare delle distributioni quotidiane, come dice il Capitolo de cætero de Cler. non resid. il quale in questo si doverà osservare col. cap. un. eod. tit. in 6.*

91 *Le Messa si diranno in questo modo. Quando una Messa è nell' elevatione, vadi fuori l'altera, e'l matutino si dirà subito levato il Sole.*

92 *Gli Ufficiali del Capitolo, o servienti della Chiesa non debbono dall' Archivescovo rimoversi, se non pravia causæ cognitione, ne per cose leggiere.*

93 Eadem S. Congregatio Episcopo Camerinensi 17. Maii 1593. *che l' Archidiacono , quantumque fosse Protenotario Apostolico , nondimeno in Coro doveva portare l'abito, che portano i Canonici, e che hanno portato i suoi antecessori, il medesimo si dovrà fare con li Canonici, i quali, si non incedunt cum habitu Canonicali, distributiones amittunt.* Idem fuit scriptum Archiepiscopo Turritano 12. Maii 1592.

94 Eadem S. Congregatio die 3, Octobris 1589. *al Vescovo di Feltri. Essendo le prebende della Catedrale grasse, e le distributioni poche, proibire al Capitolo il valersi delle distributioni per mantener le liti in servitio publico, ò per fare altre spese. Il medesimo fu scritto al Vescovo di Troia à di 8. Maggio* 1590.

95 Eadem S. Congregatio 29. Octobris 1585. *al Cardinal Borromeo. Che le distributioni del Matutino, della Messa, e del Vespro debbano esser tali respettive all' altre hore, che le dignita, e i Canonici non si ino verisimilmente per dover mancare d'intervenir vi, ancorche per le altre hore le distributioni restassero molte tenue, è che percio i Capitolari non fossero cosi frequenti si come converrebbe.*

96 Eadem S. Congregatio 30. *di Marzo* 1594. *concedette per gratia al Decano di Assisi , che essendo vecchio, portasse il Capello mentre assisteva alla predicà, e alle processioni, ma in fino alla Chiesa. Nell' altre attioni sempre portasse la barretta.*

CONSULTATIO XCV.

An canonico, qui post longum servitium quadraginta annorum suæ Ecclesiæ præstitum, obtinuit, prævio consensu Capituli, & Canonicorum à S Congregatione Concilii indultum de non residendo in Choro, & distributiones quotidianas percipiendi perinde ac si esset præsens, debeantur etiam distributionet illæ, quæ vocantur accrescentiæ, suntque eæ in absentia Canonicorum accrescunt aliis interessentibus.

1 NEgativè respondendum censeo. Siquidem, ut Canonicus absens habeatur pro præsente ad effectum lucrandi distributiones, est ex fictione juris, Lotter. *de re benef. lib. 3. q. 27. nu.* 130, quæ licet locum habeat in pluribus casibus, relatis à Barbosa ad Concilium *sess. 24. cap. 12. n. 75. cum seqq.* non tamen adaptatur distributionibus, quæ in absentium defectu accrescunt aliis interessentibus, ut in specie ex *cap. un. de Cler. non resid. in 6.* & ex Concilio Tridentino declarat idem Barbosa *de Canon. cap. 22. num.* 18. Quia cùm majori labore defungantur reliqui Canonici, quando eorum aliquis ab est meritò majoris mercedis loco illis debentur hujusmodi distributiones.

Non obstat, quod hæc procedant in dispensato ex 2
gratia, non autem in Canonico jubilato, qui dicitur privilegiatus de jure, utpotè qui ratione continuati laboris ac servitii, tanquam miles veteranus, & emeritus quotidianas distributiones, veluti stipendia percipere valeat.

Nam hæc benigna interpretatio est contra dispositionem textus *in d. cap. un.* contra Concilium Tridentinum *d. cap. 12.* & contra communem traditionem Doctorum, qui comparant Canonicum jubilatum infirmis, aliisque legitimè impeditis , qui pro præsentibus, habentur, Monet. *de distribut. p. 2. q. 12. n. 57. ac seqq.* Quinimò nullo jure cautum reperiri, quod Canonicus jubilatus distributionibus quotidianis gaudere debeat, dixit Navart. *cons. 12. n. 1. de Cler. non resid.* Monet. *d. q. 12. n.* 62. Nec valere consuetudinem in contrarium tanquam contra jus, & per Concilium abrogatam, ait Navar. *ibid. n.* 2. Quoniam ad illas lucrandum, requiritur ipsa corporalis interessentia, quia debentur ob servitium personale, non autem respectu tituli Canonicatus, nec dantur tanquam Canonico, sed tanquam diutius inservienti ex textu *in d. cap. un. de Cler. non resid. in 6.* Lotterio *lib. 1. q. 19. n.* 36. ac Buratto *decis. 139. n. 17. ac seq.* Quinetiam nec possunt, etiamsi vellent. Canonici aliis non interessentibus illas remittere ; quia distributionum augumentum inductum est intuitu boni publici, ac divini cultus ampliatione, cum ex majori Clericorum concursu resultet major reverentia, & dignitas in divinis, ut disponitur *in d. cap. un.* & firmat Addens *ad dec. 576. num. 151. ac seqq. p. 4. tom. 3. recent.*

Accedit exemplum Canonicorum S. Petri in Vatica- 3
no, & aliarum Basilicarum Urbis, qui nullatenus imperciuntur hujusmodi accrescentias Concanonicis privilegiatis, & habentibus Indultum Apostolicum, quantumvis amplum, qui quando illas percipere volunt accedunt ad inserviendum Ecclesiæ. Nec S. Congregatio indulgendo ab hac communi traditione recedere dicendum est. Quia cùm versemur in materia dispensationis, ac privilegii in aliorum detrimentum, quamvis modicum, vergentis, strictissima facienda est interpretatio, Moneta *d. p. 2. cap. 24. n. 5. cum duobus seqq.* & in specie quod concessio de lucrandis distributionibus in absentia, tanquam contra juris dispositionem, quod fieri potest, sit restringenda, monet Moneta *loc. cit. nu. 16. ac seqq.*

Et sanè licet regulariter portiones non inservientium 4
inservientibus accrescant, Glos. *in Clem. ut ii, qui* §. *ille vero, v. pars dimidia, de etat. & qualit. & in Clem. 2. v. suspectus de vita , & honest. Cler.* Felin, *in cap. Apostolica n. 2, de except.* & latè Garz. *de benef. p. 3. cap. 2. n. 443. & seqq.* Bellon. jun. *de jur. accrescendi cap. 6. q. 47.* Mantica *decis. 220.* Et quod accrescant portiones excommunicatorum, Abbas *in cap. pastoralis* §. *verum nu. 22. de appel.* Dec, *ibid. n. 7.* Guttier. *can. quæst. lib. 1. cap. 3. nu. 105.* Sanchez *conf. moral. lib. 2. dub. 88. num. 3.* & in specie interdicti Bonac. *de hor. can. disp. 2. q. punct. 1. nu. 5.* Monet. *de distrib. p. 3. q. 6. n. 41.* post Ugolin. *de Canon. tab. 1. cap. 12. n. 13.*

Id tamen procedit favore Canonicorum, qui verè 5
inserviunt Ecclesiæ, non autem eorum, qui juris fictione habentur pro interessentibus, quales sunt impediti inservire ex aliqua legitima causa, ut distinguit Bonacina *d. disp. 2. pun. 1. num. 6.* quem sequitur Castropal. *oper. moral. tom. 2. disp. 3. pun. 8. num. 6.* Barthol. à S. Fausto *de hor. can. lib. 3. q. 88.* plurèsque alii.

Etenim

7 Etenim quamvis ex dispositione *d. c. un. de Cler. non resid. in 6.* justè impeditus fingatur præsens, ut admittatur ad portionem, sibi debitam , nullibi tamen reperitur in jure dispositum , quod lucretur etiam portiones absentium, sive incapacium; nec verè fictio legis locum habet, nisi in casibus expressis, Feder. de Sen. *cons. 44. in fine, & cons. 256. pariter in fine,* Mantic. *de tacit. lib. 8. tit. 2. num. 7. lib. 13. tit. 44. numer. 5. lib. 4. tit. 9. numer. 2. lib. 15. ac tit. 26. num. 16.* & Rota *dec. 1. in fin. de sponsal. in nov.* Quia est quoddam singulare , *l. 2. §. Codicillorum,* ibique Bald. *ff. de jur. Codicil. l. singularia , ff. si cert. pet.* Giovagnon. *cons. 73. num. 64. 70. & seqq. l. 1.* & Mantic. *eod. tract. lib. 23. tit. 30. num. 41.*

8 Eoque minus, quando fictio, sive privilegium tendit in diminutionem cultus divini , ac in præjudicium Ecclesiæ Romanæ *in l. cum heredes vers. in his ff. de acquir. possess.* Alciat. *cons. 5. numero 48. lib. 4. & cons. 1. numer. 10. lib. 8.* Tiraquel. *de jure primog. quæst. 34. num. 18.* Et quando non militat eadem ratio in casu ficto, Alex. *cons. 178. num. 10. lib. 2.* Socin. *cons. 293. numero 4. lib. 2.* Rota *dec. 92. num. 5. part. 6. divers.* prout in hoc casu, in quo præsens per fictionem , non subit majorem laborem propter absentiam , sive incapaciratem aliorum , ob quem laborem, quasi loco majoris mercedis vere inservientibus distributiones accrescunt , & minuitur cultus divinus, ac verfatur præjudicium Ecclesiæ , quippè quæ debito fraudatur servitio , & non inservientium partes , quas alioquin acquisivisset, non acquirit , ideoque satis esse debet impedito , si ei pars distributionem tribuatur.

9 Neque obstaret, sed faveret, si extaret statutum Ecclesiæ disponens, quod non interessentium portiones præsentibus , & interessentibus proportionabiliter accrescant. Quia intelligendum est de interessentibus verè , & non per fictionem. Verè autem interesse dicuntur , qui præsentes sunt officiis divinis celebrandis eorumque celebrationi ministerium exhibent, Glos. *in d. cap. un. in 2. notabil. de Cler. non resid. in 6.* ibique Gemin. *in princ.* Covar. *variar. resol. lib. 3. cap. 13. num. 2.* Staphil. *de liter. grat.* Anchar. Franch. & alii, quos sequitur Lotter. *loc. cit. lib. 1. q. 19. nu. 39. & seqq.* Sanchez *cit. cap. 2. dub. 96. num. 3.* ac Rota in Cæsaraugustana distributionum 27. Junii 1642. coram Bichio.

10 Neque obstant aliquæ declarationes S. Congregationis Concilii , præsertim in Romana pro Sacerdote Andrea Petronillo, ubi die 3. Maii 1651. S. Congregatio inhærendo &c. censuit, oratorem percipere debere; etiam portionem accrescentem ex punctaturis non inservientium perinde ac si personaliter divinis interesset de quo *in d. tom. 4.* In Viterbiensi 20. Augusti 1628. & in aliis ; in quibus censuit, infirmos, & alios non inservientes ex causis expressis *in cap. un. de Cler. non resid. in 6.* & qui alias inservire consueverant, percipere debere etiam portionem accrescentem ex punctaturis non inservientium perinde ac si personaliter divinis interesset.

11 Nam intelligendæ sunt juxta distinctionem, quam in Consultatione præcedenti §. 13. *amplatur,* attulimus , nimirum quando indulgetur, ut hujusmodi absentes percipere possint distributiones , perinde ac si divinis interessent, non verò ac si præsentes essent.

CONSULTATIO CXVII.

An Canonicus , qui per Ordinarium à divinis suspensus ex quò oneri Missarum, sno Canonicatui injuncto satisfecisse non docuit , sine licentia Ordinarii à residentia absens, & ad Urbem se conferens, causamque agitando in S. Congregatione super Episcopis, percipere debeat tempore hujusmodi absentiæ distributiones quotidianas? Et quid de Canonico non comprehenso in interdicto contra dignitates, & Canonicos relaxato? Ubi an distributiones possint ad hæredes transmitti? Et quid durante suspensione interdicti? Quidve si fuerint distributa inter Canonicos? Et

quid denique de consuetudine assignandi , ac solvendi prius distributiones Canonicis antiquioribus?

1 AD primum. Negativè videtur respondendum. Regula enim est, quod Canonico à residentia absenti non debentur distributiones quotidianæ , nisi illa duo concurrant , licentia Ordinarii, & justa causa per textum *in cap. relatum* ubi Glos. *v. Prælatorum de Cler. non resid.* Lotterium *de re benef quæst. 27. num. 122. lib. 3.* Rota in Burgensi residentiæ 4. Julii 1586. coram Platto apud Marchel. *de Commiss. part. 1. num. 1.* & nos *altbi.* At ita, ut unum sine alio non suffragetur, Marescot. *variar. cap. 23. num. 8. & 19. lib. 2.* Gregor. *dec. 154. num. 6.* ac Rota *dec. 354. num. 5. par. 2. rec.* Cùm igitur non adsit licentia , quæ expressa, non autem tacita requiritur, Gonzal. *ad reg. 8. Cancell glos. 47. nu. 51. de* Marin. *resol. quotid. cap. 40. nu. 6. lib. 1.* Rota *dec. 608. nu. 1. par. 1. rec. & dec. 154 nu. 7.* coram eodem Gregorio , utique distributiones quotidianas percipere non potest.

2 Non obstat, quod dum suspensio emanaverit ab ordinario, ab eo probabiliter licentia sperari non possit. Nam adhuc teneatur illam petere, quamvis non solum probabiliter dubitaret, sed etiam si certus esset non obtenturum, ut per Lotter. *loc. cit. n. 213.* Rotam *dec. 108. num. 4. p. 1. rec.* Licentia enim fundatur in reverentia proprio Ordinario debita, idèoque etiam inuriliter ab eodem petenda est, ad evitandum illius contemptum, ut air Lotterius *d. n. 213.* ac Rota *dec. 167. n. 9. p. 2. rec.*

3 Quinimo, cùm non agatur de privatione Canonicatus, sed tantum distributionum, sola petitio licentiæ non sufficeret, nisi etiam exclusus prosequeretur denegationis recursum apud Superiorem : Cardinal. *in d. c. relatum, & cap. tuæ n. 6. de Cler. non resid.* Lotter. *eo nu. 213.* Rota *cit. dec. 608. nu. 6.* ubi etiamsi licentiam concessus, sit pars formalis , & collitigans.

4 Minus videtur obstare tolerantia S. Congregationis, dum in ea Canonicus absens litem instruxit. Nam illa solum excusaret à fructuum, non autem à distributionum amissione, Rota *dict. dec. 608. num. 5.* ubi non licentia in scriptis obtenta à Cardinali Vicario, sive ejus Vices gerente , non tolerantia , non libelli supplices à Summo Pontifice remissi ad S. Congregationem pro licentia concedenda, sufficiunt ad lucrandum distributiones in absentia, quod etiam firmat. *dec. 689. n. 7. p. 3. rec.*

5 Ex quibus exclusa licentia , excluditur etiam justa causa non residendi. Videturque advertendum, quod licet causa excommunicationis, vel suspensionis à servitio Ecclesiæ justa reputetur pro lucrandis distributionibus in Canonico, non interessente divinis; attamen hæc sola non sufficit pro non residente , nisi etiam concurrat consuetudo legitimè præscripta , ut conciliando contrarias opiniones ex declaratione S. Congregationis Concilii , adstruit Garz. *de benef. par. 3. cap. 2. num. 359. 361. & 363.* Pax. Jordan. *de re benef. lib. 10. tit. 40. num. 97.* Seraph. *dec. 426. num. 5.*

6 Nec refragatur , quod solum ad absentiam justa causa requiratur *in cap. un. de Cler. non resid. in 6.* Quia *d. cap. un.* loquitur tantum de absente à choro , non à loco ibi: *In quibus consistunt Ecclesiæ sint præsentes.* Unde non habet locum in hoc casu, in quo agitur de absente à residentia.

7 Præterea suspensio à divinis non reputatur causa sufficiens non residendi. Nam etsi illa arceat suspensum ab interessentia , non tamen arcet à residentia, ut etiam requiritur ad effectum lucrandi distributiones, Marescott. *variar. cap. 32. num. 11. lib. 2.* cum æquè bene causa hæc, in qua non agitur de magno periculo corporis, vel rerum amissione , possit in curia , tractari per procuratorem, Rota in Bononiensi expensarum 7. Maii 1601. coram Sacrato , & in Licien. fructuum 21. Aprilis 1603. coram Pamphilio , ac *dec. 1. num. 18. par. 4. rec. tom. 2.* Seraph. *dec. 1131. num. 1.* ubi nisi causa sit criminalis, vel tangat statum personæ propriæ Ecclesiasticæ, vel beneficii, Lotter. *d. q. 27. nu. 179.*

8 Idque præsertim, si suspensus absolvatur à S. Congregatione cum clausula, *ex quo satis ivit*, quæ sonat in punitionem, non in absolutionem ex capite nullitatis, vel injustitiæ ad lucrandum distributiones requisitas, ut in specie Seraphin. *dec.*1163.*n.*2. ubi, quod alias Capitulum dicitur habere justam causam denegandi distributiones. Justè autem suspenso, quamvis inde absoluto, distributiones non deberi, tradunt Moneta *de distribut. p.*2.*q.*15. *n.*24. Piasec. *in prax.p.*4.*c.*3.*n.*9. ubi, dummodo non sit declarata suspensi, aut inquisiti innocentia.

9 Minus etiam obstat, quod Canonicus sic suspensus habuerit justam causam credendi, non teneri ad applicationem sacrificii, dum hæc non reperiebatur in fundatione, nec alii Canonici applicabant. Nam credulitas hæc fundatur in errore juris, qui regulariter non præbet *justam causam excusationis*, cum debuerit, ac potuerit consulere viros doctos, Mohedan. *dec.*3.*nu.*1. *de sentent. excommun.* ac Rota *dec.* 428. *an.*2.*part.* 1. *diu.* Eoque maximè cum applicatio ista notoria reddebatur ex declaratione S. Congregationis Concilii pluries emanata, & publicata ab anno 1626. apud Gavantum *in man. Episcop. v. Missa numer.*45. Burat. *dec.* 479. *numer.* 21. cessatque omnis difficultas, quia licet error, bona fides, sive justa credulitas excuset à damno vitando, non tamen excusat à lucro distributionum, ut distinguit Rota *dec.*354.*à nu.*10. *par.*4.*rec.*

10 His adde, quod cùm Capitulum ab initio nec fuerit in lite cum Canonico suspenso, nec ejus culpa sequuta est suspensio, non tenetur ad distributiones perceptas, & bona fide divisas inter Capitulares, Millin. *dec.* 424. *n.*1. & ad summum solum post obtentam absolutionem, & à die, quo tantum cœpit agere contra Capitulum distributiones percipere poterit, cùm antea illas nec judicialiter petierit, neque de asserto impedimento, sibi præstito, in non residendo contra Capitulum, protestatus fuerit, ut requirebatur, Pegna *dec.*437.*nu.*3.

11 Ac verò dicendum est, deberi huic Canonico distributiones quotidianas à die suspensionis, cùm injustè fuerit suspensus. Suspensus enim non potest deservire, donec à superiore absolvatur, & ideò dum suspensio est injusta, non debet, nec potest privari distributionibus, ut tradunt Felin. *in c. Apostolica nu.*12. *de except.* Navar. *cons.* 11.*n.*6. *de Cler. non resid.* Moneta *de distrib.*§.2.*q.*9.*num.*12. Lotter. *d.*3.*q.*27.*n.*139. & Gratian. *discept.nn.*38. *ac seqq.* Sanctarel. *var.resol.p.*1.*q.*9.*n.*12.

12 Injustitia patet ex eo, quod, licet Missæ non possint applicari ad libitum, quando quis tenetur eas celebrare in aliquo loco ratione beneficii, sive Capellæ, legati, aut salarii, ut in decreto de celebratione Missarum post Bullam 44. Urbani VIII. *declar.* 4. Id tamen non procedit, nisi constet de uno ex dictis quatuor titulis, secus verò quando ex consuetudine, vel Synodali decreto tenetur celebrare, ut in specie declarat Gavant. *in Com. ad rubr. Missal.p.*3.*tit.*12.*num.*5. inferens ad Canonicos, quod non tenentur, nisi pro Missa Conventuali, non autem pro aliis, nisi aliunde ostendatur vel fundatio, vel legatum, vel stipendium. Ideòque nullo pacto tenebatur hic Canonicus, cum hæc non fuerint ostensa. Unde injusta fuit sententia suspensionis.

13 Neque obstat, quod non sufficit justa causa non residendi sine licentia. Nam hic agitur de impedimento injustè illato, ex quo impeditus fuit residere. Tunc enim impedimentum est præcisum, & non potuit omninò residere. Et ideò sine alia licentia lucratur distributiones, cum licentia non requiratur, nisi in casibus, in quibus intrat arbitrium Episcopi, an justa, injustave sit causa absentiæ, non autem pro istis impedimentis, pro quibus à jure data est licentia, ut distinguit Garz. *p.*3.*c.*2.*n.*97.

14 Pariter non obstat defectus protestationis. Quia requiritur in aliis impedimentis, & causis, non autem in censuris, quæ cum impediant servitium censurati, etiam si vellet inservire, tenebatur Capitulum ejus portionem apud aliquem deponere, non autem distribuere, dum sibi erat nota censura, non autem illius injustitia. Et adeò, sequuta absolutione, causa acquirendi educitur ad non causam, debentque restitui à Capitulo, licet non fuerit in lite, ut declarant Garz. *part.*7.*cap.*13.*num.*110. *& seqq.* Riccius. *de jur.person.part.*1.*lib.*4.*cap.*14.*numer.*33. & Antonel. *de regim. Episc.lib.*3.*capite* 16.*num.*17. Præterquam quod tenentur semper singuli Canonici qui perceperunt, etiam quando, omissis protestationibus liberaret Capitulum, ut sentit Oldrad. *cons.*56.*numer.*1.*ac* 2. & explicat Gonzalez *glos.*37.*num.*28. ac Puteus *dec.*269.*nu* 2.*lib.*1. de quo etiam infra. Atque ita etiam censuit S. Congregatio super Episcopis in Alexandrina distributionum 9. Maii 1653. in hæc verba: Episcopo, qui procedat ad adimplementum onerum Missarum, etiam quoad omnes Canonicos, pro præteritis à die adepti Canonicatus juxta declarationem S. Congregationis Concilii, & moneat pro futuris. Quod verò ad distributiones, dentur Canonico Paracciolo usque ad præsentem diem, dummodo discedat intra quindecim dies ab Urbe, & recta via tendat ad residentiam.

Ad secundum, huic Canonico debentur fructus, ac distributiones quotidianæ pro tempore interdicti. Cum enim non fuerit in interdicto comprehensus, ex quo se paratum obedire obtulerit, ac solitus esset divinis Officiis interesse, sed facto Capituli, sine aliorum Canonicorum obedire recusantium impeditus, ne interesset, reputari debet tanquam præsens, ad effectum lucrandi fructus sui Canonicatus, ac distributiones, non secus ac si resedisset, Prob. ad Monach. *in c. un. de Cler. non resid. in* 6. Paris. *cons.* 32.*n.*10. *&* 24.*l.*4. Cened. *pract. quæst.l.*1.*q.*1.*num.*59. Monet. *de distrib.p.*2.*q.*16.*n.*29. & Rota in Cæsaraugustana 1. Julii 1640. coram Coccino. 15

Quæ distributiones possunt ad hæredes transmitti. Quia cùm distributiones ex labore, ac servitio personali propter residentiam, & interessentiam, & sic ex industria, & intuitu personæ, tanquam merces operæ, ac stipendium laboris acquiruntur, ipsarum verum dominium Canonicus nanciscitur, *dict.c.un. de Cler. non resid.* ibique Gemin. *in* 3. *notab.* Franch. *in* §. *quo verò numero quarto*, Barbat, dicens, illum textum singularem *in cap. fin. col.* 3. *&* 6. *de pecul. Cleric.* idem Gemin. *cons.* 85. *colum.* 4. Covar. *in cap. cum in officiis numero quarto de testam.* ita, ut de illis possit arbitrio suo disponere, & transmittere ad quoscumque hæredes, Gemin. *dict. cons.*85. *col.*3. *& in dict. cap, un.* §. *qui vero in* 2. *notab.* Franch. *in cap. præsenti num.* 10. *de offic. ord. in* 6. Cardinal. *in Clem. final. q.*13.*num.*12. *de præb.* Paris. *cons.*33. *num.*8. *ac seqq. lib.*4. testans de communi, Bursat. *cons.*226.*n.*49. Monet. *de distrib. p.*3.*q.*2.*nu.*17. *& seqq. & q.*1.*n.*4. *cum seqq.* Gratian. *discept.* 281.*nu.*11. Maresc. *var.resol.lib.*2.*c.*2.*nu.*11. ec Seraph. *dec.* 594.*n.*6. 16

Ac etiamsi distributiones ante mortem non exegisset. Quia paria sunt, quod fuerint solutæ, vel quod debuerint solvi, nec citra præscriptionem negligentia, sive difficultas exactionis tollit obligationem, quicquid in contrarium dixerit Dec. *cons.*280. *numero* 1. *ac seqq.* quem reprobat Paris. *d. cons.*33.*num.*22. *libro* 4. Gig. *cons.*114.*num.* 21. & latius Moneta *d. part.*3.*q.*3.*num.*20. cum aliis relatis à Belletto *disquis. Cleric. parte* 1. *tit. de bon. Cler.* §. 7. *numero* 18. 17

Non obstat, quod hic Canonicus potuerat divinis Officiis inservire, durante forsan suspensione inrerdicti à Nuncio Apostolico concessa, quodque pro tempore, quo omnes Canonici abfuerant à divinis, distributiones pertinent ad Ecclesiam, quæ debito servitio fraudata fuit, Gemin. *in d. cap. un.* §. *statuimus numero* 5. Azor. *institut. moral. part.*2.*lib.*7.*cap.*7.*quæst* 8. Moneta *d. par.*3.*qu.*6. *nu.*27. Covar. *var.lib.*3.*cap.*13.*numero* 7. Sanchez *cons. moral. libro* 2. *capite* 2. *dub.*88. *numero sexto*, Castador. *dec. un. numero tertio de Cler. non resid.* Non obstat, inquam si hujusmodi suspensio fuerit ab eodem Nuncio revocata, non enim potuerat ab eo concedi, si solum fuerat simplex exequatur mandati ad rextum *in l. si ut proponis, leg. exequutorem, Cod. de execut. rei judic. leg.*1. *Prætor* 75. *ff. de judicand.* Surd. *cons.*405. *numero* 15. Menoch. *de* 18

*arbit. lib.*1.*q.*38.*n.*12. Covar. *pract. quæst. c.* 16. *n.* 5.

19 Neque obstat, quod distributiones jam fuerint inter alios distributæ. Nam exinde Capitulum excusaretur, si bona fide distributio facta fuisset juxta *d. consilium* Oldradi 156. quod sequuta est Rota apud Puteum *d. dec.* 169. *n.*2. *lib.*1. & in d. Cæsaraugustana distributionum 27. Junii 1634. coram Coccino, secus in casu, in quo non probatur, distributiones fuisse distributas, nec bona fides Capituli, sed præcesserit explicita protestatio, quæ neque necessaria est, dum facto ipsius Capituli inservire impediebatur, Gonzal. *ad reg. Cancell. in procem.* §. 8. *n.* 16. *in fin.* Put. *dec.* 37. *num.* 5. *lib.* 1. in correctis, & Gratian. *eiscept.* 591. *n.* 41. *& seq.* ubi concordantes.

Si verò distributiones solutæ cuilibet de Capitulo exactæ fuerint à singulis cum titulo, & consumptæ fuerint bona fide, non sunt restituendæ, *l. pupilli ff. de his, qui in fraud. credit.* fusè Surd. *cons.* 4.*n.*10. *& seqq.* ponderans, quod alioquin totus mundus litibus involveretur. Quod etiam dixit Rota *dec.* 595.*n.*2.*p.* 2.*recent.*

20 Titulus autem, ac bona fides controverti non possunt, si distributio facta fuerit ad mensuram crediti, imò etiam infra illius mensuram, ut ex tabulis calculatoriis exhibendis. Quod si postmodum debitores non solverint, vel perierint animalia, aut supervenerint locustæ, vel aliæ calamitates, quæ prævideri non potuerunt, id non irritat titulum, neque tollit bonam fidem, pro qua sufficit, quod tempore solutionis debitores essent exigibiles, ac idonei, licet postea non duraverint, ut ait Rota apud Millin. *decis.*147. *n.*2. *& seqq.* ac in fortioribus Rota *dec.* 206. *n.* 5. *&* 7. post Cencium *de censib.* firmat non esse restituendos fructus perceptos vigore transactionis, quæ fuerat nulla ex defectu causæ, quia nimirum minor adhuc non declaraverat, neque opposuerat hanc nullitatem; ideò transactio interim erat in statu validitatis. Eandemque distinctionem de fructibus perceptis cum titulo ab initio nullo, vel qui interim erat in statu validitatis admisit Rota in Mediolanensi pensionis 27. Junii 1646. coram Bichio *vers. minus malam fidem.*

21 Nec refert, quod distributio fieri debuerat dumtaxat de fructibus jam exactis, si extaret contraria consuetudo Capituli, quod ante fructuum exactiones menstruas provisiones unicuique persolvat. Quæ specialis Ecclesiæ consuetudo attendi debet in hac materia, *cap. un.* §. *statuimus de Cler. non resid. in* 6. cum præsertim hactenus damnata non fuerit, nec reprobata. Unde præstare potuit sufficientem excusationem in culpa, quæ non cadit, ubi servatur solitum, Anchar. *cons.* 148. *n.* 1. & 2. Rota *dec.* 208. *num.* 5. *post* 2. *vol. consil.* Farinacii. Possunt enim Capitulares propria auctoritate statuere, quod certo modo distributiones solvantur, ut docent Glossa *in Clem. v. statutum de verb. signif.* Abb. *in cap. cum consuetudinis n.* 4. *de consuet.* aliique congesti per Monet. *loc. cit. p.*2.*q.*15. *n.*25. Maresc. *var. resol. l.* 2. *c.* 32. *n.*22. & in hoc nulla quidem fraudis suspicio aderat vel adesse potuit, cum regulata esset distributio ad omnes reditus. Quare successores continuando, non possunt argui de culpa. Quia non debebant statim reducere menstruas assignationes, jam statutas, cum res esset implicita inter spem, & metum ob exactiones, quæ fieri poterant, sed ob difficultatem exigendi. Interim autem non ita facile facienda erat reductio, ut inquit in d. Cæsaraugustana distributionum coram Coccino, *in recent. dec.* 413. *n.* 2. *ac seqq. p.* 5. *& dec.* 115. *n.* 2. *& seq. p.* 6. passimque alibi. Sicque culpa non possunt agui, qui continuarunt facere, quod antea fieri solebat *l. quis sit fugitivus* 17. §. *apud Labeonem ff. de edilit. edict.* Bursat. *cons.* 325. *num.* 27. Honded. *cons.* 90. *n.* 31. *l.* 2. Rota in Romana mercium coram Sacrato, præsertim quando continuarunt in exequendo ordinata ab antecessoribus, Wames *cons.* 591. *sub n.* 6. *ac* 7. ad jus Canonicum.

22 Diminutio autem, ac reformario fieri poterit imposterum, non antehac in præjudicium eorum, qui inservierunt intuitu hujusmodi distributionum. Expirato enim servitio, fuerunt effecti veri creditores hujusmodi distributionum, quas proinde non exactas, exigere poterunt, nec possunt eis denegari, ut plenè consuluit Paris. *cons.* 23. *l.* 4. & reprobato Decio *cons.* 280. latius prosequitur Moneta *d. p.* 3. *q.* 3. *à n.* 20. ubi singulares ejus rationes refellit, ea potissimum ratione, quia Canonicus assequitur hujusmodi distributiones ex personali servitio residentiæ, ac interessentiæ, & sic intuitu laboris, ideò illas lucratur, licet exactæ non fuerint, neque assignatæ, sed dumtaxat promissæ, Paris. *d. cons.* 33. *n.* 22. *& seqq.* ac Beller. *loc. cit.* §. *n.* 18. Acquiruntur enim distributiones pro tempore servitii, & Capitulum est illarum debitor, ideò Canonicis solvi debent, ut per Paris. *d. cons.* 33. *n.* 22. *& seqq. l.* 4. qui hoc firmat, eumque sequuntur Moneta, & Bellettus *loc. cit.*

Nam sicuti famulus inserviens transmittit salarium 23
suum pro rata servitii, & dominus solvere tenetur, ita etiam Capitulum debet solvere ratas promissas Canonicis, qui inservierunt. Distributiones autem succedunt loco salarii, & Clerici eas percipiunt, ac de illis disponunt, quemadmodum rustici disponunt de denario diurno, ut ait Glos. *in extravag. un.* §. *in illis vero, v. consuevit ne sed. vac.* Gemin. *cons.* 85. *post med.* Anania *cons.* 87. *n.* 2. Bologn. *cons.* 1. Bero. *cons.* 7. *n.* 11. *l.* 2. Cardinal. Albanus *cons.* 25. *n.* 2. ac Sperel. *dec.* 96. *n.* 13.

Vnde, ut dixi, non obstat Decii *concilium* 280. quia 24
reprobatur à Parisio, & à Moneta *locis præcitatis.* Et signatè non refragatur illa ratio, quod distributiones non dicantur, nisi quæ actu, ac re ipsa distribuuntur. Nam hæc propositio non est vera, cum sufficiat distributio, quæ fit per promissionem, habito respectu ad quotidianum servitium, licet post tempus in aliqua solùm parte anni actu dividantur, ut per Achil. *dec.* 12. *de præb.* Cæs. de Grass. *dec.* 1. *n.* 8. *de Cler. non resid.* Repugnatque item hæc ratio Decii doctrinæ Glossæ *in cit. extravag.* ac ferè omnium Doctorum, qui docent, transmitti posse distributiones acquisitas ad hæredes. Supponunt ergo non esse exactas, & hæredes illas exigere posse. Et tamen, si opinio Decii vera esset, non possent exigere, quia non fuerunt statim actu solutæ.

Absurda verò, quæ considerat Decius, facilè retorquet 25
Paris. *loc. cit. n.* 24. Et quidem absurdius esset, quod locator fraudaretur salario diurno, ex eo, quia dominus ei non solvit in tempore ratas promissas, sed redactæ sunt in creditum, & omnia perciperent nunc inservientes, prout etiam respondet Monera *d. q.* 3, *n.* 26. Præsertim quia moti ex justa causa, distributiones non sunt consequuti. Servarunt enim solitum, & consuetudinem, expectando, ut alii prius provisi essent satisfacti, & hujusmodi consuetudines sunt servandæ, etiamsi mandarent solvi annatam hæredibus defunctorum participantium, Castropal. *to.* 2. *tr. de orat. disp.* 3. *pun.* 9. §. 12. Scobar. *de hor. canon. q.*5. §. 2. *n.*156.

Nec relevat ratio, quod fructus cujus libet anni inser- 26
vire debeant pro oneribus illius anni. Quia ex hoc non excluditur onus solvendi debita prius à Capitulo contracta, prout antea contracta fuerunt cum servientibus. Nemo enim dixerit, ex hoc sequi, famulos, & officiales non debere consequi salaria præterita, & non soluta. Debitum namque prius contractum afficit Capitulum universim, & ab ipso solvi debent. Unde non debent considerari, qui sint, quive non sint Canonici, quando debitum fuit contractum, vel quando petitur, cum semper sic idem Capitulum, à quo petitur, & sic omnes Canonici præsentes solvunt debita præterita, ut ratiocinatur Calder. *cons.* 21. *ad fin. de præb.* & Joannes Wames *cons.* 217. *n.* 3. *& 4. ad jus Pontificium.*

Et sanè, si ageretur de distributionibus perceptis, & 27
consumptis, oporteret quidem vocare mortuos, ac superstites, eorum successores, pensionarios, & creditores, qui illas exegerunt, & bona fide consumpserunt, pro quibus Capitulum ad nihilum teneretur juxta Oldradum, aliosque superius adductos, quibus adde Accorambon. *dec.* 38. esseque propter rerum ambages, occur-

occurſus, ac recurſus labyrinthus inexplicabilis, ac requireretur revolutio anni magni Platonis.

28 Si autem contenderetur de diſtributionibus non exactis, ſed tamen maturatis, nulla eſt ratio, nec æquitas fraudari Canonicos, qui Eccleſiæ, & Choro inſervierunt, præferendo recentiores proviſos in fructibus anni præſentis. Legatur pro antiquioribus contra recentiores præ cæteris jam citatis Caſtrus *conſ.*170.*lib.* 1. præcipuè ſi omnes ſingulis annis acceptaverint folium diſtributionum & ideò promiſcua ſint commoda, & incommoda, ut per Calderin. *conſ.* 21. *de præb.*Rota *deciſ.*..*n.* 66.*p.*7.*recent.*& in Romana munerum 29. Novembris 1621.'coram Coccino. Quia Capitulum, & Clerus ſemper eſt idem, & in eo non datur ſupplantatio ſucceſſorum, *Afflict. dec.* 101. *n.* 3. Reſtaur. *de Imper. q.*114.*n.*3. Scrader. *de feud. p.* 3. *cap.* 2. *n.* 37. Roſental. *eod. tit. c.* 6. *conel.* 16.*n.* 7. juncta Gloſ. *lit.* ubi alii, Rota *d.dec.*3.*n.*64.*& ſeq.p.*7. *rec.* & ſecundum naturam eſt, ut quem ſequuntur commoda, ſequantur iucommoda, *l. ſecundum naturam*, *ff. de regul. jur.*

29 Unde non obſtat, quod diſtributiones regulari debeant ſingulo quoque anno pro quantitate fructuum, ac perſonarum eo anno intereſſentium. Nam ſi hoc accipiatur abſolutè, ac privativè ad Canonicos creditores diſtributionum præcedentium menſium, etiam ob inopiam fructuum, vel inexigibilitatem nominum debitorum, planè falſiſſimum eſt, ut per Pariſium, & Monetam ubi ſupra, quorum ſententia corroboratur *in l. legatum*, juncta Gloſſa *fin. ff. de an. legat.* Ubi legatum annuum vini, quod domi naſcitur, deberur ex fructibus ſequentium annorum pro anno, quo nihil vini natum eſſet ita, ut nullo pacto debeat reſtringi diſtributio. Quia ſi uno anno fructus non ſufficiunt, debent ſuppleri ex ſequentium annorum ubertate, ut ait textus *in l. Lucius Titius ff. de alim. & cibar. legat.*

30 Et abſolutè competit hypotheca annuæ præſtationis ſuper fructibus, etiam futurorum annorum loco præcedentium, Coſta *de ration.rat.q.*60.*n.* 4. Cencius *de cenſibus q.* 37.*n.*12.*ac ſeqq.*Borgnin.*de uſufr.n.*15 Rota *dec.*689.*par.*6. *diverſ.* multoque facilius pro diſtributionibus quotidianis quę debentur loco alimentorum, pro quibus in ſubſidium datur hypotheca ſuper fructibus futurorum annorum, Burat. *dec.* 73. repetita apud Rotam *dec.* 82. *p.* 2. *recent.*

31 Neque verum eſt, quod nullibi reperiatur jure cautum, quod junior famulus, vel præbendarius pro ſalario, ſeu diſtributionibus præſentis anni præferri debeat ſuper fructibus, ac reditibus ejuſdem anni currentis non ſatis actis anterioribus habentibus anteriorem hypothecam, nedum æqualem, ſed etiam majorem ex regula textus *in c. qui prior de reg. jur. in* 6. *& in l. qui balneum. & l. pot. ff.qui pot. in pign.* quæ regula procedit etiam in bonis quæſitis debitori poſt obligationem factam poſterioti creditori, quantumvis privilegiato, ac dotali, Gratian. *diſcept.*956.*n.*8. *& ſeqq.p.*5. Nam inter pares anterior ſemper præfertur, ut latè Barboſ. *in l.*1.*p.*6.*n.*11. *& ſeq. ff. ſolut. matrim.*

32 Unde cum anteriores habuerint jus hypothecæ ſuper fructibus Eccleſiæ, utique poſſeriores nullum jus prælationis prætendere poſſunt in fructibus anni currentis pro ſuis diſtributionibus, quæ ſicut habentur pro ſalario, Gemin. *conſ.* 85. *n.* 20. ita pro illis non debent præferri, ſed potius cedere anterioribus, quemadmodum famuli poſteriores pro ſimplici ſalario non præferuntur anterioribus, neque cum illis concurrunt, Amat. Rodrig. *de concur. creditor. p.* 5.*ar.*3. *n.*26.*ac ſeq.*& penſionarius poſterior non habet prælationem in fructibus anni currentis contra priores creditores hypothecarios, Salgad. *in labyrintho p.*1.*c.*42. *à n.*30.

33 Eo maximè ſi ex Conſtitutionibus *Apoſtolicis* ſinguli præbendarii habeant certas, & fixas diſtributiones, quæ debentur ratione tantum operæ perſonalis, & non redituum, Oldrad. *conſ.* 118. Felin. *in c. ad aures nu.*14. ac Ripa 28. *de reſcript.* Gonzal. *in reg.* 8. §. 7. *proœm. nn.* 162. Gregor. *dec.* 540. Duran.*deciſ.*214.*n.*6. *&* 7. Unde injuſta videretur denegatio diſtributionum tenioribus qui plus inſudarunt pro ſervitio Eccleſiæ, & nullam omninò culpam habuerunt, fierentque melioris conditionis recentiores, quibus è contra nihil deperiret præter dilationem tot menſium, quot ſeniores tot annis paſſi fuerunt. Unde ad æqualitatem, & pacem, atque charitatem inter fratres ſervandam, ac lites inextricabiles evitandas, non videtur recedendum ab antiquiſſima conſuetudine huc uſque tolerata diſſolvendi æs alienum per æqualem, ac proportionabilem diminutionem folii diſtributionum capitulariter fieri ſolitam Gloſ. *v. ſtatutum in cap.* §. *cæterum de verbor. ſignif. in* 6. Cardinal. *conſ.*53.*propè med.* Piaggius *de conſuet. cap.*11.*n.*130. Cæpoll. *de ſervit. ruſt. prab. cap.* 3. *num.* 15. Pariſ. *conſ.*32. *num.* 20. *in fine lib.* 4. Pegna *deciſ.*285. & in ſpecie Moneta *d.p.*3.*q.* 3. *n.*23.

CONSULTATIO CXVIII.

An ſit laudabilis, atque juridica conſuetudo, ne beneficiati ſedeant, dum in aliquibus actibus admittuntur coram Capitulo, quinimò ſtare debeant capite aperto?

REſpondeo affirmativè, atque ita firmat Rota in Hipalenſi præeminentiarum 4. Junii 1612. coram Innocentio X. *inter recent. p.* 1. *deciſ.*416.*n.*2. repetita *in deciſ.*114.*n.*1. *ad fin. par.*4. quam refert, ac ſequitur Barboſa *de Canonic. c.* 4.*n.*41. Coram enim viris conſpicuis non licet ſedere, neque caput operire ſine ipſorum nutu, Statius *in Thebaid. l.*1.*v.*203. Tertullian. *de orat.* Et S. Baſilius *de abdic. ſeculi.* 1

Multoque magis in illis Eccleſiis, in quibus ex Conſtitutionibus Apoſtolicis Capitulum habet jus inſtituendi, ac deſtituendi ipſos beneficiatos, ac ſubſunt eidem Capitulo, ut per Cavaler. *dec.*56.*n.*4. Et nullam vocem habent, neque poteſtatem ſuper bonis juribus, ac negoeiis Eccleſiæ. 2

Ideòque debent proſequi honore, ſicut decet, Canonicos, non ſolum uti univerſos, ſed etiam uti ſingulos qui certè honor ſervatur in eo actu non ſedendi; quia tamquam ſervi Eccleſiæ tenentur ſervire, ac obedire Capitulo, Eccleſiam ipſam repræſentanti, & tamquam domino Epiſcopo, & Eccleſiæ *c. cum non liceat*, ibique Abb. *n.*2. *de præſcript.* ac Felin. *n. quoque* 2. *cum Clerici*, ac ibi Gloſ. *fin. de verb. ſignif.* ubi, quod ideò tenentur jurare obedientiam Capitulo, ibique Gloſſa *v. Eccleſiæ*, & Abb. *num.* 1. Gloſſa celebris *v. Aſſiſtis in cap. penult.* ac Butr. *numer.* 8. *de Cler. non reſid.* Rota *dec.* 76. *numer.* 8. *& ſeqq. ac num.* 2. *p.* 7. *&* dec. 351. *num.* 2. *p.* 6. *recent.* Merlin. *dec.* 697. *n.* 8. *& ſeq.* Servi enim non ſedent coram ſuis Magiſtratibus, quantumvis honorati dicerentur, ut ait textus *in l.* 1. *C. de offic. civil.* judic. & Pavin. *de offic. ac poteſt. Capit. Sede vac. cap.*6.*n.*5.*p.*2. Quare conſuetudo non ſedendi omninò ſervanda eſt, Bald. *in cap. cum olim nu.* 1. *n.*1. *de conſuet.* Nihil enim magis pertubat gubernationem, pacemque Eccleſiarum, quàm perturbatus ordo Hierarchiæ. 3

Multumque prætereà Capituli intereſt, ne beneficiati, qui non conſtituunt Collegium, neque Congregationem occaſione intereſſendi in Capitulo certis actibus, ſedendo adſtruant aliquo modo acquirere jus capitulariter ſe congregandi, ut advertit Rota in Barchinonen. juris congregandi 4. Novembris 1196. coram Pamphilio, *& in recent. deciſ.*321.*&* 351.*p.*6. *&* dec.10.*p.*7. cùm non ſolùm non ſint de Capitulo, ſed neque poſſint ſe collegialiter congregare, & uti ſinguli nullum jus ſedendi habeant, *cap. dilecta*, ibique Abb. *n.*1. *& cap. penult. nu.*10. *de exceſ. Prel.* Cæſ. de Graſſ. *deciſ.*131.*nu.*14. Seraph. *deciſ.* 1011. Rota *dec.* 32. *&* 136. *ac* 321. *&* 351.*p.*6. *& deciſ.*76.*p.*7. *recent.* 4

Idque præſertim quia, ſicut beneficiati non habent jus ſedendi coram Epiſcopo, aliiſque in dignitate conſtitutis, ut latè per Maſtril. *de Magiſtrat. l.* 4. *c.*6. *nu.* 26. *c.*13. *num.* 168. *& lib.* 5. *cap.* 5. *cap.* 7. *num.* 23. *tom.* 2. 5

ita

ſta nec coram ejus Capitulo, Barboſ. *de Canonic. c.* 18. *à n.*52.

5 Neque ex eo, quod vocentur Fratres, non ſunt ſubjecti Canonicis. Sunt enim Fratres quoad charitatem, ac ne reputentur extranei, non autem ut ſint pares, ideòque admittuntur à Canonicis ad oſculum pacis. Sic etiam Cardinales admittuntur à Summo Pontifice ad oſculum manuum, ac vultus, neque iccirco dicetur, Cardinales non eſſe ſubditos Summi Pontificis imperio, & ſi eos Fratres appeller. Sunt enim Fratres in charitate, non autem in adminiſtratione.

CONSULTATIO CXIX.

An qui donavit majorem ſuorum bonorum partem cuidam Regularium Religioni cum gravi onere pio, & in caſu, quo nollet illud acceptare; ſubſtituit aliam Religionem, poſſit deinde pœnitere, ac commutare ſuam voluntatem, tollendo illud onus in præjudicium Religionis ſubſtitutæ?

1 ET affirmativè reſpondendum cenſeo. Nam in hujuſmodi donatione, quæ aſſumit naturam contractus innominati, attendenda eſt pœnitentia donatoris ad tradita in hac ſpecie ab Alex. *in l. qui Romæ* §. *Flavius poſt. n.* 9. ibique Bartol. *n.* 1. ac cæteri *ff. de verb oblig.* latè Boer. *dec.* 353. *n.* 5. maximè concurrentibus requiſitis, de quibus Clar. *recept. ſent.* §. *donatio q.* 13. *n.* 5. *ac ſeq.* Cyriac. *contr.* 269. *num.* 83. & Gabriel. *com. concl. tit. de donat. concluſ.*5.

2 Idque præcipuè, ſi in inſtrumento revocationis oneris legatur, donatorem conſideraſſe plures difficultates, quæ illius exequutionem impediebant, in qua finalis ejus intentio conſiſtebat, ex quo præſumitur, ipſum non perſeveraſſe in ſua voluntate. Nam, apparentibus cauſis non conſideratis à Donatore, ex quibus cauſa finalis diſpoſitionis impeditur, præſumitur mutatio voluntatis Gabriel. *conſ.*97. *numer.* 38. *lib.* 8. Malcard. *de probat concl.* 1424. *n.*25. *tom.* 2. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 165. *n.*57. Pro inducenda enim declaratione, an donator in ſua voluntate perſeveraverit, nec ne quod erat illi arbitrarium per textum *in l. cum hic ſtatus ff. de donat. inter vir. & uxor.* depoſitiones duorum teſtium, etiam ſingularium, ſufficiunt pro firmanda ultima voluntate defuncti, Rota *deciſ.* 1302. ſignatè *n.* 5. *ac ſeq.* coram Seraphino.

3 Quinimò ſufficit, quod ad notitiam donatariorum perveniat pœnitentia donatoris, ut in contractu innominato de pœnitentia dantis diſponitur *in l. ſi pecuniam* §. *ſi ſervum*, ubi Jaſ. *in princ.* Angel. *ſub initio à num.* 1. & Alex. *n.* 2. *ff. de cond. cauſ. dat. cauſ. non ſeq.* cum obligatio ſimilis contractus eatenus teneat, quatenus dans in eadem voluntate perſeverat, *l. ſi quis hac lege* 3. *ff. de ſerv. expore.*

4 Neque obſtat, quod onus injunctum tendit ad pietatem. Nam quæ hactenus dicta ſunt, procedunt etiam contra ipſam Eccleſiam, & piam cauſam, ut per Jaſ. *in l. dedi* 3. §. *idem eſt nu.*2. *&* 4. *ff. de cond. cauſ. dat. cauſ. non ſeq.* Covar. *var. lib.*1. *cap.*14.*n.*16. Cravet. *conſ.*135.*n.*10. *l.*1. Surd. *conſ.*150. *n.*102.

5 Minus obſtat, quod ſub pœna caducitatis in caſu non adimpleti oneris fuerit Religioni ſecundo dictæ jus irrevocabile quæſitum; unde pœnitentia donatoris non ſuffragetur, præſertim quia in contractu donationis adeſt juramentum, quod illum reddit irrevocabilem.

6 Nam ſi per ſubſtitutos non probetur in actu contractæ donationis, illam per ipſos fuiſſe acceptatam, non acquiſiverunt jus, quod per pœnitentiam revocari non potuerit, ut in hac materia diſtinguunt Doctores apud Gabr. *cit. concl.* 5. *n.*4. Cyriac. *d. contr.* 269. *nu.*83. Clarus, & alii ſuperiùs adducti. Et acceptatio tempore congruo, & antequam per pœnitentiam fuerit ſublatum omne jus ſequi debuerat *ad l. bonorum ff. rem. rat. hab.* Dec. *conſ.*432.*n.*26.

Minus etiam obſtat juramentum. Nam in contractu appoſitum, illius naturam non immutat, cùm ſolum ad facilorem executionem apponi ſoleat. Quod verò ad pœnitentiam nihil operatur, niſi quatenus illa de jure non ſit permiſſa, Ruin. *conſ.* 51. *n.* 14. Seraph. *de privil. juram. privil.* 71. *n.* 52. Tiraquel. *in l. ſi unquam C. de revoc. donat. n.* 165. Potiſſimum autem, quando donatio eſt compatibilis cum ipſo juramento, Seraph. *loc. cit. privil.* 49. *n.* 10. *&* 11. Quod multò magis procedit, ſi juramentum non fuerit in principali diſpoſitione appoſitum, ſed tantum in clauſulis acceſſoriis, ut per G briefem *concl.* 9. *n.*3. *&* 4. Mangil. *de evict. q.* 4.*n.* 37. *& ſeq.* Et hunc in modum intelligendi ſunt Doctores, qui contrarium aſſerunt. 7

Et nihilominus cenſeo, reſcribendum Ordinario pro informatione. Audiantur ſubſtituti, & pro gratia ad Sanctiſſimum. 8

CONSULTATIO CXX.

An recedendum ſit à decreto ſacrarum Congregationum Immunitatis Eccleſiaſticæ, Concilii, ac ſuper Epiſcopis, quæ ſæpius firmarunt, Colonos, & Cuſtodes Eccleſiaſticorum, damnum dantes in bonis laicorum cum aniæ malibus eorumdem Eccleſiaſticorum, conveniendos eſſe coram Judice Eccleſiaſtico, & propterea cognitionem hujuſmodi cauſarum ſpectare ad Ordinarium?

DE hac re ſemel, iterùm, ac nunc tertio cogimur diſceptare. Declarationes ſacrarum Congregationum alibi adduximus. Et negative nunc etiam reſpondemus. Nam reſolutio eſt juſtiſſima, non obſtantibus ex parte adverſatrice objectis. 1

Tum quia Butrius *in c. gravem* 53. *n.* 18. *de ſent. excom.* Felin. *in c. Eccleſia S. Mariæ nu.* 104. *de Conſtit.* Grammat. *conſil. Civil.* 102. *n.* 8. *& ſeqq.* cum aliis per Surdum *conſil.* 301. *n.* 88. *l.* 3. Loquuntur in damnis datis propria culpa, malitia, vel negligentia Cuſtodum, permittentium, animalia damnum inferre, nec illa arcendo, ne damnum inferant, non autem in damnis datis ab animalibus, non dedita opera, & conſultò, ſed fortuitò In hoc ſiquidem caſu ceſſat ratio prædicta, cum pœnæ hoc caſu non ſit locus, ſed ad damni emendationem dominus animalium teneatur, quemadmodum docent Doctores ipſi laici, Lucas de Penna *in l.* 2. *C. de paſc. publ. l.* 11. Frecc. *de feud. l.* 2. *tit. de auctor. & poteſt.* Baron. *auctor.* 4.*n.* 3. Afflict. *dec.* 290. *n.* 5. *& lib.* 3. *Conſtit. rubr.* 37.*n.* 7. Quamobrem cognitio hujus controverſiæ, an damnum fuerit illatum dedita opera, anve fortuito, pertinet ad ipſum Judicem Eccleſiaſticum, ut per eumdem Butr. *in c. cæterum n.* 9. *de judic.* Covar. *pract. quæſt. c.* 33. *nu.* 1. & Farinac. *d. q.* 8. *nu.* 33. ubi de communi. 2

Tum etiam quia receptiſſima eſt limitatio contrariæ ſententiæ, ut illa non procedat, quando indirectè inferret præjudicium Eccleſiæ, aut perſonis Eccleſiaſticis, prout inferretur in caſu, quo bona alicujus cohærerent cum bonis Eccleſiaſticorum, vel loci Pii, ut proinde difficillimum ſit ita animalia cuſtodire, ut aliquando damnum non inferant. Quare ſi Coloni, & Cuſtodes poſſent conveniri à Judicibus laicis, nunquam Eccleſiaſticis inſervirent, Feder. de Sen. *conſ.* 111. *n.* 10. Felin. *in d. c. Eccleſia S. Mariæ n.* 99. *poſt initium*, Capr. *reg.* 96. *n.* 86. Menoch. *de arbitr. caſ.* 562. *nu.* 54. Catol. de Graſſ. *effect. Cleric.* 3. *n.* 71. Antonin. *var. l.* 1. *reſ.* III. *n.* 32. *ac ſeq.* Surd. *d. conſ.* 301. *n.* 74. *ac ſeqq.* Leon. in Theſaur. *for. Eccleſ. p.* 1. *c.*4. *n.* 6. 3

Atque hac ratione meritò Sac. Congregatio ſuper Epiſcopis noluit attendere objectum prætenſæ conſuetudinis immemorabilis cognoſcendi cauſas damnorum datorum contra laicos, damna inferentes cum animalibus Eccleſiaſticis, ut in Firmana his verbis: *Nella cauſa, e differenza, che verte in queſta S. Congregatione fra il Duca Ceſarino, & i Confrati dell' Oſpedale di Camerino* 4

sopra la cognitione de' danni dati da' lavoratori, e da altri ministri laici di detto Ospedale, i Mesi passati, parve à questa S. Congregatione, che si dovesse conoscere dal Giudice Ecclesiastico, mentre si dava il danno da' detti ministri insieme con gli animali di detto Ospedale, circoscritta la consuetudine universale della Marca, e particolarmente in Cività nova, e Monte Cansano, Stato dell' Oratore, per non si essere provata. Onde ora, che tale consuetudine vien provata per parte di testimonii addotti dall' l'Oratore, la depositione de' quali si dà in mano dell' Illustrissimo Signor Cardinal Torres, al quale fu commessa la Causa, si supplica questa S. Congregatione di ordinare, che si disputi il dubio sopra l'osservanza di detta consuetudine, etiam contro gli avversarii, da' quali, quando non si desse per provata detta consuetudine, per non esser stati citati nell' esame di detti testimonii, si supplica di lettere missive, o remissive ad effetto di ripetergli, e fra tanto ordinare, che non s' innuovi cos' alcuna nella Causa.

5 Proposita suprascripta petitione in Congregatione habita sub die 14. Junii proximi præteriti, Sacra eadem Congregatio negative respondit. In quorum, &c. Romæ die 12. Decembris 1625.

6 Cùm enim consuetudo, ubi probata sit cum requisitis, non sit majoris potentiæ, quam jus commune, ideò ex causa præcedentis limitationis, ne Ecclesia indirectè, ac obliquè lædatur, recedendum est à consuetudine, sicuti receditur à jure, *l. omnes populi*, ubi Bartol. *n. 1. ff. de just. & jur.* Cavaler. *dec.* 497. *n.* 2.

7 Neque obstat prætensa resolutio Sacræ Congregationis Controversiis jurisdictionalibus propositæ, in qua firmatum dicitur, quod ubi Coloni, & Ministri Ecclesiarum, & Clericorum damnum inferunt cum animalibus Ecclesiarum, vel Ecclesiasticorum, cognitionem quoad personas spectare ad laicum, quod verò ad animalia ad Curiam Ecclesiasticam.

8 Nam præterquamquod hujusmodi distinctio fieri nequeat, saltem ubi damnum sit illatum ab animalibus fortuitò, non studiosè, cum tunc ex quo causa respectu emendationis damni concernat interesse Ecclesiarum, debet ab Ecclesiastico Judice cognosci, tamquam digniore, ne continentiæ causarum dividantur, & in materia damni procedentis à facto individuo contingat super eadem re diversas, vel contrarias ferri sententias, *l. qui de crimine*, ubi Glos. *v. super C. de accus.* Boss. *de for. compet. n.* 114. *& seq.*

9 Adhuc tamen, retenta dicta distinctione pro vera, intelligenda videtur, ubi non applicatur limitatio supradicta; secus verò ubi applicatur, sicuti applicatur in hoc casu; nam alioquin læderetur Ecclesia, & Ecclesiastici in non reperiendo Colonos, & Custodes ex dictis, aliisque rationibus sæpius in eadem S. Congregatione admissis, & ex Federico de Senis *d. cons.* 111. *n.* 10. ex Felino, Menochio, Surdo, aliisque superius allegatis.

10 Atque ita etiam eadem S. Congregatio super Episcopis declaravit in dicta Firmana per hæc verba: *All' Cardinal Arcivescovo. A relatione di Monsignor mio Illustrissimo de Torres si sono esaminate nella S. Congregatione le Controversie, che passano frà il Signor Duca Cesarino, per l'una, e l'o Spedale di Camerino per l' altra parte in materia de' danni dati, e considerate le scritture, e ragioni prodotte, & allegate da amendue le parti, si è risoluto, che quando da' Coloni de gli Ecclesiastici si apporta danno a' beni de' laici con gli animali dell' istessi Ecclesiastici, la cognitione delle cause di simili danni, spetti al Tribunale di V. S. la quale doverà percio in tali occorenze mantenere, e difendere la giurisdittione del suo medesimo Tribunale. che tanto tengo ordine di farle sapere, & Iddio la conservi. Di Roma a*[a] 18. *di Marzo del* 1625.

11 Et ita reperitur in regiſtro S. Congregationis Cardinalium, negotiis Episcoporum propositæ præsentis anni 1625. & collationata concordat, meliori &c. In quorum, &c. A. Episcopus Casertanus, Secretarius.

12 Porrò cum S. Congregatio Immunitatis sæpius, ut dixi, decreverit, quod animalia Clericorum pro damnis datis sint subiecta tantummodo refectioni damnorum; non autem pœnis statutariis. Cumque statutum laicum expresè disponat, quod in damnis datis quoad pœnam, & damnum Dominus teneatur pro animalibus, quæritur, an Judex sæcularis, non potens jurisdictionem exercere contra Clericos, cogere possit eorum Colonos ad solvendam pœnam pro damno dato ab eorum animalibus?

Affirmat Judex sæcularis; fundatur primum in citato decreto S. Congregationis, quod in damnis datis per Colonos cum animalibus Clericorum Judex competens quoad animalia, sit Ecclesiasticus, quoad Colonos laicos sit Judex laicus, 13

Deinde in hoc argumento. Aut statutum dirigens verba in dominum animalium habet locum, aut non. Si habet locum, res est clara. Si non habet locum, quia dominus animalium est Clericus, tunc remanet in dispositione juris communis, per quam custos animalium tenetur ad pœnam, & damnum, cumque Custos sit laicus, subiacet jurisdictioni Judicis sæcularis. 14

His tamen non obstantibus, respondetur, quod decretum S. Congregationis disponit, Colonum laicum quoad personam subiacere Judici laico, & sic conceditur, quod si pro damno dato esset imposita aliqua pœna personalis, tunc Colonus esset subditus Judici laico, non autem in hoc casu, in quo expresè cavetur, quod pœna sit solvenda per dominum animalium, qui ad eam non tenetur, cùm sit Clericus. 15

Ad argumentum dicitur, quod de jure communi Custos animalium Clericorum non sit subditus Judici laico, nisi statutum hoc expresè id disponat, prout sentit Carolus de Grass. *loc. cit.* Imò etiamsi statutum id disponeret, quod non liget Colonos Clericorum, tenet Martha *de jurisdict. p. 2. ar. 8. ac* 13. & sic remanet, quod cum statutum in hoc casu non dirigat verba in Custodem, ille non teneatur. 16

CONSULTATIO CXXI.

An fructus, qui ex multiplici legato debent quolibet anno distribui descendentibus masculis nobilis testatoris, si illis indiguerint, sint etiam distribuendi Regularibus, præsertim Religionis incapacis possidendi, descendentibus ab eodem testatore?

Affirmandum videtur. Primò, quia testator disposuit pro descendentibus, si indigeant. Religiosi autem indigent, cum alantur à Religione. Eoque præsertim, si Religio ratione suæ paupertatis non sit capax annuorum redituum. 1

Secundò, quia præsumendum est, testatorem voluisse comprehendere suos descendentes, etiam quando Religionem ingrediuntur, si in alia dispositione testator disponens de quibusdam aliis eleemosynis erogandis pauperibus, noluerit comprehendere Religiosos expressis verbis, eos excludendo. Igitur cum hanc non fecerit in hoc casu exceptionem, signum evidens est, voluisse illos comprehendere. Exceptio enim facta firmat regulam in non expressis in hac secunda dispositione *ex l. quæsitum* §. *denique ff. de fund. instr.* & Bartol. *de non alien. reb.* 2

Tertiò, quia cùm testator omiserit exprimere, an essent includendi Religiosi, censetur se voluisse conformari in casu omisso juri communi, si extet *l. si cum dotem ff. sol. matr. l. cum Prætor ff. de judic.* Vel deficiente jure communi, consuetudini loci, in quo condidit testamentum. Mantic. *de conject. ult. vol. l. 6. tit.* 8. Aretin. *cons.* 11. *nu.* 5. Socin. *cons.* 111. *l.* 1. vel opinioni Doctorum, quam præsumitur testator scire, sicut præsumitur scire legem, Mantica *loc. cit. tit. 6. n.* 11. *ac seqq.* In loco autem viget communis consuetudo solvendi ejusmodi legata, etiam descendentibus Religiosis. 3

Quartò, quia communis Doctorum sententia est, legatum relictum pauperibus, ac indigentibus in genere, comprehendere etiam Religiosos, idque passim omnes colligunt *ex §. sed. & hoc, auth. de sacros. Episcop. collat.* 9. Menoch. *l.* 4. *præsumpt.* 148. *n.* 14. *& præsumpt.* 125. *nu.* 7. *ac seqq. & præsumpt.* 89. *n.* 39. 4

5 Cum ergo testator omiserit exprimere Regulares, dicendum omninò videtur, se voluisse in hoc ad consuetudinem, & communem Doctorum opinionem accommodare.

6 Postremò, quia esto id dubium esset. In dubio autem judicandum est ad favorem Ecclesiæ, ac Religionis *l. sunt personæ ff. de relig. & sumpt. fin.* Menoch. *l.* 4. *præsumpt.* 112. *n.* 7. citans Bartolum, Socinum, & alios.

7 Non obstat incapacitas fortasse Religionis. Nam cùm agatur de reditibus annuis vitalitiis, qui dependent à vita hominis, quæ quotidie moritur, non reputantur inter stabilia, sed inter mobilia, ut per Abb. *cons. 63. n.* 2. Gomez *de censib. c. 3. n.* 4. Matienz. *in l. 2. glos. 1. n.* 83. *tit. 9. l.* 5. & Garz. *de benef. p. 2. c. 5. n.* 96.

8 Qua ratione etiam Fratres Minores esse capaces ejusmodi annualium redituum, quia dantur titulo eleemosynæ, docent Hieronym. Rodrig. *resol.* 88. *num.* 19. Sanchez *in decal. lib.* 7. *c.* 26. *nu.* 35. aliique apud ipsos. Et Constitutiones Theatinorum *par.* 2. *c.* 1. *num.* 2. *ac* 3. expresè protestantur de hujusmodi capacitate his planè verbis: *Annui census nobis quoad vixerimus legati, sive in posterum legandi, si vendi nequiverint, & eorum pretium solvi domibus nostris, tunc ipsi legatario, sed superiori domus solvantur annuatim juxta testatorum dispositionem.*

9 At verò in hac specie contrarium censeo. Nam certum est, quod hujusmodi annui reditus destinantur pro subventione pauperum nobilium familiarum, ut scilicet illæ familiæ possint suum decorem ac nobilitatem servare, cùm difficilius sit ædificium sustinere, quàm condere, nihilque aliud sit nobilitas, quam divitiæ antiquatæ ex Seneca. Quæ ratio etiam ubi non fuit expressa tamquam naturalis, præsumi debet finalis, cum nobiles naturaliter sint honoris ambitiosi, ac semper desiderent augumentum sui status, suæ familiæ, & agnationis, cum nulla illustris familia, nullaque nobilitas cujusvis gradus possit diu sine divitiis conservari, ut ait Casanata *cons. 45. n.* 137. Gall. *cons.* 114. *n.* 61. *& seq.* Redonason *cons. 36. n.* 78. *&* 79. Quæ quidem ratio non militat in Religiosis, qui tamquam mortui mundo, splendorem familiæ ac decorem potius vitæ sanctimonia, & observatione voti paupertatis, quam divitiis tuentur, & magno cumulo augent, quare ad eos referri nequit hujus testatoris dispositio, *l. si pater ff de hæred. instit.* Monach. *dec. Lucens.* 14. *n.* 18. *& dec.* 21. *n.* 22. ac Rota *dec.* 437. *n.* 3. *p.* 1. *recent.*

10 Eoque magis, quia cum testator ad hujusmodi annuos reditus vocaverit suos descendentes, licet suorum appellatione veniant omnes masculi ab eodem testatore per rectam lineam descendentes §. *sui hæredes, instit. de hæred. qualit. & differ.* non tamen veniunt masculi Religionem ingressi, qui per professionem emissam in Religione bonorum incapace, jura suitatis amiseruut, Bartol. *in auth. ingressi num.* 64. *C. de sacros. Eccles.* Aretin. *in c. in presentiam de probat.*

11 Idque præsertim, quando cum Religiosis professis concurrunt alii descendentes masculi viventes in sæculo, quorum vita, & paupertate durante Religiosi professi, etiamsi à testatore ad ejusmodi fructus fuissent vocati, debent censeri vocati sub tacita conditione, quatenus scilicet alii in sæculo viventes, & egentes non extarent, Peregrin. *cons. 59. n.* 4. *l.* 13. *& fidei com. art.* 28. *n.* 87. Fusar. *de subst. q.* 429. *n.* 53.

12 Ac præterea si dicti Regulares hujusmodi fructus petant ex suis propriis personis. Nam in ipsis non comprobatur qualitas paupertatis, à testatore requisita, dum à suis Monasteriis omnibus ad suam vitam Religiosam necessariis providentur, Rota *decis.* 454. *n.* 3. *par.* 2. *rec.* & in Neapolitana alimentorum 10. Aprilis 1616. coram Pirovano, & in Romana bonorum 23. Junii 1653. coram Zarate.

13 Si verò eos petit Monasterium, sicuti propriè dici non potest *descendens* à testatore, & habens jura suitatis, præsertim si sit incapax possidendi, ita ad hos fructus admitti non debet, extantibus, & concurrentibus præcipuè descendentibus in sæculo viventibus, & magis indigentibus, in quibus propriè comprobantur verba testatoris *ad l. non aliter ff. de legat.* 3. 1

Non obstat, quod aliqua Religio vigore novi decreti facta sit capax legatorum, ususfructus, ac reditus vitalitii. 14

Nam, præterquamquod non agitur de legato relicto Monasterio, neque de successione ex persona Religiosi, qui in illo professionem emisit, respondetur, quod hujusmodi decreta, quæ permittunt receptionem rerum, quæ Religiosis, ac Religioni relinquuntur, non derogant eorum regulæ, à qua ipsi petere prohibentur, ut per Rotam *dec.* 698. apud Pegnam. Atque ita cum simul stare queat, ut ipsi legata possint accipere, non autem petere, non rectè infertur ad illorum petitionem, cum ex diversis non fit illatio ex vulgò allegatis à Gratiano *discept.* 516. *numer.* 6. Eoque præsertim si legatum sit relictum tempore, quo durabat incapacitas petendi, & acquirendi, de quo non censetur, testatorem cogitasse, cùm in re dubia nemo præsumatur illis relinquere voluisse, qui, uti acquirendi incapaces, ejus dispositionem vanam, & ineffiecacem reddere potuissent per textum *in l. si miles ff. de milit. testam.* Rota *dec.* 640. *numero* 13. *par.* 2. *diversi.* 15

CONSULTATIO CXXII.

An, & quatenus Canonico debeantur distributiones Capellaniæ, quam ex dispensatione Apostolica in provisione Canonicatus retinet sub eodem tecto Cathedralis, dum non expesuerit dictam Capellaniam obnoxiam esse residentiæ? Quid si extaret statutum, vel consuetudo Ecclesiæ?

Respondeo, non deberi. Regula enim est, quod obtinens in eadem Ecclesia Capellaniam, & Canonicatum, si residet in stallo Canonici, & uti talis tractatur, non potest percipere distributiones ad Capellanos debitas juxta doctrinam Abb. *in c. cum olim. nn.* 3. & 6. *de sent. & re jud.* Frider. de Sen. *cons.* 120. *in fine*, Lotter. *de re benef. l.* 1. *q.* 15. *nu.* 48. Rota *dec.* 288. *num.* 2. *p.* 1. *recent.* Distributiones enim dantur interessentibus, tamquam merces laboris, & operis impensi, ut sæpè alibi diximus, & tradunt Doctores *in c. un. de Cler. non resid. in* 6. Paris. *cons.* 33. *num.* 3. *l.* 4. Moneta *de distrib. p.* 1. *q.* 1. *n.* 13. Unde cùm hic Canonicus, uti Capellanus, nullum laborem suscipiat, nullumque servitium Ecclesiæ præstet, injustum est, quod earum particeps sit absque duplici dispensatione. 1

Altera, quia erant sub eodem tecto, *c. de multa propè finem de præb. c. litteras de concess* Hoied. *de benef. incomp. p.* 1. *c.* 2. 2

Altera, quia personalem residentiam requirebant. *c. ad hæc præb.* Concilium Tridentinum *sess.* 24. *cap.* 12. *de ref.* & in terminis de Canonicatu cum Capellania, habente onus chori, Hoied. *loc. cit. p.* 2. *c.* 2. *num.* 12. & censuit S. Congregatio Concilii apud Barbos. *in Bullar. v. distributio.* 3

Cum igitur cum eo fuerit dispensatum incompatibilitate sub eodem tecto, non autem in residentia, quia non narravit Summo Pontifici, quod Capellania personalem residentiam requirebat, dispensatio in hac incombatibilitate à Papa non cogitata, non extenditur ad residentiam. Nam ut inquit Glos. *in extravag. execrabilis v. dispensationis de præb.* dispensatio est sufficiens, si quicquid erat impedimenti, relatum in ipsa fuerit & expresè super omnibus dispensatum, alias non. Et in hac specie Rota *decis.* 225. *n.* 13. *&* 14. *p.* 4. *tom.* 2. *rec. per text. in c. non potest. de præb. in.* 6. *& in c. Dudum.* 2. *in fine de elect.* in quibus etiam dispositur, quod gratia est in totum nulla. 4

Quod autem Capellania residentiam requirat constat ex eo, quod illam obtinens percipit distributiones 5

quotidianas ratione intereſſentiæ divinis officiis, *c. licet de præb. c. de cætero in fine, & c. ad audientiam de Cler. non reſid. & c. un. eod. tit. in 6.* ac Rota *dec. 607. nu. 11. p. 5. rec.* Cujus quidem reſidentiæ onus, ſi Pontifex intelexiſſet, utique difficilius conceſſiſſet illius retentionem cum Canonicatu in eadem Eccleſia propter diminutionem cultus divini, quæ exinde pervenit, *c. ad hæc de præb.* Hoied. *d. p. 1. c. 17. nu. 27.* Neceſſe enim eſt, quod ille diminuatur, diminuto numero miniſtrorum *c. ad hæc de præb. & d. extravag. execrabilis §. habentibus eod. tit.* Regula autem eſt, quod quando plura obſtant impedimenta, difficilius conceduntur diſpenſationes ſuper pluralitate beneficiorum, ſacris Canonibus inimica, ut poſt alios idem Hoied. *d. p. 1. c. 20. nu. 5. & 6.*

6 Quinimò, etiamſi adeſſet diſpenſatio, illa non ſuffragaretur pro diſtributionibus. Intelligitur enim ad effectum percipiendi reditus utriuſque præbendæ, non autem diſtributiones quotidianas, quæ cùm dentur ratione ſervitii, non debentur duplicatæ obtinenti duplicem præbendam, cum non inſerviat, niſi, ut unus, ut, reprobato Joanne Andrea, tenent Butr. *in d. c. cum olim nu. 10. de ſent. & re jud.* Franch. *in d. c. un. §. fin. de Cler. non reſid.* Roch. de Curte *in c. fin. de conſuet. nu. 3.* Anchar. *in c. requiſiſti n. 17. de teſtam.* Mill. *in repert. v. diſtributiones,* Staphil. *de except. form. 4. nu. 3.* Rebuff. *in prax. benef. tit. de diſpenſ. rat. stat.* Zech. *de Republ. Eccleſ. c. 24. num. 6.* Filiuc. *quæſt. moral. tom. 3. tr. 41. c. 6. nu. 53.* Frider. de Sen. *conſ. 120. in fin.* Moneta, qui articulum plenè examinat *de diſtrib. p. 2. q. 4. ex nu. 6.*

7 Quæ ſententia ſine difficultate procedit, quando præbendæ ſunt diffformes. Nam contraria Joannis Andreæ *in d. c. cum olim*, quatenus vera eſſet, poſſet habere locum in obtinente in eadem Eccleſia duos Canonicatus, vel Canonicatum, & dignitatem paris habitus, ſtalli, & ſervitii, quo caſu cùm diſcerni non poſſit, an obtinens utrumque interſit divinis potius reſpectu unius, quàm alterius, cenſet Joannes Andreas, illum lucrari utriuſque diſtributiones, ſecus autem quando beneficia ſunt diſformia. In iſtis enim ratione diverſi ſtalli, habitus, ac ſervitii, apparet, pro quo quis inſerviat, ſicque diſtributiones illius tantum lucratur, ut ſe explicat idem Jo. Andr. *loc. cit. num. 8.* ubi ait, ſuam opinionem procedere, quando actus ſervitii ſunt conſonantes, non repugnantes, & ubi non eſt ratio, quod habens duas qualitates, magis utatur una, quàm alia, & in his terminis Canonici, & Capellani ſimul declarando tradita per Joannem Andream firmant Frid. de Sen. *d. conſ. 120. in fine*, Felin. *in d. c. cum olim num. 2.* ibique Abb. *num. 6. de ſent. & re jud.* & Lotter. *de re benef. l. 1. q. 15. nu. 78. & 79.*

8 Nullius momenti eſſet decretum Univerſitatis Capellanorum de lucrando diſtributiones quotidianas. Primò, quia facultas in his diſpenſandi reſervata eſt Summo Pontifici ex ſupradictis, præſertim ex Concilio Tridentino *cit. c. 12. ſeſſ. 24.* ubi prohibet Capitulo remittere diſtributiones. Quod declaravit etiam ejus S. Congregatio, quam ſequitur Rota *dec. 103. nu. 4.* coram Coccino.

9 Deinde, quia debent ad id omnes Capellani convenire. Unius enim contradictio evertit hujuſmodi decretum, ut in ſpecie docet Prob. *in d. c. un. c. 62. de Cler. non reſid. in 6.* Lotter. *de re benef. l. 1. q. 15. nu. 50.* ex regula, quod in actibus voluntariis, & Eccleſiæ non utilibus, non ſufficit conſenſus majoris partis, ſed omnium requiritur, *c. fin.* ibique Abb. *nu. 2.* Butr. *num. 5. & 6. de major. & obed.* & Seraph. *dec. 708. nu. 3.*

10 Ac poſtremò, quia forſan emanaverit ex falſa cauſa, quod nempè adeſſet diſpenſatio Apoſtolica, quæ falſitas cauſæ adimit conſenſum ab actu, & perinde eſt ac ſi nullum condirum fuiſſet decretum, *l. penult. ff. de tranſact. & l. magis puto §. non paſſim ff. de reb. eor.*

11 Mirumque ſuffragaretur conſuetudo, quia Sacrum Concilium eo *c. 12. de ref.* præcipit reſidentiam obtinentibus in Cathedralibus, aut Collegiatis Eccleſiis dignitates, Canonicatus aut portiones ſub pœna privationis fructuum præbendarum, ac diſtributionum, non obſtante quolibet ſtatuto, aut conſuetudine. Ex hoc autem Concilii decreto, quicquid eſſet de jure antiquo Canonicatus, & Capellanias in Cathedrali, vel Collegiata effectas fuiſſe reſidentiales, obſervat Hoied. loco ſuperius memorato *p. 1. c. 17. nu. 20.* & per *d. c. 12.* Concilii fuiſſe derogatum etiam conſuetudini, cenſuit ejuſdem Concilii S. Congregatio apud Garz. *de benef. p. 3. cap. 2. nu. 197.* ac Rota in Zomaren. Canonicatus 18. Maii 1598. coram Corduba apud eumdem Garz. *p. 11. c. 5. numer. 9.* Eademque Concilii diſpoſitione attenta, inductam eſſe in Cathedralibus, & Collegiatis reſidentiam præciſam inducentem incompatibilitatem, & non cauſativam tantùm, inducentem ſolum amiſſionem fructuum, quatenus non reſideatur, dixit Rota *dec. 483. nu. 3. p. 1. diverſ.*

Quibus poſitis, nedum non poteſt hujuſmodi Canonicus percipere diſtributiones in poſterum, ſed reſtituere tenetur jam perceptas; quia cum iſtæ diſtributiones ſint ipſa res principaliter deducta in judicium, debentur à die perceptionis, non autem motæ litis; quia non petuntur ut fructus alterius rei, à quibus excuſat bona fides, quæ ſemper adeſt ante motam litem, ſed petuntur, ut principalis, quæ integrè debet reſtitui, ut in decimis, in legatis annuis, in penſionibus, quæ reſtituuntur ab initio, Rota *dec. 176. nu. 7. p. 4. diverſ. & dec. 317. nu. 3. par. 1. recent.* & in Romana bonorum 1. Julii 1644. coram Ghisleno, & comprobat noſter Fagnanus *in c. gravis à nu. 81. de reſtit. ſpoliat.* 12

Addo, quod bona fides non excuſat indiſtinctè à reſtitutione fructuum, ſed quoad induſtriales tantum, quia ratione laboris, ac induſtriæ adhibitæ in percipiendo videntur quodammodo debiti ipſi percipienti; ſecus quoad fructus perceptos abſque labore, & induſtria, ut diſtinguit textus *in l. fructus*, ibique Gloſ. *v. bonæ fidei ff. de uſur.* Laderch. *conſ. 165. numer. 3. & numer. 5.* Rota *dec. 3. num. 51. 52. & 59. p. 7. rec.* Ideo cum hic Canonicus perceperit diſtributiones Capellaniæ abſque labore, quia non inſervivit in ea in divinis, non poteſt prætextu bonæ fidei illas retinere, cùmque dentur in alimoniam, profectò non debet manducare qui non laborat. 13

Aliter verò dicendum eſt de duobus beneficiis non habentibus reſidentiam, dum non docetur, Capellaniam ex peculiari conſuetudine, vel ſtatuto, aut fundatione reſidentiam præciſam requirere. De jure enim præſumitur beneficium ſimplex, quamvis aliquod onus, aut ſervitium habeat, ut in ſpecie tradit Rota *dec. 489. p. 2. recent.* etiamſi adeſſet ſtatutum, quod Capellani teneantur intereſſe Horis Canonicis, ac inſervire divinis officiis, ac *dec. 631. p. 3.* non obſtante Conſtitutione Apoſtolica, quæ faciebat Capellaniam incompatibilem cum Canonicatu. Et *p. 8. dec. 182.* non obſtante fundatione, quod Capellanus teneretur canere Primam, & Completorium cum Litaniis, ac celebrare dietim Miſſæ Sacrificium, & in Aquilana 17. Junii 1647. coram Roya, & plenè in Tiraſonenſi beneficii 20. Maii 1658. coram Priolo, in cujus fundatione erat impoſitum onus intereſſendi in Choro Horis Nocturnis, ac Diurnis cum perſonali reſidentia, & coadjuvandi Curatum, & Vicarium Eccleſiæ, etiam cum diſtributionibus. Unde Rota in hoc caſu non recedit à diſtinctione recepta Innocentii, aliorum *in c. fin. de Cler. non reſid.* inter reſidentiam præciſam, & caulativam. 14

Quod multò magis id debet admitti, ſi extet in Eccleſia conſuetudo, tam in proviſionibus Apoſtolicis Capellaniarum, quàm in diſpenſatione illas retinendi cum canonicatibus. De quo ſtandum eſt atteſtationi Ordinarii, ſufficitque decennalis, ſique etiam concurrat ultimus ſtatus ejuſdem Capellaniæ, qui ſufficit ad decidendam quæſtionem de illius qualitate ex adductis *in dec. 737. n. 5. p. 2. recent.* 15

Ac multò magis id admittendum eſt, ſi non agatur de caſu duplicis diſtributionis uno, eodemque ſervitio, ſive 16

una,

una, eademque intereſſentia debitæ, in qua quæſtione ſententiam affirmativam Joannis Andreæ tuetur Abbas *in d. c. cum olim à n. 3. & re jud.* & conſuluit Bald. cum Zabarella inter iſtius conſilia 53. ac veriorem teſtatur Covar. *lib. 3. var. cap. 13. num. 6.* cum aliis per Lotter. *de re benef lib. 1. q. 15. num. 45.* ubi refert deciſionem Rotæ coram Lancellotto. Communemque, & magis communem fatetur Moneta, qui contrariam ſequitur *de diſtribut. p. 2. q. 4. num. 6.*

17 Vel ſi Canonicatus nullas habeat diſtributiones, & quatenus haberet, debet illas percipere, concurrente conſuetudine, quam ſententiam Doctores contrarii non rejiciunt juxta Conſilium Baldi, & Zabarellæ, & tradita per Covari *loc. cit.* & per Moner. *d. q. 4. n. 6. ac 16.* & pleniſſimè Barboſa *de Canon. cap. 21. n. 16.*

18 Vel quia diſtributiones Capellaniæ debentur proſervitio, ſive intereſſentia, non in Choro Horis Diurnis, & Miſſa, in quibus Canonici tenentur intereſſe, ſed pro recitatione Officii. B. Mariæ Virginis, Officii Mortuorum, Liraniarum, aliarumve Precum diverſis Horis, ac tempore, & in quibus Canonici non interveniunt, & proinde cum intereſſentia, & ſervitium ſe mutuò non impediant, ſed augeant laborem Canonici Capellani, debetur, etiam ex ſententia negativa duplex diſtributio, ut declarat Moneta *eod. tract. p. 2. q. 4. num. 11.* Canonicus enim hujuſmodi ſerviendo in prædictis, verè ſuſtinet laborem Capellani, & Capellaniæ, onus adimpletur, dum ad illud uti Canonicus, non tenetur, juxta doctrinam Felini *in d. c. cum olim n. 2. de ſent. & re jud.* ubi limitando Concluſionem, declarat, non procedere, quando conſtat, quo jure perſona utitur, & dicitur uti jure Capellani, ſi celebret in Capella, in qua ſolent Capellani, non Canonici celebrare, ſicut qui utitur jure dignitatis celebrat in Feſtivitatibus, in quibus dignitates ſolent celebrate, non autem Canonici. Quod videtur ſentire Rota *dec. 288. n. 5. p. 1. recent.* admittens, deberi Canonico habenti dignitatem, commoda, & diſtributiones Canonicatus juxta prædictum Conſilium Zabarellæ.

19 Et in his terminis non habet locum controverſia, de qua Lotter. *cit. l. 1. q. 15. n. 46.* quæ verſatur in eo, an perſona habens duo jura in aliquo actu faciendo, cenſeatur uno, vel altero uti ad textum *in c. à collatione de appel. in 6.* quia in prædictis functionibus Capellanorum, ac tempore, quo fiunt, non interveniunt Canonici, atque adeò Canonicus Capellanus dicitur inſervire, tamquam Capellanus, ſuſtinendo onera Capellaniæ ad effectum lucrandi diſtributiones juxta prædictam doctrinam Felini, & in ſimili de eo, qui habebat duo jura conferendi ratione Vicariatus, & ratione Canonicatus, dum contulit in Capitulo inſimul cum aliis Canonicis, in quo uti Vicarius non debebat conferre, dicit contuliſſe uti Canonicus, quamvis Vicarius appellaretur, & quod fortius eſt ad declarandum nullam collationem, qua uti Vicarius poterat ſuſtineri, plenè Rota in *Montis alti* beneficii 28. Junii confirmata 15. Decembris 1645. coram Bichio.

20 Accedente inſuper obſervantia, qua conſtat uti Canonico, ac uti Capellano ultra tres annos diſtributiones fuiſſe datas, ut dicitur in citata ſecunda deciſione *Montis alti.* Quodque in actu æquivoco, ac dubio, pendente ex voluntate gerentis, regulariter ſtatur ejus declarationi, Buratt. *dec. 228. n. 2.* ex regula juris, qua dicitur actus geri ſemper titulo neceſſario, & ad ſatisfaciendum propriæ obligationi potius quam titulo merè voluntario, Cravet. *conſ. 106. à n. 9. & conſ. 304. n. 5.*

21 Et hæc admittenda ſaltem videntur, ut evitentur confuſio, diſſenſiones, & ſcandala, quæ probabiliter timeri poſſunt juxta deciſionem Rotæ 288. *par. 1. recent.* & juxta reſolutionem S. Congregationis Concilii in Piſana pro Canonico, & Capellano ſub anno 1651.

CONSULTATIO CXXIII.

An Miles magiſtralis obedientiæ in Religione Hieroſolymitana teneatur ad integrum annum probationis, ac ita, ut ſi aliter profeſſio fiat, illa ſit irrita?

NOn videtur. Siquidem Fratres Hieroſolymitani tamquam militares, vel nullo modo comprehenduntur in diſpoſitione S. Concilii Tridentini *c. 15. ſeſſ. 25. de Regular.* prout cenſuit Rota *dec. 591. p. 1. diverſ.* Beva *p. 4. reſp. caſ. 28.* Gonzales, qui plures refert *ad reg. 8. gloſ. 8. n. 61. & ſeqq.* Sanchez *de matrim. l. 7. diſp. 44. n. 8.* Vel comprehenduntur vigore particularis ſtatuti ipſius Religionis, ut per Pariſ. *de reſignat. l. 6. q. 2. num. 20.* & alias declaravit S. Congregatio Concilii Menſe Julio 1592. 1

Statutum autem, quod diſponit ſuper anno probationis eſt vigeſimum octavum *ſub tit. de recept. Fratr.* & loquitur ſolummodò de illis, qui recipiunt habitum in conventu, ut in eo legere eſt, cujus hæc ſunt verba: *Determiniamo, che per l'auvenire niuno pigli l' Habito nel noſtro Convento, ſe prima non vi havera habitato un' anno, accioche i ſuoi coſtumi, vita, e ſufficienza ſua ſi poſſano conoſcere. Chi fara altrimente non goda l' antianita di quel tempo.* Et iſti dicuntur Fratres Conventuales, ſuntque incorporati linguæ, ac Conventui, & juxta dictum ſtatutum ſemper conſueverunt facere annum probationis. 2

At verò Fratres obedientiæ, qui non recipiuntur in Conventu, nec ibi Habitum ſuſcipiunt, & propterea à Conventualibus contradiſtinguuntur, non conſueverunt annum probationis, ſive Novitiatus facere, ſed ſtatim ac recepti ſunt ab eo, ſub cujus obedientia extra Conventum vivere debent, ab eo, vel ab alio per ipſum deputato, Habitum ſuſcipiunt, ac eodem contextu in illius manibus profeſſionem emittunt, ac ita ſemper in Religione fuit obſervatum, ut hujuſmodi milites obedientiæ magiſtralis ad profeſſionem extra Conventum admittantur abſque Novitiatu. 3

Quod autem hujuſmodi Fratres Obedientiæ extra Conventum ad profeſſionem admittendi, non teneantur explere annum probationis juxta præfatam S. Concilii diſpoſitionem ex eo etiam comprobari poſſe videtur, dum per Apoſtolicas Conſtitutiones in quibuſdam caſibus compelli poſſunt ad emittendam profeſſionem intra ſex menſes, ut in Conſtitutione Gregorii XIII. quæ loquitur de ſæcularibus extra Conventum, obtinentibus beneficia Religionis, ut ex hac Conſtitutionis particula. 4

Gregorius Papa XIII. ad perpetuam rei memoriam, &c. *Quo magis, ac firmius, &c. à quo noſtra hæc intentio ſingulis apertius innoteſcat, ſtatuimus, ut omnes ac ſinguli, qui per Sedem prædictam, vel per vos, aut Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, etiam cum ſimplici devogatione privilegiorum, ſeu per priores Rajulvos, & Commendatarios fuerunt de hujuſmodi beneficiis proviſi, ſive hi, quibus eadem commendata, aut quomodolibet conceſſa extiterint, etiamſi ſuper his in Curia, vel extra aliqua lis pendeat, ac deinde in poſterum perpetuis futuris temporibus providebuntur, aut demum quibus eadem commendabuntur, vel concedentur, etiam per Sedem Apoſtolicam, ſi poſt ſex menſes à die, quo id eis legitime indictum, atque denunciatum fuerit, illico numerandos profeſſionem non emiſerint, & habitum non ſuſceperint Ordinis prædicti abſque alia deſuper faciende declaratione, & citatione anni, & quocumque jure in dictis beneficiis, vel ad illa competenti, careant ipſi, ac ipſi tamquam illiciti detentores, & occupatores, & intrusi, ab eiſdem amoveantur. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 23. Martii 1580. anno VIII.*

Hoc autem nulla ratione obſervari poſſet, ſi ante profeſſionem annum probationis peragere tenerentur juxta S. Concilii diſpoſitionem.

Eoque

6 Eoque præsertim, quia concurrit uniformis, & antiqua observatio Religionis, quæ semper hujusmodi milites Obedientiæ admittere consuevit, nullo præmisso Noviriatu; Et nihilominus nescitur, quod ex hujusmodi defectu fuerit unquam impugnata, vel irrita declarata illorum aliqua professio. Unde, si nunc fieret nova declaratio in contrarium, omnes ipsi Fratres magistralis Obedientiæ, tamquam nulliter professi, Religionem desererent cum gravi illius præjudicio, præsertim quoad spolia vigore illorum professionis ipsi, ac Magno Magistro debita. Quod non solum in hoc casu, sed etiam in plerisque hujusmodi seriò moneo considerandum.

7 His tamen minimè attentis, censeo Fratres Hierosolymitanos comprehendi dicto *c.* 15. *sess.* 25. *de regul.* Concilii Tridentini, in quo expresse cavetur, quod in quacumque Religione, tam virorum, quàm mulierum nullus ad professionem admittatur, nisi post annum integrum probationis, alioquin professio nulla sit, nullamque alicujus Regulæ, vel Ordinis, vel Religionis obligationem inducat. Hæc autem dispositio cum sit universalis, ad omnes Religiones extendi debet. Cum namque dictio illa *in quacumque* sit universalis, extenditur etiam generaliter ad multa, quæ non comprehenderet Generalis indefinitè prolata juxta Gloss. *in Clem.* 1. *v. quamvis de sent. & re jud. &c. ut circa de elect. in* 6. etiamsi non militaret tanta ratio in una, quàm in alia specie Religionis, ut tradit Dec. *cons.* 669. *nu.* 3.

8 Quod, etsi de aliquibus Religionibus militantibus dubitatum sit, an præfati *c.* 15. dispositio comprehendat Religiones militares, ex quo tamen non profitentur illa tria vota essentialia Religionis, cum non dicantur veri Regulares, prout in Religione S. Stephani, quemadmodum fuit decisum in *Tirasonen.* pensionis coram Seraph. *decis.* 121. Secus tamen est in Religione Hierosolymitana, in qua tam Equites Hierosolymitani, quàm eorum Capellani, Fratres de obedientia nuncupati, tria vota, scilicet paupertatem, obedientiam, & castitatem profitentur, & ideò non potest dubitari, quin sint veri Religiosi, ad textum cum ibi notatis per Bald. *in c. cum ad Monasterium de stat. monach. de quo nos alibi.*

9 Atque ita pluries fuisse declaratum in S. Congregatione Concilii, testantur Barbos. *ad d. c.* 15. Gonzal. *ad reg.* 8. *glos.* 8. *nu.* 62. Paris. *de resign. benef. l.* 6. *q.* 2. *n.* 120. Em. Sà *in sum. to.* 2. *c.* 8. *nu.* 2. Navar. *cons.* 9. *de his, quæ vi, met.* alii, quos refert idem Barbos. *de offic. & potest. Episcop. p.* 3. *alleg.* 101. *num.* 8. Vidique ego, ac legi declarationem ejusdem Congregationis S. Concilii, qua declaratur, milites Hierosolymitanos comprehendi *in d. c.* 15. *sess.* 25. *de regular.* Idque non obstantibus Constitutionibus ipsorum, ex quarum tenore in ipso ingressu ex Habitus susceptione professionem emittunt. Nam censuit, eadem S. Congregatio, hodie comprehendi, tametsi alias aliter censuerit, cum eorum Constitutiones nondum ad dispositionem Concilii Tridentini essent relatæ, neque à Sede Apostolica confirmatæ. Animadverrebat enim S. Congregatio, comprehensas esse dispositione suorum decretorum tantummodo moniales illius Ordinis nominatim expressas *in c. ult.* ejusdem *sess.* 25. Indistinctè tamen esse locum tacitæ professioni inter eosdem milites, etiam degentes intra Conventum Hospitalis Melitensis juxta dispositionem juris communis *c.* 19. *ejusdem sessionis* 25.

CONSULTATIO CXXIV.

An Constitutio Innocentii XI. contra surripientes Hostiam consecratam, &c. comprehendat Clericos sæculares, & Regulares? Et quatenus eos non comprehenderet, An melius sit eos per novam Constitutionem, an per simplex decretum declarare esse in ea comprehensos?

1 ID certum mihi videtur. Nam & ii quoque subditi Summo Pontifici sunt, & Constitutio est generalis, ac de materia illis adaptabili, *can. si quis omnem* 1. *q.* 7. *can. cum longè dist.* 63. *c. Canonum statuta de Constit.* ubi Innoc. *nu.* 1. *& c. nihil. de elect.* Eo enim ipso, quod lex pœnalis Canonica generaliter imponitur, consurgit in ipsis obligatio ad pœnam subeundam. Alioquin multi Canones, ac Constitutiones Apostolicæ, præsertim *can.* 14. 15. 16. & 17. Bullæ Cœnæ non comprehenderent Clericos, quos tamen ex subjecta materia, & quia de se sunt generales, nullum excludere, & ad Ecclesiasticos extendi, docent ibi Expositores.

Idque sine dubio procedit, quia emanavit super re 2
de se prava. Hinc *in can. si quis suadente* 17. *q.* 4. qui est pœnalis, comprehendi non solùm Clericos, sed etiam Cardinales, quamvis in eo non fiat de illis expressa mentio, asserunt Io. Monach. *in extravag. excommunicamus.* Felin. *in c. quod super his de fid. instrum.* Et quia lata est ob salutem animarum, ut per eumdem Jo. Monach. *loc. cit.* ac Præpos. *in can. non licet sub initio dist.* 10. Nec continet odium irrationabile. Quia non versatur circa ea, in quibus Clerici sæculares, & Regulares sunt specialiter privilegiati, eo modo, quo de Cardinalibus firmant communiter Doctores, ut nimirum teneantur Constitutionibus Pontificiis generaliter latis, licet odiosis, quando non continent odium irrationabile, sive quando sunt de iis, in quibus non sunt specialiter privilegiati, ut per Rotam *dec.* 46. *nu.* 10. *& dec.* 464. *num.* 2. *& seq. p.* 5. *rec.* ubi testatur, ita semper judicasse.

Atque hinc est, quod lex generalis comprehendit 3
personas, & causas privilegiatas, quando in illa speciali materia non habent speciale privilegium, *l. in fraudem* §. *fin. ff. de testam. milit.* ibique Baldus, ac cæteri. Quia lex obligat secundùm exigentiam publicæ utilitatis, propter quam fertur. Publica autem utilitas exigit, omnia membra, quæcumque illa sint, Communitati obligari.

Ex quibus censeo, nulla alia Constitutione, nullove 4
decreto pro hujusmodi personarum comprehensione, sive expressione opus esse. Nam aliàs redderentur dubiæ quamplures Constitutiones Apostolicæ, an hæ personæ in eis comprehendantur, cum non sint in illis expressæ. Et tamen ex communi Ecclesiæ sensu eas comprehendunt. Unde eadem extensio, ac declaratio in eis fieri deberet. Quod absonum videtur.

Et nihilominus, si Summo Pontifici visum fuerit, ut 5
clarè, ac explicarè id exprimatur, putarem id potius faciendum esse per Constitutionem, quàm per decretum. Constitutio enim generalis alia Constitutione generali, confirmari, ampliari, ac declarari ferè semper solet, decretum autem decreto. Sic decretum Pauli V. de Conceptione B. M. Virginis ampliatum, ac declaratum fuit à Gregorio XV. decreto suo in generali Congregatione Inquisitionis, edito sub anno 1622. die 24. Maii. Sic Constitutio Pii IV. *de Confessar. solic.* fuit confirmata, ampliata, & declarata per alias Constitutiones Clementis VIII. & Gregorii XV. Sic etiam ampliationem Constitutionis Clementis VIII. contra non promotos ad sacrum Presbyteratus Ordinem, Sacramentales Confessiones audientes, vel Missam celebrantes, & Constitutionem Sixti V. contra exercentes artem Astrologiæ judiciariæ, Vrbanus VIII. suis Constitutionibus ampliavit, ac declaravit.

Perspicuè quoque id constat ex Constitutione Gre- 6
gorii XV. innovantis, ac extendentis Constitutionem Clementis VIII. contra hæreticos in locis Italiæ, ac insularum adjacentium quovis prætextu commorantes, in qua sub initio ita legitur: *Romani Pontificis, &c. munus exigit, ut pro incumbente Dominici gregis cura, & solicitudine prædecessorum suorum Constitutiones, eas præsertim, quæ ad Sanctæ Fidei Catholicæ conservationem pertinent, quo suum perpetuum sortiantur effectum, & inviolabiliter observentur, innovet, & extendat, prout rerum, ac temporum qualitatibus debitè compensatis conspicit in Domino salubriter expedire.*

Et sanè id observatum fuit à B. Pio V. in sua Con- 7
stitu-

stitutione *si de protegendis*, in cujus §. 2. post dictionem illam generalem voluit pro majori claritate, & ad tollendum omnes difficultates *in* §. 5. nominatim exprimere non solum Clericos, ac Regulares, sed etiam Episcopos.

3 Cæterum occasione confirmationis, ac declarationis hujus Constitutionis examinandum propono, an expediat comprehendere in dicta Constitutione casum furti sacræ Pyxidis, non cum surreptione, sed cum projectione particularum consecratarum? Qui casus sæpius contingit, & non pridem in Civitate Neapolitana cum ingenti præjudicio jurisdictionis S. Officii, de quo *tom.* 8. *consult.* 86. ubi refero Proreges ipsos Neapolitanos pluries postulasse ab hac S. Sede, quod hic casus cognoscatur à S. Officio privativè quo ad omnes alios.

CONSULTATIO CXXV.

An electio Vicarii Capitularis per ambitum procurata, accedente præsertim imperitia electi, confirmanda sit? Ubi plura de ambitu, qui eo magis gliscit, quo magis vetatur. Ejus pœnæ Ecclesiasticæ in electionibus Ecclesiasticis, in electione ad Romanum Pontificatum, in electione Papæ, Sede vacante, in Nuncios Apostolicos apud Principes, in electione Regularium; procurantis præsentationem, vel provisionem beneficii, procurantis beneficium, antequam vacet, in casu vacationis; patroni præsentantis se ipsum vel procuratoris sibi resignantis, ambitiosum eligentis; Pœnæ civiles, exempla, paranesis in ambitiosos, alia.

1 REspondeo negativè, sed deveniendum ad electionem Vicarii Apostolici. Ratio desumitur ex textu *in cap. cum terra de elect.* illis verbis: *Quod si in persona fuerit, vel in electionis modo peccatum, tamdiu in electione diligentiam Inquisitionis opponant, donec vacanti Ecclesiæ de persona idonea valeant providere. Imo,* ibidem habetur, quod *Canonici postquam convenerunt in Capitulo, solemniter publicent factam electionem, & postea superiori confirmandam præsentent. Etsi Superior propter vitium personæ, eam cassaverit, iterum eligam alium, & sic faciant quousque eorum electio confirmetur.*

2 Sufficit ergo sola oppositio, & tunc secundùm textum alium *in cap. si forte de elect. in* 6. *ibi: Inter cætera, quæ objiciuntur electo, aut postulato, seu alias promovendo ad aliquam dignitatem, evidentem sententiæ, vel alium personæ defectum opponi contingat, in discussione objectorum, illum statuimus ordinem inconcussibiliter observandum, ut promovendus super defectu ipso ante omnia subjiciatur examini.* Unde Doctores inibi sic explicant hunc textum: Prius inquiratur de defectu personæ, aut scientiæ, & si probentur tales defectus, declarabitur, ineligibilis. Et notandum ad id, quod doctrina regulariter solet probari per examen personæ. Quod etiam fieri debet ex officio. Non enim doctrina præsumitur.

3 Præcipuè verò si peccatum fuerit in modo, ut si electus per ambitum, per factiones, & per auctoritatem, etiam laicorum, suam procuraverit electionem. Quod est à jure vetitum, & quia versamur in his, quæ in occulto fiunt, ac secretò tractantur, tamquam difficillimæ probationes, tunc eas probationes recipere debemus, quæ alias non admitterentur, ut de communi. Seraphinus *de privil. juram. privil.* 31. *numer.* 87. Vnde cum textus *in cap. præsentium de testibus*, ibi: *Objicere volueris in personas eorum, ei tunc liceat cum juramento, quod ad hoc ex malitia non procedat, cap. Pastoralis de except. Vel is, qui voluerit eam opponere, fidem faciat cum juramento.* Et quia de zelo Religioso agitur, standum est juramento oppositoris, qui est loco testis, Pacian. *de probat. l. b. 1. cap* 67. *numer.* 70. Mascard. *eodem tract. concl.* 954. *numer.* 8. ubi quod si aliquid ad notitiam meam modo pervenerit, juramento decidi probatur, præcipuè dum agitur summariè, ut idem Mascardus *loco cit.* notat. Quia omnis sinistra suspicio per juramentum removetur, Mangin. *de juram. p.* 4. *effect.* 32. *num.* 1.

Addendæque sunt fides extrajudiciales, præsertim si 4
sint plures, personarum illustrium, ac verisimiles ad effectum, de quo agitur, Mantic. *dec.* 325. *num.* 1. *ac* 2. Rota *dec.* 11. *num.* 9. *part.* 7. *rec.* Merlin. *dec.* 714. *num.* 16. *ac* 17. Vbi aliæ referuntur. Fides adminiculantur juramento oppositoris, juramentum fidibus ex annotatis per Beltram. ad Gregor. *dec.* 214. *lit. R. numer.* 3. Cum in materia probationum procedat regula: *singula, quæ non prosunt, simul juncta juvant, & ex multis imperfectis sumitur perfecta probatio*, ut per eundem Gregorium *decis.* 205. *num.* 2. & Merlin. *dec.* 509. *numer.* 5. *& in recent. part.* 7. *dec.* 253. *numer.* 24.

Hinc Passerinus *de elect. cap.* 5. *num.* 1. *& cap.* 33. *num.* 78. 5
adducens, quæ à jure statuta sunt contra ambitiosos procurantes electiones per subornationes, & extraneorum favores, & quærens quid facere debeat. Confirmator antequam confirmet, vel casset electionem, ait, concludendum Doctorum esse, quod teneatur sumere informationes, tam super valore electionis, quam super meritis, ac demeritis electi. Et *num.* 83. firmat, quod sola dubietas impediat effectum confirmationis. Et *num.* 88. probat, quod ubi non est infamia, non est inquirendum contra aliquem. At hoc verum est, ubi agitur de eo damnando in aliquam pœnam, non autem ubi agitur de promovendo. Tunc enim debet inquiri, etiamsi alias præsumeretur generaliter, quod electus sit probus, & apparere debet ejus probitas, & confirmator debet reddi certus de electi probitate. Et sic sola electio non sufficeret juxta superius tradita.

Eoque maximè, quia agitur de electione necessaria. 6
Non enim debet Ecclesia viduata remanere sine Rectore. Quo in casu secundùm Massobr. *in pr. hab. convers. ad Paroch. requis.* 5. *dub.* 1. *nu.* 29. ibi: *Si sumus in necessariis, tunc debet eligi melior. Et dub.* 9. *nu.* 9. ait: *juxta munus, & rem, cui præferendus est, aptior ei ministerio appareat, & fieri potest.*

Vnde pro rejectione sufficeret sola ambitio juxta il- 7
lud Eccles. 7. *Noli quærere Cathedram honoris*, ac Matth. 20. *Quicumque voluerit inter vos esse primus, erit vester servus.* Ambros. *super Luc. lib.* 3. inter cæteta detestabilia crimina ponit ambitionem, Gregor. in Pastor. *Locus regiminis desiderantibus negandus est, fugientibus offerendus.* Spiegel. *in lex. jur. tit. A.* §. *ambitus* affectati honoris crimen appellatur, resistuntque ambitiosis, *Can. Principatus* 25. *caus.* 1. *quæst.* 1. *Can. siquis Episcopus* 35. & *Can. seq.* 7. *quæst.* 1. & *Can. illud ferendum* 20. *cum Can. seq.* 8. *quæst.* 1.

Et quidem ambitus est pestis electionum, & dicitur 8
ambitus, si quis sibi procuret dignitates per media illicita. Si enim mediis licitis non est ambitus, ut per S. Thomam 2. 2. *qu.* 185. *art.* 1. Azor. *part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 28. *qu.* 2. Boss. *in prim. crim. tit. de ambitiosis.* Illicita autem sunt, si pecunia, sive precio suffragia coemat, vel alias dignitates procuret per emendicatos favores, *ut l.* 1. *ff. ad leg. Jul. de amb.* Boss. *ibi sub initio*, vel si requisitus antequam electus esset, electioni de se faciendæ consensit, *ut cap. cum post petitam de elect.* Mirand. *in man. parte* 2. *quæst.* 23. *art.* 30. *conclus.* 1. Petr. Gregor. *de elect. cap.* 9. *numer.* 6. Item sunt illiciti omnes tractatus pactionales, sive deliberativi, sive definitorii, sive practici in electionibus. Imol. *in cap. per Inquisitionem numero* 4. *de elect.* ibique Abb. *nu.* 5. Non tamen sunt illiciti tractatus consultivi, sive informationes de bonis qualitatibus, Petr. Gregor. *de inst. jur. Can. lib.* 1. *tit.* 29. *c.* 5. Gloss. *in Can. nomine Domini ver. tractantes d.* 25. Abb. *in cap. bona* 36. *nu.* 12. *de elect.* id benè explicans.

Hoc tamen crimen non habet locum, quando agitur 9
cum principe Supremo, id est non recognoscente Superiorem, *ut d. l.* 1. *ff. eod.* Etiamsi ab illo officium pecunia ematur, ut Salicet. *in l. un. C. eod.* Boss. *loc. cit. n.* 3.

Neque peccat princeps Supremus officia, etiamsi 10
jurisdictionalia, temporalia vendens ratione emolumenti annexi, dummodo sint pinguia ita, ut afferant lucrum, etiam ultrà congruam sustentationem officialis,

seu

seo ita, ut remaneat salva mercès justa laboris, S. Thom. *quæst. 21. ad Ducissam Brabantiæ quæst. 1.* Navar. *cap. 25. nu. 7.* Azor. *tom. 2. l. 1. cap. 6. §. negandum,* Filiuc. *tract. 28. num. 137.*

11 At si quis emat officium, puta Notariatus talis Tribunalis, deinde Princeps extrahat causas multas à Tribunali, & sic minuatur lucrum officialis ita, ut non possit se conservare indemnem, non poterit iste officialis propria auctoritate aliquid exigere supra taxam. Quia potuit prævidere similem mutationem sibique debet imputare, cum officiorum emptio habeat frequenter hæc incommoda annexa. Ita etiam Azor. *tom. 3. lib. 8. cap. 21. in fine,* Menoch. *de arbitrar. cas. 514. numer. 12. 20. & 21.* Qui secus ait de aliis casibus, quibus salarium ab initio congruum, effectum est insufficiens, ut ex charitate, si prævideri diminutio ista non potuit, & Princeps requisitus taxam non corrigit, de quo etiam Diana *par. 1. tract. 3. miscel. resol. 60.*

12 Damnatus autem de ambitu, eo ipso notatur juris infamia, & consequenter est irregularis *per l. 1. ff. eod.* Sed si reus sic damnatus alium convincat de tali crimine, restituitur adversus sententiam, & ab infamiæ pœna se eximit, *ut d. l. 1. ff. eod.* ibique Bartol. ac Bossi *in tit. de ambitiosis nu. 7.*

13 Porrò *ex Can. siquis Papa d. 79.* quæ est constitutio Symmachi *Synodo Romanæ*, statutum est primo, si vivente Papa, pro Romano Pontificatu quis alicui favorem præstare convincitur, loci sui honore, & communione privatur. Secundo si quis Clericus, Papa incolume, eoque inconsulto, votum accommodare, seu promittere tentaverit, aut in hac causa pravitatis conventiculis factis deliberare, atque decernere tentaverit, loci sui dignitate, atque communione priverur. Tertio, siquis ad Ecclesiam detulerit, seu revelaverit consilia eorum, impunitatem consequatur, ac præmium. Hæ omnes pœnæ sunt ferendæ sententiæ, scilicet depositionis, & excommunicationis, de quo vide *ibi* Canonistas.

14 Ex Bulla verò Pauli IV. *cum secundum*, quæ est Constitutio 16. primò declaratur quale sit crimen secundum jura, ambire Papatum cum tractatu, vivente Pontifice, scilicet simoniæ, ac læsæ Majestatis in primo capite, & injustitiæ, quod inducat votum captandæ mortis. Deinde statuitur, ut omnes tam Clerici, quàm laici utriusque sexus, qui per se, vel per alium, Papa vivente, ac inconsulto, tractabunt de electione Papæ, etiamsi Cardinales, aut Reges, aut Imperatores sint, incurrunt in pœnas sequentes. Primò excommunicationem, & maledictionem æternam, & absolutio reservatur Papæ. Secundò sunt rei læsæ Majestatis in primo capite, & ipso facto privati omnibus dignitatibus, & beneficiis, ac bonis, & juribus. Tertio sunt privati ipso facto voce activa, & passiva. Quarto sunt effecti inhabiles ad omnia supradicta, & ad omnes actus legitimos. Quinto incurrunt ipso facto juris infamiam. Sexto nòn possunt restitui; nisi expresso Papæ mandato, manu ipsius subscripto. Denique Pontifex extendit has omnes pœnas ad dantem auxilium, consilium, favorem, & ad conscios, nisi quamprimum commodè potuerint, *Papæ* viventi revelaverint, & revelantes impunitatem consequuntur.

15 *Adde*, quod Urbanus VIII. in Brevi reformationis sacræ Pœnitentiariæ anno 1634. 27. Septembris inhibuit majori Pœnitentiario, aliisque Officialibus illius absolvere in prædictis. Explicant prædictam Bullam Pauli, Navar. *consil. 17. n. 6.* & Farin. *p. crim. 113. n. 53.*

16 Et notandum, quod hæc Bulla non loquitur de tractatu consultivo, sed de pactionali per Doctores superius allegatos. Nec punitur tractatus pactionalis negativus, idest de aliquo tantum excludendo. Quia tunc Papæ viventi nullum fit præjudicium, sed solum si de aliquo in particulari eligendo. Illud tamen est etiam novo jure prohibitum, si fiat, Sede vacante, ut mox dicetur.

17 Navarrus autem *cons. 17. de sent. excomm.* ait, dictos, tractantes de Papa eligendo, Sede non vacante, incurre-

re in excommunicationem, & pœnas latas, *extravag. 2. de simon*, contra Simoniacos in dignitatibus, officiis, ac beneficiis Ecclesiasticis. Sed alii contra. Item ait Navarrus, eos incurrere in excommunicationem latam *in extravag. 1. de sent. excom.* & Constitutionem Gregorii XIII. *de datis, & promissis in Curia.* At non placet, quia Collegium, Cardinalium non est Sedes Apostolica, de qua loquitur utraque Constitutio, & quia hic agimus de simplici pactione absque pretio Simoniaco.

In Constitutione autem Gregorii XV. de electione 18
Romani Pontificis, quæ incipit, *Æterni Patris §. Cardinales præterea*, sic habetur: *Cardinales præterea omnino abstineant ab omnibus pactionibus, conventionibus, promissionibus, intendimentis, conditis, fœderibus, aliisque quibuscumque obligationibus, minis, signis, contrasignis suffragiorum, seu schedularum, aut alias, tam verbo, quàm scripto, aut quomodocumque dandis, atque petendis, tam respectu inclusionis, quàm exclusionis, tam unius personæ, quàm plurium, aut certi generis, veluti Creaturarum, aut hujusmodi, seu de suffragio dando, vel non dando.*

Quæ omnia, & singula, si secus facta inter venerint, etiam ju- 19
ramento adjecto, nulla & irrita, neque ad eorum observantiam quemquam teneri, aut ex transgressione notam incurrere fides non servata decernimus, &c.

Contrafacientes ex nunc excommunicationis pœna innodamus. Tractatus tamen pro electione habendos vetare non intelligimus. 20

Ex quibus notandum est, non esse prohibitos tractatus 21
consultivos, sed pactionales, ut jam dictum. Item hic non excommunicantur exprobrantes alicui Cardinali fidem non servatam, Bonac. *de censur. in partic. disp. 2. q. 7. pun. 1. n. 6.* Item hic non excommunicantur alii, *v. 9.* Oratores Principum cum Cardinalibus tractatus habentes, sed soli Cardinales.

Notandum insuper, quod hæc excommunicatio ita est 22
Papæ reservata, ut neque major pœnitentiarius possit absolvere, ut patet ex ipsa Constitutione, & notat Bonacina *n. 8.* Quibus adde, quod pacta, etiam jurata, super electione Papæ, irrita sunt per *c. ubi periculum §. caterum de elect. in 6.*

In Bulla Pii V. *Et si Romanum constit. 96.* prohibetur 23
Nunciis, ac Legatis non à Latere Sedis Apostolicæ, ad quoscumque principes, Reges, Imperatores mittendis, ne præsumant ambire, idest procurare favores, sive in scriptis, sive ore tenus, eorum Principum Sæcularium, nec per se, nec per alium, directè vel indirectè, neque talibus favoribus, sibi oblatis, urantur in ordine ad obtinendas pro se, vel pro consanguineis dignitates, honores, officia Ecclesiastica, vel temporalia, etiam Episcopatus, vel Cardinalatus à Sede Apostolica, & contravenientes incurrunt primò excommunicationem, sed nulli est reservata. Secundò privationem omnium dignitatum, beneficiorum, officiorum sæcularium, & regularium ipso facto. Tertiò incurrunt perpetuam inhabilitatem ad talia. Quartò incurrunt infamiam juris. Hanc Constitutionem fusè explicat Bonacina *loc. cit. disp. 2. q. 6. pun. 3.*

In Bulla Reformationis Regularium edita à Clemen- 24
te VIII. anno 1599. die 23. Junii, innovata ex decreto S. Congregationis Concilii de Religiosis Apostatis, & ejectis anno 1624. die 21. Septembris quæ habetur inter Constitutiones Urbani VIII. in Bullario *Constit. 26.* ita decernitur: *Ut omnis officiorum ambitus occasio præcludatur, caveant omnes à directa, vel indirecta vocum, vel suffragiorum procuratione, tam pro seipsis, quam pro aliis in quibuscumque Capitulis Generalibus, Provincialibus & localibus. Quicumque secus fecerit, præter alias pœnas, & censuras hactenus contra hujusmodi ambientes inflictas, in pœnam privationis officiorum, quæ obtinent, eo ipso incidant, & ad futura quæcumque inhabiles habeantur, super quo cum eis dispensari à nemine possit, nisi à Nobis, & successoribus nostris. Porrò supradictas omnes pœnas ad complices, ac simpliciter scientes, & non revelantes extendimus.*

Vbi

25 Ubi notandum, quod etiam dicitur vitium subordinationis petere votum in hac electione, promittendo ei simile servitium in alia electione, ut per Dianam, *p. 2. tr. 2. resol. 125.* cum allegatis.

26 Pactum autem de præsentando, aut eligendo, aut conferendo alicui beneficium, si fiat antecedenter ad ipsam præsentationem, electionem, Collationem, &c. nullum est. Et similiter pactum de consentiendo præsentationi futuræ, vel electioni est nullum. Et provisio, vel præsentatio, &c. inde secuta, cassari debet, non tamen est ipso jure nulla. Sola autem requisitio sine pacto non vitiat, nec reprobatur *c. cum post 46.* ibique Glos. *penult. & fin. de elect.* Lambertin. *l. 2. p. 1. q. 9. ar. 13.* & Sanchez *opusc. l. 2. c. 3. dub. 68.*

27 Provisio verò de beneficio, antequam vacet est nulla *c. fin. de concess. præb. & c. 2. eod. tit.* Videatur Petrus Binxius *tr. de rect. elect. p. 3. c. 2.* Gonz. *gloss. 11. nu. 64.* Roderic. *quæst. regul. 50. ar. 13. tom. 2.* & Barbosa *in c. 3. de concess. præb.* Et pariter omnes tractatus pactionales ante vacationem reprobantur à jure, non tamen consultivi. Provisio tamen facta vitalis tractatus pactionalis non est nulla ipso jure, Innoc. *in c. bonæ 36. de elect.* ibique Abb. *n. 12.* dummodo non fuerit pactio simoniaca. Quod extende etiam ad expectativas; nam etiam istæ sunt sublatæ per Trid. Concilium *c. 19. sess. 24.* nec hodie possunt eligi Canonici supranumerarii ad præbendam primò vacaturam, Garz. *p. 6. de benef. c. 1. n. 5.*

28 Patronus autem non potest se ipsum præsentare, nec immediatè, neque mediatè, idest per alium, ut vitetur ambitus, & distinctio fiat inter præsentantem, & præsentatum, *per nostras de jurep.* Doctores *in c. fin. de instit.* ac Rota *diversi. p. 2. dec. 185. n. 1.* Potest tamen acceptare præsentationem sui ab aliis Compatronis factam, Rota *ibi n. 4.* de quo Sanchez *l. 2. consil. c. 3. dub. 74. & c. 2. dub. 28.* Similiter procurator constitutus ad resignandum, non potest sibi resignare, Paris. *de resignat. l. 9. q. 27. num. 103.* cum communi.

29 Eligentes verò indignum privantur ea vice potestate eligendi, & suspensionem incurrunt ab Ecclesiasticis beneficiis per triennium. Episcopi autem conferentes indigno privantur potestate conferendi talia beneficia. Ita textus *in c. cum in cunctis 7. §. fin. de elect.*

30 Quod autem istæ pœnæ habeant locum etiam in casu electionis per ambitum, ait Zabarella *in c. per Inquisitionem 27. de elect. oppos. 9.* §o. Andr. *in c. odia restringi de reg. jur. in 6.* Quia sufficit ad illas pœnas, ut eligatur criminosus tali crimine, propter quod ex jure declarandus sit indignus beneficii. Contra tamen, electores eligentes propter tales contractus pactionales, sive ambitiosos, non esse ipso jure privatos jure eligendi, & ideò talem electionem validam esse, sed cassandam, vel talium suffragia non computanda, inquit Innoc. *in d. c. bonæ num. 4. & 6. de elect.* Anchar. *n. ult.* & Biax. *de elect. p. 3. c. 3. n. 2.* Notandum verò dictum *c. cum in cunctis* non procedere de omni indigno, sed de ineligibili ipso jure, de aliis autem electionem cassandam, & tunc privatos remanere electores jure eligendi pro illa vice.

31 Nec solum leges Canonicæ, sed etiam Civiles armantur contra crimen ambitus. Nam inter publica annumeratur hoc crimen *in l. 2. ff. de publ. jud.* potissimum si lædera alia quædam, vis puta publica, accedant, & proinde dignitas desiderari non debet, potissimum spiritualis, & qui eam apperit, eo ipso indignus ea judicandus, ac repellendus, *can. sicut is, qui 1. q. 6.* Nam & à meretribus peti non debent, sed potius illis offerri, nec civilis scientia (multò magis canonica) ullo pretio numeratio venit æstimanda, *l. 1. §. proinde, ff. de var. & extraord. cognit.* Et qui jurisdictionis ordinariæ potestatem habet, non aliorum, sed suo beneficio habere dicitur *l. mere majorum ff. de jurisd. omn. judic.* Suo autem beneficio non habet, qui pecunia data consequitur. *Ambitus*, ait Oratorum maximus *l. 3. famil. ep. 39. ita apertam vim habet, ut aut accusetur improbè, aut defendatur. Qui enim facta, & non facta largitio ignorari potest?* Ambitio enim honoris non parcit pecuniæ, ut suffragia demereatur immeritus.

Proinde meminit Suetonius *in Julio c. 13.* Julium Cæ- 32
sarem, deposita Prætura spe, Pontificatum petiisse, & obtinuisse non sine profusissima largitione, & ætate, ac dignitate antecedentes superasse. Unde & is postea cognoscens experientia, quantum ex ambitu, & suffragiis lucri populo accederet, comitia cum eo patritus est, ut exceptis Consulatus competitoribus, de cætero numero Candidatorum parte dimidia, quos populus vellet, pronunciarentur; pro altera parte, quos ipse dedisset, idem Suet. *in eod. c. 41.* Et tandem lege à se lata, & sui nominis *Iulia de ambitu*, ob abusum, populo jus per suffragia eligendi Magistratus, & Sacerdotes ademit, & in se transtulit, teste Modestino *l. 1. ff. ad l. Iul. de amb.* Tum ut dignos præficeret, & nundinationibus viam obstrueret. Tum etiam, ut seditiones, quæ inde nascebantur, sedaret. Cum enim Comitiis crearentur, & suffragiis Magistratus populus, seu plebs vix, aut rarò cum suffragiis patritiorum conveniebat, illis diversos postulantibus: nam plebs infestos patritiis, patritii adversus plebeios petebant Candidatos. Hinc miserrima honorum ambitio, & ubi honos publicè non est, ibi gloriæ cupiditas, nec ambitio esse potest, ut liquet ex Appiano *l. 1. bel. Civil.*

Hæc lex Julia de ambitu ante Augustum viguit, & 33
Consulatu Ciceronis lata Cic. *pro Murena.* Octavianus legem quoque tulit, teste Dione *l. 54.* anno ab Vrbe condita 736. ut qui largitionibus factis Magistratum aliquem ambisset, ab eo in quinquennium arceretur. Alias leges refert Dio. *l. 36.* ac Livius *l. 4. decad. 1.* & Alex. ab Alex. *l. 3. genial. dier. c. 17.* Iabihitumque Judicibus, seu Magistratibus quippiam pro obtinenda dignitate, vel potestate dare *§. 1. & §. illud. & tot. tit. ut Iud. sine quoque suffrag. in auth.*

Voluerunt etiam Cæsares Theodosius, & Valentinia- 34
nus *l. fin. C. ad l. Iul. repetund.* ad regendas Provincias homines accedere, qui ad honoris insignia, non ambitione, vel precio, sed testimonio probatæ vitæ promoveri, jurareque eos pro administrationibus forriendis neque dedisse quippiam, neque daturos posthmodum fore, sive per se, sive per interpositam personam. Illud & repetitum, à Justiniano *§. 1. tit. Jusjurandum, quod præst. ab iis, qui administr. accip. in auth.* Alexander Severus Imperator apud Lampridium in ejus vita, nunquam honorem juris, & gladii vendidit, dicens: *Necesse est, ut qui emit, & vendat, & ego non patiar mercatores potestatum, quos si patiar, damnare non possum. Erubesco enim punire eum hominem, qui emit & vendit.* Nec enim putant majorem esse Religionem in emendo, quàm in vendendo. Hæc enim reciproca sunt, & Magistratus dum sumptus quæritur, prædo grassatur *can. militare 23. q. 1.* Et ita judicia perverruntur, *c. 1. ne præl. vices suas.* Et ideò Aristoteles monet *5. polit. c. 8.* cavendum esse in Republica, ne lucrum ex Magistratibus proveniat.

In summa autem Justinianus omnium malorum occa- 35
sionem unam accipere suffragium à Judicibus dicit, totiusque nequitiæ principium, & terminum, quæ accuratè, ac verissimè perlequitur per exempla *in §. an cerrò non omnibus manif. tit. ut judic. sine quoquo suffrag. Const. novel. 8.* ubi digna optimo Principe ponuntur.

In Sacerdotiis obtinendis etiam ambitum locum ha- 36
bere, & puniendum placet Modestino *in d. l. 1. ff. ad l. Iul. Nemo*, inquit Leo Cæsar *in l. si quemquam C. de Episc. & Cler. gradum Sacerdotii pretii venalitate mercetur. Quantum quisque mereatur, non quantum dare sufficiat, æstimetur.* Id ipsum sancivit Justinianus §. *sed neque Cleric. §. sed neque Xenodochium de Sanctiss. Episc. in Novel.* Firmiusque decretum S. Canonibus ex iententia sacræ paginæ, quibus pro spirituali administratione, vel Ordine, vel Magistratu Ecclesiastico quippiam accipere simonia dicitur, *c. non satis de simonia, can. quos constituerit, can. sunt nonnulli, can. si Presbyter, can. quicquid, & can. Salvator 1. q. 1.*

Et severissimè vindicator, *can. si quis neque, d. can. Presbyter, can. quicunque, can. qui studet, can. siquis Episcopus cum quinque seqq. 1. q. 1.* & toto *tit. simonia.*

37 Prohibetur & Prælatis vices suas, seu Vicariatus, vel Officialatus, vel si quod aliud jus dicendi sit Officium annuo censu, ideſt, mercede accepta, concedere *c.1. ac 2. ne Prælati vic. suas.* Nec est quod Principes sæculares siqui sunt, qui nundinentur jurisdictiones sæculares, vel spirituales dicant cessare legem Juliam *de ambitu* in suis Curiis, & ideò cessare prohibitionem mercaturæ. Nam verum quidem est, legem de ambitu cessare, quia populus non est Princeps, ut illum ambire oporteat. Cæterùm non cessat causa prohibitionis, eademque lex, ne Princeps largitione corrumpatur in suffragio, ne spe lucri indigni juvenes imberbes imperiti admittantur. Nesciunt enim quid faciunt, cum pecunias tantum; non personas probant. Siquidem Principis persona ipsa judicium populo debet. Sic enim dicebat ad Samuelem populus, petendo Regem 1. *Reg. c.* 8. & Joseph. *antiq. l. 6. c. 3. & 4. Constitue nobis, qui judicet nos, quemadmodum apud exteras nationes.* Adhuc & vestigia extant, quod Princeps sit proprius Judex pupillorum, viduarum, & oppressorum *l. 1. C. quam Imper. int. pupil. & vid.*

38 Proinde magnam sibi irrogat injuriam Princeps, qui non virtute deligit sibi membra, sed licitatione Judices sortitur. Quod si probi sunt, quos præficit, videtur adhuc quædam versari legis nota in eo, quod accipit pecunias, ut concedat, quod gratis facere tenetur, *l. fin. ff. & C. ob condict. ob turp. caus.* & maximam vim inferri sibi videtur, cùm populo, cui jura debet, sæpè mercatores larva quadam togata vestitos præficit, qui non solùm pecus tondent, sed deglubunt. Præsertim verò in ea Civitate, in qua omnia quasi ab occupantibus aguntur. Quæ legitimum tempus expectant, non matura, sed sera sunt.

39 Cave itaque gloriæ cupiditatem, quæ frequenter nocuit immoderatius appetita, semper autem usurpata. Et quoniam ex Valerii Maximi *l. 8. c. 14.* Nulla est tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ non tangatur, ideircò istud imbibe: Omnes recusire honores, ambitionis esse, eligere verè pauciſſimos, moderationis. Ad summam. Tantum gloriæ desiderabis, quantum satis est ad conciliandum tibi in rebus gerendis auctoritatem, quæ inde nascitur, quod vir optimus habearis. Exempla plurima tibi dabunt Plutarchus, & Xenophon de Agesilao, ac de Lysandro, & Socrates apud Strobeum. Suetonius de Augusto Cæsare *c. 52. & c. 26.* de Tiberio Tacitus 1. *annal.* de Claudio idem 2. *annal.* & De Nerone 13. *annal.* & Val. Max. *l. 4. c. 1.* Idem Plutarchus de Pompeio, & Marco Antonio.

40 Atque ideò meritò in hunc modum per suum Encomiasten Plin. in Panegir. dilaudatur Traianus Cæsar: *Scis*, inquit, *ubi vera Principis, ubi sempiterna sit gloria, ubi sinè honores, in quos nihil flammis, nihil senectuti, nihil successoribus liceat, arcus enim, & statuæ, aras etiam, templaque demolitur ætas, & obscurat oblivio, negligit, carpitque posteritas. Contra contemptor ambitionis, & infinitæ potestatis domitor, ac frenator animus ipsa vetustate floreſcit, nec ab ullis magis laudatur, quam quibus minimè necesse est.*

41 Atque isti quidem Ethnici, qui profectò rubori esse debent plerisque Principibus Christianis, qui ut nihil, aut parum curant animum, summum in homine bonum, ita omnia studia, cogitationes, & Consilia ad cupiditatem, & gloriam referunt, quæ sola mentes eorum exagitat, & alienatà cognitione veræ gloriæ summique boni. Vt sint aliquid ostenduntur istæ res, divitiarum, & gloriæ cupiditas, non possidentur, & dum placent, transeunt. Quo majore mentis nebula involvuntur illi, qui iisdem ambitionis, & gloriæ stimulis agitati, bellis nunquam non vacant, infestando vicinas regiones per falsissimas causas, non sine sua, suorumque Civium, & calamitate, ac pernicie. Hinc inter causas, quæ Carolum Burgundum, cognomento Audacem, in ruinam, & exitium præcipitem egerunt, præcipuam recenset Philippus Cominæus, illius familiaris *l. 7. com.* Ambitionem, & ad antiquorum Principum gloriam ascendendi cupidinem, quæ illum, inquit, incundum reddebat, & promptum ad bellum vicinis omnibus temerè, & sine causa inferendum.

Absimilis Ferdinando, Henrici III. Castellæ Regis 42
Fratri, cujus hoc extat illustre moderationis animi exemplum. Ille enim tutor nepoti suo Joanni Secundo, octo menses nato, à Fratre institutus, atque in publicis Regni Comitiis à Castellæ proceribus, populoque obnixè rogatus, ut relicta nepotis tutela, ipse regnare vellet, arbitratus est omnia Regum commoda perfidiæ nota, labeque maculata, nihil sibi commodi allatura. Quapropter oblatum sibi regium cum ipso regno titulum, renuit, sprevit, rejecit. Unde cognomine *Justi* meritò cohonestatus est. Quam justissimi Principis integritatem, moderationem Deus post aliquot annos Regnis Aragoniæ, & Siciliæ compensavit, & liberos, nepotesque ejus summa etiam felicitate cumulavit. Nam non solùm plurimorum Regnorum accessione eos auxit, nempè Neapolitani, Castellani, Legionenſis, Lusitani, atque adeò totius Hispaniæ, verum etiam eorum Imperium ad novum Orbem usque propagavit. Potentissimus enim, & Augustissimus Rex Catholicus Carolus Secundus, qui hodie amplissimè Hispaniarum, atque Indiarum Monarchiæ habenas moderatur, quinquinepos est hujus justissimi, ac integerrimi Principis Ferdinandi, quibus idcircò illud, quod de justo, & semine ejus cecinit Psalmista aptissimè convenit: *Potens in terra erit semen ejus, generatio rectorum benedicetur. Gloria, & divitiæ in domo ejus, & justitia ejus manet in sæculum sæculi.* Verùm de his plura fortasse, quam debui, sed pauciora quàm volui.

CONSULTATIO CXXVI.

An extravagans Pauli Secundi de reb. Eccl. non alien. obliget ubicunque terrarum, etiam ubi non est usu recepta? Vt lex obliget, quid requiratur? Quando censetur tacitè abrogata? In quam rem S. Caroli, Archiepiscopi Mediolanensis Epistola, qua zelus animarum, serenitas conscientiæ, ac obedientia in Sedem Apostolicam præclarè ostenditur.

ET non obligare in locis, in quibus non est usu re- 1
cepta in totum, vel in partem, tenendum est. Ita Cajet. *in sum. v. excommunicato c. 75.* quam sequitur Navar. *in Man. c. 27. n. 149.* subdens, quod in paucis locis est recepta, quoad pœnas exteriores, quamvis in multis sit recepta quoad dispositionem principalem, & pœnam intrinsecam nullitatis contractus. Idemque ait *c. 23. num. 62. & in com. alien. n. 21. & cons. 10. num. 1. de reb. Eccl. non alien.* Tolet. *in sum. lib. 5. c. 91.* Felin. *in cap. de quarta num. 3. de præscript.* Boer. *dec. 224.* Sylvest. *v. excommunicatio 7. n. 83.* Sarmient. *de redit. Eccl. p. 1. cap. 2. num. 20.* Gutier. *lib. 1. can. quæst. cap. 8.* Molina *de contract. disp. 466. numer. 8.* Redoan. *de reb. Eccl. non alien. quæst. 36. numer. 21. & quæst. 58. num. 25.*

Quando autem dicatur non usu recepta, ut non 2
obliget transgressores, tradunt Abbas, ac Felinus *in c. 1. de treg. & pac.* Navar. *c. 23. num. 41.* Sylvest. *v. alien. quæst. 15. & v. lex*, Covar. *lib. 2. var. c. 16. num. 6.* Menoch. *de præsumpt. l. 2. præsumpt. 2.* Rodrig. *tom. 1. quæst. reg. 6. art. 11. &* in specie hujus Paulinæ Cavalc. *dec. 43. num. 2. 4. & 5.* Caroc. *in tr. loc. & conduct. p. 3. tit. 1. concl. 9.*

Assertio tamen illa, quod, ut lex obliget, opus sit, 3
quod usu populi sit recepta *can. in istis §. leges d. 4. l. de quib.* ubi Doctores *ff. de legib.* non est ita intelligenda, ut à fundatorum voluntate pendeat legis observatio, sed satis est, ut sit promulgata in Civitate Metropolitana, ut Romæ communiter fit, de quo Navar. *cons. 1. num. 19.* Sed quando per lapsum decennii, ex quo lex promulgata fuit, à populo non fuit usu recepta, neque moribus utentium approbata, idque legislator sciens, aut videns taceat, dissimulet, & non observantes impunes relinquat, tunc censetur tacitè abrogata, ut per Medin. *in c. de restit. quæst. 36.* Covar. *loc. cit.* Gemin. *in d. §. leges*, ac Doctores communiter *in d. cap. 1. de treg. & pac.* & Navar. *eo cons. 1. n. 23.*

4 Cùm autem ista Extravagans sit in corpore juris inserta, citeturque in judiciali foro, ac quotidie in Romana Curia pro ejus observatione pronuncietur, ac ita ejus praxis se habeat in expediendis passim Brevibus, *si in evidentem*, absolutionibus à censuris, dispensationibus, & habilitationibus in utroque foro quoad contravenientes satis arguit, Summos Pontifices, velle jam observari quoad omnes ejus partes, ut exprimitur in juramento, quod præstant Prælati, & Abbates. Ideòque non est facilè existimandum, quod non sit moribus utentium in omnibus suis partibus recepta, licet præfatorum Doctorum, præsertim Cajetani, & Navarri magna sit auctoritas. Hinc præsumitur usu recepta, & ideò non usus debet probari, Rota in Brixien. locationis 5. Decembris 1594. coram Pegna, & *dec. 13. num. 9.* coram Benintendi, ubi fuit dictum, Rotam non servare decisionem 6. Mohedani, quæ contrarium dicit.

5 His proinde subjungo Epistolam S. Caroli, quæ reperitur in Bibliotheca Ambrosiana *tom. 1577.* scriptam D. Speciano, quæ est hujusmodi: *E antichissima consuetudine, che gli Arcivescovi di Milano interpongano l'autorità nelle alienationi de' beni Ecclesiastici, e de' luoghi Pii, e con questo senz' altra approvatione della Sede Apostolica hanno esse alienationi il suo pieno effetto, non obstante la Paolina, la quale prohibisce queste alienationi, e si dice volgarmente, che non è ricevuta in uso in queste parti, se bene non si può negare, credo io, che alle volte non si ricorra à Roma per levare il sì in evidentem, ò le confermationi di locationi ad novennium, massime nelle cose più importanti, e mi viene alle volte qualche dubio in questa materia, e se ben mi ricordo ne scrissi al Cardinal Simonetta nel tempo di Pio V. il quale mi replicò, che non vi era dubio, e che quella bolla non era qui accetta in uso. Queste parole stesse mi pare anche de haverle udite dire in voce dal medesimo Cardinale in Segnatura publica nella presenza di Nostro Signore. In questo uso si è anche continuato finora indistintamente, e ve n'è grandissimo bisogno per le qualità de' beni di qua sta Chiesa, e per la grandezza di questa Diocese, e distanza di quà à Roma, e l'Ospedale grande solo ricorre all' Arcivescovo per simile consenso spessissime volte.*

6 *Nondimeno essendo sopravenute le Bolle di Palo IV. e di Pio IV. e di Pio V. prohibitive pare di queste alienationi, le quali, se bene in fatto non hanno havuto quà esecutione, pare nondimeno, che per essere ancora recenti, massime l'ultima, non si ponno dire formalmente usu non receptæ, se non dicessimo, che essendo queste Bolle appoggiate alla Bolla Paulina, non hanno luogo dove non l'ha havuto quella. E questa mi parisposta, che diede il Cardinal Simonetta, e forse Nostro Signore presente, col quale ancora mi par ricordarmi di haver conferito, ò fatto conferire questo dubio, quando egli era in minoribus, se bene non ne hò certezza.*

7 *Hora dunque vorrei assicurarmi di poter continuare quest'uso con buona coscienza, non ostante il dubio sopradetto. Il che non mi pare di poter fare senza parere di più persone consumate nella professione, ò nuovo consenso di Nostro Signore stesso, e questo mi pare la più spedita, non potendo io imaginarmi, che egli non ne sia informatissimo di tutto questo fatto, del qual consenso basterammi d'haver certezza per lettera di qualche Cardinale; imperoche serve solamente alla coscienza mia, e de' contrahenti, che in quanto alla validità esteriore de contratti, non vedo, ut uno, che la metta in dubio. Perciò mi procurerete da Sua Santità questo rimedio, trattandone voi stesso, se anche bisognasse col mezo del Cardinale Alcuati, che ne dovrà essere informatissimo forse anch' esso, se ben mi ricordo.*

Risposta di Monsignor Speciano. *Quanto alle alienationi de' beni Ecclesiastici, che si fanno cosi, alle quali ella, e i suoi antecessori sono stati soliti à prestare consenso, dice Sua Santità, che V. S. Illustriss. può per servare senza scrupolo, e quella se ne contenta, præsupponendo che così sia osservato e da lei, e dagl' altri.* 8

CONSULTATIO CXXVII.

An, quatenus Episcopus visitare possit Confraternitates in Ecclesiis Regularium institutas, illarumque Capellas, & Altaria?

RESpondeo, posse, si per laicos administratores re- 1
gantur, *arg. c. ex ore 17. de privil.* Conc. Trid. *c. 8. sess. 22.* Atque ita S. Congregatio ejusdem Concilii die 22. Junii 1622. rescripsit Episcopo Nucer. nempè Confraternitates laicorum, utcumque in Ecclesiis Regularium exemptorum institutas, subesse jurisdictioni, ac visitationi Episcopi, atque ab eo visitari posse, nedum ipsas Confraternitates, sed etiam Capellas ipsarum in eisdem Ecclesiis Regularium existentes, in his tamen, quæ Confraternitatum administrationem respiciunt.

Et iterùm die 17. ac 29. Augusti 1626. in Salernitana 2
inter Cardinalem Trestium, & Monach. Montis Virginis censuit, Illustriss. Archiepiscopo competere jus visitandi Confraternitatem Sanctiss. Sacramenti, & illius Capellam existentem intra septa Monast. S. Mariæ Montis Virginis, in his tamen, quæ ipsius Confrat. administrationem respiciunt, nisi aliter in fundatione, ac institutione expressè cautum fuerit. Ac ita sæpiùs responsum, etiam à S. Congregatione super Episcopis, ut in Tortonen. 22. Martii 1604. & in Leopolien. 31. Januarii 1642. Et in hac pacifica possessione tam facile omnes Episcopi.

Hanc tamen pacificam possessionem turbare conan- 3
tur nonnulli prætextu, quod sit contra subjectos literas S. Congregationis super Episcopis, & Regularibus tenoris sequentis.

Al vicario d'Ostia. *Havendo questa S. Congregatione* 4
risoluto più volte, che gl' ordinarii de' luoghi, ancorche possano visitare le Confraternità de' laici, erette nelle Chiese de Regolari, debbano nondimeno astener si dalla visita delle loro Capelle, e altari poste nelle Chiese de medesimi. Ne dò avviso conquesta à V. S. ad istanza di cotesti Fratri Minori Conventuali, affinche si conformi col senso dell' istessa S. Congregatione. Faccilo adunque, e stii sana. Di Roma à 2. di Ottobre del 1626.

At frustra est hoc effugium. Nam hæ litteræ non 5
sunt contrariæ rescriptis S. Congregationis Concilii, cum illæ solum intelligantur prohibere visitationem hujusmodi Capellarum, & altarium in iis, quæ non respiciunt administrationem Confraternitatum, & consequenter illam permittere in iis, quæ earum administrationem, bona, & obligationes respiciunt juxta rescripta S. Congregationis Concilii, ut declaravit sæpiùs eadem S. Congregatio super Episcopis, præsertim in Alifana 31. Julii 1637.

Quænam autem sint ea, quæ Confraternitatum lai- 6
corum administrationem respiciant, in quibus Capellæ, & altaria earundem Confraternitatum in Ecclesiis Regularium existentia, possint ab Episcopis visitari, censeo, primò quando recognoscendum est, an legata pia fuerint executioni demandata. Secundò quando agitur de sumptibus factis contemplatione Capellarum, illarumque causa. Tertiò visitari possunt in omnibus, quæ respiciunt officiaturam, & in quibus administratio tangit ipsas Capellas, & requirit inspectionem loci.

CONSULTATIO CXXIX.

An valeat edictum Episcopale, in quo disponitur, quod Congregationes Confraternitatum Ecclesiasticarum non habeantur absque interventu, & absque assistentia Vicariorum foraneorum?

Affirmativè respondendum putò. Est enim id proficuum bono regimini illarum, præsertim si in hoc inducta sit consuetudo favore piæ causæ, ac boni publici, obligatoria, etiam in futurum, ut per Rotam *dec. 365. n. 4. p. 2. rec.* Sperel. *dec. 67. n. 27.* ubi firmat, idem procedere etiam in facultativis, & hanc sententiam pluries approbavit S. Congregatio Concilii, præsertim in Mediolanensi 27. Januarii 1587. & in Neritonensi 29. Novembris 1609.

2 Eoque magis, si ejusmodi edictum emanaverit ad tollendum abusus, ac dissensiones, quæ inter Confratres quotidie circa electiones, ac rerum administrationem oriebantur, ac proinde cum id tendat ad bonum regimen, & augmentum ipsarum Confraternitatum, debet omnino servari *c. fin. de pact. in 6.* Seraph. *dec. 590. n. 3.* ac Rota *dec. 757. n. 1. p. 2. rec.* prout ex eisdem rationibus eadem S. Concilii Congregatio sub anno 1640. indulsit Archiepiscopo Firmano interessentiam ejus Vicarii generalis in actibus Capitularibus Canonicorum Ecclesiæ Metropolitanæ.

3 Et quidem cura Episcoporum est invigilare, ac providere, ut non solùm bona Confraternitatibus relicta verè ac fideliter administrentur, Feder. de Sen. *cons. 33.* quem sequitur Surd. *de alim. tit. 1. quæst. 93. n. 21. & seq.* Covar. *c. 3. num. 8. de testam.* Bonacin. *de Contract. disp. 3. quæst. 17. pun. 8. §. decima, & disp. 1. q. 3. pun. 4. n. 4. ac 22.* Verùm etiam, ut electiones administratorum juridicè, & canonicè fiant. Nam ad ipsos pertinet illas confirmare, *c. cum nobis*, ibique Glos. *v. ex offic. de elect.* ubi inter alios notat Butrius *n. 37. Judicem confirmationis electionis posse ex officio supplere non solum ea, quæ juris sunt, sed etiam facti, tam circa personam electi, quàm circa formam electionis.* Idemque consuluit Navar. *cons. 2. n. 2. de elect.* traditque Ricciul. *lucubrat. Eccle. l. 4. c. 5. num. 4.*

4 Et in simili, quando agitur in Capitulo de electione officialium pro administrandis, seu colligendis rebus, in quibus Episcopus, & pauperes habent interesse, non possit fieri absque scientia, & interventu Episcopi, sive illius Vicarii, respondit eadem S. Congregatio Concilii in Cursulen. 28. Augusti 1638.

5 *Ad* occurrendum igitur tot malis licitè possunt Episcopi, quibus speciatim hoc onus incumbit, edictum hujusmodi emittere, vel sui antecessores confirmare, cum proprium munus Episcoporum sit rectè ordinata à suis antecessoribus custodire, *can. decessorum, & can. quæcunque 25. q. 2.* Suasque diœceses abusibus expurgare, *Clem. 1.* cum ibi notatis *de offic. Ordin. l. Præses 2. l. congruit ff. de offic. Præsid.* & Pavin. *de visit. l. 1. cap. 20. num. 45.*

6 Non obstat S. Concilium Tridentinum *c. 8. & 9. sess. 22. de reform.* ex quo sufficienter dici possit provisum, dum ibi permittitur Episcopis visitatio Confraternitatum, ac redditio rationum. Tum quia Episcopi nil contra dispositionem Concilii disponunt, decernendo observationem hujusmodi edicti, quod fulcitur rationibus superius adductis; unde majorem vim, atque effectum consequitur dispositio Concilii, nititurque auctoritate ejusdem S. Congregationis, quæ semel, ac iterum censuit, posse Ordinarium intervenire in Congregationibus Confraternitatum, modò non faciat novitates, ut in Ragusina 1. Aprilis 1596. & in Consentina 24. Julii 1600.

7 Ac tum quia objectio procederet, quoties ex remedio ordinario redditionis rationum mens S. Concilii Tridentini plenè adimpleri posset, ut scilicet consuleretur indemnitati Confraternitatum; at ubi mens Concilii non adimpletur, sed potius destruitur, ut experimentis constat, tunc remedium ordinarium non excludit extraordinarium ad textum *in l. quib. bona §. qui opus*, ibique Glos. *v. cavere de damn. infect.* Rota *dec. 315. n. 54. p. 2. rec.* Nam experientia morborum nos cogit invenire medicinas, ut ait Jo. Monach. *in c. cum sit n. 3. d. elect.* & in specie quod ordinarius Ecclesiasticus, ultra redditionem rationum, possit in visitatione locorum piorum decernere quicquid consentaneum judicaverit bono regimini Confraternitatum, respondit S. Congregatio Concilii in Montis Marani 19. Julii 1609. & in Anconitana 2. Februarii 1572.

Parum enim interesset pauperibus, quod Confraternitates visitentur ab Episcopis, & rationes reddantur, si postea ob fraudes, & machinationes in electione administratorum commissas, bona Confraternitatum, quæ ad eorum manus pervenerunt consequi non valeant. Non enim dici possunt rationes sufficienter redditæ, nec mens Concilii adimpleta, nisi cum restitutione reliquatus, & erogatione redituum, qui in causam piam sunt destinati, *l. cum servus in fin.* ibique Glos. & Doctores *ff. de condict. & demonst.* ac Rota coram Caval. *dec. 225. n. 4.* & Gregor. *dec. 554. n. 2.* Quantum autem reliquatores isti fraudis habeant, quantum detrimenti afferant locis piis, utinam non expertus essem cum Commissarii, & Promotoris Fiscalis S. Visitationis Apostolicæ 20. annorum spatio ubique gentium, ac terrarum munus obirem.

CONSULTATIO CXXIX.

1. *Quænam privilegia, indulta, exemptiones, & concordiæ sublata sint à Concilio Tridentino c. 20. in fine sess. 24. de reform. & cap. 6. sess. 25.?*
2. *Quænam dicantur concordiæ confirmatæ ex certa scientia, & cum causæ cognitione? Ubi ad hæc S. Congregationis Concilii declarationes. Et*
3. *Qua ratione se gerere debet Episcopus quoad visitationem Capitulorum exemptorum? ibique de hujusmodi exemptionibus, & concordiis.*

AD primum non esse sublata privilegia, indulta, exemptiones, & concordias per Sedem Apostolicam confirmata, videtur probari ex eodem *cap. 20.* S. Concilii. Primò, quia loquitur de privilegiis, indultis, & concordiis, quæ suos tantum teneant auctores, atque adeò non de confirmatis, quorum natura est, ut omnes indistinctæ ligent propter auctoritatem Sedis Apostolicæ. Ideòque de his non sentit Concilium, nec illas revocare voluit, cum verbis dispositionis non comprehendantur, ut in terminis Concilii *c. 6. sess. 25. de reform.* est decisio Seraph. 748. *n. 3.* Præsertim quia quando Patres derogare voluerunt confirmationibus Apostolicis, illud utique in specie fecerunt, non contenti clausulis generalibus, *ut in c. 3. sess. 22. c. 14. sess. 14. & cap. 11. sess. 25. de reform.* 1

Deinde quia Concilium *d. cap. 20.* reservavit immemorabilem. Ergo multò magis privilegium exemptionis, ac indultum, per Sedem Apostolicam confirmatum. Nam majorem vim habet, majorisque efficaciæ est expressus consensus Principis, quàm immemorabilis, quæ ex sola conniventia, vel negligentia induci potuit, & regulariter plus operatur expressus consensus, quam tacitus, Abb. *in c. dilecti not. ab. 3. de for. comp.* & declarat Natta *cons. 522. n. 13.* Et ideò plus est præsumendum pro confirmatione Apostolica, quàm pro observantia immemorabili. 2

Et tum quia in materia derogationum, si plura obstant, de omnibus facienda est mentio, alioquin, uno sublato, restat aliud impedimentum, Felin. *in c. postulasti n. 2. de rescript.* 3

Ac postremò, quia in actu confirmato adest duplex vinculum, quod arctius ligat. Atque idcircò actus confirmatus non venit in generali sermone, Glossa *in Clem. Dudum, v. pacto de sepult.* & sub casu simplici non comprehenditur mixtus ad notata *in l. 2. de verb. oblig.* Eoque magis, quia materia derogationis, quæ tollit jus alteri quæsitum ex privilegio, vel consuetudine est odiosa, Seraph. *dec. 30. n. 20.* 4

Et ita declaravit S. Congregatio Concilii. Cùm enim ex concordia, à Sede Apostolica confirmata, Capitulum Burgense habuerit jurisdictionem criminalem in personas Ecclesiasticas, consulta est Congregatio, An decre- 5

decretum Concilii *c. 6. sess. 25.* hujusmodi concordias sustulerit? Congregatio Concilii alias censuit, Concordias à Sede Apostolica confirmatas, Concilium non sustulisse ex decreto *cap. 6. sess. 25.*

6 Ad secundum. Proposita declarationè S. Congregationis, qua declaratum est, concordias à Sede Apostolica confirmatas ex certa scientia, & cum causæ cognitione non esse sublatas decreto *c. 20. sess. 24.* & concordia inita inter Episcopum, & Archidiaconum Tullensem. Item ejus confirmatione, quæ emanaverat ad supplicationem solius Archidiaconi cum clausula, *supplentes, & quorum tenores*, expressis in ea privilegiis, ac juribus, quibus erat concordia, sed tenore ipsius concordiæ non expresso, fuit dubitatum, an hujusmodi concordia esset confirmata ex certa scientia, & cum causæ cognitione?

7 Sacra Congregatio die 25. Julii 1592. censuit, hujusmodi concordiam non esse confirmatam ex certa scientia, & cum causæ cognitione, & consequenter quoad causas criminales, & matrimoniales esse revocatam decreto Concilii *c. 20. §. Ad hæc*, & propterea Archid. non licere hujusmodi jurisdictione de cætero uti, sed eam totam, & integram Episcopo Tullensi relinquendam esse.

8 Et quoad tertium statuit Sancta Synodus Tridentina *d. c. 6. sess. 25.* ut in omnibus Ecclesiis Cathedralibus, & collegiatis decretum sub fel. rec. Pauli III. quod incipit, *Capitula Cathedralium sess. 6. c. 4. de ref.* observetur non solum, quando Episcopus visitaverit, sed quoties ex officio, vel ad petitionem alicujus contra aliquem ex contentis in dicto decreto, procedat, ita tamen, ut cum extra visitationem processerit, infrascripta omnia locum habeant.

9 His igitur verbis innovatur *c. 4. sess. 6. de ref.* Et advertendum hic S. Congregationem communi voto respondisse, hoc decretum comprehendere non solum Capitula exempta, sed etiam omnia alia prætendentia, se posse tueri non modo adversus visitationem, ut *in d. c. 4.* sed etiam adversus ea, quæ *in eodem c.* disponuntur, quæ agenda sunt extra visitationem, sive vigore privilegiorum, etiam ex fundatione competentium, nec consuetudinum, & innumerabilium sententiarum, indultorum, sententiarum, concordiarum, quæ tantum suos obligant auctores. Advertendum itidem, quod dum quæsitum fuisset, An Ecclesia post Concilium in Cathedralem erecta, quæ ante erectionem erat exempta, comprehenderetur sub dispositione hujus Capituli, fuisse responsum, comprehendi.

10 An autem hujusmodi dispositio, Episcopus procedat in visitatione sine adjunctis, extra visitationem verò cum adjunctis, ut hic, limitanda sit ut non procedat, cum extra visitationem Episcopus punit, tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, ut *d. c. 4.* Repugnat enim esse delegatum Sedis Apostolicæ, & procedere cum adjunctis. Ex S. Congregatione dicendum, non esse limitandum, sed habere locum etiam quando Episcopus procedit, ut delegatus Sedis Apostolicæ.

11 Meritò igitur hæc omnia in supradictis Ecclesiis locum habent. Cum enim Concilium voluerit omnia, quoad fieri potuit, ad regulas juris veteris reducere, sublatis omnibus abusibus, qui ex privilegiorum concessione, & consuetudinibus emanabant, & dies magis, ac magis augebantur, moderationem in exercenda jurisdictione Episcopis in Capitulares posuit, cum de jure communi causam criminalem Episcopus, qui solus Ordinarius est, cognoscere debeat, *can. de persona 11. quæst. 1.* etsi ea, quæ tantum tale jus servare debent, multum essent incommodi, ac dispendii in corrigendis subditorum excessibus, Episcopus in inquirendo, puniendo, corrigendo subditorum excessus sui Capituli consilium requirere teneatur *c. 3. de Constit. l. 6. c. novit, c. quando de his, quæ fiunt à Præl.* in præsentia etiam illorum Episcopus tenetur causam audire, ac sententiam suam formare, *can. Episcopus 15. quæst. 7. can. si quid d. 86. c. qualiter, & quando de accus. &c. licet de simon.* Alias irrita est sententia, & Glossa *in c. irrefragabili de for. comp.* Ostien. *in sum. eod. tit.* & Glossa *in c. 3. de consuet.* Hoc autem consilium assensus appellatur, *cap. quæ sicut, de his, quæ fiunt à mai. par. Cap.* Aliquando etiam dicitur Judicium, *c. 1. de excess. Prælat.*

Videlicet, ut Capitulum initio cujuslibet anni eligat 12
ex Capitulo duos, de quorum consilio, & assensu Episcopus, vel ejus Vicarius, tam in formando processum, quàm in cæteris omnibus actibus usque ad finem causæ inclusivè, coram notario tamen ipsius Episcopi, & in ejus domo, aut consueto tribunali procedere teneatur. Unum autem tantum sit utriusque votum, possitque alter Episcopo accedere. Quod si ambò ab Episcopo discordes in aliquo actu, seu interlocutoria, vel definitiva sententia fuerint, tunc intra sex dierum spatium cum Episcopo tertium eligant; Et si in Electione tertii etiam discordent, ad viciniorem Episcopum electio devolvatur, & juxta eam partem, cum qua tertius conveniet, articulus, in quo erat discordia, terminetur, alias processus, & inde secuta nulla sint, nulloque producant juris effectus.

Hic agitur de electione adjunctorum, qui cum Epis- 13
copo contra Capitulares procedere debent. Qua electione non servata, Episcopus solus ex Congregatione procedere poterit. Partes verò Episcopi erunt, si in principio anni Capitulum non elegerit, Capitulares admonere, se solum eam jurisdictionem exercitaturum. Non tamen tenetur dimittere electionem post id temporis factam. Et advertendum ex S. Congregatione, illos adjunctos posse de novo eligi, qui anno superiori fuerunt electi.

Sed quid, si universum Capitulum deliquerit? Per- 14
tinebit ne ad alium Superiorem facultas contra Capitulum, an verò de consensu, & assensu horum duorum deputatorum Episcopus cognoscet? Et S. Congregatio respondit, pertinere ad Episcopum, & posse illum procedere sine adjunctis, ac si delictum sit in contemptum, vel contra ipsum Episcopum, tunc facultas procedendi contra Capitulares devolvitur ad Metropolitanum.

De quorum consilio. Ex quo dixit S. Congregatio di- 15
ctos Adjunctos esse Conjudices cum Episcopo, ac proinde in casibus, in quibus tenetur Episcopus ex hoc decreto, habere eorum consensum, nullamque in Adjunctis Episcopus, sive Vicarius auctoritatem habebit, & sicuti non poterunt Adjuncti per se solos aliquid decernere, aut pœnas aliquas infligere, vel *censuras* fulminare, ita neque Episcopus seu Vicarius ipse sine Adjunctis. Addiditque eadem S. Congregatio, nullam fuisse à Concilio tributam jurisdictionem *Adjunctis* ab Episcopo sejunctis, decretaque ordinatione, actus omnes, & sententias in casibus hujusmodi decreti debere sub nomine Episcopi, & Adjunctorum peræquè exprimendo, videlicet Episcopum ita decrevisse de consilio, & assensu Adjunctorum. Et hoc, quia æquum est ea, quæ communi consensu fuerunt decreta, communi pariter nomine exequi, & promulgari, & mandata relaxari. 16

Quod si Episcopus, & adjuncti inter se dissentiant, 16
dissensio erit à Notario conscribenda, & monumentis publicis demandanda, ut, constito de hujusmodi dissensione, tertius, prout supra præcipitur, legitimè eligi possit. Si verò Adjuncti requisiti ab Episcopo procedere negligant, vel recusent, facultas procedendi ex S. Congregatione non devolvitur ad Episcopum. E contra si Episcopus requisitus ab Adjunctis negligat, vel recuset, facultas non revolvitur ad Adjunctos, ita ut, absque Episcopo procedere valeant, sed in his casibus adeundus erit Metropolitanus, etsi Ecclesia ipsa fuerit Metropolitana, adeunda erit Sedes Apostolica, ut compellat recusantem, vel negligentem procedere.

Neque erit distinguendum, an Capitularis intra 17
Corpus Ecclesiæ, vel in loco extra civitatem, puta sui beneficii, deliquerit ita, ut ex hoc Canonici soli privativè ad Episcopum, & ejus provisorem, procedere

valeant, & in his casibus servanda non est hujus decreti dispositio. Quia cum Concilium non distinxerit, nec nos distinguere debemus.

18 Porrò Episcopus ad privationem ex eo, quod ordines eorum præbendis annexos, non susceperint, vel quod non residerint, absque Adjunctis procedere non poterit, benè poterit ad alias pœnas, vel mulctas, ob non residentiam solus procedere.

19 Et cum quæreretur, an de Adjunctorum consilio; & assensu in judiciis, in quibus ipsi una cum Episcopo procedere debent, fiscalis esset eligendus? Responsum, fiscalis quidem electionem ad solum Episcopum pertinere, ipsumque fiscalem Episcopo simul, & Adjunctis parere teneri. Idque dicendum est de Notario.

20 Idem cùm quæreretur, an Episcopus in publicandis edictis contra scientes, & non revelantes concubinarios, & usurarios, tam Clericos, quàm laicos de consilio, & assensu Adjunctorum procedere teneatur? Prætendebant enim quidam Canonici ex eo, quod Episcopus publicaverat edicta, Adjunctorum consilium, & assensum requiri inclusivè. Ergo & remissio suspensionis ad Adjunctos etiam pertinebit. Sicut enim ipsi, & Episcopus eam induxerunt, ita utique remittent. Non item in aliis pœnis, seu pœnitentiis ab utrisque lata sententia impositis, cum ex quo Adjuncti pronunciarunt pro justitia, munus suum obiverunt ac propterea gratia à solo Episcopo erit concedenda. Et notandum est, pecunias, & mulctas, quæ Capitularibus imponuntur, locis piis tantum ex S. Congregatione esse applicandas.

21 Quod verò ad Notarium, is debet esse dumtaxat Episcopi, qui poterit esse laicus, cui tamen, nec Episcopus, neque Adjuncti poterunt, ne protestationes partis accipiat. Excluso ergo prorsus Notario Capituli, acta judiciaria, tam in correctionibus, & punitionibus, quàm in visitationibus ab ipso Episcopi Notario peragenda erunt. Debet tamen hic Notarius *Adjunctis* ostendere processum, cùm petunt, sed non conceditur *Adjunctis*, processum retinere sine notarii præsentia. Et cum quæreretur, an ad Episcopum pertineret deputatio notarii subrogandi in locum notarii à se electi, si ille ab altera ex partibus, suspectus fuerit recusatus? S. Congregatio respondit, itidem ad Episcopum pertinere.

22 Poteritque Vicarius Episcopi, etiam dum unà cum Adjunctis procedit, eligere pro tribunali, vel domum Episcopi, vel consuetum tribunal, vel alium locum, in quem consuevit ex concordia, à Sede Apostolica confirmata, conveniri, dummodo dictus locus sit extra Corpus Ecclesiæ, & Claustrum, Corpus Ecclesiæ non intelligitur.

23 *Tertium eligant*, scilicet Canonicum ejusdem Capituli, non autem quempiam alium, qui sit tamen in dignitate constitutus, & electus tenetur jurare, se justitiam administraturum. De quo vide integram Consultationem nostram in aliis tomis.

24 Subdit Concilium: *In Criminalibus tamen ex incontinentia provenientibus, de qua in decreto de concubinariis, & in atrocioribus delictis, depositionem, aut degradationem requirentibus, ubi de fuga timetur, ne judicium eludatur, & ideò opus sit personali detentione, possit initio solus Episcopus ad summariam informationem, & necessariam detentionem procedere, servato tamen in reliquis ordine præmisso. In omnibus autem casibus ea ratio habeatur, ut juxta qualitatem delicti, ac personarum delinquentes ii ipsi in loco decenti custodiantur.*

25 His verbis ponitur exceptio, quando Episcopus solus in principio Inquisitionis procedere possit. In quibus criminibus, quando de fuga timetur, poterit Episcopus ad institutionem summariam, & informationem procedere, ut in textu, etiam absque monitione, & alia forma *c. 14. ejusdem sess 25.* Et hoc quia *in dicto c.* dicitur, qui puniantur secundum Canones, qui dant arbitrium Episcopo, & absque monitione. Et quia ibi etiam non præcipitur, quod ante moneantur, sed dicitur, quod si moniti &c.

Episcopis præterea ubique is honor tribuatur, qui eo- 26
rum dignitati par est, eisque in choro, & in Capitulo, in processionibus, & aliis actibus publicis sit prima sedes & locus, quem ipsi elegerint, & præcipua omnium rerum agendarum auctoritas. Quod si aliquid Canonicis ad deliberandum proponant, nec de re ad suum, vel suorum commodum spectante *agatur*, Episcopi ipsi Capitulum convocent, vota exquirant, & juxta ea *concludant*.

In his verbis agitur de honore, qui Episcopo præ- 27
stari debet. In processionibus autem, quas solus Episcopus cum consilio Capituli decernet, & dicet quò, & quà ducendæ, agendæ ac peragendæ sint. Idem etiam dicendum de nominandis *Ecclesiis*, ad quas *dictæ* processiones accedere debent. Hoc autem intellexit S. Congregatio de processionibus dumtaxat publicis, non autem privatis. Privatas autem intelligimus, in quibus Clerici non vocantur, sed à Capitularibus, & à Clericis Cathedralis Ecclesiæ ob aliquas tantum privatas Ecclesiæ causas fiunt. Postòque diximus de Episcopo, eadem, illo absente, exequi poterit Episcopi Vicarius generalis.

Prima Sedes, can. quamvis d. 95. & Concilium Car- 28
thag. 4. *c* 35. Hinc Archiepiscopo in Ecclesia propria Sedem Archiepiscopalem non habenti, unde in Sede alicujus dignitatis, vel Canonici sedere consueverat, licere, dixit S. Congregatio eligere, ac stabilire sibi Sedem propriam in Choro, illam, nempè, in quam tam ipse, quàm ejus prædecessores hactenus sedere consueverant, illamque collocare, aptare, ornare, & ad eam altitudinem erigere, in qua Archiepiscoporum Sedes in aliis vicinis Ecclesiis Metropolitanis constitutæ sunt. In tali autem Sede pro Archiepiscopo deputata dictum fuit, non licere in posterum Decano, aut alteri dignitati, nec aliis, etiam Missam, aut Vesperas solemniter celebranti, absente Episcopo, sedere. Decano tamen post Archiepiscopalem reservanda erit prima Sedes.

Suorum commodum. Quod intelligendum ex Sacra 29
Congregatione, quando agitur de re, quæ privatim ad Episcopum, tanquam Episcopum, pertinet, secus si de re spectante ad ipsius officium, jurisdictionem, dignitatem Ecclesiasticam, ac regimen; secus etiam si concernat Ecclesiam, vel si agatur qualiter Episcopo solemniter celebranti sit inserviendum, vel si de statu universali Ecclesiæ suæ tractetur.

Convocet, non in domum suam, sed in aulam Capi- 30
tularem, in qua antea semper consuevit Capitulum convocari. Neque Episcopus ex hoc, quod Capitulum convocat, proponit, vota exquirit, & ea, quæ decernuntur, concludit, votum habet in Capitulo. Dicta autem omnia potest Episcopus, si agat cum Canonicis de re, quæ ad suum, suorumque commodum non spectet.

Absente verò Episcopo, omnino hoc ab iis de Capitulo, 31
ad quos hoc de jure, vel consuetudine spectat, perficiatur, nec ad id Vicarius Episcopi admittatur. Cæteris autem in rebus Capituli jurisdictio, & potestas, si qua ei competit, & bonorum administratio salva, & intacta omnino relinquatur. Qui verò non obtinent dignitates, nec sunt de Capitulo, ii omnes in causis Ecclesiasticis Episcopo *subjiciantur*.

Episcopo igitur absente, facultas decernendi ea, quæ 32
in superiori parte dicta sunt, ad Capitulum spectare dicitur. Et quod dicitur de Vicario, id non procedit, si talis facultas ei ante Concilium ex Constitutionibus, aut consuetudine, aut alio quocunque jure, legitimè competat, præsertim si ipsum Capitulum nullo exemptionis, aut speciali jure meatur adversus omnimodam Episcopi jurisdictionem. In his tamen casibus, in quibus agendum est in Capitulo de re spectante ad Episcopum, sive suorum commodum, S. Congregatio censuit, ut nec ejus Vicarius interfit.

Nec sunt de Capitulo, hi sunt, qui in eisdem Ecclesiis 33
officia,

officia, vel simplicia beneficia Ecclesiastica obtinent, ac prædictis Ecclesiis, & Capitulis in divinis, seu aliis ministeriis famulantur, sivè sub Capitulis, sive extra illa degant. Nam aliud est, esse de Capitulo, & aliud sub Capitulo. Unde nec portiones, quæ interveniunt in actibus Capitularibus certis quibusdam diebus, ipsis assignatas, nec illi, qui participes sunt mensæ Capitularis Ecclesiæ, Capitulum ingrediuntur ad consentiendum, vel contradicendum negociis ad Ecclesiæ res, & bona pertinentibus, & aliis, quæ gratiam concernunt, de Capitulo dicuntur. Nam, & si hæc omnia in Capitulo præstant, vocem tamen soli Canonici habent. Item nec de Capitulo dicuntur ii, qui in electione deputatorum juxta formam hujus Decreti, & in electione officialium, Sede vacante se immiscent eo, quod ex consuetudine in iis, quæ tangunt administrationem bonorum Ecclesiæ, ac mensæ Capitularis habentur pro Capitularibus. Demum nec qui solam vocem in Capitulo habent, de Capitulo dicuntur.

34 *Non obstantibus*, quoad supradicta, privilegiis etiam ex fundatione competentibus, nec non consuetudinibus, etiam immemorabilibus, sententiis, juramentis, concordiis, quæ tantùm suos obligent auctores, salvis tamen in omnibus, privilegiis, quæ Universitatibus studiorum generalium, seu earum personis, sunt concessa. Hæc autem omnia, & singula in eis Ecclesiis locum non habent, in quibus Episcopi, aut eorum Vicarii ex Constitutionibus, vel privilegiis, aut consuetudinibus, sive concordiis, seu quocunque alio jure majorem habent potestatem, auctoritatem, ac jurisdictionem, quam præsenti decreto sit *comprehensum quibus Sancta Synodus derogare non intendit.*

35 Hæc est ultima pars, in qua ponuntur, quoad ea, quæ dicta sunt, derogationes privilegiorum. Non obstantibus consuetudinibus, etiam immemorabilibus. Consuetudo visitandi cum duobus adjunctis à Capitulo, licet non sit sublata *in c. 4. sess. 6.* Sublata tamen censetur in hoc decreto, ubi ad totum, quod dictum est, refertur. Addo, quod derogatio immemorabilis cum illa dictione universali ad supradicta, quæ ponuntur, hic refertur ad omnia superiùs dicta, & sic ad relatum *c. 4. sess. 6.*

36 Juramentis etiam. Vnde non teneri Episcopum, dixit S. Congregatio stare juramento de observandis statutis Canonicorum, si statuendum sit contra hoc Capitulum, quando Episcopus juravit, & excepit decreta Concilii, quibus non intendebat derogare. Nec obstat decisio Rotæ in Palentina, qua declaravit, *Episcopum* Palentinum, qui simpliciter juraverat servare statuta Capituli, teneri ad observantiam illius statuti, quo prohibebatur *Episcopo*, ne adversus Capitulares procedere posset sine consensu totius Capituli, vel majoris partis. Quia ibi, ut apparet, *Episcopus* juravit simpliciter, & non excepit decreta Concilii. At hodie per Constitutionem Gregorii XIII. juramentum contra decreta Concilii non valet.

37 *Concordiis*, S. Congregatio censuit decreto *c. 4. sess. 6. & c. 6. sess.* 25. concordias confirmatas à Sede Apostolica non comprehendi. Et, stante hac declaratione Congregationis, quærenti, an intelligantur præservatæ concordiæ in forma communi, an verò illæ tantum, quæ emanarunt ex certa scientia, & cum causæ cognitione, S. Congregatio respondit die 13. Novembris 1586. intelligi illas tantum confirmationes præservatas in decretis Concilii, quæ emanarunt ex certa scientia, & cum causæ cognitione.

38 *Quæ tantum suos obligent auctores.* Videtur S. Congregatio Concilii sensisse, hæc verba referri ad Concordias, & non ad juramenta. Unde Gregorius XIII. in sua Constitutione, quæ incipit, *Inter* sub anno 1584. sic loquitur: *decernentes, eos, qui talia juramenta, scilicet contra decreta Concilii Tridentini, scienter præstiterint, usu, & commodo rei, & gratiæ, cujus causa juraverint privatos esse; allos verò ignorantes ad præstitorum juramentorum hujusmodi observationem minimè teneri, nec non irritum, & inane quicquid secus per quoscunque, scienter, vel ignoranter attentatum esse haclenus, & deinceps contigerit attentari. Consuetudinibus, ut c. 4. de consuet. in 6.* ubi valet consuetudo præcepta contra jus commune, qua Episcopus in corrigendo, puniendo subditorum excessus consilium sui Capituli requirere renetur.

Sed, an stante hoc decreto Concilii *c.6. sess.25. de ref.* 39
contra Coadjutores Canonicorum, possit Episcopus procedere solus sine Adjunctis, sive Conjudicibus?

Videtur negativè respondendum, dummodo Capi- 40
tulum sit exemptum. Nam ubi Capitulum non est exemptum, Episcopus solus procedit, ut colligitur ex verbis *d.c. 6.* & censuit Rota *div. dec.* 205. *p.* 2. Cum enim Concilium loquatur de causis Canonicorum, atque etiam de causis eorum, qui sunt de Capitulo, ideò comprehendit etiam Coadjutores Canonicorum. Quia ipsi etiam sunt de Capitulo, sicut Coadjutor Prælati est Prælatus, *c. de rectoribus*, ibique Glos. & Doctores *de Cler. agros.*

Sed quoniam Coadjutoris potestas pendet ex tenore 41
literarum, & facultatibus in illis datis, idcirco literarum tenor est inspiciendus. Jo. Andr. *in c. fin. n.* 8. *de Cler. non resid.* Gonzal. *ad reg.* 8. *glos.* 5. §. 9. *n.* 94. In literis autem Coadjutoriæ regulariter cavetur, quod Coadjutor, Coadjuto, absente, voce, & loco Coadjuti, uti Canonicus eidem Ecclesiæ deservire, stallum que in choro, & locum, ac vocem in Capitulo habere debeat. Vnde colligitur, quod Coadjutor Canonici censeri debet Canonicus, quia inservit Ecclesiæ loco Coadjuti. Quando igitur inchoatur processus contra Coadjutorem, qui est tunc in servitio, licet post inchoatum processum non inserviret, tamen Episcopus debet procedere cum Adjunctis. Similiter, si tempore inchoati processus, & tempore informationis non inserviebat, sed inserviebat tempore Capturæ; tunc procedendum est cum Adjunctis.

Quod si utroque tempore assumptæ informationis, & 42
Capturæ non inserviret, tunc non reputaretur uti Canonicus, sed uti Clericus, & contra eum procederetur sine Adjunctis, ut declarat Garz. *de benef. p.* 4. *c.* 5. *d. n.* 91. ubi sub *n.* 54. adducit tenorem facultatum Coadjutoriæ.

Hac in re ita censeo: Episcopus tenetur procedere 43
cum Adjunctis, etiam contra Coadjutorem Canonici, si ex forma Coadjutoriæ colligatur, ipsi Coadjutori concessa fuisse omnia privilegia, quæ habent Canonici. Et ita etiam censuit S. Congregatio Concilii. Nam Coadjutor cum futura successione non dicitur Canonicus, neque habet jus in Canonicatu, sed ad Canonicatum, Navar. *in c. si quando de rescript. & in c. 2. de hor. canon.* Vnde cum non sit Canonicus, non est Capitularis, cum de jure communi Canonici tantum dicantur Capitulares, *cap. novit. & cap. Quanto de his quæ fiunt à Præl.* Abb. *in cap. auditis n. 3. de elect.* Felin. *in procem. decretal.* ac Vetal. *dec.* 290.

Effata super *d. c. 4. sess. 6.* & super *c. 6. sess.* 25. De- 44
cretum *d. c.* 4. ita procedit, ut non obstent privilegia ex fundatione competentia, neque consuetudo immemorabilis, S. Congregatio Concilii in Cremonen. 15. Maii 1574.

In Saguntina. Episcopus poterit in visitatione per- 45
sonarum sui Capituli assumere Adjunctos in actu visitationis, quos voluerit, etiam extra gremium Capituli, eadem S. Congregatio.

In Palentina, Episcopus Ecclesias exemptas per se 46
ipsum visitare tenetur ex *d. decreto c. 4. sess. 6.* non autem per suum Vicarium generalem, sed benè per ipsum ex decreto 3. *sess.* 24. quod procedit in non exemptis, cad. S. Congr. 20. Augusti 1574.

Decretum *d. c. 4. sess. 6.* quod mentionem tantum fa- 47
cit de Cathedralibus, aliisq; majoribus Ecclesiis, Collegiatarum quoq; & aliarum Capitula omnino comprehendit, ut *in d. c. 6. sess.* 25. expresse tactum est, eadem S. Congregatio in Boscoducen. Kal. Aprilis 1570. Vnde cum dubitaretur, an *in d. c. 4. sess. 6.* subesset error typographi, cùm *c. 6. sess.* 25. *ad d. c.* 4. referatur, in eo

autem nulla, ut hic, fit mentio de majoribus Ecclesiis, quæ supra Episcopales consueverunt intelligi, sed de Cathedralibus, & Collegiatis. Respondit S. Congregatio, subesse errorem, & majores *in d. c. 4. sess. 6.* intelligendas Collegiatas, quas expressit in genere.

48 In Segobien. Portionarii, aliique beneficiati, Sacerdotesque ejusdem Ecclesiæ Cathedralis exemptæ, qui Canonici non sunt, nec vocem habent in Capitulo, Episcopo subjacent, ac etiam extra visitationem corrigi, puniri, & mulctari possunt.

CONSULTATIO CXXX.

An Cantori Capellæ Pontificiæ debeantur in absentia fructus sui Canonicatus?

1 Respondeo, deberi fructus Canonicatus, & præbendæ, non autem distributiones juxta distinctionem textus *in c. cum dilectus de Cler. non resid.* Quod ad fructus ratio est, quia Cantores Capellæ Pontificiæ sunt veri familiares Papæ juxtà Constitutionem Sixti V. editam anno 1586. §. 3. quæ habetur in novo Bullario *tom.* 2. fuitque postea confirmata à Paulo V. Quod antea dixerat Rota apud Guidobon. *dec.* 183. Unde intrat dispositio *d. c. cum dilectus de percipiendis fructib. in absentia*, Zubarell. *cons.* 44. Moneta *de distrib. p. 2. quæst. 9 n.* 10. Garz. *de benef. p. 3. c. 2. nn.* 383. ac declaravit S. Congregatio Concilii in substituto Diaconi; & Subdiaconi ejusdem Capellæ, & sic in casu magis dubitabili. Accedit, quod aliàs familiares Episcopi essent melioris conditionis, qui dum inserviunt Episcopo, faciunt fructus suos; *c. de cætero, & c. ad audientiam de Cler. non resid.*

2 Non obstat, quòd Cantores prædicti non videantur esse veri familiares, ex quo Constituitio Sixti V. dicit, ut tales esse censeantur. Aliud enim est, quod quis sit verus familiaris aliud quod habeatur pro tali, ad tradita per Gonz. *ad reg.* 8. *glos.* 43. *n.* 18. Rota *dec.* 88. *n.* 3. *p.* 1. *recent.*

3 Nam in illis ad effectum, de quo agitur, concurrunt requisita veræ familiaritatis, nempè destinatio ad certum servitium, mens, ac dens, Rota *in recen. dec.* 584. *n.* 3 *p.* 1. Nam actu inserviunt Papæ in divinis officiis, & recipiunt portionem panis, & vini: concurritque mens, ut ex verbis Constitutionis prædictæ perspicuè patet, ibi: *Tam ipsi, quam alii pro tempore existentes Cantores Capellani sint, & esse censeantur, prout hactenus semper fuerunt, nostri, & pro tempore existentis Romani Pontificis, veri, & indubitati familiares continui commensales, ac solitam portionem panis, & vini &c.* Ex quibus liquet, quod isti non sunt familiares per privilegium, & fictionem, sed veri, & indubitati, & tollitur omnis difficultas ex clausula *sublata* cum decreto irritante, ut per Rot. *dec.* 461. *p.* 1. *rec.*

4 Minus obstat, quod recipiant salarium. Nam id non excludit verum servitium, & obsequium Papæ, cum etiam alii familiares Pontificis, ut sunt cubicularii, illud recipiant, & nihilominus fructus in absentia lucrantur, Garz. *loc. cit.*

5 Pariter non obstat, quod sic Protonotarii non participantes, aliique innumeri, habentes officia in Romana Curia, in quorum erectione disponitur, ut habeantur pro veris familiaribus, possent prætendere exemptionem à residentia ad effectum lucrandi fructus vigore dicti *c. cum dilectus.* Nam ille textus præter familiaritatem requirit obsequium circa personam Pontificis ibi: *in nostro servitio commorantes, & Qui circa nos se obsequiales exhibent.* Quod quidem in illis non concurrit.

6 Præterea non obstat, quod in eodem textu requiratur, ut familiares Papæ ad effectum lucrandi fructus, debeant inservire universæ Ecclesiæ, ibi: *Se obsequiales exhibeant universis.* Quia existentes in servitio Papæ verè dicuntur universali Ecclesiæ inservire, Panormit. *ad d. cap. cum dilectus num.* 2.

7 Denique non obstat, quod dispositio *d. c. cum dilectus* videatur correcta per S. Concilium Tridentinum *sess.* 24. *c.* 12. *de ref.* Quia contrarium est verius, ut per Navar. *cons.* 1. *ac* 2. *de Cler. non resid.* Garz. *ibid. n.* 346. & declaravit sæpiùs eadem S. Congregatio Concilii, de quo alibi.

8 Quod verò ad distributiones, ratio est, quia, ut illas quis lucretur, requiritur non solum præsentia, sed etiam interessentia; ideoque familiaribus Papæ, qui solum habentur pro præsentibus, non debentur, Abb. *in d. c. cum dilectus n.* 5. Navar. *loc. cit.* Garz. *ubi supra nu.* 385. ac Rota in Illerden distributionum 2. Junii 1598. coram Gypsio, & in Barbastren. Canonicatus 26. Junii 1626. coram Durano.

CONSULTATIO CXXXI.

An Canonicus, non Sacerdos, Coadjutus in Ecclesia, in qua, ut quis percipiat fructus, & distributiones Canonicatus, requiritur per illius statutum Ordo Sacerdotalis, possit illos percipere, si ejus Coadjutor habeat omnes qualitates à dicto statuto requisitas? Vbi quid si Coadjutor ægrotet, atque ita Ecclesia careat tam Coadjutoris, quàm Coadjuti servitio? An scilicet tempore infirmitatis Coadjutoris, Coadjutus, si habilis est, teneatur inservire?

1 Et affirmativè respondendum censeo. Verba Coadjutoriæ solent esse hujusmodi: *In quod officio Coadjutoria hujusmodi durante, Coadjutor omnes fructus, proventus, & distributiones, & alia quæcunque ad præbendam, & Canonicatum pertinentia, & lucri fieri soliti pro Coadjuto, & ad ejus commodum lucrari valeat, ac stallum in Choro, & si, vel postquam sacris Ordinibus initiatus fuerit, vocem in Capitulo, processionibus, aliisque omnibus actibus Capitularibus ejusdem Ecclesiæ habere, ac omnibus, & singulis honoribus, oneribus, ac omnibus iis, quibus ipse Coadjutus de præsenti gaudere liberè, ac licitè posset idem Coadjutor in omnibus, & per omnia, perindè ac si dictus Coadjutus præsens existeret, ás dicta Ecclesiæ in divinis deserviret, & propria residentia ipsius Coadjuti in omnibus, & per omnia absque aliqua prorsus differentia haberetur, ac reputetur.*

2 Dum igitur Coadjutor est Presbyter, & inservit Ecclesiæ juxtà formam statuti, debet gaudere fructibus, distributionibus, ac voce Capitulari, ac omnibus iis, quibus Coadjutus gauderet, si præsens esset, ac in divinis inserviret. Unde cum Coadjutus non possit esse præsens, cum non sit presbyter, nec possit in divinis Ecclesiæ inservire, rectè infertur, quod hisce impedimentis Summus Pontifex voluerit supplere per concessionem Coadjutoris, qui dum habet qualitates requisitas, debet prædictis omnibus gaudere; satis enim videtur adesse servitium in divinis, cum peræque à Coadjutore fit, quod fieri deberet à Coadjuto, si presbyter esset, sicque defectum qualitatum in Coadjuto non debet obstare Coadjutori, qualitates requisitas habenti. Ideò enim fuit instituta Coadjutoria, ut cultus divinus debitis non fraudaretur servitiis *cap.* 1. *de Cler. ægret. in* 6. *cap. ex parte eod. tit.* Put. *dec.* 226. ac Rota *dec.* 276. *p.* 1. *recent.*

3 Nec obstat statutum Ecclesiæ. Quia satis videtur necessitati Ecclesiæ provisum, dum Canonico non Sacerdoti datur Coadjutor Sacerdos. Alias enim quæ in gratiam Coadjuti fuerunt concessa, retorquerentur in illis odium, Put. *dec.* 98. *l.* 2. & Rota in Salamantina Coadjutoriæ coram Pegna, censeturque satisfactum statuto, etiamsi Coadjutor tempore gratiæ non fuerit ad Sacerdotium promotus, dummodò esset in ætate, ut promoveri valeat ad Ordinem requisitum à statuto, ut per Rot. *dec.* 347. *n.* 3. *p.* 3. *div. & argum. c. licet Can. & c. Com. de elect. in* 6. tradirq; Caputaq. *dec.* 127. *p.* 1. *n.* 2. ubi in terminis statuti ait, prædicta procedere, quamvis eodem statuto caveatur, quod actu sit Sacerd. tempore promotionis propter clausulas derogatorias, Rot. *dec.* 1. *de præb.*

Minus

4 Minus obstat, quod Coadjutor ex persona propria non habeat possessionem Canonicatus, sed illam habeat Coadjutus, & ideò Coadjutor non possit lucrari amplius, quàm lucraretur Coadjutus.

5 Nam ex verbis literarum Coadjutoriæ cessat prorsus hæc difficultas, dum dicitur, quod residentia Coadjutoris habeatur pro residentia Coadjuti. Dum igitur Ecclesia ex persona Coadjutoris percipit debitum servitium, debet & Coadjutus percipere fructus, & distributiones.

6 Minus etiam obstat, quod in eisdem litteris dicatur, quod Coadjutor lucretur omnes fructus, ac distributiones, quo lucraretur Coadjutus, si præsens esset. Unde infertur, quod licet Coadjutus præsens esset, non tamen posset lucrari fructus, cum non sit actu Sacerdos. Eadem ergo ratione non videtur, quod debeat Coadjutor lucrari fructus, licet ipse sit Sacerdos.

7 Quia subsequentia verba litterarum difficultatem tollere videntur. Ait enim Pontifex, quod Coadjutor lucretur omnia, quæ lucraretur Coadjutus, si præsens esset, ac dictæ Ecclesiæ in divinis inserviret. Si ergo Coadjutus esset actu Sacerdos, ac inserviret, certum est, quod lucraretur omnes fructus, ac distributiones. Igitur eosdem fructus, easdemq; distributiones debet lucrari Coadjutor. Nec officit, quod Coadjutus non est Sacerdos, atque adeò non potest inservire. Nam dici pariter posset, non est præsens, ideò non potest interesse. Idcircò enim datur Coadjutor, ut suppleat præsentiam, & inhabilitatem Coadjuti, utque inserviat, ac proinde lucretur omnia, quæ lucraretur Coadjutus, si præsens esset actuque inserviret.

8 Ad secundum negativè. Quia Coadjutus quando ægrotat, vel aliàs legitimè impeditur, haberur pro præsente, atque adeò lucratur fructus, ac distributiones, tanquam si actu inserviret, ut per Gonz. *ad reg.* 8. *glos.* 5. §. 9. *num.* 15. & Garz. *de benef. p.* 4. *c.* 5. *nu.* 8.

CONSULTATIO CXXXII.

An Canonico, qui postquam fuit Canonicatu provisus, Ecclesiæ non inservivit, neque intra bimestre fidei professionem emisit juxtà dispositionem S. Concilii Trid. sess. 24. de reform. c. 12. *& c. un. de Cler. non resid. in* 6. *debeantur fructus, ac distributiones?*

1 Respondeo negativè, idque etiamsi ex justa causa fuisset absens, & ideò non potuerit Ecclesiæ inservire; Quoniam absuit antequam faceret primam residentiam, ut declaravit S. Congregatio Concilii apud Garz. *de benef. par.* 3. *cap.* 3. *num.* 52. Ricciul. *de jur. person. l.* 1. *c.* 16. *n.* 8. Barbos. *de Canon. & dignit. c.* 17. *num.* 33. Antonel. *de regim. Eccl. l.* 3. *c.* 14. *nu.* 114 ac Rota *dec.* 256. *n.* 1. coram Coccino, imò percepti sunt restituendi, non obstante quacunque etiam longi temporis possessione, Barbos. *de offic. & potest. Episcop. alleg.* 61. *nu.* 26. *& de Canon. d. c.* 17. *nu.* 29. *& ad d. c.* 12. *Concilii n.* 32.

2 Ac ita, ut ne licentia quidem concessa à Capitulo cum consensu Ordinarii excuset. Quia nec Episcopus, neq; Capitulum possunt remittere pœnam inflictam à S. Concilio, habilitando absentem, ut fructus suos faciat, quemadmodum in hac spece tradit Garz. *loc. cit. n.* 50. & 52. ubi refert Congregationis declarationes, ac Ricciul. *d. c.* 16. *n.* 7. & 8. Antonel. *d. c.* 14. *n.* 15. Ricc. *in prax. par.* 3. *resol.* 193. & Barbos. *de Canon. d. c.* 17. *n.* 28.

3 Nec possit Capitulum, aut Episcopus eosdem fructus remittere Canonico absenti, ut pluries declaravit S. Congregatio Concilii, teste Rubeo ad *dec.* 576. *n.* 59. *par.* 4. *tom.* 3. *rec.* ac Rota *dec.* 1. *n.* 12. *& seq. d. par.* 4. *tom.* 2. *rec.* Etiam in casu, quo ipsi Capitulo accrescant juxta veriorem, ut per Garz. *ibid. n.* 45. Aut ad illos lucrandum præsentiam dare juxta declarationem S. Congregationis Concilii, de quibus idem Garz. *num.* 50. *cum seqq.* Ricciul. *d. c.* 16. *nu.* 8. Quia regulariter nec Ordinarius, neque Capitulum Concilio derogare possunt, etiam ex causa, ut per Garz. *d. p.* 3. *c.* 2. *n.* 402.

4 Idque præsertim, si licentia fuerit concessa sub conditione, quòd impetretur indultum à Sede Apostolica, vel quatenus de jure. Quod cùm non fuerit impetratum, licentia habetur, tanquam si non esset concessa, Rota *dec.* 277. *num.* 12. *par.* 4. *tom.* 2. *& dec.* 94. *n.* 1. *par.* 6. *rec.* & in specie de hujusmodi licentia concessa à Capitulo, tradit Coccin. *decis.* 108. *n.* 7.

Maximè quia conditio ista indulti Apostolici erat omnino necessaria, & substantialis pro ejus validitate, cùm nonnisi Summus Pontifex possit concedere facultatem percipiendi fructus, ac distributiones in absentia, vel non emissa fidei professione, ut per Antonel. *d. c.* 14. *num.* 15. Garz. *d. c.* 3. *nu.* 54. *&* 74. & Coccin. *d. decis.* 108. *num.* 4. *ac seqq.* 5

Præterea constare debet de legitima causa absentiæ, 6
sine qua certum est, quod eo minus potuit Capitulum concedere, quòd absens lucraretur fructus, & distributiones, Bonac. *de distrib. disp.* 2. *quæst.* 5. *pun.* 5. *num.* 1. Gregor. *dec.* 154. *n.* 1. ibique Add. *n.* 6. Coccin. *ead. dec.* 108. *n.* 4. *& d. dec.* 1. *n.* 13. *par.* 4. *tom.* 2. *rec.* Et quando absentia est ob utilitatem Ecclesiæ, utilitas ista debet esse certa, ac evidens, ut post Monetam, & alios idem Bonac. *loc. cit. pun.* 3. *n.* 5. Rub. *ad el. dec.* 576. *n.* 179. ubi post Prob. ad Monach. meritò reprehendit quosdam Canonicos, qui fingunt pro negotiis Ecclesiæ abesse, ut interim fructus, ac distributiones percipiant, ideòque causa ista non probatur ex simplici assertione Capituli, quòd licentiam concesserit, Rota *d. dec. n.* 20.

Eoque præcipuè si fidei professionem juxta decretum 7
S. Concilii *cap.* 12. *sess.* 24. *de reform.* non emiserit. Quod cum sit facti, comprobandum est. Nec sufficit solus actus professionis, sed etiam est probandum mandatum speciale, sequendo sententiam eorum, qui tenent posse fieri per procuratorem, ut declarat Add. ad Burat. *dec.* 522. *n.* 16. & latè probat Ricciul. *l.* 1. *c.* 13. à *num.* 39. ubi quod, si ille, coram quo Concilium ait esse faciendam fidei professionem, recusat admittere, debet provisus personaliter comparere.

Et licet idem Ricciul. *n.* 33. dicat, mandatum speciale 8
censeri datum eo ipso, quòd datum est ad capiendam possessionem ex regula necessarii antecedentis, allegans decisionem in causa Warmiensi, cui subscribit Barbos. *de Canon. c.* 17. *nu.* 15. non tamen videtur hoc tutum in absente, qui non obtinuerat speciales literas Apostolicas super hujusmodi professione faciendo juxta stylum, quem ad tollendas ambiguitates advertit fuisse introductum, Ricciul. *n.* 36.

Nam regula præfata non videtur habere locum in hoc 9
casu, quo actus professionis de sui natura ex dispositione Concilii necessariò exigit præcedere professionem fidei. Quia professio de sui substantia potest esse, & validè capi sine hujusmodi professione, ad quam etiam Concilium dat terminum duorum mensium, ac proinde, professione non facta, possessio valida remanet ad omnes alios effectus, præterquam lucrandi fructus ex deductis per Barbos. *de Canon. d. c.* 17. *à n.* 30.

Nec ubi agitur de fructibus à die possessionis, usque 10
ad diem, quo Canonicus reversus cupit residere, ac proinde, data etiam professione fidei fructus non debentur, quia non concurrit prima residentia juxta dec. in Overen. mercedis coram Coccino superius citata *n.* 1. quam in specie sequitur Barbos. *de Episcop. alleg.* 61. *num.* 23. ubi ita limitat Conclusionem, quod Canonicus, qui professionem fidei non emiserat, fructus pro duobus mensibus acquirat, ut scilicet procedat, si cœperit residere, secus autem si non fecerit primam residentiam.

Quod multò magis procedit in distributionibus, 11
cùm hæ debeantur ratione residentiæ, & actualis servitii, ut proindè indebitæ sint, etiam absenti ex justa causa, qui non probat, se fuisse solutum residere, maximè quando perciperet salarium à Capitulo pro ejus negotiis agendis, ut per Barbos. *de Canon cap.* 24. *num.* 19.

CON-

CONSULTATIO CXXXIII.

An Parochus, qui reluctans, dissentiens, & contradicens, solaque praesentia interest celebrationi matrimonii eorum testibus contracti, nullo pacto illud autorizans, poenam aliquam incurrat? Ubi decretum S. Concilii Tridentini cap. 1. sess. 24. de ref. matrim. affertur, illustraturque cum suis effatis.

1 VIdetur incurrere in poenam *cap. cum inhibitio de clandest. desponsat.* nempè in suspensionem triennalem ab officio, aliasque poenas arbitrio Episcopi ex Concilio Trid. *c. 1. sess. 24. de reform. matr.* de quibus alibi, & in Archiepiscopatu Mediolan. incurrit poenas expressas in Concilio Septimo provinciali, confirmato à Sede Apostolica, in quo ex hac causa puniuntur parochi suspensione ipso facto, ac poena pecuniaria.

2 At ego censeo, nullam in hoc casu poenam incurrere. Nec obstat *d. c. inhibitio.* Nam est additio ad *c. 2.* ejusdem tituli, ut se explicat ibi: *praedecessorum nostrorum vestigiis inhaerendo*; ideòque debet intelligi juxta illius dispositionem, ut nimirum procedat, quando matrimonium ita contrahatur, ut inde legitima probatio non appareat, non autem quando solum fuerunt omissae publicationes ad tradita per Alex. *cons. 13. n. 13. l. 3.* Cum igitur hujusmodi matrimonio interfuerint testes, & consequenter possit legitimè probari, cessare propterea debet dispositio *d. c. Cum inhibitio*, quoad poenam.

3 Et quod ita intelligendum sit, probatur primò, quia *d. c. cum inhibitio* inhaerens *d. cap. 2.* inhibet in primis matrimonia clandestina, & Sacerdotem eis interesse prohibet, antequam quicquid statuit de faciendis publicationibus, quas subinde fieri decernit. Mox disponit, ut si probabilis conjectura appareat contra matrimonium, illud penitus interdicatur, donec; &c. nullibi tamen poenam imponit. Cùm itaque *d. c. Cum inhibitio* disponat juxta *d. c. 2. de clandest. desponsat.* ut notat Glos. *v. praedecessorum*, & *d. c. 2. non interdicatur, nisi illa clandestinitas, quae probatione caret, ita & d. c. cum inhibitio*; alioquin sequeretur, quod Concilium Trid. *d. c. 1. vers. insuper* sustulisset dictam poenam suspensionis, cum illam arbitrio Episcopi commiserit.

4 Deinde quia *in* §. 2. illegitimos enunciat filios illorum, qui contrahendo matrimonia clandestina modò expositio, quando tamen adfuit impedimentum, quantumvis ignotum. At si nullum adfuit impedimentum, filii non desinunt esse legitimi, & sic cessat poena.

5 Postremò, quia *in* §. 3. quod poena suspensionis non infligitur, nisi contra Parochum, qui vel non prohibet matrimonia, postquam oppositum fuit contra illa impedimentum, aut alioqui fuerunt interdicta post allegatam probabilem causam, nondum finitam; vel eis interesse praesumpsit, non autem quando solummodo fuerunt omissae publicationes. Atque ita exponunt, ac intelligunt hunc textum Abb. *n. 9.* Cardinal. *n. 8.* dicentes, quod matrimonium contractum coram parocho, & duobus, vel tribus testibus, nemine prohibente, dicitur factum in facie Ecclesiae, atque adeò non est clandestinum, saltem ad evitandam dictam poenam.

6 Nec refragatur huic postremae probationi Glossa in *v. Clandestina*, quae ait, matrimonium contractum sine denunciatione, esse contra dispositionem *d. c. cum inhibitio.* Nam primò respondetur, quod ipsa Glossa non determinat, quod hujusmodi clandestinitas inducat aliquam poenam; quinimò aliter innuere videtur, dum inquit, matrimonium valere, sed filios natos, detecto impedimento, illegitimos esse. Itaque, nullo subsistente impedimento, erunt legitimi. Atque adeò nulla poena.

7 Secundò, quia Glossa eo loco tres constituit species clandestinitatis. Primam juxta *d. 2. c. de clandest. desponsat.* ubi prohibetur fieri matrimonium, quod legitimè probari non possit. Secundam juxta *can. alter 30. quaest. 5.* ubi quod sponsa debet per parentes custodiri, & à paranympho dari. Tertiam juxta *d. c. cum inhibitio*, ut proponantur edicta. Undè Glossa videtur annuere, ut subintret poena, si edicta non proponantur.

8 Quibus respondetur, quod ubi *d. cap. cum inhibitio* mandat proponi edicta, nullam infligit, sed ubi prohibet interesse matrimoniis interdictis post probabilem allegatam causam, nondum finitam, aut post allegatum impedimentum, ut jam diximus.

9 Ex his igitur concluditur, parochum non posse affici poena *d. c. inhibitio*, prout minus affici posse etiam dicendum est poena Synodali. Tum quia non sumus in casu alicujus transgressionis, quippè qui interfuit parochus citra omnem dolum, ac circa ordinariae jurisdictionis contemptum, qui à fisco plenè probari debet. Tum etiam, quia poena Concilii Provincialis Mediolanensis inflicta est in contrahentes, & sic non debet extendi ad parochum.

10 Porrò praesumptio doli tollitur ex quo parochus nullatenus autorizavit matrimonium. Contemptus verò excluditur, si statim rem detulerit ad Ordinarium, & juxta ejus mandatum nullam contrahentibus fidem de matrimonio fecit, ideòque non dicitur contempsisse.

11 Idque praesertim, si contrahentes rogaverint Ordinarium, ut denuntiationes remitteret, & parocho injungeret, ut matrimonio assisteret, aliàs protestabantur de scandalis, ac probabili periculo vitae mulieris, & Ordinarius noluerit illas remittere, nec providerit saltem juxta *c. cum locum de sponsal.*

12 Quare cum fuerit significatum Ordinario, quod aderat probabilis suspicio, matrimonium impediri posse, quinimò imminebat periculum vitae mulieris, tenebatur ipse omnino remittere publicationes sub peccato mortali, ut post Sanchez *de matrim. l. 3. disp. 10. nu. 6.* tradit Barbos. *de potest. Episc. alleg. 32. nu. 51.* aut saltem debebat collocare mulierem in loco tuto juxta *d. cap. cum locum de sponsal.* Quod cum non egerit, tantumque imminebat periculum, reducebatur casus iste ad casum, in quo non potest adiri Ordinarius, & periculum urgens imminet, ut possit licitè contrahi, etiam Ordinario non consulto, dilatis tamen, ac postpositis publicationibus ante consummationem, ut per Barbosam, apud quem alii loco citato *n. 57.*

13 Non obstat, quod in his casibus detur locus appellationi, Barbos. *d. alleg. n. 53.* Quia stante periculo allegato, non poterat hoc attentari remedium, nisi prius cautum fuisset vitae mulieris, saltem juxta *d. can. C. locum.*

14 Minus obstat, si matrimonium fuerit domi contractum. Quia non ideircò dicitur clandestinum. Quinimo, licet decentius sit, ut celebretur in Ecclesia, ad quod faciendum hortari debet Episcopus; attamen praecipere id non potest, ut per Thesaur. *for. Eccl. c. 24. n. 48.* qui sic decisum à S. Congregatione Concilii testatur.

15 Afferamus, illustremusque modo S. Concilii Trid. Decretum *c. 1. sess. 24. de ref. matr.* in quo traditur forma matrimonii celebrandi.

16 *Tametsi* dubitandum non est, Clandestina matrimonia libero contrahentium consensu facta, rata, & vera esse matrimonia, quandiu Ecclesia ea irrita non fecit, ac proinde jure damnandi sint illi, ut eos S. Synodus anathemate damnat, qui ea verà, ac *rata esse negant.*

17 In hac prima parte docet S. Concilium, matrimonia clandestina vera fuisse, quamdiu illa Ecclesia irrita non fecit, Doctores *in c. ex publico c. gaudemus de convers. conjug. &c. quanto de divort.* Constat enim ex pluribus impedimentis, quae per Constitutiones Summorum Pontificum habentur *in tit. de sponsal. & de Consang. & affi.* matrimonium irritari. Nam licet Constitutio Papae non possit inducere matrimonium sine consensu, potest tamen circa matrimonium inducere novum impedimentum, & antiquum impedimentum Canonicum tollere, &, praefixo posito impedimento, consensus contrahentium erit impeditus. Doctores in *c. ult. de sponsal. duor.* At hodie haec conclusio per idem Concilium declaratur, esse de fide Catholica in eadem *sess.*

sess. can. 4. ibi: *Si quis dixerit Ecclesiam non potuisse constituere impedimenta matrimonium dirimentia, vel in iis Constituendis errasse, anathema sit.*

18 Nec desunt rationes irrefragabiles à Sacris Theologis *in 4. sent. de Sacram. matr.* adductae. Primò, quia matrimonium ratione, qua est Sacramentum, pertinet ad Ecclesiam, ut habetur in *cad. sess. in doctr. de Sac. matr.* & docet D. Thom. *l. 4. contra g. c. 78.* quae Ecclesia disponit, sicut in caeteris Sacramentis de temporibus, ac ritibus eorum. Et sicut potest à Sacramento Ordinis arcere bigamos, homicidas, ac hujusmodi alios, ita etiam à Sacramento matrimonii, quos judicat esse corrigendos.

19 Deinde in hoc Sacramento potest facere, ac declarare actum nullum, licet in quibusdam aliis Sacramentis id effici non possit, in quibus in primis imprimitur character, cum à voluntate humana non dependeant, sed afferant effectum, si legitima intentione consecrentur, & suscipiuntur; quia Sacramentum matrimonii ex voluntate humana efficitur; & quemadmodum etiam per excommunicationem potest effici, ut Sacramentum absolutionis sit nullum, ac vorum solemne sit irritum, si legitimis suis legibus non fuerit peractum, sic potest effici per Ecclesiae legem, vel Summi Pontificis Constitutionem, ut Consensus ille, quo Sacramentum matrimonii perficitur, reddatur nullus, & non aptus ad contrahendum, & sic talis contractus consequenter sit etiam irritus, ex materia nulla procedens, veluti caeteri contractus. De hac materia Glos. *in princ. 3. quaest. 5.* ibique *can. 1. & 2.* quod matrimonium clandestinum licet si prohibitum, tamen factum tenet. *ibid. §. Sed objicitur* post *can. nec illud, & ibid. in can. siquis divinis.* cur autem hujusmodi matrimonium prohibeatur, si factum tenet, ibi §. *his*, respondetur, & assignatur causa prohibitionis contrahendi clandestinè in *vers. Verùm cum S. Synodus.*

20 *Quique falsò affirmant* matrimonia à filiis familias sine consensu parentum contracta, irrita esse, & parentes ea rata, vel irrita facere posse; nihilominus Sancta Dei Ecclesia ex justissimis causis illa semper detestata est, atque prohibuit. Verùm cum S. Synodus animadvertat, prohibitiones illas propter hominum inobedientiam, jam non prodesse, & gravia peccata perpendat, quae ex eisdem clandestinis conjugiis ortum habent, praesertim verò eorum, qui in statu damnationis permanent, dum priore uxore, cum qua clàm contraxerant, relicta, cum alia palàm contrahunt, & cum ea in perpetuo adulterio vivunt.

21 Doctores *in c. veniens de sponsa.* ibique Abb. *n. 3. & in c. cum totum eod. tit.* Undè statutum cavens, ut matrimonium sit nullum sine consensu parentum, quia est statutum disponens circa matrimonium, illud impediendo, vel inhibendo, non valet, cum hujusmodi dispositio spectet ad Ecclesiam; ut supra notatum est, *c. quod nobis de cland. de sponsa.* Ad subtantiam enim vinculi matrimonii solum consensu contrahentium sufficit, *c. cum requisivit, & cum apud de sponsa. can. sufficeret 27. quaest. 2.* Et id, quod dicitur in *can. aliter 30. quaest. 5.* ubi, ut legitimum sit connubium, oportet, ut mulier à parentibus sit desponsata, referendum est ad solemnitatem matrimonii. Nam quaedam sunt de essentia Sacramenti, quibus omissis, non est Sacramentum, sed peccat omittens, & sic non requiritur consensus parentum, cùm mulier sit libera, & sub potestate parentum tantum educationis gratia; undè potest suum corpus, cui voluerit tradere, quemadmodum docet D. Thomas *in 4. d. 28. ar. 3.* ac Doctores omnes, qua de re nos alibi.

22 *Cui malo* cùm ab Ecclesia, quae de occultis non judicat succurri non possit, nisi efficacius aliquod remedium adhibeatur; ideircò S. Lateranensis Concilii sub Innoc. III. celebrati vestigiis inhaerendo, praecipit, ut in posterum, antequam matrimonium contrahatur ter à proprio contrahentium parocho tribus continuis diebus festis in Ecclesia inter Missarum solemnia publicè denuncietur, inter quos matrimonium sit contrahendum. Quibus denunciationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonii in facie Ecclesiae procedatur, ubi Parochus, viro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat: Ego vos in matrimonium conjungo, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, vel aliis utatur verbis juxta receptum uniuscujusque provinciae ritum. Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio, matrimonium malitiosè impediri posse, si ter praecesserint denunciationes, tunc vel una tantum denunciatio fiat, vel saltem parocho, & duobus, vel tribus testibus praesentibus, matrimonium celebretur, deinde ante illius consummationem, denunciationes in Ecclesia fiant, ut si aliqua subsint impedimenta, facilius detegantur; nisi Ordinarius ipse expedire judicaverit, ut praedictae denunciationes remittantur, quod illius prudentiae, & judicio *Sancta Synodus relinquit.*

23 In hac secunda parte innovatur, & ampliatur Constitutio Lateranensis Concilii sub Innocentio III. *& c. Cum inhibitio de cland. de sponsa.* Et contrahentes, si sint diversarum parochiarum, in uniuscujusque parochia denunciationes faciendae sunt. Et diebus non festis Episcopus denunciationes fieri, praecipere minimè potest; Antequam autem sponsalia de futuro contrahantur, quorum nulla hic sit mentio, denunciationes praedictae praetermittendae non erunt, etsi denunciationum omissiones, matrimonia nulla non reddere, dixit S. Congregatio, nec consuetudinem legitimam alicujus Ecclesiae esse sublatam, nempè ut ante contractum matrimonium, ad impedimenta facilius detegenda, edictum manu Vicarii proprii subscriptum publicetur, quo moneantur scientes impedimenta patefacere. Quod infertur ex *vers. siqua provincia.* Nec obstat, quod Concilium contentum fuit coram Parocho, & testibus absque Episcopo contrahi matrimonium. Si enim ultra Parochum consuetudo introduxit, ut adsit licentia Vicarii Episcopi retinenda est consuetudo. Omissio verò edictorum, quae praecedere debent celebrationem matrimonii ex Constitutionibus Synodalibus, & consuetudine immemorabili, quam servandam esse, etiam post Concilium; Congregatio declaravit, non reddit matrimonium clandestinum, neque prolem illegitimam, ac si matrimonium contractum esset sine Parocho, & testibus contrahentes incidunt in poenam excommunicationis, Constitutionibus Synodalibus propositam.

24 *Quibus denunciationibus factis*, Episcopus quidam narravit in sua diocesi post factas denunciationes matrimonii in Ecclesia inter duos dioecesanos non statim celebratum fuisse matrimonium cum solemnitatibus à jure requisitis; sed post quatuor menses; quo intermedio tempore vir & mulier simul conversantes, carnali copula conjuncti sunt ex qua mulier concepit post celebratum matrimonium. Hinc quaerebat Episcopus, quodnam remedium esset, ne imposterum hujusmodi scandala evenirent; Et pro hujusmodi illicito coitu injungendam esse poenitentiam, dixit S. Congregatio, & si imposterum quid tale eveniat, idem faciendum. Inclinavit tamen hoc casu S. Congregatio, coitum illicitum non cadere in speciem stupri, quia stuprum non stat cum contractu matrimonii. Dubitavit etiam, an esset distinguendum, quando matrimonium per verba de praesenti contractum fuit sine parocho, & vir deinde agit ad declarationem nullitatis matrimonii, quia sine parocho ultrà poenam gravem ex Concilio possit etiam puniri *ex c. 1. & 2. de adult.* propter fraudem; quando autem est conclusum per verba de futuro tantum, & ex assidua conversatione se recognoverant, *tunc* non puniuntur *ex c. 1. & 2.* sed tantum graviter ex Concilio. Horum occasione fuit in Congregatione approbatum decretum Concilii Ravennatensis, ut hi, qui, peractis denunciationibus inter quatuor menses non contrahunt, non possint amplius contrahere, nisi iterum peractis denunciationibus.

25 *In facie Ecclesiae.* Ad contrahendum autem in facie Ecclesiae materialis, Concilium etsi non cogit hortatur tamen

tamen. Undè consuetudo introducta, etiam post Concilium, ut in facie Ecclesiæ materialis contrahatur, non censetur tublata.

26 *Ego vos in matrimonium conjungo.* Quæ tamen verba ad substantiam matrimonii non pertinent, & valet matrimonium, etiamsi verba consensus prolata sint tantum à contrahentibus, & non à parocho, dummodo adsit præsentia parochi, & testium.

27 *Nisi Ordinarius.* Ordinarius hic ex sententia S. Congregationis intelligitur tantum Episcopus, & illius generalis Vicarius. Undè Commendatarius, sive Abbas cujusvis monasterii denunciationes remittere non potest, licet Abbatia habeat jura quasi Episcopalia, cujus Abbas appellatione Ordinarii venit juxta Glos. *in c. fin. de offic. Ordin. l. 6.* nec etiam Conservatores, & alii Judices delegati à Sede Apostolica.

28 *Quod illius prudentiæ.* Ex his patet, præter causam suspicionis, si matrimonium malitiosè impediatur, alias etiam esse causas ad denunciationum omissionem ab Episcopo concedendam ante consummationem matrimonii, licet non post contractum sufficientes esse, veluti vicinitas temporis, quo prohibentur nuptiarum celebrationes.

29 Per verba Concilii *Coram parocho, & duob. vel trib. præsentib. testib. &c.* S. Congregatio Concilii censuit sufficere, si Parochus sit præsens, nec aliquo ministerio fungatur, vel loquatur, quia in Sacramento matrimonii non est dare aliud ministerium pro forma, nisi ut præsens sit. Debet tamen præsens adhibitus esse, ut parochus aliàs non fungeretur parochi officio, & sic matrimonium esset nullum. Quod si adhibeatur, ut parochus, & præsens sit, sed contradicat fortasse ob aliquod impedimentum, non perpetuum, & tunc, etiamsi contrahatur, ipso præsente, sed contradicente, matrimonium valebit, licet contrahentes mortaliter peccarent, & facerent contra Ecclesiæ interdictum, ut per Navar. *c.* 22. *num.* 68.

30 Non obstat doctrina Abbatis *in c. dilecti de arb.* & cons. 4. *n.* 4. ubi quando requiritur præsentia alicujus, intelligitur ad solemnizandum, vel autorizandum actum.

31 Et similiter doctrina Baldi *in l. fin. §. necessitatem col.* 1. *in fin. C. de bon. quæ l.* ubi habetur, quod præsens alicui actui, & non consentiens pro absente habeatur.

32 Nam respondetur, jura præfata procedere, quando requiritur præsentia cum consensu. Tunc enim sola præsentia non sufficit per Glos. *in c.* 1. *de reb. Eccl. non alien. in* 6. Præsertim cum præsens præsumatur scire. Et facit, quod matrimonium contra interdictum Ecclesiæ contractum, tenet, licet contrahentes puniantur, *c.* 1. *& 2. & de matr. contra interd. Eccl. contract.*

33 *Qui aliter, quàm* præsente parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, seu Ordinarii licentia, & duobus, vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos S. Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, & hujusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit, prout eos præsenti decreto irritos facit, & annullat. Insuper parochum, vel alium Sacerdotem, qui cum minore testium numero, & testes, qui sine parocho, vel Sacerdote hujusmodi contractui interfuerint, nec non, ipsos contrahentes, graviter arbitrio *Ordinarii puniri præcipit.*

34 In hac tertia parte declaratur matrimonium clandestinum, & pœna sancitur in contrahentes, ac testes, & parochum, seu Sacerdotem, qui hujusmodi contractui interfuerint.

35 *Præsente parocho.* Intelligendum proprio, qui etiamsi invitus, ac per vim compulsus præsens adsit, dictum matrimonium subsistit. Præsens autem, & adhibitus dicetur, etiamsi non formaliter, sed ex alia causa, puta convivii, vocatus adhibeatur, seu adhibitus dissentiat, & contradicat, non tamen inde redditur nullum matrimonium; sufficit enim, ut adhibitus intelligat id, quod agitur. Quod si verò adfuerit, nihil tamen eorum, quæ agebantur vidit, vel audivit, matrimonium validum non erit. Quod si parochus proprius non adhibitus, contradicens alteri Sacerdoti, qui ad celebrandum matrimonium vocatus sit, illudque celebravit matrimonium, ab hujusmodi Parochi præsentiam, validum non dicetur.

Advertendum hic, si contrahentes sint divertarum 36
Parochiarum, sufficere, si ad contractum matrimonii adhibeatur parochus, sive viri, sive mulieris, & hanc parochi præsentiam ita probavit Gregorius XIII. ut nullum esse matrimonium dixerit, etiamsi ex libero utriusque consensu aliqui, cum proprius parochus sit publicè hæreticus, vel profugus, vel Ecclesia suo rectore careat, coram parocho alieno contrahant. Item poterunt iterùm contrahere validè coram proprio parocho.

Sed, an valeat matrimonium contractum coram pro- 37
prio parocho, qui est notoriè fornicator? Et valere dixit S. Congregatio. Non item si sit in judicio damnatus, & confessus. Matrimonium verò contractum coram parocho denunciato excommunicato, valere dixit S. Congregatio die 30. Martii 1594.

At quid in hoc casu, in quo pluries quis coram testi- 38
bus proposit, imò per verba de præsenti asseveravit, se puellam in uxorem ducare, ipsa itidem respondente, se eum in virum accipere, licet inter eos postea culpa carnalis subsequuta sit, & vir infirmitate correptus, juramento Deo voverit, se illam ducturum in uxorem? Si casus contingat post triginta dies à die primæ publicationis hujus decreti facta in parochii dictorum viri, & mulieris, quia in verbis illis de præsenti prolatis non interfuit proprius parochus, nullum esse matrimonium, dixit S. Congregatio.

Nec poterit dici, sponsalia, sequuta culpa transivis- 39
se in matrimonium per *c.* 15. *de sponsalib.* Nam S. Congregatio declaravit, dictum Capitulum hodie non habere locum, si non sit servata forma præscripta in hoc decreto. Quod verò ad juramentum, & vorum, dixit S. Congregatio ad eundem Ordinarium, qui per censuras poterit cogere ad observandum casu, quo mulier non consentiat, proque dicto voto perendam dispensationem ab eo, qui dare potest, aliàs non poterit dictus vir tutus esse in conscientia.

Matrimonium verò juvenis nobilis, & meretricis, 40
qui dum dubitarent, matrimonium in propria civitate contrahere, adhibendo Concilii Tridentini solemnitates, & quod juvenis parentes eis impedimento facilè futuri erant, Romam venerunt, & coram testibus, & parocho in parochia, in qua aliquantisper commorati erant, matrimonium per verba præsenti contraxerunt, cum is esset proprius parochus, in cujus parochia habitabant contrahentes tempore contractus, Doctores *in c. omnis utriusque de pœnit. & remiss. & Clem.* 1. *de privileg.* validum esse, dixit S. Congregatio. Non item matrimonium, cui non interfuit parochus viri vel mulieris, sed parochus partui mulieris, ad cujus domum per foramen domus frequenter adire solebat.

Vel alio Sacerdote. Qui si non habeat licentiam, vel 41
ab Ordinario, vel à proprio contrahentium parocho, cum clarum sit, matrimonium, in quo quis Sacerdos absque dicta licentia interfuit ex S. Concilio, irritum esse, ulterius irritandum non erit, sed tantummodo irritum declarandum.

Sacerdote. Undè matrimonium contractum tem- 42
pore pestis coram Clerico, in minoribus Ordinibus constituto, & Sacristæ Ecclesiæ parochialis de licentia Archipresbyteri, qui in dicta Ecclesia erat loco parochi, validum non fuit judicatum. Matrimonium verò contractum coram Coadjutore in administrandis Sacramentis parochi, vel Vicarii perpetui, in illa parochia valete, sicut etiam coram Vicariis temporalibus ad nutum amovibilibus, qui Sacramenta administrant, & quemadmodum ipsi intervenire possunt, ita etiam dare licentiam possunt aliis, ut matrimoniis præsentiam præstent. Advertendum tamen non sufficere tacitam licentiam, ut matrimoniis interfint, quæ resultat ex tolerantia, sed requiri vel commissionem generalem administrandi Sacramenta, vel si hæc non adsit, expressam, vel specialem matrimonia celebrandi, ac ita intelligi etiam de generali

rali Vicario Episcopi, qui hanc licentiam concedere potest expressam, vel generalem, ut dictum est. *Siquidem* licentia debet esse expressa, & non tacita ex permissione, Menoch. *cas.* 453. *num.* 14. *cent.* 5. *lib.* 2. ubi affert declarationem S. Congregationis, & debet præcedere, Ugolin. *de offic. Episc. §.* 40. *part.* 1.

43 *Ordinarii licentia*, quæ tanti est ponderis, ut matrimonium contractum coram eo Sacerdote, qui intervenerat justu Episcopi, rati, Sacerdotem illum esse proprium Parochum contrahentium, cum non esset, validum erit. Episcopi verò prohibitio, ne parochus aliquos matrimonio conjungat, non ita tollit, suspenditque parochi jurisdictionem, ut ad celebrandum matrimonium non sit legitimus parochus, matrimoniumque coram eo contractum sit nullum, quicquid talis prohibitio facta non ipsi rectori principali, sed ejus Vicarii, qui ad nutum Ordinarii removeri potest, si Vicarius intervenerit, validum erit matrimonium, etiamsi invitus, ac per vim compulsus adsit, dum matrimonium contrahit. Unde non potest Episcopus prohibere parocho sine causa, ne suo fungatur officio. Quia Concilium in hoc parocho æquiparat Ordinario, ibi; *de ipsius parochi, seu Ordinarii licentia.* Præterea non est permissum, ut quilibet Episcopus suo arbitrio diœcesis suæ matrimonia possit impedire, & qui est parochus, licet impediatur non desinit esse parochus.

44 *Matrimonium contrahere*; non autem sponsalia de futuro, de quibus dixit S. Congregatio, hunc *vers. Qui aliter* non loqui. Undè quoad illorum validitatem servandum erit jus commune, ut Episcopus debeat cognoscere, an possit per censuras Ecclesiasticas cogere renuentem ex conjugibus ad observanda sponsalia de futuro, juxta tradita *in cap. ex litteris de sponsal.* Verùm cum circa hujusmodi sponsalia de futura nonnulla à S. Congregatione quæsita fuerint, oportunum videtur huc petitiones simul, ac responsiones adducere.

45 Quærebatur igitur primò, an sponsalia de futuro legitimè contracta, carnali etiam copula subsequuta, possint mutuo partium consensu dissolvi, & quomodocumque accipiatur illa dictio *legitimè*, sive prout à jure communi disponitur, sive coram parocho, & testibus? Si post hujusmodi sponsalia de futuro, dixit S. Congregatio, non fuit contractum matrimonium per verba de præsenti coram parocho, & testibus, non posse dici esse validum, & indissolubile. Licet enim ante Concilium hujusmodi sponsalia transiissent in matrimonium *ut in d. cap. is, qui de sponsa.* diximus, quia tamen Concilium voluit nullum esse matrimonium non contractum coram parocho, si hic actus matrimonii coram parocho, & testibus per verba de præsenti non intervenit, non potest dici esse validum matrimonium.

46 Quærebatur secundò, an matrimonium per verba de præsenti per puberem, & impuberem contractum clandestinè, non servata forma à Concilio tradita, resolvatur in sponsalia, quod aliquibus placuit Doctoribus hac de re consulris ex responso Bonifacii VIII. *in cap. un. §.* 10. *de sponsa. impub. in* 6. Quam opinionem veram dixit S. Congregatio, ut clandestinitas non obster, quin matrimonium per verba de præsenti contractum inter puberem, & impuberem valeat. Quia tamen jus est interpretatum tale matrimonium per verba de præsenti contractum esse tantum sponsalia per verba de futuro *d. §.* 1. Ergo sicut clandestinitas non obesset validitati sponsaliorum, quæ per puberes fuisset contracta, ut *jam* S. Congregatio declaravit, & nullum est dubium in hoc ita nec obstabit validitati horum sponsaliorum inter puberem, & impuberem contractorum. Illud tamen Sac. Congregatio omnium consensu comprobavit, neque impuberem factum puberem posse cogi per censuras, quia hoc est contra *cap. de illis de sponsa. impub.*

47 Quærebatur tertiò, an sponsalia inter impuberes ante ætatem legitimam alterius ex sponsis contracta per verba de præsenti, servata forma Concilii, ad quæ subsequuta de præsenti, servata forma Concilii, ad quæ subsequuta esset copula, & multorum annorum cohabitatio, transierint in matrimonium? Et non transire, nisi in ætate legitima, iterum servata forma Concilii, contrahatur matrimonium, dixit S. Congregatio, si medio tempore advenientis pubertatis impuberis ante copulam hoc decretum in contrahentium parochia publicarum fuerit, elapsi sint triginta dies à prima publicatione. Qua responsione etiam usa est S. Congregatio in casu, quo mulier duodecim annis nata, & sic proxima pubertati, cohabitaverat per quatuor annos cum viro, qui eam carnaliter non cognoverat. Prætendebatur enim, mulierem esse arctam, cujus causa fuit dissolutum matrimonium, & cum invenisset, qui reseravit res suas, ut repetebat mulierem ex *cap fraternitatis de frigid.* quæ cum nollet redire, opponebatur de nullitate matrimonii. Hæc tamen intelligenda, si ex intervallo ista omnia peracta fuerint, secus si mulier non ex intervallo cognita fuisset, sed incontinenti post contractum matrimonium. Tunc enim ex tali cognitione argueretur vis potentia, & per consequens in contractu adfuisset legitimus consensus.

Quærebatur quartò, an sponsus, qui per verba de 48
futuro promiserat uxorem ducere solis testibus adhibitis sine parocho, esset compellendus ad matrimonium contrahendum, & non obstaret hoc decretum? S. Congregatio censuit, Concilium non comprehendere hunc casum, cùm de sponsalibus nihil statuerit, & per consequens Concilium non sustulisse dispositionem *cap. ex litteris de sponsa.* Gregorius XIII. tamen opinionem, quod sponsalia jurata omnino servanda sint juxta *d. cap. ex litteris* declaravit, non procedere, quando mulier fieret monialis. Si enim matrimonium per verba de præsenti contractum non impedit, quin mulier ingrediatur monasterium, & profiteatur, multo minus sponsalia de futuro, & jurata, quæ minus sunt, quàm matrimonium.

Advertendum hic, quod cum tam vir, quàm mulier, 49
qui inter se sponsalia de futuro contraxerunt, quæ sequuta est copula, possit ingredi monasterium, & habitum religionis suscipere, ac profiteri, tunc ab Ordinario pronunciandum, licere illi, qui in sæculo remansit uxorem, seu virum ducere, cum alter professionem emiserit.

Hinc ab re etiam erit illud in medium afferre, quod 50
instante Rege Catholico, ut clandestina matrimonia prohiberentur, utque si illa fieri contingeret, ipso jure essent nulla, cum ex his multa scelera, flagitia, fraudes & perjuria in suis regnis orirentur, Congregationem, ad quam Gregorius XIII. negocium rejecit nihil innovandum censuisse.

Ad sic contrahendum. Clam contrahentes matrimo- 51
nium, possunt, si velint, rursus contrahere publicè, ac servata forma Concilii Tridentini, licet contrahentes sint inhabiles effecti ad sic contrahendum, scilicet clandestinè, nempè sine parocho, & testibus. Erunt tamen graviter puniendi arbitrio Ordinarii, ita clam contrahentes. Undè qui contraxerunt clandestinè, possunt, si pariter dissentiant, invicem se disjungere, licet consummaverint, & aliquandiu cohabitaverint, sed graviter arbitrio Ordinarii sunt puniendi. Sunt autem inhabiles ad sic contrahendum, nec possunt cogi ad invicem contrahendum, servata forma Concilii, nisi sponsalia per verba de futuro cum juramento contraxissent, quo casu servandum est jus commune, ut dictum est, & prolem illegitimam esse, nisi iterum contracta sint matrimonia, servata forma Concilii, & aliàs valida.

Verùm, cum inhabiles ad sic contrahendum possint 52
rite juxta formam hujus decreti contrahere, servandum etiam ne id erit cum iis, qui, præsupposito impedimento ex vi, ac metu, adhibitis omnibus requisitis exis solemnitatibus contraxerunt?

Et si hujusmodi impedimentum sit occultum, censuit 53
Papa ex stylo Pœnitentiariæ, quamvis matrimonium sit nullum, ratione occulti impedimenti, dispensare ita, ut de novo possint inter se contrahere, non adhibi-

tis seu repetitis solèmnitatibus, à Concilio requisitis. Si verò manifestum, iterùm contrahendum, repetitis omnibus solemnitatibus, adhibitis in primo contractu. Quod etiam servandum erit in casu matrimonii inter consanguineos contracti. Sufficere enim dixit Sac. Congregatio novum consensum secreto inter eos adhibitum, quando in foro conscientiæ tantum dispensatum fuerit ex impedimento secreto post Concilium, & matrimonium ante Concilium per multos annos contractum fuerat, ac quod eos simul vixisse constabat. Similiter Sac. Congregatio censuit, eos, qui ante Concilium in facie Ecclesiæ contraxerunt cum impedimento, quod per editionem Concilii cessavit, indigere dispensatione. Quia licet cessaverit illud impedimentum, ut potè à Concilio sublatum, tamen matrimonium ante Concilium, & sic tempore, quo suberat impedimentum, ac propterea nulliter contractum fuit, postea validum factum à Concilio. Igitur isti necesse omninò habent dispensationem petere, quam si in foro conscientiæ tantum obtinuerunt, sufficit novus consensus secretò adhibendus, ut in præcedenti casu dictum est. Si in utroque foro eam impetraverint, servabunt eam formam, quæ in litteris dispensationum exprimitur.

54 An verò conjuges, qui coram parocho, & testibus contraxerunt per verba de præsenti sub conditione licita, purificata conditione, cogendi sint, iterum coram parocho legitimè contrahere? Id ad Concilium pertinere magis videtur, cum jam hujusmodi quæstio proposita Patribus fuisset, qui communem Canonistarum opinionem negativam amplectuntur cum Antonino, & Paludano. Major tamen pars voluit cum Theologis, quos sequitur Covar. *super. 4. decr. part. 2. cap. 3.* ubi etiam testatur de communi, facitque; *cap. super de condit. appos.* istos, purificata conditione, iterum debere contrahere, adhibitis solemnitatibus. Et hoc non quia communis Theologorum opinio debeat prævalere Canonistarum opinioni; sed quia Concilium videtur intellexisse de matrimonio perfecto, purè per verba de præsenti in verbis: *Ego vos conjungo.* Quod dum fit per verba condirionata, potius sponsalia de futuro dicenda sunt. *Adde* quod tutius videtur, ut fiat coram parocho propter serenitatem conscientiæ.

55 Hæc tamen omnia cum ad Gregorium XIII. relata fuissent, magis Canonistarum opinionem approbavit, & matrimonium absque alio actu, adveniente conditione, perfectum dixit, ut per Covar. *loc. cit.* Præsertim quod cùm in jus dicendo, quod volunt Canonistæ, attendendum sit.

56 *Irritos facit, & annullat.* Et cùm contrahentes, non servata dicta solemnitate, deficiant in forma, neque naturalis obligatio ab hujusmodi contractu oritur, sicut stipulatio nuda ex defectu formæ non inducit pactum nudum. Idemque dicendum etiam est, si contrahentes juraverint, ne talis contractus valeat, ut sponsalia de futuro. Quamquam enim juramentum operetur, ut actus valeat omni meliori modo, quo potest *l. cum pater §. filius ff. de leg. 2.* & stipulatio inutilis ex defectu formæ, accedente juramento valeat in vim pacti nudi, quia tamen in hoc casu secundum bonos mores debuerant contrahentes palam contrahere, non clam, ut colligitur ex proœmio hujus decreti, ibi, *Ex justissimis causis illa semper detestata est.* Item ibi: *Gravia peccata ex clandestinis.* Item: *Cui malo.* Juramentum autem contra bonos mores nec obligat, nec quidquam operatur, *cap. non est obligatorium de reg. jur. in 6.*

57 Modo si quæras; an contrahentes contra dictam formam, peccent mortaliter, non adimplendo suam promissionem? Dicendum est, non peccare. Sed cum vir quidam ante Concilium contraxisset matrimonium clandestinè per verba de præsenti, quod copula sequuta est, & post Concilium in facie Ecclesiæ, cum alia nupsisset, ex qua filios habuit, & dubitaret Episcopus, hunc talem juxta forum conscientiæ compellere ad primam uxorem redire. Tum quia ex dissolutione secundi matrimonii neces, & inimicitias perventuras, aiebat. Tum quia de primo matrimonio ipsi Episcopo manifestum erat. Sacra Congregatio censuit, si de primo erat notum Confessori soli, sequi, illud matrimonium clandestinum probari non posse. Ideòque Episcopum in foro suo non posse cogere virum, ut ad illud revertatur, *cap. 2. de clandest. desponsa.* Et licet ambo primi conjuges confiteantur coram Episcopo, non esse eorum confessionem extendendam in præjudicium secundi matrimonii publicè contracti.

Quòd verò attinet ad forum conscientiæ, & conscien- 58
tiam Confessoris, clarum est, quod in foro conscientiæ primum valuit. Unde ad illud redire tenetur, Glos. *in d. cap. 2. verb. primo*, & Confessor satis conscientiæ suæ facit, si eos primos admoneat, quid facere debeant, & ipse quoque Episcopus suo muneri satisfacit, si permittat eos in secundo permanere, quod publicè contractum est, si legitimè ipsi non constet de primo contracto. Confessor in foro conscientiæ tantum admonere eos debet, ut non reddant debitum in secundo matrimonio quoad conscientiam tantum, & si alter conjugum conqueratur coram Episcopo, & ipse excommunicabit non reddentem, iste excommunicatus debebit pati excommunicationem potius, quàm reddere contra conscientiam, Ostien. *in sum. de clandest. desponsa. num. 3.*

Huc spectare videtur, quod multis hominibus Pro- 59
vinciæ Tarensis in bello cum Turco in servitutem redactis, eorum conjuges, tam masculi, quàm fœminæ nullam de eis notitiam habentes, secundis nuptiis copulaverunt, non servata forma Concilii. Quamobrem anceps Episcopus, quid agere debeat cum hominibus ad contermina loca Turcarum profecturis, spreta Religione, si dirimi hæc matrimonia viderentur. Censuit Sac. Congregatio ex sententia Gregorii XIII. simpliciter Episcopo referibendum, ut moneat istos, quod nullum est matrimonium, quia non servata forma Concilii. Quod si ita moniti velint iterum contrahere matrimonium, servata forma Concilii, & parochus eorum velit eos conjungere absque alia licentia ipsius Episcopi, nihil ipse dicat, sed sinat eos sic contrahere, ac perseverare. Quod si ipsi, vel eorum parochus perant ab Ordinario licentiam perseverandi in secundis nuptiis sic nulliter contractis, non det illam Episcopus, sed dicat eis, quod Ecclesia nunquam dat licentiam contrahendi, nisi certè nuncio mortis prioris conjugis accepto.

Præterea eadem Sancta Synodus hortatur, ut conju- 60
ges ante benedictionem Sacerdotalem in templo suscipiendam in eadem domo non cohabitent, statutisque benedictionem à proprio parocho fieri neque à quoquam, nisi ab ipso parocho, vel ab Ordinario licentiam ad prædictam benedictionem faciendam alii Sacerdoti concedi posse, quacumque consuetudine, etiam immemorabili, quæ potius corruptela dicenda est, vel privilegio non obstante. Quod si quis parochus, vel alius Sacerdos, sive regularis, sive secularis sit, etiamsi id sibi ex privilegio, vel immemorabili consuetudine licere contendat, alterius parochiæ sponsos sine illorum parochi licentia, matrimonio conjungere, aut benedicere ausus fuerit, ipso jure tamdiu suspensus maneat, quamdiu ab Ordinario ejus parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio suscipienda erat, absolvatur. Habeat parochus librum, in quo Conjugum, ac testium nomina, diemque & locum contracti matrimonii describat, quem diligenter apud se custodiat. Postremò Sancta Synodus conjuges hortatur, ut antequàm contrahant, vel saltem triduo ante matrimonii consummationem, sua peccata diligenter confiteantur, & ad Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum piè accedant. Si quæ Provinciæ aliis ultrà prædictas, laudabilibus consuetudinibus, ac cœremoniis hac in re utuntur, eas omninò retineri Sancta Synodus *vehementer optat.*

61 In hac quarta parte multa præcipiuntur parochis, & sponsis.

62 *Ante benedictionem Sacerdotalem.* Non tamen inde Episcopo licere, dixit S. Congregatio, edicto præcipere parochis, ne sine ejus licentia in scriptis sponsorum benedictioni intersint. & si comperiatur, sponsos ante benedictionem cohabitasse, eos punire valeat, quia hujusmodi edictum est contra Concilium. Ut occurratur tamen multis abusibus, satis est, si parochi utantur consilio, & prudentia sponsis persuadendo, ut abstineant ab istis comerciis ante benedictionem acceptam.

63 *Nisi ab ipso parocho.* Cum quæreretur, an ob difficultatem exigendi id, quod à parocho datur ex laudabili consuetudine, ante benedictionem possint cogi conjuges ad illud deponendum contra Doctores, Abbas *in cap. ad Apostolicam de simon. n. 24.* Et non esse concedendum dixit S. Congregatio, sed pro denunciationibus, & pro edictis nihil exigendum.

64 *Quod si quis parochus.* Præsupposito, quod rector habeat parochianos in duabus parochialibus, & quidem in una Ecclesia ipsa parochialis cum majori parochianorum parte existat; in altera verò sita est domus rectoris, in qua modò ipse, modò ejus Capellanus residere consueverit, si alienus Sacerdos absque debita licentia parochianos ejus matrimonio conjunxerit, & propterea in suspensionem incident, quæritur, an absolutionem obtinere debeat hic Sacerdos ab Ordinario, in cujus diœcesi ipsa Ecclesia existit, ubi etiam præsupponitur, rectorem habere domum conductiam, vel potius ab alio, in cujus diœcesi habet domum propriam, maximè si parochiani sic conjuncti matrimonio sint ejus diœcesis?

65 Et Sacra Congregatio censuit, executionem hujusmodi spectare ad Episcopum, cujus diœcesani sunt sponsi, sic matrimonio conjuncti, & non ad alium, cujus diœcesanus erat Sacerdos, qui eos conjunxit.

66 *Suspensus maneat.* Undè dixit S. Congregatio, pœnam excommunicationis inflictam per *Clem. religiosi de privil.* Concilium sustulisse, & fuisse sola pœna suspensionis contentum.

67 *Ne verò hæc* tam salubria præcepta quemquam lateant Ordinarii omnibus præcipit, ut cùm primum potuerint, curent hoc decretum populo publicari, ac explicari in singulis suarum diœcesum parochialibus Ecclesiis idque in primo anno quam sæpissimè fiat. Deinde verò quoties expedire viderint. Decernit insuper, ut ejusmodi decretum in unaquaque parochia suum robur post triginta dies habere incipiat, à die primæ publicationis in eadem parochia factæ *numerandos.*

68 In hac ultima decreti parte agitur de publicando hoc decreto. *In singulis suarum diœcesum parochialibus Ecclesiis.* Advertendum, ut decretum istud obliget, duplex tempus attendi. Alterum, ut publicetur populo in singulis diœcesum parochialibus Ecclesiis. Alterum publicationis ejusmodi decreti factæ in parochia adeò ut si ante Kalendas facta sit publicatio non obliget dictum decretum. Id etiam inter hæreticos servandum. Undè si duo cives ad civitatem hæreticorum migrent, & si ibi, non servata forma Concilii contrahant, si intra limites illius parochiæ ubi sedem fixerunt, non sit hoc decretum publicatum, minimè obstabit, quod publicatum Concilium, vel in Regno, vel in Provincia sit. E converso non sufficit, decretum hoc fuisse publicatum in parochiis singulis, si publicatio Kalendas Maii non præcessit. Et cum expressè Concilium dicat, publicationem hujus decreti debere fieri in parochiis, publicationem factam in Synodo diœcesana, dicendum est, non æquipollere publicationi, quam idem Concilium præcipit in singulis parochiis.

69 Verùm cùm Concilium Tridentinum non esset publicatum in Germania, ibique essent multi, qui clandestina matrimonia petebant nulla declarari juxta dispositionem Concilii, & Officiales Episcoporum pronunciare contra Concilium absurdum, & pro Concilio non publicato declarare, iniquum judicarent, censuit S. Congregatio non posse declarari nulla, nisi hoc decretum fuisset publicatum in propria parochia contrahentium, & post triginta dies elapsos ab hac publicatione contracta fuissent.

Item cum, qui licet habuerit notitiam Concilii Tri- 70
dentini, non obligari saltem in foro conscientiæ, cum contrahit matrimonium, observare solemnitates hujus decreti, si in parochia, in qua contrahit, illud decretum adhuc publicatum non fuit. Et cum Catholici parochi Augustæ in omnibus, & singulis parochis, sub quibus & Lutherani, & Catholici habitant, hoc decretum publicassent, constaretque *Augustæ* publicè clandestina matrimonia esse interdicta, & hæretici, qui nullas destinatas habent parochias, sed solum domos prædicatorias, ut vocant, non publicassent, dubitatum an si duo hæretici, de quibus si locum inspiciamus, verè dici potest, quod in eorum parochia decretum de clandestinis matrimoniis prohibitis sit publicatum, matrimonium aliter, quam secundum formam Concilii Tridentini contrahant, atque ad judicium venientes petant istud ob non servatam formam, eique nec parochus, nec Concionator Lutheranus interfuit, nullum pronunciari, Judex illud nullum pronunciare debeat?

Respondit S. Congregatio, hujusmodi matrimonia 71
nulla esse, si isti, qui ea contraxerunt habitabant tunc in certa parochia, in cujus Ecclesia jam erat publicatum hoc decretum, & jam erant elapsi dies à prima publicatione, & in Ecclesia parochiali aderat proprius parochus Catholicus, coram quo ipsi non contraxerunt, sed coram ministris hæreticis, si tamen ipsi è dicta parochia transtulissent habitationem suam ad loc. hæreticorum, vel alia loca, in quibus adessent Curati Catholici, & in parochialibus Ecclesiis dictorum locorum nondum publicatum fuisset dictum decretum. In his enim casibus etiamsi coram ministris hæreticis contraxissent, tamen matrimonia valuissent.

Item dubitabatur, an quando in terris infidelium per- 72
missa est Christianorum parochia, & in ea idem Concilium rite promulgatum fuit, verum postea ejecto inde ab infidelibus parocho, vel ad tam longum tempus deficiente, ut verisimiliter non credatur restituendus, validum sit matrimonium, si absque dicta forma celebretur? Sanctissimus Gregorius XIII. audita Congregationis relatione, dixit, si alius parochus, vel Sacerdos Catholicus in propinquo loco sit, qui matrimonium contracturi sunt, adeant eum, & coram ipso, ac testibus contrahant. Quod si id commodè facere nequeant, contrahant coram testibus, & si fieri poterit, etiam coram notario, factis tamen prius in utroque casu denunciationibus in parochia, & nullo derecto legitimo impedimento, aliisque servatis ex Concilii decreto servandis.

Effata. In Mediolanensi. Stuprum sponsi cum spon- 73
sa graviter arbitrio Ordinarii, non autem pœna contra stuprantem à Sacris Canonibus inflicta, puniri debet ex hoc decreto. Item Ordinarius, factis *sponsalibus*, matrimonium quamprimum per verba de præsenti contrahi curet coram parocho; ne sponsi periculum hoc subeant, maximè si ipsi ante matrimonii consummationem id petierint, S. Congregatio Concilii.

In Brugnarensi. Quando vir ad domum uxoris acce- 74
dit pro contrahendo, & consummando matrimonio, his proprius parochus sit, qui uxoris est, & illis benedictionem Sacerdotalem de jure dari poterit. Ead. S. Congr.

In Segobiensi. In privatis domibus matrimonia cele- 75
brari possunt, dummodo præsens sit proprius parochus. Inducendi tamen sunt contrahentes, ut in Ecclesia celebrent. Eadem S. Congregatio.

In Cremonensi. In matrimoniis paulò ante Adven- 76
tum, vel quartam feriam Cinerum concluso ita, quod non superstint tot dies festi de præcepto, in quibus tres denunciationes fieri possint juxta hoc decretum, quamvis nulla adsit particularis suspicio, matrimonium malitiosè posse impediri, sed illa tantum, quæ in

omnibus militat, quia ob longam dilationem multa evenire possunt, ex quibus matrimonium effectum non sortiatur, Episcopus secundum suam prudentiam, & judicium dispensare poterit, ut illæ tantum denunciationes fiant, quæ fieri poterunt in diebus festis, qui superierint, sive unus, sive duo supersint. Eadem S. Congr.

77 In Faventina. Ad validitatem matrimonii sufficit præsentia solius parochi proprii sponsæ, quando matrimonium in parochia sponsæ contrahitur. Quemadmodum similiter sufficit præsentia solius parochi sponsi si matrimonium in parochia ipsius sponsi contrahitur. Ead. Sac. Congreg.

78 Regni Neapolitani. Aliquibus in locis illius Regni adest consuetudo, quod à sponsis pro licentia solemnizandi matrimonium detur Episcopo, & parocho pro quolibet una gallina. Quæsitum fuit à S. Congregatione, an liceret? Illustrissimi Domini responderunt, Archiepiscopo Rossanensi, & Vicario Montis piloši, quod liceret, cùm sint munuscula, de quibus non habetur consideratio. Sac. Congr. super Episcop.

79 Salutiarum. Matrimonium contractum non præsente parocho proprio, sed per alium Sacerdotem non habentem licentiam, neque ab Ordinario, neque à proprio contrahentium parocho, irritari non debet, sed tantum declarari, illud irrisum esse. Quia cum Concilium jam illud irritum fecerit, non est ulterius irritandum, sed sufficit sola declaratio. Ead. S. Congr. Concilii.

80 Eadem. Si contrahentes sint alienigenæ, & à pauco tempore alicubi habitantes, dummodo non sint de comprehensis inter vagabundos, horum erit proprius parochus is, cujus parochia Contrahentes habitant tempore, quo matrimonium contrahunt. Ead. S. Congreg. die 21. Decembris 1560.

81 In Cæsaraugustana. Ut matrimonium validè contrahatur, illud solum est necessarium, quod præsente proprio parocho contrahentium, vel alio Sacerdote de licentia ipsius parochi, sive Ordinarii, ac coram testibus verba de præsenti ab utroque contrahentium proferantur. Eadem S. Congr. 8. Id. Septembris 1569.

82 In Tornacensi. Hoc decretum intelligitur annullasse tantum contractus matrimonii per verba de præsenti facti clandestinè; sponsalia autem per verba de futuro, quamvis clandestinè facta, reliquit in terminis juris communis. Eadem S. Congr. die 7. Septembris 1570.

83 In Leodiensi. Benedictiones fieri debent à parocho vel à Sacerdote, cui ipse parochus, vel Ordinarius licentiam dederint, non obstantibus consuetudinibus, ac privilegiis in contrarium. Ead. S. Congr. 17. Decembris 1570.

84 In Aquilana. Contrahentes non præsente parocho graviter puniendi sunt, sed poterunt nihilominus, servata forma Concilii contrahere, si nullum aliud impedimentum aderit. Notarius tamen, & testes, qui interfuerunt graviter punientur arbitrio Ordinarii. Ead. S. Congregatio 7. Aprilis 1571.

85 In Spoletana. Matrimonium contractum coram parocho proprio conjugum, validum est, & per omissionem denunciationum non annullatur Ead. S. Congr. 29. Aprilis 1575.

86 In Reatina, Episcopo. *Che à gl' incestuosi, i quali ottengono dispensa, con haver per penitenza obligo di lavorare alla fabrica di S. Pietro, o di altre Chiese, doppo che haveranno sodisfatto alla penitenza loro imposta, non si dee dar loro dall' Ordinario altra pena per lo peccato dell' incesto, ma si hà da eseguire la dispensa.* Ead. Sac. Congr. mense Maii 1581.

87 In Tranensi. Archiepiscopo. *Si dice à V.S. in quanto al particolare de matrimonii, che altro è l'abuso della cohabitatione avanti le denuntie, e la solennità della Chiesa, e altro è, che lo sposo vadi a visitar la sposa secondo l'usanza col padre, o con la madre, o co' parenti futuri. Il primo, perche cohabitatione vuol dire cohabitare insieme nell' istessa casa, & è punibile: Ma il secondo, stante la consuetudine, è il consenso degl' interessati è compatibile. E in ogni caso bisogna astenersi da penitenze publiche infamano. E inquanto alle pene pecuniarie andar destro, accioche non si veda segno di avaritia e di cio non dee venir lucro alcuno al Vescovo, o al Vicario.* S. Congr. super Episcop. 25. Octobris 1588.

In Callien si, Episcopo: *Non si trova prohibito il far le denuntie de' matrimonii nel tempo, che sono vietate le solennità delle nozze.* Ead. S. Congr. 12. Decembris 1589. 88

In Hydruntina. Vicarius Hydruntinus mandaverat per totam diœcesim parochis, ne solemnizarent matrimonia sine ejus licentia in scriptis. Sac. Congregatio rescripsit, revocandum esse tale præceptum, & restringendum ad casum, quando detegitur impedimentum. Ead. S. Congr. Concilii 26. Junii 1590. 89

In Eadem. Ab eadem S. Congregatione injunctum fuit, ne imposterum reciperet juramentum à sponsis ne ante benedictionem se carnaliter cognoscerent. Ead. S. Congr. 20. Augusti. 1591. 90

Eadem S. Congregatio Concilii censuit, Episcopum remittere posse denunciationes, non solum quando subest suspicio, matrimonium malitiosè posse impediri, verum etiam alia ex causa rationabili ejus arbitrio. Item censuit Ordinarium posse secundum suam prudentiam, & judicium remittere aliquas denunciationes, ob vicinitatem temporis, quo nuptiæ prohibentur, sed non posse jubere fieri in diebus non festis. Item censuit, quod quando contrahentes sunt diversarum parochiarum, denunciationes faciendas esse in ambabus parochiis die 21. Februarii 1592. 91

In Aquitanen. Episcopo. *Che non si dee ritardare il Sagramento del matrimonio à coloro, che non sanno i principii della fede,* S. Congr. super Episcop. 4. Octobris 1588. 92

CONSULTATIO CXXXIV.

Virum in decreto, quod omnes reditus Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ convertantur in distributiones, quotidianas, comprehendi debeant reditus Missarum, & Anniversariorum? Ubi effata in ornatum cap. 3. sess. 21. de ref. Sacri Concilii Tridentini.

NOn videtur. Nam quoad reditus Missarum, cùm illi relicti fuerint pro certo, ac definito earum numero, si in distributiones quotidianas converterentur, sequeretur, quod divinis non interessentibus officiis tot Sacerdotibus, quot illis celebrandis sunt necessarii, vel non celebrarentur tot Missæ, quot ex testatorum præscripto celebrari debent, ac proinde eorum piæ voluntates frustrarentur, ac illorum conscientiæ, ad quos cura celebrationis pertinet, onerarentur contra decretum S. Concilii *cap. 4. sess. 25. de ref.* & contra decreta ejus S. Congregationis de celebrat. Missarum. 1

Vel si partes non interessentium dandæ essent pro celebratione Missarum, non possent isti reditus interessentibus accrescere contra naturam distributionum quotidianarum, de qua Glos. *in Clem. 2. v. pars dimidia de etat. & qualit. & in Clem. 2. v. suspensis de vita, & honestate Cler.* Gig. *cons.* 144. *num.* 30. cum aliis apud Monet. *de distrib. p. 3. quæst. 6. n. 16.* 2

Similiter sequeretur, quod Sacerdotes, qui tempore divinorum officiorum Missas celebrarent, & propterea divinis in Choro non interessent, nullo modo hujusmodi distributiones acquirerent juxta ea, quæ tradit Feder. de Sen. *cons. 120. in fine,* Abb. *in c. cum olim n. 3.* ibique Felin. *n. 2. & re jud.* Gig. *loc. cit. n. 26.* Atque ita eleemosyna illi privarentur, quæ pro ipsa Missarum celebratione relicta fuit. Quod est absurdum, cum ille, qui ad onus eligitur, repelli non debeat à mercede, ut dicitur *in cap. cum secundum Apostolum de præb.* 3

Quod verò ad anniversaria. Cùm eorum proventus iis tantum debeantur, qui illorum celebrationi interfunt, *cap. un. in fin.* ibique Glossa, ac Doctores de *Cler. non resid. in 6.* Si ipsi quoque in distributiones quotidianas converterentur, sequeretur, quod licet quis ipsis anniversariorum diebus eorum celebrationi non interesse, nihilominus reditus pro eis relictos ob aliorum dierum interessentiam lucraretur contra textum *in d. cap. un.* & contra piam testatorum voluntatem, quæ ea fuisse censetur, ut interessentibus tantùm ipsis anniversariorum diebus solverentur. Et propterea quod hi reditus inter celebrantes tantum, & interessentes dividi debeant, & in reditus perpetuos Capituli converti non possint, meritò atque in specie tradidit Genuens. *in practic. ab Eccles. qu. 400. nu. 2. cum seqq.* 4

Non obstat, si Missarum reditus sint adeò pingues, ut dimidia eorum pars celebrationi Missarum sufficeret, altera verò pars in massam communem pro distributionibus quotidianis converti possit. 5

Primò, quia cum testatores, atque alii, qui hos reditus reliquerunt, eos totos, quanticumque illi sunt, pro Missarum celebratione reliquerint, nulla illorum pars in aliam causam ab Episcopo converti potest, cum hoc sit de reservatis Summo Pontifici, *Clem. quia contingit,* ubi Glos. *v. Sedis Apostolicæ,* & post eam Doctores *de relig. domib.* Lap. *alleg.* 87. *n.* 2. Felin. *cons.* 41. *n.* 8. 9. Mandos. *cons.* 33. *n.* 4. ac Rot. *decis.* 544. *num.* 3. *p.* 1. *recent.* Nec ipse quidem Summus Pontifex solet hujusmodi pias dispositiones commutare, nisi quando illæ juxta disponentium mentem adimpleri non possunt, Lap. *d. alleg.* 87. *nu.* 5. Guidopap. *decis.* 556. *vers. post hæc scripta,* & Rota *d. decis.* 544. *n.* 3. *par.* 1. *recent.* 6

Secundo, quia licet minor eleemosyna dari posset, attamen quod superesset, non deberet in distributiones quotidianas converti, sed relinqui pro oneribus aliarum Missarum, pro quibus celebrandis eleemosyna adeò tenuis relicta fuit, ut non facilè extiturі sint imposterum ex Sacerdotibus dictæ Ecclesiæ, qui velint huic se oneri subjicere, si quod ex reditibus præfatis detrahi peritur, in distributiones quotidianas converteretur, cùm illi dicto oneri hucusque ea tantummodo ratione subjecerint, quia tenuitas unius eleemosynæ, alterius compensabatur ad tradita per S. Concilium Trid. *d. cap. 4. sess. 25.* 7

Quæ tanè eo facilius admittenda videntur in illis Ecclesiis, in quibus divinus cultus, & Ecclesiastica munia non negliguntur. Nam ut patet ex eodem S. Concilio *sess. 21. cap. 2. de ref.* conversio aliorum redituum in distributiones quotidianas fit tantùm, ne qua in parte divinus cultus minuatur; sed ei debitum omnibus in rebus obsequium præstetur. 8

At nihilominus in hac re ita distinguendum censeo. Si hoc decretum intelligatur, ne de hujusmodi reditibus participent, nisi actu inservientes Ecclesiæ, potest comprehendere legata Missarum, & Anniversariorum per textum in *cap. un. in fine,* ubi Glos. *v. idem de Cler. non resid. in 6.* dum Pontifex præcipiens distributiones quotidianas non dari, nisi interessentibus horis divinis, subdit; idem quoque procedere in funeralibus. Idque videtur esse ad mentem S. Concilii Tridentidi *d. cap. 3. sess. 21.* ubi ita decernitur: *Cum beneficia ad divinum cultum, atque ad Ecclesiastica munia obeunda sint constituta, ne qua in parte minuatur divinus cultus, sed ei debitum omnibus in rebus obsequium præstetur, statuit sancta Synodus in Ecclesiis, tam Cathedralibus, quàm Collegiatis, in quibus nulla sunt distributiones quotidianæ, vel ita tenues, ut verisimiliter negligantur, tertiam partem fructuum, & quorumcumque proventuum, & obventionum, tam dignitatum, quàm Canonicatuum, personatuum, portionum, & officiorum separari debere, & in distributiones quotidianas converti, quæ inter dignitates obtinentes, ac cæteros divinis interessentes proportionabiliter juxta divisionem ab Epis. etiam tamquam Sedis Apostolicæ delegata in ipsa prima fructuum deductione facienda, dividantur &c. non obstantibus exemptionibus, ac aliis consuetudinibus, etiam immemorabilibus, & appellationibus quibuscumque &c.* 9

Si verò intelligatur ad effectum, ut portiones non residentium remaneant in massa, & accrescant residentibus, qui percipiant portionem non servientium, & consequenter impinguetur fortassis aliqua portio, quam percipit Episcopus ex punctaturis, dec. cum non habet locum in istis funeralibus, scilicet missis legatis, & anniversariis, ut in hac specie tenet Cardinalis *in Clem. 2. §. illi verò quæst. 15. n. 15. de etat. & qualit.* ubi dum statuitur, dimidiam distributionum partem subtrahi Canonicis non existentibus in factis, quæ dimidia ab eis subtracta accrescat aliis interessentibus, ut tenet ibi glos. *v. pars dimidia,* cui cæteri subscribunt, advertit Cardinalis, istam dispositionem non procedere in anniversariis. 10

Neque absolutè licitum est arguere à distributionibus quotidianis ad hujusmodi funeralia, & anniversaria pro quibus strictior interessentia, magisque præsium servitium requiritur adeò, ut Franch. *in d. cap. un. §. fin.* concludat post Geminianum, & alios, quod licet, dum Canonicus est in exercitio lecturæ Theologicæ, vel alio simili, percipiat de jure distributiones quotidianas, non tamen ideircò percipere potest hujusmodi anniversaria, sive funeralia; prout etiam regulariter qui habet indultum à Papa, ut in absentia possit percipere distributiones; non propterea vigore ejus inuulti percipit mortuaria, sive anniversaria, ut per Lap. *alleg.* 35. *nu.* 5 ubi de consuetudine Ecclesiæ Florentinæ, Navar. *cons.* 13. *de Cler. non resid.* & alios, quos cumulat Monet. *de distrib. par.* 2. *quæst.* 14. *num.* 2. & nos alibi. 11

Ratio videtur perspicua, ne mens testatoris defraudetur, ejusque anima, quæ forsan adhuc torquetur in purgatorio, priveretur hoc suffragio, qua ratione non datur commutatio in istis anniversariis, & mortuariis, ut late deducit Perez de Lara in *tr. de anniversar. lib. 1. cap. 14.* 12

Effata. In Mediolanensi. Episcopus non potest cogere obtinentes beneficia simplicia ad aliquod personale servitium eorum beneficii impendendum, cùm ex antiquissima totius Ecclesiæ consuetudine isti non teneantur, nisi ad officium divinum recitandum. S. Congr. Concilii. 13

In eadem. Collegiatæ non insignes non requirunt residentiam, quando in eis supra horarium memoriam solitum sit non residere. Et propterea non potest Ordinarius separare tertiam partem, & convertere in distributiones quotidianas Ead. S. Congr. 14

In eadem. Si reditus Canonicatuum Collegiatæ S. Joannis Baptistæ Modoetiæ quoad distributiones quotidianas ascendunt ad quinquaginta ducatos, & præbendæ non excedunt duodecim, non est convertenda tertia pars in distributiones. Quia detractio fieri non debet, nisi in casu, quo distributiones sint tenues. Ead. S. Congr. 15

In eadem Tertia pars fructuum, de qua in hoc decreto intelligitur, deductis oneribus, ac legitimè impositis pensionibus, quamdiù illæ duraverint. Ead. S. Congr. 16

In eadem. In Ecclesiis, in quibus distributiones non sunt regulariter tenues, imò pingues, licet sint aliquæ horæ, quę nullas distributiones habeant, aut tenues, debent tamen eis rationabiliter assignari, detrahendo aliquam partem fructuum à præbendis, non autem ab aliis distributionibus, cęteris horis assignatis. Ead. S. Congr. 17

In Parmensi. Non potest cogi obtinens Capellaniam, ut ipsemet celebret, licet in ejus fundatione disponatur, quod rectores celebrent. Nam istis oneribus per substitutum satisfit. Ead. S. Congr. 18

In Cremonensi. Beneficiati non sunt cogendi ad sustinendum onera, quæ in fundatione, vel institutione, aut statutis non reperiuntur, vel ad quæ ex antiqua consuetudine non tenentur. Ead. S. Congr. 19

In Papiensi. Quando ex aliqua justa causa tertia pars fructuum non potest converti in distributiones juxta hoc decretum. Episcopus potest statuere Canonicis, quod tot fructus in manibus Camerarii Capituli consignent, qui dictam tertiam partem constituant. Ead. S. Congreg. 20

In Assisien si. Præbenda non est divisibilis, sed tertia pars est separanda. Pro tempore autem, quo Archipresbyter, curam animarum habens, illi incumbit, habendus est pro presente. Ead. S. Congr. 21

In Burgensi. Quando est facienda hæc detractio 22

tertiæ partis, debet attendi versus valor, & non taxa præbendarum. Ead. S. Congr.

23 In Patavina. Huic detractioni tenentur omnes Canonici, licet non sint in Sacris, & distributiones lucrari nequeant, & contradicentes omnibus juris remediis compellendi sunt. Ead. S. Congr.

24 In Cremonensi. Quando Canonici residere non tenentur, cogi non possunt ad hanc detractionem. Ead. S. Congr.

25 In Paduana. Unusquisque percipere debet tantum de distributionibus quotidianis, quantum de sua præbenda de tractum fuit. Ead. S. Congr.

26 In Burgensi. Episcopus tertiam partem fructuum, dignitatum, & Canonicatuum, non solum provenientium ex mensa Capitulari, seu massa communi ipsius Ecclesiæ, sed ex omnibus fructibus, undecumque obvenientibus, etiam separatis à mensa Capitulari, dummodo tamen sint fructus illius Ecclesiæ, in cujus choro sedem habent hæ dignitates, separare, & in distributiones quotidianas convertere poterit. Ead. S. Congr.

27 In Ripana. Episcopus potest, etiam contradicente Capitulo, tertiam partem fructuum Canonicatuum & dignitatum separare, eamque in distributiones quotidianas proportionabiliter dividendam convertere. Ead. S. Congr.

28 In Legionensi. Beneficiatus Ecclesiæ ruralis, quæ neque ex fundatione, neque ex aliis legitimis Constitutionibus, aut ex præscripta consuetudine onus celebrandi Missas injunctum esse apparuerit, per Ordinarium cogi non debet, nisi ad solitum. Ead. S. Congr. 26. Novembris 574.

29 In Casalensi. Tertia pars reditus Canonicatuum, quos obtinent illi, qui parochiales habent, applicari debet Capitulo Ecclesiæ Cathedralis. Reliquæ autem duæ partes relinquantur Canonicis ipsis residentibus in suis parochialibus. Ead. S. Congr. 24. Junii 1575.

30 An autem distributiones succedant in locum præbendæ, ubi tenues sunt fructus, à distributionibus distincti. Et quomodo hæc tenuitas sit æstimanda, & quid si fructus quartam partem distributionum non superent, alibi dictum est.

CONSULTATIO CXXXV.

De Episcopo duarum Cathedralium unitarum, ubi hæc disceptantur.

1 *In quanam pro majori annì parte residere teneatur?*
2 *An in casu absentiæ ab altera Cathedrali teneatur in illa deputare Vicarium generalem?*
3 *Canonici, aliique Clerici alterutrius diœcesis, si deliquerint, quibus carceribus mancipandi sint?*
4 *An Episcopus accedens ad alterutram Cathedralem, teneatur in illa pontificalia exercere?*
5 *An pontificialia sint alternatim exercenda?*
6 *An Episcopus teneantur deputare pœnitentiarium in utraque Ecclesia?*
7 *An item examinatores synodales? &*
8 *An mulctæ, ac pœnæ delinquentium applicandæ sint piis, locis diœcesis, cujus sunt delinquentes.*

Præterea non abs re adducitur Concilium cap. 8. sess. 24. de refor. in quo agitur de pœnitentia, pœnitentibus, ac pœnitentiariis, illudque explanatur.

1 AD primum. In digniori Panorm. *in cap. extirpandæ §. qui verò num. 5. de præb.* & in hac specie ita fuisse à S. Congregatione Concilii declaratum, ex dit Garz. *de benef. p. 3. cap. 2. n. 179.* & Barbos. *de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 53. n. 73.* Eoque præsertim si in illa extet palatium Episcopale, & concurrat observatio præcedentium Episcoporum, qui consueverant inibi residere, ex Panorm. *loc. cit.*

2 Quænam autem Ecclesia Cathedralis sit dignior, convinci poterit ex denominatione, qua utitur Episcopus, ut per Seraph. *decis. 1495. n. 4.* Franch. March. *dec. 1365. n. 1. p. 1.* ac Rota *decis. 4. de elect. in nov.* & coram Gregorio XV. *decis. 310. num. 5.* ubique Add. *num. 8.*

3 *Ad* secundum affirmativè. Idque pro subministranda justitia subditis, præcipuè si diœcesis sit ampla, aliàs subditi magno cum incommodo cogerentur justitiam in alieno territorio sibi subministrari, ut per Sbroz. *de offic. Vicar. lib. 1. q. 46 num. 3.* Bero. *in cap. prudentiam numer. 100. de offic. deleg.* Covar. *var. lib. 3. cap. 20. num. 4.* Gratian. *discept. 561. num. 16. & discept. 892. num. 9.* Maximè autem si hæ duæ diœceses sint peræquè principaliter unitæ, atque adeò quælibet conservat sua jura, & privilegia, propriisque legibus regitur, eisque judicari debet à suis Judicibus, ut per Socin. *cons. 79. n. 24. lib. 4.* Alex. *cons. 151. n. 5. lib. 2.* Roman. *cons. 275. n. 6.* & Gratian. *d. discept. 892. n.* Et declaravit S. Congregatio Concilii in Vulven. & Sulmonen. 3. Septembris 1650.

4 *Ad* tertium. Mancipandi sunt carceribus propriæ diœcesis, ut declaravit eadem S. Congregatio apud Barbos. *ad cap. 6. sess. 25. de refor. num. 27.* Et in terminis Episcopatus Calcianatensis, & Calaguritani tradit, Gratian. *d. discept. 892. n. 3.* Quia grave alioquin damnum, atque injuria oriretur, si delicta in aliena diœcesi publicarentur, præter magnam difficultatem defensionis, dum cogerentur extra proprios lares causam agere. Quilibet enim Ecclesia, ut diximus, retinet sua privilegia, perinde ac si nulla esset facta unio. Atque ita etiam declaravit Sac. Congregatio Concilii in Valuensi & Sulmonensi. Cùm enim Superioribus annis Capitulum, & Clerus Valuensis sæpius conquæsti essent apud S. Congregationem, quod etiam extarent peculiares carceres in palatio Episcopali Valuensi, ubi Episcopi Vicarius morabatur, nihilominus Episcopus prædecessor, cum aliquis è diœcesi Valuensi in carcerem erat conjciendus, ad Sulmonensem Civitatem duci mandaret in maximum reorum damnum, & incommodum. S. Congregatio 17. Januarii 1604. dedit literas ad Episcopum sequentis tenoris: *Quamdiu Amplitudo tua Valuensi, & Sulmonensi Ecclesiæ, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia præest, ipsam utriusque Civitatis diœcesanos æquè prospicere decet, & propterea cum aliquis ex dictis Valvensibus in carcerem fuerit conjiciendus, non ad Sulmonensem Civitatem ducendus est, sed carceribus Valvensis palatii Episcopalis, ubi Amplitudo tua moratur, mancipare debebit, ne accedat squaloris carceris, etiam itineris incommodum, ac rerum necessariarum defectus, quas ultra propriam patriam consanguinei reis ægrè suppeditant, id summa equitas postulat, & ab Amplitudine tua observari mandant Illustrissimi Patres Tridentini Concilii Interpretes. Idem declaratum in Sutrina, & Nepesina 7. Junii* 1594. Et in eadem Valven. & Sulmonen. 3. Septembris 1650. ac sæpè alibi.

5 *Ad* quartum. Affirmativè. Siquidem actus ipse accedendi consideratur uti actio præservationis juris, & prærogativarum alterutrius Ecclesiæ, in qua Episcopus antequam excipiatur, debet Capitulo ostendere literas, & successivè in executionem actus apprehensionis possessionis, pontificialia quoque ministrare, qui est effectus receptionis, alioquin accessus esset inanis, ut etiam tradit Barbos. *de offic. & potest. Episc. d. p. 3. alleg. 3. numero 35.*

6 *Ad* quintum. Pariter affirmativè. Et inchoandum à digniori. Nam ut tertiò dicimus, quælibet retinet sua primæva jura, ut per Felin. *in cap. in nostra num. 3. de rescript.* Gonzal. *ad reg. 8. glos. 5. §. 7. num. 117. & seq.* Mandos. *cons. 27. numer. 8.*

7 *Ad* sextum. Etiam affirmativè, isque debet esse vel doctor, vel licentiatus in Theologia, vel juris canonici, ut per S. Concilium Trid. *sess. 24. cap. 8. de ref.* Zerol. *in pr. p. v. Pœnitentiarius §. 3.* Pauli. *de consid. q. 55. n. 17.* Garz. *de benef. p. 5. cap. 4. num. 18.* Ugolin. *de offic. Epis. c. 33. n. 2.* Ricc. *Collect. 477. num. 1.* Cevali. *com. opin. q. 897. num. 488. lib. 4.* ac Rota *decis. 56. num. 1.* coram Mantica.

Ad

8 Ad septimum. Item affirmativè. Siquidem illorum deputatio fieri debet ab iis, qui Synodo interfunt, qui sunt distincti ab aliis, qui Synodo alterius diœcesis inter sunt. Undè si examinatores morte obirent, surrogandi sunt alii cum approbatione, & consensu Capituli illius diœcesis, cujus sunt examinatores. Atque ita declarat S. Congregationem Concilii, refert Garz. *de benef. p. 9. cap. 2. n. 8.* Massobr. *in prax. concurs. requis. 12 dub. 2.* & Barbos. *d. p. 3. alleg. 60. num. 47.* ac ita tandem declaravit eadem S. Congregatio in eadem Valuen. & Sulmonen 3. Septembris 1650.

9 Ad octavum. Similiter affirmativè, ac ita fuisse declaratum in Venusina 21. Novembris 1600. testatur Aldan. *in comp. Canon. resol. lib. 5. tit. 1. num. 9.* quem sequitur Barbos. *ad cap. 3. sess. 25. de ref. num. 27.*

10 Porrò S. Concilium Tridentinum *d. cap. 8. sess. 24. de ref.* ita de publicè peccantibus, ac pœnitentibus, deque pœnitentiariis in Cathedralibus instituendis decernit.

11 *Apostolus monet* publicè peccantes palàm esse corripiendos. Quando igitur ab aliquo publicè, & multorum conspectu crimen commissum fuerit, undè alios scandalo offensos, commotosque fuisse, non sit dubitandum, hunc condignam pro modo culpæ pœnitentiam publicè iniungi oportet, ut quos exemplo suo ad malos mores provocavit, suæ emendationis testimonio ad rectam revocet vitam. Episcopus tamen publicè hoc pœnitentiæ genus in aliud forsitan poterit commutare, quando ita magis *judicaverit expedire.*

12 *Agitur* in hac prima parte decreti de pœnitentia publica, cujus commutatio arbitrio Episcopi commissa. Inter fideles tertius Ordo pœnitentium erat in loco infimo, quasi electi in fundum, qui competentibus, & audientibus cathecumenis anteponebantur, quod essent baptizati, licet illis inferiores censerentur; quod eorum culpa ex commercio Christianorum essent expulsi.

13 Pœnitentes verò non vocabantur omnes, qui pœnitentiam agerent. Concil. Toletan. 1. *can.* 2. pœnitentem dicimus, qui post baptismum pro homicidio, aut diversis criminibus, gravissimis peccatis publicam pœnitentiam gerit. Erat autem duplex pœnitentia. *Alia* omnio publica, quæ inponebatur, & agebatur in conspectu totius Ecclesiæ. *Alia*, quæ non erat quidem secreta, sed non erat adeò publica. Non enim coram tota Ecclesia, sed coram tribus testibus imponebatur, quando peccata non merebantur omnino publicam pœnitentiam, ut decrevit Concil. Tolet. 11. *cap.* 7. Dabatur autem publica pœnitentia solum propter publica peccata, ut propter hæresim, homicidium, adulterium publicum, ut statuit Concilium Arelatense 4. *cap.* 26. Remense *cap.* 31. & Moguntinum 2. *c.* 31. & colligitur *ex histor. tripart. lib.* 7. *cap.* 17. ubi de Matrona illa Constantinopolitana, quæ dum in Ecclesia pœnitentiam agebat adulterium commisit cum diacono.

14 Pœnitentium verò quinque erant Ordines. Primus abiectissimus eorum, qui non ingrediebantur Ecclesiam, sed tantum veniebant ad fores, ibique proclamabant ad Christianos, qui intra Ecclesiam erant, ut pro se orarent, qui locus idcirco à Græcis vocatus *est Ploetus.*

15 Secundus eorum, qui ad Ecclesiam veniebant, non ob aliam rem, nisi ut audirent concionem, quam etiam audire tolebant comperentes, & audientes postea ejiciebantur post competentes. Hic locus Ecclesiæ à Græcis vocatus est *Auditorium.*

16 Tertius eorum, qui admittebantur non ad concionem modò, sed ad adorationem publicam, quæ fiebat extra sacrificium. Nam ad sacrificium, & preces illius non admittebantur. Locus, in quo hi consistebant, dicebatur *subjectio*, sive *subtractio.*

17 Quartus eorum, qui admittebantur etiam ad ad preces Sacrificii, sed non poterant communicare. Propterea eorum locus nominabatur *Congregatio*, quia manebant cum tota Congregatione Christianorum.

18 Quintus eorum, qui jam expleverant omnem suam pœnitentiam, quique non expectabant, nisi reconciliationem ut accederent ad communionem. Et propterea eorum locus in Ecclesia designatus dictus est *expletio.* Hæc scripsit Gregorius Neo cæsariensis *in epist. Canon. cap.* 11. quæ conjuncta est Canonibus Photii. & de quibus omnibus Pacianus in Parænesi ad pœnitentiam. De habitu verò illorum veteres scriptores. Ex quibus apparet quantum ab illa Ecclesiastica politia distamus.

19 *In omnibus etiam* Cathedralibus Ecclesiis, ubi id commodè fieri poterit Pœnitentiarius aliquis cum unione præbendæ proximè vacaturæ, ab Episcopo instituatur, qui Magister sit, vel doctor aut licentiatus in Theologia, vel jure Canonico; & annorum quadraginta, seu alius, qui aptior pro loci qualitate reperiatur, qui dum Confessiones in Ecclesia audiet, interim præsens in *choro censeatur.*

20 In hac secunda parte statuitur de eligendo pœnitentiario in qualibet Ecclesia Cathedrali cum unione præbendæ, & qualitates ejusdem describuntur.

21 *In Cathedralibus Ecclesiis.* In aliis ergo Ecclesiis Collegiatis hoc decretum locum non habebit *Ubi id commodè fieri poterit.* Et cum quidam Canonici prætenderent, pœnitentiarium non debere esse Canonicum ob paucum eorum numerum. Et quia curadam Curatori Ecclesiastico, cui à Capitulo solvitur stipendium quinquaginta aureorum, id munus ab Episcopo demandari posse videretur, quod hactenus factum fuerat. Quia tamen pingues esse reditus Capituli Episcopus testabatur, Sacra Congregatio censuit; Episcopum debere erigere officium Pœnitentiarii in Ecclesia Cathedrali; & eligere personam Pœnitentiarii, eique constituere salarium proprium ex reditibus Capituli septuaginta aureorum illius monetæ.

22 *Pœnitentiarius aliquis.* Et cùm præsuppositâ declaratione S. Congregationis aliàs edita, scilicet Canonicum ex consuetudine Ecclesiæ posse obtinere dignitatem, quæreretur, an obtinens Canonicatum, cui post Concilium injunctum est munus Pœnitentiarii, possit vigore dictæ consuetudinis obtinere etiam dignitatem in eadem Ecclesia? Responsum, non posse, sed poterit ne huic Pœnitentiario ex statuto à Sede Apostolica confirmato, quo licet Canonicis quinque menses quolibet anno abesse à sua Ecclesia, eadem facultas competere? Item poterit ne fungi officio Visitatoris? Et dictum non competere, si institutus est ex decreto Concilii, nec officio Visitatoris posse fungi. Non tamen poterit cogi ad majorem residentiam, quàm alii Canonici, quibus per tres menses abesse licet, hac moderatione adhibita, ut scilicet sit præsens in Ecclesia eo tempore, quo frequentius pœnitentes accedere solent ad confessionem, nempè ieiunii tempore Quadragesimæ, Adventus; diebus solemnibus, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Corporis Christi, Assumptionis B. Mariæ Virginis, omnium Sanctorum, & Nativitatis Domini.

23 *Præbendæ.* Et cùm cuidam tamquam Pœnitentiario ab Episcopo portio fuisset collata, Sacra Congregatio censuit, hunc casum non comprehendi in hoc decreto. Quoniam appellatione præbendæ in hoc decreto non venit portio. Concilium enim videtur accepisse præbendam, ut diversam à portione, ut patet ex *cap.* 18. *sess.* 23. ibi: *præbendam, portionem.* Et advertendum, quod Pœnitentiarius, cujus officio fuit perpetuo unitus Canonicatus cum certa præbenda ex Concilio, & auctoritate Apostolica, unio confirmata non poterit optare aliam præbendam, nec retento, nec dimisso officio.

24 *Proximè vacaturæ.* Sed debeatne Pœnitentiarius vigore hujus decreti instituius, si adhuc non obtineat præbendam, participare de distributionibus quotidianis ex nunc, & habere locum in Choro, & Capitulo, etiam antequam sibi obveniat præbenda vacatura? Item debeatne præcedere singulos Canonicos, cùm habeat officium, & administrationem Sacramenti Confessionis, & pœnitentiæ, & propterea sit dignitas, sicut Præpositus, Archidiaconus, & similes? Placuit S. Congregationi, Pœnitentiarium

rium, antequàm præbenda, quæ suo officio fuit unita vacet, non habere locum, neque in Capitulo, neque in Choro, neque posse percipere distributiones quotidianas, neque debere deputari, vel eligi personam, nisi postquam vacatio primæ præbendæ assignatæ contigerit, sed debere erigere officium pro prima vacatura præbenda. An autem postquam vacaverit, & eam adeptus fuerit, debeat præcedere simplices Canonicos, tamquam ultima dignitas, Gregorius XIII. dixit, non inducendam hanc novitatem, ideòque jussit responderi, quod Pœnitentiarius sedeat loco sui Canonicatus, cum illum fuerit adeptus. Id ipsum jussit rescribi de Theologo.

25 *Ab Episcopo instituatur.* Sed quid, stante statuto condito in fundatione Ecclesiæ, Apostolica auctoritate confirmato, & à tempore immemorabili observato, ut omnes dignitatum, Canonicatuum, & portionum electiones, & provisiones ad Capitulum simul cum Episcopo pertineant? Et Sacra Congregatio censuit, collationem præbendæ fieri debere ab eo, ad quem antea spectabat, sic & præsentationem, si præbendæ præsentatio ad Capitulum, vel ad alium specter, electionem verò, & deputationem personæ ad solum Episcopum pertinere sine consensu Capituli, non obstante dicto statuto, & immemorabili observatione illius, eoque absente, ad ejus Vicarium, cui in specie Episcopus delegaverit talem facultatem, cum decisio S. Congregationis locum non habeat casu, quo Episcopus abiit.

26 Qua declaratione stante, quæsitum fuit. Si officii Pœnitentiarii, & tum unitæ Præbendæ vacatio contingat in mense Apostolico, aut aliàs præbenda esset reservata, vel affecta, an electio personæ Pœnitentiarii hujusmodi pertineat ad Episcopum? Minimè, sed ad Summum Pontificem. Primò, quia decretum Concilii de Pœnitentiario non comprehendit præbendam vacantem in mense Apostolico, vel aliàs reservatam, vel affectam. Nam quando voluit derogare reservationibus, expressis, sicut in quibusdam decretis fecit. Deinde quia decretum Gregorii XIII. ex sententia S. Congregationis, super quo electiones contrariæ fundantur, emanavit inter Episcopum, & Capitulum, non autem inter Summum Pontificem, & Episcopum.

27 Si verò, Sede Episcopali vacante, vacaverit Canonicatus, & Præbenda Pœnitentiarii, licet Capitulum succedat in jurisdictione Episcopali, non tamen poterit dictum Pœnitentiariatum eligere, neque ad futurum Episcopum reservabitur, sed ad Papam Ordinarium, & Episcopum Episcoporum talis electio devolvitur. Neque huic decisioni obstat doctrina Rebuffi. *in pract. benef. tit. de devol. n.* 62. Quia loquitur de Confessario simplici constituendo à Capitulo, qui, Sede Episcopali vacante, possit absolvere à casibus, Episcopo reservatis, cujus officium, creato Episcopo expirat, & nullam præbendam annexam habet; secus est in Pœnitentiario ad præscriptum Concilii, cujus deputatio cum annexione præbendæ ad solum Episcopum pertinet sine consensu Capituli. Notandum tamen est, Capitulum, Sede vacante, posse concedere casus reservatos Episcopo dicto Canonico Pœnitentiario.

28 *Annorum quadraginta.* Et defectus ætatis annorum quadraginta à Concilio requisitæ, non obstare dixit S. Congregatio, ubi aliàs aptior pro loci qualitate non reperitur.

29 *Confessiones.* Sed quam auctoritatem habebit, & in quibus casibus absolvere poterit Pœnitentiarius ab Episcopo vigore hujus decreti? Et S. Congregatio censuit, non posse absolvere à casibus Sedi Apostolicæ reservatis, neque ab illis, quos Episcopus expressè sibi reservaverit, nisi Episcopus ipse licentiam, & auctoritatem specialem ei dederit. Advertendum etiam est, si Pœnitentiarius Confessionibus audiendis non vacaverit, Episcopum posse ex sententia S. Congregationis eum compellere, & recusantem etiam privare.

30 *Præsens in Choro.* Sed an præsens censeri debeat extra Chorum? Puta cum Capitulum comitatur corpus defuncti, sepulturæ tradendum, & eo quoque casu percipiet distributiones, perinde ac si interfuisset? Ac licet Concilium loquatur tantum de Choro, eandem tamen in utroque casu militare rationem S. Congregatio declaravit, & quidem à fortiori, ideòt si in Choro, multò magis extra. Verùm hac de re addubito propter strictiorem interessentiam requisitam in mortuariis, & anniversariis in suffragium defunctorum, ut alibi annotavi. Id certum, quod censeri debeat præsens audiendo confessiones tam eorum, qui habent casus reservatos, quàm eorum, qui tantum peccata venialia habent. Tum quia Concilium generaliter loquitur. Et tum quia inde præberetur occasio revelandi peccata gravia, & retrahendi confitentes.

31 Sed tenetur ne residere in Confessionario, dum divina dicuntur; Sacra Congregatio censuit, Pœnitentiarium habendum pro præsente in Choro, dum audit Confessiones in Ecclesia, sive in Confessionario, sive extra, non autem pro tempore, quo residet in Confessionario, nec audit Confessiones, aliis in Choro divina celebrantibus; nec recitatus officium privatim, si antequam recitarentur horæ Canonicæ in Choro, audivit Confessiones; nec dixerit Missam, censendus est præsens in Choro. Et sata alibi adduxi.

CONSULTATIO CXXXVI.

Cajus contraxit matrimonium per verba de præsenti cum Berta, nulla conditione appositâ; sed quia paulò ante dixerat, audientibus multis, se acceptaturum in uxorem Bertam, si tamen hæc haberet aureorum decem millia, sin aliter repudiaturum. Post initum matrimonium, quia reservit sponsam nihil possidere, abstinuit à copula; ne in id consentire videretur. Ideò non temerè dubitatur, an matrimonium hujusmodi sub ea conditione contractum sit validum?

VIdetur esse validum. Primò, quia conditio ante matrimonium apposita non fuit redacta in scriptis, neque significata in contractu per notarium stipulato. Secundo, quia coram parocho, & testibus Cajus purè contraxit, & potuit conditionis appositæ pœnitere, quo casu matrimonium validum est. Tertiò, quia videtur Cajus recessisse à conditione, dum eam non repetiit coram Parocho, & testibus, quemadmodum oportebat post decretum Concilii Tridentini, & verba, quæ protulit in facie Ecclesiæ important consensum simplicem, & absolutum sine ulla adiunctione. 1

Præterea in dubiis standum est pro matrimonii validitate, *cap. fin. de sent. & jud.* 2

His tamen non obstantibus, dicendum mihi videtur, matrimonium hujusmodi esse nullum per ea, quæ docent Sylvest. *v. matrimonium 4. num.* 11. Sanchez *de matrimonio lib.* 2. *disp.* 45. *quæst.* 2. Pontius *eod. tract. lib.* 4. *cap.* 21. *num.* 13. qui casum in his terminis pertractant. Quia Cajus coram muliere protestationi consentiente protestatus est, se nunquam cum ea contracturum matrimonium, nisi sub illa conditione, quam illa non implevit. Ex consensu autem in protestationem videtur mulier jure, suo cessisse, & non licuisse contrahere matrimonium nisi sub illa conditione, & quia voluntas Caii, tam expressè declarata præsumitur permansisse, ut ostendit Menoch. *lib. 6. præsumpt. 99. num.* 49. & latius *præsumpt.* 37. *per l. eum tacitum, & l. eum qui ff. de probat.* notatque Bald. *in cap. Quia propter de elect. num.* 25. Nec præsumitur facta confestim mutatio, Menoch. *de præsumpt. præsumpt.* 37. *num.* 9. & Cajum remisisse conditionem, quæ menti suæ penitus inhærebat. 3

Accedit, quod nulla ratio appareat discedendi ab eo consilio, quod planè honestum ipsi erat, & à quo non sine gravi incommodo discessisset, & ex accedentibus ac consequentibus matrimonii contractum satis colligitur, medio tempore Cajum ejusdem mentis fuisse, Glos. *in cap. per tuas de condit. appos. v. præsentandum*, eumque ipse conditionem eandem dixerit meditari, 4

tari, atque sponsæ sub tempus contrahendi præsumitur matrimonium iniisse in executionem prævii tractatus, Mant. *lib.* 2. *tit.* 2. *n.* 25. *de tacit. & ambig.*

Et quidem certum est, quod sine mutuo consensu nullus contractus est validus, at Cajus manifestè declaravit, se nullatenus consentire, nisi posita præfata conditione. Ergo ea non posita, defuit omnino consensus. Nam voluntas sequitur apprehensionem intellectus. Cajus autem non consensit in mulierem, nisi ut cognitam, & apprehensam cum tali qualitate, ac proinde, illa deficiente, nullus est consensus. Quod comprobatur ex natura conditionis, quæ talis est, ut suspendat valorem contractus sub ea initi. Nulla autem conditio rejicitur à contractu matrimonii, nisi turpis, ac impossibilis. Hæc autem honesta, & possibilis est, intentio contrahentis virtute prædictæ conditionis coarctata fuit ad talem qualitatem personæ, quæ si non subsisteret, invalidus esset contractus. Atqui conditio non fuit vera, ergo nec verum matrimonium. Hinc mutata aliqua ratione motiva in objecto, mutatur etiam actus voluntatis circa ipsum objectum. Illa autem qualitas personæ, quod scilicet haberet decem millia aureorum pertinebat ad rationem objecti, & semper supposita fuit in objecto. Ea igitur ablata, mutatus est actus voluntatis, ac destructa tota ratio consensus, nihilque remansit, per quod posset dictus contractus subsistere. Ac ita tenent Theologi communiter. D. Thom. *in 4. sent. d.* 29. *art.* 3. *quæstiunc.* D. Bonav. *ibid. d* 30. *in exposit. lit. dub.* 3. D. Anton. 3. *part. titul.* 2. *in fin. cap.* 2. aliique multi, quos citant: & sequuntur Sanchez *lib.* 7. *de matrim. disp.* 18. *numer.* 21. Pontius *lib.* 4. *de matrim. cap.* 21. *num.* 7. quibus suffragantur Canonistæ *in c. super eo de condit. appos.* 5

Confirmat hanc doctrinam casus expressus, positus à Pontio *d. lib.* 4. *c.* 21. in iisdem ferè terminis, mutata dumtaxat conditione ita, ut quod ille judicavit de muliere à matrimonio contracto resiliente, quia sæpè ante ipsum protestata fuerat, se malle potius mori, quam matrimonium inire cum Titio, si is Judæorum sanguine progenitus esset. Unde *num.* 13. narrat, se obtinuisse ut per sententiam Judicis declaretur nullum matrimonium, cui sententiæ subscripsere quamplures Salmanticenses, Vallisoletani, Toletani, Complutenses, & Matritenses, viri in Theologia, Jurisque prudentia præstantissimi, & in regia Curia ferè omnes Jurisconsulti; hoc idem judicandum sit de Caio, qui sæpius protestatus fuerat, se non intendere matrimonium inire cum Berta, nisi illam pecuniæ summam haberet in bonis. 6

Hisque addi potest auctoritas illorum omnium, qui de matrimonio agentes in terminis parum differentibus controversiam hanc pertractant. Hi enim disputant quid agendum sit; si mulier post matrimonium contractum dicat, se metu consensisse, metumque probet, de quo videri possunt Sot. *in 4. dist.* 27. *quæst.* 1. *art.* 3. Trullench. *de Sacram. lib.* 7. *dub.* 4. *num.* 21. Basseus *v. matrimonium.* 4. Quidve pariter agendum sit, si vir post contractum matrimonium dicat, se id egisse, non animo contrahendi, sed decipiendi fœminam, idque probat. De quo videri possunt Ledesma *de matr. q.* 45. *dub. ult. concl.* 3. Navar. *in man. cap.* 22. *nu.* 77. *& seq.* Henriq. *lib.* 11. *cap.* 11. *n.* 4. Baunyus *theol. moral. tract* 12. *q.* 1. Quæ dubitationes eodem recidunt, & unica solutione solvuntur, & à pluribus auctoribus, tanquam eandem difficultatem continentes, simul resolvuntur. 7

Si ergo fœmina dicat, se metu consensisse, credendum illi est, si sit probatæ vitæ, si metum probet, & alteri nubat, Basseus *loc cit.* ex Soto. Idque repetit Trullench. *ibi*, nimirum asserenti, se non consensisse, non esse fidem adhibendam, nisi fortè fecerit protestationem coram viris fide dignis; ubi notandum, quod non dicit coram Parocho, & testibus in actu matrimonii, qua protestata sit, se metu contraxisse, Sotus tandem ait, præstandam esse fidem mulieri dicenti, se propter metum contraxisse; tribus conditionibus intervenientibus, probatione metus, probitate vitæ, & secundis nuptiis. Constat autem in Caio habere locum has tres conditiones, probus vir est, conditiones appositas approbavit, & per ipsum non stetit, quin secundo nupserit. 8

Idem, inquiunt Doctores de eo, qui dixit, se coram Parocho, & testibus consensisse animo decipiendi fœminam, si hæ conditiones concurrant, scilicet si probabiliter judicio prudentis, ac boni viri videatur, cum qui decipit verum dicere; si prudens in judicando initi possit juramento *illius*, qui id affirmant; si alioquin sit fide dignus, ac sæpè, vel saltem semel in anno communicet, & honestè conversetur. Ita Navar. *d. cap.* 22. *num.* 77. *& seq.* si coram viris fide dignis protestatus sit ante matrimonium, se velle fœminam decipere, ut per Trullench. *de Sacram. lib.* 7. *c.* 5. *dub.* 4. *numero* 21. Si deceptionem juramento confirmet, & sit fide dignus; Baunyus *de matr. tract.* 12. *quæst.* 14. *theol. moral.* Constat autem his omnibus superabundasse Caium, qui coram viris fide dignis protestatus est, & promptus est jurare se nonnisi conditionatè consensisse. 9

Hæc omnia confirmari possunt probitate, quæ videtur 10 adamussim quadrare. Ille, qui coram legitimo superiore professionem emisit, & postea contra suam professionem vult agere, admittitur ad probationes à Concilio Tridentino, quod modum præscribit *sess.* 25. *cap.* 19. *de reform. Regul.* quomodo id debeat fieri, & probato metu, coactione, conditionibus appositis, fictione, &c. conditionibus appositis, fictione, &c. coram Superioribus Ordinario, & Regulari, ab his professio nulla declaratur. Cur non dicemus idem in contractu matrimonii, cui deest vis illa, quam professio recipit à voto?

Nec dictis obstat *c. per tuas de probat.* ubi nimis in- 11 dignum est, inquit textus, ut quod uni quisque voce dilucidè protestatus est in eumdem casum proinde valeat testimonio infirmare. Nam intelligitur de nudo testimonio, nulla conjectura, nullaque ratione confirmato, ut explicat Sot. *in 4. d. artic.* 27.

Minus obstat, quæ sub initio adduximus. Non quidem 12 primùm; quia nullo jure probatur, eas conditiones debuisse scribi. Quinimo, etiam jus scripturam exigeret, ea deficiente admittuntur probationes secundum Innoc. *in c. innotuit, de eo, qui Ordin. furt. suscept.* Et ideò Clericus debet probare, quod sit Clericus si scripturam non habeat in *c. quoniam de prob.* scripturæ plerumque requiruntur ad solemnitatem, non ad veritatem Glos. communiter recepta *in c. 1. v. in scriptis de consib. in 6.* & ex multis, quæ congerit Dec. *in rubr. de Constit. in 1. lectura à num.* 27.

Neque pariter secundum. Nam non potest Judex 13 de assensu, sive dissensu judicare, nisi ex præsumptionibus. Eum autem, qui pluries dixit, se nolle consentire matrimonio, nisi certis conditionibus, præsumitur, nisi constet, revocasse; in eadem voluntate stetisse usque ad actum matrimonii. Quia nullum Sacramentum est, quod requirat consensum actualem. Actiones autem humanæ attentè fiunt, si virtualis adsit attentio; & nimis difficilè esset præceptum illud, quod attentionem, & intentionem actualem requireret. Hodie propono, eras offerre sacrificium pro Titio. Huic prodest, me nihil aliud cogitare, quia intentio non revocata virtualiter perseverat. Et in casu proposito legatur Filiucius *tract.* 10. *de Sacram. matrim. c.* 2. qui disertè asserit errorem qualitatis appositæ per modum conditionis facere contractum nullum, etiam si quis in contractu mentè tantum retineat voluntatem non contrahendi, nisi posita conditione ita tamen, ut hæc intentio contrahendi, si non sit actualis, possit esse virtualis. Constat autem virtualem intentionem multo tempore præcedere posse actum contractus. Videatur de hac re Reginaldus, qui expressius asserit, ubi agit de intentione ponendi conditionem, intentionem conditionatam posse præcedere contractum, si habitum, antequam contraheret, non revocavi *in praxi. lib.* 31. *cap.* 14. *n.* 93.

Quæ doctrina locum præcipuè habet in præsenti ne- 14

gotio

gorio, ubi vir una hora ante contractum protestatus est, se non intendere consensum præstare, nisi mulier illam pecuniæ summam habeat in suis bonis. Quia contractus, & consensus, qui sequuntur protestationem post horam dici possunt illicò sequi. Nam in jure dicitur illicò aliquid fieri quod intra triduum fit *l. fin. C. de err. Advoc.* ibi: *Incontinenti*, ideſt triduo, *& l. fin. C. de judic.* ibi: *Illicò autem*, & confert doctrina Baldi *ibi*, ac Felini *in cap. veniens 2. num. 15. de testib.* Ripæ *in l 4. §. Conditionatum, ff. de re judic.* Mandosii *de monit. quæst. 31. n. 8.* Et factum, quod sequitur aliud factum post horam, sequi dicitur ſtatim per ea, quæ docet Ostiensis, Jo: Andreas, & Anchar. *in cap. de illis 1. de de sponsat. impub.*

15 Pariter nec tertium. Patuit enim Caium non remisisse conditionem, quod si de conditione reticuit coram Parocho, certè vel repetendam nescivit, vel credidit ex errore iteratam toties conditionem subsistere. Et cum dolus dederit causam contractui, matrimonium est nullum, ut breviter exponit Filiuc. *tract. 10. cap. 2.* Nec verba sine consensu ad matrimonium sufficiunt, *can. 1. & 2. 27. à quæst. 2.*

16 Ad 4. respondet Sanchez *lib. 3. de matrim. disput. 17. num. 7.* regulam illam fallere in casu magnæ disparitatis, ut in hoc casu, in quo Cajus existimans fœminam habere aureorum decem millia, deprehendit, nil possidere, Quæ differentia notabilis est, habita ratione personarum, de quibus agitur.

17 Hinc non refragatur alia regula, quod error fortunæ consensum non excludit. Nam quando divitiæ ponuntur in ipso contractu sub conditione, & cadunt in consensum, tunc matrimonium contrahitur, cùm conditio impediat existentiam consensus ita, ut in casu contrario adsit dissensus, ut per Sanchez *de matrim. disp. 18. n. 21. lib. 7.*

18 Ad calcem hujus Consultationis non desinam Ægydium Coninchium judicare, qui dubium movet, quæ scilicet probationes requirantur, ut matrimonium probetur validè contractum, ex quo loco multa desumi possunt ad hoc intentum conducentia, *de matr. disp. 26. dub. 6.*

19 At quid in hac facti specie? Titius falsò exposuit Ordinario loci se cognovisse Margaritam, eandemque ex hujusmodi copula concepisse, ac proinde petivit, & obtinuit ab eodem Ordinario, ut omissis, una excepta, denunciationibus matrimonialibus, posset cum illa matrimonium legitimè contrahere. Et licet nomen, & cognomen, & condirio dicti Titii nota esset Margaritæ, nihilominus ipse hæc omnia Parocho occultavit adeò, ut mutato nomine, & cognomine cum dicta Margarita matrimonium in facie Ecclesiæ contraxerit, illudque carnali copula consummaverit, filiumque ex ea susceperit. Supplex petiit idem Titius à S. Congregatione Concilii declarari.

An prænarratum matrimonium, ut supra contractum fuerit validum adeò, ut aliam ducere jure non possit?

Sacra Congregatio die 18. Septembris 1660. respondit, matrimonium esse validum.

CONSULTATIO CXXXVII.

Pius testator reliquit dotes pro puella paupere suæ nobilis familiæ habitum regularem suscipere, vel matrimonium contrahere volente, & declaravit, pauperem esse illam, cujus parentum bona valorem aureorum duo millia non excedunt. Quæritur,

An manutenendi sint in quasi possessione consequendi hujusmodi dotem ejus descendentes, qui plures habent filias, & paulò amplius, quàm dictam pecuniarum summam possident? Ubi quid attendendum in probanda paupertate? Et quis verè dicendus sit pauper?

1 Respondeo affirmativè. Ita Seraph. *dec. 339. n. 3. & 4. ac dec. 970. n. 2.* ac Rota *dec. 640. num. 4. p. 2. rec. & p. 6. dec. 337. num. 1.*

Nec adversatur mens testatoris, qui dixit, puperem 2
esse puellam illam, cujus parentum bona valorem scutorum duo millia non excedunt. Quia intelligitur de parentibus unicam filiam habentibus. Consideravit enim testator cum tali patrimonio posse genitores filiam congruè dotare, ac sibi alimenta reservare. Quod impossibile foret, quando plures essent filiæ. Ideò cum isti non possint suas filias sine hoc dotis subsidio decenti matrimonio collocare dicuntur pauperes, ut in specie Rota coram Durano *dec. 98. n. 9.* post Alban. *conf. 69. n. 7.*

Quando namque agitur, ut in hoc casu, de paupertate probanda, attenditur qualitas personarum, Menoch. 3
de arb. cas. 65. n. 8. ac numerus filiorum, & expensarum Bald. *in l. si quis ad declinandam num. 5. C. de Episc. & Cler.* Et quando est probanda ad certum, & determinatum effectum, pauper dicitur ille, cujus bona non sufficiunt pro illo effectu, ut ait Rota *d. dec. 98. nu. 10.* Menoch. *loc. cit n. 14.* ac Rota *dec. 48. n 3. & 4 p. 7. divers.*

Idque præsertim si extet observatio, quod hæ puellæ 4
suscipiant habitum regularem absque ulla parentum bonorum discussione, ut in terminis inquit Rota *dec. 35. n. 12. p. 6. recent.* & in Romana electionis puellarum 7. Aprilis 1628. coram Dunozetto, & in alia electionis puellæ coram Buratto *dec. 432. n. 8.* solet enim observatio dubiam testatoris dispositionem interpretari, *l. si de interpretand. ff. de legib.* Rota *dec. 419. n. 6 & dec. 169. n. 2. p. 1. div. & in recent. dec. 365. n. 1. p. 2. & dec. 14. n. 4. p. 7. & dec. 270. n. 12. p. 9.* & coram Pegna *dec. 157. n. 15.* & coram Merlino *dec. 450. n. 12.* & coram Othobono *dec. 230. n. 16. ac dec. 254. n. 12. & dec. 257. n. 15.*

Eaque magis attendenda, quàm proprietas verborum 5
ipsius dispositionis, Menoch. *conf. 230. num. 20* & Add. ad Gregor. *dec. 184. n. 8. in fine.* Etiamsi verba sint clara ut excludant contrarium intellectum, Rota *dec. 574. n. 1. p. 1. divers.* & Add. ad Gregor. *d. dec. 184. eod. n. 8.* Præcipuè si sit diuturna, & longæva, quæ magis operatur, Rota *dec. 481. n. 21. & dec. 459. n. 4. p. 9. recent.* & saltem annorum quadraginta, qua stante, cessat omnis dubitatio. Quia cùm sit præscripta, dicitur novi juris inductiva, Rota *dec. 160. n. 5. p. 2. & dec. 30. n. 1. p. 8. rec.* Othobon. *dec. 151. n. 13.* & in Aneonitana prædii 29. Novembris 1632. coram Dunozetto *dec. 95. nn. 9.* apud Post. *de subhast.* Idcòque est continuanda, etiamsi sit contra voluntatem testatoris, quia etiam contrariæ dispositioni derogationem inducit, Rota *dec. 271. n. 8. p. 9. rec.*

Et advertendum, quod, si discussio esset facienda su- 6
per bonis parentum ad probandam hanc paupertatem nunquam fermè legatum servari poterit, vel propter sumptus in discussione facienda, vel quia familiæ nobiles propriam paupertatem publicè ostendere denegarent. Unde non absque ratione observatio viguit, his viginibus dotes petentibus distribuere sine contradictore.

CONSULTATIO CXXXVIII.

Instituit Pius Testator suas hæredes Moniales N. N. hac lege impositâ, ut intra quinquennium Monasterium suæ Religionis erigant in Civitate N. quo non erecto intra dictum tempus, substituit Moniales N. N. Non erecto autem intra præfixum tempus Monasterio, factus fuit locus substitutioni, & per sententiam Monniales substituræ obtinuerunt hæreditatem cum onere illi adhærente. Moniales primò vocatæ intendunt prosequi litem contra secundo vocatas. Istæ conveniunt in certam pecuniarum summam, ne talem litem prosequantur. Quæritur.

An ex summa conventa teneantur Moniales primò vocatæ subire onus aliquod hæreditatis?

1 Respondeo negativè, ac proinde possunt convertere in beneficium proprium illam quantitatem, quam recipiunt ob cessionem prosecutionis litis.

2 Nam onus hæreditatis fundatur in ipsa hæreditate tanquam

tanquam onus reale, estque ipsi annexum. Jus autem prosequendi litem est personale, acquisitum ex eo, quod sint hæredes legatariæ. Unde fit, quod onus hæreditatis transeat, tanquam reale, cum hæreditate, jus autem prosequendi litem, tanquam personale, non transeat, sed remaneat apud easdem legatarias, juxta *l. si heres in ſt. tutus §. fin. ff. ad Trebel. & l. quedam §. nihil interest ff. de eden.* ubi Jason, & præ aliis observant Gomez *tom. 2. var. cap. 2. n. 29.* Surd. *dec. 264. n. 2.* Garz. *de expens. & melior. cap. 7. n. 12.* Greg. Lopez *in l. fin. glos. 4. tit. 13. p. 5.* Bertaz. *de claus. Inſtr. dec. 27. glos. 8. n. 5.* Mantic. *de tac. lib. 4. tit. 11. n. 4.* Cyriac. *contr. 181. n 6. lib. 1.* Joseph Vela *dissert. 12. n. 34. tom. 1.* Monter à Queva *dec. 35. nu. 46.* & Ansel. Amar. *cons. 63. n. 93.*

3 Ex quo sit, quod cum per sententiam Judicis ablata sit hæreditas à primo dictis Monialibus, sublatum est etiam onus hæreditatis, tanquam inhærens hæreditati, & nihil amplius ipsæ debentur testatori. Quia totum earum debitum consistebat in onere adimplendo, quod inhærebat hæreditati legatæ. Ius ergo, quod habent ad prosequendam litem, quodque remanet apud ipsas, est jus proprium ipsarum, quod nihil pertinet ad testatorem. Quia licet contingat ex actione testatoris, non tamen pertinet ad ipsum, sed consurgit, ut proprium ipsarum. Atque adeò si cedentes huic juri recipiant intuitu cessionis aliquam pecuniarum quantitatem, pertinebit ad ipsas, ut quid de jure proprio ipsarum, nec apud ipsas remanebit onus aliquod adimplendi legatum testatoris, ut potè adhærens soli hæreditati, non autem juri proprio personali.

4 Idque etiam postquam sententia transivit in rem judicatam habere locum quando excipi potest contra sententiam, aut dubitaretur, an si ab ipsa appellatum, aut aliquo modo infirmari posset, aut in dubium revocari, asserunt Ruin. *cons. 109. num. 11. lib. 1.* Anton. Fab. *lib. 12. conjecl. cap. 12.* Papon. *lib. 19. tit. 9. arest. 3.* Gutier. *de juram. confirm. p. 3. cap. 4. n. 2.* Myling. *obser. 47. cent. 4.* Dornsperg. *lib. 2. synag. jur. p. 2. cap. 46.* Merenda *lib. 1. contr. cap. 5.* ac Rota in Legionen. jurisdictionis 14. Junii 1563. coram Fuco, cujus à jure decisum *in l. & post ff. de re jud.* his planè verbis: *Post rem judicatam transactio valet, si vel appellare potuerit. & in l. post rem eod. tit.* his quoque verbis: *Post rem judicatam, etiamsi provocatio non est interposita, tamen si negetur judicatum esse, vel ignorari possit, an judicatam sit, quia adhuc lis subesse possit, transactio fieri potest.* Nec aliqui Doctores refragantur, quia loquuntur de sententia, quæ transivit in rem judicatam, cui nihil opponi potest.

5 Advertendum tamen in hoc est, ne sub specie cedendi putum jus prosequendi litem, fiat translatio aliqua super hæreditate legata, & defraudetur mens testatoris. Nam in transactione, quod remanet legatariis, est aliqua portio hæreditatis, & idcò cedere debet in beneficium testatoris, remanendo sub onere proportionato onerum. Si verò solum cedatur jus prosequendi litem tunc quod percipitur, cedit in beneficium cedentium. Ex eo autem colligi potest, an sit revera cessio juris litigandi an transactio si consideretur quantitas, in quam convenitur. Nam si sit tanta, ut excedat æstimationem juris litigandi, erit centenda transactio, quamvis cessionis hujus jure pallietur. Secus autem si non excedat. Id quod arbitrio boni viri relinquitur.

6 Nec pro cedendo juri litigandi est necessarius consensus Apostolicus. Nam cessio juris litigandi non importat alienationem aliquam, à jure Canonico prohibitam sicut importat transactio. Neque extat aliqua prohibitio, quominus cedatur liti. Imò, sicut hæ Moniales poterant sine aliquo consensu Apostolico libere stare primæ sententiæ definitivæ, & non appellare, aut si appellassent, non prosequi appellationem, ita etiam poterint cedere liti.

CONSULTATIO CXXXIX.

De concubinatu. Quid ille sit? Quæ sit Concubina? An olim, & quatenus permissus? Quo jure damnetur? Quinam sit Concubinatus publicus, quinam privatus? Ejus Index. Quomodo probetur? Pœnam concubinarios. Alia. Omnia juxta decretum Sacri Concilii Tridentini sess. 24. cap. 8. de ref. matr. & 25. cap. 14. de ref. cum effatis variis, pluriùsque.

1 Concubinatus olim, sicut & nunc solo Concubitu prolis causa, nulla nuptiarum interveniente solemnitate interveniebat. Referam hac de re Pauli Jurisconsulti verba *in l. Masurius, ff de verb. signif.* quæ ita se habent; *Masurius scribit libro memorabilium, pellicem apud Antiquos eam habitam, quæ cùm uxor non esset cum aliquo tamen vivebat, eamque nunc verò neminem unicam, paulò honestiore Concubinam appellari.* Cajus Flaccus in libro de jure Papiniano scribit pellicem nunc vulgò vocari, quæ cum eo, cui uxor sit, corpus misceat quosdam eam, quæ uxoris loco sine nuptiis in domo sit, quam Græci παλλακὴν vocant. Tradit Gellius *noct. Attic. lib. 4. cap. 3.* pellicem concubinam appellatam, probrosamque habitam, quæ victa, consuetaque esset cum eo, in cujus manu, mancipioque alia matrimonii causa foret. Quod aut quissima lege ostenditur, quam Numæ Regis fuisse, accepimus, *Pellex ad ne Junonis non tangito. Si tangit, Junoni crinibus demissis agnum fœminam cædito.* Quibus verbis improbatus concubinatus cum eo, qui uxorem haberet, etiam jure præ eo ostenditur, veluti adulterinus, sicut & jure Codicis repetita est post multa sæcula hujus prohibitio *l. 1. C. de Concub.* cùm tamen concubinatus cum Cœlibe permissus fuisset, & extra pœnam jure pandectarum *l in concubinatu ff. de concubin.* ob vitanda adulteria aliorum, & plurium turbationes, malo hoc toleraro, ut majus pelleretur, non tamen per omnia probato, quando & imminuta honestas ejus mulieris esset, quæ se in concubinatum dedisset. Ea enim, nisi liberta esset patroni concubina, matrisfamilias honestatem non habebat, *l. stupratus, ff. de rit. nupt.*

2 Permissus quidem in libertinis, ac vilibus personis procul dubio concubinatus, dummodo sine stupro esset, hoc est, dummodo concubina non fuisset in concubinatu alias patris, vel filii, vel consanguineæ personæ *l. 1. & 2. ff. de concubin.*

3 De ingenua honestiore aliquando dubitatum *l. 3. ff. eod.* Attamen & Aurelianus Imperator eam posse quoque haberi, decrevit, ut auctor Flavius Vopiscus in Aureliano, & idem Justinianus *in l. si qua illustris §. fin. C. ad Orfic.* Placuit tamen Modestino *l. in liberæ ff. de rit. nupt.* facitque *l. si vicinis C. de nupt.* in liberæ Mulieris consuetudine non concubinatum, sed nuptias intelligendas, si non corpore quæstum fecerit.

4 Et apud Hebræos quoque interdum concubinæ dictæ sunt, ancillæ concubantes. Interdum & illæ uxores, quæ præter legitimos ritus, & consueras solemnitates conjungebantur. Quod & usurpatum Nationibus reliquis aliquot exemplis ostendemus. Rabbini itaque dicunt in sacris eloquiis *pilegesch*, seu concubinatam esse, uxorem concubinatus gratia absque *chatubah, ve Kiduſſim*, id est scripto, vel annuli tubarthatione ductam, cujus filii non succedebant patri in hæreditatem, sed Patris muneribus ablegabantur. Ita Agar ancilla dicitur uxor Abrahæ *Genes. 16.* Gethura quoque uxor ejusdem mortua legitima Sara, *Genes. 25.* Vocantur autem postea concubinæ, dum dicitur *Genes. eod. cap.* quod Abraham omnia, quæ possidebat, dedit Isaaco filio ex uxore legitima, scilicet Sara, filiis autem concubinarum largitus est munera. Sic junctæ fuerunt conjugio Ancillæ, *Genes. 30.* Jacobo Bala, & Zelpha, cum tamen uxores legitimæ essent illi Lya, & Rachael. Istæque concubinæ erant subditæ in domo matrisfamilias, ut observavit Augustinus *lib. 1. quæst. super Genes. q. 90.* Et ita concubina omnis inter uxores erat, sed non omnis uxor erat concubina; neque eadem jura utrisque, nec erat filius ancillæ, quam in uxorem legitimam habere non licebat Judæis, ut auctor Josephus *lib. 4. antiquit.* hæres cum filio liberæ. *Genes. 21.* & ad *Galat. 4.* Et quidem apud antiquos Hebræorum Patres, quibus cultus propagandi gratia, licuit plures

eodem

eodem tempore uxores habere, concubinæ nomine significabatur uxor legitima, educta sine dotis constitutione, sine alia solemnitate ad differentiam uxoris, quæ ducebatur præviis solemnitatibus, instrumentoque dotali, ut per D. Thomam, quem alii sequuntur *in 4. d. 29. q.1. art. 3. ad 3.*

5 Interque uxorem, & concubinam hæc sola dabatur differentia, quod uxor admittebatur cum viro ad æqualem societatem, & familiæ gubernium, ejusque filii admittebantur ad Sacerdotium, primogenia, & hæreditatem, Concubina verò erat ancillæ instar ejusque filii neque ad Sacerdotium, neque ad primogenia, neque
4 ad hæreditatem admittebantur.

6 Proinde concubina affectione, ac dilectione parum, aut nihil à justa uxore differebat, sed vinculo illi solemni, ac indissolubili vincta, ut uxor legitima, non erat, fiebatque ex sola animi destinatione *l. 4. ff. de concub.* si indubitato affectu in una, eademque domo cohabitarent; §. *consideremus*, ibi: *talibus enim solis auth. de restit. & sens.* scribit Julius Capitolinus in Alexandro, Alexandrum Cæsarem Magistratibus, quibus committebat provincias exemplo veterum, si uxores non haberent, singulas concubinas concessisse, quod sine his esse non possent.

7 Antequam illucesceret Evangelica veritas apud omnes fere nationes, concubinatus erat frequentissimus, prolis habendæ, vel libidinis explendæ causa, atque usque ad populum Dëo peculiarem abusu Regum, & procerum serpsit, & cum uxoribus quoque concubinas habuerunt, neque solum singulas, verùm usque adeò numerosas, ut pro monstro sit, hanc usurpatam ineffrænem licentiam audire. Persæ chatiores concubinas, quibus abundabant, in thesauris habebant, teste Trebellio Pollione *in Valeriano Patre.* Commodus Antoninus, Imperator, qui noctu popinas sectabatur, sibi conscivit trecentas concubinas, quas ex matronarum, meretricumque delectu, formæ ad speculum delegerat, Lamprid. *in Commodo.* In Insula Palmaria novi Orbis licet unicuique petenti, postquam unam duxerit uxorem, habere pellices quotquot volnerit, sed nupta, adulterio comprehensa, venditur à marito, primario tamen Principi, à quo licet mulieris propinquis eam redimere, Petr. *Martyr. lib. nov. Orb. de insul. nuper. invent.* Fuerunt Salomoni quasi reginæ septingentæ, ut concubinæ trecentæ 3. *Reg. cap. 11.* Apud Saracenos, sive Agarenos, uxores esse mercede conductas, testatur Ammianus Marcellinus *lib. 4.* scribit Sigismundus, liber Baro *in comment. rer. Moscovit.* Valdomerum Regem, vel ducem magnum Moscoviæ, sive Ruthenorum habuisse uxores plures, & trecentas concubinas in Altocustro, & alias trecentas in Belgrado, & ducentas in Berestovo.

8 Inter Christianos tandem hoc genus concubinatus illicitus habitus est, ac prohibitus, cum jure novissimo civili, quia castitatem amplexæ sunt ejus leges, §. *illud quib. mod. nat. effic. sui, & §. sancimus, auth. de lenon.* Et consuetudinem cum honesta muliere, vel ut nuptias habente *d.l. in liberæ ff. de vit. nupt.* vel ut stuprum, & fornicationem illicitam plectunt, *l. si ea que tibi, C. ad leg. Jul. de adult.* Tum proculdubio jure Pontificio omnis concubinatus, & coitus extra nuptias improbatus est, & punitus, *can. nemo sibi blandiatur 32. q.4. can. de Consanguinitate 35. q.3. can.1. q.30.* Glos. *in cap. illud de præsumpt. & in cap. ex parte de rest. spol.* nisi consentus in uxorem accipiendi probetur, vel in confessum sit. Et proinde nemo dubitabit, multò magis concubinas prohibitas esse Clericis, quibus & uxores habere legitimas, *l. cum qui cum auth. seq. C. de Episc. & Cler. toto tit. de cohabit. Cler. & mul.* interdictum est.

Admonebo tamen hic interdum inveniri in decretis
9 Patrum, *can. omnibus cum seq. d. 34.* concubinatum permissum. Verumtamen ibi concubinatus accipitur, ut supradiximus, pro uxore, quæ consensit in maritum, & ita matrimonium contraxit, sed quia Ecclesiasticis precibus, & sacris cæremoniis non fuit initiatum, & ita clandestinè factum, quod pertinet ad Ecclesiam, quia apud eam non constat, fuisse contractum, pro non contracto habetur, cùm verè tamen contractum sit *c. cum inhibitio de clandest. desponsat.* Et sic concubinatus approbatus, matrimonium est, de quibus *infra.* Non immorabor autem in recensenda prohibitione divina, quæ cuique Christiano in aperto est, in mandato illo, *Non mœchaberis.*

Antiqui igitur Canones, antequam Ecclesia matri- 10
monia clandestina prohibere cœpisset, uxorem ductam sine dotalibus instrumentis, appellabant concubinam, ad differentiam ejus, quæ solemniter ducebatur, ut *can. 15. & can. Christiano, & can. audite 34. d. can. concubina 32. q.2. At*, postquam matrimonia clandestina prohiberi cœperunt, concubina in Sacris Canonibus dicta est tantum ea, quæ libidinis explendæ causa retinetur, *cap. 2. & 3. & cap. vestra, & cap. tua, & c. per fin. de cohab. Cler. & mul.* Wainardus *dec. 31. lib. 5.*

Quare concubina ita nunc potest definiri. Est mulier, 11
quæ libidinis explendæ causa quocunque modo retinetur. Diximus esse *mulierem*, nam in masculo non est concubinatus, sed crimen contra naturam, *l. cum vir. C. ad l. Jul. de adult. Quæ libidinis causa.* Nam hac causa secluſa, non prohibentur mulierem domi retineri servitiorum gratia, *l.1. §. ne autem quantitas, C. de comm. serv. manumiss. l. 2. C. commod. Quocunque modo retinetur libidinis causa.* Parum enim refert, quod domi, vel extra domum teneatur, §. *causas v. si quis in sua Domo, auth. ut liceat matr. & aviæ*, Rebuff. *in addit. ad pragmat. sanct. tit. de concub. § ipsas autem*, Monald. *cons. 74. lib. 1.* Diaz. *in prax. crim. Canon. cap. 82.* Decian. *tr. crimin. tom. 2. cap. 6. num. 2.* Sanchez *de matr. lib. 10. disp. 18. n. 20.* estque specialiter expressum in S. Concilio Tridentino *sess. 24. cap. 14. de ref.* Idque sive retineatur sub nomine concubinæ, sive pedissequæ quæ propriæ, sive matris, sive sororis, *cap. 1. 2. & 4. de cohab. cler. & mulier.*

Concubinatus autem, si consideretur, ut contuber- 12
nium, prolis suscipiendæ causa, de jure pandectarum reperitur toleratus tantum in non habentibus uxorem *l. 1. & 3. & eod. tit. ff. de concub.* Bartol. *in d. l. 3.* Felin. *in cap. cum sit generale n. 3. de for. comp.* Bermund. *de concubinatu v. concubinatus*, & Clar. *in §. fornicatio n. 6.* Nam sublata consideratione susceptionis filiorum, quæ cessat in habentibus uxorem, concubinatus resolvitur in fornicationem, quæ est improbata tam de jure pandectarum, ut probat textus *in l. Pamphonius ff. si à parente, l. 4. §. sed quod meretrici, ff. condit. obturp. caus. l. palam. ff. de rit. nupt.* quem Authenticorum, ut *in l. Imperialis. C. de nupt.*

De jure autem Authenticorum, quamvis non parva 13
sit inter Doctores concertatio, an concubinatus sit interdictus, ut apud Ceval. *q. 295.* nihilominus certum est de jure authenticorum, non posse sine gravissimo peccato haberi concubina etiam ad prolem suscipiendam ut per Felin. *loc. cit. n. 13.* Alex. *cons. 69. n. 115. lib. 3.* Ripa, qui testatur de consuetudine *in l. si unquam q. 18. n. 77. C. de revoc. donat.* Gratian. *discept. 31. n. 3.* Mastril. *dec. 152. n. 23. p. 2.* aliique. Probatur id ex §. *illud. auth. quib. mod. natural. effic. sui*, illis verbis: *Non sine peccato sit apud eum & ex cap. 1. de fil. nat. ex matrim. ad morganat. contract. in verb. feud.* illis verbis: *Nolens existere in peccato, ipsam desponsavit.*

Filii verò suscepti ex concubina retenta sub specie 14
concubinatus, possunt succedere, non quia concubinatus sit de jure authenticorum adm ssus ad suscipiendam prolem, sed quia sunt certi. Ita textus *in §. consideremus, auth. triens. & semis. & in d. §. illud, auth. quib. mod. natural. effic. sui.* Et in his terminis loquuntur Arctin. *in d. cap. cum sit generale de for. com. per.* Alexander, & Clarus relati à Cevali. *d. q. 295.* Parlot. *de nat. & spur. cap. 12. n. 10.* Menoch. *de arb. cas. 418. n. 11.* & Vasquez *illustr. qu. c. 102. n. 11. & seqq. lib. 3* Lex enim ad effectum successionis, ubi non vult vindicare criminis atrocitatem, contentatur sola filiorum certitudine. Rot. *dec 82. n. 20. p. 1. divers.*

Non obstante, quod copula sit illicita. Quia, nisi lex 15
ulterius procedat, imponendo pœnam, non repellit prolem

prolem à successione, Bartol. *in l. 2. ff. de concub.* Matth. *de succes. ab intest. memb. 2. ar. 1. n. 7.* Aretin. §. *novissimi n. 8. instit. de S.C. Orfic.* Soccin. *cons. 148. n. 6. l. 1.* Gozad. *cons. 21. n. 5.* ac Berous *in c. in præsentia n. 252.* Hinc filii, ex meretrice nati, admittuntur ad successionem matris, quia illa est certa, Abb. *in c. tanta num. 13. qui fil. sint. legit.* Cravet. *cons. 166. col. penul.* Achill. *dec. 5. de testam.* Caccialup. *in l. si qua illustris n. 14. C. ad Orfic.* & tamen meretricia conjunctio etiam jure novissimo, quoad peccatum damnatur, ut dictum est. Quæ autem requirantur, ut filius dicatur susceptus ex concubina ita, ut sit capax successionis latè congerunt Lupus *de illegit. com. 1. §. in fine n. 28.* Paleot. *loc. cit. c. 12.* Rota *dec. 82. p. 1. & dec. 254. p. 2. div.* & apud Seraph. *dec. 199. ac dec. 444. p. 1. rec.*

16 Itaque concubinatus tam in maritis, quàm in solutis nunc est interdictus, tam in foro interno, quàm externo, Grem. *vot. 4. n. 7.* Boss. *de coit. dam. & punib. nu. 12.* Caccialup. ibid. Avend. *de exeq. mand. Reg. p. 2. c. 26. n. 21.* & Farin. *de delict. carn. q. 138. n. 31.* Tum quia est veritus de jure civili. Tum quia sufficit ad hunc effectum sola prohibitio Canonica, ut pluribus probat Alex. *cons. 169. n. 14. d* 3 ac Felin. *in d. cum sit generale n. 13. de form. comp.*

17 De jure autem Canonico esse improbatam quamliber carnalem conjunctionem, præter uxoriam, est textus *in can. nemo, & can. meretrices 32. q. 4. can. nubendi ad fin. 27 q. 1.* & egregiè D. Thom. *2. 2. q. 15. ar. 4. & in 4. dist. 13. q. 1. ar. 3.* Glos. *in Clem. fin. v. non est, de hæret.* Abb. *in c. tanta, qui fil. sint. legit.* ibique Præpos. *n. 6.* Surd. *de alim. cit. 1. q. 9. n. 15.* Manuel. *cons. 102. n. 10.* Nec potest sine hæresi hæc sententia in dubium revocari, post S. Concil. Trid. &, jure communi inspecto, comprobant plures, quos refert, ac sequitur Graff. *de effect. cler. in præl. n. 27.*

18 Ex quibus infertur, quod, licet de jure Canonico quælibet carnalis copula, præter conjugalem, si improbata, nihilominus constitutiones permittentes successionem filiis natis ex concubina domi retenta in specie concubinatus, non sunt per jus Pontificium sublatæ, ut per Ostien. *in c. lator n. 5. qui fil. sint legit.* Abb. *in d. c. tanta eod. tit.* Nicol. de Ubald. *instr. de succes. ab intest. n. 36.* Menoch. *cons. 285. num. 18. l. 3.* aliique plures. Et ideò naturales ex vero concubitu suscepti, non existentibus liberis legitimis, possunt à parentibus hæredes universales institui, aliaque facere, ut *in d. auth. quib. mod. natur. effic. sui*, §. *discretis auth. de tricon. & remiss.* §. *consideramus*, & tradunt Dyn. *de succes. ab intest. n. 6.* Roman. *cons. 23. n. 2.* Patis. *cons. 17. n. 129. l. 2.* Clar. *in §. testamentum q. 3.* ac Burlat. *cons. 83. num. 3. lib. 1.*

19 Quinimò poterunt parentes filio ex concubina suscepto, legitimis non extantibus, relinquere, vel dare omnia bona sua jure primogenituræ, Molina *de primog. l. 2. c. 11. n. 25.* ac Lup. *de illeg. com. §. 1. n. 31.* Verùm hodie, sublato rigore juris secundum communem usum loquendi, nati ex soluto, & soluta habentur pro naturalibus, non obstante, quod non probetur formalis concubinatus, Bald. *cons. 129. n. 3. l. 2. & cons. 206. in fine l. 3.* Natta *cons. 623. n. 5. & 7.* Aym. *cons. 166. n. 8.* ac Cæphal. *cons. 186. n. 79.* Vnde statuta loquentia de filiis naturalibus, habent locum in natis ex soluto, & soluta, Butr. Abbas, & alii *in c. per venerabil. qui filii sint leg.* & Gram *d. vot. 4.*

20 Concubinarius autem publicus multis modis dici potest. Primò per confessionem in jure factam. Ex ea enim inducitur publicum notorium, *c. cum olim in fin. de verb. signif. l. ictus fustium, ff. de his qui not. infam.* Glos. *in c. ex tenore de tempor. ord* Bald. *in l. à procidente C. de dilat.* Felin. *in rubr. de prob. n. 7. & in c. significaverunt n. 4. de testib.* Afflict. *dec. 176. n. 4. & dec. 372. in fine.* Et speciatim, quod notorius concubinarius dicatur ex propria, & legitima confessione, ait Glos. *in c. vestra de cohab. Cler. & mul.* ibique Butr. *n. 75.* & Abb. *n. 14.* Decian. *in tr. crim. p. 2. l. 6. n. 21.* Est que expressum in constit. Leonis X. 20. §. 22. cujus verba hæc sunt: *Publici concubinarii intelligendi sunt, non solum ii, quorum concubinatus per sententiam, aut confessionem in jure factam, seu per rei evidentiam, quæ nulla possit tergiversatione celari, sed etiam qui mulierem de incontinentia suspectam, & diffamatam tenent, & per suum superiorem admoniti, ipsam cum effectu non dimittunt.* Quod locum habet, sive confessio facta sit in judicio plenario, sive in summario, ut censet Innoc. *in c. 1. de confes. & in c. cum dilectus de ord. cognit. & in c. 1. de except. & in c. qualiter n. 2. de accus.* Butr. *in d. c. vestra n. 35.* Capra *in tr. de notor. membr. 1. n. 28.* & Farinac. *cons. 190. n. 8.* Nam, licet confessio ad suam essentiam requirat, quod fiat in figura judicii, mox dicetur, non tamen exigit telam judicii, cùm possit fieri ex abrupto, habeatque suas vires, exequutionem paratam, ut notatur *in c. dudum, de elect. & in c. si reus de procur. & in l. si debitori, ff. de re jud.*

Item sive confessio facta sit principaliter super concu- 22
binatu, sive incidenter, dummodo id, super quo confitetur, sit annexum ei, quod principaliter in judicium deducitur, ut notatur *in d. c. 1. de except. & in c. 2. de confes.* Butr. *in d. c. vestra n. 35.* Capr. *ibid. membr. 1. n. 31.* & Mascard. *de probat. concl. 1102. n. 4.* Nam, si sit omnino separatum, confessio non præjudicaret, quia Judex non dicitur sedere super illo incidente, ut per Butr. & Capr. *loc. alleg.* ubi subdit, ita intelligendam esse Gloss. *in l. si filium C. de liberal. caus.*

Ex quo habetur, quod ibi confessio est facta inciden- 23
ter super eo, quod non est annexum principali, deducto in judicio, talis confessio non sufficit ad condemnandum, sed solum ad formandam inquisitionem de novo Bartol. *in l. si confess. ff. de cust. reor.* Bald. *in mercalem, C. de condit. ob turp. caus.* Felin. *in d. c. 1. de except. n. 5.* & Afflict. *dec. 176. n. 3. & seqq.* ubi loquitur de muliere confessa adulterium in judicio, in quo contra eam agebatur de facto.

Ac itidem locum habet, etiam si confessio facta sit 23
in judicio nullo, cùm ad id, ut diximus, reo sit necessaria tela judiciaria, sed sufficiat Judicis præsentia, ut est casus in *c. Pisanis de rest. spol.* & citatus *in c. 1. & 2. de accus. in 6. & in Clem. Constitutionem de elect.* Butr. *in d. c. ut vestra n. 33.* & Capra *ibid. n. 30.* dummodo judicium non sit nullum defectu jurisdictionis, de quo infra.

Limitandum tamen hoc est, ut non procedat in Con- 24
fessione obscura, & dubia. Nam ista non inducit notorium, Abb. *in cit. c. vestra n. 14.* Felin. *in c. inter cæteras col. penult. de re jud.* ubi Anan. Glos. *in c. ventens 1. de testib.* ibique Abb. *n. 4.* Dec. *n. 8.* Alban. *cons. 14. n. 3.* Lancell. *de attent. p. 3. c. 24. n. 64. in & seq.* Rota in Tullensi Monasterii 17. Januarii, & 8. Aprilis 1597. coram Pegna penes Farinac. *cons. tom. 2. dec. 115. n. 3.* Ambigua enim Confessio nequit dici confessio, *l. neque natales, C. de probat. cap. in præsentia eod. tit. l. non hoc, C. unde legitim.*

Nec procedit, quando confessio impugnatur, tan- 25
quam enormea, vel ex alio capite petitur revocari. Nam tunc cùm ejus fides vacillet, non potest inducere notorium, Ostien. *in cap. cum speciali de appell.* Jo: Andr. *in c. cùm olim, de verb. signif.* Butr. *in d. c. vestra n. 35. &* Gratian. *discept. tom. 1. c. 142. n. 7.* Sufficit, ut impugnetur ex aliquali colore, vel prætextu, prout dicitur de notorio, resultante ex publico instrumento, quod non inducit notorium, ubi ex aliquo colore impugnatur, Felin. *in c. significaverunt n. 4. de testib.* Conrad. *in l. un. limit. 8. nu. 28. C. si de moment. poss.*

Minùs procedit in Confessione coactè, ac metu tor- 26
mentorum facta. Quia tunc non inducit notorium, Glos. *in can. manifesta 2. q. 1.* Capra *ibid. n. 35.* Butr. *in d. cap. vestra n. 35.*

Neque procedit in confessione facta, parte absente. 27
Tunc enim, quantumcunque sit facta in judicio, non potest inducere notorium, ex quo non præjudicat, *l. certum, §. si quis absente, ff. de conf.* Nisi tamen Judex accipiat pro absente Glos. *in l. cum summus in princ. C. de agric. & cens.* Franch. *in c. cum speciali §. porrò de appel.* ibique Præpos. *n. 2.* Sut d. *cons. 188. n. 8.* & Gratian. *discept. 142 n. 7.*

Minusq; procedit, quando confessio est facta in judicio 28
nullo defectu jurisdictionis. Tunc enim non potest inducere notorium. Quia, sicuti non præjudicat sententia, ita neque potest præjudicare confessio, *c. at si Cler.*

ubi omnes, *de judic. Surd. conſ. 221. n. 32. lib. 2.* & ex quo Judex tunc conſideratur, tanquam privata perſona, non inducit notorium, neque aliquod probat, Butr. *ibid.* & Capra, *n.* 38. Secus autem ſi nullitas oriatur ex alio capite. Tunc enim adhuc ex confeſſione reſultaret notorium, ex jam dictis.

29 An autem ex confeſſione concubinatus, facta à Clerico coram Judice laico, oriatur ſaltem indicium ut Judex Eccleſiaſticus poſſit cogere Clericum ad perſiſtendum in eadem Confeſſione, conſulendus eſt Berous *in d. cap. at ſi Clerici à n.* 124. Ubi etiam tractat, quid agendum, quando confeſſio eſt facta coram Judice, cujus juriſdictio poteſt prorogari.

30 Dubitatur verò, an ex confeſſione judiciali, inducatur notorium ante factas defenſiones. Non induci videtur Afflictio *d.* 176. *n.* 3. quem ſequitur Gratianus *diſc.* 141. *ſub n.* 7. contrarium cenſet Farinac. *to. 1. q. 21. n. 15.* & 33.

31 In hac re ita diſtinguendum eſt. Aut enim quæritur, an inducatur notorium probationis, & negari non poteſt, quin inducatur, *d. cap. cum olim in fine de verb. ſignif.* Nulla enim eſt major probatio, quam propria confeſſio, *l. cum te C. de tranſact. l. genus de num. pecun. cap. per tuas de probat.* Bald. *conſ.* 190. *n.* 3. *lib.* 2. Pariſ. *conſ.* 211. *n.* 31. *& ſeq. lib.* 1. paſſimque alii. Qua ratione dici poteſt, quod confeſſio inducat notorium ante datas defenſiones in cauſa criminali, prout inducit notorium in cauſa civili ante concluſum in Cauſa ut tradunt Innoc. & Imola, quos ſequitur Soc. *conſ.* 15. *lib.* 4. Felin. *in d. cap. ſignificaverunt n.* 3. *de teſtib.* Aym. *conſ.* 148. *n.* 5. & Maſcard. *de prob. concl.* 1102. *n.* 23.

32 Nec refert, quod remaneat potentia revocandi. Quia donec non revocatur, remanet notorium, quamvis revocabile in potentia, ut ſcribunt Abb. *in d. cap. cum olim n.* 3. *de verb. ſignif.* Felin. *in d. cap. ſignificaverunt n.* 4. *de teſt.* Put. *dec.* 29. *n.* 11. *& ſeq. lib.* 3. Alioquin non daretur caſus, in quo ex confeſſione reſultaret notorium ſine ſententia, & nihilominus datur *in d. cap. cum olim in fine*, & notat in hac ſpecie Butr. *in d. cap. veſtra n.* 25. Capra *in d. tr. de notor. membr.* 1. *n.* 35.

33 Aut quæritur, an inducatur notorium, ut ex eo poſſit proceſſi ad Cauſæ expeditionem, & condemnationem, & in hoc caſu non dicitur inducere notorium ante datas defenſiones, & ante concluſionem in cauſa. Et in hoc ſenſu recipiendus eſt Afflictus *loc. cit.* Gloſ. *in d. cap. ſignificaverunt* cum aliis relatis à Maſcardo *concl.* 1102. *n.* 34. Nam cùm poſſit confeſſio, docto de errore revocari, ſola habilitas ſufficit ad hoc, ne dicatur notoriè conſtare, Ægid. *dec.* 103. Put. *dec.* 34. *n.* 4. *lib.* 2. Roti *dec.* 520. *n.* 4. *p.* 1. *div. & dec.* 269. *n.* 7. *p.* 2. *pariter div. ac dec.* 741. *n.* 4. *p.* 2. *rec.* & coram Gregorio XV. *dec.* 163. *in fine.* Poteſt autem probari contrarium donec ſit concluſum in Cauſa Afflict. *d. dec.* 276. *n.* 3. *lib.* 2. *in correctis.*

34 Non obſtat curiæ praxis, quod ſcilicet ex propria confeſſione, & per rem judicatam dicatur conſtare de non jure, ut per Rotam *dec.* 269. *n.* 7. *p.* 2. *div.* & apud Seraph. *dec.* 73. *n.* 1. *& dec.* 983. *n.* 6. Nam hæc procedunt ad effectum impediendi reſtitutionem in ſpolio, Rota *dec.* 16. *de reſt. ſpol.* Caſſad. *dec.* 1. *eod. tit.* Put. *d. dec.* 276. *numer.* 3. & 4. Rota *d. dec.* 741. *num.* 4. *p.* 2. *rec.* Non autem ad effectum, ut confeſſus poſſit condemnari pro crimine confeſſo, vel quod contra ipſum poſſit ferri ſententia.

35 Cæterùm, quando ex confeſſione extrajudiciali indicatur notorium, latè ſcribunt Butr. *in d. cap. veſtra n.* 35. Capra *d. membr.* 1. *n.* 39. & Maſcard. *concluſ.* 1102. *n.* 12. & quando confeſſio ſit extrajudicialis, lege apud Farinac. *conſ.* 190. *n.* 8.

36 Concubinarius verò publicus dicitur ille, qui eſt condemnatus de concubinatu per ſententiam per textum *in d. cap. veſtra de cohab. Cler. & mul.* ibique Abb. *n.* 14. Decian. *in tr. crim. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 21. *n.* 9. & declaratur in Conſtitutione Leonis X. §. 22. Eſtque regula, quod ex ſententia inducatur notorium, *l. emptorem ſub mitio, ff. de act. empt.* Bartol. *in d. l. ictus fuſtium, ff. de his, qui not. infam.* Pariſ. *conſ.* 23. *n.* 218. *lib.* 1. Nam habetur pro veritate, *l. ingenuum ff. de ſtat. hom.*

Id tamen limitatur primò, dummodo ſententia ſit lata, præcedente plenaria probatione, alias, ſi lata ſit ex probationibus ſummariis, non inducit notorium, quia poſſet revocari ex probationibus in judicio plenario, *cap. veniens, 2. de teſtib. l. pen. ff. de his, qui ſunt ſui, vel al. jur. l. ſi quis à liberis* §. *meminiſſe ff. de lib. agroſc.* & Capra *loc. cit. n.* 22. 37

Secundò, non procedit in ſententia interlocutoria. Non enim quælibet vox Judicis vim habet ſententiæ, *l. ex ſtimulatione, C. de ſent. & interlog. omn. Jud. l.* 1. *& 2. C. commin. & epiſc.* Innoc. *in cap. 2. de reſt. in integr.* 38

Tertiò non procedit in ſententia præcepti facti, ſummaria cognitione præcedente. Nam & hæc non tranſit in judicatum, Gloſ. *in cap. dudum 2. de elect. & in l. non ſolum,* §. *neceſſitatem, C. de bon. quæ liber.* Unde præcepta, quæ fiunt à Judice contra controverſantes, cum mulieribus, non alias probant concubinatum, nec illicitum commercium, niſi facta ſint, plenaria probatione præcedente, ſecus ſi ex extrajudiciali, vel ex ſummaria cognitione, Capra *ibid. n.* 24. *& ſeq.* 39

Quartò procedit, dummodo ſententia ſit publicata, alioquin non parit notorium quia ſententia ante publicationem non eſt ſententia, *c. ad probandum de re judic.* & Capra *n.* 22. 40

Quintò procedit, dummodo ſententia tranſierit in judicatum, alias, ſi ab ea fuiſſet appellatum, non eſſet habilis ad inducendum notorium, *cap. cum inter vos de ſent. & re jud. cap. cum in jure de offic. deleg.* & notatur *in l. Herennius,* §. *Caia ff. de coact.* Abb. *in d. cap. veſtra n.* 14. ibique Anania. 41

An autem hoc idem procedat in ſententia contumaciali, dubium eſt. Et ſanè vel loquimur de ſententia, lata propter ſimplicem contumaciam, nempè ob non paritionem monitorii, ex tali ſententia non reſultat notorium. Tum quia ſententia contumacialis non probat delictum, Bartol. *in l. ab ſententia n.* 3. *ff. de pœn.* Berous *conſ.* 202. *n.* 41. *lib.* 3. Et tum quia non dicitur definitiva, ſed interlocutoria, & quæ per ſolam comparitionem revocatur, *l.* 1. §. *ſi frater, ff. de collat. bon. cap. ex literis de conſtit.* Alex. *in l.* 1. §. *hoc judicium n.* 3. *ff. ſiquis judic. non obtemp.* ibique Socin. *n.* 7. Nec mulctæ ac pœnæ, quæ in illa apponuntur, ſunt perpetuæ, ac irrevocabiles, ſed durant ſolum, durante contumacia, Bartol. *in l.* 1. *C. de poſtul.* Rot. *dec.* 68. *n.* 21. *ac dec.* 981. *n.* 3. Gail. *de pace publ. lib.* 2. *n.* 4. Et ideò non poteſt inducere notorium, ut ſpecialim cenſuit Rota coram Seraphino *dec.* 393. *n.* 14. *& ſeq.* & coram Juſto apud Farinac. *to.* 2. *conſil. dec.* 184. *n.* 1. *& dec.* 175. *n.* 7. Subdens idipſum procedere, etiam ſi Judex aſſerat in ſententia, crimen eſſe notorium. Quia Judici, hoc aſſerenti non creditur, Aret. *conſ.* 163. *n.* 5. Boſſ. *in tit. quomodo procedendum in crim. not. nu.* 2. Rot. in Maceratenſi hæreditatis 16. Novemb. 1609. coram Manzanedo. Quinimò, etiam ſi ſententia contumacialis confirmata ſit à Principe. Quia cum confirmatio non extendat factum, ſed ſolum addat juris robur, *l. Aurelius* §. *ex teſtamento, ff. de liber. legat.* Aymon. *conſ.* 257. *n.* 4. Sequitur, quod confirmatio recipiat eandem conditionem, quam recipit ſententia, Seraph. *dec.* 981. *num.* 3 & 4.

Vel loquimur de ſententia lata in contumaciam, ſed rigore ſtatutorum, ſive confirmationum volentium, quod contra contumaces poſſit procedi, uti contra Confeſſos, ſed in actis non conſtat de crimine, de quo quis imputatur, pariter dicendum eſt, non inducere notorium. Quia contumacia non probat delictum, etiam ſtante ſtatuto, quod contra contumaces procedatur, uti contra crimen confeſſum. Butr. *cons.* 8. *n.* 3. *& in* 11. *lib.* 2. *& conſ.* 202. *n.* 41. *lib.* 3. Menoch. *conſ.* 492. *n.* 23. *lib.* 3. Rot. coram Seraph. *dec.* 354. *n.* 15. Et quia in criminalibus probationes ſunt de ſubſtantia indicii, Bartol. *in l. inter accuſatorem n.* 3. ibique Angel. & Imol. *ff. de publ. judic.* 42 43

Rota in Romana Notariatus 16. Decembris 1585. coram Cantuccio, & apud Farin. *l.* 2. *conſ. dec.* 145. *n.* 4. *& dec.* 665. *n.* 2. *p.* 1. *rec.* Et conſequenter talis ſententia eſt revocabilis, ut ſæpè cenſuit Rota, & præſertim apud Achil. *dec.* 11. *de dol. & contum.* & apud Seraph. *dec.* 254. *n.* 9. *& n.* 10. *& dec.* 354. *n.* 8. *& ſeqq. & dec.* 393. *n.* 14. *& ſeqq.*

44 Et quamvis contra iſtas deciſiones latè ſcribit Farin. *in tit. de inquiſit. q.* 11. *à n.* 90. ipſe tamen non negat ſententiam contumacialem eſſe revocabilem reſpectu criminis, ſed tantum contendit, quod reſpectu bonorum confiſcatorum non revocatur, niſi probata innocentia, ſicque non adaptatur huic caſui cùm hæc duo inter ſe differunt, *l.* 1. *& penul. in fin. ff. de requir. reſcis.* Gloſ. *in l. fin. v. ſed fam. C. eod.* Adde, quod etiam reſpectu bonorum ſæpe reſpondit Rota contra opinionem Farin. ut in d. Rom. Notar. & *dec.* 147. *n.* 5. *p.* 2. *rec. & dec.* 665. *n.* 2. *& 3. p.* 1. *item rec.* & coram Orano, & coram Juſto, & coram Pegna apud eundem Farin. *to.* 2. *conſ. dec.* 184. *& dec.* 313. 45

Vel denique loquimur de ſententia lata in contumaciam abſentis, præcedentibus tamen legitimis probationibus, ex quibus ſufficienter conſtat de crimine, & tunc, niſi contra probationes, vel ſententiam, aliquod coloratè opponatur, ex tali ſententia naſcitur notorium; quia eſt definitiva, & lata ex probato delicto, *c. cum olim de jud.* Gloſ. *in l.* 2. *v. abſens, C. de contr. jur. tutel.* ibique Bald. & alii, quos ſequitur Felin. *in c. ex literis n.* 20. Quam opinionem approbat Rota in deciſionibus, modò citatis, ac in Rom. Canonicatus 28. Febr. 1567. coram Cotta. 46

Ex quibus infertur, quod ſi probationes ſint factæ per teſtes receptos pro informatione Curiæ non repetitos, parte citata, ſententia adhuc dicitur contumacialis, quia tales teſtes non probant delictum, Bartol. *in l. fin. ff. de quæſt.* Abb. *in c. grave n.* 9. *de præb.* Clar. *in* §. *fin. q.* 11. teſtans de communi, Rota penes Farin. *loc. cit. dec.* 191. *n.* 2. *& dec.* 313. *n.* 9. & coram Montica *dec.* 145. *n.* 1. 47

Parique ratione non probant teſtes examinati in cauſa civili; quia cum poſſint variare in Cauſa criminali, non ſufficiunt ad condemnationem, Bartol. *in l.* 2. *n.* 23. *C. de eden.* ac notatur *in l ſi quis adſe fundum C. ad leg. Jul. de vi publ.* Rota apud eundem Farin. *dec.* 184. *n.* 3. neque ſufficiunt teſtes de auditu; quia iſti neque probant delictum, neque inducunt notorium, Capra *de notor. membr. ult.* & Rot. *ead. dec.* 184. ſimiliter neque probant teſtes de fama, neque ipſi inducunt notorium, neque ſufficiunt ad condemnandum, ſpecul. Bald. & alii quos ſequitur Rota *in d. dec.* 184. *& deciſ.* 187. *nu.* 16. coram Seraphino. 48

Hæc tamen limitantur, ut non procedant in ſententia lata in contumaciam per Gubernatorem Vrbis, qui vigore ſuarum facultatum poteſt procedere contra contumaces, nullo juris ordine ſervato, & nulla præcedente infamia. Nam talis ſententia habet vim definitivæ, etiam ſi fuerit lata ex ſolis judiciis, Ror. *dec.* 22. *p.* 1. *div.* dummodo tamen Gubernator utatur facultatibus, ſecus ſi in proceſſu aliam formam præſcripſerit. Tunc enim, niſi ſervetur forma, quam ipſe tunc ſibi præſcripſit, ſententia non ſuſtinetur ex facultatibus, Seraph. *dec.* 972. *n.* 4.

48 Ex legitimis autem probationibus inducitur notorius concubinatus. Ex illis enim inducitur notorium, ut probat textus *in d. c. cum olim in fin. & c. ſuper quibuſdam de verb. ſignif. cap. ex parte de temp. ord.* ibique Doctores, ac Decian. *l.* 6. *c.* 21. *n.* 9. Quod extenditur, ſive probatio fiat per teſtes, *l. ult. C. de prob.* Menoch. *de recup. remed. à nu.* 227. ſive per inſtrumenta, *c. cum in jure de offic. deleg. cap. cum Ioannes de fid. inſtrum.* ac plenè Tiraquel. *de retract* §. 2. *gloſ.* 1. *n.* 20. ſive fiat per acta, *l. qui ſententiam C. de pœn. l. Divus, ff. de offic. Præſid. d. c. cum olim,* ibique Abb. *num.* 3. *de verb. ſignif.*

49 Quæ omnia procedunt ſive probationes factæ ſint per viam actionis, ſive per viam exceptionis, Archid. *in can. in primis* 1. *q.* 1. Farinac. *q.* 615. *n.* 21. Et declarantur, dummodo probationibus nihil opponatur coloratè per quod fides in dubium revocetur. Quia tunc ex probationibus non inducitur notorium, Butr. *in l. cauſa cognita ff. de tranſact.* ibique Alex. *num.* 9. Dec. *conſ.* 351. *n.* 9. Farin. alios referens *q.* 21. *n.* 22.

Rei quoque evidentia, quæ nulla poteſt tergiverſatione celari, inducit notorium probationis. *d. cap. tua nos, & in d. c. veſtra de cohab. cler. & mul.* ibique Abb. *n.* 7. Decian. *tr. crim. p.* 2. *cap.* 26. *n.* 9. Tunc enim populus eſt teſtis facti, *c. cum dilecti,* §. *dicitur de purg. can.* Nec poteſt reperiri major probatio, quam ea, quæ reſultat ex evidentia rei, Bald. *in l. contra negantem in fin. C. ad leg. Aquil.* Afflict. *dec.* 107. *n.* 6. *ac* 7. 50

Rei autem evidentia dicitur concubinarius, qui ſcientibus, ac videntibus vicinis, concubinam retinet, ſubminiſtrando illi neceſſaria, Oſtien. & Jo. Andr. *in c. de eo, qui cogn. conſangu. ux.* Quod ſi poſſet probatio, aut evidentia aliquo velamine celari, tunc non diceretur concubinatus notorius, Abb. *in d. cap. tua nos n.* 7. 51

Per præſumptionem etiam dicitur concubinarius publicus notorius, qui, videntibus vicinis domum ſuſpectæ mulieris ingreditur, & cum ea converſatur. Ex hoc enim, licet non probetur neceſſariò actus carnalis, quia tamen hæc familiaritas plerumque, aut ferè ſemper illum includit, inde fit ut ex eo reſultet notorium præſumptionis, Coſm. *in pragm. ſanct. tit.* 19. *de concub.* & Avendag. *de mand. Reg. p.* 2. *c.* 26. *n.* 13. *& ſeq.* ſic quoque induceret notorium præſumptionis, ſi quis mulierem ſuſpectam domi retineret, & monitus à Superiore, eam cum effectu non dimittit. Ex hac enim repugnantia in dimittendo inducitur violenta præſumptio, quod ea retineat in concubinam, *can. propoſuiſti in fine d.* 82. *c. Clericos, & c. tua de cohab. Cler. & mul.* Butr. *in d. cap. veſtra n.* 36. ac Decian. *loc. cit.* Nec diceretur dimiſſa, ſi eſſet reverſura, *can. divortium de pœnit. d.* 1. *l. divortium, ff. de divort.* Et hæc monitio ſufficit, ſive ſit trina, ſive ſit unica, & extrajudicialis, Bermond. *de concub. verſ. Et per ſuum ſuperiorem admonitus.* 52

An autem per ſuſceptionem filiorum proberur concubinatus, negat Rota in Tullen. Monaſt. coram Pegna. Quia filii generari poſſunt ex ſecundo, vel tertio acceſſu ad mulierem, ex quo non inducitur concubinatus. Unde ſequitur, quod probatio inde reſultans, non eſt neceſſaria, ſed poſſibilis, quæ non ſuffragatur, *l. neque natales, C. de probat. & c. in præſentia eod. tit.* 53

At verò in hac re conſiderandum eſt, quod S. Canones in probatione concubinatus non exigunt probationes omniàò præciſas, ſed contenti ſunt legitimis præſumptionibus, inter quas potiſſima reputatur filiorum procreatio, Abb. *in c. tua nos n.* 7. *de cohab. Cler. & mul.* Lup. *in repet. c. per veſtras* §. 21. *n.* 20. *de donat. inter vir. & ux.* Ex eo quippe, quod quis domi retineat mulierem, de incontinentia ſuſpectam, ſi eam monitus non dimittat, non ideò reſultat neceſſariò, quod eam carnaliter cognoſcat, & nihilominus ſacri Canones ex hoc ſolo inducant concubinatus, præſumptionem, *can. propoſuiſti d.* 82. *c. Cler. & c. tua nos de cohab. Cler. & mul.* Decian. *d. l.* 6. *c.* 6. *nu.* 9. 54

Quare potius videtur dicendum ex procreatione filiorum probari concludenter incontinentiam, *d. can. propoſuiſti, & can. priusquam d.* 28. Concubinatum autem probari ſaltem præſumptivè, quia ſi inducitur talis præſumptio ex repugnantia in non dimittendo mulierem, quæ eſt de incontinentia ſuſpecta, utique multò magis reſultare debet, ex procreatione filiorum. 55

Nec obſtat, quod filii poſſunt procreari ex bino, vel trino acceſſu. Nam ſufficit, quod regulariter non procreentur, niſi ex copula frequentiori, ad hoc, ut lex inducere poſſit præſumptionem, cum leges aptentur tantum ad ea, quæ frequentius accidunt, *l. nam ad ea, ff. de legib.* Quod præcipuè verum eſt in criminibus, quæ occultè committuntur, Gloſ. *in d. l. neq. natal. C. de probat.* Martil. *ſing.* 1. & in hac ſpecie Avend. *de exeq. mand. Reg. p.* 2. *c.* 26. *n.* 15. Quæ multò magis procedunt, ubi filii geniti eſſent plures. Nam multiplicitas adjuvaret multò magis præſumptionem, *arg. l. Baliſta, ff. ad Trebel.* 56

57 Talis tamen præsumptio dilui potest per contrarias probationes urgentiores, *l. Divus, ff. de integ. rest.* Ideòque si probaretur, filium esse natum ex muliere, ad quam non poterat haberi, nisi furtivus accessus, cessaret præsumptio concubinatus. Quia una præsumptio tollitur per aliam, *d. l. Divus.* Et in hac specie posset procedere Rotæ decisio *in d. Tullen. Monast.* Cæterùm, admissa potentia accedendi, sola filiorum procreatio satis est ad præsumendum concubinatum ex adductis.

58 Occultos verò concubinarios dicimus illos qui notorii non sunt, quorumque consuetudo non habet operis evidentiam, sed potest aliqua tergiversatione celari, *d. c. vestra in fin. de cohab.* ut quia mulier deservit in domo, tanquam pedissequa matris, Abb. *in c. tua nos n. 7. eod. tit.* & Lupus *in d. c. per vestras d. n.* 20. Vel si quis occultè in domo propria, vel aliena retineat concubinam, etiam si cum ea semel, vel bis videatur. Nam donec multiplicitas actuum non pateat multitudini, semper dicetur concubinarius occultus, Cosma *loc. cit. v. publicè*, ac Lupus *ibidem.*

59 Sed quæritur, an deprehensus in actu venereo dicatur ex hoc solo contra ipsum probari concubinatum. Negant Glos. *in can. fin. v. scisitantibus 15. q. 18. & in c. ex literarum v. deprehensam de eo, qui dux. in ux. quam pol.* ibique Abb. *n.* 4. Innoc. *in d. c. vestra ad fin.* Rebuf. *in addit. ad pragm. sanct. tit. de concub. v. evidentiam*, Lupus *eo loco*, & Avendan. *third. p. 2. c. 6. n.* 15. Quod procedit sive deprehensio sit in actu propinquo, nempè in oculis, & tactibus impudicis, sive in ipso actu concubinatus, & sive deprehendatur à paucis, sive à multis. Nam cum concubinatus non inducatur ex bino, vel terno accessu, ut jam diximus, certè ex prædictis potest dici probatus actus fornicarius, non autem concubinatus, ad cujus essentiam requiritur, quod probetur multiplicitas actuum cum consuetudine, Lupus *loc. cit.*

60 An autem ex hac deprehensione sit probatus actus carnalis ita, ut possit ex eo condemnari absque alia probatione, legendi sunt Doctores *in c. cum non ab homine de jud.* signatè Abb. *n.* 19. Dec. *n.* 54.

61 Porrò dispositio loquens de concubinario, debet intelligi de eo, qui tempore præsenti reperitur in concubinatu, nec comprehendit illum, qui alias fuit in concubinatu. In hac enim materia attenditur status præsens, non præteritus, ut probat textus *in l. penul. ff. de his, qui notat infam. & in l. imperiali C. de nupt.* ac Rota coram Seraph. *dec.* 999. facitque regula, quod in qualitate personarum semper inspicitur status ultimus, & non postrema consuetudo, *l. si mater*, ibique Bald. *C. de fust. defunct. & in l. ß filiam in fin. C. de inof. testam.*

62 Dispositio item loquens de concubinario, si verba dirigat in tertiam personam, debet intelligi de publicis notoriè; ut si lex præcipiens, concubinarios esse vitandos, debet intelligi de concubinariis publicis per textum *in d. c. vestra de cohab. cler. & mul. & in c. uls. eod. tit. can. fin. 15. q. 8. can. christiana religio d. 32.* ibi: *de manifest. quidem loquimur*, Matth. *de jurisd. p. 4. cas. 44. nu. 3.*

63 Vbi itidem dispositio dirigit verba in ipsum concubinarium, debet intelligi de quocunque concubinario, tam publico, quàm occulto, præcipuè si respiciat forum conscientiæ, *d. c. fin. de cohab. Cler. & mul.* Ideòq; potest concubinarius moneri, ut dimittat, quamvis non sit notorius, sed sufficit probabilis suspicio, *c. 2. & c. si autem, & c. à nobis de cohab. Cler.*

64 Lex quoque imponens pœnam concubinæ, non habet locum in concubina nupta, ut pluribus probat Lupus *ibid. n.* 21. Quod intellige de concubina occulta, & quæ marito ignorante, mœchatur, secus de consensu mariti.

65 Statutum etiam laicorum, loquens de concubina, non habet locum in concubina Clericorum, nisi in casu, in quo persona concubinæ consideratur de per se, & delictum non habet complicitatem cum Clerico, de quo infra.

Et quoniam proponitur aliquando concubinatus, ut proles inde suscepta, dicatur successibilis; interdum verò, ut inde sequi possit condemnatio ad pœnam concubinatus, ideò quærimus, quomodo in utroque casu probetur. 66

Primò casu oportet concubinatum probari continua cohabitatione in communi lecto, & mensa, & aliis qualitatibus, de quibus post alios Rot. *dec.* 808. *p. 1. & dec.* 254. *p. 2. div.* & apud Seraph. *dec.* 199. & in Romana filiationis coram Pirovano, quæ est decisio 444. *p. 1. recent.* 67

Ad probandum autem concubinatum ad hunc effectum leviores admittuntur probationes, instar matrimonii, Paris. *cons.* 57. *n.* 41. *l.* 4. Ferret. *cons.* 49. *n.* 1. & ante eos Gemin. *cons.* 27. *in fin.* Rota coram Seraph. *dec.* 978. *n. 6. ac* 7. & coram Cavalerio apud Far. *dec.* 277. *n.* 1. Vnde probatur ex publica voce, & fama inter vicinos, Abb. *in c. cum dilectus de purg. Can. & in c. tertio loco n.* 24. *de præsumpt.* Crot. *cons.* 413. *n.* 24. ac Rota *d. decis.* 444. *num.* 4. 68

Secundo verò casu, sufficit probare, quod quis carnalem habeat consuetudinem cum aliqua, etiam in aliena domo, ut per Diaz. *in pr. crim. c.* 79. *sub init.* quem approbavit Rota in *d. Tullen. Monast.* coram Pegna. Circumscripta autem carnali copula, consuetudo, servitiorum gratia, vel ex alia causa honesta non est prohibita, *l.* 2. *C. commodati, l.* 1. *§. ne autem quantitas, C. de com. ser. manum.* Siquidem ad hunc effectum requiritur actus consuetudinarius, *c. illud*, ubi Doctores *de præsumpt.* Cæs. de Grass. *dec.* 1. *n.* 8. *de accus.* Idèo ex bino, vel trino accessu ad eandem mulierem non contrahitur concubinatus, Rota *in d. Tullensi*, etiamsi simul deprehendatur in venereo complexu, Avendan. *d. c.* 26. *n.* 15. Cæs. de Grass. *dec.* 16. *n.* 8. *de accus.* subdens, quod in libello, in quo porrigitur querela concubinatus non est necessaria specificatio certi diei. 69

Oportet item, ut probationes concludant ad hunc effectum, quod sint plenariæ, Glos. *in c. veniens, l. de testib.* ibique Abb. *n.* 4. Dec. *num.* 8. Alciat *cons.* 2. *n.* 4. *l.* 1. & in specie concubinatus Rota *in d. Tullen.* coram Pegna. 70

Et quamvis in hac materia, quæ est difficilis probationis, admittantur conjecturæ, ac indicia *c.* 1. *de test. l.* 6. Idque etiam si agatur de crimine ad effectum privationis, aut alias civiliter; nihilominus debent esse concludentes ita, ut non possint aliud importare, Felin. *in c. super his n.* 7. *de accus.* Veral. *decis.* 102. *p.* 1. & Seraph. *decis.* 1029. *n.* 2. 71

Ex qua ratione, licet regulariter concubinatus probetur per famam, ubi tamen agitur de crimine ad effectum privationis, fama sola neque probat, neque facit semiplenam probationem, Bald. *in c. tam literis n.* 5. *de testib.* Butr. *in c. veniens n.* 10. *eod. tit.* ibique Abb. *n.* 19. Veral. *dec.* 8. *n.* 2. *p.* 2. ac Rota *in d. Tullensi* coram Pegna *v. Ex quibus inferebatur.* 72

Ac licet etiam regulariter, ut fama probet, satis sit, si testes dicant, ita publicè dici audivisse, Cassador. *dec.* 3. *n.* 7. *de probat.* Veral. *dec.* 7. *p.* 2. ubi tamen agitur de pœna, vel ad privationem, oportet, quod testes exprimant rationes, & causas, & personas, à quibus audierunt, Pegner. *de crim.* 17. *n.* 26. Pacian. *de prob. l.* 3. *c.* 49. *n.* 18. cum aliis per Farin. *cons.* 80. *n.* 32. *l.* 1. 73

Deniq; licet fama sufficit, si afferatur ad præsumptionem ac inditium, non tamen probat, ubi illi affertur ad plenam probationem, Cass. *dec.* 3. *n.* 7. & Farin. apud quem alii *loc. cit. n.* 33. 74

Cæterùm modus probandi concubinatus est duplex. Primus præsumptivè, qui resultat statim, ac probatur, concubinatum semel extitisse, nisi probetur emendatio. Surd. *de alim. tit.* 7. *q.* 4. *n.* 25. ac Rota coram Seraph. *dec.* 54. subdens, quod ubi concubinatus fuit publicus, emendatio debet esse pariter publica, alias antecedens suspicio non purgatur 75

Secun-

76 Secundus est explicitè, ut si per legitimos, atque idoneos testes appareat de frequentia, & mutua conversatione alicujus cum muliere suspecta, Lupus *in d. c. per vestras* §. 21. *n.* 12. *&* 17. *de donat. inter vir. & uxor.*

77 Vt autem in hac materia testes probent, oportet, quod concludant in suo dicto, nempè vel de publica populi, aut vicinæ reputatione, vel aliis conjecturis, ex quibus concubinatus inducatur, Avendan. *d. c.* 6. *n.* 13. *&* 14. Vbi verò ageretur de probando concubinatu publico ad effectum procedendi ad pœnam impositam concubinario publico, oportet, quod testes deponant de hac qualitate publicitatis, alias non probant; quia deficit qualitas, à lege requisita, *arg. l.* 1. §. *Prætor*, ibique Bartol. *ff. ne quod in flum. publ.* & in specie Lupus *loc. cit.* §. 21.

78 Ad probandum concubinatum, ut contra illum committentes procedi possit, quæ requirantur, vide *insuper* Tuschum *concl.* 567. Ricc. *collect.* 684. *& dec.* 76. *p.* 1. *& dec.* 43. *p.* 4. Gram. *vot.* 4 *n.* 6. Visil. ad Afflict. *dec.* 392. *n.* 16. Mascard. *de prob. concl.* 342. Danz. *in pugn. Doctor. to.* 1. *tit. de concub. & concubinat. c.* 1. *n.* 19. qui ait, ut de eo constet, probandum esse concubinarium habuisse accessum, & quotidianam ferè conservationem cum concubina, vel quod domi illam retineat, uti talem, vicinis scientibus, ac videntibus, & quod de hoc sit diffamatus. Et licet de jure civili requiratur, ut probetur continua habitatio, communis lectus, & mensa affectu maritali juxta Glos. *in l. concubinam, ff. de concub.* ac Præpos. *in rubr. de sponsal.* attamen Rota non sequitur hanc opinionem. Quia facilè eluderentur pœnæ sacrorum Canonum, concubinas aliter retinendo, ut ait Pegna *dec.* 454. *n.* 20. *&* 21. post Diaz. *in pr. crim. c.* 82. *n.* 1. ubi ait, quod non est distinguendum, sola ne retineatur concubina, an sub velamine, quod pedisse, qua sit matris, sororis, vel alterius, cujus inhabitatio non prohibetur Clericis, vel laicis, dummodo probari possit quod habeat pro concubina, vel an habeatur fœmina in aliena domo, cui carnaliter eam detinens, commisceri soleat, si de hac consuetudine constet, & diffamatus sit in sua, vel in fœminæ vicinia. Idem tradit Ciarlin. *contr. for. c.* 50. *n.* 54. ac melius *c.* 33. *n.* 43. *& seqq.* ubi plures adducit, inter quos Sanch. *de matrim. l.* 10. *disp.* 18. *n.* 20. Farin. *q.* 138. *n.* 12.

79 Imo etiam de jure civili videtur id procedere per *auth. ut liceat matr. an. §. si quis in sua domo*, & Glos. *in d. l. concubinam* docet, non exigi cohabitationem per illum textum. Videatur Ricc. *dec.* 76. *p.* 1. ubi agit, ex quibus probetur concubinatus, ac refert decisionem Seraphini 599. in qua fuit habitus pro concubinario, quia probata fuerunt susceptio liberorum, reputatio, tractatus decentior, cura rei familiaris, differentia inter concubinam, & alias ancillas, & fuit dictum, non obstante, quod illa lavabat pannos, aliaque præstabat ministerio; quia hoc plerumque ab uxoribus præstantur. Et subdit Riccius in Curia Archiepiscopali Neapolitana ex praxi probati concubinatum, si constet, quem habuisse accessum, & quotidianam conversationem cum aliqua muliere inhonesta. Nam attenditur, ait, scandalum, quod à populis concipitur, tam si domi, quam si extra eam, concubina detineatur.

80 Sed agamus nunc de pœnis, quibus afficiuntur laici concubinarii. Laicus concubinarius potest primo cogi ad instantiam uxoris, ut concubinam dimittat. Licet enim uxor non possit accusare maritum, criminaliter agendo, de adulterio, *l.* 2. ubi Cyn. Bald. & alii, *C. ad l. Iul. de adul. can. christiana* 32. *q.* 5. cum aliis per Tiraquel. *d. l. concub. l.* 1. *n.* 42. potest tamen civiliter agendo cogere illum ad concubinam relinquendum, ut per Doctores communiter *in l. ex ea parte §. mulier ff. de verb. oblig.* ibique Angel. 10. Imol. *n.* 4. Castr. *n.* 3. Jas. *n. item* 3. Lupus *in d. c. per vestras* §. 21. *n.* 9. Petr. Boll. *in tr. communia Eccles. el. 1. c.* 4. §. 6. *pœn.* 23.

81 Tum quia interest uxoris propter multa, maritum concubina carere, Jas. *loc. cit. n.* 2. Et tum quia uxori per concubinatum infertur injuria, §. *causas, auth. ut liceat mater. & an.* pro qua uxori datur actio contra maritum, Bald. *in c. 1. ins. 3. ut lit. non conteft.* Præpolit. *in d. c. ex parte in fin. de sponsal.* & Lupus *loc. cit. n.* 6. Et sicut uxori datur actio contra maritum, ut concubinam dimittat, ita potest agere contra concubinam mariti, ut à viri consuetudine abstineat, Scilicet. *in l.* 1. *sub n.* 3. *C. ad leg. Iul. de adult.* Lupus ibidem. Simili quoque ratione potest uxor agere contra maritum, ut cogatur ad secum cohabitandum, Abb. *in c. ex literis de sponsal.* Felin. *in c. preterea n.* 8. *eod. tit.* Auffrer. *in Clem. 1. n.* 25. *de offic. ordin.* & Avené. *ubi supra p.* 2. *c.* 26. *n.* 18.

82 Vxore autem non agente, cogi potest laicus concubinatus Judicis officio, etiam criminaliter agendo. Quia cum concubinatus sit contra honestatem, *d. l. ex parte Si mulier ff. de verb. oblig.* potest quidem Judex ex officio homines cogere ad honestè vivendum, *l.* 3. §. *juris præcepta ff. de just. & jur.* ibique Alber. *n.* 2. Castr. *in d. l. ex ea parte* § *mulier n.* 1. ubi Jas. *n.* 3. Dec. *cons.* 530. *n. etiam* 3. Lupus *ibid.* §. 21. *n.* 7. *&* Avend. *d. c.* 26. *n.* 2. *&* 18. Hinc ait Fontanella *dec.* 138. *n.* 18. *ac seqq.* quod cum hoc crimen sit mali exempli, potest Judex absque instantia partis in eo procedere, etiam contra illos, qui habent privilegium, quod ipsorum crimina non possint puniri, nisi parte instante & hujusmodi delicta, quæ tunt mali exempli, ex quibus plures inducuntur ad peccandum, debent gravius puniri, ut etiam inquit Cabal. *resol. crim. cas.* 214. allegans textum *in l.* 3. §. *sed ex Senatusconsulto ff. ad leg. Cornel. de Sicar. & l. si quis aliquid* 38. §. *portioni ff. de pœn. cæs. præcipuè* 11. *q.* 3. Menoch. *de arb. cas.* 358. *n.* 4. Farin. *in prax. p.* 1. *q.* 18. *n.* 65. Tiraquel *de pœn. temper. caus.* 44. *n.* 57. Carrer. *in pr. crim.* §. *circa tertium n.* 27. & Glos. *in can. nemo, v. tolerabilior* 32. *quæst.* 4. Cum enim hoc crimen sit de illis, quæ sunt commenta, & successiva, quæque habent causam præexistentem ac permanentem, & in quibus quis quotidiè censetur de novo delinquere, de quibus latè Decian. *cons.* 80. *ex n.* 7. Ideo fuit semper habitum pro graviori, ut ostendunt quoq; verba Concilii Tridentini *c.* 14. *sess.* 25. *de ref.* 83

Quinimò, si casus id exposcere videatur, non tolum Judex potest cogere ad dimittendam concubinam, sed etiam potest cogere illum ad cavendum de eam amplius non repetendo, ut probat textus *in d. ex ea parte*, d. §. *mulier, ff. de verb. oblig.*

Quæstio autem perdifficilis est, quisnam sit Judex concubinatus? Et quidem concubinatus punitio ab Ecclesia, & à sacris Canonibus originem habuit, ut ex *can. concubinæ 32. q. 2. can. neuno blasphemiatur sibi, & can. dicat aliquis eod. cauf. q.* 4. Ideò Abbas *in c. cum sit generale de for. comp.* docet hoc crimen esse merè Ecclesiasticum. Ejusque sententiæ sunt cæteri Canonistæ *in c. Ecclesia S. Mariæ de constit.* eamque communem esse ait Barmond. *in tr. de concubin.* quem refert Clar. §. *fin. quæst.* 37. *n.* 4. Genuens. *in pr. c.* 37. *n.* 5. & Matth. *de jurisd. cas.* 44. *n.* 6. *p.* 4. 84

Hoc tamen pender à quæstione, an revera concubinatus sit prohibitus à jure civili? Hoc est valdè controversum inter Doctores, ut ait Farinac. *q.* 138. *n.* 30. & Clar. §. *fornicatio n.* 6. inquit, eos, qui negativam sententiam amplexi sunt, illam probare ex *l. in concubinatu, ff. de concub.* ubi Bartol. ac communem subdit, dixisse Alex. *in l. ex facto*, §. *si quis rogatus n.* 13. *ff. ad Trebel.* & ita sensisse alios, ac in puncto juris, ipsum suspicari esse verlorem, & in judicando sequendam; eo magis, quia ita vidit, servari de consuetudine, quæ est optima legum interpres. Regulariter enim Judices sæculares hoc crimen non puniunt, nisi fiat requisiti à Judice Ecclesiastico, ut suum brachium impertiantur, ut idem Clarus fatetur *d. q.* 37. *n.* 4. Et concubinatum non esse delictum de Jure Civili, ait de Franc. *dec.* 40. *n.* 17. ac Bermond. ad Bellam Leodis X. *de publ. concubinar. n.* 1. *ad fin.* ac *n.* 7. *& seq.* ubi citat Barrolum. testaturque de tutiori, & magis communi Doctorum sententia. 85

Affirmativam verò opinionem sequuntur quamplures congesti à Farinacio *ibid. n.* 31. & à Ciarlino *contr. for. cap.* 33. *n.* 71. *& c.* 109. *n.* 53. qui omnes moventur ex eo, quod licet de jure civili antiquo concubinæ tolerabantur, *l. in concubinatu, & l. concubinam ff. de concub.* 86

de jure tamen noviſſimo ſunt prohibitæ, ut ex *c.1. de fil. natur. ex matr. à morgan. contr. in feud.* & melius ex §. 1. ac per *tot. auth. de lenon. atque ex tit. ſcanica mul. & tit. ut non luxurientur.* Adduntque rationem, quod in peccatis corrigendis lex civilis ſequitur ſacros Canones *auth. ut Clerici apud propr. Epiſc. conven. & auth. de Eccl. tit.* Et quod etiam ſi in jure civili hoc non eſſet clarum, ſed dubium, jus ipſum civile declaretur à jure Canonico, *c. 1. de oper. nou. nunc.* ob quam rationem Menoch. *de arbitr. caſ.* 289. *n.* 14. poſtquam retulerat plures Doctores negativam ſententiam ſequentes, eamque dixerat, ſe amplexam fuiſſe conſilio ſuo 461. *n.* 20. *l. ſubdit nu.* 18. quod ob multitudinem Doctorum contrariam ſententiam docentium, quæſtio redditur dubia, & ideo uti talem juri Canonico famulari dicendum eſt, ac propterea etiam de jure civili concubinatum eſſe prohibitum.

87 Hæc affirmativa ſententia videtur quoque verior iis, qui docerat, hoc crimen eſſe mixti fori, & in eo puniendo dari præventionem inter Judicem Eccleſiaſticum, & ſæcularem, inter quos ſunt Bobadil. *l. 2. polit. c.* 17. *n.* 53. Barboſ. *in declar. ad S. Conſil. Trid. c.* 8. *ſeſſ.* 24. *de ref. matr.* Farin. *q.* 3. *n.* 131. Fontanel. *dec.* 138. *n.* 7. *p.* 1. Delbene *de immunit. to.* 2. *c.* 10. *dub.* 1. *ſect.* 1. *ſuppoſ.* 2. *nu.* 23. *& ſeq.* Diana *p.* 1. *tr.* 2. *reſol.* 87. *in fin. & p.* 5. *tr.* 1. *reſol.* 10. qui tamen duo ultimi fatentur, ſententiam, quo ſit crimen merè Eccleſiaſticum fulciri plurimorum Doctorum auctoritate, & praxi, cùm illud non puniatur à Judice ſæculari, ſed tantum requiſitus à Judice Eccleſiaſtico, ſuum brachium impertitur ad illud puniendum. Danza vero *d. tit. de concub. c.* 1. *n.* 13. *&* 14. ait, in Regno ſervari, quod Judex Eccleſiaſticus procedit contra concubinarios cenſuris, ſæcularis verò pœna arbitraria, referetque fuiſſe expeditas à Regio Collaterali Neapolitano literas anno 1589. & 1603. directas Regiæ Audientiæ Salernitanæ, ut non permitteret, quoſdam laicos carcerari ab Archiepiſcopo Salernitano: Et ita quoque fuiſſe ſcriptum Vicario Apoſtolico Caputaquenſi. Danzam citat ad hoc Sanfelic. *dec.* 245. *nu.* 2.

88 At poſſe Ordinarium punire illos pœna pecuniaria, carceris, exilii, vel alia ſimili, declaravit S. Congregatio apud Ciarlin. *c.* 50. *n.* 36. quæ die 3. Novembris 1587. cenſuit, rectè feciſſe Archiepiſcopum Mediolanenſem, qui condemnavit laicum Concubinarium pœna ſcutorum quinquaginta. Et ita alias pluries declaraſſe S. Congregationem, teſtatur Genuenſ. *d. c.* 37. *n.* 5. ubi refert, anno 1589. Cardinalem Montaltum nomine Sixti V. injunxiſſe omnibus Regni Epiſcopis, ut procederent contra concubinarios, prout ſacri Canones, & S. Concilium Tridentinum mandant, & in ſuis literis expreſſiſſe, hanc etiam fuiſſe voluntatem Majeſtatis Catholici Regis Philippi Secundi, ſignificatam per literas Proregi Neapolitano, ita tamen, quod in procedendo Epiſcopi excluderent omnem avaritiæ ſuſpicionem, & ita ſentiunt Navarrus, & alii citati à Barboſa *in collect. Doct. ad d. c.* 8. *Concilii Trid.* Riccius *dec.* 4. *num.* 9. *p.* 4. licet in praxi *reſol.* 319. *n.* 1. contrarium doceat, traditque Themud. *dec.* 145. *n.* 7. ubi ait, non fuiſſe admiſſum recurſum ad Coronam cujuſdam concubinarii, qui pœna pecuniaria fuit punitus à Judice Eccleſiaſtico; ita quoque fuiſſe judicatum in Senatu Luſitano, teſtatur Velaſchus *alleg.* 34. *num.* 12. Et his pœnis proceditur abſque eo, quod procedant monitiones, quas requiri vult S. Concilium Trid. *c.* 14. Nam illas præcedere debere tantum, quando devenitur ad excommunicationem, pluries declaraſſe S. Congregationem, refert Diana *d. p.* 1. *tr.* 1. *reſol.* 87. *& p.* 5. *tr.* 1. *reſol.* 10. ac Delbene *loc. cit. nu.* 29.

89 An autem Judex ſæcularis requiſitus ab Eccleſiaſtico, & negans impertiri ſuum brachium, poſſit compelli ſub pœna excommunicationis, affirmant Farin. *q.* 197. *nu.* 8. Isobadil. *loc. cit. l.* 2. *c.* 17. *nu.* 80. Rodolphin. *de brach. ſæcul. n.* 45. Menoch. *de arb. caſ.* 452. aliique congeſti à Barboſ. *ad d. c.* 8. *Concilii.*

90 Hanc pœnæ executionem exemptio, aut appellatio ante, vel poſt definitivam ſententiam ſuſpendere non poteſt, S. Congregatio apud Garziam *de benef.* 11. *p.* 2. *c.* 16. *n.* 186. *declar.* 12. Cumque agatur de correctione morum, nulla inhibitio, appellatio, vel querela, etiam ad Sedem Apoſtolicam, retardat executionem. S. Concil. Trid. *ſeſſ.* 22. *c.* 10. *de ref.* Imò dum Aloyſius Pappacoda Eccleſiam Caputaquenſem regeret in caſu contingenti cujuſdam concubinarii, laici excommunicati ab ejus Vicario generali, qui appellavit ad Metropolitanum, à quo fuit admiſſa appellatio cum inhibitione, habito recurſu ad S. Congregationem S. Concilii Tridentini, fuerunt directæ Em. Cardinali Sabellio literæ ab eadem S. Congregatione tenoris ſequentis. *Perlatum eſt ad S. Congregationem Patrum, Concilii Tridentini Interpretum N. N. Caputaquenſis diœceſis publicum concubinarium, ab ipſa Curia Epiſcopali Caputaquenſi excommunicatum, obtenta vigore appellationis à Tribunali Archiepiſcopali Eminentia Veſtra inhibitione, adhuc in ſuo concubinatu permanere. Quapropter iidem Patres Eminentia Veſtræ ſuis literis ſignificandum cenſuerunt, hujuſmodi appellationem nequaquam admitti debuiſſe. Ideoque inhibitionem eſſe revocandam. Ita igitur E. V. mandare dignetur, cui omnimodam proſperitatem deprecor. Romæ* 28. *Aprilis* 1635. *Em. V. humillimus ſervus, Jo: Baptiſta, Cardinalis Pamphilius Franciſcus Paulucius S. C. C. Secretarius.* Eædem literæ in alio caſu concubinarii Laici fuerunt expeditæ, ac directæ Vicario Metropolitano Hydruntino anno 1659.

Imo ex prazi Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ 91
monitio non requiritur ad puniendum concubinarium notorium, teſte Riccio *dec.* 239. *p.* 2. ubi ait, fuiſſe ab eadem Curia relegatum à ſua diœceſi quendam concubinarium notorium, qui nunquam fuerat monitus, & per nonnullos annos inſorduerat in concubinatu ex eo, quod notoria non indigent probatione *can. manifeſta* 11. *q.* 1. *c. evidentia de accuſ. c. ad noſtram de jurejur.* Et facit textus *in c. fin. de cohab. Cler. & mul.* Notorium autem dicitur, quod nulla tergiverſatione poteſt celari, *d. c. fin. & c. ſuper quibuſdam* §. *fin. & c. cum olim de verb. ſignif.* Et ideo non auditur appellans, *c. cum ſit Romana, & c. percurrit de appel.*

Clericus autem notorius concubinarius, licet poſſit 92
puniri abſque alia monitione, *c. tua nos, & d. cap. fin. de cohab.* ibique Abbas, non tamen poteſt abſque ea privari beneficiis *c. ſicut, & c. ſi autem eod. tit.* Concil. Trid. *in d. c.* 14. ac Pegna *d. dec.* 454. *n.* 1. *ac ſeqq.* quam refert Genuenſ. *in pr. d. c.* 37. *in addit. n.* 6. *qui n.* 10. ait, Clericum pro ſimplici fornicatione puniri arbitrio Judicis, non autem pœna depoſitionis ex Gloſſa, quam appellat ſingularem, *in can. Maximinianus d.* 81. *& in can. lator.* 2. *q.* 7. & ait, ita Doctores communiter tenere.

Poteſt itaque laicus concubinarius cogi ad relinquen- 93
dam concubinam ſub pœna excommunicationis, & poſtquam à loci Ordinario, ea de re ter admonitus, eam non ejecerit, à qua excommunicatione non abſolvitur, donec reipſa paruerit. Quod, ſi, neglectis cenſuris, ſteterit in concubinatu per annum, poteſt Ordinarius pro criminis qualitate procedere ex diſpoſitione S. Concilii Tridentini *d. c.* 14. *ſeſſ.* 24. *de ref.* quibus ex verbis.

Primò dubitatur, an Ordinarius, procedendo con- 94
tra laicum concubinarium, teneatur præcisè procedere, juxta præfatum S. Concilii decretum, an verò alio modo.

Secundò, an ſoli Epiſcopi poſſint hoc modo proce- 95
dere, an verò id facere poſſint Ordinarii inferiores?

Tertio, qualis debeat eſſe trina monitio requiſita per 96
Concilium.

Quarto, qualis debeat eſſe annus inſordeſcentiæ in 97
cenſuris ad effectum, ut Ordinarius poſſit procedere ad alias pœnas?

Quinto, an ſub hoc decreto Concilii includantur 98
etiam Magnates ita, ut contra eos ſit procedendum ſervata forma hujus decreti.

Ad primum videtur dici poſſe, quod quando Ordina- 99
rius vult procedere contra laicum ratione concubinatus, teneatur procedere per cenſuras, ſervata forma decreti. Nam cum S. Concilium profiteatur, ſe velle hunc tanto malo opportunis providere remediis, ut apertè ait, &

ait, & pro opportuno remedio decernat eſſe procedendum per cenſuras, utique non debet eſſe in facultate Ordinarii, aliis uti remediis.

100 Sed tenendum eſt, eſſe arbitrium Ordinario, laicos concubinarios remedio cenſuratum, aliiſve pœnis contra adulteros, & concubinarios inflictis coercere. Quia Sac. Concil. non ſuſtulit alias pœnas, ſed eas voluit in ſuo robore permanere. Atque ita, ſicut alias pœnas non ſuſtulit, ita non poteſt videri ſuſtuliſſe alios modos ad eas procedendi, *l. quoties duplici, ff. de reg. jur. l. quoties, ff. act. & oblig. c. ex tuarum de auctor. & uſ. pal.* Bart. *in l. ſi domus ff. de ſervit. urb.* Abb. *in c. ſicut n.* 2. *& in c. ſi autem in fin. de cohab. cler. & mul.*

101 Poterit ergo Ordinarius, omiſſo modo procedendi per cenſuras, procedere etiam ad multam pecuniariam in eleemoſynam erogandam, vel per viam accuſationis, aut denunciationis ad textum *in c. ſuper his de accuſ.*

102 Vbi tamen elegit viam procedendi per cenſuras, non poteſt procedere ad alias pœnas, ex regula, quod una via electa, altera tollitur, *l. ſi mulier,* §. *fin. ff. quod met. cauſ.* & in facti contingentia ex mente S. Congregationis Concilii ita cenſuit Curia Archiepiſcopalis Neapolitana apud Riccium *dec.* 38. Per omnia autem cavere debent Eccleſiarum Prælati, aliique Eccleſiaſticam juriſdictionem habentes, ne ſub pacto, compoſitione, aut ipſe alterius quæſtus concubinarium in tali fœditate ſordeſcere patiantur, alioquin ultra negligentiæ pœnam, & maledictionem æternam, quam incurrunt, duplum ejus, quod acceperunt, reſtituere, & ad pios uſus omninò convertere tenentur ex diſpoſitione Conſtit. Leonis X. §. 23.

103 Ad ſecundum. Facultas in hoc decreto tradita Ordinariis procedendi contra laicos ratione concubinatus, comperit non ſolum Epiſcopis, ſed Ordinariis inferioribus. Nam, licet ubi Concilium loquitur de Epiſcopis, non habeat locum in Ordinariis inferioribus, Rota apud Manticam *d.* 263. *n.* 5. Vbi tamen loquitur de Ordinariis in materia proportionata, comprehendit etiam Ordinarios inferiores, Gloſ. *in Extravag. execrabilis*, §. *qui verò v. Epiſcopus de præb.* Gemin. *in c. Ordinarii n.* 5. *de offic. Ordin. l.* 6. ibique Franch. *n.* 3. Felin. *in c. poſt ceſſionem n.* 1. *de prob.* Card. *in Clem.* 1. §. *ad hæc nu.* 4. *de ſtat. Monach.* Mandoſ. *conſ.* 37. *n.* 19. *&* 21. Rota in Salamantina juriſdictionis 9. Maii 1580. & coram Coccino *dec.* 346. *n.* 1. *& ſ.*

104 Ad tertium. Monitio requiſita per Concilium debet eſſe trina, ut patet ex illius verbis. Quæ quidem operantur, & una non ſufficiat, etiam ſi ſit peremptoria, Bermond. *de concub. v. Et per ſuum Superiorem.* Debet etiam eſſe ſpecialis, *c. conſtitutionem, & c. ſtatutum de ſent. Excom. in* 6. *c. ſacro approbante eod. tit.* ibique Abbas, allique *in Clem.* 1. ubi Gloſ. *v. nominat. in eod. tit.*

105 Non ergo ſufficiet monitio generalis, quod omnes dimittant concubinas, Decian. *tom.* 2. *c.* 21. *n.* 30. Curia Archiepiſcopalis Neapolitana apud Riccium *dec.* 15. 26. *ante n.* 9.

106 Item oportet, quod hæc trina monitio fiat perſonaliter. Nam ad effectum; ut quis poſſit excommunicari, neceſſe eſt, quod contumacia ſit certa, nec ſufficit præſumpta, Bermond. *loc. cit. v. teneatur n.* 6. Avendan. *de exeq. mand. p.* 2. *c.* 26. *n.* 9. Rota in Januen. cenſus 1614. coram Pirovano, & in Motulen. decimarum 25. Junii 1618. coram Sacrato.

107 Demum requiritur, quod monitio fiat judicialiter. Quia ubi lex requirit trinam monitionem, debet ſemper fieri judicialiter, alioquin, ſi Concilium contentum eſſet monitione extrajudiciali, contentum eſſet una, *can. ſi Epiſc. d.* 17. *Clem.* 1. *de hæret.* Innoc. *in c. ad petitionem de accuſ.* Abb. *in c. Ex bis n.* 8. *de conſtit.* Roman. *ſing.* 429. ibique Additionatores.

108 Ad quartum. Annus inſordeſcentiæ præfixus ad Concilium, debet eſſe continuus, in eoque tempora non conjunguntur. Regula enim eſt, quod ubi præfigitur terminus, ut quis poſſit puniri, tempora non conjungantur, Jo. Andr. *in c. cum contumacia, verſ. per annum de hær. in* 6. ubi Archid. & Gemin. *n.* 6. Franch. *n.* 2. Navarr. *conſ.* 7. *n.* 13. *de hæret.* Rota in Oſcen. Archidiaconatus 6. Maij 1603. coram Lancellotto, & apud Seraphinum *dec.* 1285. *n.* 5. Quare, ſi quis uno anno perſtiterit in concubinatu per ſex menſes, & totidem in alio anno, non poterit puniri, tamquam inſordeſcens. Quia cum S. Concilium requirat lapſum anni, antequam annus labatur, contumacia non incurritur.

Non tamen requiritur, quod concubina ſit ſemper 109
eadem. Nam ſive ſit unica, ſive plures; ſi inter omnes perficiatur annus, ſatis erit, ut reputetur inſordeſcens, ac pœnis à S. Concilio inflictis puniri valeat. Geminatio enim mulierum pœnam non minuit, ſed auget, *c.* 1. *de cler. percuſſ.* Roch. de Curte *in c. fin. de conſuet.* & Avendan. *loc. cit. p.* 2. *c.* 26. *n.* 5.

Poſt autem annum inſordeſcentiæ, reſultat præſum- 110
ptus clavium contemptus, cujus ratione redditur ſuſpectus de hæreſi, *c. contumacia de hæret. in* 6. cujus diſpoſitio procedit in quocumque excommunicato, Menoch. *de arb. caſ.* 416. *n.* 19. Quod etiam eſt de mente S. Concilii Tridentini *ſeſſ.* 25. *c.* 3. *ad fin. de ref.*

Ac hic lectorem tertio monitum eſſe velim, quod, ut 111
indneatur clavium contemptus, atque adeò redditur excommunicatus ſuſpectus de hæreſi, non ſufficit ſolus lapſus anni, ſed ulterius requiritur, quod citetur ad ſe purgandum juxta formam traditam *in d. c. cum contumacia*, ut procedi poſſit contra excommunicatum, tamquam ſuſpectum de hæreſi, Rota coram Seraph. *d. dec.* 1285. *n.* 3. Item oportet, quod excommunicatio ſit lata ex cauſa fidei, alias ſi procedat ex alia cauſa, non ſufficit ſolus lapſus anni, niſi etiam liquido conſtet moroſitatem procedere ex contemptu clavium. Quæ ratione ſacrum ſupremæ Inquiſitionis Tribunal, ubi excommunicationes non ſunt latæ ex cauſa fidei, ſed ob non ſolutionem penſionis, ſive propter concubinatum, aut ex hujuſmodi alia cauſa, ex eo quod poſſunt afferri cauſæ, ſaltem coloratæ, non conſuevit ſuper illa procedere, ſed eam rejicere ſolet ad Ordinarium, qui ſi in proceſſu cauſæ non reperit animi obdurationem, certiorem reddere debet S. Congregationem S. Officii, alias prout de jure procedat, ut alibi etiam diximus.

Ad quintum. Videtur, Magnates ſub hoc decreto non 112
comprehendi, cum eorum perſonæ non veniant in generali diſpoſitione, *e quia periculoſum de ſent. excom. in* 6. Præſertim quia S. Concilium, ubi voluit Magnates comprehendi, hoc expreſit, ut *in c.* 9. *ſeſſ.* 24. *de matrim.*

Contrarium tamen verius eſt. Nam Concilium loqui- 113
tur de laicis cujuſcumque conditionis exiſtant, quo caſu comprehendit omnes, nemine excepto, *c. ſolite de major. & obed. c. quicumque* 33. *q.* 2. *can. ſunt nonnulli* 1. *q.* 1. *l. à procuratore C. de mand.* Etiam perſonas privilegiatas, *Clem.* 1. ubi Gloſ. *v. quibuſcumque de judic.* §. *fin. auth. de hæred. & falcid.* Tiraq. *de retract.* §. 1. *gloſ.* 3. *n.* 20. Menoch. *conſ.* 224. *n.* 7. Rota *dec.* 368. *n.* 5. *p.* 1. *div.* & apud Seraph. *dec.* 980. *n.* 8. Maximè autem quia verſantur in materia peccati, quo caſu in generali ſermone comprehenduntur Principes, non ſecus, ac cæteri omnes, *c. Omnes Principes de major. & obed. c.* 1. *de homic. in* 6. ibique Jo. Andr. Felin. *in c. ad aures verſ. octava concluſio, de reſcript.* Sarnent. *in reg. de infirm. q.* 3. *n.* 3. & Covar. *var. reſol. l.* 2. *cap.* 20. *nu.* 17.

Hiſque accedit, quod S. Concilii mens eſt, tam grave 114
peccatum coercere. In Magnatibus autem eò gravius hoc peccatum efficitur, quò majore dignitate polleat, *l. mens*, §. *iſte fevè, ff. de pœn. l. nemo, C. de ſum. Trin. & fid. cath. l. preſbyteri*, C. *de Epiſc. & Cler. c. cum magna devot. & can. pi eccpnè* 11. *q.* 3.

Hæc tamen, licet veriſſima ſint, quia tamen uſu com- 115
pertum eſt, non omnia, quæ licent, expedire, facrique Canones monent gladium excommunicationis eſſe magna circumſpectione utendum, *c. delecto de ſent. excom. in* 6. *can. multis* 2. *q.* 1. *can. viſis* 16. *q.* 2. ac idem S. Concilium *ſeſſ.* 25. *c.* 3. prudentis Paſtoris partes ſunt cum Magnatibus ita ſe gerere, ut nec illis monitio deſit, nec de læſa ipſorum exiſtimatione conqueri poſſint, ne hoc prætexta irritati, deteriores reddantur. In tali namque ca-

ſu poteſt Prælatus à rigore recedere, & urbanius agere, D. Thom. *in* 4. *d.* 18. *quæſt.* 2. *art.* 5. quem ſequuntur Jo. Andr. *in c.* 1. *n.* 2. *de ſent. excom. in* 6. Abb. *in c. ab excommunicato n.* 20. Felin. *in c. Apoſtolicæ n.* 2. *de excep.*

116 Primò igitur Epiſcopus advertere debet, ut ſi Magnatis concubina ſit apud populum bonæ conditionis, & famæ, delictum non propaletur, ſed ſecretò agantur omnia. Si autem ſit publica, & monitione præmiſſa, non reſipiſcat, contra pellicem, magis, quam contra Magnatem procedatur exemplo Nicolai Papæ, non autem Gregorii, ut alii per errorem ſcribunt, qui Lotharii pellicem, ſæpè monitam excommunicavit, ipſum verò Lotharium pater ne pariter, & graviter monuit, ut in *can. præcipuè* 11. *q.* 3. deſumptus ex Epiſtola Nicolai, quæ incipit, *Audito reverente miſſo veſtro.* Extat Romæ in Monaſterio Dominicanorum. Eſt autem quaſi in epitomen redactus, multis verbis omiſſis. Hujus epiſtolæ bonam partem refert Regino. *l.* 2. *chronic.* Ejus hæc ſunt verba: *Præcipuè Gualdradæ pelicis tuæ, & jamdudum à te repudiatæ communionem derelinq. Excommunicata eſt enim, & uſque ad præſentiam noſtram ab omni Chriſtianorum contubernio ſequeſtrata. Quamobrem exercendum eſt, ne cum ea pari maerore percellaris, ſententia, ac pro unius mulierculæ paſſione vanitas, & obligatus ad perenne traharis exitium. Deterius quippe in populis Prælati delinquunt ac per hoc ipſi crudelius, quam cæteri, puniuntur, ut ait Beatus Gregorius. Scire enim Prælati debent, qui ſi perverſa unquam perpetrant, tot mortibus digni ſint, quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla tranſmittunt. Unde neceſſe eſt, ut tanto ſe cautius à culpa cuſtodiant, quanto per prava, quæ faciunt, non ſoli moriuntur.* Et infra: *Cæterum præcave, ne quando nobis ſecundum Domini præcepti, duos, aut tres teſtes adhibeamus, imo verò, ne hoc Sanctæ Eccleſiæ dicamus, &, quod non optamus, de cætero ſias cunctis ſicut ethnicus, & publicanus.*

117 Deinde ita Prælatus ſe gerat, ut monitionem nunquam prætermittat, ad pœnam verò, præſertim excommunicationis non procedat, niſi ſciat eſſe profuturam, ſecus ſi ſubeſſet timor, quod redderetur deterior. Tum quia in hoc caſu prudens Epiſcopus poteſt non modo abſtinere ab excommunicatione, ſed etiam excommunicatum abſolvere invitum, D. Thom. *loc. cit.* Jo. Andr. *ibid.* Abb. *in c. ſignificaſti n.* 7. *de eo, qui duxit in matrim.* ibique Præpoſ. *n.* 4. Alex. de Nevo *n.* 11. Felin. *in d. c. Apoſtolicæ n.* 2. *de except.* Tumetiam quia ex probabili cauſa poteſt Judex pœnam concubinario remittere, Cardinalis *in c. ſicut de cohab. Cler. & mul.* ibique Abb. *n.* 3.

118 Porrò Sacri Canones, quoad fœminas, etiam concubinas conſueverunt ab excommunicatione abſtinere, *can. fraternitatis d.* 34. *c.* 2. *in fin. de cohab. Cler. & mul.* Quia mulieres ſunt proprioruin affectum ſequaces, Luc. de Penn. *in l.* 1. *col.* 1. *C. de mulier.* Earumque propria paſſio eſt luxuria, D. Chryſoſt. *p.* 2. *homil.* 40. Boich. *in c. quemadmodum col.* 2. *de jurejur.* Qua de cauſa viſum eſt cum eis à pœna excommunicationis plerumque abſtinere. Tum ad evitandum contemptum qui in eis facilè poteſt contingere. Et tum quia carnis peccatum levius reputatur in muliere, quam in viro, qui majori prudentia valet D. Thom. *in opuſc. de decem præcept. præcept.* 6. Hinc per adulterium maſculus pœna plectitur capitali, *l. quamvis adulteris, C. ad leg. Jul. adult.* fœmina verò, tanquam majori indulgentia digna, detruditur in monaſterium, *auth. hodie C. eod. tit.*

119 Sunt tamen aliqui caſus, in quibus Eccleſia pro crimine concubinatus conſuevit, etiam ad pœnam excommunicationis contra mulieres procedere, veluti quando mulier eſt de concubinatu damnata per ſententiam, cui parere recuſat, ut *in d. can. præcipuè* 11. *q.* 3. Vel quando eſt concubina Clericorum, quæ gravius, quàm cæteræ peccant, ut *in c. Si concubinæ, de ſent. excom.* Roma, etſi libere exerceri poſſit contra quoſcumque etiam laicos, utriuſque gladii poteſtas, contra tamen concubines, & concubinas non ſolet ad pœnam excommunicationis procedi. Cùm enim poſſint aliis pœnis mulctari, ad excommunicationis remedium, deveniri non debet, *c.* 1. *de ſent. excom. in* 6.

120 Uti ergo primum debet Judex præcepto de adinvicem non converſando, ſub pœnis corporalibus, nempè fuſtigationis, vel exilii. Quod præceptum, ſi prima vice contemnatur, carceri mancipantur, à quo non relaxantur, niſi renovato præcepto, cui ſi controveniatur ſecunda vice, proceditur ad executionem pœnæ, in præcepto contentæ. Quod ſi perſonæ qualitas, ſive alia ratio remedia hæc non admittat, concubina ponitur in Monaſterio Pœnitentium, non ut invita profiteatur, ſed ad pœnitentiam agendam juxta Gloſ. *in d. can. fraternitatis in fin. d.* 34. *& in c.* 2. *v. Canonicè de cohab. Cler. & mul.*

121 Uxori autem licet petere divortium ex cauſa concubinatus, vel adulterii non ſecus ac licet marito. Ita Theologi *in* 4. *d.* 35. ibique Albert. *ar.* 14. *&* 19. D. Thom. *q. un. ar.* 4. Palud. *ar.* 5. *n.* 34. Sot. *q. un. ar.* 4. *concl.* 1. Bellarm. *de matrim. c.* 4. quibus adſtipulantur Canoniſtæ, Gloſ. *in can.* 2. *v. vincat* 32. *q.* 1. *&* in *can. Si quis uxorem v. non ad ſeparia eod. cauſ. &* 9. Oſtien. *in c. intelleximus n.* 3. *de adult.* Cardin. *in c.* 2. *in fin. de divort.* Turrecrem. *in can. Apoſtolus ar.* 3. *u.* 32. *q.* 1. Socin. *conſ* 32. *l.* 2. & Sanchez. *de matr. l.* 10. *diſp.* 3. *n.* 6. aliique communiter.

122 Probatur primò auctoritate Sacrorum Canonum, nempè ex *can. fin.* 2. *q.* 5. ubi hoc apertè definit Innocentius Primus. & *in can. placuit* 32. *q.* 7. ubi hoc firmat Concilium Milevitanum, Hieronymus, Auguſtinus, Ambroſius, & Chryſoſtomus relati *in can. Apoſtolus* 32. *q.* 7. *& in can. Si quis uxorem* 1. *§. fin.* 32. *q.* 1. *& in can. Idolatria* 27. *q.* 3. & *in c.* 1. *ut lit. non conteſt. & in §. cauſas, verſ. Si quis in ſua Domo, Auth. ut liceat matri, & avia.*

123 Secundo ratione. Quia divortium fundatur tantum in ratione fidei ſervandæ, *c.* 2. *de divort. can. firmiſſimè* 32. *q.* 7. quæ ratio cum æquè militer in marito, & uxore, *can. ſi quis* 1. *verſ. ſimiliter* 32. *q.* 1. ſequitur, quod eadem in illis debet eſſe legis diſpoſitio, *l. illud. ff. ad leg. Aquil. l. adigere, §. quamvis, ff. de jur. patr. can. nihil.* 32. *q.* 6. & Gloſ. *in can. præcipit* 32. *q.* 5.

124 Nec ſolum uxor poteſt petere divortium, ſed etiam poteſt ex cauſa concubinatus recedere à domo mariti nec tenetur ad eam reverti, niſi expulſa concubina, Bald. *in c.* 1. *num.* 3. *ut. lit. non conteſt.* Dec. *conſ.* 130. *n.* 4. Lupus *in d. c. per veſtras not.* 3. *n.* 6. *de donat. inter vir. & uxor.* Sanch. *de matrim. d. l.* 10. *diſp.* 18. *n.* 20. ac Theſaur. *dec.* 130. *n.* 4. Sunt enim concubinæ uxoribus perquàm offenſæ, ut colligitur *ex l. un. C. de Concub. & ex l. fin. C. com. de mancip.* traditque Bald. *in d. c.* 1. *n.* 3. *ut lit. pend.* Ideòque inſurgit contra maritum ſuſpicio ſævitiæ, quæ juxta eſt cauſa, ut uxor poſſit à marito recedere, donec ſibi ſufficienter cautum non ſit, *c. ex tranſmiſſa, & c. Ex literis de veſtit. ſpoliat.*

125 Et quamvis juri accuſandi propter adulterium, quod pœnam criminalem, ac civilem, præſcribatur ſpatio quinquennii *l.* 5. C. *ad leg. Jul. de adult.* attamen, quo ad effectum petendi divortium, nunquam præſcribitur, ſed integrum eſt quandocumque illud petere, *can. admonere* 33. *q.* 2. ibique Gloſ. *v. pœnitentia*, Anan. *in c. Mariis in fin. de adult.* Sanch. *loc. cit. diſp.* 3. *n.* 9. & Farinac. *in pr. crim. tom.* 1. *q.* 10. *n.* 20. Non tamen id procedit in adulterio citra concubinatum. In eo enim ex communi conſuetudine inductum eſt, ut uxoribus divortium non concedatur, ut teſtatur D. Baſilius in ſuis canonibus *can.* 9. *&* 21. Ubi tamen adulterium propter actuum frequentiam tranſit in conſuetudinem concubinatus, poteſt uxor petere divortium, non obſtante, quod mulieres de facto non conſueverunt maritos apud Judices deferre, ut teſtatur Innocentius Primus *in can. fin.* 32. *qu.* 5. Non enim eſt recta conſequentia; Vxores non conſueverunt conqueri de viris concubinis; Ergo jus agendi eſt eis præſcriptum, Bald. *in l.* 1. *C. ad leg. Jul. de adult.* & hanc ſententiam tuetur Sanchez *d. diſ.* 3. *n.* 7. Idque procedit non ſolum ex cauſa concubinatus formalis, ſed etiam ſi vir fornicetur cum meretrice, ut pluribus probat Burſat. *conſ.* 218. *nn.* 8. *&* 11. poſt Caſtr. *conſ.* 392. Socin. jun. *conſ.* 32. *n.* 6. *& ſeq. l.* 2.

Neque

126 Neque eſt neceſſaria monitio, ſive agat maritus contra uxorem, ſive uxor contra maritum ad effectum divortii, ut firmant Gabr. *conſ.* 161. *n.* 6. *lib.* 1. & Sanchez *d. diſp.* 3. *n.* 8. Non obſtante textu *in §. cauſas verſ. ſi quis in ſua domo, auth. ut liceat matr. & an.* Quia ille textus hodie non habet locum quoad divortium, in quo maritus, & uxor ſunt per omnia pares, Abb. *in cap.* 1. *n.* 3. *ut lit. non conteſt.*

127 Sed quibus pœnis afficiatur Clericus concubinarius? Eccleſiæ naſcentis temporibus juxta Canones Apoſtolorum, Clericus propter fornicationem deponebatur, *can. presbyter*, & *can. Maximianus d.* 81. *can. presbyter d.* 82. *can. erubeſcant d.* 3. *c.* 6. *à multis §. verum de etat. & qual.* Quorum Canonum diſpoſitionem Juſtinianus Imperator religioſè magis, quàm ex competenti juriſdictione firmavit *in Auth. de Sanctis Epiſcop. in Auth. presbyteris autem, & diaconis, & in §. ſi quis autem monaſticam, Auth. de Monach. §. autem, Auth. quomodo oporteat Epiſcopos ambulare.*

Verùm, quia ſuccedentium temporum relaxata diſciplina diſtinctionis illius non patiebatur in omnibus manere cenſuram, *can. fraternitatis d.* 34. *& can. quia ſanctitas d.* 50. cœperunt Sacri Canones pœnas contra concubinarios inflictas mitigare, *cap. ſicut, & cap. ſi autem de cohab. Cler. & mul.* Quod reprehendi quidem non debet. Nam temporum perpenſa varietate, Deus ipſe, ex his, quæ in veteri teſtamento ſtatuerat, nonnulla mutavit in novo, *cap. non debet de conſang. & affinit.*

128 Quamvis igitur multa ſuper continentia Clericorum hactenus emanaverint decreta, nunquam tamen aptius proviſum eſt, quam decrero S. Concilii Trid. *c.* 14. *ſeſſ.* 25. *de refor.* Ex quo primum colligitur, Clericis æquè eſt interdictum retinere Concubinas, & habere conſuetudinem domi, vel extra cum mulieribus, cum quibus poſſit haberi ſuſpicio; quod etiam apertè probatur *in cap.* 1. 2. *& penul. de cohab. Cler. & mul.* & ex Conſtit. Leonis X. §. 21.

129 Deinde colligitur, quod Clericus concubinarius, reſpectu ſolius concubinatus, ante omnem monitionem poteſt puniri pœnis infligtis à Sacris Canonibus, & ſtaturis Eccleſiarum. Monitio enim requiritur tantum, ut poſſit procedi ad ſubtractionem fructuum, & ſucceſſivè ad privationem, aliaſque pœnas ſtatutas à Concilio, ut patet *in §. Ut igitur, & §. Quod ſi à ſuperiore*, traditque Garzia *de benef. p.* 11. *cap.* 10. *n.* 186.

130 Ex quibus *quæritur primò.* An diſpoſitio S. Concilii, loquens de concubinariis debeat intelligi tantũ de publicis?

131 Et affirmativè videtur reſpondendum. Quia diſpoſitio, loquens de concubinariis debet intelligi tantum de publicis. Secretorum enim Judex ſolus eſt Deus, *can. erubeſcant d.* 32. *cap. fin. de cohab. Cler. & mul. can. nullus, & can. d.* 32. *can. fin.* 15 *q.* 8. *can. Sacerdotes d.* 50. & tradunt Abb. *in cap. ſicut n.* 2. *& in cap. ſi autem n.* 3. *de cohab. Cler. & mul.* Bermund *de concub. v. publicis n.* 1. *& ſeq.* ac Navar. *in Man. cap.* 27. *nn.* 76. ubi ſubdit, non ſufficere, ſi probari poſſit, quod ſi talis, Benedict. Ægyd. *in tract. de jur. & privil. honeſt. art.* 8. *nn.* 7. Et quia id ſuadetur ex verbis ipſius Concilii, ibi, *Populuſque hinc eos magis diſcat revereri, quo illos vita honeſtiores cognoverit.* Verbum enim *cognoverit* denotat cognitionem per actum exteriorem, *l. non omnes, §. à barbaris, ff. de re milit.*

132 Pro negativa, eſt, quod S. Concilium non tollit pœnas à S. Canonibus contra Concubinarios impoſitas, ut liquet ex his verbis; *Alioquin pœnis à S. Canonibus impoſitis puniantur.* Sacri autem Canones animadvertunt in Concubinarios, etiam non publicos, *cap. tua nos de cohab. Cler. & mul.* Burr. *in cap. ſicut n.* 7. *eod. tit.*

133 In hac re ita diſtinguendum eſt. Si agatur contra exiſtentem in concubinatu, ut puniatur pœnis à Sacris Canonibus ſtaturis, Concilium debet intelligi, etiam de iis, qui non ſunt publici, dummodo poſſint tales probari, *ut in d. cap. tua nos.*

134 Si verò agatur, ut puniatur pœnis infligtis à Concilio, debet intelligi tantùm de publicis. Tum ex rationibus jam adductis. Et tum quia cùm debeat præcedere monitio, ipſa quidem non poteſt fieri judicialiter, niſi actus ſit publicus, Abb. *in cap. ex parte n.* 5. *de Cler. non reſi.*

135 *Quæritur ſecundo.* An omnes pœnæ impoſitæ à Concilio, ſint ab Ordinario copulativè imponendæ?

Et dicendum quidem eſt, non omnes eſſe uno, eodemque tempore imponendas, ſed incipiendum à mitioti, quæ quatenus non profit, poteſt ad alias ordine ſucceſſivo procedi, *can. pœnæ de pœnit. d.* 1. *can. ſi quis voluntarie, & can. qua fœmina d.* 50. Gloſ. *in cap. de cauſis v. certa, de offic. deleg.* Abb. *in cap. at ſi Clerici n.* 30 *de judic.* ibique Baro. *n.* 165. reſtaturque de communi Mart. *n.* 55. Burg. *n.* 93. Diaz. *in prax. cap.* 81. Menoch. *de arb. caſ.* 148. *n.* 3. *&* 5. & Farinac. *q.* 137. *n.* 138, *n.* 39. Idque præſertim attenta diſpoſitione S. Concilii, quod pœnas imponendo præſcribit certum ordinem, per quem videtur inducere formam, Felin. *in cap. cum dilecta num.* 6. *de reſcript.* Ubi tamen imponuntur plures pœnæ æqualiter, poteſt Judex eligere, quam maluerit, Gloſ. *in can. fraternitatis d.* 34.

136 Et hæc procedunt, ubi agitur de pœnis imponendis. Quod ſi Epiſcopus cenſeat magis expedire, concubinario totam pœnam remittere, hoc facere poterit, Cardin. *in d. cap. ſicut, de cohab. Cler. & mul.* ibique Abb. *n.* 3.

137 *Quæritur tertio.* De quibus Clericis intelligenda ſit diſpoſitio S. Concilii?

138 Dicendum videtur, eſſe intelligendum de Clericis, in ſacris conſtitutis per textum *in ca.* 1. 2. 3. *&* 4. *de cohab. Cler. & mul.* in quibus prohibitio non habendi concubinam, & pœnæ contra Concubinarios reſtringuntur ad Clericos, in ſacris conſtitutos. Sed, hoc minimè obſtante, tenendum eſt, in diſpoſitione S. Concilii comprehendi omnes Clericos, etiam non in ſacris. Quia Concilium loquitur de quibuſcumque Clericis, & ſic per verbum univerſale, cujus natura eſt, ut comprehendat omnes ſine aliqua reſtrictione, Bald. *in l. fin. n.* 1. *C. ſive cenſ. vel relig.* Alex. *in l.* 2. *§. Prator ait n.* 4. *ff. qui ſatisd. cogat.* Surd. *conſ.* 10. *n.* 28. Etiam ſpecies impropriæ, Alciat. *in l. moventium ff. de verb. ſignif.* Abb. *in rubr. de Regular.* & Natta *conſ.* 508. *n.* 4. Et quia diſpoſitio loquens de Clericis ſimpliciter, intelligitur de omnibus Eccleſiaſticis, præſertim in materia continentiæ. *can. ut lex continentiæ* 27. *q.* 1. & ſic de Clericis, prout diſtinguuntur à laicis, *can. duo ſunt genera* 12. *q.* 1. Verba enim in hac materia impropriantur adeò, ut loquens de quocumque Sacerdote, habeat locum, & in Clericis, *cap.* 2. ubi Gloſ. *v. Sacerdotum de cohab. Cler. & mul.* ibique Burr. *n.* 8. & in hac ſpecie tener Avendan. *de exeq. mand. Reg. d. p.* 2. *cap.* 26. *n.* 10.

139 Neque obſtat, quod in contrarium adduxi. Peccatum enim incontinentiæ in Clericis, conſtitutis in ſacris habet quidem majorem deformitatem, *cap. ut Clericorum de vit. & honeſt. Cler.* continentia tamen requiritur in omnibus Clericis, *d. can. lex continentiæ* 27. *q.* 1. *d. cap. ut Clericorum, cap. autem de cohab. Cler. & mul.*

140 Ex quibus infertur, quod diſpoſitio S. Concilii habet locum non ſolùm in Sacerdotibus, & in ſacris ordinibus conſtitutis, ſed etiam in conſtitutis in quocumque ordine minori, *d. c. ſi autem de cohab. Cler. & mul. can. de perſona, §. ne vero*, 11. *q.* 1. Gloſ. *in can. Pſalmiſta d.* 21. *& in can. ſi quis ſuadente v. quid in Clericum* 17. *q.* 4. Cardi. *in Clem.* 1. *ſub init. de offi. ord.* Turrecrem. *in can.* 1. *n.* 1. *d.* 2. Vitalin. *in Clem. Clericorum n.* 2. *de offic. ordin.* Port. *conſ.* 164. *n.* 25. & Engen. *conſ.* 26. *n.* 9.

141 Ac etiam initiatis prima tonſura. Nam vim tales ſunt Clerici. *c. cum contingat de at. & qual.* veniunt appellatione Clericorum, *Auth. Presbyteros. C. de Epiſcop. & Cler.*

142 Idque ſive materia ſit favorabilis, ſive odioſa, *c.* 1. ubi Gloſ. *d. Cler conjug. in* 6. Abb. *in ca. quoniam n.* 1. *de vit. & honeſt. Cler.* Dec. *in ca. non licet n.* 17. *de præb.* Neviz. *conſ.* 59. *n.* 5. ac Decian. *tr. crim. p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 10 *n.* 22.

143 Item infertur, ut comprehendat etiam Clericos conjugatos *d. c. ut Clericorum in fin. de vit. & honeſtate Cler.* Bermond. *de Concub. v. Clericis. n.* 1. Nam & ipſi ſunt

propriè

propriè Clerici, & gaudent Clericorum immunitate, ac privilegiis, quamdiu servant disposita *in c. un. de Cler. conjug. in 6.* Afflict. *dec.*274. *n.*7. & 8. Guidopap. *dec.*83. Abb. *in c. si diligenti n.*2. *& c. nullus n.* 2. *ac* 3. *& c. proposuisti n.* 13. *de for. comp.* estque cautum in S. Concilio Trid. *sess.* 23. *c.* 6. *de refor.* Quinimò eò magis dispositio Concilii in eis debet locum habere, quo ipsi possunt legitimo matrimonio uti *d. c. Ut Clericorum* §. *fin.* Qua ratione concubinatus in eis est magis detestabilis, *l. un. C. de Concub. l. fin.* §. *fin. C. commun. de manum.*

144 Quæ procedunt, sive sint Clerici conjugati Occidentales, sive Orientales, *d. c. ut Clericorum in fin. de vit. & honest. Cler.* Nam & ipsi sunt veri Clerici, etiamsi non inserviant alicui Ecclesiæ, Campan. *super c. Regni c.*98. *n.*16. Camil. de Curte *in comprehens. feud. p.* 2. *c.* 2. *nn.* 90. & Carol. de Grass. *de effect. Cleric. effect.* 3. *n.* 46.

145 An autem Regulares comprehendantur sub hoc decreto ita, ut contra eos debeat procedi, servata forma *d. c.* 14. *sess.* 25. *de refor.*

146 Negandum videtur. Tum quia hoc decretum loquitur de Clericis. Regulares autem non esse Clericos, videtur expressum *in l. generaliter, C. de Episcop. & Cler.* re gesta *in can. generaliter* 16. *q.* 1. cujus auctoritate hoc scribit Bercolt. *de feud. c.* 5. *n.*16.

147 Et tum quia Clerici, & Regulares ponuntur, uti diversa, *ut in rubr. & tot. tit. ne Cler. vel Monach. & in c. licet de offic. ordin. Et in c. inter quatuor de relig. domib. c. tua nos de jurejur.* Atque adeo Regulares non veniunt appellatione Clericorum.

148 Tum etiam quia hoc decretum continet pœnam. In pœnalibus autem appellatione Clericorum non veniunt Monachi, & Regulares, *c. in quibusdam in fin. de pœn. c. ad abolendam in princ. de hæret.* Gemin. *in c. sciant cuncti n.* 2. *& in c. in generali n.* 3. *de elect. in* 6.

149 At hic etiam distinguendum est. Si loquamur de Regularibus, qui sunt ordinati Clerici, in hoc casu citra controversiam, dicendum est, eos comprehendi. Quia cum S. Concilium loquatur de quibuscumque Clericis, hæc dictio universalis complectitur, tam sæculares, quàm Regulares, Abb. *in c.* 1. *n.* 7. *ne Cler. vel Monach.* licet enim Clericatus non sit annexus Monachatui, tamen ubi Monachus est ordinatus, est verè Clericus, *d. l. generaliter de Episcop. & Cleric. d. can. generaliter* 16. *q.* 1. ac D. Thom. 2. 2. *q.* 189. *ar.* 8. *ad* 2.

150 Si verò loquamur de Monachis, sive Religiosis non ordinatis, adhuc dicendum est, comprehendi sub hoc decreto. Quia comprehenduntur sub mente, ac ratione legis, quo casu dicuntur comprehensi in dispositione, *l. illud, ff. ad. l. Aquil. l. adigere*, §. *quamvis, ff. de jurepat.* Bald. Alex. & Jas. *in auth. quas actiones de Episc. & Cleric.* Cravet. *cons.* 23. *nu.* 3. Natta *cons.* 109. *n.* 3. plenè Surd. *dec.* 62. *n.*15. Etiamsi verba illa non comprehendant, *l. contra legem, l. fraus*, ubi Doctores, *ff. de legib.*

151 Quod autem Regulares, aliique Religiosi, non Clerici, sint comprehensi in mente ac ratione Concilii probatur, quia mens Concilii fuit, ut Ecclesiæ ministri in ea qua decet vitæ continentia conserventur, ut constat ex verbis proœmii, quæ designant causam finalem, *l. fin. ff. de hæred. instit.* Quinimo in mente, ac ratione Concilii comprehenduntur magis Regulares, quàm Clerici sæculares; quia illi deseruunt regulæ strictiori, *c. quia in Insulis, & c. sane de Regular.* Et in hac materia valet argumentum à majoritate rationis, *d. c. ut Clericorum de vit. & honest. Cler.*

152 Et quia Regulares, non Clerici continentur in verbis Concilii. Quoniam negari non potest, quin sint Ecclesiæ ministri, qui præcipuè considerantur in verbis proœmii. Et quoniam Regulares omnes continentur saltem in generali appellatione Clericorum, *d. can. duo sunt genera* 12. *q.* 1.

153 Nec refert, quod Concilium procedit pœnas imponendo, in quo casu appellatione Clericorum non veniunt Regulares, Abb. *in c.* 1. *n.* 7. *ne Clerici, vel Monachi.* Nam id non procedit, ubi in utroque militat eadem ratio. Tunc enim omnes, jungit ratio, jungit dispositio, etiam in pœnalibus, ut per Gemin. *in c. si civitas n.*1. *de sent. excom. in* 6. Alex. *in l. cum mulier in* 2. *not. ff. solut. matr.* Jas. *in l. talis scriptum n.* 5. *ff. de legat.* 1. ac Surd. *dec.*254. *n.*16. Ex quibus patet responsio ad opposita.

Dubitatur de Equitibus Hierosolymitanis. Nam, licet isti sint veri Religiosi, nihilominus in materia odiosa, ipsi non solum non veniunt sub dispositione, loquente de Clericis, sed neque sub dispositione loquente de Religiosis, Abb. *in rubr. de Regular. n.*4. Natta *cons.*508. *n. item* 4. Et quia, ubi Concilium voluit hos Equites comprehendere, id speciatim expressit, *ut sess.* 23. *c.* 18. & *sess.* 25. *c.*22. Quare, cùm hic eos non expresserit, noluit eos comprehendi, Rota apud Seraph. *dec.* 121. *n.*8. 154

Quod autem comprehendantur, tenet in specie Avendan. *d. p.*2. *c.*16. *n.* 11. Ubi propterea subdit, quod dispositio loquens de concubina Clerici habet locum etiam in concubina militis Hierosolymitani. Quod planè verissimum est. Sunt enim isti milites verè ac propriè Religiosi, quia emittunt tria vota substantialia, ut per Jo. Monach. *in c. ex eo, in fin. de elect.* Bartol. *in l. semper in civitate*, §. *quibusdam de jur. immun.* Carol. de Grass. qui plures alios refert, *effect. Cleric.* 1. *n.* 109. quibus adde Mohed. *dec.* 10. *de caus. poss.* Caputaq. *dec.* 68. *l.*1. Rota *dec.* 436. *n.* 2. *p.* 1. *rec.* passimque alibi, ac propterea de illis est judicandum, uti de cæteris Regularibus professis, Rot. *dec.* 491. *n.* 5. *p.* 1. *diu.* Menoch. *de arb. c.* 16. *ac* 17. *in addit.* Gratian. *discept.* 457. *nu.* 24. Contra Regulares autem esse procedendum eo modo, quo proceditur contra Clericos, & si non sint Clerici, jam probatum est. 155

Non obstat primum. Quia licet regulariter milites Hierosolymitani non veniant sub dispositione loquente de Clericis, veniunt tamen sub dispositione loquente de Religiosis, præsertim quando loquitur per verba universalia, ut per eumdem Abbatem *in d. rubr. de Regular. n.*4. Natta *d. cons*508. *n.*4. Quod satis est. Quia, ut diximus, Religiosi censentur comprehensi ex mente ac ratione Concilii non secus ac comprehenduntur Clerici verbis expressis. 156

Neque obstat secundum. Nam, etsi Concilium non fecerit de illis expressam mentionem, sufficit, quod affignaverit rationem, sub qua comprehensi possint. Quia hoc æquipollet specificationi, *d. l. contra legem cum l. seq. ff. de legib.* 157

Possunt itaque isti Milites moneri per suum superiorem, servata forma Concilii *sess.* 24. *c.* 14. *de refor.* cui monitioni si non pareant, potest contra ipsos procedi ad privationem fructuum, ac successivè ad privationem Commendarum, ac pensionum juxta formam hujus decreti *S.* Concilii. 158

Contra vero Milites S. Jacobi de Spata, concubinarios esse procedendum, tamquam contra laicos, censuit Avendan. *d. n.*11. Movetur, quod tales Milites potius laici, quam Religiosi censentur ex eo, quod uxorem ducunt, filios procreant, in feudis, & primogeniis succedunt, ut per Molin. *de primog. l.*1. *c.*13. *n.*98. Montalu. *in l. fin. tit.*1. *l.*2. Bambacar. *in c.*1. §. *si Clericus n.*49. Intrigl. *de feud. ar.* 1. *n.*22. *ac seq.* & Carol. de Grass. *effect.*4. *n.*72. Vel saltem dicuntur impropriè Religiosi, ut alias censuit Rota in Tirasonen. pensionis 10. Decembris 1570. coram Rubeo, & in Lucana plebis 22. Maij 1579. coram Oriolensi. Qua ratione eos esse capaces beneficiorum sæcularium, alias censuerunt Seraphinus, Pamphilius, & Arrigonius, olim Rotæ Auditores, *ut in dec.* 228. *tom.*1. inter posthumas Farinacii, ubi loquitur de Militibus S. Stephani. 159

Porrò Concubinarius semel à suo Superiore monitus, si in delicto cum eadem, vel alia muliere perseveret, est iterum monendus, & si secundæ monitioni non obtemperaverit, potest ab administratione beneficiorum arbitrio Ordinarii suspendi, ita disponente S. Concilio Trid. *d. c.* 14. §. *fin vero sess.* 25. 160

Hæc autem suspensio, tanquam ea, quæ resultat à crimine, & contumacia, à qua Concubinarius potest sua voluntate resipiscere, operatur, ut neq; alimenta illi ex beneficiorum reditibus debeantur, nisi sit in extrema necessitate constitutus, Abb. *in c. pastoralis* §. *verum n.* 16. *de appel.* ibique Franch. ac Dec. *n.*17. Præpos. *n.*31. Gutier. 161

l. 1. *canon. quæst. c.* 1. *n.* 100. Turrecrem. *in can. præter n.* 6. *d.* 32. ubi in specie loquitur de suspenso propter concubinatum.

162 Ex quo infertur primum, quod si post suspensionem concubinarius resipiscat, licet Ordinarius non cogatur illicò illi indulgere, ac suspensionem remittere, quia S. Concilium tempus suspensionis ejus arbitrio relinquit; nihilominus, si concubinarius non habeat, unde vivat, tenetur de fructibus beneficiorum illi alimenta ministrare, Turrecrem. *loc. cit.* Jo. de Linguano *in Clem. ut ii, qui* §. 1. *de æt. & qual.* quem ibi sequitur Cardin. *q.* 20. Felin. *in c. Apostolicæ n.* 10. *de except*, & Gutier. *loc. cit. n.* 101.

163 Deinde infertur, quod ista suspensio operatur suum effectum, etiam in fructibus beneficii, ad cujus titulum concubinarius est ordinatus. Nam privatio est effectus promanans ab ipsa suspensione, quæ respicit æqualiter omnia beneficia cujusvis generis, & qualitatis existant, & facit, quod hæc dispositio procedat in suspenso, qui non habet aliud, unde vivat, Glos. *in c. pastoralis* §. *verum de appel.* ibique Abb. *n.* 16. Scaccia *de appel. l.* 3. *c.*2. *q.* 17. *limit.* 22. *n.* 10. ubi quod in tali casu debet illi provideri, ne fame pereat. 164

Postremò infertur, quod ista suspensio operatur etiam si ante suspensionem fructus essent assignati creditoribus juxta dispositionem *c.* 2. *de fidejuss.* prout in simili de excommunicato respondit Rota in Mediolanensi fructuum 20. Junii 1597. coram Pamphilio.

165 Clericus item concubinarius, sive publicus sit, sive occultus, quoad se est suspensus ipso jure ab officii executione per textum *in cap. fin.* ubi Glos. *v. ad se ipsum de cohab. Cler. & mul.* ibique Abb. *in* 3. *notab.* Innoc. *in c. si celebrat de Cler. excom. ministr.* Cum enim per mortale peccatum sit separatus à Deo *d. c. fin. cohab. c. illud, & can. audi* 11. *q.* 3. exinde sequitur, ut officii careat executione, *c. de homine de celebr. Miss. can. quotidie de consecr. d.* 2.

166 Nec non Clericus concubinarius occultus, licet sit suspensus quoad se, tamen non est suspensus quoad alios, *d. c. vestra, &c. fin. de cohab. Cler. & mul.*

167 Clericus itidem concubinarius occultus, probato concubinatu, potest per Judicem ab officio suspendi, *cap. Clericos eod. tit.* Butr. *in cap. sicut num.* 7. *eod. tit.*

168 Clericus verò concubinarius publicus est ab officio ipso jure suspensus. Ita Innoc. *in c. si celebrat num.* 1. *de Cler. excom. & in cap. sicut n.* 2. *de cohab. & in c. vestra eod.* ibique Jo. Andr. *n.* 5. Butr. *num.* 5. Abb. *num.* 6. Covar. *l.* 10. *in Clem. si furiosus p.* 1. §. 1. *num.* 5. *l.* 10. *cap.* 6. *num.* 10. Clar. *in* §. *fornicatio num.* 4. *& l.* 5. *q.* 75. *num.* 3. Palud. *in* 4. *d.* 22. *q.* 4. Abulens. *in tr. de Cler. concub. concl.* 7. Azor. *instit. mor. lib.* 6. *c.* 7. *q.* 5. Comit. *resp. moral. lib.* 1. *q.* 57. quorum plures testantur de communi, & subdunt, quod, si celebret, sit irregularis.

169 Probari autem solet hæc opinio tum ex *cap. ult. de cohab. Cler. & mul.* ubi dum quæreretur, an officia Cleri fornicarii essent audienda, antequam Clericum pœniteret, respondet Summus Pontifex, illum non debere in officiis vitari, *quia, licet sit suspensus quoad se, non est tamen suspensus quoad alios.* Ac deinde subditur; *nisi peccatum hujusmodi sit notorium per sententiam, seu confessionem in jure factam, aut per rei evidentiam, quæ tergiversatione aliqua celari non possit.*

170 Et tum *ex can. nullus, & can præter d.* 32. in quibus sancitur, ne ullus audiat Missam Presbyteri, quem scit concubinam certò habere.

171 At tum *ex can. siqui sunt d.* 81. ubi Gregorius VII. Clericis hujusmodi interdicit ingressum Ecclesiæ, donec pœniteant, prohibetque aliis, ne eorum officium audiant.

172 Denique *ex can. Sacerdotes d.* 50. Ubi Sacerdotes, qui in manifesto fornicationis crimine inciderunt, Canonicæ institutionis auctoritatem habere non possunt.

Verùm textus *in d. cap. ult. de cohab.* non probat, primò, quod tota illius dispositio versatur in explicanda obligatione fidelium in vitandis Clericis fornicatoribus; Ideòque exceptio illa, *nisi peccatum hujusmodi sit notorium*, limitat antecedens responsum, nempè Clericum fornicarium non esse in officiis vitandum, ut sit sensus, Clericus fornicarius non est vitandus in officiis, nisi peccatum sit notorium. 173

Nec officiunt verba illa loco rationis prolata: *Quia licet sit suspensus quoad se, non est tamen suspensus quoad alios.* Quia verbum suspensus ibi non accipitur pro suspensione, ut est censura, sed pro obligatione vitandi, quæ nascitur ex peccato, ut rectè animadvertit Suarez *de censur. disp.* 31. *sect.* 4. *cas.* 2. *n.*12. 174

Et hic quidem sensus comprobatur. Quia dum dicit, *licet sit suspensus quoad se, non est suspensus quoad alios* apertè declarat suspensionem, quoad alios, esse ejusdem naturæ, cujus est suspensio, quoad se. Constat autem suspensionem, quoad se, non esse censuram, sed obligationem non celebrandi, *cap. de homine, de celebr. Missar. can. quotidie de consecr. d.* 2. 175

Secundo effugi potest, quia suspensio in hoc casu desumitur tantum ex contrario sensu, qui non procedit, ubi adsunt jura, quæ contrarium probant; *cap. à nobis*, §. *non obstat, de sent. excom.* ibique Panorm. *n.* 4. Quod autem adsint jura, quæ probant, notorium concubinarium non esse suspensum ipso jure, mox ostendetur. Quæ fortius procedunt, quando agitur de inducenda censura, quæ non debet induci, nisi expressis verbis appareat imposita. 176

Minus probat textus *in can. nullus, & in can. præter d.* 32. Ex eo enim, quod fidelibus præcipiatur, ne audiant Missam concubinarii, non inducitur censura directa ad ipsum concubinarium, ut notat Præp. *in d. can. nullus sub initio.* Et rectè. Quia, licet prohibeatur scholaribus, ne audiant Titium legentem, non ideò Titius dicitur privatus facultate legendi, Abb. *in d. cap. vestra n.* 7. *de cohab. Cler. & mul.* 177

Minus etiam probat textus *in cap. si qui sunt d.* 81. Nam quoad præceptum, fidelibus injunctum, paret responsio ex modò adductis. Quod verò ad interdictum, præterquamquod nos non differimus de interdicto, sed suspensione, adhuc magis probat contrarium. Quia, si Summus Pontifex interdicit ingressum Ecclesiæ, signum est, quod non aderat interdictum ipso jure. 178

Tandem nec probat *can. Sacerdotes d.* 50. Non enim continet aliquod verbum, quod possit importare suspensionem ab officio, sed potius impedimentum ad assequendum novum honorem. Quæ duo cum sint invicem diversa, non infertur ab uno ad aliud ex vulgaribus. 179

Atque ex his liquet, quod etiam, aut quis Canonibus perpensis, non colligitur, suspensionem esse ipso jure impositam, etiam pro notorio concubinatu. 180

Sed, quicquid sit de antiquis juribus, hodie tenendum est, tamquam certum, pro concubinatu, quamvis publico, & notorio, non incurri suspensionem ipso jure ab officio, etiam quod sit notorium per sententiam, aut confessionem jure, aut evidentiam rei, quæ nulla possit tergiversatione celari, sed opus esse, quod suspendatur à Judice. Hanc sententiam tradunt Sotus *in* 4. *d.* 1. *q.* 5. *ar.* 6. *ad* 2. *& d.* 13. *q.* 1. *ar.* 9. Medina *in sum. l.* 1. *c.* 11. §. 8. Suarez *de censur. disp.* 31. *sect.* 4. *n.* 9 *& seq.* Jo. Andr. *in c. si celebrat n.* 4. *de Cler. excom. ministr.* Specul. *tit. in dispensat.* §. *juxta propositiones n.* 20 Imol. *in c.* 1. *col.* 4. *de judic.* Navar. *in c. si quando excep.* 11. *de rescript.* Plovius *de irregul. regul.* 5. Covar. *in d. Clem. si furiosus p.* 1. §. 1. *n.* 5. Gutier. *l.* 1. *canon. quæst. cap.* 7. *n.* 85. Salzedo ad Diaz *cap.* 82. *v. irregularis.* Sayrus *de censur. l.* 4. *c.* 76. *nu.* 24. Rodriq. *in sum. tom.* 2. *cap.* 67. *n.* 1. Avila pariter *de censur. par.* 3. *disp.* 5. *dub.* 2. Vgolin. *de irregul. c.* 43. §. 3. Alter. *de censur. disp.* 15. *c.* 2. Garz. *de benef. par.* 7. *c.* 14. *n.* 19. Fagundez. *ad præcept. Eccles. p.* 1, *l.* 2. *cap.* 5. *n.* 48. Layman. *lib.* 1. *tr. de irregul. c.* 4. *n.* 11. aliique plures.

182 Probatur primò *ex cap. 3. de cohab. Cler. & mul.* ubi dicitur, Clericos concubinam publicè tenentes, cogi debere ab Episcopo per suspensionis, & interdicti sententiam ad eas dimittendas. Si autem cogi debent per pœnam suspensionis, ergo non sunt ipso jure suspensi.

183 Deinde probatur *ex cap. 2. & 4. ejusdem tit.* ubi hujusmodi Clerici, nisi moniti concubinas à se abjiciant, debent excommunicari. Constat autem, quod ubi procedit monitio, crimen efficitur notorium, ut notat Abb. *in cap. qualiter n. 6. de Cler. non resid.* & tamen debent excommunicari, non ergo sunt excommunicati ipso jure.

184 Postremo probatur apertè ex S. Concilio Trid. *d. cap. 14. sess. 25. de ref.* ubi in habentibus beneficia, seu pensiones Ecclesiasticas plures pœnas infligit, nec ullam mentionem facit suspensionis ab Ordine. Posteà de non habentibus beneficia, seu pensiones sic statuit. *Juxta delicti, & contumaciæ perseverantiam, & qualitatem ab ipso Episcopo, carceris pœna, suspensionis ab Ordine ac inhabilitate ad beneficia obtinenda, aliisque modis, juxta Canones puniantur.* Si enim juxta S. Concilium Clericus concubinarius ab Episcopo, si res ita exposcat, est suspendendus ab Ordine, clarum certò est, eum non esse ipso jure suspensum. Soli autem Episcopi concubinarii, vel mulieres suspectas habentes, à Synodo Provinciali admoniti, si se non emendent, ipso facto sunt suspensi. Quod si adhuc perseverent, deferenda est res ad Papam. Ita statuit Tridentinum *loc. cit.* Et hæc suspensio Episcoporum est ab officio, & beneficio, ut per Suarez *d. disp. 31. sect. 5. n. 24.* Filiuc. *tr. 17. n. 158.* & Bonac. *de suspens. in part. q. 7. pun. 4. n. 4.*

185 Asseramus igitur, Clericus, quamvis notorius fornicator, non est ipso jure suspensus ab officio. Quod procedit multò magis, attenta communi consuetudine. Nam cùm post *Extravag.* Martini V. quæ incipit, *Ad evitanda*, neque excommunicatos vitare teneamur ante declarationem, exceptis duobus casibus, utique, licet illa loquatur de excommunicatis, trahitur tamen ad concubinarios ex majoritate rationis, ut firmant plures relati à Garzia *par. 7. cap. 14. num. 37.* ex communi consuetudine receptum est, ut neque notorius concubinarius excommunicatus sit vitandus ante Judicis suspensionem, ut docent omnes pro hac sententia citati, nominati Garzia *loc. cit. n. 32. & 36.* & Fagundez *d. lib. 2. cap. 5. n. 49.*

186 Ex quibus deducitur, quod si talis concubinarius celebret, non efficitur irregularis, saltem inspecto jure novo, quo nunc urimur, ut etiam docent Doctores superius allegati. Quare, etsi multi dicant, Clericum notorium concubinarium esse irregularem ita, ut indigeat dispensatione, etiam post emendationem vitæ, ut Tabiena *v. irregularitas 4. n. 1.* Tolet. *lib. 1. cap. 47. §. adverte sexto*, Navar. *cap. 25. n. 77.* ac tenet Glos. *in cap. cum dilectus de accus.* ubi videtur, quod sit infamis, cùm repellatur à testificando. Contraria tamen sententia verior est. Quia non est infamis infamia juris, sed sola infamia facti, sive Canonica, quæ tollitur per pœnitentiam. Neque est irregularis, quia non reperitur in jure expressum, neq; concubinatus est crimen per se depositione dignum, quod, stante notorietate redderet infamem, & irregularem. Et ita tenent Salzedo ad Diaz. *cap. 82. in fine*, Layman. *lib. 1. tract. de irregul. cap. 4. n. 11.* & communem ait Sayr. *lib. 7. cap. 12. n. 20.* ac prosequuntur Garz. *d. p. 7. cap. 14. à n. 19. ad 38. & 60.* Avil. *d. par. 3. disp. 5. dub. 2. concl. 1.* Ruin. *cons. 5. n. 10. lib. 3.* cum Bartolo, & Castrensi. Neque obstat *d. cap. cum dilectus*, quia etiam infamia Canonica, vel facti, consurgens ex omni peccato mortali continuato, repellit à testimonio, secus post emendationem, Clar. *§. fin. q. 24. vers. quæro numquid*, & Farinac. *cons. crim. 192. n. 15.*

187 A Clericis itaque ac Presbyteris, quamquam fornicariis, inspecta dispositione juris communis, quamdiu tolerantur, nec habent operis evidentiam, licitè divina mysteria audiri, & Sacramenta percipi, definitum est *in cap. vestra, §. sive dubitatione*, ubi notant omnes, *de cohab. Cler. & mul. & in can. fin. 16. q. ult.* Nam, ut inquit Augustinus *lib. 1. de Corp. Christi in mysterio Corporis, & Sanguinis Domini, nihil à bono majus, nihil à malo minus perficitur. Non enim potest aliquis, quantumcumque pollutus sit, Sacramenta divina polluere, quæ purgatoria cunctarum cogitationum existunt. Nec potest solis radius per cloacas, & latrinas transiens, aliquid exinde contaminationis attrahere, ac proinde qualiscumque Sacerdos sit, quæ sancta sunt, coinquinare non potest, can. fin. 16. q. ult.*

188 Appellatione autem divinorum veniunt, non solùm Missa, sed etiam officia, cujusmodi est cantare Evangelium, *can. præter d. 32.* ibique Præpos. *Abb. in d. cap. vestra n. 3. de cohab.* post Jo. de Lignano, Anchar *n. 7.* Jo. Andr. *n. 4. Archid. in can. Sacerdotes n. 1. 11. q. 7.* Turrecr. *in can. nullus n. 6. dist. 32.* & Comitol. *resp. moral. lib. 1. q. 57. n. 13. concl. 9.*

189 A concubinario autem notorio per sententiam, aut per confessionem in jure factam, aut per rei evidentiam, quæ tergiversatione celari non potest, neque officia divina audire, neque Sacramenta percipere possumus, *d. cap. vestra, & cap. fin. de cohab. d. can. nullus, & d. can. præter d. 32. can. sequi sunt d. 81.* Decian. *lib. 6. cap. 21. num. 18.*

190 Quia, licet non minus valeat Missa Concubinarii, quàm castissimi Sacerdotis, *d. can. præter, §. prohibentur*, & pluribus probat Theologus, & Canonista Turrecr. *in d. can. nullus n. 2.* fidelibus tamen ratione interdicitur, ut officia à notorio concubinario non audiant, neque Sacramenta percipiant, ut peccandi licentia cæteris auferatur, ut dum ipsi se à populo contemptos viderent, rubore verecundiæ facilius ad pœnitentiam provocentur, *d. can. præter, §. fin. & d. cap. vestra §. aliud*, & comprobat D. Bonavent. *in 4. d. 13.* ac Turrecr. *in d. can. nullus n. 3.* Non igitur respuuntur divina mysteria, sed personæ, quippe quæ indignæ sunt, ut ea ministrent, *d. cap. vestra §. item aliud.*

191 Ex quo deducitur primò, quod si quis sciens jura, nulla suadente necessitate, notorium Concubinarium invitet ad celebrandum, aut Sacramenta ministrandum, reus efficitur, peccati mortalis. Nam, præterquamquod contradicit præcepto Ecclesiastico, adhuc provocat illum ad peccandum, quod fieri sine peccato non posse, docet D. Thom. *in quod lib. 10.* quem sequitur Turrecr. *loc. cit. n. 3.* & comitolo *d. lib. 1. q. 7. n. 14.* Ubi, quod hoc procedit, non obstante Extravag. *Ad evitanda.*

192 In casu verò necessitatis, si alii non adsint Sacerdotes, possunt Sacramenta percipi, etiam à notorio Concubinario, Boich. *in cap. omnis de pœnit. & remiss.* Rebuf. *in concord. tit. de concub. n. 18.* Decian. *d. lib. 6. cap. 10. n. 18.* Petr. de Bollo in Oeconom. *Canon. class. 1. cap. 4. §. 6. n. 9.*

193 Item deducitur, reum etiam effici peccati lethalis, eum qui audit divina Officia, seu recipit Sacramenta à notorio Concubinario, si jura calleat, circumscripto casu necessitatis. Contravenit namque præcepto Ecclesiæ, de quo *in d. can. nullus, & d. can. præter d. 32.* Decian. *loc. cit.*

194 Ad hæc deducitur, notorium Concubinarium non esse admittendum in presbytero ad cantanda divina Officia cum aliis, *d. can. præter.* ibique Turrecr. *n. 5.* Præpos. *n. 4.* ac Decian. *ibidem n. 19.*

195 Dein deducitur, quod ubi Concubinatus est notorius per sententiam judicialem, aut per confessionem in jure factam, aut per rei evidentiam, quæ tergiversatione aliqua celari non potest, audientes divina, aut percipientes Sacramenta à tali, non excusantur à peccato mortali, etiamsi concubinarius sustineatur à Prælato. Ita D. Thomas *d. quod l. 10.* & Turrecrem. *in d. can. nullus n. 5.* Nam tolerantia non operatur, ubi res habet operis evidentiam *d. c. vestra, §. fin. &c. ult. de cohab. Cler. & mul. & can. ult. q. ult.* Ideòque data rei evidentia, quæ resultat ex notorio, negligentia, sive timor Prælati ad illum declarandum, non est justa causa excusationis D. Thom. *loc. cit.*

Deducitur

196 Deducitur præterea, Parochianos posse recedere à Concubinariis notoriis altero ex modis expressis *in d. c. vestra*, eosq; vitare tam in auditione divinorum Officiorum, quàm in suspensione Sacramentorum, non petita licentia Superioris, ut docet Innoc. *in d. c. vestra n. 2.* quem sequitur Jo. Andr. *n. 4.* Anchar. *n. 7.* Archid. *in can. Sacerdos n. 1. q. 7.* & Turrecr. *in d. can. nullus n. 6.* Et sicuti possunt nulla petita licentia recedere ita possunt denegare decimas personales, & oblationes, quæ dantur ratione divinorum, Cardinal. *in can. sua 2. q. 6.* Turrecr. *in d. can. præter num. 7.* ibique Præpos. & Decian. *loc. cit.* Dixi autem decimas personales, quia reales debentur Ecclesiæ, cui delictum Rectoris obesse non debet, Innoc. *in c. sicut de cohab. Cler. & mul.* Turrecr. *loc. cit. n. 7.*

197 Et nihilominus, licet prædicta de jure procedant, vigore tamen Extravag. *Ad evitanda* Martini V. non cogimur evitare Concubinarium, nisi sic nominatim judiciali sententia declaratus, & hoc jure Ecclesia utitur post d. Constitutionem in Concilio Constantiensi latam, de qua nos sæpè, ac fusè.

198 An autem, & quatenus concubina Clerici sit de foro Ecclesiastico, alibi in hoc tomo differimus.

199 Sed quid de donaris, vel relictis à Clerico concubinæ, an scilicet applicantur fisco Ecclesiæ, anve fisco Principis sæcularis?

200 Ecclesiam habere fiscum alibi probavimus, & pro constanti ac communi opinione, usu recepta, supponunt Lup. *in rubr. de donat. inter vir & ux. § 39.* Auther. *doc. Tholos. 274.* Diaz *in pr. cr. c. 124. & 134.* Covar. alios referens *l. 2. var. resol. 4. n. 11.* & Marth. *de jurisd. par. 1. cap. 51. num. 9.*

201 Pro fisco sæculari stat Bald. *in l. si quis presbyter col. 1. C. de Episc. & Cler.* ubi ait, quod hæreditas relicta fratri à Presbytero cum cautione secreta de restituenda filio spurio ipsius Presbyteri, & sic non capaci applicatur fisco Principis secularis, quia bona auferuntur è manu hæredis, qui est laicus, & cui erat jus quæsitum. Hanc Baldi doctrinam sequitur Cassan. *de consuet. Burgund. rubr. §. 5. n. 4.* subdens, quod in hoc casu tractatur de jure Ecclesiæ quærendo, cui potest præjudicari.

202 Contraria sententia, quod applicentur fisco Ecclesiæ, tenenda est cum Lupo *in repet. c. per vestras §. 39. n. 7.* Marth. *loc. cit. p. 4. cont. 2. cas. 114. à n. 14.* Surdo *cons. 469. n. 3. & 4.* Quæ sanè sententia verior est. Primò ex Constitutione B. Pii V. Deinde quia donatum, sive relictum concubinæ à Clerico est nullum ipso jure *l. 2. C. de donat. inter vir. & ux.* cujus dispositio procedit non solùm in milite, sed etiam in Clerico, ut ibi ajunt Glos. & Doctores communiter, *& in l. donationes ff. eod.* ubi Castrus, & tradit Gomez *ad l. Tauri 50. n. 68.* Ideòque non potest dici translatum dominium in concubinam ex congestis à Surdo *loc. cit.* Ac postremò, quia cùm non possit procedi ad confiscationem contra concubinam, antequam præcedat sententia super concubinatu cum Clerico, hæc sententia non potest ferri, nili per Judicem Ecclesiasticum, ad quem solum spectat causa concubinatus Clerici, per textum *in can. eos*, ubi Glos. *v. indulgemus d. 32.* ibique Archid. Gemin. & Præpos. ac declaravit Leo X. *in Constit.* quam edidit super concordatis Gallicæ Quod etiam de jure comprobant Doctores apud Martham *d. p. 4. cas. 44. à n. 5. & d. cas. 114. n. 8. & 9.* Ex quibus patet responsio ad doctrinam Baldi, qui supponit dominium esse translatum ad personam Concubinæ. Quod quidem in Clerico non comprobatur.

203 Tenetur verò Clericus alere filios ex concubina in Clericatu suspectos. Quamvis enim ex jure civili, ne filii quidem naturales sint à patre alendi, multòque minus ex coitu damnabili, *§. fin. auth. quib. mod. natural. efficiuntur legit. Auth. ex complexu, C. de incest. nupt. §. si adversus ea, Instit. de nupt.* de æquitate tamen Canonica eis alimenta debentur, *c. cum haberet. in fin. de eo, qui dux. in matr. quampoll.* ibiq; Glossa, & Doctores,

Dec. *cons. 312. n. 4.* Ruin. *cons. 165. n. 23. l. 2.* Lup. *in repet. de c. per vestras not. 3. §. 23. nn. 22. de donat. inter vir. & uxor.* aliique apud Surdum *de alim. tit. 1. q. 10. nu. 1.*

204 Nam alimenta debentur filiis jure naturæ, *l. 1. §. jus naturale, ff. de inst. & jur. §. Sed naturalia, Inst. de jure naturali gent. & civil.* Quod quidem jure homines pari gaudent qualitate, nec intercedit differentia inter legitimos, & illegitimos, *§. liceat igitur, Auth. quibus mod. natural. effic. legit.*

205 Qua ratione hæc juris Canonici dispositio propter magnam æquitatem, in qua nititur, usu recepta est, Aret. *in l. 1. col. 1. ff. sol. matr.* ac servatur in utroque foro, Glos. *in d. cap. cum haberet*, ibique Cardin. Abb. & alii, Decius, testans de communi *in cap. At si Clerici num. 4. de jud.* Covar. *de sponsal. p. 2. c. 8. §. 5. num. 6.* Paleot. *de noth. & spur. cap. 46.* Molin. *de primog. l. 2. c. 15. num. 42.* Capyc. *dec. 164. num. 2.* & Benintend. *decis. 22.*

206 Regula igitur constitui potest, quod pater tenetur alere filios, qualitercunque susceptos, etiam natos ex damnato coitu, & sacrilego complexu. In iis enim non minus, quàm in aliis, militat ratio æquitatis, Dec. *cons. 611. in fine*, Nicol. de Vbald. *in tr. de success. p. 1.* Abb. *cons. 50. n. 2.* Lup. *loc. cit. §. 10. n. 14.* Ludovic. de Surd. *de legit. col. 9.* Covar. *ibid. §. 6.* Surd. *ibid. num. 28. & seq.* Etenim cùm sint nati, non sunt perdendi. Alimenta autem illis negare, esset necare, *l. negare, ff. de lib. agnosc.*

207 Quod adeò verum est, ut procedat, etiamsi pater disponat, quod filio illegitimo alimenta negentur, Bald. *in l. quod pauperibus n. 38. C. de Episc. & Cler.* Marsil. *singul. 358. in fine*, Jas. *cons. 36. n. 13. l. 1.* Bonacost. *in tract. de æquit. Canon. concl. 2.* ac Surd. *de alim. tit. 1. q. 9. & 10. n. 8.* Quia cùm alimenta debeantur filiis jure naturæ, non potest testator facere, quin jus naturale in testamento suo locum non habeat, *l. nemo potest, ff. de reg. jur. 1.*

208 Item procedit, etiamsi pater jurejurando se adstrinxerit se filio alimenta non relicturum, Surd *q. 9. n. 5.*

209 Ac ita etiam procedit, ut datum, sive relictum istis filiis simpliciter, censeatur datum, vel relictum alimentorum causa, ut plenè probat Ruin. *cons. 124. num. 6. lib. 1.*

210 Itaque procedit, ut sicuti pater tenetur dotare filias, ita quoque tenetur alere filios. Quia dos & alimenta æquiparantur, Bartol. *in fin. n 7. ff. de iis, quib. ut indigu.* Bald. *in l. sed nec mater, C. de jur. dot.* cum aliis per Surd. *d. q. 10. num. 9.* ac Boer. *dec. 127. n. 2 & 7. dec. 180.*

211 Et ita, ut procedat, etiam stante Constitutione B. Pii V. revocatoria facultatum testandi ad favorem illegitimorum, quæ est 117. novi Bullarii. Illa enim revocat facultates competentes de jure speciali, non autem necessitatem alendi, impositam à jure communi, ut in specie probat Navar. *in com. spoi. §. 18. num. 9. & seq. & cons. 4. & 15. de testam.* ac Rota *dec. 505. nu. 4. & seq. p. 1. div. & dec. 487. num. 4. cau.*

212 Insuper ita procedit, ut deficiente patrimonio Clericus teneatur alere filios, quamvis in Sacerdotio susceptos, ex fructibus beneficii, Navar. *loc. cit.* & ante ipsum Abb. *in cap. 1. nu. 4. de cohab. Cler. & mul.* Lupus *d. not. 3. §. 3. nn. 13.* Duegna *reg. 361. nn. 3. ampl.* ac Surd. *d. q. 10. num. 29.*

213 Hæc verò limitantur, ut procedant in quantitate alimentorum, aut dote proportionata, quæ si excedatur, potest revocari. Quia causa certis finibus restricta, limitat effectum producendum, Bald. *in l. eam, quam, nu. 41. C. de fideic. & cons. 75. num. 3.* Bero. *cons. 165. nu. 28. & 29. l. 2.* Curt. jun. *cons. 37. nu. 6.* Socin. jun. *cons. 2. num. 5. l. 4.* Covar. *de sponsal. p. 2. c. 8. §. 6. nu. 11. & seq.* late Roland. *cons. 64. & seq.* ac Menoch. *cons. 60. nu. 1.* & Surd. *ea qu. 10. nu. 15.* Unde non sunt taxanda pro dignitate patris, sed ad præscriptum vitæ naturalis, Benintend. *d. dec. 22.*

214 Porro filios illegitimos Clericorum non reperiri jure

prohibitum, quominus possint domi parentum retineri, scribit Garzia *p. 7. de benef. cap. 3. num. 74.*

215 Verùm satis prohibitum videtur in Constit. Leonis X. edita in Concilio Lateranense §. 23. Honestati etiam non parum convenit. Tum quia filii testes esse solent paternæ incontinentiæ, *cap. cum haberet de eo, qui duxe.* Tum etiam quia procul arcenda est memoria incontinentiæ paternæ, *cap. præsentium, cap. conquerente, & cap. quoniam de fil. presbyt.*

216 Idque multò magis locum habet in filiis infantibus, qui matris egent auxilio. Tunc enim ad evitandam matris cohabitationem, filius nequit domi retineri juxta illud: *Eiice ancillam, & filium ejus*, facitque textus *in cap. 1. & 2. de cohab. Cler. & mul.*

217 Quod limita, ut non procedat in filiis illegitimis procreatis ante Clericatum. Hi enim non prohibentur domi retineri. Tum quia non videntur tanto odio digni *cap. 2. de fil. presbyt.* Et tum quia cum ante Clericatum reperiantur in quasi possessione habitandi simul cum patre, superveniens Clericatus non debet eis obesse.

218 Nec posse simul licitè habitare Clericum & Concubinam, etiamsi ad senectam ætatem pervenerint, & ad copulam amplius idonei non sint, suadetur primò. Quia senectus excludit fortasse coeundi facultatem, non autem potentiam peccandi, cum sint habiles ad oscula, & actus impudicos, Navar. *in man. cap. 3. nu. 16.*

219 Secundo, quia quando turpis consuetudo usque ad senectutem devenit, non inducit novum statum, sed continuationem antecedentis, *l. palam, §. non solum, ff. de rit. nupt.* & consequenter idem scandalum, quod cœpit in juventute, continuatur in senectute.

220 Ac tertiò, quia nemo tam senex judicatur, qui quandoque non incalescere possit arte, vel natura, Glos. *in can. nuptiarum 27. q. 1. & in cap. 2. de frigid. & malef.*

221 Quæ multò magis procedunt, quando alter ex concubinis esset Clericus, in quo non solum reprobatur actualis cohabitatio, sed simplex memoria incontinentiæ, *d. cap. cum haberet, de eo, qui duxit. cap. præsentium, & cap. conquerente, & ea. quoniam de fil. presbyt.*

222 Ab hac regula in uno tantum casu recedi poterit, quando scilicet concubinatus esset occultus, & per mulieris separationem proderetur. Tunc enim ad existimationi consulendum, & concurrentibus aliis requisitis, de quibus per Navar. *d. cap. 3. num. 16.* poterit cohabitatio tolerari.

223 Donatio verò, vel legatum facta Concubinæ à milite armatæ militiæ non valent *l. 2. C. de donat. inter vir. & ux.* Idemque est de Clerico, cùm sit miles cœlestis militiæ, Glos. *in d. l. 2.* ibique Alber. & Salic Bartol. *in l. affectionis, ff. de donat.* Seraph. *dec. 46. num. 1. & 6.* & Capyc. *dec. 102.*

224 Ampliatur primò, quod neque pro foro conscientiæ valeat talis Clerici donatio, vel legatum, neque possit morte, etiam re tradita, confirmari juramento, aut renunciatione talis juris dispositioni, ut per Cravet. *cons. 229. n. 3.* Capyc. *d. decis. 102. n. 2.* Quia lex ista prohibitiva non est ob privatam, sed ob publicam utilitatem, præcipuè ob dignitatem totius ordinis clericalis, & ob publicam honestatem conservandam, Cravet. *ibid. num. 4. in fine*, & *nu. 12.* ac in odium tam Clerici donantis, quàm concubinæ recipientis, Craver. *num. 6.* Cui legi non potest juramento obviam iri. Quia juramentum contra bonos mores canonicos non valet ob periculum animarum, etiamsi ageretur de peccato veniali evitando. Nam juramentum, etiam venialis peccati nutritivum, non valet, Cravet. *num. 3.* cum multis aliis. Et quod juramentum non confirmet actum prohibitum per legem ob publicam immediatam utilitatem, tradit Less. *cap. 17. num. 55.* Sanchez *lib. 3. in decal. cap. 9. numer. 34.* ubi fusè.

225 Idemque videtur dicendum de donatione facta à milite; quia est ob publicam causam, & ob bonum publicum. Quamvis Bald. *cons. 267. num. 8. lib. 1.* dicat morte confirmari donationem rei traditæ à milite terrestris militiæ, eamque firmari juramento, ait Roman. *cons. 43. num. 5.* Quod probabile putat non nemo. Quia *d. l. 2.* solum videtur respicere favorem ipsorum militum, ne expolientur bonis suis per blanditias amicitiæ, sequiturque Capyc. *d. dec. 102. num. 2.* Restitutio autem facienda est donanti, vel ejus hæredibus, ut per Craver. *num. 6. ac 12.* Verùm autem est, quod si concubinatus esset damnatus à jure civili, ut cum persona, cum qua matrimonium contrahere non potuit, tunc fiscus laicus respectivè auferet à donataria, tamquam ab indigna per *l. mulierum ff. de his, quib. ut indign.*

Ampliat id etiam Seraphinus *loc. cit.* ut procedat dicta lex prohibitiva de jure Canonico in quocumque concubinario, etiam non Clerico, nec milite, quia damnatus est à jure Canonico omnis concubinatus. Sed de hac ampliatione dubitant nonnulli; quia putant saltem in foro conscientiæ tunc non fore irritam donationem inter vivos, re tradita, sicut nec datum ob turpem causam, nisi esset Clericus in sacris, vel beneficiatus. 226

Limitatur id primò, quod secundum aliquos non procedit dicta lex in militibus nostri temporis armatæ militiæ. Quia non sunt secundum antiquam formam. Ita Bald. *ibid. num. 8.* Sed contra tenet Roman. *d. cons. 43. num. 5.* aliique communiter. Secundò, ut non procedat, si concubinatus jam erat dissolutus, Capyc. *ubi supra num. 2.* Seraph. *d. decis. 46.* Tertiò, ut non procedat in donatione remuneratoria, Capyc. *ibid. & afflict. decis. 102.* Quartò, quod fisco non debentur donata ante sententiam declaratoriam, ut in simili Less. *cap. 19. num. 61.* Sanchez *lib. 4. consil. cap. 3. dub. 20. num. 4. & dub. 23.* Sunt & alia donationis concubinariæ jura singularia, quæ omnia exponere, hujus non est loci. 227

An autem prohibeatur datio, eleemosynæ causa, quæ est actio licita, & pia utroque jure, respondeo cum Cravetta *loc. cit. num. 14.* neque causa alimentorum, neque eleemosynæ, stante concubinatu, posse donari; secus autem postea. 228

Concubinarii tam Clerici, quàm laici, morientes in tali peccato notorii concubinatus, privantur Ecclesiastica sepultura, Bermord. *de publ. concub. v. notorium est, num. 17.* Decian. *tract. crim. lib. 6. cap. 21. num. 26.* & Farinac. *quæst. 138. nu. 68.* Neque pro illis orandum, *can. pro obeuntibus*, ibique Glos. *13. quæst. 2.* Imo si quis sepulrus fuerit in sacro, exhumandus erit, si dignosci poterit per *cap. Sacris de sepult.* Angel. *v. sepultura, nu. 30.* Sylv. *eod. v. quæst. 9. dict. 12.* Laym. *lib. 3. tract. 5. cap. 12. de sepult. num. 12.* Non tamen per hoc Ecclesia, vel cœmeterium polluitur, neque est reconcilianda, Sylvest. & Layman *ibidem.* 229

Hoc limita, quod non sit privandus sepultura Ecclesiastica, si moriens signa edidit pœnitentiæ, Sylvest. *n. 9.* Laym. *num. 12* Navar. *cons. 6. nu. 2. de sepult.* & sufficit unus testis ad id probandum, *can. qui recesserunt 26. quæst. 6.* Sylvest. *loc. cit.* & Sà *v. testis, nu. 1.* Sufficitque pro signo pœnitentiæ, si nomen JESUS invocarit, Navar. *ibi num. 3.* & in *Manual. cap. 26. num. 27.* Vel si dixerit: *Miserere mei Deus*, Layman *de Sacram. pœnit. cap. 8. §. sed benè.* Vel manibus pectus tutuderit, Navar. *supra.* Vel si petierit Confessarium, Tolet. *lib. 3. cap. 8. §. alius*, Laym. *d. cap. 8. num. 4.* 230

Concubina verò, ut dici possit emendata, oportet, quod probet per triennium se abstinuisse à contubernio. Tantum enim temporis requiritur, ut inducta dicatur mediocris purgatio peccatorum, *Auth. de Monach. §. si verò*, per quem textum hoc in specie tradunt Bald. *cons. 354. lib. 3.* Rom. *cons. 256. num. 5. & 6.* Dec. *cons. 163. col. 8.* Iason. *in l. in arenam, C. de inoff. testam.* Port. *cons. 21. num. 29.* Marsil. *in l. 2. num. 21. C. de rapt. virg.* Ghirland. *in tract. de pœn. omnif. coit. quæst. 10.* Seraph. *de privil. juvam. privileg. 71. n. 44.* Gratian. *discept. 31.* Et hanc opinionem probavit Rota coram Seraph. *decis. 46. & decis. 54. & decis. 999.* Etenim post tertium annum pœnitens admittitur ad Ecclesiam, *can. de viro 12. quæst. 2.* 231

Quod

232 Quod accipi debet, dummodò abstinentia sit vera. Non enim sufficeret, conversationem publicè fuisse dimissam, si secretò duraret, Bald. Marsil. & Ghirland. *loc. alleg.* & Gratian. *ibid. n. 32.*

233 Limita primò, ut non procedat, ubi concubina ingrederetur Monasterium mulierum pœnitentium. Tunc enim, quia in eo fit professio per ingressum consequenter est inducta vitæ anterioris mutatio, *l. Imperialis, C. de nupt.* Secus autem si ingrederetur aliud Monasterium, in quo non fieret professio, per ingressum non posset dici inducta mutatio antecedentis vitæ, nisi post professionem, qua non sequuta, mulier remaneret in primo vitæ statu *d. auth. de Monach. §. si verò, & §. si quis autem.*

234 Secundò limita, ut non procedat, ubi concubina abstineret à contubernio, quia esset senio confecta, & consequenter ad obsequia carnalia minus idonea. Tunc etenim ex simplici abstinentia à contubernio, non posset dici emendata, nisi emendatio constaret aliunde, ut probat textus *in l. palam, §. non solum, ff. de rit. nupt.* & Mascard. *de probat. conclus. 601. num. 1.*

235 Tandem limitatur, quando agitur ad effectum, ut concubina sit capax legati, sive donationis alterius, quam ipsius concubini, vel amasii. Nam licet, ut consequi possit ab amasio legatum, sive, donationem requiratur vitæ emendatio, tamen ad effectum, ut possit consequi ab alio, in cujus contubernio non fuit, non requiritur vitæ mutatio. Quia cessat ratio, quod donans, aut legans, hoc faciat allectus blanditiis, aut stupri consuetud. ne, aut probat textus *in §. 1. v. à cognato, Auth. quib. mod. natural. effic. legit.* Dec. *in l. 1. n. 8. C. unde vir. & vix.* Natta *cons. 539. n. 6.* Surd. *cons. 459. n. 23. lib. 4.* Gratian. *d. discept. 31. nu. 33. & seq.*

236 Quoniam autem hæc materia gravis est, & quotidiana, ideò juvat S. Concilii Tridentini decretum *d. cap. 14. sess. 25. de reform.* minutim expendere, ut cognoscatur quàm detestabile sit vitium concubinatus in Clericis. Etsi autem contra hujusmodi impudicitiæ scelus multi editi sint in diversis Conciliis Canones, ac decreta, semper tamen id, quod in Concilio Niceno *cap. 3.* sanctum fuit, vel addendo, vel declarando innovatum est in toto *tit. de coh ib. Cleric. & mulier. & dist. 23. ac 81.*

237 *Quam turpe*, ait S. Concilium, *ac Clericorum nomine qui se divino cultui addixerunt, si indignum, in impudicitiæ sordibus, immundoque concubinatu versari, satis res ipsa communi fidelium omnium offensione, summoque Clericalis militiæ dedecore testatur.* Cùm autem pœna in hoc decreto contenta, tam eos, qui in sacris, quàm eos, qui in minoribus Ordinibus sunt constituti, amplectantur, ubi plena relinquitur arbitrio Judicis, acribus puniendos illos, qui sunt in sacris, dixit Sacr. Congregatio. Et in his celibus Episcopus poterit procedere per denunciationem, vel inquisitionem, ex officio, vel alio modo, prout sibi videbitur. Hoc tamen decretum non habere locum in simplici incontinentia sine qualitatibus concubinatus, dixit eadem Sacr. Congregatio.

238 *Ut igitur ad eam, quam decet, continentiam, ac vitæ integritatem ministri Ecclesiæ revocentur, populusque hinc eos magis discat revereri, quo illos vita honestiores cognoverit, prohibet Sancta Synodus quibuscumque Clericis, ne concubinas, aut alias mulieres de quibus possit haberi suspicio in domo, vel extra detinere, aut cum eis ullam consuetudinem habere audeant, alioquin pœnis à Sacris Canonibus, vel statutis Ecclesiarum impositis, puniantur.* Ex quibus verbis, dum quæreretur, an pœna, de qua in hoc decreto haberet locum, si Clericus primò deliquerit, dummodò præcedant edicta Episcopalia ordinaria? Respondit Sacr. Congregatio, habere locum, quando Clericus secundò delinquit, & prima vice puniendus aliis pœnis, à Sacris Canonibus impositis. Sed Sed quid de concubinarius publicis, cum quibus ex hoc decreto actum non est, num ipso facto in irregularitatem incurrant, licet non celebrent, dum sunt in peccato? Et Sacra Congregatio censuit, hoc decreto nihil ex veteri jure immutare, vel ex statutis Ecclesiæ, sed tantum juri communi addere.

Quod si à superioribus moniti, ab iis se non abstinuerint 239
tertia parte fructuum, obventionum, ac proventuum beneficiorum suorum quorumcumque, & pensionum ipso facto sint privati, quæ fabricæ Ecclesiæ, aut alteri pio loco, arbitrio Episcopi applicetur. Et monitiones ex hoc decreto non solum tempore visitationis, sed aliis quoque temporibus fieri possunt.

Sin verò in delicto eodem cum eadem, vel alia fœmina 240
perseverantes, secundæ monitioni adhuc non paruerint, non tantum fructus omnes, ac proventus suorum beneficiorum, & pensiones eo ipso amittant, qui prædictis locis applicentur, sed etiam à beneficiorum ipsorum administratione, quoad Ordinarius, etiam, ut Sedis Apostolicæ delegatus arbitrabitur, suspendantur, & si ita suspensi, nihilominus eas non expellant, aut cum eis etiam versentur, tunc beneficiis portionibus, ac officiis, & pensionibus quibuscumque Ecclesiasticis perpetuo priventur atque inhabiles, ac indigni quibuscumque honoribus, dignitatibus, beneficiis, ac officiis in posterum reddantur; donec post manifestam vitæ emendationem, ab eorum superioribus cum iis ex causa visum fuerit dispensandum. Et si quis Canonicatum renunciet, vel permuter, talis pœna non transit ad successorem. Obventionum autem nomine non venire distributiones quotidianas, à fructibus præbendæ distinctas dixit Sacr. Congregatio. Et si quis conscientia motus sentiens, se incurrisse in pœnam hoc decreto statutam, retriam partem fructuum, ac proventuum beneficiorum, & quarumcumque pensionum voluerit ipse per se applicare arbitrio suo fabricæ, seu alteri pio loco, non poterit, sed debebit indicare Episcopo, cujus arbitrio hoc decretum relinquit facultatem applicandi. Et hanc pœnam repetitam in hac parte decreti, dixit Sacr. Congregatio. Sed qua pœna puniri poterit Clericus primæ tonsuræ, habens beneficium simplex, qui decem, vel duodecim vicibus mulierem inhonestæ vitæ, semel autem publicam meretricem secretò carnaliter cognoverit? Et dictum, puniendum arbitrio Judicis. Cum Clerico autem, qui modò cum una, modò cum alia comprehensus fuit, ex hoc decreto agi poterit. Tempus autem, quod debet interponi inter unam, & aliam monitionem, relinquitur arbitrio Judicis. Et dum quæreretur, an Clericus monitus secundò delinquens, incurrat pœnam privationis tertiæ partis fructuum? Respondit Sacra Congregatio, incurri, si monitus fuit monitione particulari. An autem hoc decretum moderatum fuerit pœnam suspensionis à divinis ipso jure contra Clericos notoriè concubinarios impositam in *can. præter d. 32.* Dicendum, Concilium non sustulisse suspensionem ipso jure veteri inflictam concubinariis. Tum quia suspensus de jure videtur posse & ab homine suspendi ad notata in *cap. quorumdam de Judæis*, & excommunicatum ipso jure posse iterum excommunicari.

Sed si postquam eas semel dimiserint, intermissum con- 241
sortium repetere, aut alias hujusmodi scandalosas mulieres sibi adjungere ausi fuerint, præter prædictas pœnas, excommunicationis gladio plectantur. Nec quævis appellatio, aut exemptio prædictam executionem impediat, aut suspendat, supradictorumque omnium cognitio, non ad Archidiaconos, nec Decanos, aut alios inferiores sed ad Episcopos ipsos pertineat, qui sine strepitu, & figura judicii, & sola facti veritate inspecta procedere possint. An verò hæc intelligantur infra sententiam, vel post definitivam ita, ut in hac delicti specie appellatio judicatum non suspendat? Sacra Congregatio respondit, non suspendere nec ante, nec post definitivam, vel ullo casu.

Clerici verò beneficia Ecclesiastica, aut pensiones non 242
habentes juxta delicti, & contumaciæ perseverantiam, & qualitatem, ab ipso Episcopo carceris pœna, suspensionis ab Ordine, ac inhabilitate ad beneficia obtinenda,

aliisve modis juxta Sacros Canones, puniantur. Episcopi quoque, quod absit, si ab hujusmodi crimine non abstinuerint, & à Synodo provinciali admoniti, se non emendaverint ipso facto sint suspensi. Et si perseverent, etiam ad Sanctissimum Romanum Pontificem ab eadem Synodo deferantur, qui pro qualitate culpæ, etiam per privationem, si opus erit, in eos animadvertat.

243 Huic decreto adjungimus *cap.* 8. ejusdem S. Concilii *sess.* 24. *de refor. matrim.* cujus vigore Episcopum posse hodie procedere in crimine adulterii, etiam contra laicos, certum est. Nam in *d. cap.* 8. statutum est, concubinarios tam solutos, quàm uxoratos cujuscumque status, dignitatis, & conditionis existant, si postquam ab Ordinario, etiam ex officio, ter admoniti ea de re fuerint, concubinas non ejecerint, seque ab earum consuetudine non sejunxerint, excommunicatione feriendos esse, à qua non absolvantur donec ipsi admonitioni factæ paruerint. Quod si in concubinatu per annum censuris neglectis permanserint, contra eos ab Ordinario severè pro qualitate criminis procedatur. Et mulieres sive conjugatæ, sive solutæ, quæ cum adulteris, seu concubinariis publicè vivant, si ter admonitæ non paruerint, ab Ordinariis locorum, nullo etiam requirente, ex officio graviter pro modo culpæ puniantur, & extra Oppidum, vel diœcesim, si id eisdem Ordinariis videbitur, invocato, si opus fuerit, brachio sæculari, ejiciantur; aliis pœnis contra adulteros, & concubinarios inflictis in suo robore permanentibus.

244 Quod decretum S. Congregatio censuit, esse intelligendum etiam in eo, qui cum diversis concubinis successivo tempore fuerit comprehensus, & monitionem, de qua in eodem decreto, posse fieri quandocumque in peccato deprehenditur. Et posse procedi non modò in visitatione, sed in omnibus temporibus, ac omnibus modis, etiam per inquisitionem; nec trinam monitionem esse necessariam, nisi quando ad excommunicationem proceditur, nec post excommunicationem esse expectandum annum, antequam ad alias pœnas contra concubinarios procedatur.

245 Sed, an stante forma hujus decreti, & probato concubinatu, possit judex Ecclesiasticus in prima, secunda, vel tertia monitione, & in unaquaque earum laicum concubinarium punire aliqua pœna pecuniaria, piis locis, vel apparitoribus applicanda? & fuit responsum, posse, stante præsertim consuetudine Ecclesiæ. Nec judices sæculares posse inhibere Judicibus Ecclesiasticis, ne servent formam trium monitionum, dum contra concubinarios procedunt.

246 Non tamen hoc decreto tolluntur aliæ pœnæ, à jure communi, vel statutis Synodalibus contra concubinarios inflictæ, neque alius contra eosdem modus procedendi, nisi vellet Ordinarius illos excommunicare. Quia tunc forma trium monitionum, ibi præscripta, servanda est, ut S. Congregatio declaravit. Quod verò statuitur de mulieribus ejiciendis, fuit judicatum, non intelligi de viris; sed mulieres, quæ cum adulteris, & concubinariis publicè vivunt, posse ultra exilium, aliis, etiam pœnis contra adulteros, & concubinarios inflictis cumulativè puniri. Non tamen eo decreto sublatum esse privilegium concessum habilitandi illegitimos ad dignitates, & gradus illarum. Contra Clericos verò concubinarios servandum est, quod statuitur *d. cap.* 14. *sess.* 25. *de refor.*

247 Effata. In Alexandrina. Trina monitio tunc necessaria est juxta *d. cap.* 8. contra concubinarios, quando in eos ferenda est sententia excommunicationis. Si verò pœnis pecuniariis, vel aliis mulctandi sunt, non requiruntur istæ solemnitates S. Congregatio Concilii.

248 In Panormitana. Ubi est consuetudo, quod contra concubinarios procedatur sub certo modo, & præfixione certæ pœnæ, potest sic procedi, non obstante hoc decreto Concilii, nisi tamen in eos ferenda sit sententia excommunicationis. Quia tunc servandum est hoc decretum. Eadem S. Congregatio.

In Hosturn. *Che non procedere contro i concubinarii, si vaglia prima delle monitioni, & esorcationi. Secondo de precetti penali, & dell' esecutione di essi. Terzo, e ultimo, in sussidio delle censure, cominciando dell' interdetto ab ingressu Ecclesiæ.* S. Congregatio super Episc. die 10. Julii 1590. 249

In Mediolanen. Decretum *cap.* 14. *sess.* 25. non procedit in simplici incontinentia, sed in concubinatu. S. Congregatio Concilii. 250

In eadem. Vt habeat locum hoc decretum, requiritur, quod Clericus secundò delinquat, & specialiter moneatur. Eadem S. Congr. 251

In Faren. Leodien. Tergesten. Lovanien. Si concubinarius, qui fuit mulctatus tertia parte fructuum ad præscriptum hujus decreti, dimiserit postea beneficium, vel eo fuerit privatus, novus provisus de hac mulcta nihil lucrabitur. Eadem S. Congr. 252

In Mechlinien. Quando ista tertia pars fructuum ob concubinatum fuerit applicata, si condemnati beneficia dimittant, pœna non transit ad successores. Ead. Sac. Congreg. 253

In eadem. Illa verba, *fructuum, obventionum, ac proventuum* non includunt distributiones quotidianas. 254

In eadem. Illa eadem pœna, quæ posita est in §. *Quod si*, reperitur etiam in §. *si verò* licet ibi desit verbum, *Obventiones.* 255

In Elboren. Si Clericus, modò cum una, modò cum alia deprehendatur, potest Episcopus contra eum uti hoc capitulo. Ead. Sacra Congr. 256

In eadem. Trina monitio contra Clericum Concubinarium fieri potest omnibus temporibus; & contra eum procedi potest omnibus modis. Ead. S. Congr. 257

In Mediolanen. Suspensi vigore hujus decreti ab administratione suorum beneficiorum non possunt interesse choro, & sic privantur distributionibus quotidianis. Ead. S. Congreg. 258

In eadem. Appellatio interposita à sententia lata juxta formam hujus decreti, non suspendit executionem, nec ante, nec post, nec ullo casu, ead. S. Congr. 259

Atque ex hactenus deductis resolvitur, an semper d. decretum Concilii *sess.* 25. sit servandum, & an obtineat in casum accusationis, & notorii, ac in judicio probati criminis? 260

Quod Ordinarius vigore *cap.* 8. *sess.* 24. Concilii Trid. *de reform. matrim.* procedere possit contra concubinarios, non solum per censuras, præcedentibus tribus monitionibus juxta dispositionem S. Concilii Trid. *d. cap.* 8. *sess.* 24. sed etiam per alias pœnas extraordinarias, & arbitrarias à jure stabilitas, vel à Constitutionibus Synodalibus constitutas, cùm per Concilium sublatæ non sint. 261

Quod Ordinarius procedens contra concubinarios non per censuras, sed illis infligendo alias pœnas pecuniarias, & arbitrarias, non est tunc necesse præcedere tres monitiones, sed sufficit ad illos puniendum, quod per depositionem testium appareat de delicto, & in hoc casu poterit invocare auxilium brachii sæcularis absque eo, quod ab Ordinario ter moniti sint. 262

Quod quando procedit contra dictos concubinarios, constito de delicto imponendo illis pœnas extraordinarias, & arbitrarias à jure, & Constitutionibus Synodalibus statutas, & non per censuras, Judex laicus requisitus non poterit se excusare ad præstandum auxilium sub prætextu, quod non præcesserint tres monitiones, vel alio quæsito colore, & in casu renitentiæ dicti Judicis laici, non præstantis auxilium, poterit Ordinarius per censuras procedere contra ipsum, donec cum effectu illud præstet. 263

CONSULTATIO CXL.

An, & quatenus filius presbyterorum possint succedere in beneficiis, vel obtinere pensiones super fructibus beneficiorum, quæ obtinuerunt eorum patres, vel habere pensiones, quas ipsi patres habuerunt? Et quid versa vice? Ubi hæc disputantur. I

Primò.

2 *Primò. Cùm ex dispositione juris communis filii tàm illegitimi, quàm legitimi prohibeantur succedere in beneficio paterno, an hodie, stante dispositione Clementis VII. & Sacri Concilii Trid. quæ loquuntur solum de filiis illegitimis, remaneat prohibitio juris communis quoad legitimos?*

3 *Secundò. In quo differant hodie inter se dispositio juris communis & Constitutionis Clementis, ac dispositio Clementis, & Decretum Tridentini?*

4 *Tertiò. Posito Trid. Concilii decreto, An Sacerdos habens generaliter facultatem transferendi pensionem sibi auctoritate Apostolicâ reservatam super fructibus parochialis Ecclesiæ, ad quam antea præsentatus fuerat absque ulla institutione, possit eandem pensionem transferre in Clericam suum filium illegitimum ad pensiones, & beneficia Ecclesiastica obtinenda à Sede Apostolica dispensatum?*

5 *Quartò. An filius illegitimus possit obtinere beneficium in Ecclesia, in qua pater olim jus habuerat ad Canonicatum, & prebendam in eadem Ecclesia Cathedrali, super quibus tandiu litigaverat, donec cesserat juri, sibi competenti; nec unquam in ejusdem Canonicatus, & prebendæ pacifica possessione fuerat; nec unquam tanquam Canonicus in Choro, vel in Capitulo dictæ Ecclesiæ comparuerat, vel inservierat?*

6 *Quintò. An prohibitio Concilii extendatur etiam ad filium legitimatum?*

7 *Sextò. An illegitimus, cujus pater fuit Rector Ecclesiæ matricis, possit obtinere filialem, dependentem, seu aliàs illi unitam, in qua eadem matrix habeat etiam quadam jura parochialia, salvo decreto Concilii cap.* 15. *sess.* 25. *de ref.*

8 *Septimò. An nepos legitimus ex illegitimo patre admitti possit ad beneficium quod ipsius avus habuit, non obstante eodem Tridentini decreto?*

9 *Octavo. An declaratio Sac. Congreg. qua decisum fuit, nepotem legitimum ex filio illegitimo non prohiberi obtinere beneficium avitum, procedat etiam vivente avo, & patre adeò, ut avus beneficium, quod hodie obtinet, huic nepoti renunciare non possit, aut si tertio renunciarit, non sit super eo beneficio nepoti pensio reservanda?*

1 INspecta in primis dispositione juris communis annotandum est, quod filii presbyterorum, quamvis ex legitimo matrimonio nati, non possunt obtinere beneficia, quæ parentes immediatè obtinuerunt, ad evitandam in beneficiis successionem, quam jura maximè abhorrent, *can. Apostolica* 8. *q.* 1. *cap. Ex transmissa, & cap. ad extirpandas, & ca. Michael de fil. presbyt.* Quod procedit, non solum in filiis naturalibus, sed etiam in adoptivis ea specie adoptionis, per quam filii transeunt in potestatem adoptantis, ut pluribus probat Lotter. *de benef. lib.* 2. *cap.* 48. *n.* 186. Procedit etiam, stante dispensatione Episcopi. Nam, ut filius, licet legitimus, possit obtinere beneficium, quod obtinuit pater immediatè, non sufficit dispensatio Episcopi, neque Legati de Latere, sed requiritur dispensatio Apostolica, Glos. *in cap.* 1. *v. tale de fil. presbyt. in* 6. Io: Andr. Gemin. & Franc. *ibid. num.* 7. Rebuf. *in prax. tit. de dispensat. super defect. natal.* Mandos. *de signat. tit. de dispensat. ad benefic. in Ecclesia, in qua pater*, Gambara *de effic. & potest. Legati lib.* 7. *rub.* 1. *quæst.* 34. *à num.* 306. & Garz. *de benef. par.* 7. *cap.* 3. *num.* 5.

2 Annotandum item est, quod, inspecto jure communi tantum, filii presbyterorum, ex fornicatione nati, non possunt obtinere beneficium, quod patres immediatè obtinuerunt, neque in Ecclesia, in qua pater immediatè ministravit, mediatè vero, seu beneficium diversum obtinere, & in alia Ecclesia ministrare possunt, *cap. ad præsentiam, cap. veniens, & d. cap. ex transmissa, cap. quoniam, c. conquerente, cap. cum decorem, & c. ad abolendam eod. tit.*

3 Ratio autem in filiis illegitimis est. Tum quia, si ipsi repelluntur à successione patrum In bonis propriis patrimonialibus, *cap. nisi cum quidem de renunc.* cum aliis per Lupum *de illegit. com.* 3. §. 1. *n.* 67. multò magis debent repelli, ne succedant in beneficiis, *d. can. ad Apostolica* 8. *quæst.* 1. *& d. cap. transmissa, & cap. ad extirpandas, cap. ad hæc, & cap. Michael de fil. presbyt.* Tum etiam, ut paternæ incontinentiæ memoria ab Ecclesiis arceretur, *dd. cap. ad præsentiam, & cap. conquerente, cap. quoniam, cap. cum decorem, & cap. ad abolendam eod.*

Cum autem vigore præfatorum jurium filii poterant saltem mediatè, obtinere beneficia, quæ patres obtinuerunt, vel in Ecclesia, quam obtinuerunt, *d. cap. ex transmissa, & cap. ad extirpandas*, ideòque contingebat, quod patres, ut in suis Ecclesiis sui filii succederent, resignabant ad favorem certarum personarum, quæ deinde Ecclesias ipsas resignabant ad favorem filiorum eorumdem presbyterorum, etiam possessione non subsequuta; huic merito Clemens Papa VII. providè statuit, quod filii presbyterorum ex fornicatione nati, Ecclesias cathedrales, & Metropolitanas, ac Monasteria, quibus eorum patres præfuerunt, Dignitates etiam majores, personatus, administrationes, & officia, & quæcumque alia beneficia cum cura & sine cura, sæcularia, & regularia, quæ presbyteri, & Clerici, ac Religiosi eorum patres in titulum, vel commendam, aut administrationem ad tempus, seu in perpetuum aliquando obtinuerunt, nullo unquam tempore, quoquomodo obtinere possint, & alias, ut in ejus Constitutione 30. quæ incipit, *Ad Canonum conditorem.* 4

Verùm quia hæc Constitutio loquebatur de Ecclesiis Metropolitanis, & Cathedralibus, ac beneficiis, ideò S. Concilium Tridentinum *d. cap.* 15. *sess.* 25. *de ref. ut longissimè arceatur memoria paternæ incontinentiæ* statuit, ut filii Clericorum, qui non ex legitimo nati sunt matrimonio, in Ecclesiis, ubi eorum patres beneficium aliquod ecclesiasticum habent, aut habuerunt, quodcumque etiam dissimile beneficium, obtinere, nec pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel aliàs obtinuerunt, habere. Verba enim illa, *longissimè arceatur*, repellunt filium illegitimum à beneficio paterno, etiamsi media persona intercesserit. Et ita declaravit S. Congregatio ejusdem Concilii Interpres; Nam consulta, an filius illegitimus obtinere possit beneficium in Ecclesia, in qua ejus pater fuit etiam beneficiatus, media tamen alia persona, respondit, non posse. Quia illa distinctio, an pater mediatè, vel immediatè obtinuerit, procedit post Concilium tantum in legitimis. 5

His annotatis; respondeo ad primum. Videtur, quod cùm, tam Clemens, quàm Concilium loquantur tantummodò de filiis presbyterorum illegitimè natis, saltem per conniventiam, prohibitionem, quoad legitimos relaxasse. Nam, si eam permanere voluissent, utique confirmassent, vel saltem de ea mentionem aliquam fecissent, sicuti fecerunt de illegitimis, *arg. l. un. §. Sin autem, C. de caduc. toll. & cap. ad audientiam de decim.* 6

Contra tamen, quod scilicet prohibitio, quoad legitimos, adhuc duret, firmant Navar. *in cap. si quando num.* 3. *de præb.* Salzed. ad Diaz. *in pr. cr. cap.* 48. *n.* 4. Rodriq. *in Sum. tom.* 1. *cap.* 29. *n.* 4. Vega *par.* 1. *cap.* 36. *cas.* 18. *n.* 4. & Garz. *d. p.* 7. *cap.* 2. *n.* 18. Vulgatis siquidem est juris conclusio, quod ubi duo sunt simul in dispositione comprehensi, dispositio facta, quoad unum tantum, non refertur ad alium, *l. præcipimus, C. de appel.* Animadverterunt Clemens, & Concilium, quod cum in filiis legitimis Sacri Canones successionem abominentur, satis esse, quoad illos, de jure communi provisum, dum prohibentur obtinere beneficium, quod eorum parentes immediatè possederunt, cum successio semper referatur ad ultimum defunctum, *l. hæredis ff. de verb. signif. l. fin. de sepulch. viol.* At quia in filiis illegitimis, præter improbatam successionem, agitur etiam de arcendâ memoria paternæ incontinentiæ, opus erat pleniori provisione, ac propterea providendo super illegitimis, non possunt dici dissimulasse prohibitionem 7

quoad legitimos. Quia sufficit, eam non correxisse, ut in pristino suo robore permanere dicatur, ex regula, quod illud, quod expressè non corrigitur, stare non prohibetur, *d. l. præcipimus, C. de appel. l. pacta novissima*, ubi Doctores, *C. de pact.* cum aliis apud Surd. *dec. 195. num. 6.*

8 Quare dispositio juris communis, quoad filios legitimos presbyterorum non est innovata ex Constitutione Clementis, neque ex S. Concilio, atque adeò infertur, quod neque hodie filius legitimus potest obtinere beneficium, quod pater obtinuit, aut ministrare in Ecclesia, in qua immediatè pater administravit, licet possit obtinere mediatè, *d. cap. ad hæc de fil. presbyt.* & supponit Rota coram Seraph. *decis. 1442. num. 6.* Non tamen prohibetur filius legitimus obtinere aliud beneficium in eadem Ecclesia, vel ministrare in Ecclesia diversa. Quia cùm in filio legitimo remaneat incorrecta dispositio juris communis, utique ejus prohibitio non trahitur ad diversa, *d. cap. ad hæc*, ibique Ostien. *num. 3.* Anchar. *num. 2.* Burr. *num. 5.* Abb. *num. 2. de fil. presbyt.* Glos. *in cap. Constitutus v. perpetuus, & in cap. cum decorem, v. illegitimus eod. tit.* Cùmque prædicta procedant ex ea ratione, quod ubi adest media persona, impeditur species succession is, inde etiam fit, quod filius non prohibeatur præesse Ecclesiæ, cui pater sine titulo ministravit, *d. cap. Constitutus de fil. presbyt.*

9 Sicuti neque locum habent, si Ecclesia, quam obtinet pater, uniatur cum Ecclesia, quam obtinet filius. Nam unio ista, quæ intercedit, impedit speciem illam hæreditati successionis, ubi fit citra fraudem, ac dolum, Ostien. *in. d. cap. ex transmissa num. 2.* Boich. *in d. cap. ad extirpandas num. 5. eod. tit.* ac Lotter. *lib. 2. de re benef. quæst. 48. n. 181. cum seq.*

10 Parique ratione non prohibetur filius legitimus obtinere beneficium patris, quando illud mutavit speciem, veluti quia de portione fuit erectum in Canonicatum, Achil. *decis. 1. de fil. presbyt.* ac Put. *decis. 224. lib. 3.*

11 Ad secundum. Dispositio juris communis, & Constitutio Clementis differunt primo, quia jus commune prohibet filios obtinere beneficium patris, seu ministrare in Ecclesiis, in quibus ministrarunt patres, sive filii sint legitimi, sive illegitimi, *d. cap. ad hæc de fil. presbyt.* At Constitutio Clementis, & decretum S. Concilii loquuntur tantum de filiis illegitimis.

12 Differunt secundò, quia jus commune prohibet successionem in beneficiis, quæ patres obtinuerunt immediatè, *dd. cap. 2. ad extirpandas, & cap. Michael de fil. presbyt.* Sed Constitutio Clementis, ut locum habeat, sufficit, quod pater aliquando beneficium obtinuerit, ut patet ibi: *aliquando obtinuerunt.* Et sic prohibetur successio, tam mediata, quàm immediata.

13 Differunt tertiò; quia jus commune loquitur de filiis Sacerdotum, & Clericorum, Clemens vero comprehendit etiam filios Religiosorum, ut ex illis verbis, *Ac Religiosi, eorum patres in titulum, vel commendam.* Ex quo fit, ut non solum amplectatur filios natos ex Regularibus, sed etiam ex militibus Hierosolymitanis, cum ipsi sint verè ac propriè Religiosi, Abb. *in cap. 2. n. 3. de stat. Monach.* Villagut. *dec. 34. n. 5.* plenè Dec. *cons. 51. num. 9. lib. 3.* Mohed. *decis. 10. de caus. possess.* Rota coram Gregorio *decis. 68. num. 2.* ac nos alibi.

14 Quod verò ad dispositionem S. Concilii, differt hæc à jure communi in iisdem, in quibus differt Constitutio Clementis, & ulterius quia de jure communi filius non potest obtinere beneficium, quod pater obtinuit. At vigore Concilii non solum prohibetur obtinere illud idem beneficium, quod obtinuit pater, sed ne aliud quidem simile, sive dissimile in eadem Ecclesia, ubi pater obtinuit. Quod procedit, etiamsi in ea pater habuisset solam sedem in Choro ratione dignitatis, quam obtinebat in alia Ecclesia, ut aliàs censuit S. Congregatio, & tradunt Garz. *d. p. 7. cap. 3. n. 66.* & Sayr. *decis. 1. tit. de constit.*

15 Sunt etiam nonnulla discrimina inter Constitutionem Clementis, & S. Concilium. Primùm quia Constitutio non habet locum in beneficiis dimissis per parentes ante dictam Constitutionem, quia ejus dispositio trahitur ad futura per dictionem illam *de cætero*, ut per Rotam coram Puteo *decis. 224. lib. 3.* & Achil. *decis. 1. de fil. presbyt.* Concilium verò complectitur omnia ita, ut ad effectum, ut illi locus sit, sufficit, si parentes semel beneficium habuerint.

16 Secundum, quia Constitutio Clementis prohibet de cætero filios obtinere beneficia, quæ eorum parentes aliquando obtinuerunt, atque adeò vigore dictæ Constitutionis non prohibentur obtinere aliud beneficium; quinimò potest obtinere illud idem, quod obtinuit pater si mutaverat qualitatem, ut jam diximus ex Puteo, & Achille, quibus addimus Garziam *d. p. 7. cap. 3. n. 10.* & alios apud ipsum, sed Concilium prohibet, ne possit obtinere aliud, neque aliud, ac neque dissimile in Ecclesiis, ubi obtinuit beneficium pater, ut liquet ex illis verbis: *quodcumve etiam dissimile beneficium obtinere.* Et firmat Navar. *cons. 9. num. 7. de fil. presbyt.* ac Rota coram Seraph. *decis. 1442. num. 15.* Errant igitur Gonzal. *in reg. 8. glos. 5. num. 13.* ac Lotter. *de re benef. lib. 2. quæst. 48. num. 206. & 210.* dum referunt hanc declarationem Concilii; quia verba Concilii in hoc sunt clara, & decisiones Putei, & Achillis, quas allegant, loquuntur in terminis Constitutionis Clementis.

17 Tertium, quia Concilium non solum prohibet, ne filius possit obtinere beneficium in Ecclesia, in qua pater beneficium obtinuit, sed etiam, ne possit obtinere pensionem super fructibus beneficii, quod pater obtinuit ex clarissimis Concilii verbis, & probat Rota coram Seraph. *d. dec. 1442. num. 15.* & Navar. *d. cons. 9. nu. 7.*

18 Ac ita quidem differunt. Conveniunt tamen in hoc, quod appellatione filiorum presbyterorum in hac materia veniunt, non solum filii Sacerdotum, sed etiam Clericorum, qui in minoribus sunt constituti, prout de jure probat textus in *cap. ex tua de fil. presbyt.* & Maiol. *de irreg. lib. 1. cap. 6. num. 6.* Et ex Constitutione Clementis probatur verbis hisce: *quæ presbyteri, & Clerici, ac Religiosi.* Atque ex decreto Concilii his quoque verbis: *Non licet filiis Clericorum*, traditque Garz. *d. cap. 3. num. 4.*

19 Qui autem in hac materia dicantur filii Clericorum in Constitutionem Clementis, perspicuum est ex eo, quia in illa prohibentur succedere simpliciter filii Clericorum, ex fornicatione nati. Ideòque comprehenduntur, tam nati ante, quam post Clericatum, cum in Clericis occidentalibus non dentur, nisi ex fornicatione. Et hoc idem dicendum est, inspecta dispositione Concilii; quia prohibentur filii non ex legitimo matrimonio nati.

20 Difficultas est quoad dispositionem juris communis, in qua, quod filius Clerici dicatur etiam is, qui fuit genitus ante Sacerdotium, probat textus in *d. cap. ad extirpandas de fil. presbyt.* ibi. *sive geniti sint in Sacerdotio, sive non.* Et in *4. de rescript.* ubi hoc annotant Abb. *in princ.* Dec. *num. 3.* Rip. *num. 13.* Cened. *Canon. quæst. lib. 1. cap. 16.* & antea Turrecrem. *in can. Apostolica 8. quæst. 1.* & Rota in Ariminen. *27.* Aprilis *1561* coram Oradino.

21 In contrarium urget textus in *cap. 2. de fil. presbyt.* ibi: *si tibi constiterit, quod sit in Sacerdotio genitus.* Videtur enim à contrario innuere, quod si non sit genitus in Sacerdotio, non debeat amoveri à beneficio, quod obtinuit in Ecclesia, cui pater præfuit.

22 Hæc jura ita conciliari possunt. Fillius Sacerdotis in hac materia dicitur etiam ille, qui natus est ante Sacerdotium, ut in *d. cap. ad extirpandas.* Textus verò in *d. c. 2.* loquitur secundum contingentiam casus, qui tunc evenit.

23 Dispositio autem Sac. Concilii, tamquam omnium plenior extenditur primò, ut quamvis de jure Episcopus sciens conferens filio Sacerdotis beneficium, illumque ordinans ad titulum illius, non possit ulterius eum molestare, ut in *c. veniens de fil. presbyt.* attamen vigore Sac. Concilii filius, qui reperitur obtinere beneficium in eadem Ecclesia, in qua obtinuit pater, cogitur illud intra tres menses cum alio extra Ecclesiam permutare, aut resignare, aliàs, trimestre elapso, est privatus ipso jure, ut apertè statuit Concilium. Quod, si filius, non resignaverit, non poterit juvari præsumpta dispensatione, insurgente ex temporis diuturnitate, neque ex regula de triennali, mox dicetur.

24 Deinde extenditur, ut super hac filiorum incapacitate non possit dispensare Episcopus, neque Legatus à Latere, sed requiritur dispensatio Apostolica, *cap. dilectus, & cap. tua, & cap. nimis de fil. presbyt.* Glos. *in cap. 1. v. tale, eod. tit.* ibique Cardinal. *col. 2.* Rebuf. *in pr. tit. de dispens. super defec. natal. nu. 32.* Gambat. *de offic. Legati lib. 7. rub. 1. q. 34. à n. 306.* & Garz. *d. par. 7. cap. 3. n. 5. ac 6.* Quinimò, ne Apostolica quidem sufficit dispensatio super defectu natalium ex presbytero simul cum habilitate ad quæcumque beneficia obtinenda, sed requiritur dispensatio specifica ad obtinendum beneficia, quæ obtinuit pater, *cap. 1.* ubi Glos. *in partiaris, cap. conquerente*, ubi etiam Glos. *in fine, de fil. presbyt.* cum derogatione Constitutionis Clementis VII. & aliorum in contrarium facientium, ut ex hoc includatur etiam Concilium Tridentinum, ut per Rebuf. *loc. cit. nu. 24. & 55.* Gratian. *discept. 397. nu. 35. & seq.* Ricc. *in br. resol. 369.* & Campanil. *in divers. rub. 11. cap. 13. num. 87.*

25 An autem eadem dispensatio requiratur in filio illegitimo alicujus Religiosi, ut possit promoveri ad dignitates, & prælaturas in eadem Religione, in qua pater prælaturam obtinuit, vide Rodriq. *quæst. regul. tom. 1. q. 13. ar. 7.* cujus opinionem improbant Miranda *quæst. 2. ar. 10.* & Barbosa *in collect. ad cap. 3. n. 7. de fil. presbyt.*

26 Item extenditur, non solùm in filio illegitimo respectu patris, sed etiam in nepote legitimo ex filio illegitimo. Nam & is est incapax respectu beneficii avi, Rebuf. *ibid. num. 26. ac 27.* & *de pacif. possess. num. 276. cum seq.* Roias *de success. ab intest. cap. 20. num. 112.* Mier. *de majorit. par. 2. quæst. 2. n. 25.* Salzed. ad Diaz. *cap. 48. lit. A* & Lessius *de just. & jur. cap. 34. num. 91.* Et hanc opinionem alias probavit Sac. Congregatio Concilii sub die 13. Maii 1586. apud Garziam *loc. cit. num. 24.*

27 Pro contraria sententia pugnant Navar. *d. cons. 9.* Spin. *de testam. glos. 3. à num. 23.* Sayr. *de censur. lib. 6. cap. 10. num. 46. & decis. 9. de fil. presbyt.* Azor. *inst. moral. par. 2. lib. 5. cap. 4. quæst. 17.* Gratian. *discept. 397. nu. 6.* Et hæc sententia, re maturè discussa, placuit tandem Rotæ coram Rubeo 12. Februarii 1574. apud Navar. *cons. 10. de fil. presbyt.* Quæ cùm majoribus, ac veritatibus nitatur fundamentis, ideo eadem Sac. Congregatio, recedens ab aliàs decisis, probavit opinionem Rotæ in Bracarensi 17. Octobris 1592. & 7. Maii 1598. De quo plenius infrà. Et sicuti prædicta procedunt in nepote legitimo, ac filio illegitimo, ita procedunt in nepote illegitimo ex filio legitimo. Nam militant eædem rationes, ut per Garz. *loc. cit. numero 25.*

28 Mox extenditur, etiamsi pater obtinuisset beneficium sine legitimo titulo, ac minus pacificè. Nam ut filius illud obtinere nequeat, satis est qualis titulus, aut possessio patris fuerit, ut ex mente Sac. Congregationis tradunt Garz. *ibid. nu. 59.* & Gratian. *discept. 397. n. 30.*

29 Extenditur propterea, etiamsi pater habuisset solum titulum beneficii, reservatis alteri fructibus, ac denominatione. Quia beneficium dicitur vacare per eum, qui habet titulum, licet alter habeat fructus, ut probat Garz. *num. 49.*

30 Nec non extenditur, ut sufficiat, si pater habuisset solam sedem in Choro ratione dignitatis, quam habebat respectu alterius Ecclesiæ, ut censuit eadem S. Congregatio, de qua idem Garz. *num. 66.* Ubi procedit, etiamsi nunquam pater actor in tali Sede sedisset, Gratian. *loc. cit. num. 29.* Ac similiter procedit, etiamsi in beneficio, cujus ratione filius debet facere aliquod ministerium in Ecclesia, in qua pater fuit beneficiatus, Rot. *decis. 6. de concess. preb. in nov. & decis. 8. num. 2. de præb. in antiq.* Gonzal. *in reg. 8. glos. 10. n. 16. cum seq.* & Garz. *n. 69.* ubi refert declarationem S. Congregationis.

31 Extenditur, etiamsi unum, & idem beneficium esset collatum patri, & filio cum alternativa residentia, ut aliàs contingit in una Civitatensi, in qua ex decreto Sac. Congregationis pater cessit filio jus, quod habebat; quem admodum cedere tenetur pater, quando est adjutor filii, Garz. in fæpè *cit. loc. num. 79. & 80.*

32 Insuper extenditur etiam ubi ante Concilium filius habebat coadjutoriam cum futura successione in Ecclesia paterna. Quoniam si vacatio contingat post Concilium, filius non potest illi vigore coadjutoriæ succedere, ut pluribus probat Navar. *in cap. quando de rescript. excepta. 21.* & ex mente S. Congregationis censuit Rota in Calaguritana Canonicatuum coram Pamphilio 1. Julii 1594. & comprobat Garz. *ibid. n. 83.* Nam coadjutoria non trahit originem è præterito, quemadmodum trahit regressus, Put. *decis. 225. n. 10. & 11. 12. & 76. lib. 3.* Et ideircò effectus cadit post Concilium Paris. *de resignat. lib. 6. quæst. 5. n. 72.* Maudos. *in reg. 32. quæst. 5. n. 72. & in reg. 32. q. 30. num. 7.* Gonzal. *in d. reg. 8 glos. 5. §. 9. num. 73.* ac Put. *decis. 478. num. 5. lib. 2.*

33 Adhuc extenditur, sive beneficium requirat residentiam personalem, sive possit quis illi deservire per substitutum quicquid dicat Garzias *loc. cit. num. 71.* Ex eo enim, quod filius possit deservire per substitutum, non ideò tollitur memoria paternæ incontinentiæ. Quia substitutus inserviens, repræsentat personam filii, *§. fuerat, Inst. de act.* Acceditque alia ratio, nempè ad tollendam successionem quæ sola sufficit, ut remaneat eadem legis dispositio, *§. affinitatis. Inst. de nupt.*

34 Postremò extenditur, ut filius illegitimus provisus contra decretum Concilii neque juvetur ex dispensatione præsumpta, resultante ex diuturna possessione, quia illa non potest habilitare incapacem; Rebuf. *de pacif. possess. in 4. limit. 206. & 225.* Neque ex regula de triennali, ut ex mente Sac. Congregationis respondit Rota in eadem Calaguritana coram Pamphilio. Ubi enim non solet dari dispensatio vera, cessat etiam præsumpta, Put. *decis. 139. n. 4. & decis. 237. n. 3. lib. 3.* Neque ex tolerantia Episcopi, cum Episcopus contra Concilium non valeat, neque tacitè, neque expressè dispensare, Glos. *in cap. Cum dilectus v. de ætate de elect.* Abb. *in cap. cum dilectus nu. 4. de fil. presby.* Ideòque non docto de dispensatione Apostolica, retinens tale beneficium, est amovendus sine judiciario processu, *cap. nuoniam*, ubi notat Abb. *de fil. presbyt.* Innoc. *in cap. fin. eod. tit.* ibique Cardinal. *in fin.* & Gratian. *discept. 393. nu. 45.* Quod declaratur, ut procedat respectu Superioris, secus respectu tertii, cujus respectu possessio non habet juris assistentiam, Gratian. *num. 42.*

35 Tum demum extenditur, ut filius non modò sit inhabilis ad obtinendum beneficium, quod habuit pater, vel ministrare in Ecclesia, in qua pater ministravit, sed etiam neque possit obtinere pensiones super fructibus beneficiorum, quæ pater obtinet, vel obtinuit ex perspicuis verbis Concilii, & tradunt Navar. *d. cons. 9. num. 7.* ac Rota cum Seraph. *decis. 1442. num. 14.*

36 Sed quid, si pater obtinet pensionem super alia Ecclesia cum facultate eam transferendi? Non prohiberi eam tranferre in filium, quamvis illegitimum, si sit dispensatus ad ordines, tradunt Gigas *de pension. quæst. 86.* Paris. *de resignat. lib. 6. quæst. 4. à n. 18.* Gonzal. *in d. reg. 8. glos. 5. §. 11. num. 22. & seq.* ac Rota *decis. 425. par. 1. din.* Ad effectum enim obtinendi pensiones super diverso beneficio filius presbyteri non eget alia dispensatione, Rota in Burgen. pensionis 19. Februarii 1596. coram Blanchetto, & in Cæsaraugustana pensionis 12. Februarii 1595. coram Gipsio, Sarnen. *de annal. quæst. 21. ad fin.* & Gratian. *discept. 397. nu. 11. & seq.*

37 Contra tenent Mandos. *in tr. de signat. tit. de translat. pensionis propè fin.* & Garz. *d. p. 7. cap. 3. n. 36. & seq.* Nituntur, quia, licet regulariter appellatione beneficii non contineatur pensio, ut latè probat Garzia *de benef.*

par. 1.cap.7.in princ. Quia tamen Concilium loquitur de quocumque beneficio, etiam dissimili, sub his verbis universalibus venit etiam pensio,præsertim cùm ferè omnes pensiones hodie dentur loco beneficii.

38 At verò prima sententia verissima est ex regula, quod pensio est jus quoddam. Separatum, formale, ac per se distinctum à beneficio, Gigas *de pens. q.* 18. Crescent. *decis.* 14. *de re jud.* Cæs. de Graf. *decis.* 3. *num.* 8. *de præb.* ac Rota *decis.* 425. *num.* 2. *par.* 1. *diu.* Atque idcircò habilitatus ad obtinendum beneficia, non dicitur habilitatus ad obtinendum pensiones, Navar. *cons.* 12. *num.*15. *de rescript.* & Gratian. *discept.*397.*num.*14.

39 Non obstat universalitas verborum Concilii; Quia in materia pœnali nunquam pensio venit appellatione beneficii, etiam ubi verba sunt universalia & geminata, Crescent. *decis.* 14. *n.* 2. *de re jud.* Nisi dispositio fiat ex causa hæresis, Gigas *de pens. quæst.* 94. *n.* 7. Et quia universalitas non operatur, ut comprehendat etiam ea, quæ appellatione beneficiorum non continentur. Nam quantumcumque verba sint generalia, non excedunt speciem, de qua loquuntur, *l.si creditor* 12. §. *fin. ff. qui potior in pign. hab.* Bald. *in l. jubemus in princ. C. ad Velleian.* Dec. *cons.* 551. *num.* 9. probatque textus *in d. cap. constitutus de fil. presbyt.* ubi quamvis filius prohibeatur succedere in beneficio patris, tamen non prohibetur succere in Ecclesia, in qua pater ministravit sine titulo, etsi talis ministratio sit simillima.

40 Et quod verè Sac. Concilium, prohibens filios succedere in quocumque beneficio patris, non intellexerit de pensionibus, satis liquet, quod de pensionibus fuit separatum loquutum. Ad quid enim oportuisset speciatim prohibere pensiones super fructibus beneficiorum, quæ obtinuerunt patres, si verum esset, quod verba antecedentia, quibus prohibeantur succedere in quocumque beneficio, comprehenderent etiam pensiones? Et hæc quidem procedunt, etiamsi pensio sit reservata super eadem præbenda, super qua ejus pater obtinuit aliam pensionem, dum viveret, ut fusè probat Gratian. *discept.*397.*num.*1.*& seqq.*

41 Hæc tamen limitantur. Primò, ne procedant in pensione, quæ consuevit assignari in titulum, ut in casu, de quo per Abb. *in cap. Conquerente de Cler. non resid.* Talis enim pensio venit appellatione beneficii, Gigas *quæst.* 86. *num.* 9. Crescent. *decis.* 14. *num.* 3. *de rejud.* Et propterea filius non potest illam obtinere, Gratian. *loc. cit. num.* 22. Secundò, quando pater habuisset pensionem ex causa resignationis ob rationes, de quibus Paris. *de resignat. lib.* 6. *quæst.*4.*n.*23.& Gratian. *ibid. nu. pariter* 23.

42 Extenditur denique, *ut ubi pater habuit titulum in Ecclesia*, tunc filius in eadem Ecclesia nequeat inservire, ne pro Sacrista quidem, neque pro Cappellano, vel musico, ne ad tutum quidem amovibili. Quia cùm S. Concilium prohibeat ministrare quoquomodo, includit omnes species administrationis, ut ex auctoritate S. Congregationis tradunt Navar. *cons.* 1.*quæst.*17. *tit. de constit.* Ricc. *in collect.* 1367. *vers. Tu amplia, & in prax. resol.* 369. *num.* 1. Armend. *in addit. ad recopil. l. Navar. lib.* 2. *tit.* 19. *lib.* 1. *num.*29. Quinimò neque potest Epistolam, vel antiphonam canere, etiam ratione beneficii annexi alteri Ecclesiæ, Gratian. *loc. cit. num.* 69. Campanil. *in diversf. rubr.*11.*cap.*13.*num.*67.

43 Quæ sanè procedunt, sive filius illegitimus Clerici sit Clericus, sive laicus, Garz. *d. cap.* 3. *n.* 66. Et sive inservire vellet mediante salario, sive gratis, sive ex devotione, Navar. *in cap. si quando de prab.* Salzed. ad Diaz. *cap.*48. *d.lit. A.* Quicquid contra scripserit Garz. *ibid. num.* 20. Quia ratio, in qua nititur Concilium non fundatur in salario, sed in arcenda ab Ecclesia memoria paternæ incontinentiæ, quæ cùm peræquè militet in servitio, quod sit gratis, & in eo, quod sit mediante salario, eadem debet esse dispositio, *l. illud ff. ad leg. Aquil.*

44 Dixi autem, ubi pater habuit titulum in Ecclesia. Nam, ut prædicta locum habeant, Sac. Concilium requirit in parte titulum. Cæterum si pater inservisset in Ecclesia sine titulo, non prohiberetur filius in eadem Ecclesia hæc eadem facere, & aliàs ministrare per textum *in cap. Constitutus de fil. presbyt.* Et in terminis Concilii probant ferè omnes hactenus relati, nominatim Garz. *num.*24.

Possunt ergo pater, & filius in Ecclesia, in qua pater 45
titulum non habuit, celebrare, alter devotionis causa, alter legati gratia, vel aliàs sine titulo, ut aliquando fuisse declaratum refert Garz. *loc. cit. num.* 69. Campanll. *d. rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 17. & Armendar. *ibid. nu.* 31. sic etiam possunt processionaliter incedere, alter, tamquam Cappellanus alter tamquam beneficiatus diversarum Ecclesiarum, dummodo, si processio perveniat ad Ecclesiam patris, filius nullo modo ministret, Garz. & Armendariz *ibidem*, ille *num.*69. hic *num.*30.

Hæc extensio limitatur. Primò, ne procedat, ubi pater 46
habuit solum titulum, nulla subsequuta possessione. Nam, licet per solam provisionem acceptam, habere dicatur jus in re, *cap. si tibi absenti. de prab. in* 6. attamen in hac materia pater non potest dici habuisse beneficium, nisi assequuta possessione per se, vel per suum procuratorem. Quia vitium in persona filii causatur ex possessione patris, Abb. *in d.cap.transmissa nu.*6.*de fil.presbyt.* Quamquam ubi pater adeptus fuit possessionem, illa sufficiat, sive ministraverit, sive ne, ac sive fuerit pacifica, sive litigiosa, Garz. *d. par.* 7. *ca.* 3. *n.* 57. & Gratian. *discept.* 347.

Limitatur secundò, ut non procedat, ubi pater decessit, 47
literis non expeditis, Garz. *ubi supra num.* 56.

Tertiò limitatur, ut non procedat, ubi pater ministravit 48
in Ecclesia, tamquam simplex Cappellanus sine titulo. Tunc enim filius, quamvis illegitimus, non prohibetur in eadem Ecclesia ministrare. Nam, ut impediatur filius, requiritur titulus in patre, *6. cap. constitutus de fil. presbyt.* ubi omnes, & tradit Garz. *num.*72.

Ex quo infertur, quod pater, & filius non prohibentur, 49
uno, eodemque tempore missam ex causa legati relicti, vel devotione celebrare, ut aliàs censuit eadem S. Congregatio, Garz. *loc. cit. num.*73.

Quartò limitatur, ut non procedat in habentibus jus 50
ante Concilium, quamvis effectus sit sequutus post Concilium. Quando enim jus habet causam de præterito, exequutio, quæ effectum fortitur post legem novam, non est in consideratione, *l. jubemus*, ubi Jas. *num.* 8. C. *de testam.* Angel. *in auth. ut cum de appel. agnoscen.* Decius post alios *in cap. fin. numer.* 18. *de constit.* Siquidem quando futura habent connexionem, ac dependentiam à præterito, non comprehenduntur cum lege nova, Abb. *in cap. pastoralis* §. *Verum num.* 2. *de appel.* Felin. *in cap. fin. num.* 2. *de constit.* Cassad. *decis.* 3. *num.* 25, *de præb.*

Limitatur quintò, ut non procedat respectu Ecclesiæ 51
filialis. Nam si pater fuit Rector Ecclesiæ matricis, filius non prohibetur obtinere Ecclesiam filialem ab ea dependentem. Nam matrix, & filialis sunt Ecclesiæ diversæ, *cap. ad audientiam* 1. *de Eccles. ædif.* & Garz. *d. cap.* 3. *num.* 61. & 62.

Sextò limitatur, ut non procedat in Ecclesia unita per 52
viam subjectionis, sive accessoriè. Nam filius potest eam obtinere, etiamsi pater obtinuerit matricem, dummodo filius ratione Ecclesiæ unitæ, non teneatur ministrare in principali; secus autem si Ecclesia sit unita æquè principaliter, Garz. *loc. cit. nu.*63.*ac seq.*

Limitatur septimò, ut non procedat, ubi post patrem 53
alter possedisset beneficium spatio tringinta annorum. Tunc enim non prohiberetur filius habere beneficium, quod habuit pater, si vacet per alium, ut porè in hac specie videatur extincta memoria paternæ incontinentiæ, Gonzal. *in d.reg.*8.*glos.* 5. *num.*33. Verùm hæc limitatio nullo jure, vel auctoritate probatur. Ideòque contrarium censuit Lotter. *de re benef. lib.* 2.*cap.* 48.*nu.* 110. Videturque contra mentem S. Concilii, ac ejus decreta. Neque temporis diuturnitas, neque præsumpta dispensatio

pensatio suffragatur, Rota *in d. Calagurritana* coram Pamphilio. Non plura quoad secundum.

54 Ad tertium. Videtur affirmativè respondendum. Nam ex parte filii sublatum est impedimentum illegitimitatis per Apostolicam dispensationem, per quam fuit habilitatus ad Clericatum, & consequenter ad obtiendas pensiones, ac beneficia simplicia, ut notat Innoc. *in cap. ult. num.* 2. *de fil. presbyt.* Oldrad. *cons.*215. *n.*6. Calder. *cons.* 66. *n.*2. Ex parte autem patris sacerdotis impedimentum non adest. Nam decretum Concilii *d. cap. 15. sess.*25. non prohibet, quominus filii illegitimi possint obtinere pensiones, quas eorum parentes obtinuerunt, sed tantum prohibet filios illegitimos obtinere pensiones ex fructibus beneficiorum, quæ parentes obtinebant, vel aliàs obtinuerunt, & sic requirit, ut patres habuerint titulum. At in casu præsenti pater non obtinuit parochialem Ecclesiam, super cujus fructibus habuit pensionem, sed tantum fuit ad ipsam præsentatus; atque ita non habuit titulum, sed tantum jus ad rem, *cap. quod autem de jure patr.* & notatur *in ea. Cum Bertoldus de re jud.* Præsentatio enim dicitur quoddam principium ad institutionem obtinendam, Abb. *cons.* 76. *num.* 3. *lib.* 2. Neque ex præsentatione contrahitur cum Ecclesia matrimonium spirituale, ficut contrahitur ex institutione, vel electione, Lapus *alleg.* 76. *n.*4. Deficiente igitur in hoc casu titulo, non intrat dispositio Concilii. Ideòque S. Congregatio jam censuit filium illegitimum non prohiberi obtinere beneficium in Ecclesia, in qua ejus pater nunquam fuit intitulatus ad aliquod beneficium Ecclesiasticum, licet pro Capellano amovibili in eadem Ecclesia inservierit, ut etiam tradit Paris. *de resignat. d.li.* 6.*quæst.*4.*n.*22. & latius, *qu.*21. *à n.*208. & Gonz. *l. ad reg.*8. *d. glos.* 5. §. 5 *n.* 21. ubi in totum his assentit, decretum Concilii non obstare, quominus pater, habens potestatem transferendi pensionem, quam possidet, possit illam transferre in filium suum Clericum illegitimum. Sed nec jus commune ante Constitutionem Clementis VII. obstare, probat Gigas *de pens. q* 86. *n.*5. Quamobrem ad hoc dubium S. Congregatio Concilii censuit, ejusdem Concilii decretum *cap.* 15. *sess.* 25. non obstare quin prædictus Sacerdos pensionem sibi, ut proponitur, reservatam, transferre possit in Clericum ejus filium illegitimum.

55 Ad quartum respondetur ex sententia ejusdem S. Congregationis. Si pater possessionem apprehendit, etiamsi per solum procuratorem apprehendisset, filium comprehendi in *d. cap.* 15. *sess.* 25. Sed si pater nunquam possessionem habuisset, neque per se, neque per procuratorem, filium non comprehendi. Nam quando lex loquitur de obtinentibus beneficium, intelligitur cum apprehensione professionis, *ea. si tibi concesso, de prab. in* 6. Glos. *pragm. sanct. tit. de collat.* §. *Item, v. obtinebunt, & de pacif. possef.* §. *Ordinarii, v. Inquirant.* Itaque possessio principaliter spectanda est. Quinimò Sac. Congregatio censuit, filium illegitimum prohiberi ex Concilio obtinere beneficium, quod olim ejus pater absque legitimo titulo, ac minus pacificè aliquamdiù possedit.

56 Ad quintum. Cardinalis Alciatus hæc annotavit; *Concilium dicit, filiis Clericorum, qui non ex legitimo matrimonio nati sunt, & sic excluduntur legitimati, qui non sunt nati ex legitimo matrimonio.* Quod verum puto in legitimato per rescriptum Principis; secus autem, si filius esset legitimatus per subsequens matrimonium. Quia talis venit appellatione nati ex legitimo matrimonio, etiam in materia stricta, ut fumat Glos. *in cap. Innotuit v. conjugata de elect.* quam sequuntur communiter Doctores *in cap. cum in cunctis num.* 13. *eod. tit.* notatque Brixien. *in suo repert. v. legitimatus*, & ad rem tenet Butr. *in cap. ad extirpandas quæst. ult.*

Ad sextum. Ad hoc dubium Sac. Congregatio respon- 57
dit, illegitimum posse obtinere Ecclesiam filialem dependentem, sive aliàs unitam accessoriè, ac per viam subjectionis matrici, dummodò pater in ea non ministraverit. Unitam verò æquè principaliter ita, ut titulatus in una, censeatur titulatus in utraque; aut si in utraque pater ministravit, non posse. Similem quæstionem proponit. Ostien. *in d. cap. Ex transmissa num.* 9. ubi etiam Bellamer. *num.*5. & Butr. *nu.* 12. *de fil. presbyt.* de quo supra.

Ad septimum. Sacra Congregatio die 21. Januarii 58
1573. ex omnium sententia, solo Cardinali Alciato dubitante censuit, non posse propter illam rationem finalem expressam in Concilio, ut paternæ incontinentæ, quæ militat etiam in nepote legitimo ex spurio, ac præsertim ponderando illam dictionem Concilii; *Longissimè arceantur*, sic ut extendatur ad omnes alias personas, quæ memoriam hanc facile refricare possent. Et quia communis opinio videtur esse *in d. cap. ad extirpandas*, quod prohibitio in filio extendatur etiam ad nepotem legitimum ex spurio, ut ac attestantur ibi Abb. & Butrius secundum quam in terminis judicavit Senatus Tholosanus, ut refert, ac probat Rebuf. *in prax. benef. fol* 312. *num.* 27.

Et quamvis Jo: Andreas, Abbas, Butrius, Bellame- 59
ra Cardinalis, Henricus teneant, nepotes non comprehendi, & fortè ista opinio sit hodie communior, attamen procedit in terminis *d. cap. ad extirpandas*, quod inititur illi soli rationi; ne detur successor. At Concilium *d. cap.* 15. inititur rationi in memoria paternæ incontinentiæ, quæ semper militat.

Unde non obstat, quod in casu præsenti vivat adhuc 60
pater illegitimus, quo casu Henricus vult, non excludi nepotem. Nam id est intuitu illius solius rationis, ne successio detur. Et ita quoque non obstat, quod in casu præsenti nepos nolit succedere immediatè avo, cum beneficium ad personam mediam prius transierit, & Bero intelligat *d. cap. ad extirpandas*, quia immediatè succeditur. Nam id quoque rationi illi inititur, ne detur successio, & Concilium considerat illam rationem paternæ incontinentiæ.

Nec obest, quod in materia odiosa nepotes non ve- 61
niant appellatione filiorum. Quia Sac. Congregatio non habuit hanc materiam pro odiosa, sed favorabili propter honestatem Ecclesiasticam.

Minus obstat, quod pater, prohibitus relinquere fi- 62
lio spurio, non censeatur prohibitus relinquere nepoti legitimo ex filio spurio, ut per Bartol. *in l. Gallus*, §. *Quod si is*, *ff. de lib. & post.* & Paleot. *de noth. ac spur. cap.* 53 *per l. fin. C. de natur. liber.*

Nam id procedit in profanis, & in iis, in quibus non 63
est posita illa ratio memoriæ incontinentiæ paternæ. Quamquam autem hæc fuerit sententia S. Congregationis. Quia tamen diuturnula & exemplaris visa est, ideò verbum cum Sanctissimo faciendum dixit. Sanctissimus, audita resolutione Congregationis, jussit perquiri, an aliquid inveniretur in Dataria, in Cancellaria, in Rota. Sacra Congregatio, adhibita diligentia in Dataria, & in Cancellaria nihil certi invenit, Rota verò, re discussa, exhibuit decisionem pro nepote. Cumque de eo casu iterum agendum esset in Congregatione, dilata res fuit ita, ut amplius de eo casu non fuerit tractatum in Congregatione; quia qui pro urabant, non curarunt amplius prosequi, nec scire quid statueretur in Congregatione.

Postea supervenit alius casus Legionensis, quem San- 64
ctissimus ad Congregationem misit, ut tandem decerneret. Visæque fuerunt novæ allegationes cum decisione Rotæ, & die 17. Maij 1576. in Congregatione, re maturè discussa, ex novem Cardinalibus, duo S. Crucis, & Commendonus censuerunt, amplius deliberandum, & videndam decisionem Rotæ. Tres Gesvaldus, Ursinus, Alciatus pro nepote omnino censuerunt. Quatuor Uvarmiensis, Lomellinus, Senonensis Carafa contra nepotem. Gesvaldus fuit etiam in singulari opinione, nihil dicendum, sed si decidendum, sensit pro nepote, tamen referendum Sanctissimo.

Die 7. Junii 1576. Congregatio generalis, dixit, quod 65
licet

licet aliàs dubitaverit, tamen, visa decisione Rotæ, stat pro nepote, & etiam Commendonus. Et ita quinque Cardinales steterunt pro nepote.

66 Die 17. Julii ejusdem anni, cùm Alciatus retulisset supradicta omnia, Sanctitas sua, omnibus diligenter perpensis, & memor illius *legis fin. C. de natural. liber.* item illorum verborum Concilii de dispensatione agentium, item aliarum rationum, aliàs adductarum, statuit pro nepote legitimo ex filio, seu filia illegitimis, ita, ut non comprehendatur decreto Concilii *d. cap.* 15. & sic possit habere beneficium, quod fuisset avi. Et addidit duas alias rationes. Prima, quia cùm communis stet contra assertionem illam in *d. cap. ad extirpandas*, ut Rota collegit in suo voto, sicque communis opinio hodie stet pro nepote isto, cum item ex novem Cardinalibus Congregationis, quinque pro nepote senserint, standum est communi sententiæ. Altera est, quia Concilium dicit, ut paternæ incontinentiæ. At hoc nunquam poterit objici isti nepoti, cujus pater non fuit incontinens; quia eum ex uxore legitima genuit. Rotæ decisio legitur, ut dixi, apud Navar. *cons.* 10. *de fil. presbyt.*

67 Ad octavum. Ratio dubitandi, cur non procedat, vivente avo, illa est; primùm quia præsumitur fraus, quando consentit avus pensioni in favorem personæ, tàm conjunctæ, *arg. l. penul.* §. 1. *ff. de bon. libert.* Pater enim & filius una censetur persona, *l. fin. C. de impub.* At Concilium *d. cap.* 15. *sess.* 25. expressè fraudibus obviam iri voluit, dum reciprocas resignationes reprobavit. Deinde quia majus scandalum est, ut avus solvat pensionem, sive renunciet beneficium secum nepoti ex filio spurio, quàm ut solvatur, aut renuncietur ab extraneo, ipsoque avo defuncto. Rursus videtur non posse, vivente filio illegitimo. Tum quia, qua ratione excluditur filius, eadem excluditur nepos in ejus potestate constitutus, *l. quæritur de bon. libert.* Alioquin ex persona filii sui legitimi consequeretur spurius indirectè à patre naturali, quod ipse prohibetur obtinere contra *l. Quod conditionis*, ubi hoc notat Glos. 1. *ff. de denot. caus. mort.* Et tum quia turpitudo, & memoria incontinentiæ paternæ magis spectatur, ac vivit, vivente ipso filio illegitimo, quàm eo mortuo. Imò declaratio videtur non procedere, filio illegitimo defuncto. Quia tunc nepos incipit esse proximior avo. Qua ratione Ostien. *in d. cap. ad extirpandas*, & in Summa *eod. tit.* §. *qui filii*, ac nonnulli alii censuerunt ad evitandam successionem in beneficiis nepotem ex filio illegitimo mortuo non posse beneficium avi obtinere.

68 His tamen minimè obstantibus, videtur respondendum declarationem procedere, etiam vivente avo. Quia secundum considerationes Sac. Congregationis sufficit nepoti, natum esse ex legitimo matrimonio, ut capax sit beneficii aviti, & non comprehendatur sub dispositione Concilii exclusiva, nec repræsentare incontinentiam paternam. Ergo vivat avus, nec ne, non debet eidem nepoti obesse. Et quia talis distinctio non probatur jure, nec fit ab aliquo Doctore, licet exagitata sit quæstio, An nepos ex filio illegitimo succedere valeat in beneficio avito, ut in *d. cap. ad extirpandas de fil. presbyt.* per Doctores, & patet ex decisione Rotæ supra citatæ, quæ collegit tres opiniones ea de re. Ac etiam quia sicut Concilium in *d. cap.* 15. non distinguit, vivat, nec ne pater, sed indistinctè excludit filium illegitimum ab Ecclesia paterna; ita declaratio, quæ non excludit nepotem legitimum indistinctè accipienda est. Ac demum quia ratio dubitandi propter fraudem cessare videtur ex eo, quod de bonis, ac fructibus beneficii, quæ filius obtinet, pater non percipiat, cùm in his non quæratur patri usus fructus, sicut nec in peculio castrensi, vel quasi castrensi *Instit. per quas personas nob. acquir.* Facitque responsum Guidopap. *cons.* 99. Si replicetur, illos proventus, quos nepos accipit ex beneficio avito, percipere ex occasione filii spurii. Respondetur, occasionem non facere, ut ipsi filio quicquam acquiratur, *arg. l. socium*, §. *socius*, *ff. pro socio.* Proviso Concilii contra fraudes non extenditur ultra terminos præmissæ prohibitionis. Ratio majoris scandali non est per se sufficiens ad includendum nepotem sub dispositione Concilii, quem declaratio Sac. Congregationis à decreto Concilii exemit, non obstante, quod viderit aliqua scandala subesse.

Nec distinguendum, vivat, nec ne filius illegiti- 69
mus. Tum quia Sac. Congregatio, sequuta sententiam Rotæ hanc distinctionem non admisit. Tum quia, cùm ex dictis appareat, diversam esse rationem excludendi nepotis, ac filii, cessat argumentum ex *l. queritur*, & *l. quod conditionis*, nec memoria incontinentiæ paternæ nocere debet nepoti in his, quæ aliunde sibi, quàm ex patre proveniunt, *l. cum qui*, *ff. de interd. & relig.* Burr. *cons.* 29. Et tum quia, si aliqua distinctio facienda esset, videretur amplectenda illa Ostiensis, ut nepos tunc excludatur, quando pater mortuus reperitur propter speciem successionis prohibitæ. At ista non probatur, quia in jure ille, qui est incapax, non facit gradum in successorio edicto. Spurius autem est incapax. Præterea distinctio est probabilis, si nepos per mortem patris recideret in potestatem avi. At id non contingit, nisi in filiis susceptis ex justis nuptiis, *Instit. de patr. potest. sub initio.*

Quæ multò magis procederent, si ageretur de nepo- 70
te ex filia illegitima, quem non habet in potestate, §. *sui*, *Instit. de hæred. qualit. & diff.* Neque est capax beneficii, ut ejus persona intermedia prodesse, aut abesse non debeat.

Cæterum si principalis declaratio, olim à Sac. Con- 71
gregatione edita cum approbatione Gregorii XIII. in dubium revocaretur, non absurdè probari posset, nepotem ex filio illegitimo comprehendi decreto Concilii exclusivo. Primò, quia fuit præsuppositum materiam *cap.* 15. esse odiosam, quæ tamen inspecto fine principali favorabilis censenda videtur, utrumque odium, & pœnam respectu certi generis personarum contineat, *arg. eorum*, quæ notat Bartol. *in l. qui exceptionem*, *ff. de condit. indeb.* In materia autem favorabili appellatione filiorum comprehendi nepotes, in confesso est apud Bartolum, & alios in *l. liberorum de verb. signif.* Etiamsi dispositio loqueretur de filiis ex se natis, ut post Bartolum ibi *nu.* 6. per *l. Lucius de hæred. instit.* tenuit Jason. *in l. Gallus* §. *quid si is*, *num.* 23. *de lib. & posth.* & consequenter, etsi Concilium loquatur de filiis Clericorum, qui non ex legitimo matrimonio nati sunt. Verùm est tamen, hunc nepotem, attenta paterna origine, non esse natum de legitimo matrimonio, & vitium patris influere in filium, non est in jure novum, *l. quisquis*, *C. ad leg. Jul. majest.* Præterquamquod illa verba intelligenda sunt, ut non excludantur filii eorumdem Clericorum ex legitimo matrimonio.

Secundò, consideranda sunt illa verba Concilii, *ut* 72
paternæ incontinentiæ memoria longissimè arceatur. Item illa, *quæ parentes eorum obtinent, vel obtinuerunt.* Nam non arcentur longissimè, si arcentur dumtaxat filii primi gradus. Nec frustrà usi sunt Patres Concilii verbo *Parentum*, quod avos, & proavos complectitur, *l. quique*, §. *parentum*, *ff. de in jus vocan.*

Tertiò, non sola suspicio, quam Rota consideravit, 73
quod filius esse soleat patri similis, est ratio decreti Conciliaris, sed multiplex, nempè odium paternæ incontinentiæ, propter quam etiam leges civiles alienos faciunt filios à successione parentum, *tot. tit. C. de natural. liber.* Puritas & decor Ecclesiæ, *ca. Cum decorem de fil. presbyt. & d. cap.* 15. *in princ. sess.* 25. Ne peculium Christi indignis concedatur. Pius V. in *constit. contra illegitimos* §. 1. *Scandalum populi*, & ad extirpandas successiones in beneficiis. Ex quibus rationibus, si non omnes æqualiter militant in filio

filio certè pleræque sunt considerabiles. At quando sunt plures rationes alicujus dispositionis, non protinus, ubi aliqua deficit, cessat dispositio, §. *affinitatis*, *Instit. de nupt.*

74 Non tamen recedendo à principali declaratione in casu proposito, videtur respondendum, nepotem legitimum ex filio, vel filia illegitimis non prohiberi, quin possit obtinere beneficium avitum, sive pensionem super fructibus aviti beneficii, sive avus, & pater, vel mater vivant, sive non.

75 Quid autem juris sit in nepote illegitimo ex filio itidem illegitimo, an scilicet excludatur à beneficio avi, vide Garziam *de benef. par.* 7. *cap.* 3. *num.* 27. ubi refert decisum pro nepote.

76 Sed, an sicuti filius prohibetur obtinere beneficium, quod obtinuit pater, vel in Ecclesia, quam obtinuit pater, ita pater prohibeatur obtinere beneficium, quod obtinuit filius, vel in Ecclesia, quam obtinuit filius?

77 Et quidem si quærimus de patre legitimo, quæstio discutienda est dumtaxat, inspecta dispositione juris communis. Nam cum neque Constitutio Clementis VII. neque Sac. Concilium *d. cap.* 15. *sess.* 25. loquantur de filiis legitimis, sed tantum de illegitimis, sequitur, quod neque loqui possunt de patre legitimo ex *reg. l.* 1. *ff. de his*, *qui sunt sui*, *vel al. jur.* §. 1. *Instit eod. tit.*

78 Restringendo igitur difficultatem ad dispositionem juris communis, quo prohibetur tantùm successio in beneficio, quod obtinuit pater, *d. can. Apostolica* 8. *q.* 1. *cap. ex transmissa*, & *cap. ad extirpandas de fil. presbyt.* illa perdifficilis videtur: Etenim quod pater sit prohibitus succedere, suadetur ex eo, quod pater, & filius sunt correlativa, præsertim in materia successionis, *l. nam et sparsibus*, *C. de inof. testam.* Atque adeò sicuti filius prohibetur succedere in beneficio, quod obtinuit pater *d. cap. ex transmissa*, cum alias, ita pater prohibetur succedere filio, §. *filium*, *auth. quib. mod. natur. effic. sui*, Bartol. *in l. fin. num.* 6. *ff. de his*, *qui*, *ut indign.* Alex. *cons.* 150. *num.* 6. *lib.* 2. Quæ ratio attenditur ex eo, quod versamur in patre legitimo, in qua non militat, ratio paternæ incontinentiæ, sed sola ratio, ne inducatur successio in beneficiis, Rota coram Seraph. *d. decis.* 1442. *num.* 5. Et hanc opinionem in specie patris legitimi probat Lotter. *de re benef. lib.* 2. *cap.* 48. *num.* 183. *& seq.* cui suffragatur Ostien. *in d. ca. ex transmissa col.* 2. quem sequuntur Archid. *in d. can. Apostolica nu.* 39. *quæst.* 1. ibique Gemin. *num.* 2. ac Bellamera, dum hanc opinionem probant in patre illegitimo ex sola correlationis ratione.

79 Pro contraria verò sententia, quod pater non prohibeatur succedere in beneficio, quod obtinuit filius legitimus, non parum facit, quod textus *in d. cap. ex transmissa*, *cap. ad extirpandas*, *cap. ad hæc*, *& cap. Michael de fil. presbyt.* qui loquuntur de filiis legitimis, omnes loquuntur de filiis, nec verbum est ullum, quod adaptari possit patri. Ideòque prohibita facta filio, non extenditur ad patrem, de quo jura non loquuntur, *can. consuluisti* 2. *quæst.* 4. præsertim quia pœnæ sunt restringendæ, non extendendæ, *cap. nonnulli*, *de rescript.* Et hanc opinionem comprobat communis conclusio, quod licet filius illegitimus prohibeatur succedere patri, attamen pater illegitimus non prohibetur succedere filio. Eam tenent Alanus, Vincentius, & Tancredus *in cap. quoniam de fil. presbyt.* Glos. *in d. can. Apostolica* 8. *q.* 1. *v. forte*, ibique Prepos. *nu.* 4. ubi testatur de communi. Jo: Andr. *in d. cap. ex transmissa*, ubi Anchar. *nu.* 2. Butr. *num.* 11. Abb. *num.* 3. Bellam. *nu.* 4. Cardinal. *quæst.* 2. Boich. *in d. cap. ad extirpandas num.* 4.

80 Hæc sententia verior est. Primò, quia sufficit ad hunc effectum, quod patri non reperiatur id de jure prohibitum *l. Illud. C. de collat.* Quod enim jure cautum non reperitur, non est præsumendum, *d. can. Consuluisti* 2. *quæst.* 4. & Cravet. *cons.* 9. *num.* 2.

81 Deinde quia, licet in successione dispositio loquens de patre habeat locum in filio, attamen quod pater, succedat in beneficio filii, vel filius in beneficio patris, non est propriè successio; quia jus patris, vel filii per mortem extinguitur & successor in beneficio, non acquirit jus ex persona defuncti, sed gratia collatoris.

Et quamvis Sacri Canones detestentur successionem 82
in beneficiis, non tamen intelligunt de successione formali, sed successione similitudinaria, & proinde non est arguendum in hac successione, prout arguitur in successione formali bonorum. Atque hæc quoad patrem legitimum.

Si verò loquamur de patre illegitimo; quoniam in eo 83
dispositio juris communis reperitur innovata per Constitutionem Clementis VII. & per S. Concilium Tridentinum *d. cap.* 15. *sess.* 25. quæstio examinanda est secundum has dispositiones, quibus perpensis, etsi multa possent hinc inde afferri, recepta tamen opinio est, tam à Doctoribus, quàm à Curia, ut neque vigore Constitutionis Clementis, neque ex decreto S. Concilii impediatur pater obtinere beneficium, quod obtinuit filius, vel in Ecclesia, quam habuit filius. Hanc sententiam probant Doctores, à nobis supra relati, quibus adde Gig. *de pens. qu.* 86. *n.* 10. Rebuf. *in prax. tit. de disp. super defec. natal. n.* 29. & alios, quos refert, ac sequitur Garz. *d. p.* 7 *cap.* 3. *n.* 28. Eamque probavit Rota in Burgen. pensionis 12. Julii 1579. coram Bubalo, ac *decis.* 1951. *par.* 3. *dub.* & coram Seraph. *d. decis.* 1442.

Quæ sanè limitatur ut quamvis pater non impediatur 84
obtinere beneficium, quod obtinuit filius, tamen vivente filio, non potest obtinere beneficium in Ecclesia, in qua obtinet filius. Quia esset opus, quod filius cogeretur ad resignandum vigore Concilii, quod ne fieri contingat sine culpa filii, satius est, patrem obtinere, ut explicat Garz. *loc. cit. num.* 30 *ac* 31.

Effata. In Faren. Leodien. Tergesten. Filius non po- 85
test beneficium in eadem Ecclesia, in qua pater habuit, obtinere, etiam mortuo patre. Si autem ante Concilium habebat beneficium in Ecclesia, in qua pater, non comprehenditur hoc decreto, si pater erat mortuus antequam Concilium ligare inciperet; nec potest esse Cappellanus, vel Coadjutor, nec beneficiatus, Sac. Congregat. Concilii.

In Miranden. Nec etiam illius, qui per procuratorem 86
cœpit possessionem beneficii; secus si illam pater nunquam per se, vel per procuratorem accepisset, aut super eo litteras Apostolicas non expedivisset, si ejus collatio ad Sedem Apostolicam spectabat. Eadem Sac. Congregatio.

In Civitatensi. Pater, qui est Coadjutor filii in Canoni- 87
catu, cedere tenetur omne jus filio. Posset tamen aliquid sibi reservare fructuum, aut pensionis. Eadem Sac. Congreg.

In Vicensi. In Ecclesiis sororibus aliarum Ecclesia- 88
rum, sicuti sunt aliquæ in Hispania, in quarum altera residendo in principali præsupponitur, non potest pater residere in una, & filius in altera. Eadem S. Congregatio.

In Toletana. Fuit tamen aliquando concessum à pio 89
IV. patrem, & filium posse habere beneficium in eadem Ecclesia, de consensu tamen Episcopi, & majoris partis Capituli.

In Cordubensi. Cum patre habente præbendam theo- 90
logalem in Ecclesia, in qua ejus filius illegitimus Canonicatum obtinebat, qui filius, licet Canonicatum dimittere teneretur, tamen ob virtutum suarum meritò, & testimonium ipsius Episcopi, fuit dispensatum, ac etiam cum filio, dummodo idem pater abstineret ab Ecclesia, sed per substitutum, ab Episcopo eligendum legeret, cum aliqua portio de consensu Capituli, & Episcopi assignetur. Eadem S. Congr.

In Burgensi. Filius illegitimus, qui vigore hujus decre- 91
ti resignare tenebatur, non fuit exclusus à resignatione, etiamsi super eo alter haberet regressum. Eadem Sac. Congregatio.

92 In Cordubenſi. Filius illegitimus cum haberet portionem, ſibi datam in titulum, & illi, qui reſignavit ei reſervaverit ſibi penſionem, & regreſſum, & pro expeditione reſignationis, ac liberatione penſionis dictus filius conſumpſerat totum patrimonium; in ea verò Eccleſia pater ejus habebat aliam portionem undè filius nec retinere poterat, obſtante Concilio, nec reſignare obſtante alio decreto Concilii, quod non haberet, unde viveret, nec minus ſuſpendi regreſſus; ideò in hac perplexitate adhibitum fuit moderamen, quod filius reſignaret portionem ſuam habenti regreſſum, vel cui voluiſſet, reſervata ſibi congrua penſione, vel portione fructuum. Quod ſi habens regreſſum recuſet acceptare reſignationem, tunc, facta ei prius oblatione, & eo recuſante, poſſet alteri reſignare, reſervata ſibi penſione, & ſuſpenſo interim regreſſu ita, ut locum habere non poſſit, niſi poſt ceſſum, vel deceſſum ipſius reſignatarii. Eadem S. Congregatio.

93 In Burgenſi. Cùm ante Concilium collatum fuiſſet alicui beneficium in Eccleſia, in qua pater ejus miniſtraverat, hoc decretum non obſtat, licet poſſeſſionem dicti beneficii non obtinuerit, niſi poſt Concilium, dummodo per eum non ſteterit, quominus priùs poſſeſſionem illius adipiſcatur. Eadem S. Congr.

94 In Vicenſi. Filius omninò cogendus eſt, reſignare beneficium, quod obtinet in illa Eccleſia, in qua pater obtinuit, quia, filius ſemper repræſentat incontinentiam paternam. Hoc tamen moderatum quandoque fuit de Ordinariorum conſenſu, ſi pater reſignaſſet ſua ſponte beneficium. Eadem S. Congregatio.

95 In Conchenſi. Pius IV. per ſuam Bullam aſſignavit terminum ſex menſium omnibus presbyterorum filiis, ut reſignarent beneficia.

96 In Calaguritana. Illegitimus obtinens beneficium in Eccleſia, in qua pater habebat, & habens jus optandi, non poteſt, nec etiam per hujuſmodi optionem beneficium conſequi. Eadem S. Congregatio.

97 In Tiratonenſi. Illegitimus, qui vigore diſpenſationis Apoſtolicæ aſſecutus eſt Canonicatum in Eccleſia, in qua pater ante concluſionem Concilii fuerat Archidiaconus, non poteſt alium Canonicatum in eadem Eccleſia aſſequi. Eadem S. Congregatio.

98 In Mediolanenſi. Non ſolum filius illegitimus non poteſt obtinere beneficium in ea Eccleſia, in qua pater obtinuit, ſed nec canere in eadem Eccleſia tamquam muſicus ſimplex. Ead. S. Congregatio, ſed contra *cap. conqueſtus de fil. presbyt.*

99 In Leodienſi. Filius illegitimus ita eſt prohibitus miniſtrare in Eccleſiis, in quibus pater, ut non poſſit eſſe beneficiatus in ea Eccleſia cujus Canonici ita beneficiati in certis ſolemnitatibus ſolent canere in ea Eccleſia, in qua eſt pater illius, qui aliquam orationem dictarum ſolemnitatum, & proceſſionum dicere debet.

100 In Compoſtellana. Filii intra trium menſium ſpatium reſignare debent ſua beneficia. Quod adeò verum eſt, ut ſi poſt dictos menſes tres, reſignaverint, nihil eis prodeſt hoc decretum.

CONSULTATIO CXLI.

An, ſicuti reducta ſunt delicta, quæ non gaudent immunitate Eccleſiarum ita quoque reduci poſſint Eccleſiæ quæ immunitatis privilegio non gaudeant? Ubi de numero Civitatum refugii in Regno Iſraelitico, & an Templum Salomonis, ſive Iudæorum gaudebat hoc privilegio? Ubi etiam de cauſis multitudinis Templorum apud Chriſtianos.

1 REſpondeo, affirmativè. Primò, quia contrarium non reperitur ſcriptum, neque ab Apoſtolis traditum nec talis traditio ex Patribus, aut alio probabili modo oſtendi poteſt.

2 Deinde ex illo principio generali, quod Chriſtus nullas leges cæremoniales Eccleſiæ ſuæ, tribuit, præter ſubſtantiales ritus ſacrificii, & Sacramentorum; reliqua verò, quæ ad cæremonias, & res ſacras pertinent, per ſuos Vicarios diſponenda reliquit, inter quæ recenſeri poteſt Immunitas Eccleſiarum. Unde ipſa Templorum benedictio, & conſecratio ab Eccleſia inſtituta eſt, modus etiam hujus Immunitatis, determinatio ejus quoad loca, perſonas, delicta, effectus, & alia hujuſmodi, de jure Eccleſiaſtico ſunt.

poſtremò, quia non eſt per ſe, ac intrinſecè malum, 3
malefactores per vim è Templo extrahere: Quia cùm id non fiat formali, & directa intentione in contemptum vel irreverentiam Templi, ut ſupponendum eſt, ex vi ſolius operis, & ſecluſa prohibitione, poſitiva, non eſt irreverentia, aut injuria Templi. Unde in caſibus exceptis à Conſtitutione Gregorii XIV. hoc fit ſine irreverentia Templi. Atque hoc eſt ſignum in caſibus non exceptis id eſſe malum, quia prohibitum, non autem contra, ideò eſſe prohibitum, quia per ſe eſt malum. Nam actio illa per ſe juſta eſt, & non eſt indecens in tali loco, præſertim quando eſt neceſſaria. Nec etiam ipſe locus ex vi ſuæ conſecrationis habet jus peculiare ad tuendum confugientes ad ſe, niſi ei ab aliquo habente poteſtatem, concedatur. Ex ſolo autem jure naturæ non inveniatur principium, ex quo conſtet, illi eſſe conceſſum. *Ad* ſummum autem dictat ratio naturalis, eſſe conſentaneum dignitati illius loci, ut hoc ei privilegium concedatur. Cumque hoc privilegium eſt ex voluntate humana, ideò probitio hæc non eſt de jure naturali, ſed proximè in jure poſitivo.

Atque eſto fuiſſet à Deo conceſſum antiquo Taber- 4
naculo, aut Templo, illud tamen jus non extenderetur ad Templa Chriſtiana. Tum quia ſunt diverſæ rationis & privilegium uni conceſſum non transfertur ad alia. Tum maximè quia illud jus pertinuiſſet ad cæremonialia veteris legis, quæ in nova non habeat vim. Unde ex hoc capite erroneum eſſet dicere, Templa noſtra gaudere nunc hoc privilegio in virtute, & efficacia legis veteris. Hinc enim ſequeretur, legem illam non eſſe mortuam, quoad cæremonialia, cùm tamen etiam mortifera ſit.

Eoque præſertim, quia in Summis Pontificibus præ- 5
ter alias dotes, regnare debet ſtudium Juſtitiæ, ac Religionis, quibus, tanquam virtutum omnium circo, populi, ac Reipublicæ ſalus continetur. Hæ geminæ quaſi faces, quæ aditum nobis tum ad vitæ hujus tranquillitatem, tum futuræ beatitudinem præmonſtrant. Vis facilem tibi, ac propitium Deum? Religionem cole, quæ conſcientiam mentis noſtræ regit. Vis benevolos tibi probos omnes? Cole Juſtitiam, illam rerum humanarum, divinarumque Reginam, quæ juris, ac legum ſanctione fundat humanam ſocietatem, & ſine qua maximè res, ac opes, tanquam corpus anima, ſpirituque defectum, ſua mole collabeſcunt. Vis amicos utroſque? Religionem cum Juſtitia conjunge, & Deum tibi, ac homines devinxeris. Non ſatis eſt, aut ſine Religione Juſtitia, aut ſine Juſtitia Religio. Jungi hæc duo, & ſacro quodam vinculo copulari oportet, niſi à ſummo fine, adeòque à ſummo etiam Bono aberrare quis velit.

Porrò quemadmodum malitia, atque improbitas vir- 6
tutis, & integritatis pallio ſe tegere, atque veſtire ſoler, ita ſaluberrimum hoc miſerorum, & afflictorum ſolatium à maleficii, ſceleruſque, ac flagitiorum mancipiis in abuſum tractum eſt. Quocirca nonnulli Aſyla omnino ſuſtulerunt; rectius verò illi, qui certis ea legibus, & conditionibus reſtrinxerunt. Tiberius Imperator templa Græcorum luſtravit ac repurgavit, ut eſt apud Tacitum 3. *annal.* Suetonius verò in ejus vita *cap. 36.* ſcribit eum jus, moremque Aſylorum, quæ uſquam erant, aboleviſſe. Idemque Auguſtus Cæſar fecit, teſte eodem Suetonio, ac Dione in ejus vita. Illoſque imitatus eſt Henricus VII. Anglorum Rex, cùm aſſiduis rebellium inſidiis regnum turbaretur, ut coerceret improbos, qui conſpiratione non ſuccedente, in diverſa Aſyla ſe recipiebant; auctore Polydoro Virgilio *lib. 26. Angl. Hiſt.*

Iſidorus vero Peluſiota Cyrenium Ducem graviſſimè 7
objurgavit, atque à propoſito delendi Aſyla abſtertuit *epiſt.* 174. *lib.* 1. quæ talis eſt; *Chartam nobis cives miſerunt pro Eccleſiæ foribus fixam, ut inquiebant, antequam urbem*

urbem perfugium in Eccleſiam elandit. Quod quidem non ſolum crudelitatis, ſed etiam impietatis ſuſpicionem habet. Nam ſi nec cauſa dicenda poteſtatem facis, nec fugam in Eccleſiam permittis, nimirum hac ratione, & calumniatores exacuiſti, & injuriarum numerum auxiſti. Quonam igitur pacto jus, & æquum deprehendes? Quonam pacto eum, cui injuria infertur conſervabis? Qui ne à potente adverſario conficiatur, & opprimatur quod Iudicem non habeat, qui ſuas injurias ulciſcatur ad inexpugnabile Templum confugit.

8 Quam epiſtolam opponimus ſententiæ illorum, qui putant, ſupervacaneum hodie eſſe Aſylorum remedium, cum leges omnibus hominibus æqualiter ſecuritatem tribuant, neque metuendum ſit, ut innocens à proximis occiſi interficiatur. Quam vindicationem privatam ſatis prohibuerint Jura Civilia. Præterea quia Aſyla veteris Teſtamenti Chriſtum, in quo contra diabolum, noſtrum ſanguinem ſitientem, tutum receptum haberemus, & cujus morte omnia peccata noſtra expiata eſſent, præfigurarint, eoque jam exhibito meritò ceſſare debeant.

9 Quæ argumenta quanti ſint ponderis, cuivis facilè patet. Primum quidem petitum *ex l. 28. §. 7. de pœn. inde*: Quia ratio illa non in totum tollit confugium ad ſtatuas, multo minus tollere debet refugium ad Aſyla, atque loca ſacratiora, cùm jus novum interpretatione non debeamus *extendere*. Neque alterum etiam concludit. Conceſſo enim, conditionem mortis Pontificis Maximi typicè ſignificare ſummum ſecundum ordinem Melchiſedech Sacerdotem, & Salvatorem Noſtrum Jeſum Chriſtum, ſcopus tamen Legis latoris non erat per Aſyla hoc docere, ſed homicidii conſilium voluit corporaliter. Itaque quemadmodum æterna lex eſt homicidii, ita eſt Aſylorum ſalutari temperamentum perpetuum ſtare poſſe, conditione licet una, atque altera pro arbitrio Legislatorum immutata, ſalva pace diſſentientium, inter quos & Covar. *l. 2. var. cap. 20. n. 2.* tueri nos poſſe putamus, nobiſque conſentit Zepperus Legum Moſaicarum *forenſ. explanat. lib. 1. c. 7. Lex, de Aſylis*, inquit, *inter illas quoque pertinet, quas morales, cæremoniales, & forenſes ſimul dixi. Morale enim hic porro, & perpetui juris eſt, homicidas non temere, ſed cauſa probè cognita prius ulciſcendos eſſe. Qui verò nullo animi propoſito quempiam occiderit, à morte vindicandum, & innocentis, aut ſaltem non planè nocentis vitæ conſulendum eſſe. Hinc Patres Eccleſiaſtici, & Concilia quædam præclare adhuc de Aſylis ſentiunt, ut videlicet innocentibus, & immerito preſſis tuta ſint perfugia, neque ſanguis innoxius effundatur.*

10 Quatenus verò tolerari debeant Aſyla diſputant multi. Ego nonniſi quinque poſitis cautionibus Aſyla retinenda eſſe, autumo. Primum, ne privatæ ſeu publicæ res ea licentia lædantur. Deinde, ne ſpe veniæ, atque immunitatis cuiquam injuria fiat, aut vitia nutriantur, foveanturque. Ad hæc videtur eſſe cavendum, ne pateant omnium generum criminum, ſed certis quibuſdam concedantur, quod factum à Gregorio XIV. Omnibus enim ſceleribus Aſyla dare, longè à pietate alienum eſt. Statuendum præterea videtur, ne crebra, & frequentia ſint, ut homines prudentius, & gravius in actionibus periculoſis agant. Ideòque eorum numerus contrahendus. Occurrendum etiam eſſet, ne qui detinentur in Aſylis, cùm adhibito judicio, fontes deprehenſi fuerint, facilè poſſent evadere.

11 Et quidem lex vetus in toto Regno Iſraelitico ſex tantummodo habuit Aſyla. Conſtatenim ex *n. 35.* & *Deuter.* 19. fuiſſe Civitates refugii, quarum tres ultra Jordanem fuerunt, ſcilicet *Bazer* in deſerto, *Ramoth* in Galaad, *Golon* in Baſan. Atque hæ à Moyſe conſtitutæ fuerunt. Tres aliæ à Jehoſua in ipſa terra Chanaan ordinatæ fuerunt, nempè *Sichem* in monte Ephraim, *Kadeſch* in monte Nephthali, & *Hebron* in Juda.

12 Hæ Civitates æquali ſpatio ab invicem diſſitæ fuerunt ita, ut æquale ſpatium à meridie ad Hebron, ab Hebron ad Sichem, à Sichem ad Kadeſch, à Kadeſch ad Aquilonem eſſet. Viæ, quæ ad illas ducebant, complanatæ erant ut nullum eſſet obſtaculum, quod fugientem homicidam impedire poſſet. In bivio, aut trivio ſtipes erectus fuit, in quo ſcriptum erat *Miklat*, aut fugientem dirigeret in eam viam, quæ ad Civitatem refugii ducebat.

Oportebat iſtas Civitates non nimis parvas eſſe, ne de- 13
ficerent victui neceſſaria; nec etiam nimis magnas, ne fortè per frequentiam hominum, eo confluentium, ut fit in magnis urbibus, vindex ſanguinis, propinquus ſcilicet occiſi, urbem, non obſervatus, ſubintraret, atque fugitivo, ibi exulanti, inſidias ſtrueret; ſed urbes mediocres eſſe debebant. In loco, ubi aquarum copia erat, eſſe oportuit. In loco erant, ubi ſæpius nundinæ haberentur, quo facilius cibaria, & reliqua neceſſaria haberi poſſent. Opus erat, ut in vicinia multi pagi eſſent, ad arcendum adverſarium, ſi fortè exercitu ſtipatus veniens, vi urbem ingredi, & homicidam occidere veller. Si Civitas refugii deſtinata erat civibus & incolis, Sacerdotes Levitæ ac Iracelitæ alliunde averſabantur.

Non licuit in hujuſmodi Civitatibus nec arma belli- 14
ca, nec venatoria, nec retia, nec funes, aut aliquod tale ſapere, ne fortè vindex ſanguinis prætextu emendi aliquid, in urbem veniret, atque ita homicidam opprimeret. Neceſſe erat, Cives urbis refugii homicidæ, venienti artificium aliquod parare, quo vitæ neceſſaria comparare ſibi poſſet. Ea de cauſa, ſi homicida unus ex ſtudioſis diſcipulis fuit, Rabbo, præceptor ejus, ſimul cum eo exulare cogebatur. Quod ſi homicida erat Rabbi, ſchola ipſius in Civitatem refugii transferebatur.

Duo, aut tres viri ſapientes homicidæ fugienti adhi- 15
bebantur qui adverſarium, ſanguinis ultorem, ſi fortè in itinere occurreret, blandis verbis, & admonitionibus abarcerent, ne quid violentius, nondum diſcuſſa cauſa, in homicidam moliretur. Nullus homicida fugiens impediri debebat, ſive caſu, & ignorante, ſive temerè, ac dedita opera aliquem occidiſſet.

Cauſa homicidæ, ita peragebatur. Conſiſtorium, quod 16
eo in loco erat, ubi homicidium perpetratum fuerat, mox homicidæ cauſam diſcuſſit, reductumque ex Civitate refugii, indicio ſtatuit, qui ſi reus mortis deprehenſus eſt, mox à magiſtratu occiſus fuit, ſin homicidium ejus caſu factum deprehenſum eſt, publico, & ſalvo conductu in Civitatem refugii reductus fuit. Homicida exul, non in ipſa tantum Civitate refugii, ſed & extra urbem intra terminum urbis conſtitutus, tutus quoque fuit.

Homicidæ ex civitate refugii diſcedere non licebat, 17
& ad ſuos redire, donec moreretur Summus Pontifex. Poſt Summi Pontificis obitum domum reverſus, ad priſtina officia, munia, dignitatem, ac poteſtatem, ſi quam antea habuit, rurſus admiſſus fuit. Quare Hebræi tradunt, Summorum Pontificum matres homicidis exulantibus munera ſæpiùs miſiſſe, multaque in eos beneficia contuliſſe, quominus Summi Pontificis mortem exoptarent. Quod ſi fugitivus, vel exul homicida in ipſa etiam urbe refugii aliquem occidiſſet, eadem quoque urbe migrare, & fugere cogebatur de vico in vicum, de vicinia in viciniam. Quod ſi Levita aliquem occidiſſet, de civitate in civitatem exulabat.

Cur verò Deus homicidam eo in loco, ubi Summus 18
Pontifex degebat, degere noluerit, hanc cauſam Hebræi aſſignant; quia homicida dies hominis abbreviat, Summus verò Pontifex prolongat. Unde æquum non eſt, ut abbreviator coram prolongatore verſetur, Homicidam item contaminare terram, ac divinæ præſentiæ majeſtatem removere, Summum autem Pontificem, eam mundare, ac præſentiæ majeſtatis divinæ occaſionem eſſe, ut quieſcat ſuper homines in terra. Æquum ergo non eſſe, ut alius cum alio verſetur.

Templo autem Salomonis negat Abulenſis *in cap.* 20. 19
Joſue q. 7. habuiſſe hoc privilegium à Deo. Tum quia nullibi legitur in Sacra Scriptura hæc conceſſio. Imò 3. *Reg.* 2. legitur Joab juſſu Salomonis occiſum fuiſſe in Sanctuario eo tempore, quo Salomon creditur Deo placuiſſe, ſcilicet in principio ſui regni. Unde factum illud

nullibi reprehenditur. Tum etiam quia in illo populo assignatæ fuerunt à Deo aliæ Civitates refugii, quæ sufficientes erant ad tutelam confugientium. Et tum denique, quia cum Templum illud esset dumtaxat unum, non poterat esse sufficiens pro refugio totius populi, neque oportuit illud addere civitatibus refugii. Quia cum omnes ad Templum concurrerent Sacrificiorum gratia, non oportebat illud gravari concursu confugientium ad ipsum, quos in eo diu morari oportuisset, & ita non possent non polluere Templum illud, præsertim juxta ritum illius legis. Quæ sententia probabilis est, eamque tuetur Petrus Sarpus *de jur. Asyl. c. ult.* ubi negat, Templum Judæorum Immunitatis privilegio insignitum ullibi scriptum esse.

20 Alii verò existimant, Templum Judæorum non caruisse hac Immunitate. Nam quod *Exod.* 21. dicitur *Constituam tibi locum, in quem fugere debeas*, ratione Templi dictum esse, putant. Nam statim subditur: *Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo evelles eum, ut moriatur.* Quæ videtur esse exceptio à regula generali, nimirum, ut qui non per insidias, sed per occasionem hominem occideret, & ad Templum confugeret, ibi esset securus. Idemque servatum fuisse in aliis casibus colligi potest ex 3. *Reg.* 1. ubi Adonias, timens Salomonem, in Templum confugit, tanquam ad locum securum. Quod verò statim *c.* 2. de Joab refertur, ideò non fuit contra Immunitatem, quia Joab homicidia per insidias commiserat. Atque ita res videtur incerta, quamvis non videatur improbabilis opinio Abulensis. Quia si talis Immunitas fuisset Templo concessa, expressius fuisset in lege declarata.

21 Imò verò dixerim ego, 1. nempè *Machab.* 10. *vers.* 45. ubi Demetrii rescriptum de sacro Templo Judæorum refertur. Quid quod si Templum caruit Immunitate, qua spe Joab in illud confugit, tanquam ab omni violentia securus futurus? Neq; propterea quod Athalia 2. *Reg.* 11. vi à Templo avulsa, & occisa fuit, inde sequitur Templum non habuisse Immunitatem; Causa enim necis ejus tam prægnans fuit, ut indigna haberetur, quæ Asylo gauderet. Quemadmodum non sequeretur, Judæus, vel latro detractus est ab ara. Ergo ara non est immunis. Quin potius eo ipso quod Athalia in ipso Templo non fuit trucidata, *sed manu militari educta*, Immunitas Templi probari videtur.

22 Præterea ex historia, & sermone Christi, eiicientis mercatores è Templo Luc. 19. *v.* 45. conijcere est, omnis generis facinorosos, adeòque plurimos indignos venia & immunitate in Templum confluxisse ita, ut non amplius fuerit domus Orationis, sed spelunca Latronum. Ad emptores autem, & venditores in Templo id verbum Latronum referri non posse, quis non videt? Ad hæc verba Christi Matth. 26. *v.* 55. *Quotidie apud vos sedebam, docens in Templo, & non me tenuistis.* Non video, quomodo inconvenientia sint futura, si caurum esset, aut usu receptum, ne quis in Templo prehenderetur. Nam quicunque quotidie in conspectu populi versatur, docens eum & instituens, ejus vel ingredientis Templum facilis est prehensio, etiamsi in Templo ipso manuum injectio sit prohibita.

23 Petri verò, & Joannis capturam quod attinet, ea non ut Sarpus malè scribit, facta est in Templo cum orarent, sed vel ad portam dictam Speciosam, ubi claudum sanitati restituerunt Act. 3. v. 2. Vel in porticu Salomonis ubi ad eos cucurrit omnis populus, motus celebritate miraculi, ad quem Petrus ibidem orationem habuit.

24 Cæterum, quod Paulus è Templo ejectus est, mirum neminem habere debet, cum Delatores eum contra populum, & legem, imò Templum ipsum peccasse, arguerint, ut proinde indignus æstimatus fuerit, cui Ecclesiæ immunitas daretur. Quemadmodum Ecclesiæ accessu judigni judicantur, qui Ecclesias violasse perhibentur, *can. ad Episcopos* 17. *qu.* 4. Causa verò captivitatis est expressa Actor. 21. v. 28. ubi accusatores Pauli Judæi Asiatici, viri Israelitæ clament, adiuvate, hic est homo, qui adversus populum, & legem, & locum hunc omnes ubique docens, insuper & Gentiles induxit in Templum, & violavit sanctum locum istum. Viderant enim Trophimum Ephesium in Civitate cum ipso, quem existimaverunt, quoniam in Templum introduxisset Paulus.

Hinc cum eodem Sarpo consentire non possunt, quod 25
eodem *c. ult.* Græcorum tantummodò usum fuisse scribit, ut Templis immunitatem tribuerent. Quod tam falsum puto, quàm illud apud omnes gentes, nulla planè excepta, Asyla recepta fuisse, adeoque ex nostra consultatione *tom.* 5. benè longa, de exemplis nobilium Asylorum abunde constare, præter Græcos apud gentes alias quamplurimas ea in summa veneratione fuisse, ut qui id fortè negat.

-----nunquam vidisse diurnos
Se Phœbi radios, nec verno tempore flores,
Æstibus aut mediis audisse tonitrua, dicat.

De causis verò multitudinis Templorum apud Chri- 26
stianos hæc accipe. Quod autem passim post Constantini Magni tempora, imprimisque post annos Christi 500. & 600. toto Orbe christiano innumerabilia extructa sunt Templa, causa, sive origo, & fons ejus rei fuit recta doctrina de justificatione, deque vera Dei adoratione, ac Sanctorum veneratione, hoc est, quod crederent, se extructione, atque ædificatione Templorum Deo, *Angelis, Sanctis*, & Martyribus præstare cultum. Sic enim Vincentius ait *in specul. hist. l.* 25. *c.* 25. *Qui Ecclesiam, sive Templum ædificat, regnum Dei sibi præparat.*

Probantur ea, quæ diximus primò, quod in locis om- 27
nibus, ubi vel integra corpora Sanctorum sepulta, vel saltem Reliquiæ corporum aliquæ asservatæ, & conditæ fuerunt, Templa extruxerint. Sic enim Templum eximiæ cum pulchritudinis, tum magnitudinis extructum esse eo in loco ubi S. Joannes Evangelista sepultus dicitur, Metaphrastes in vita ejus indicat apud Surium *tom. 6. de vitis Sanctorum*, ut sepulchra Sanctorum mortuorum non minus apud Christianos Templorum causa præcipua fuerunt, quam heroum, & clarorum præstantiumque virorum apud gentes.

Secundò, quod Templa in honorem, non solum Dei, 28
sed *Angelorum* item ac Sanctorum, & Sanctarum ædificarunt, eorumque nomina ipsis indiderunt. Sic Basilius Orientis Imperator, ut se Deo conciliaret, quia Michaelem Imperatorem occiderat, in multis locis Constantinopoli Templa erexit, in honorem S. *Archangeli* Michaelis, qui *Archistrategos* Græcis dicitur, mirabili, ac pretioso opere, sicut ex Zonara refert Cuspinianus.

Tertiò, quod in periculis constituti religiosi homines 29
Templa Sanctis voverunt, si ipsorum ope, & auxilio liberarentur. Sic Narsetes Eunuchus in Gothos exercitum ductans, sacella duo, si res bellicæ ex sententia cederent, Venetiis vovit, & votis, parta victoria dicavit, alterum Theodoro, alterum verò Geminiano, & Menæ cœlitibus, Egnatius *l.* 1. *c.* 1. Blondus *l.* 7. *decad.* 1. Veneti in magno incendio D. Jacobo ædem voverunt, si ignis extingueretur, Egnat. *l.* 6. *c.* 5. Rutlingenses cum anno 1242. gravi obsidione ab Hentico VII. Imperatore premerentur, B. Virgini Sacellum voverunt, si liberarentur, ut in Chron. Ducum Bavariæ indicatur.

Hoc etiam Ethnici in more habuerunt. Romulus enim 30
Sabino bello, quod circa Capitolium, & Palatinum montem gestum est, cum turpem suorum fugam quodam prælio sistere non posset, *Statori Jovi* ædem voto nuncupavit, si fugientibus suis metum ademisset, ut referunt Livius *l.* 1. *decad.* 1. & Plutarchus *in vita Romuli.* Publius Sempronius Primogenitæ Fortunæ sacram ædiculam secundo bello Punico vovit, & voti reus dedicavit, Alex. *l.* 1. *c.* 35. M. Marcellus quoque ædificavit Honori, & Virtuti Templa, quæ bello Gallico voverat, Sabellic. *l.* 4. *Enn.* 5. & Valerius *l.* 1. *c.* 1.

In obsidione etiam Vrbium, cum Deos earum tutela- 31
res evocarent, voverunt illis Templa, ludosque Imperatores, si urbes eas desererent, & ad se transirent, ut ex *l.* 5. rerum reconditarum Sammonici Sereni Macrobius refert. C. Marius item, & Catulus Consul, pugnaturi cum Cimbris, sublatis in Cœlum manibus, hic quidem diem illum Fortunæ celebraturum se dixit, ille verò solemnia sacrificia vovit, si victoria potirentur, ut refert Plutarchus *in vita Marii.*

Sæpè quoque Christiani ex magnis periculis libera- 32
ti, Templa in Sanctorum, Sanctarumque honorem ædificarunt etiamsi nullum præcessisset votum, quorum ope, & patrocinio se liberatos, crediderunt. Isaacus enim Comnenus ædem Teclæ erexit in Regia Constantinopolitana, quod eo die, quo memoria illius celebratur, periculum quercus corruentis, patrocinio Teclæ effugisset, Zonara teste. Et Francorum Reges Glotarius, & Childebertus D. Vincentio magnifico apparatu ædem ob devictos Gothos posuerunt circa annos Domini 542. Sabellico auctore *Ennead.* 8. *lib.* 3. Henricus etiam primus, Rex Francorum, cùm Eudonem Campaniæ, & Balduinum Flandriæ Comites, arcibus, ac oppidulis quibusdam felici bellorum eventu exuisset, ut grates Deo, Sanctisque persolveret, D. Martini Templum Parisiis extruxit. Gaguinces *lib.* 5. Gaysa quoque Ungarorum Rex, prælio superato Salomone, Templum D. Virgini pro victoria erexerit.

33 Ex spoliis quoque hostium Templa Christiani construxerunt. Auctor est enim Ritius *lib.* 2. de Regibus Hispaniæ, Alphonsum Castum, Hispaniarum Regem ex Maurorum manubiis, quorum millia septuaginta in acie ceciderat, duas erexisse Ecclesias, Orientenensem, & Asturinensem. Ex præda quoque Gulæ devicti, qui Stephanum Ungariæ Regem, & ex Sorore nepotem Religionis ergo bello lacessiverat, magnificum Albæ Templum constructum fuit, Bonfinio teste *lib* 1. *decad.* 2. Cùmque sæpius igni conflagrasset publica exacta est opinio, eam ob causam id fieri, quod ex præda, quam Gulas per fas, nefasque corraserat, æ ibificatum esset, eodem auctore. Vnde rectissimè Vvalfridus Abbas monet, curandum, ut ex justè partis Templa exstruantur.

34 Quarto, quod Sanctis Templa exstruxerunt, ut eorum intercessionem apud Deum hac ratione promererentur. In Mœsia enim Theodelinga, Lombardorum Regina, Agilulfi uxor, cùm Adoaldum filium periisse ferè Templum Joannis Baptistæ pro se & omnibus Longobardis construxit. *ut pro se apud Christum intercederet.* Ex quo etiam tempore demum Longobardi D. Joannem invocare cœperunt, ut referunt Paulus Diaconus *lib.* 4. *c.* 7. de gestis Longobard. & Sabellicus *lib.* 5 *Enn.* 8.

Miracula etiam aliqua, quæ Sanctos edidisse, historiæ tradunt, causa multitudinis Templorum fuerunt. His rebus factum est, ut omnibus, post Magnum Constantinum, sæculis, ad hoc præsens usque Templorum numerus creverit.

IN hac re tenendum est, omnes Ecclesias diœcesis ex 1
naturali ratione teneri solvere Episcopo indigenti charitativum subsidium. *cap. conquerente de offic. Ordin. cap. cum Apostolus, §. prohibemus de censib. Extravag. Vas electionis eod. tit.* & tradunt Feder. de Sen. *cons.* 224. sub initio, adeo, ut præscriptio contra subsidium charitativum non valeat Rota in antiq. *dec.* 3. *quæ est ult. de censib. alias* 676. Vnde inter jura Episcopalia recenetur charitativum subsidium, sive moderatum auxilium ab Episcopo ex necessaria causa postulandum, ut *in c. conquerente in fine de offic. Ordin. & in d. c. Apostolus.* Veluti si Episcopatus sit tenuis, vel ære alieno gravatus, aut Episcopo eundum sit ad generale Concilium, ad Papam, ad Imperatorem pro communibus negotiis, vel quid simile, ut per Ostiens. *in d. c. conquerente nu.* 16. *de offic. Ord.* ubique Anch. *n.* 4. & Abb. *n.* 2. Quo fit, ut charitativum subsidium, licet cum charitate petatur, tamen non sit liberalitas; quia in necessitatibus nemo charitativus est, ut inquit Bald. *in d. c. conquerente n.* 10.

Qua autem verborum formula cum charitate à subdi- 2
tis sit postulandum docet *loc. cit.* Ostiensis *n.* 17. De charitativo subsidio egregium tractatum scripsit Bartholomæus Bellincinus Rotæ *Auditor*, & Remigius de Gozzini inter *tract. com. tom.* 15. *p.* 2. *fol.* 169. An autem Reges possint ejusmodi subsidia imponere, vide Bald. *in d. c. conquerente de offic. Ord. in lit. quæst.* ac Butrius *in c. pervenit n.* 6. *de immun. Eccl.*

Extatque decretum S. Congregationis Concilii apud 3
Guzziam *de benef. part.* 8. *c.* 1. *num.* 78. de donativo, ex quo declaratur, quod Episcopi in suo ingressu non possint quocumque prætextu donativa, seu subsidia recipere. Id autem decretum sæpiùs eluditur colore subsidii charitativi, sicque fit fraus legi, cùm non servetur forma per S. Concilium præscripta, dum extorquentur, etiam à pauperibus sacerdotibus id, quod vix sufficit pro eorum necessariis alimentis, quod fieri non debet ut per Cost. *de remed. subsid. remed.* 114. *numero* 14. *ac seqq* ubi, quod veri Principes tuentur solicitè oppressos, & Episcopos esse patres pauperum, & ideo pauperes urgere ad charitativum subsidium juxta illud Augustini dicentis: *Si bonus fuerss, qui tibi præest, nutritor tuus erit, si malus, tentator tuus erit, & gloria Episcopi est pauperum providere necessitatibus.*

Cùm igitur charitativum subsidium dicatur charita- 4
tis auxilium, nam à principio ex charitate peti debet, non per vim extorqueri, *cap. ex parte de censib.* propterea exigi debet, urgente necessitate & quando exigens non habet alunde, ut sibi succurrat; tunc enim præstandum est, ut per Menoch. *cons.* 156. *num.* 26. & *cons.* 193. *num.* 6. *lib.* 2. Quare, nisi subsistat manifesta, & rationabilis causa, non possunt Episcopi subditos Clericos compellere ad hujusmodi subsidium solvendum, ut per Bellincin. *de charit. subsid. quæst.* 23. & *q. seq.* Et quando etiam adesset, subjungit, cum charitate tantum, ac moderamine exigendum esse.

Vnde in casu, in quo non adest urgens necessitas, 5
paupertas nempè Episcoporum ita, ut reditus Episcopatuum non sint tam tenues, quin congrua per S. Concilium Tridentinum Episcopis præscripta, supersit, sed illam excedant, utique juxta mentem S. Congregationis Episcoporum, & Regularium non possunt Episcopi illud exigere, ut in Hydruntina 22. Januarii 1601. Et quando, hoc non obstante, Episcopi illud prætenderent, onus probandi, esse locum hujusmodi remedio subsidiario charitativi subsidii, incumbit ipsis Episcopis, Cost. *loc. cit. prælud.* 6. *numero* 2. *ac seqq.* Et remedio subsidiario locus non est, nisi tria concurrant, nimirum dictamen æquitatis, repugnantia regularum juris communis, & quando desit remedium ordinarium, ut per eundem Cost. *prælud.* 7. *n.* 9.

Quod autem hujusmodi extorsiones non mereantur 6
nomen charitavi subsidii, manifestum est. Tum quia mirum in modum excedunt taxam præscriptam *in dict. Extravag. Vas electionis circa fin.* §. *præmissis de censibus.* Et tum quia exiguntur, nulla urgente necessitate, nec ulla

1 *An Episcopi, habentes pingues reditus, quia scilicet, nedum congruam ipsis juxta formam S. Concilii Tridentini assignatam, verum etiam longè majorem habent, possint exigere charitativum subsidium à suis Clericis diœcesanis?*

2 *An Episcopi, quibus pro exigendo charitativo subsidio non obstant exuberantes reditus possint illud exigere, nulla urgentu causa, & inconsultis suis Capitulis?*

3 *An, supposito, quod, consultis suis Capitulis, dictum charitativum subsidium exigere valeant, possint illud exigere à suis Clericis beneficiatis, non habentibus alios reditus, quàm distributiones quotidianas.*

4 *An possint illud exigere à Clericis beneficiatis, qui licet aliquos reditus habeant, non consistentes in distributionibus quotidianis, nihil tamen eis superest ultra honestum victum. Imo tales reditus vix sufficiunt ad præfatum eorum victum? Et*

5 *In casibus, in quibus Episcopis est permissum exigere charitativum subsidium, quanta debeat esse illius quantitas?*

subsistente causa,& inconsultis capitulis,atque à Clericis non habentibus reditus pro suo honesto victu , & tamen nulli dubium est , quòd prælato , cui sit licitum exigere hujusmodi subsidium , teneatur congregare suum Capitulum , ac Clerum, & cum charitate , ac humanitate eis exprimere causam suæ indigentiæ , eosque hortari. Quod cùm cuilibet proximo in necessitate sit subveniendum. fortius ei subvenire debent ac præcipuè tenentur ei subvenire Canonici Cathedralis,ut refert Barbos. *de potest. Episc.alleg.*86.*nu.*26.*&* 43 à quibus tamen nihil exigere audent, imò, ut dixi, eis non congregatis , neque consultis exigunt à pauperibus Clericis, non habentibus ad victum necessaria , & ab iis , quorum reditus solum consistunt in distributionibus quotidianis vix sufficientibus ad honestum victum,& qui non possunt , nec audent se illis opponere,ne carceribus mancipentur. Quæ omnia repugnant charitativo subsidio.

7 His prælibatis , quamvis ad primum dubium videatur respondendum affirmativè , si agatur de subsidio charitativo , dari solito Episcopis occasione expeditionis Bullarum,ac itineris tempore adeptæ possessionis ad extinguenda debita contracta, cùm reditus Episcopatus statim non exigantur, sed plerumque plurimis elapsis mensibus,si tamen agatur de subsidio postmodum imponendo aliis de causis in abstracto, & non præcedentibus probationibus, non potest firmari certa regula , cùm congrua scutorum mille in una regione sit sufficiens Episcopo , in alia sit tenuis , etiamsi ascendat ad scuta quatuor millia. Interim verò servanda est declaratio S. Congregationis super Episcopis in Hydruntina 22. Januarii 1601. per hæc verba: Charitativum subsidium exigi non potest ab Episcopis Ecclesiarum habentium reditus pingues , Ab Episcopis autem illarum Ecclesiarum , quæ habent reditus tenues, exigi potest in ingressu pro necessitate expeditionis Bullarum,nisi illas gratis obtinuerint. Quod firmat Barbos.*d. alleg.*87.*n.*2.*ac* 3.

8 Ad secundum.Negativè.Exigi enim debet ex causa,& consensu Capituli & Cleri.Id tamen suppleri poterit per Synodum diœcesanam, in qua hujusmodi subsidium solet decerni.

9 Ad tertium. Affirmativè respondendum videtur.Tunc enim distributiones quotidianæ succedunt loco præbendæ,Monet.*de distrib.p.*1.*q.*6.*n.*14.Put.*dec.*365.*n.*4.*lib.*2. ac Duran.*dec.*285.*n* 96. Alioquin daretur, quod pluribus in locis non posset aliquid exigi à Canonicatibus , ac portionibus , quæ in solis distributionibus quotidianis plerumque consistunt, Gonzal. *ad reg.*8.§.2.*proœm.nu.* 158.ac Duran.*loc.cit.n.*99.*ac dec.*411.*n.*7.

10 *Ac* negativè respondendum pariter est ex Bonac. *de hor.Canon.disp.*2.*q.*2.*punc.*2.*num.*9. & Barbosa *d. alleg.*87.*à num.*36.

11 Ad quartum.Id pendere videtur ex facto,cùm, ut jam diximus sumptus varient varietate locorum. Unde hoc dubium videtur disputandum in concreto , factis antea probationibus. Interim , ut etiam diximus , servanda est declaratio supradicta in Hydruntina,& videndus Barbosa *loc.cit.n.* 44. *&* 49.

12 Ad quintum. Videtur , illam esse remittendam vel arbitrio Judicis , cum in jure non reperiatur taxata, ut per Menoch.*de arb.casu*179.*n.*4. Barbos.*cit.alleg.*87.*nu.* 37.Vel consuetudini loci , pariter probandæ, cum nemo cogatur ultra solitam contributionem, prout ex mente S.Congregationis super Episcopis tradit Barbosa *de jur. Eccl. c.*21. *n.*6.*ac* 7.Attamen charitativi subsidii nomine non potest exigi , nisi quantum ascenderent singulæ procurationes tempore visitationis, *d. Extravag. Vas electionis d.*§. *præmissis de censib,*& Barbos.*d.alleg.*87.*n.*37.

CONSULTATIO CXLIII.

An, & quatenus Curati, sive Vicarii temporales amoveri possint ad nutum? Et quid de Capellanis, etiam in Ecclesiis à Laicis administratis?

NEgativè respondendum videtur, si primò non constiterit de quasi possessione illos amovendi,vel quia testes qui de ea deposuerunt , fuerint nulliter examinati, utpotè absque citatione,unde non probant per textum *in c.* 2. *de testib.ac l. si quando eod.tit.* & per Rot.*dec.* 15. *de testib.in nov. ac dec.*764.*num.*5.*parte* 3.*rec.* Vel quia non concludunt in dicto , qualitatem hanc necessariam amotionis ad libitum sine causa , si nullam reddant rationem scientiæ super defectu causæ , ut debent , etiam non interrogati. Vel si agatur de probanda negativa existentis causæ, *Alex. cons.*136.*nu.*6.*vol.*1. Ludovis.*dec.*42. *num.*3.*&dec.*105.*n.*23.& latè Farinac.*de testib.q.*70.*nu.*23. Vel, quia, cùm amotio fit sine causa, videtur potius cadere sub intellectu , quam sub sensu testis , hoc etiam casu redditio causæ scientiæ est necessaria , Bartol. *in l. solam num.*3.*C. de testib.*Rot.*dec.*711.*nu.*8.*part.*2.*rec.*& apud Burat.*dec.*325.*nu.*4.cum aliis per Farinac.*loc.cit.nu.*6.congestis. 1

Deinde quia amovibilitas ista ad nutum in beneficiis curatis repugnat expressè tum Sac. Concilio Tridentino *s.*13.*sess.*24.*de reform.vers.In iis quoque*,ubi præcipitur Episcopis, ut, distincto populo in certas Parochias, unicuique suum perpetuum Parochum assignent. Tum juri communi, ex cujus dispositione Curati debent esse perpetui, ut *in c. un.de Capel.Monach.in* 6. Nec potest quis ad libitum sui Superioris à beneficio amoveri, ut ait Glossa *in v.perpetui*,reddens rationem, quia beneficia non dantur ad tempus , *Can. Sanctorum dist.* 70. ibi: *In qua Ecclesia quis est institutus,in ea perpetuò perseveret.Can. satis perversum d.*56. ibi: *Non debet quis sine culpa beneficio privari.* 2

Tum rationi. Nam Concilium ideò perpetuos Parochos requirit, ut oves suas cognoscere valeant.Sunt enim Pastores , *Can. quamvis* 7. *quæst.* 1. Ambros. *serm.* 13. *de Nat.Dom.* ubi grex , populus , pastores , Sacerdotes dicuntur. Melius igitur suas oves dignoscent , si perpetui sint, & non temporales, ut in hac specie firmat Rota *dec.* 24. *de præb. in non.* Cumque sint Patres *Can.*9. *d.* 96.decet eos non esse perpetuos , Gloss. *in d. cap. un. d. v. perpetui de Capel. Monach.* ibique Prob. *ad Monach. numero primo*, argumento textus *in l. si tibi,ff. de adopt.* Et sicuti matrimonium carnale non contrahitur ad tempus *cap.fin. de condit. appos. Can.solet* 32.*quæst.*2. ita nec spirituale; Gloss.*in d. c. un. d. v. perpetui* , & Gonzal. *ad reg.* 8.*gloss.*5.*num.*12.*argum.text.in Can.sicut* 7.*quæst.*1.Unde id admitti non posse,non obstante quacunque contraria consuetudine,tenere videtur Gonzal. *d.gloss.*5.*nu.*60.Garz. *de benef.p.*1.*c.*2.*nu.*75. ac Rota in Toletana juris nominandi 29. Novembris 1582. coram Blanchetto,in qua dum quæreretur, an laicus,fundator Parochialis, possit in fundatione facere , quod Rector sit amovibilis ad nutum patroni,in partem negativam inclinavit,ut refert idem Gonzal.*loc.cit.*§.6. *n.*61. 3

Præterea,quod amotio saltem fieri non possit sine causa,probari videtur ex *d.c.un.de Capel.Monach.* his verbis: *Nisi per Episcopos,& ex rationabili causa*,ubi Gloss.& Gemin.*n.*5.Franch,*n.*2.concordatque textus *in Can.inventum* 26.*qu.*7.*Can. satis perversum d.*57.*Can.ult.*30.*qu.*1.*Can.Sacerdotes d.*50. acquitur Gloss. *in c. cognoscentes de constit.* Ubi non debet quis sine culpa jure suo privari. Habeturque *in c. ad hæc de offic.Vicar.*ubi, loquendo de patrono Ecclesiæ, Vicarium nominante, ita disponitur : *Non potest eundem ab Ecclesia removere, vel assignatam sibi minuere portionem , nisi aliquid committat , propter quod per Judicem in Vicario sit , vel beneficio condemnandus* , consonatque *c. un. de Capel. Monach.*ibique Gloss. *v. ex solius Episcopi*, his verbis: *Quia Monachi non possunt amovere eum sed si deliquerit , per Episcopum debet amoveri ordine judiciario.* 4

Quod maximè procedit in casu, in quo deputationis hujusmodi Curatorum fiunt *ad beneplacitum* , hoc enim verbum non literam voluntatem , sed rectam arbitrio boni viri importat , ut per Abb. *in c. verum numero* 6. *de form. compet.*Felin. *in c.* 1. *num.*51. *de constit.* ex textu *in l.* 5

Thais , §. *sorore,ff. de fideic. liber.* & tradunt Corn. *cons.* 92. *nu.* 11.*&* 12. *l.*2. Cravet. *cons.*732. *nu.* 27.*& seq. lib.*4. Socin. Jun. *cons.* 63. *nu.* 4.*l.*2. aliique, à Menochio *de arb. l.*1.*q.*8.*nu.*10. relati, & Gratian. *discept.*167. *nu.* 48. Et in hac specie, quod Curati amovibiles non possint absque rationabili causa removeri, declaravit S. Congregatio Concilii in Hispalensi 11. Julii 1626.

6 Hinc quamplures tuentur , Vicarium, licet ad nutum amovibilem , non posse sine causa amoveri ita, ut secus fiat , habeat officium Judicis de manutenendo contra amoventes. Ita Gulielm. de Benedict. *in c. Raynucius v. duos habens filios nu.* 37. *de testam.* Aviles *in c. Pratorum v. fielmente nu.*4. Innoc. *in c.insinuante n.*2. qui Clerici , vel voventes , Jo. Andr. *in c. cum singula n.* 1. *de præb. in* 6. Bologn. *in addit. ad cons.* 14. Ostiens. *in c. cum ad Monasterium num.* 21. *de stat. Monach.* Tusch. *lit. B. concl.* 55. *nu.* 8. Rebuff. *in tract. de pacif. possess. nu.* 275. & sæpiùs declaravit S. Congregatio Concilii apud Nicol. *in flosculo. v. Capellania num.* 7. de quibus etiam meminit Rota *dec.* 116. *nu.* 34. *p.* 9. *recent.* Et in terminis facultatis removendi ad beneplacitum , firmat Gratian. *discept.* 167. *n.* 46. *&seqq.* cum ibi allegatis. Et ita fuisse aliàs judicatum, testatur Gonz. *ad reg.* 8. *glos.* 5. §. 6. *à n.* 42. *cum seqq. ubi n.*60. *&* 61. advertit , quod remotio ad nutum in rectoribus Ecclesiarum Parochialium non est permittenda , licet adesset quævis contraria consuetudo , ob maximum præjudicium , quod resultaret Ecclesiæ , ac populo Parochiali referendo resolutionem S. Congregationis Concilii.

7 Idque præsertim , si agatur de facultate concessa personis laicis, qui talem curam penes se retinere non possunt. Ex qua ratione S. Congregatio Concilii in una Hispalensi sub anno 1626. allegata *in d. decis.* 116. *n.*38.*p.* 9. *rec.* declaravit, Moniales non potuisse uti facultate amovendi Vicarium ad nutum sine legitima causa , multòque minus poterunt ea uti sæculares. Certum enim est , quod cura animarum residet penes deputantem , quoties deputatur. Vicarius ad nutum amovibilis , & apud ipsum Vicarium remanet duntaxat nudum veræ exercitium , ut per Garz. *de benef. p.* 3. *c.*2.*n.* 179. Barbos. *in Concil. sess.* 7. *c.* 7. *n.* 21. *&de offic. Paroch. c.* 8. *n.* 21. ac Rota *dec.* 2. *n.* 2. *de excess. Pral. in nov.* & coram Caval. *dec.* 115. *n.* 1. Unde cùm apud laicos non possit residere cura habitualis animarum , non poterunt Vicarium ad suum nutum amovere.

8 Hanc distinctionem videtur approbare Rota *in d. dec.* 116. *p.* 9. *rec.* verbis illis : *Multa enim possunt considerari inconvenientia , si permitteretur Monialibus remotio Confessariorum , sive Curatorum ad libitum , quæ minimè locum habent in Archiepiscopo , cui cura principaliter incumbit animarum.* Ex quibus constat, Rotam in eam sententiam tunc inclinasse favore Archiepiscopi, curam habitualem penes se retinentis. Quod non comprobatur in laicis , in quibus majora inconvenientia oriri possent, si permitteretur illis amotio Curatorum ad eorum libitum. Eoque magis si institutio Vicarii non fiat à laicis, sed ab Episcopo , nihilque agant laici , quam præsentare. In hoc enim casu locum habet dispositio textus *in c. un. de Capel. Monach. in* 6. qua prohibetur amotio Curati absque rationabili causa , ut ibi habetur : *Presbyteri quoad curam populi , & per Monachos præsentantur Episcopis , & ab ipsis instituuntur, consuetudine, vel statuto quovis non obstante, ab eisdem nequeunt Ecclesiis , nisi per Episcopos , & ex causa rationabili amoveri.* Et solummodo jus amovendi ad nutum competit iis, ad quos collatio , & provisio pertinet, ut declarat Rota *dec.* 350. *n.* 4. coram Cavalerio. Quare, ut illos amoveant , tenentur adire Episcopum. Quia sicuti non potuerunt propria auctoritate illos deputare , ac instituere , ita non possunt eos destituere. Aliàs enim si esset in arbitrio Laicorum hujusmodi Curatos quandocunque amovere, possent Parochiani sæpissimè privari pastoribus.

9 Ac postremò, quod fieri non debeat ex odio , vel indignatione , *arg. text. in can. si quis Diac.* ubi notat Glos. *v. & inimicos* , *& can. si quis propterea*, ubi etiam Glos. *d.* 50. ac Rota in Hispalensi juris amovendi in prima *decis.* §. *Ita enim* coram Peutingero.

10 Unde manutenendi sunt hujusmodi Curati in sua possessione exercitii Curæ, §. *retinenda , instit. de interd. l.* 1. §. *Interdictum , ff. uti posse d. l. nu. C. eod.* cum similibus, & in hac specie Rot. *dec.* 72. *n.* 1. coram Cavalerio.

11 *At* verò affirmativè respondendum est cum S. Rota in dicta prima & secunda decis. in d. Hispalen. ex rationibus ibi deductis, atque ex his responsionibus ad ea, quæ in oppositum adducta sunt.

12 Quod autem ad primum de examine testium sine citatione, id pendet ex facto. Et quoad expressionem qualitatis remotionis sine causa cum sufficienti ratione, sufficiens quidem est ratio, si concludant verisimiliter, sive probabiliter. & à communiter accidentibus, ut per relatos à Farinacio *q.* 70.*n.* 147. Præcipuè si agatur de iis, quæ sensu corporeo immediatè non percipiuntur , ut advertit *ibid.* Farinac. *nu.* 148. Ut quia deponuntur de visu , & auditu per quadraginta, & amplius annos , reconsentes casus peculiares amotionum sine causa, nullisque actis judicialibus præcedentibus, & hoc ipsi sciunt, quia ita observari viderunt. Quod si aliquid in contrarium fuisset , ipsi vidissent , ac scivissent propter magnam communicationem , quam habent cum Curatis , qui foenum amoti, & quia frequenter versantur in Curia Ecclesiastica. Quando enim amovetur aliquis : ob causam , illa profectò solet innotescere, ac per hominum ora vagari ita , ut per sentum audirus optimè percipi possit à teste. Idque præcipuè, si multi deponant de facto proprio, dicentes. se speciatim aliquando eri in ab una ad aliam Ecclesiam , nulla præcedente causa pro libitu sui Ordinarii fuisse mutatos.

13 *Ad* secundum. Duo considerandi sunt. Primum, quod Concilii Trident. decretum *in c.* 13. *sess.* 24. *de ref.* loquitur de iis locis, ubi Ecclesiæ certos non habent fines, & cura confusè, ac promiscuè administratur , ut advertit ibidem Bellarmin. in suis *observ.* & Barbos. *in collect. ad dictum Conc. locum n.* 7. *ac de offic. Paroch. c.* 1. *n.* 23. Secundum , quod Concilium non præcisè arctat Episcopos ad institutionem perpetui Parochi adeò quidem , ut non possint alio utiliori modo providere. Loquitur enim alternativè in hæc verba: *Aut alio meliori modo* provideant, per quam alternativam , *aut* , dat electionem Episcopis per textum *in c. in alternativis de reg. jur. in* 6. *c. inter cæteras de rescript. l. si quis , C. de cond. indeb. l. si quis ita , ff. de verb. oblig.* Et notandum , quod Concilium admittit, dari posse utiliorem modum providendi.

14 Quinimò idem S. Concilium *c.* 7. *sess.* 7. *de ref.* injungens Episcopis, ut in visitatione Ecclesiarum unitarum provideant, ut cura animarum laudabiliter exerceatur, utitur his verbis : *per idoneos Vicarios , etiam perpetuos* , & sic ponderando dictionem , *etiam* , quæ exprimit casum magis dubitabilem , & implicat minus dubitabilem ad textum *in l. etiam ff. de verb. signif.* Dec. *in l. qui sepatris n.* 11. *C.unde liberi*, ac Rot. *dec.* 190.*n.*14. *p.*5. *rec.* admittit in specie modum deputandi Vicarios amovibiles, esse utiliorem. Quod confirmat, dum statim addit: *nisi ipsis Ordinariis pro bono Ecclesiarum regimine aliter expedire videbitur.* Dictio etiam, *nisi*, ponitur exceptivè à proxima dispositione, *c.* 1. *de præscript. in* 6, *c.* 1.§. 1.*ne sede vac. eod. l.* & utrobique notat Glos. *in v. nisi* Rot. *dec.* 413. *n.* 14.*rec.* ac Surd. *dec.*225.*n.*17. *&dec.*264. *n.*17. Unde cum in S. Congregat. Concilii quæreretur, an Vicarii perpetui constituendi essent in Cathedralibus, Collegiatisque Ecclesiis curam animarum habentibus , quam curam temporarii, mercenariique Capellani consueverunt administrare, respondit Congregatio , nihil generali lege sanciendum esse , sed singulis quibusve casibus , ubi se offerunt, prout magis se expedire videbitur prospiciendum , de quo & nos alibi. Traditque Navar. *cons.* 9. *de præb. n.* 7. quod arbitrio Ordina-

riorum videtur relictum, an oporteat ponere Vicarios perpetuos, non obstante privilegio ponendi temporales, quia id sonant illa verba *per Vicarios perpetuos, si pro bono regimine id videbitur*. Nec illis obstant privilegia literarum unionum, quia expressè derogatur contrariis privilegiis. Item quod si præfati Ordinarii malè sine justa causa id arbitrarentur, potest appellari ab eis, ex eo quia verbum, *Videbitur*, arbitrium boni viri regulatum denotat, juxta doctrinam Bartoli, ab omnibus receptam *in extravag. ad reprimendum, v. videbitur*. Tum quia potest appellari à Judice, cujus arbitrio aliquid relinquitur, si malè arbitraretur, ut tenet Glos. *in c. super his v. arbitrio, de accus.* sed talis appellatio non suspender executionem, sed erit devolutiva, & à superiore potest talis sententia revocari per *c. pastoralis* cum ibi annotatis *de appel.*

15 Hoc idem videtur admittere idem S. Concilium *in c. 11. sess. 25. de Regul.* Quamvis enim ibi dicatur, quod in Monasteriis, quibus cura animarum imminet, non deputentur aliqui, etiam ad nutum amovibiles, nisi de Episcopi consensu, ac prævio examine per eum, aut ejus Vicarium faciendo, non tamen negat deputari posse amovibiles cum Episcopi consensu.

16 Hinc S. Congregatio Concilii sæpiùs censuit, esse in arbitrio Ordinarii, Vicarium perpetuum, vel amovibilem in Ecclesia curata unita constituere, ut videre est in declarationibus ad *d. c. 7. & ad c. 18. sess. 24. de ref. & ad c. 11. sess. 25. de Regul.*

17 Neque dicas, hoc procedere in Parochialibus unitis, vel regularibus, in quibus exercentes curam animarum, ideò sunt amovibiles ad nutum, quia cura iis verè non incumbit, sed residet apud Cathedrales, Collegiatas, sive alias Ecclesias, vel Monasteria, beneficia, Collegia, aut loca pia. Nam, præterquam quod textus *in d. c. 13. sess. 2. de ref.* non loquitur de Ecclesiis unitis, respondeti etiam potest, quod cum eodem modo in casu, quo verè cura non incumbat Curatis particularibus, eam exercentibus, sed residear apud Ordinarios, & sic militet in eis eadem ratio, locum habere poterit eadem juris dispositio per textum *in l. illud ff. ad leg. Aquil.* Glos. *in c. 1. v. Italia de temp. Ord. in 6.* cum aliis cumulatis à Surdo *cons. 301. n. 19.*

18 Præterea ex ejusdem Concilii dispositione *c. 4. sess. 21. de ref.* sicuti in illis Ecclesiis, ubi populus ita numerosus est, ut unus rector non sufficiat, potest Episcopus cogere eundem, ut sibi alios Sacerdotes adjungat ad Sacramenta ministranda. Quod etiam tradunt Butr. *cons. 51. n. 4.* ubi ait; residentes debere sibi assumere adjutores in Cura, ubi ipsi non sufficiunt, ac Rebuf. *in repet. c. extirpandæ §. quia verò de præb. n. 7.* ibi: *Curatus, qui non potest per se solus servire, deputat Vicarium temporalem, quem potest ad nutum removere*, & ita servari dicit in ea Civitate; Cur autem non idem liceat Episcopo, quando ipse solus Parochus est universalis in sua diœcesi, deputando Sacerdotes, per quos cura exerceatur? Decet enim Episcopum onera sua cum aliis partiri ut inquit textus *in c. fin. de offic. Archip.* ibiq; Glos. *v. sua onera*. Efficacius enim mandata divina exequetur, si onera partiatur, *c. mandata*, ibique Glos. *de præsum.*

19 Videturque tolli omnis difficultas, quia modum hunc curæ incumbentis Episcopo, per presbyteros administrandæ censetur Concilium expressè admittere *in d. c. 18. sess. 24. de ref.* ibi: *Etiamsi cura, Eccl. vel Episcopo incumbere dicatur, & per unum, vel plures administretur*. Ac infra: *In quibus Episcopus uni, vel pluribus consuevit curam animarum dare*, ut advertit Gonzalez *d. glos. 6. n. 74.* Idque etiam admisit Rot. *div. dec. 17. p. 1. n. 1.* in diœcesi Calaguritana, ubi ait in ea diœcesi non adesse beneficia curata præter duo, sed Curam esse apud Episcopum, qui eam demandat aliquibus *presbyteris*. Et coram Seraph. *dec. 942. n. 1. & 15.* ubi tradit, *esse multas* Parochiales Ecclesias, quarum cura non est penes aliquem intitulatum, sed apud Archiepiscopum, qui deputat aliquos ad exercitium *Curæ*. Quod repetit Gonz. *d. glos. 6. n. 66. & 68.* ubi vocat istos Clericos adjutores Episcopi, non veros rectores, *arg. textus in c. fin. de offic. Archipr.*

Ac de Archipresbytero Castri Regalis loquitur de- 20
cisio 226. *p. 1. rec. quem n. 1.* admittit, esse rectorem, & Parochum totius dictæ Terræ, illique incumbere curam omnium animarum, aliasque Ecclesias esse dependentes, & adjutrices erectas pro majori populi *commoditate*. Et *n. 2. Illarum presbyteros esse amovibiles*. Et *n. 5.* Dictas Ecclesias non esse Parochiales, licet Sacramenta in illis certo populo *administrentur*. Quæ decisio fuit confirmata *in dec. 258. ead. p. 1.* ubi *n. 2.* habetur, *istos presbyteros* esse sine titulo amovibiles, & pro libitu discedere. Et *n. 6. dictas* Ecclesias non Parochiales, & erectas pro succursu, & auxilio matricis Ecclesiæ, atque ut magis commodè populo Sacramenta *administrentur*, quas ideò dicit, Sacramentales *n. 8.* ac refert, S. Congregationem Concilii declarasse invalidam fuisse dictarum Ecclesiarum erectionem in Parochiales, factam *ab Episcopo*. Si igitur in Archipresbytero admittitur cura in pluribus Ecclesiis exerceri per presbyteros amovibiles, cur idem in Episcopo denegetur, quando solus est Parochus totius diœcesis? Ut de Hispalensi Archiepiscopo loquitur Rot *dec. 480. n. 2. p. 1. rec.* ubi habetur, *quod Archiepisc. Hispalen. in tota Civitate, ac diœcesi est solus Paroch. & hoc non controverti*. Et dum *n. 5.* ait, Curatos esse deputatos ab Archiepiscopo ad exercitium Curæ animarum, & Archiepiscopo non sibi possidere, citando Vitalinum *in Clem. un. n. 23. de offic. Vicar.* qui loquitur de Vicario temporali. Lap. *alleg. 5. n. 8.* sine dubio hos admisit esse Vicarios temporales. Hoc idem repetit *dec. 166. ante n. 9.* apud Posth. *de manut.* & in Hispalensi decimarum 2. Maii 1631. coram Verospio.

Constat igitur ex adductis nullo modo repugnare, at- 21
tenta Concilii Trident. dispositione, quominus animarum cura per Curatos, aut Vicar. amovibiles exerceatur.

Nec pariter repugnat dispositioni juris communis. 22
Nam textus *in c. nn. de Capel. Monach. in 6.* in contrarium allegatus, loquitur in diversis terminis, nempè de presbyteris, qui per Monachos præsentantur Episcopo, & ab eodem instituuntur, ut ibi notat Gemin. & Franch. *in princ.* & Anchar. *n. 2.* atque advertit Rota in hac specie coram Cavalerio *dec. 350. n. 4.* Hi enim, in quibus cadit institutio removeri non possunt. Ratio desumitur ex verbis textus, *cùm debeant esse perpetui*. Beneficia enim, quæ dantur in titulum, & in quibus cadit institutio, perpetua sunt, *can. Sanctorum d. 70.* cum hujusmodi aliis. Secus autem est in iis, qui deputantur ad beneplacitum, & in quibus nulla cadit institutio, neque curam habent in titulum, sed nudum Curæ exercitium, ut advertit eadem Rota coram Caval. *d. dec. 350. n. 4. & dec. 389. n. 3.* Hos enim licet animarum curam exercentes removeri posse, admittunt etiam supra citati Doctores, Franch. *ibidem n. 5.* Gemin. *n. 8.* Anchar. *n. 2.*

Quod autem animarum cura exerceri possit per de- 23
putatos, seu Vicarios amovibiles ad nutum, tenet expressè Gloss. notabilis *in Clem. frequens v. ad mensam de exces. Prælat.* loquens de Ecclesia pleno jure, etiam quoad spiritualia, spectante ad mensam Prælati, vel Collegii, vel dignitatem habentis, quam Glossam communiter approbarunt Doctores *in d. Clem. speciatim*, Abb. *n. 17.* Vital. *n. 83. 85. ac 91.* Imol. *n. 16.* Zabar. *v. præsentat. n. 3. de exces. Prælat.* Idem Abb. *in c. de Monach. n. 9 de præb.* Guil. de monte Laudun. *in rubr. d. tit. de exces. Præl. n. 9.* Rebuf. *in repet. d. c. extirpandæ §. qui verò nu. 59. de præb. & in prax. tit. de Vicar. perpet. n. 7.* ubi de beneficio unito mensæ Episcopi, & *in tit. de non promotis intra annum num. 66.* Eosque sequuntur Oied. *de incompat. benef. p. 1. c. 15. n. 4. & 8.* Azor. *instit. moral. p. 2. l. 6. c. 29. quæst. 1.* Corn. *cons. 262. ante n. 4. l. 3.* Idque amplectitur Rot. *dec. 2. de exces. Præl. in nov. n. 2.* ubi firmat, poni Vicarium amovibilem ad nutum in Ecclesia ad exercitium Curæ, quæ principaliter residet apud Episcopum, *& dec. 1. de offic. Ord. in antiq.* & apud Bilfiger. *dec.*

dec. 21. n. 2. de præb. & coram Gregorio *dec. 370. n. 6. & in rec. d. 5. nn. 7. & 8. par. 7.* ac de cura incumbente apud Collegium, vel Capitulum per Vicarium amovibilem exercenda, loquuntur Doctores *in c. cum non ignores*, nominatim Innoc. *n. 2.* Ostiens. *n. 8.* Abb. *n. 6.* Jo. Andr. *n. 3.* Zabarel. *n. 7.* Anchar. *n. 3.* Butr. *n. 5.* Imol. *n. 4. de præb.* Quare, absolutè loquendo, non repugnat curam per Vicarium amovibilem exerceri, ut præter citatos admittunt etiam in Ecclesia sæculari, Coccin. *dec. 18. n. 4.* Butr. *cons. 51. num. 3. & 6.* Gemin. *cons. 68. num. 3.* Rebuff. *in dict. repet. c. extirpande, §. qui vero nn. 58.* Oied. *d. par. 1. c. 15. n. 2.*

24 Nec obstant rationes in contrarium adductæ. Nam quod dicitur, Curatos esse sponsos Ecclesiæ, Patres, & Pastores populi, ideòque debere esse perpetuos, facilè evitatur, considerando, quod hæc propriè conveniunt Episcopis, qui veri sunt animarum Pastores, ut probat allegatus *can. quamvis 7. quæst. 1. c. ne pro defectu de elect.* & Concilium Tridentinum *c. 1. sess. 6. de reform.* Barbos. *de jur. Eccl. l. 1. c. 11. n. 67. ac de offic. & potest. Episc. in compend. n. 24.* Iis enim oves peculiariter fuerunt demandatæ, animarumque cura ipsis principalius incumbit, *can. regendæ can. quacumq;* ibique Turrecrem. *10. q. 1.* Unde & Episcopus dicitur Curatus Ecclesiarum suæ Diœcesis, Butr. *in c. cum non ignores num. 4. de præb.* Et tota Diœcesis dicitur Parochia Episcopi ad textum *in cap. Apostolicæ de donat.* ibique Abb. *n. 2. can. bonæ rei 22. qu. 3. can. licet 16. qu. 3.* Ipsi veri Patres, *Clem. 1. §. nec super de pœn. can. qualis 2. quæst. 7.* Verique sunt Ecclesiæ sponsi, Guidop. *in c. tua nos n. 1. & 2. de Cler. ægrot.* ac probat textus *in c. inter corporalia, c. licet de translat.* præclarè Abb. *in d. c. cum non ignoras num. 5.* Ubi quod ad hoc significandum defert annulum.

25 Minus autem propriè hæc conveniunt Parochis inferioribus, Guidop. *loc. cit. n. 2.* nullo autem modo Curatis hisce amovibilibus, qui nec verè Curati dici possunt ad tradita per Doctores *in dict. c. cum non ignores*, ubi etiam Innoc. *n. 2.* Abb. *n. 6.* Zabarel. *num. 7.* Butr. *n. 5.* Ostiens. *n. 8.* Jo. Andr. *n. 3.* Imol. *n. 4. de præb.* facitque Gloss. *in extrav. execrabilis* Joannis XXII. *v. temporales Vic.* Rebuff. *tit. de dispens. ratione ætat. & in tit. de non promot. intra annum n. 66. ac in prax benef. & in tract. congruæ port. qu. 3. n. 18.* Aliud enim est habere curam, aliud habere exercitium curæ, Anan. *in dict. c. cum non ignores n. 2.* Anchar. *n. 3.* Nec ullo modo dici possunt sponsi, Abb. *in dict. c. cum non ignores n. 4.* Gregorius *dec. 370. num. 5.* ubi illos appellat Capellanos, Officiales, Zabarella *loc. alleg. nu. 7.* Ministros. Anchar. *ibidem nu. 5.* Simplices Ministros, idem Anchar. *in dict. Clem. 1. de exces. Præl. nu. 16.* ac de Curatis Hispalensibus adjutores in cura nuncupavit Rota *dec. 511. n. 7. par. 2. rec.* Simplices Ministros Seraph. *dec. 639. num. 10.* ac servitores idem Seraphin. *dec. 923. in princip.*

26 Nec relevant auctoritates. Nam Gonz. ea *gloss. 5. §. 6. nu. 60.* & Garz. *par. 1. c. 2. nu. 75.* dubitativè loquuntur, eorumque dicta intelligenda sunt secundum jura, quæ allegant juxta theoricam Bartoli *in leg. non solum, §. si liberationis n. 7. ff. de lib. leg.* Jason. *in rubr. Cod. unde liber. n. 2.* Roman. *cons. 211. num. 5.* Alexand. *cons. 218. n. 4. l. 2.* Rotæ coram Coccino *dec. 67. num. 8. & dec. 474. numer. 9. par. 2. rec.* Cùm igitur se fundent in textu *dict. c. nn. de Capell. Monach. in 6. & c. 13. sess. 24. de ref.* nullum negotium facessunt eorum dicta. Quia quomodo procedant allegati textus, supra satis est explicatum; Rota verò in ea Toletana jus nominandi negabat talem facultatem fundatori laico, non verò Episcopo, atque adeò neque Collegio, Ecclesiæ, loco pio.

27 Ad tertium, quod remotio saltem fieri non possit sine causa ex sæpè citato *c. nn.* cum aliis in objectione allatis, non obstat. Eorum namque dispositio, ut supra dictum est, procedit in beneficiis, quæ dantur in titulum, non autem in istis Vicariis temporaneis, & amovibilibus. Ac licet textus *in c. ad hæc de offic. Vic.* disponat, Vicarium deputatum in Ecclesia Curata non posse removeri sine causa, non tamen suffragatur, quia loquitur de Vicario perpetuo, non autem de Vicario temporali, ut ibi notant Doctores, & pater ex summis. In hoc enim differt perpetuus à temporali, ut perpetuus non possit sine causa removeri, per textum *in d. c. ad hæc*, ibique Gloss. *in figur. cas.* & in *v. removere*, Corn. *cons. 262. n. 2. l. 3.* Temporalis autem, sive amovibilis amoveri possit ad nutum; etiam sine causa, ut egregiè ad id Bero. *in c. non sine multa n. 10. de arbitr.* Innoc. *in dict. c. cum non ignores n. 2.* Ostiens. *n. 8. & 9* Jo. Andr. *nu. 3.* Butr. *nu. 5.* Imol. *nu. 4.* Zabarel. *nu. 7.* Anchar. *nu. 3. de præb.* admittentes temporalem Vicarium in Ecclesia Curata, etiam sæculari, posse sine causa removeri.

Siquidem certum est, hujusmodi temporales Vica- 28
rios poni, ac deponi ad libitum, ut ait Abb. *in dict. Clem. frequens num. 17.* Zabarel. *n. 1. de exces. Præl.* ac idem Abb. *in c. edoceri num. 10. de rescript.* Vitalin. *in Clem. un. n. 56. de offic. Vic.* & concinunt Innoc. *in d. c. cum non ignores n. 2.* Abb. *n. 6.* Anchar. *nu. 3.* Butr. *nu. 5.* Ostiens. *n. 8.* Zabarel. *n. 7. de prab. cons. 15. n. um 6.* Gemin. *cons. 86. num. 3. & 4.* Verbum autem *ad libitum*, importat liberam voluntatem, nullo rationis fræno subjectam, ut inquit Abb. *loc. cit. n. 7.* Derivatur enim à verbo *libet*, quod dicit liberam voluntatem ad textum *in leg. fidei commiss. 46. §. 3. ff. de fidei comm. liber.* traduntque Bartol. *in Extravag. ad reprimendum, v. videbitur num. 3. & in l. alio n. 9 ff. de alim. & cib. leg.* Alexand. *in leg. si sic. 78. n. 3. ff. de leg. 1.* Estque textus *in dict. Clem. frequens.* ut ibi notat Abb. *dict. n. 7.* Idemque importat verbum *Volo*, ad textum *in l. cum quidam 24. ff. de leg. 2. l. utrum 8. §. cum quidam, ff. de reb. dub. l. fidei commiss. §. quamquam, ff. de leg. 3. l. fidei com. 46. ff. de fideicommiss. libert.* Bartol. *in l. centesimis, §. si ita n. 8. ff. de verb. oblig. & in dict. extravag. ad reprimendum, v. videbitur n. 3.* Alexand. *cons. 47. n. 14. l. 1.* Felin. *in c. 1. n. 51. de constit.* Mathesil. *sing. 15. in annot. num. 4.* Atque adeò possunt, quandocunque sine causa removeri.

Estque ratio, quia isti Vicarii temporales nullum in 29
Ecclesia jus, vel titulum habent, Gloss. *in c. constitut. v. perpetuus de fil. presbyt.* Abb. *in dict. c. non sine multa in not. ab de arbitr.* Calderin. *cons. 9. num. 2. de rescript.* Unde nec Vicaria temporalis est beneficium, aut beneficii titulus, Rebuff. *de nomin. quæst. 15. n. 61. & in prax. tit. de dispens. rat. ætat. v. vel earum perpetua Vicariæ*, Garz. *par. 1. c. 2. n. 93.* Gonz. *gloss. 5. §. 3. n. 35.* Rota in Salamantina Vicariæ 25. Maii 1596. coram Blanchetto, relata per Garz. *loc. cit. num. 94.* Sed est simplex salarium, sive stipendium, Rota & Garz. *ibidem.* Unde nec ad ejus titulum quis potest ordinari; Garzia *dict. c. 2. nu. 83.* Gonz. *dict. §. 3. num. 42.* Paris. *de resignat. l. 2. quæst. 6. num. 2.* Et isti temporales Vicarii dicuntur precario constitui, Bero. *in dict. c. non sine multa num. 10.* Ideò quandocumque amoveri possunt, argumento textus *in l. 1. & 2. ff. de precar.* Secus est in Vicario perpetuo, qui dicitur habere titulum, Gonz. *dict. gloss. 5. §. 3. n. 20.* Calderin. *dict. cons. 9. de rescript.* Et Vicaria perpetua dicitur esse beneficium, Garz. *par. 1. c. 2. n. 95.* Rebuff. *de nomin. quæst. 9. n. 8. & in tract. de Vicaria perpet. n. 15.* Gonz. *loc. cit. n. 19.* Oied. *par. 1. c. 15. n. 11.* Azor. *par. 3. l. 3. c. 6. qu. 5.* Unde potest quis ad titulum Vicariæ perpetuæ ordinari, Barbos. *de jur. Eccles. l. 3. c. 6. n. 24.* Campanil. *in div. jur. Canon. quæst. rubr. 9. c. 4. n. 8.* Et generaliter, quæ dicuntur de beneficio, locum habent in Vicaria perpetua, Garz. *par. 9. c. 2. n. 286.* Rebuff. *in repet. d. c. extirpandæ nu. 64. de præb. & in tract. nomin. q. 9. n. 8. & qu. 16. n. 13. & in tit. de Vicar. num. 14.* Gonz. *d. gloss. 5. §. 3. nu. 21.* Quare nil mirum, si Vicarius perpetuus amoveri non possit sine causa,

30 Et quod ifti Vicarii amovibiles, ſive Curati amoveri poſſint ſine cauſa; videtur etiam eſſe ex mente S. Congregationis Concilii in una Civitatenſi, quam refert Garz. *par. 1. c. 2. n. 94. in addit.* in qua dum quæreretur, an Vicarii amovibiles deputati ad nutum Capituli pro exercitio Curæ, prævia approbatione Epiſcopi, poſſint ab ipſo Epiſcopo ſine cauſa removeri, Congregatio Concilii cenſuit, Vicarios ipſos à Capitulo amoveri, ad nutum Capituli, ab Ordinario verò nonniſi ex cauſa legitima, & probata, propter quam etiam, ſi perpetui eſſent, amoveri poſſunt.

31 Hancque ſententiam, quod Vicarius amovibilis poſſit amoveri ad libitum conſtituentis, etiam abſque cauſa, præter ſuperius adductos, tenet Butr. *conſ. 51. n. 3. & 6.* loquens de Eccleſia ſæculari & dicit ita ſervari in multis Eccleſiis, idque ut ſint promptiores ad obediendum, & curam melius exerceant, dum ſciunt, ſe facilè amovendos. Quod amplectitur Rota coram Cocc. *dec. 18. n. 13.* quæ pariter loquitur de Eccleſia ſæculari, ac de Eccleſia ſpectante ad menſam Epiſcopalem, Corn. *conſ. 262. n. 4. 5. & 6 l. 3.* & latiſſimè firmavit Rota in Hiſpalen. juris amovendi Curatos die 20. Aprilis 1640. coram Peutingero, quæ poſteà fuit confirmata 21. Junii 1641. ac tertio 23. Junii 1642. coram eodem. Idque etiamſi hujuſmodi Vicarii temporales non conſueverint amoveri. Quia cùm hoc ſit in facultate deputantis, ſi non eſt uſus tali facultate, non inducitur conſuetudo, cum in actibus merè facultativis non inducatur conſuetudo, ut in his terminis firmat abb. *in c. ad noſtram n.* 11. ubi etiam dec. *n. 6. de confirm. util. vel inut.* Rebuff. *de pacif. poſſeſſ. n. 335.* quos ſequitur Rota *dec. 778. n. 5. par. 1. diverſ.*

32 Non obſtat verbum, *ad beneplacitum*, in deputationibus appoſitum. Quia licet regulariter importet arbitrium boni viri, & non liberam voluntatem ex adductis in objectione, non tamen ex hoc tollitur, quia aliquando etiam liberam ſignificant voluntatem, ut docet Guidopap. *dec. 475. n. 1.* & probat textus *in c. ſi gratioſè de reſcript. in 6.* & faciunt notata per Dec. *in c. 1. n. 40. de conſtitut.* ubi etiam reſpondet ad textum *in leg. Thais §. ſorore, ff. de fideic. libert. ac n. 45.* ubi ait, quod ſicuti verbum, *libet*, importat liberam voluntatem, ita etiam verbum, *placet*, quia nulla poteſt aſſignari differentia. Et quod verbum ad placitum idem ſignificet, ac verbum, *ad nutum*, ſive *ad libitum*, patet ex Doctoribus, qui utuntur dicto verbo *ad beneplacitum*, & tamen iidem admittunt fieri poſſe *ad nutum*, & *ſine cauſa*, ut per Butr. *in d. c. cum non ignores n. 5.* Ibi Imol. *n. 4.* Ubi de cura commiſſa ad beneplacitum, & tamen admittit amotionem, quando vult, & ſine cauſa, Anchar. *num. 3.* ubi quod poſſit amovere, quando vult, Oſtienſ. *n. 8.* Jo. Andr. *n. 3.* & Coccin. *dict. dec. 18.* ubi *num. 5.* deputatum ad beneplacitum, admittit amoveri poſſe ſine cauſa *n. 13.* Cavalet. *dec. 350. num. 1.* Corn. *d. conſ. 262. n. 6. l. 3.* ubi utitur verbo ad beneplacitum, & tamen firmat remorionem fieri poſſe abſque cauſa. Verbum itaque *beneplacitum*, in hoc caſu promiſcuè accipitur, idemque ſignificat quod ad *nutum*, ſive *ad libitum*.

33 Pariter non obſtat citata S. Congregationis Concilii declaratio. Nam illa procedit in longè diverſis terminis, nempè in Confeſſoribus, ſive deputatis ad Sacramenta Monialibus miniſtranda, quos ſapientiſſimi Patres ad nutum Monialium, & ſine cauſa non eſſe amovendos cenſuerunt. Licet enim deputatus ad exercitium curæ poſſit ad nutum ejus, cui cura principaliter incumbit amoveri, non tamen poteſt amoveri ad nutum eorum, quorum ipſe curam gerit, cùm abſurdum ſit, quod paſtor pendeat ab ovibus, cùm potius oves pendere debeant à paſtore.

34 Ad quartum, concernens odium, & inimicitiam, certum eſt, quod ſi hujuſmodi Curati amoveantur, concurrente malitia, non poſſunt amoveri ſine legitima cauſa, ut per Rot. *deciſ. 778. numer. 2. par. 1. diverſ. & deciſ. 116. num. 30. par. 9. recent.* Tum enim amotus poſſet Superioris officium implorare, & Superior deberet eum audire, ut per Innoc. *in c. fin. nu. 3. de offic. Ordin. in 6.* ibique Jo. Andr. *num. 2.* Geminian. *num. 9* & Franch. *num. 3.* Bellam. *in c. porrecta num. 6. quæſt. 4. de confirm. util. vel inutil.* Cardin. *in Clem. 1. §. præmiſſa numer. 4. de ſuppl. negl. Præl.* dicens: *Ego puto quod, etſi nulla ſubſit cauſa, dum tamen non ex malitia, tenet revocatio*, Imol. *num. 44.* Selva *de benefic. par. 3. quæſt. 68. num. 3.* Rot. *dec. 778. num. 2. par. 1. diverſ.* & in Burgen. amotionis magiſtri Capellæ 11. Decembris 1581. coram Blanchetto. Cenſetur autem amotio facta ex malitia, ſi ſubſit præſumptio alicujus odii, ut poſt Butrium notat Imola *in dict. Clem. l. n. 44.* ac Rot. *dict. dec. 778. num. 3.* At verò regulariter non præſumuntur, ut per Alberic. *in l. injuriarum actio num. 1.* Et *in c. ſi quis per injuriam, ff. de injur.* Cravet *conſ. 8. num. 8. l. 1.* facitque textus *in auth. de teſtib. §. ſi verò collat. 7.* Sed debent ab allegante probari, argumento textus *in l. quoties, §. qui dolo, ff. de probat.* Gloſſ. *in c. 2. verb. conjecturas de renunciat. in 6.* Et quamvis odium, quod in animo conſiſtit, probetur conjecturis, argumento textus *in l. dolum*, notatque ibi Gloſ. *Cod. de dolo cap. 2.* juncta Gloſ. *de renunciat. in 6.* Abb. *in c. repelluntur num. 2. de accuſ.* Hujuſmodi tamen exceptio, tanquam requirens altiorem indaginem, in poſſeſſorio judicio non eſt admittenda, Rota apud Poſth. *de manut. dec. 223. n. 9. & dec. 15. num. 12. ac dec. 131. num. 8. & dec. 138. n. 5. & in recent. dec. 366. num. 6. par. 1.* Præſertim contra Epiſcopum, vel Cardinalem, cujus dignitatis eminentia omnem ſuſpicionem odii, & malitiæ excludit, & ſaltem clarioribus indiciis eſſet probanda juxta ea, quæ tradit Gomez. *in reg. de publ. reſignat. quæſt. 12. num. 2.* argumento textus *in l. 1.* ibique, Gloſ. *ff. de offic. Præf. Præt.* & textus *in can. abſit 11. q. 3.* Alciat. *conſ. 20. num. 1. l. 7.* Eſtque regula, quod actus, qui poteſt referri ad licitum, & illicitum, potius referendus eſt licitum, *c. eſtote de reg. jur.* Gloſ. *in can. abſit, v. ſi veſtrum 11. quæſt. 3.* Aretin. *conſ. 23. num. 10.* Bartol. *in l. gerit. num. 20. ff. de acquir. hæred.* Roman. *conſ. 334. n. 9.* Nam in dubio quis jure ſuo uti præſumitur, *l. merito ff. pro ſocio, l. item apud Labeonem, §. ſi communem, ff. de injur.*

Eoque magis, quia cum Epiſcopus, aliive habeant 3
hanc facultatem à jure, non debet ea tam facilè privari ex traditis à Molina *de primog. l. 2. c. 5. num. 24.* Ubi ait, quod, ut electio indigni dolosè facta videatur, non ſufficere, quod eligens indignum ſit inimicus illius, qui dignus eſt, ſed aliunde probandum eſſe, eligentem ex inimicitia motum fuiſſe ad hujuſmodi electionem faciendam, quem ſequitur alter Molina *de juſtitia, & jur. tom. 3. diſput. 594. n. 5.*

Maximè autem, ne detur occaſio Curatis amovi- 36
bilibus reddendi ſe perpetuos, excitando debita opera jurgium, quo ſequuto, non timebunt amotionem, quia dicerent, procedere ex odio. Sicque ex proprio delicto commodum reportarent contra textum *in l. non fraudantur. §. nemo, ff. de reg. jur. l. Itaque §. 1.* ibique Gloſſ. *ff. de furt. l. ſive hæreditaria, ff. de negot. geſt.* Daretur-que occaſio ſuſcitandi lites contra textum *in §. item inſtit. de inut. Stipul. l. quidam*, ubi etiam Gloſſ. *ff. ſi cert. petat. c. finem litibus de dol. & contum. &c. cord. de appellat. in 6.* & ex facto alieno deputantes privarentur jure, ac facultate ſibi competente contra textum *in l. non debet, ff. de reg. jur.* Eſſentque melioris conditionis contumaces, ac ii, qui impugnant concordiam, quàm obedientes, ac ii, qui eam impugnant contra textum *in l. non ſolum, ff. de noxal. act.* ubi Gloſſ. & textum *in l. 3. §. 1.* cum aliis à Gloſ. ibi deductis, *ff. de donat. inter. vir. & uxor.*

Denique eſto, quod amoveantur ex indignatione, 37
id tamen non relevat. Quia non quælibet indignatio damnanda eſt, ut proindè reddat illicitam amotionem, ſed illa ſolum, quæ provenit ex injuſta cauſa, ut in ſimili notant Doctores *in l. qui in carcerem*, ibique Bartolus, & Baldus *n. 1.* Angel. *n. 3.* Alberic. *nu. 2. & 3. quod met. cauſ.* eſtque textus *in l. 3. §. ſed etſi, & in l. mulier. ff. eodem.* Et de dolo malo, & bono diſtinguit textus *in l. 1. §. 3. ff. de dol. mal.* Sufficitque adeſſe quamlibet cauſam, etiam levem, ut quis excuſetur à dolo, vel à malitia, per textum *in leg. igitur, §. generaliter ff. de liberal. cauſ. leg. ſed etſi lege §. Scire, ff. de petit. hæredit.* Gloſſ. *in leg. plagii criminis. Cod. ad leg. Fab. de plagiar.* Dec. *conſ. 452. numero quarto.* Succin. *conſ. 108. numero 12. & conſ. 118 num. 7. lib. 1. & conſ. 59. numero 18. lib. 3.* Caſtrenſ. *conſ. 277. lib. 2.* Cravett. *conſ. 366. num. 35. & conſ. 432. num. 11. & conſ. 697. numero 13.* Corn. *conſ. 181. num. 8. lib. 9.* Honded. *conſ. 58. nu. 37. lib. 1.* Gregor. *dec. 68 num. 9. & dec. 439. num. 10.* ac Rota in Hiſpalen. juris nominandi 21. Maii 1638. coram Carillo.

38 Atque ita re tertiò propoſita, matureque diſcuſſa, declaravit tandem Sacr. Congregatio Viſitationis Apoſtolicæ in Romana remotionis Curati Eccleſiæ ſæcularis Sanctorum Venantii, & Anſovini Camertis Nationis ſub die 17. Julii 1692. nempè licere Officialibus, ſive Miniſtris laicis dictæ Eccleſiæ nationalis liberè, & pro ſuo arbitrio beneplacito, ac nutu eligere, & amovere Curatum amovibilem dictæ Eccleſiæ etiam ſine cauſa, & meritò, quia natura ſua tales ſunt, ſive nominentur, ac deputentur ab Eccleſiaſticis, ſive à laicis.

39 Quod verò ad Capellanos extat Rotæ recens deciſio, quam his annectimus.

40 Sulmonen. Juris amovendi Capellanos,
Veneris 10. Januarii 1659. coram Priolo.

41 Cùm dubitaretur in S. Congregatione Epiſcoporum, & Regularium, an Oeconomis, ſeu Procuratoribus Eccleſiæ Sanctiſſimæ *Annunciatæ* liceret liberè pro eorum arbitrio eligere, & removere Capellanos, placuit Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis P.P. Rotam conſulere ſuper quo dubio die 16. Januarii 1654. proponente bo. me. Bichio, capta non fuit reſolutio. Hodie verò per me in ejus locum ſubrogatum, ac propoſito, affirmativè DD. reſponderunt.

42 Quoniam ex ipſo Inſtrumento erectionis anni 1320. conſtat penes Oeconomos, & Procuratores pro tempore fuiſſe omnimodam adminiſtrationem hujuſmodi Eccleſiæ admittendo in illa presbyteros, & Capellanos, & recipiendo oblationes, quæ à fidelibus offerebantur, ac etiam ad ipſos ſpectaſſe diſtributionem reditumm pro ſtipendiis Capellanorum, & Miniſtrorum inſervientium, atque expenſis neceſſariis ad ſubſtentationem Hoſpitalis, & Eccleſiæ cæteraque jura adminiſtrationis exercuiſſe, etiam de conſenſu Ordinarii, & Capituli majoris Eccleſiæ Sulmonæ, ut *in Summario Oeconomorum præterita poſitionis num. 3.*

43 Deinde anno 1373. præſcripta adminiſtratio fuit corroborata per Conſtitutionem bon. me. Card. Sabien. de latere legati, exhibitam *in d. Summ. num.* 4. in quâ narrando illam reperiri ab antiquiſſimo tempore commendatam dd. Oeconomis, ſeu Procuratoribus gravavit etiam ſub pœna cenſurarum illos, tum electos ad ſubeundum tale regimen, & gubernium, adita ratione, quia ex piorum Civium eleemoſynis Eccleſia in dies majoribus emolumentis affluebat, quæ omnia evidenter inferunt pertinentiam adminiſtrationis, ut dictum fuit in Tarraconen. adminiſtrationis Capellarum 7. Junii 1634. coram Durano *dec. 455. n. 5.*

44 A dicto vero tempore citra hoc idem convincunt Teſtes numero ſupra triginta, formiter examinati deponentes, quod ſemper adminiſtrarunt Oeconomi, quod Presbyteros, & Capellanos deputarunt & amoverunt abſque ulla licentia Epiſcoporum, ſed ad eorum liberum arbitrium, & voluntatem, qui utpotè conteſtes, & informati probant hujuſmodi obſervantiam, Caputaq. *d. 2. 77. numero 7. parte 1.* Mantic. *d. 132. numero 4.* Caval. *d. 517. numero 4.* & Hiſpalen. juris amovendi Curatos 25. Aprilis 1640. §. & 1. coram bon. mem. Peutingerio. Quæ quidem ſicuti

in quacumque materia plurimum eſt attendenda, ut dixit Rota in Romana Pecuniaria 5. Junii & 31. Julii 1648. coram Eminentiſſim. D. Cardinal. Corrado, & in eadem 14. Junii 1649 coram bon. mem. Dunozetto. Ita, imò magis hic, ubi tanquam transgreſſa tempus immemorabile, & conformis erectionis, probat titulum adminiſtrationis ex allegatis in dicta Tarraconen. Capellar. 24. Novembris 1636. coram Merlino inter impreſſas *d. 728. num. 2.*

Firmata igitur tam ex tenore fundationis, quàm ex 45
obſervantia ſubſequuta pertinentia juris adminiſtrandi Oeconomorum, ad eoſdem etiam ſpectat jus nominandi, & amovendi Presbyteros, & Capellanos, non ſolum, quia talis nominatio eſt de præcipuis juribus, & pars ipſius adminiſtrationis, ut dixit Rota coram Durano *d. dec. 455. num. 2. & 3.* & in Lucana Legati 15. Maii 1645. coram bon. mem. Peutingerio; Non ſecus, ac præſentatio ſit fructus juriſpatronatus *v. conſultationibus* ubi DD. *de jurep.* Mar. Anton. *variar. reſolut. l. 1. reſol. 87. in fin.* Boer. *d. 15. nu. 54.* Alias enim verificari non poſſet ad ipſos pertinere omnimodam adminiſtrationem Eccleſiæ juxta fundationem; utpotè illa dictio, *omnimodà*, tribuit facultatem totalem, & plenariam, ut notat Gloſſ. *in Clem. 1. §. ejuſdem Verbo omnimoda de for. compet.* Felin. *in cap. Auditis n. 7. de præſcript* pariſ. *conſ. 1. n. 16. l. 4. diverſ.* & in Montis Altî Beneficii 15. Decembris 1645. §. *Sed vere*, coram bon. mem. Bichio.

Verum etiam, quia hujuſmodi Capellaniæ non ſunt 46
beneficia perpetua, & collativa, ſed manualia dumtaxat, revocabilia ad nutum, & voluntatem conferentis, quo caſu presbyteros inſervientes conductitios eſſe, & amovibiles, etiam abſque ulla cauſa, ceſſante tamen odio, & malitia concludenter juſtificanda juxta tradit. per Imol. *in Clem. 1. numer. 16. de exeeſſ. Prælat.* Garz. *de benef. par. 1. capite 2. numero* 88. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. univer. lib. 3. cap. 5. numero* 16. Rot. *d. 778. numer. 2. part. 1. div.* Cavaler. *d. 72. numer. 5.* Burat. *d. 382. numero* 4. & in ſpecie fuit reſponſum in Hiſpalen. juris amovendi Curatos 20. Aprilis 1640. & 21. Junii 1641. coram bon. mem. Peuting. & in Piſauren. Beneficii 10. Decembris 1645. coram R. P. D. meo Meltio.

Siquidem eſſe beneficia manualia, non collativa, pro- 47
batur ex eo, quia non ſunt erecta in titulum auctoritate Apoſtolica, vel Ordinaria, ut requiritur Gonzal. *ad reg. Cancell. gloſſ. 5. numer.* 20. *& ſeqq.* Barboſ. *de Jur. Eccleſ. d. l. 3. cap. 5. num. 3.* Squillant. *de privil. Cler. cap. 4. numer. 8.* Moneta *de decimis c. 9. quæſt. 2. ſub num. 25. & de commui. ult. vol. c. 10. q. 6. num. 476. & ſeq.* Navar. *conſ. 7. de præben.* Rot. *d. 501. num. 6.* coram Merlino; Neque conferuntur ab Eccleſiaſtica perſona, Navat. *conſ. 8. num. 17. de Jurepat.* Rot. *d. 14. num. 4. & ſeq.* poſt Tamburin. *de Jur. Abbat.* Caval. *d. 350. num. 4.* nec etiam habent certos redditus nemine dotis aſſignatos, ſed tamen quædam bona, & emolumenta, ex quibus presbyteri, Eccleſiæ deſervientes, ſtipendia percipiunt, non intuitu Eccleſiæ principaliter, ſed ratione perſonalis ſervitii, quæ prorſus ſtatum beneficialem excludunt, Cald. *conſ. 9. nu. 2. de reſcripte.* Rebuff. *de nominat. qu. 14. n. 62.* & in praxi *tit. de diſpenſation. ætat. verb. Vel earum perpetuæ Vicariæ*, Garzias *de benef. part. 1. cap. 2. nu. 93.* & 94. Redoan. *de ſpol. q. 3. ſub n. 35.* Navar. *conſ. 27. nu. 3. & 7. de præben.* & dictum fuit in Auximana reſidentiæ 23. Maii 1609. coram patriarcha Hieroſolymitano, relatum à Lother. *de re benef. l. 1. quæſt 31. in fine*, & in ſupra citata Hiſpalen. Juris amovendi Curatos 20. Aprilis 1640. §. *Demum* coram Peutingerio confirmata 21. Junii 1641. coram eodem.

Comprobat idem obſervantia, cum ſemper, & præ- 48
ſertim ultimo loco fuerint collata per Oeconomos, quæ dubio procul demonſtrat controverſas Capellanias eſſe amovibiles, & beneficia manualia, juxta Text. *in cap. ad Monaſterium §. tales de ſtat. Monach.* Garz. *d. parte 1. cap. 2. num. 65. & 66.* Viu. *de Jurepat. lib. 1. cap. 1. num. 125.* Rot. *d. 61. numer. 4.* coram Merlin. Ad effectum enim habendi naturam, & qualitatem beneficii ſtatus ultimus ſolet attendi,

rendi, *c. cum de Benefic. in 9. de præben.* Dec. *conſ. 126. nu. 2.* Rot. *d. 2. de præben. in novis* apud Seraph. *dec. 1695. n. 3. & 4. cum ſeqq.* Caval. *d. 350. nu. 2. & 389. nu. 6.* coram Durano *d. 208. n. 4. & 501. n. 12.* coram Merlino.

49 Eo magis, quia non ſolùm nullibi conſtat de erectione in titulum, vel Ordinarium fuiſſe in quaſi poſſeſſione illa conferendi juxta tradita per Gonzal. *gloſſ. 5. nu. 50.* Lother. *lib. 1. quæſt. 5. nu. 62.* & fuit reſolutum in Perufina erectionis Beneficii 1. Junii 1643. coram R.P.D. meo Veroſpio.

50 Quinimò pro parte Oeconomorum docetur, primum Eccleſiam fundatam eſſe ad inſtar Eccleſiarum Sanctiſſimæ Annunciatæ Civitatum Neapolis, Capuæ, & Anverſæ *Summ. d. nu.* In quibus extat ſimile inſtitutum, earumque cauſa, & adminiſtratio eſt ſub Regimine Laicorum, & penes ipſos reſidet facultas recipiendi, & ejiciendi Capellanos abſque ulla auctoritate Epiſcopi; ut *in Summar. reſponſionis num. 1.* Adeò, ut de manualitate iſtarum Capellaniarum, & Jure Oeconomorum conducendi, & removendi Presbyteros, nequeat dubitari, cum jus non reſiſtat Laicis quin Eccleſias, & Hoſpitalia adminiſtrent, & Capellanos ad eorum nutum eligere poſſint, Felin. *in cap. 2. num. 5. de judic.* Ferrer. *conſ. 141. per tot.* Navar. *conſ 8. num. 17.* Barboſ. *d. lib. 3. cap. 3. ſub num. 12.* Rot. *dict. 122. numer. 1. & ſeqq.* coram Merlino, & fuit ponderatum in dicta Perufina erectionis Beneficii coram R. P. D. meo Veroſpio.

51 Nihil refert, quod Laici ſint incapaces juris inſtituendi, & deſtituendi in Beneficiis, cum non verſemur in Beneficiis, in quibus cadat inſtitutio juxta notata in *c. 1. de egul. jur. in 6.* Sed in ſimplici deputatione Capellanorum quæ etiam Laicis competit, & ultra allegatos probant Abb. *in c. decernimus n. 9. de judic.* Navarr. *d. conſ. 27. in. 7. lib. 3. de præb.* Lother. *d. 1. qu. 6. n. 38.*

52 Nec obſtat incapacitas deducta ex eo, quod Eccleſia habeat curam *Animarum* propter unionem Eccleſiæ Sanctæ Crucis, quia non fuit illi unita Parochialitas, ſed ſolùm Eccleſia; Cura verò translata fuit ad alias Eccleſias vicinas, ut in *Summ. numer. 6.* Vnde, licet Capellani Sacramenta adminiſtrent infirmis, & quamplures Parochi accedant ad Eccleſiam Sanctiſſimæ Annunciatæ ad recipiendum *Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramentum*; ex hoc tamen non infertur, quod habeat annexam Curam Animarum, cum Cappellani habeant jus miniſtrandi *Sacramenta* ſuper infirmis ex licentia Ordinarii *Clement. 1. de Privilegiis*, imò tanquam Hoſpitali deputatos pro parochis haberi, firmavit Rota in Lycien. Legati 22. Martii 1638. coram Reverendiſſimo Tarraconen. & Sanctiſſimum Sacramentum ibi reponatur eo quod in Eccleſiis vicinis propter pauperratem decenter aſſervari non poſſit: ut deponunt Teſtes *Summario eorundem Capellanorum n. 4.*

53 Minus relevat exceptio uſurpationis juriſpatronatus eo, quia Oeconomi illud non oſtendant, cùm requiſitis Sacri Concilii Tridentini *cap. 9 ſeſſ. 25. de reformat.* Nam hodie non agitur de jure præſentandi, ſed exercendi Curam, & adminiſtrationem Eccleſiæ, & Hoſpitalis, quod etiam Laicis competere jam probavimus, & nihilominus dum conſtat de fundatione facta auctoritate Epiſcopi, & Capituli Sulmonen. ceſſat ſuſpicio, cum non requiratur tam exacta probatio, ubi Epiſcopi acceptatio concurrit, Rot. *d. 211. per tot. par. 1. & 290. num. 18. & ſeqq. part. 5. recent* cum aliis per Add. ad Barart. *d. 55. n. 15.*

54 Nec Presbyteri, ſeu Cappellani ſtatum beneficialem deſumere poſſunt ex eo, quod nonnulli Clerici fuerint promoti ad titulum iſtarum Cappellaniarum. Quia, ultra quod ex hoc non poteſt inferri præjudicium Oeconomis, non probata eorum ſcientia, & patientia, ut firmavit Rot. *in d. dec. 632. num. 10. & ſeqq.* apud Merlinum, cum id evenerit ex permiſſione eorundem Oeconomorum, ut ex teſtibus novo *Summario n. 8.* non ceſſavit qualitas manualitatis ad notata per Garzias *d. part. 1. c. 2. num. 90. & ſeqq.*

55 Et gratis dicunt, Eccleſiam eſſe receptitiam, cùm ſolùm ea talis exiſtat, quæ non habet certum numerum Beneficiatorum, & ubi Beneficiati ſunt liberi collatores, & Ordinarius proviſos examinat ante immiſſionem. Ideo dum hic extant duodecim Presbyteri, ſeu Cappellani, nec ipſi exigunt, nec Epiſcopus electos examinat, Eccleſia *Sanctiſſimæ Annunciatæ* hanc qualitatem habere non poteſt, ut declaravit Rota *d. 942. num. 2.* coram Seraph. cum aliis adductis per Vivian. *de jurepatr. lib. 1. n. 106. c. 1.*

Et non repugnat, quod in ea adſit maſſa communis 56
oblationum, & emolumentorum, cùm illa diſtribuantur ſolummodo Capellanis inſervientibus, & admiſſis per Oeconomos, ut in dicto novo *Summario n 9.* Nec maſſa hujuſmodi, ſive, ut eam vocant (cumunella) pernecesè inferat Collegialitatem, ſed omnibus etiam uti ſingulis conveniat, *dec. 143 n. 16. & 17. & 218. n. 7 par. 7. recent.* & in Maceraten. Archipresbyteratus 31. Januarii 1648. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Corrado.

Prout manualitatem non excludit, quod Oeconomi 57
per aliquas vices admiſerint ad nominationem Epiſcopum, ex hiſce namque actibus facultativis non inducitur contraria conſuetudo impeditiva libertatis juris eligendi, & amovendi Cappellanos ex adductis per Rotam *d. 162. num. 10.* ibique Add. *num. 16.* coram ſan. mem. Gregorio.

Denique attendenda non eſt exceptio nullitatis exami- 58
nis, quia cum Teſtes fuerint admiſſi per S. Congregationem Epiſcoporum, & Regularium, & pars declaraverit, velle ſtare proceſſui coram eadem S. Congr. producto, non poſſunt amplius impugnari, Rot. *d. 456. n. 2. & 536. n. 4. par. 4. rec.*

Imò urget decretum ejuſdem S. Congregationis, deſu- 59
per editum, uſque de anno 1598. quo fuit declaratum, licere Prioribus, & Oeconomis liberè, & pro eorum arbitrio removere Cappellanos, dummodò, tamen ſuperſint in Eccleſia ſaltem duodecim Sacerdotes ab Epiſcopo approbati, comprehenſo Rectore, quibus declarationibus Rota plurimum defert.

Et ita partibus acertimè informantibus in prima pro- 60
poſitione, hodie verò tantum Oeconomis, Presbyteris tamen pluries laceſſitis, reſolutum fuit.

In hujuſmodi cauſa vertente in Sacra Congregatione 61
Eminentiſſimorum, & R.R.D.D. Cardinalium Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita inter Oeconomos, & Priores Eccleſiæ *Sanctiſſimæ Annunciatæ*, & illius Cappellanos Civitatis Sulmonæ, Rota eſt in voto, licere prædictis Oeconomis, & Procuratoribus liberè, & pro eorum arbitrio eligere, & removere dictos Capellanos, prout in *deciſ.* coram me die 10. Januarii 1659. cujus copia cum præſenti voto annectitur. Hieronimus Priolus, Sacr. Rotæ Auditor.

CONSULTATIO CXLIV.

An & quatecus Epiſcopo viſitanti ſuam Diœceſim, debeantur à Capitulo Cathedralis portiones panis, & vini, ac diſtributiones quotidianæ, perindè, ac ſi in Civitate, atque Eccleſia ſua Cathedrali reſideret? Et quid de Strena.

Reſpondeo, negativè, ſi eſt Canonicus. Nam de jure 1
ſolùm debentur intereſſentibus divinis Officiis. *cap. de Cleric. non reſid. in 6.* & debentur ratione miniſterii perſonalis in Eccleſia, in qua percipiuntur ut proinde non dicantur de corpore Beneficii, nec augeant corpus præbendæ, ut per Gonzal. *ad regul. 8. §. 7. proœm. numero 102.* Fuſch. *de viſit. cap. 15. numero 25. libro primo, & cap. 20. numero 26. lib. 2.* Valenz. *conſ. 57. num. 24. lib. 1.* Bellon. jun. *conſ. 80. numer. 2.* Mareſcot. *var. reſol 32 numero 16. ac ſeqq. libro 2.* Unde ex jure communi, ne abſentes quidem, pro ſervitio Papæ lucrantur has diſtributiones niſi ex privilegio ſpeciali, ut poſt alios tradit Rota apud Barboſ. *de official. & poteſt. Epiſcop. allegat. 53. numero 154.* Er in terminis Canonici viſitantis, tanquam Vicarii Epiſcopi, quod non lucretur diſtributiones, refert declaratum Nicolinus *in floſc. v. diſtributiones num. 29.* ac de Archidiacono, viſitante Eccleſias ſui Archidiaconatus, quod ſimiliter illis

illis non gaudeat, tradit ex mente Sacr. Congregationis Concilii, Garz. *de benefic. par. 3. cap. 2. nu. 332. & ſeqq.* ubi *nu. 342.* firmat, quod pro lucrandis diſtributionibus in abſentia, non ſufficit utilitas Eccleſiæ, ſive Epiſcoparus in genere, ſed requiritur in particulari utilitas Eccleſiæ, de cujus fructibus agitur.

2 Nec obſtat, quod ſit in actu viſitationis. Quia cum eas percipiat, uti Canonicus, Canonico in actuali viſitatione ac viſitando non debentur, ut declaravit S. Congregatio ſuper Epiſcop. 2. Julii 1602. & 28. Februarii 1614.

3 Idque præcipuè, ſi extet conſuetudo non ſolvendi has diſtributiones Epiſcopo viſitandi, quæ fundatur in regulis juris, quibus cavetur, quod abſenti ab Eccleſia ob ſubeundum munus ſuum, non autem propter utilitatem Eccleſiæ, non debeant diſtributiones, ut per Garz. *par. 3. c. 2. nu. 332. ac ſeqq.* Monet. *de diſtrib. quotid. qu. 11. par. 2. nu. 62. & 63.* cum ex tali abſentia cultus divinus, ac ſervitium perſonale deficiat, Tundut. *qu. benefic. 105. numero 6.*

4 Secus autem dicendum eſt, ſi Epiſcopus non eſt Canonicus, neque habet præbendam Canonicalem, ſed ab immemorabili tempore conſequutus eſt has portiones, ac diſtributiones quotidianas tempore viſitationis titulo ſubventionis, vel ſubſidii charitativi.

5 Quod verò ad Strenam, S. Congregatio ſuper Epiſcopis pluries declaravit, quòd Epiſcopus non debet recipere dona, ſeu munera à ſuo Clero, ut in Caſtellanetenſi 2. Auguſti 1581. & in Policaſtrenſi 14. Novembris 1653. & quatenus dicta munera, ſive ſtrena eſſent ſolita dari Epiſcopo à Canonicis, vel ab aliis Eccleſiaſticis, illa ſunt urbanitatis, non neceſſitatis, ut in Montis Peluſii 13. Decembris 1654. Et in Reatina 6. Martii 1596. declaravit Epiſcopum accipientem hujuſmodi munera condemnandum eſſe, non ſolum ad reſtitutionem accepti, ſed etiam damnorum, & intereſſe.

6 Quinimò in Lycienſi 20. Octobris 610. reſcripſit Epiſcopo in hæc verba: *E piaciuto alla Sac. Congregatione, che V. S. non habbia ricevuto il donativo, che il Capitolo penſava di farle, & è parſo ſtranno, che la riſolutione ſi ſia fatta dal Capitolo ſenza il Clero, è pretendeſſe obligarlo V. S. ſi aſtenga non ſolo di riſcuotere detto donativo, ma anche di accettarlo.*

7 Unde Epiſcopus non ſolùm cogere non poteſt, ſed ne à ſponte quidem dantibus, licitè poteſt recipere. Nam in Superiore, ac Officiali exigente à ſubditis rem indebitam, ſemper præſumitur concluſio per Gloſſ. *in l. un. v. ne quis. C. de ſalgam. lib. 12.*

8 Nec obſtat prætenſa conſuetudo, ſive quaſi poſſeſſio exigendi. Quia cùm ex allegatis declarationibus vini legis, ac rei judicatæ habentibus, ut latè Garz. *de benefic, in præfat.* hujuſmodi ſtrenas ab Epiſcopis exigi non poſſint, inanis eſt prætenſio manuteptionis. Dum enim evidenter apparet de injuſtitia poſſeſſionis, petitorium abſorbet poſſeſſorium, & exceptio clara in petitorio elidit prætenſionem poſſeſſorii, ut per Rot. *dec. 425. num. 3. & 4.* coram Gregorio, & Poſt. *de manuten. obſerv. 42. nu. 148. & ſeq.* Neque hæc prætenſio in hoc caſu locum habere poteſt. Quia Capitulares non poſſunt cogi, nec Epiſcopus à volentibus poteſt exigere, & ſic in actibus facultativis non poteſt dari poſſeſſio manutenibilis ex quocumque temporis lapſu, Add. ad Greg. *dec. 162. num. lit. C. Poſt. loc. tit. obſer. 53. num. 1.* Præſertim ſi nullus detur ſtatus uniformis circa ſubſtantiam, nec circa quantitatem ſtrenæ, ac per conſequens non poteſt allegari conſuetudo, quæ non inducitur ex actibus difformibus, Rota coram Gregor. *dec. 162. num. 8.*

CONSULTATIO CXLV.

An, & quatenus Regulares teneantur ſolvere Parochis quartam, quæ funeralium dicitur? Ubi Conſtitutiones Pontificum, decreta Sac. Congregationis, ac Rotæ deciſiones adducuntur, præſertim Rotæ deciſio in Romana funeralis non facti.

Reſpondeo, Regulares, habentes privilegium Julii 1
Secundi non ſolvendi quartam funeralium, non comprehendi decreto Sac. Concilii Tridentini *cap. 13. ſeſſ. 25. de reform.* & ideo non teneri, dixit Sac. Congregatio ejuſdem Concilii, quemadmodum etiam dixit manutenendos eſſe in poſſeſſione, qui ex immemorabili tempore exigebat dimidiam partem ceræ, quæ in funeralibus apponitur, dum cadavera tumulantur in Eccleſiis Regularium, & ad tollendam omnem controverſiam cenſuit eadem Sac. Congregatio eodem decreto non comprehendi Monaſteria ædificata à quadraginta annis citrà, aut quæ in dies ædificantur, vel in futurum ædificabuntur, præſuppoſito, quod hujuſmodi Monaſteria ſint Religionis, cui à Sede Apoſtolica indultum ſit, ut quartam funeralium non teneantur ſolvere, de quo alibi latiùs.

Et quidem perſpicua ſunt Apoſtolica privilegia Re- 2
gularibus conceſſa, quibus eorum Religiones à ſolutione, ac præſtatione hujuſmodi quartæ ſunt exemptæ, ut teſtantur Sorb. *de privileg. Fratr. Mendicantium, v. Canonica portio, §. 5. 10. & ſeq.* Confect. *in collect. privileg. Sacer. Ord. Mendic. & non Mendic.* Rodriq. *in compend. Bullarii Apoſt. Bullæ 19.* Mirand. *in man. Prælat. regul. quæſt. 48. art. 6. concluſ. 45. tom. 2.* quæ ſæpè in Rota comprobata fuerunt, ut in Hiſpalen. quartæ funeralis 4. Junii 1590. coram Pamphilio, in Lycienſi 15. Januarii 1618. coram Coccino, & in alia Lycienſi 27. Junii 1642. cum aliis in ea citatis coram Royas tenoris ſequentis.

Contra Archipresbyterum, ac presbyteros Terræ 3
Lequilarum tantùm informantes fuit hodie reſolutum non conſtare de bono jure Eccleſiæ Parochialis dictæ Terræ pro conſequenda quarta funerali ab Eccleſia fratrum Reformatorum Sancti Franciſci de Obſervantia ejuſdem loci. Quamvis enim de *jure* communi iſta quarta ſpectet ad Epiſcopum, vel parochos, ut *in Clement. Dudum, §. Verum, ne Parochiales Eccleſiæ de ſepult.* ſtantibus tamen ampliſſimis privilegiis, ac exemptionibus antiquiſſimis per Summos Pontifices Religionis Franciſcanæ conceſſis, in quibus expreſsè eximuntur à ſolutione cujuſcumque quartæ funeralis, illa non debetur, ut in Conſtit. 4. Clementis IV. Conſtitut. 6. Sixti IV, Conſtit. 11. Beati Pii Quinti, nec non Conſti. Julii II. cum derogatione expreſſa Concilii Viennenſis in *d. Clementina Dudum*, uti Conſtitutionis Conciliarii, prout requiritur, Rot. *dec. 122. par. 1. recent.* Cavalerius, qui plures cumulat *dec. 101. numer. 2.* in dicta *Conſtit.* Sixti IV. §. *& Dydum Viennenſi Concilio*, Silveſt. *v. Canonica portio num. 8.* Lelius Zechius *de Republ. Eccleſ. tit. de Parochis cap. 28. num. 18.* & in puncto dixit Rota in Hiſpalen, quartæ funeralium 4. Julii 1590. coram Pamphilio, & in Lycien. quartæ funeralis 25. Januarii 1618. coram Coccinò, cùm benè per privilegium Papæ Religio poſſit à ſolutione cujuſcumque quartæ funeralis eximi, ut in præſenti, *can. privilegia dict. 3. cap. Officii de teſtam.* Lavor. *var. Lucubr. in tit. de priſc. & recent. fun. tract. 2. cap. 37. num. 48.* & dixit Rota in d. Lycien. coram Coccino. Quæ privilegia expreſsè derogant *dict. Clementinæ*, ac ſunt munita clauſula ſublata, & decreto irritanti, quæ claudunt os parti, & ligant manus Judicis aliter judicandi, Bartol. *in l. fin. nu. 1. Cod. de Canon. frument. Urb. Rom.* Gonzal. *ſuper reg. 8. gloſſ. 66. nu. 3. cum ſeqq.* Put. *dec. 48. nu. 6. par. 1.* Caputaq. *dec. 134. n. 4. par. 3.* Rota *in recent. dec. 77. num. 9. par. 5.* & coram Cavaler. *dec. 430. num. 3.* Hactenus Rota.

Confirmatur id ex *dict. cap. 13. ſeſſ. 25.* Concilii Tri- 4
dentini ut ſupra, & ex decreto ejuſdem Sacr. Congregationis, quæ die 2. Auguſti 1607. cenſuit, ſi Religioni Fratrum Sancti Franciſci de Obſervantia ante quadraginta annos ante. Tridentinum Concilium à Sede Apoſtolica indultum fuit, ut quartam hujuſmodi ſolvere non teneantur, non teneri ad eam ſolvendam hanc Eccleſiam, poſt Concilium Religioni acquiſitam, tametſi

ante-

antequam Religioni prædictæ acquireretur, eam solvere dicta Ecclesia consuevisset. Unde Sacr. Congregatio super Episcopis ita scripsit Episcopo Melitensi.

Illustre, e Molto Rev. Monsign. come fratello,

Essendosi dolati à questa Sac. Congregatione i Frati Osservanti del Convento di cinque Frondi di cotesta Diocese, che que' Preti tentino introdurre novità in pregiuditio loro intorno alla quarta funerale. Questi Eminentiss. miei Signori mi hanno ordinato di scrivere à V.S. ch'ella non lasci d'innovare cos' alcuna, e fra tanto informi l'Eminenze loro, Il che le piacerà eseguire, e Nostro Signore la prosperi. Di Roma 30. Settembre 1644.

Di V. S. come fratello, M. Cardinal Ginetti.

5 Non obstat igitur, quod hujusmodi quarta debeatur Ecclesiæ Parochiali, tam de jure communi, præsertim ex *Clement. Dudum, §. Verum sepult.* quàm ex disposit. one Sac. Concilii Tridentini *loco citato*.

6 Nam quoad juris communis dispositionem potuerunt Summi Pontifices ab illius solutione Regulare eximere cum derogatione *dict. Clementinæ*, ut jam fecerunt in supradictis Constitutionibus. Et quoad dispositionem Concilii, ea non obstat, si non probetur qualitas ab ipso Concilio requisita, nempè quod per quadraginta annos ante ipsum Concilium Parochi soliti essent dictam quartam, vel aliam Canonicam portionem à Regularibus exigere, aut requiri, ait Barbos. *in collect. ad d. cap. 13. Concilii*, asserens id declaratum fuisse in Constitutione Beatii Pii Quinti, traditque Rodriq. *quæst. reg. 18. num. 29.* & alias *quæst. 39. art. 2. tom. 1.* & dixit Rota in d. Lycien. coram Coccino, facitque communis illa conclusio, quod qualitas à lege, à constitutione, sive à statuto requisita semper est ab eo probanda, qui vult beneficio statuti, Constitutionis, sive legis uti, ut per Osasch. *dec. 71. num. 22.* Mantic. *dec. 258. num. 6.* Rota *dec. 11. num. 1. par. 1. diversf.* Borgnin. *dec. 11. nn. 22. & dec. 12. num. 54. par. 1.* Honded. *cons. 4. num. 101. & cons. 15. n. 1. lib. 1.* Hinc onus probandi consuetum solutionis quartæ funeralium ante quadraginta annos incumbit Ordinario, vel Parocho ex eadem Sac. Congregatione Concilii in Tarracinen. si dictam quartam ipsi petant.

7 Neque insistendum est in particulari Constitutione Bonifacii VIII. qua nonnullæ Ecclesiæ Parochiales, præsertim Majoricenses, defendi autumant. Nam non modò ex privilegiis postea concessis. Verum etiam, quia hæc Constitutio est conficta, ut colligitur ex ejus data. Habet enim Datum Avenionis idibus Novembris Pontificatus anno octavo. Et tamen nullibi legitur in historiis Pontificum Bonifacium VIII. Avenionem petiisse, nec Curia in Gallias translata fuit ante annum 1305. sub Pontificatu Clementis V. Nec etiam Avenio eo tempore erat sub ditione Ecclesiastica, cum illam Civitatem emerit Clemens VI. à Regina Joanna, ut tradit Platina in vita Clementis.

8 Eademque facilitate refellitur alia prætensa Constitutio Clementis VI. inserta in quodam Brevi Clementis VI. sub datum pariter Avenionis. Nam iste Clemens VII. non fuit Romanus Pontifex, sed Pseudopontifex, creatus tempore Urbani VI. & qui tempore Bonifacii IX. decessit. Fuit enim iste creatus in schismate anno 1378. & Clemens VII. Romanus Pontifex creatus fuit anno 1523. ut liquet ex annalibus Ecclesiasticis.

9 Nec suffragatur Parochis consuetudo. Nam ex dispositione dictarum Constitutionum, habentium clausulam sublatam, & decretum irritans, excluditur, ac inficitur quicunque titulus, ac quævis possessio, quæ possit prætendi acquisita à Parochis, ut firmat Rota *p. 7. rec. dec. 44. num. 3.* & apud Vivian. *de jurepatr. dec. 86. n. 41.* Ac ita, ut etiamsi ipsi Regulares velint, non possint renunciare viribus suæ Religionis, ut in dicta Licien. coram Royas ubi sic ait *in §. In omnem casum dicti fatres non potuerunt præjudicare successoribus, aut Monasterio, nec renunciare privilegiis toti Ordini concessis, cap. cum accessisset*, ibique Dec. *col. penul. & n. 18. de constit.* Valenz. *cons. 43. n. 14. cum seq. lib. 1. Rotæ in d. Hispalen. 4. Julii 1590. & Treveren bonorum 15. Maii 1621. eorum Dunozeto.* Quibus adde Rotam in Corduben. decimarum de Lucena 10. Maii 1633. coram Verospio, & Rodrig. *quæst. regul. 63. art. 10.*

Adde, quod vel hanc quartam Parochi exegerint de 10
facto, reluctantibus, & contradicentibus Regularibus, ita ut hoc dedit causam liti, & consequenter nullum jus tribuit, Rota coram Gregorio *dec. 4. num. 2.* ibique *Add. lit. A.* Quod procedit etiam ad effectum manutentionis, ut per *Post. observ. 7 num. 44. & seq.* Vel quod Regulares aliquando illam solverint. Et ex hoc non potuerunt illi privilegiis suæ Religionis præjudicare, ut in d. Hispalen. coram Pamphilio, & in d. Lycien. coram Royas.

Ac ita, ut ne conventiones quidem hac in re fieri pos- 11
sint, & factæ non teneant, ut constitutum est à Summis Pontificibus, & speciatim à Julio Secundo in Constit. quæ incipit, *Alias venerabilem* sub 29. Martii 1507. ab Honorio IV. in Bulla, cujus initium, *Religionis favor*, data 17. Januarii 1286. à Gregorio XIII. in Bulla incipiens, *Ex benigna Sedis Apostolicæ* 21. Martii 1585. & à Sixto V. in Bulla, *Essi mendicantium* 3. Octobris 1587. traditq; Confect. *loc. cit. tit. 10. cap. 1.*

Minus suffragarentur testes pro Parochis, si exami- 12
nati solùm fuerint ad perpetuam rei memoriam absque citatione, ac sine interrogatoriis Regularium, quo casu nihil probant per textum *in cap. 2. de testibus.* Sique nemo ex eis percutiat tempus dicti Sac. Concilii Tridentini, quod confirmatum fuit an. 1564. Atque ita ut eorum major pars percipiat commodum, quia scilicet sunt de Clero sæculari, ut proindè in hac materia noluerit Rota similes testes attendere, ut in d. Hispalen. coram Pamphilio, & in citata Lycien. coram Royas.

Minusque his refragarur statum Cleri Romani de fune- 13
ribus, & funeralibus, neque sententia vigore ejusdem statuti, à Cardinalibus deputatis confirmata contra Regulares Urbis, de qua *tom. 4.* Quia statutum est locale, atque adeò extra Urbem non est attendendum, Seraphin. *dec. 1159. n. 6.* Rota *dec. 377. n. 1. par. 4. diversf.*

Sic quoque pro Parochi Urbis mei Consulente, ema- 14
navit decisio Rotæ, quam his subjicio in Romana funeralium coram Caprara 24. Aprilis 1690. Ea est hujusmodi.

Patres S. Augustini de Urbe, in quorum Ecclesia R.P.D. 15
Rita sepulturam elegerat, & absque ulla funebri pompa fuerat sepultus ut mandaverat, prætendebant sibi deberi medietatem illius quantitatis, quam loco funeralis ab hæredibus solvendam taxaverat Camerarius Cleri. Verum, sese opponente Joanne Francisco Topino, Rectore S. Salvatoris de Capellis, personæ defunctæ Parocho, Eminentissimus Cardinalis Vicarius, ad quem res fuerat delata, Patrum instantiam rejecit, & ad favorem Parochi pro integra quantitate, jam ab hærede deposita, mandatum relaxavit, quod hodie in gradu appellationis Domini dixerunt exequendum.

Visa est enim, & ipsis insubsistens Patrum præten- 16
sio, cùm actio ad funeralia soli Ecclesiæ Parochiali competat, ut potè de illius juribus, tantùm, ex firmatis per Rotam *dec. 594. num. 1.* coram Mantica, & *dec. 480. num. 8. & 9.* coram Merlino, repetita in *recent. dec. 408. par. 5.* Nec ullo jure cautum reperitur, quod Ecclesiæ sepelienti jus, seu actio aliqua competat pro solemni funerali non facto, & à testatore prohibito, cum dispositio Concilii Viennensis *in Clement. Dudum de sepult.* in quo unicè residet jus regularium, loquatur solùm de funeralibus relictis, ut ibi legitur ad litteram, & proindè, tamquam exorbitans, non est extendenda ad non facta, & non relicta funeralia, ut ad hunc effectum notat modernus Salentinus, scilicet D. Pignatellus *consult. Canon tom. 6.* integra de hac re *consult. 88. num. 2.* prius dixerat Calderin. *cons. 2. de sepult.* Moron. *resp. 51. eod. tit. nu. 13. in fine.*

Idque

17 Idque comprobatur etiam ex determinatione statuti Cleri Romani *cap. 4. tit. de Canon. portione §. 4. 5. & 7.* ubi considerando casum, quo funus celebretur in Ecclesia diversa à sepeliente, disponit, ut funeralium emolumenta dividantur inter Ecclesiam Parochialem, & funerantem, nulla relicta portione Ecclesiæ sepelienti, & hoc quidem multo jure, cùm Ecclesiæ sepelienti funeralia non debeantur, nisi ratione laborum, quos ipsa substinet in funeris celebratione, ut observat Molphes. *in sum. tract. 13. tit. de ultim. volunt. c. 8. numer. 35.* Juri consonum est, ut eo cessante, cessent etiam emolumenta, quæ ejus occasione, atque intuitu præstantur ad textum, *l. Seio de ann. leg.* Lara *de annuerss. l. 2. c. 8. num. 17.* Petr. Ubald. *de Canon. Paroch. qu. 7. n. 13.*

18 Hinc non obstat prætensa consuetudo dividendi hujusmodi funeralia inter Ecclesiam Parochialem, & sepelientem. Quia cùm innitatur simplicibus attestationibus, in quarum contrarium aliæ similes deducebantur pro parte Parochi, elisa proindè remanet quæcunque consuetudo, quæ ex actibus difformibus nunquam inducitur, sed excluditur, Bartol. *in l. 2. in fin. ff. sol. matrim.* Dec. *cons. 214. num. 2.* ac per *tot.* Alex. *cons. 173. l. 6.* Rota coram Gregorio *dec. 162. nu. 9.* ibique Add. *nu. 15.* & coram Bichio *dec. 48. num. 15.*

19 Minus refragari videbatur, quod non integrum funerale, sed sola quarta portio, quæ in Urbe ex consuetudine est medietas, sit debita Parocho, ut sancitur in *d. Clementina Dudum de sepult.* Quia cum Ecclesia sepeliens nullum habeat jus super alia medietate, sicuti non potest pro ea agere, minus potest excipere, *l. 1. ff. quor. appell. non resp. l. ille, à quo, §. si de testam. ff. ad Trebell.* Cæphal. *cons. 133. nu. 39.* Rota coram Gregorio *dec. 396. numer. 3. & dec. 320. numer. 5.* coram Buratto, *& dec. 93. num. 7. & 8. par. 6. recent.* & Parocho sufficit vincere per non jus Patrum actorum, *l. acta C. de prob. l. qui accusare, C. de eden. l. fin. C. de rei vendic.* & in terminis in Romana jurium funeralium *dec. 348. num. 5. par. 11. recent.* Et ita utraque parte informante. Hæc Rota.

20 Itaque cum Parochi extra Urbem agant sine actione possunt ex ipsius S. Congregationis, sive Concilii, sive super Episcopis, sive à quocunque alio Judice repelli, etiam parte non opponente, Bartol. *in l. ubi pactum de transact.* & Gregor. *dec. 119. num. 6.*

CONSULTATIO CXLVI.

An, & à quo tempore Capitulum Cathedralis, sive ejus Vicarius visitare possit, Sede Episcopali vacante, totam Diœcesim, ac omnia, & singula ejus membra? Illustratur cap. 3. sess. 24. de reform. Concilii Tridentini, & ad id afferuntur parerga, & effata, ubi etiam forma, sive adumbratio rerum omnium, quæ visituri debent, strictimque discutiuntur, penè dixerim omnia, quæ ad hanc rem pertinent.

1 Respondeo, posse singulis quidem annis. Habet enim Capitulum, Sede Episcopali vacante, intentionem fundatam in jure visitandi universam Diœcesim. Quia dum Ecclesia Cathedralis suo viduata est sponso omnia, quæ ad jurisdictionem spectant, in ipsum transeunt, *c. cum olim*, ibique Ab. *n. 2.* & Bald. *in princip. de major. & obed. c. 2. ne, Sede vacante*, Feder. de Sen. *cons. 16. n. 2.* Navar. *cons. 44. n. 1. de temp. ordin. & cons. 7. n. 1. de fil. presbyt.* Rebuff. *in prax. tit. de devolut. nu. 58.* Azor. *Instit. moral. l. 3. c. 37. qu. 6. par. 2.* Guttier. *qu. Canon. c. 10. n. 10. l. 1.* Pavin, *de offic. & potest. C. Sede vac. qu. 1. n. 3. cum seq. & qu. 3. n. 2. par. 1.* Paris. *de resignat. qu. 13. n. 27. ac 28. l. 7.* Suarez. *de censur. disp. 7. sect. 2. n. 4.* Molina *de just. & jur. tract. 6. disp. 11. n. 5.* ac Rot. *diversf. dec. 1. nu. 15. par. 2. & in recent. dec. 346. n. 2. par. 1. & dec. 632. num. 4. par. 4.*

2 Visitatio autem Diœcesis, utpotè quæ versatur, nedum in accessu ad unamquamque, si id commodè peragi potest Ecclesiam, sed & in perquisitione, ac reformatione morum, tam Cleri, quam populi bonos juvandum, & pravos corrigendum, ut *in c. 1. de censib. in 6.* & in Sacr. Concilio Tridentino *sess. 24. c. 3.* cum sit actus præcipuè ad jurisdictionem pertinens, *c. conquerente de offic. Ordin. c. 1. §. fin. de censib. in 6.* Pavin. *de visit. quæst. 1. n. 8. par. 1.* Rota *diversf. dec. 196. num. 2. par. 2.* & apud Seraph. *dec. 475. n. 1. & dec. 615. n. 2. & dec. 1008. nu. 4.* & apud Mantic. *dec. 322. n. 14.* & apud Gregor. XV. *dec. 4. n. 4. & dec. 304. n. 2. & in recent. dec. 368. n. 2 & dec. 346. n. 2. & 3. & dec. 304. n. 4. par. 1.* sequitur, ut defuncto Episcopo, Capitulum succedat in hoc jure jurisdictionali, ac proindè munus visitationis obire possit, eodem modo, quo poterat Episcopus, & in specie, quod Episcopali Sede vacante, facultas visitandi Diœcesim residet, penes Capitulum, tradunt *Abb. in d. c. cum olim n. 2.* ubi etiam Bald. *n. 1. de major. & obed.* Franch. post Imolam, & Geminianum *in c. 1. n. 5. eod. tit. in 6.* Archid. *in c. si Episcopus n. 2. de suppl. negl. Prælat. in 6.* Feder. de Sen. *d. cons. 16. n. 2. cons. 4. n. 1.* Rebuff. *loc. cit. n. 65.* Azor. *ubi supra qu. 14.* Rota *dec. 346. n. 2. par. 1. recent.* & in Burgen. procurationum 10. Martii 1597. coram Orano, & Tuden. jurisdictionis 28. Novembris 1607. coram Sacrato.

Idque, non obstante consuetudine, etiàm immemo- 3
rabili, quod Clerus, sive Diœcesis solum singulis triennis visitatus fuerit à suo Episcopo. Nam, si Episcopus potest, imò pro suo officio debet quolibet anno totam Diœcesim, & cunctas Parochias visitare, & exquirere, ut in *d. c. conquerente de offic. ord.* ibi: *Visitationem quoque annuam, & in c. decrevimus* ibi, *& annuis vicibus: ab Episcopo Diœceses visitentur 10 qu. 1.* Et in *can. Episcopum*, ibi: *per singulos annos ire oportet, eadem 10. quæst. 1.* Quod etiam sancitum fuit in Sac. Concilio Trident. *sess. 24. c. 3. de reform.* ubi præcipit Episcopis visitationem singulis annis totius Diœcesis, vel saltem majoris partis, si latitudo Diœcesis non patiatur absolvi per annum, dummodò compleatur per biennium. Idemque sanxit, etiamsi Ecclesiæ essent exemptæ, ut in *c. 8. sess. 7.*

Unde, si Episcopus aliquo tempore negligat hanc an- 4
nuam visitationem, nec utatur facultate sibi concessa, & à Sacris Canonibus imperata, per hujusmodi non usum cujuscumque longissimi temporis, non inde sublata censenda est facultas de jure Episopo competens visitandi singulis annis, & necessariò per eum exercendo ex doctrina Bartoli *in l. quominus nu. 27. ff. de finm.* Calderin. *cons. 3. in fin. de consuetud.* Surd. *cons. 127. n. 81. & seq.* Thesaur. *dec. 16. n. 3.* ac Rot. *dec. 778. n. 5. par. 1. diu.* & coram Gregorio *dec. 162. nu. 10.* & coram Coccino, *dec. 402. n. 10.*

Et sanè à ratione, & ab Ecclesiastica disciplina alie- 5
nissimum est, ut ex negligentia Prælati detur occasio Clero, ac subditis annuam visitationem, & pastoris correctionem recusandi ita, ut Episcopus, vel Capitulum in grave cultus divini præjudicium, & ipsarum animarum recusantium perniciem munus suum aliquo tempore ob incuriam prætermissum, resumere, ac peragere non valeant.

Unde, si à Clero darentur articuli, quibus probare 6
niteretur, ab immemorabili tempore Episcopum nunquam accessisse ad ipsum Clerum occasione visitationis, nisi de triennio in triennium, ac proinde dictus Clerus prætenderet eodem interjecto temporis intervallo visitationem esse peragendam à Capitulo, Sede vacante, superque his articulis peteret remissoriam, deneganda illi est. Quia, quatenus etiam hujusmodi consuetudo probaretur, nullius esset momenti, ac proinde frustrà Clerus contenderet id probare, quod probarum non suffragaretur, *l. ad probationem, C. de probat.* In quo casu Rota denegat remissoriam, ut apud Cassador. *dec. 1. & 2. de dilat.* apud Mohed. *dec. 5. n. 4. de probat.* apud Caputaq. *dec. 32. n. 3.* apud Seraphin. *dec. 1564. n. 2.* apud Gregor. *dec. 81. n. 3. & dec. 356. n. 1.* & apud Concilium *dec. 121. n. 3.* ac sæpè alibi. Eoque præsertim, quia hisce consuetudinibus etiam immemorabilibus resistere videtur S.

Concilium Tridentinum tam *in d. cap. 3. sess.* 24 ibi, *non obstantibus, &c.* quàm *in cap. 8. sess. 7.* ubi in casu magis dubio loquitur, nempè etiamsi Ecclesia sit exempta, vel nullius, ut in *cap. 9. ejusdem sess. 24. de refor.*

7 Atque ita etiam declaravit S. Congregatio Concilii, ut ex subjectis declarationibus. In Pampilonensi cum, Sede Episcopali vacante, Capitulum prætendat posse visitare loca particularia, non expectato fine anni à die ultimæ visitationis factæ ab Episcopo, sed statim sequuta illius morte dubitatur, an Capitulo id liceat.

8 Die 5. Junii 1627. Sacr. Congregatio Cardinalium, Concilii Tridentini Interpretum censuit, Capitulum secundum ea, quæ proponuntur, se abstinere debere à supradicta visitatione.

9 Et cum quæreretur, an Capitulum Pampilonense, Sede vacante, & lapso anno à die ultimæ visitationis possit visitare Clerum, & loca particularia Provinciæ de Quipuscoa ejusdem Diœcesis, non expectato triennio.

10 Die 3. Februarii 1619. S. Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, secundum ea, quæ proponuntur censuit, Sede Episcopali vacante, Capitulum post lapsum annum à die ultimæ visitationis per Episcopum factæ posse Clerum provinciæ Quipuscoa, tempore triennii non expectato, *visitare.*

11 Porrò de visitatione agitur in causa 10. *quæst. 1. in can. decrevimus*, in quo annuis vicibus perficienda est, nisi valetudine gravatus, aut aliis occupationibus implicatus sit Ordinarius, *can. Episcopum. ibid.* Deque visitationis scopo, ac quid à Clericis exquirendum, *can. placuit ead.* 9. Et non nisi cum charitate id exigatur *can. cavendum 19. q. 3.* & ne sit onerosus, *can. inter vetera*, & secundum loci moderationem Episcopis, ac Visitatoribus convivia parentur, *can. illud, item cap. cum Apostolus de censib. cap. Romana, & cap. exigit eod. tit. in 6.* Glossa, & Doctores in locis allegatis. Sacrum tamen Concilium Tridentinum de ratione, qua visitatio per Prælatos facienda sit, ita decernit. Patriarchæ, Primates, Metropolitanæ, & Episcopi propriam diœcesim per se ipsos, aut si legitimè impediti fuerint, per suum generalem Vicarium, aut Visitatorem, si quotannis totam propter ejus latitudinem, visitare non poterunt, saltem majorem ejus partem, ita tamen, ut tota biennio per se, vel Visitatores suos compleatur, visitare non prætermittant. A Metropolitanis verò, etiam post plenè visitatam propriam diœcesim, non visitentur Cathedrales Ecclesiæ, neque diœceses suorum Comprovincialium, nisi causa cognita, & probata in Concilio *Provinciali.*

12 Sancitur igitur, ut unusquisque Ordinarius per se visitet, & eo legitimè impedito, per alium, præfiniturque terminus visitationis, & modus Comprovincialium diœcesum à Metropolitano visitandum, & in eo corrigitur dispositio dicti *cap. Romana de censib. in 6.* Perque suum Vicarium generalem. Quod locum non habet in Ecclesiis exemptis, cum illas per se Episcopus juxta *cap. 4. sess. 6.* visitare ex S. Congregatione.

13 *Archidiaconi* autem, Decani, & alii inferiores in eis Ecclesiis, ubi hactenus visitationem exercere legitimè consueverunt, debeant quidem, assumpto notario de consensu Episcopi, deinceps per se ipsos tantùm ibidem visitare. Visitatores etiam à Capitulo deputandi, ubi Capitulum jus visitandi habet, prius ab Episcopo approbentur; sed non ideò Episcopus, vel, eo impedito, ejus Visitator easdem Ecclesias seorsum ab his visitare prohibeatur, cui ipsi Archidiaconi, vel alii inferiores visitationis factæ intra mensem rationem reddere, ac depositiones testium, ac integra causa ei exhibere teneantur. non obstantibus quacumque consuetudine, etiam immemorabili, atque exemptionibus, *ac privilegiis quibuscumque.*

14 Unde Archidiacono suum Archidiaconatum per alium visitare volenti, prohibere poterit Episcopus, non obstante, quod ex immemorabili consuetudine, ipse ac sui prædecessores per alium visitaverint. Verùm cùm ex hoc decreto hodiè teneatur Archidiaconus suum districtum per se visitare, præsupposito, quod ante Concilium, quo tempore poterat per substitutum visitare, nihil ex fructibus sui Archidiaconatus quoties ex causa visitationis abesse contingisset, percipere consuevisset, quæritur, an durante visitatione sui Archidiaconatus fructus lucrari possit? Et præsuppositis præfata consuetudine, non posse, dixit S. Congregatio. Advertendum tamen hic ex eadem Sac. Congregatione, posse Episcopum Archidiacono ad expediendam dictam visitationem præfinire tempus, ac præscribere comitatum, & equitatum, ne gravis sit Ecclesiis, quas visitaverit.

Hinc etiam ipsi Commendatarii, habentes jurisdictionem ordinariam, & jura Episcopalia in proprio territorio, & extra illud collationem aliquorum beneficiorum cum cura, & sine cura intra fines diœcesium Episcoporum, pro quibus beneficiis ab eorum rectoribus quotannis pro recognitione, sive canone certum quid receperunt, non poterunt, nec debebunt prædicta beneficia visitare per se, vel per alium Vicarium, & quasi jurisdictionem in Ecclesiasticis bonis, ac personis prædictis exercere, præsupposito, quod dicta beneficia non sint regularia, neque Commendatarius hucusque aliquam jurisdictionem exercuerit.

Visitationum autem omnium istarum præcipuus sit scopus sanam, Orthodoxamque doctrinam, expulsis hæresibus inducere, bonos mores tueri, pravos corrigere, populum cohortationibus, & admonitionibus ad Religionem, pacem, innocentiamque accendere, cætera, prout locus, tempus, & occasio feret, ex visitantium prudentia ad *fidelium fructum constituere.*

Ex quibus licere Episcopo suum Ecclesiæ Capitulum visitare, dixit S. Congregatio, edicta ponere, ac visitationem prænunciare, non tamen his populum ad denunciandum contra Capitulares provocare, multoque id minus proposita pœna excommunicationis. Item in actu visitationis Ecclesiæ exemptæ exquirere à Clericis illius titulos beneficiorum, ac dimissorias, quarum virtute fuerunt ordinati, eosdemque ad id compellere, nisi aliàs talia idem Episcopus exquisiverit, & viderit. Ordo verò in visitatione, verbi gratia, an cum notario, vel sine, vel cum juramento, &c. ex Sacr. Congregatione, si Capitulum sit exemptum, ab Ordinario servandus erit ille, qui præscribitur ex dicto S. Concilio *cap. 4. sess. 6. & cap. 6. sess. 25.* si verò Capitulum sit subjectum, tunc observabitur ordo ipsius in hoc decreto, ubi de notario expressè dicitur.

Quæ, ut faciliùs, feliciusque succedant, monentur prædicti omnes, & singuli, ad quos visitatio spectat, ut paterna charitate, christianoque zelo omnes *amplectantur.* Ideòque modesto contenti equitatu famulatuque studeant, quàm celerrimè, debita tamen cum diligentia, visitationem ipsam *absolvere.*

His cavetur de visitantis charitate, deque equitatu famulatu, diligentia in absolvenda visitatione, de procuratione, de muneribus non accipiendis; deque victualibus quomodo, & quando ministrandis, ac demum de pœna. Hinc Sac. Congregatio respondit, nullam aliam normam posse dari, quàm quæ expressè hic data est. Hinc etiam admoniti fuerunt quidam Episcopi, quod licet visitationi non sit præfinitum certum tempus, sed arbitrio ipsorum relinquatur, non tamen debet quis in visitatione diutius immorari, sed eam quam celerrimè, quamquam diligenter absolvere, ne videlicet grave sit iis, quos visitaverint, aut præterea visitationis eo anno, quo re ipsa non visitant, aliquam pecuniarum summam recipiant. Dum verò visitationis munus explent, contenti sint frugalibus expensis, nihilque amplius omninò accipiant, quam id, quod pro eo tempore, quo solvi, ac præstari ab iis, qui visitantur, consuetum est. Hæc autem observanda tum in visitatione totius Diœcesis, tum præcipuè ubi ex consuetudine Episcopo visitanti triduanæ ministrentur expensæ.

Interim caveant, ne inutilibus sumptibus cuiquam

graves, onerosive sint, neve ipsi, aut quisquam suorum quidquam procurationis causa pro visitatione, etiam testamentorum ad pios usus, præter id, quod ex relictis piis jure debetur, aut alio quovis nomine, nec pecuniam, nec munus quodcumque sit, etiam qualitercumque offeratur, accipiant, non obstante quacumque consuetudine, etiam immemorabili, exceptis tamen victualibus, quæ sibi, ac suis frugaliter, moderateque pro temporis tantum necessitate, & non ultra *erunt ministranda.*

21 Itaque hæ procurationes in alio non consistunt, quàm subministratione victualium, atque eorum, quæ sunt necessaria ad victum pro illa die, quo munus visitationis expletur, ut per Zerol. *in prax. Visitatio* §. 6. *dub.* 5. Piasec. etiam *in praxi par. 2. c. 3. n. 64.* Genuen. *in manual. pastor. c. 35. n. 9. & seq.* Barbos. *ad d. c. 3. sess. 24. n. 28. & de offic. & potest. Episc. alleg. 73. n. 57.* Idcircò, nedum Canonici Cathedralis, verùm etiam ne ullus quidem alius ex diœcesanis visitandi cogi potest ad subministrandum visitanti vecturas, & ferraturas equorum, aliaque hujus modi, ut per Sbroz. *de offic. Vicar. l. 2. quæst. 123. n. 1. ac seq.* Bellet. *disp. Cler. tit. de Cler. debit. §. 11. nu. 4.* Zerol. *loc. alleg. d. § 6. dub. 3.* Barbos. *ad d. c. 3. Concilii nu. 30. & d. alleg. 73. nu. 57.*

22 Non tamen Concilium ex his sustulisse Cathedraticum, quo singulis annis tam visitatione, quàm extra exigi consueverit, dixit S. Congregatio. Illud tamen non solvendum in visitatione, sed extra, & in Synodi celebratione. Hinc quoque S. Congregatio censuit, Episcopum ratione visitationis testamentorum, ex relictis piis trigesimam posse exigere, secus si in testamento nullum esset legatum pium.

23 Archidiaconus quidam exposuit S. Congregationi, se ratione ipsius Archidiaconatus nullos alios certos redditus habere, quàm procurationes, quæ ex consuetudine in visitationis actu exiguntur ex singulis Parochialibus Ecclesiis, quarum illæ, quæ sunt majores reditus aureum unum, quæ verò tenuioris dimidium singulis annis Archidiacono visitanti persolvunt. Ex quibus omnibus procurationibus aureos centum quinquaginta Archidiaconus percipit, qui reditus cum modicus esset, ejus dignitate inspecta, durum sibi videbatur, si comprehenderetur sub prohibitione hujus decreti, ne pro visitatione aliquid accipiatur, exceptis victualibus; sed multò durius esse, si cogeretur observare Bonifacianam Constitutionem *in c. felicis de censib. in 6.* per S. Concilium renovatam, qua cavetur, ne visitans una die ultra unam procurationem accipiat, licet plura loca visitaverit. Nam, etsi Concilii decreto sumptus in visitatione pro victu necessario Archidiaconis concedantur, ex Constitutione tamen Bonifacii, neque ipsius victus sumptibus satisfiet, si malint visitatori Parochi solvere id, quod est in pecunia taxatum, cum aureus unus, vel aurei dimidia pars unius diei sumptibus sufficere non possit.

24 S. Congregatio ex communi sententia censuit, Archidiaconum hunc posse in actu visitationis nomine procurationis accipere illos centum quinquaginta aureos, si Parochi singuli visitati elegerint solvere, & illos potius, quàm victualia præbere, idque non habita ratione ad eam summam tantum, quæ sufficeret victualibus, nec restrictione facta ad unam procurationem, ut singulis diebus, etiamsi plures Parochos uno die visitaret, prout olim Bonifaciana disposuit *in d. c. felicis.* Quia Concilium non utitur illis verbis, quibus utitur illa Bonifaciana, nec illam confirmat, nec ad eam se refert, neque ullam ejus mentionem facit, sed tantum dicit, quod sit in optione eorum qui visitantur, si maluerint id, quod stat ab eis ante solvi in pecunia consuetum, & sic totum id, quod solebant ante Concilium solvere, sive victualibus correspondeat, sive non. Item sive sit una procuratio uno die, sive plures. Item sive visiret unum tantum Parochum, sive plures, & sic in effectu illos aureos centum quinquaginta integros recipere licet, quomodo ante Concilium solebat.

25 Sed num Episcopus à Rectore Ecclesiæ pro jure visitationis fontis baptismalis ab immemorabili consuetudine exigere poterit quatuor scuta, vel quinque, idque ratione decimarum, qui prædictus Rector percipit, & secundùm reditus decimarum solvit? Et S. Congregatio censuit, licitè recipi, posseque ratione decimarum persolvi Ordinario visitanti.

26 Notarius verò, sive Cancellarius Episcopi non potest quidquam ab iis, qui visitantur pro decretis, & Ordinationibus spectantibus ad visitationem pro rogitu, sive scriptura, laboreve suo percipere. Nec Notarius visitandis suspectus assumendus.

27 At quid dicendum de Episcopo accedente ad Sacramentum Chrismatis conficiendum? Et nec populum, nec Clerum teneri illi victualia subministrare, dicendum est.

28 Hæc autem de victualibus subministrandis disposita non habere locum in visitatione Cathedralis Ecclesiæ, sed Diœcesis tantum. Et dum quæreretur, an Commendatarii separata habente sua jura ab Ecclesia, & Monasterio, in quo degunt Regulares, propriam eorum mensam, & curam animarum habentes, teneantur contribuere solutioni victualium pro visitatore Apostolico.

29 S. Congregatio censuit, videndas facultates visitatoris Apostolici. Quia, licet alias Congregatio censuerit, posse Commendatarios visitari à visitatore Apostolico, tamen erit inspicere facultates. Quia si ex facultatibus posset visitare Commendatarios, pelam erit eos teneri contribuere, quod à visitatis est solvendum.

30 Et cum Congregatio aliàs in quæstione, in qua proponebatur; Communitates ab immemorabili consuevisse præstare hospitium, & victualia Episcopo, de triennio in triennium visitanti, Congregatio decrevit, nihil super hoc esse dicendum. Fuit enim visum dubium, an dictæ Communitates tenerentur. Ne tamen impediretur consuetudo Ecclesiis utilis, dixit, expectandum, quod Communitates conquererentur. Censuit postea eadem S. Congregatio, Episcopum posse in singula triennia duntaxat accipere à Communitatibus laicorum, quod ei in visitatione ante Concilium præstare consueverunt; pro aliis duobus annis debere exigere solum à Clericis, qui visitantur, & qui verè tenentur, & servari posse consuetudinem Ecclesiis utilem, si Communitates non conquerantur. Laudabilius tamen esset, si Episcopus minus illas gravaret, quas tamen non posset compellere, si nolue int victualia prædicta amplius præstare; quæ si à dictis Communitatibus exigit, nihil à Clericis exigat.

31 Verùm an Episcopus, an ejus Vicarius, aut Vicarius, Sede vacante in visitatione præter victualia exigentes, etiam procurationis causa à *subditis* ex antiqua consuetudine equorum victuras, pro se, suoque famulatu, contrafaciant huic decreto, & incurrant pœnas contentas *in exigit de censib. in 6.* Et S. Congregatio dixit, contra facientes teneteri pœnis hujus decreti, quod erogatum est consuetudini, & causæ. Visitantibus enim censuit, non licere aliquid accipere à visitatis, exceptis victualibus, qui iis, qui visitant, tenentur moderatè, & pro temporis necessitate subministrare. Ex quibus visitatoribus vecturas, quas forsan exegerunt compensare cum pecunia, quam subditi, dum visitarentur, expendissent pro victu equorum visitatoris, & famulatu, si illos secum tulissent, non licere, dictum fuit; quia illos revera non duxerunt, nec pro illorum victu aliquid de suo visitatore expenderunt.

32 Sit tamen in optione eorum, qui visitantur, si malint solvere id quod erat ab ipsis antea solvi, certa pecunia taxata, consuetum, an verò prædicta victualia subministrare, salvo item jure conventionum antiquorum cum Monasteriis, aliisve piis locis, aut Ecclesiis non Parochialibus inito, quod illæsum permaneat.

33 An Episcopus ad evitandum majores expensas in loco victualium, & aliorum, quæ illi in visitatione subministrari consuetum est rationabili causa præcedere, certam pecuniarum summam accipere possit?

Videtur enim hujusmodi reductionem, sive taxationem fieri non debere, quæ etiamsi usu recepta esset, nihilominus in optione eorum, qui visitantur, victualia submini-ſtrare loco pecuniæ taxatæ. Voluit enim Concilium commodo eorum, qui visitantur consulere, sed etiam prospicere, ne pecuniæ exigantur, & visitatio ommittatur, vel perfunctoriè fiat, cùm illæ exigi soleant anticipatè, victualia verò nonnisi pro se, vel suis moderatè pro temporis necessitate, & non ultra ministranda sint in ipsa visitatione. Accedit, quod dicta necessitas temporis, & casum prævideri non potest; undè nec taxari, præsertim generaliter respectu totius Cleri. Præterea metuendum, ne saltem succedente tempore, acceptis pecuniis taxatis, victualia quoque exigantur, & accipiantur.

34 In iis verò locis, seu Provinciis, ubi consuetudo est, ut nec victualia, nec pecunia, nec quidquam aliud à visitatoribus accipiatur, sed omnia gratis fiant ibi, id observetur. Quod, si quisquam, quod absit, aliquid amplius in supradictis omnibus casibus accipere præsumpserit, is præter dupli restitutionem, intra mensem faciendam, aliis etiam pœnis juxta Constitutionem Concilii generalis Lugdunensis, quæ incipit, *Exigit*, necnon & aliis pœnis in Synodo Provinciali arbitrio Synodi absque ulla spe veniæ mulctetur.

35 Episcopo visitanti Ecclesiam quandam in sua Diœcesi existentem, Jurati, & homines illius Oppidi sub prætextu eorum privilegii procurationem denegarunt, ex quo Episcopus illis terminum ad docendum de dicto privilegio sub pœna excommunicationis latæ sententiæ præfixit; Jurati verò ad Archiepiscopum appellarunt, qui statim Episcopo inhibuit, atque injunxit, ut intra tres horas omnia per eum in dicta visitatione gesta, ad pristinum reduceret. Episcopus autem juxta dispositionem *c.*10. *ejusdem sess.* 24. prætendit nullam inhibitionem, seu appelationem Metropolitani posse decreta, ab eo, ut Sedis Apostolicæ Delegato, facta, suspendere.

36 Sacra Congregatio censuit, decreta, quæ concernunt materiam visitationis juxta *c.* 10. *sess.* 24. non posse ulla appellatione, aut inhibitione suspendi, circa verò decretum super procuratione debere Metropolitanum cognoscere, an sit consuetudo illius loci, ut Episcopo visitanti nihil præstetur, qua probata, faciat illam observari juxta hoc decretum *c.* 3. *sess.* 24. alioquin juxta dispositionem ejusdem decreti compellendos eos, qui visitantur, ad procurationem debitam Episcopo persolvendam. Concordiam tamen, aliàs auctoritate Apostolica sub Paulo IV. inter Episcopum N. & suum Clerum confirmatam, ut Episcopo per se visitanti centum viginti quinque scuta, per alium verò nonaginta quinque persolvantur à Clero, eique Episcopo liceret à spontè dantibus aliquod munus recipere, censuit S. Congregatio omninò ab Episcopo serandam, nec quidquam amplius pro procuratione, quam pecuniam taxatam exigendum; munera verò à spontè dantibus non recipienda.

37 Patroni verò in iis, quæ ad Sacramentorum administrationem spectant, nullatenus se præsumant ingerere, neque visitationi ornamentorum Ecclesiæ, aut bonorum stabilium, seu fabricarum proventibus immisceant, nisi quatenus id eis ex institutione, ac fundatione competat, sed Episcopi ipsi hæc faciant, & fabricarum reditus in usus Ecclesiæ necessarios, ac utiles, prout sibi expedire magis visum fuerit, expendi curent.

38 Hic statuitur, in quibus possunt patroni se ingerere, & jurare expendi reditus fabricarum, & ad quos pertineat. Quod etiam locum habet in illis fabricis, quæ non sunt de jurepatronatus.

39 Effata, sive parerga. Insula, si Episcopus in Synodo Provinciali fuerit accusatus de negligentia in obeundo visitationis munere, à Summo Pontifice datur alter Episcopus delegatus, qui de hujusmodi negligentia se informet, ac referat. S. Congregatio Concilii.

40 In Sarsinaten. Interiores, jurisdictiones habentes, possunt visitare suas Ecclesias, etiam quod visitentur à viciniori Episcopo. Quoniam in *c.* 9. *hujus* 24. *sess.* declaratum est, id intelligi debere cumulativè, non privativè ad alios inferiores. Eadem S. Congregatio.

In Burgen. Si jurisdictio istorum inferiorum versa- 41
retur tantum in videndis rationibus, & computis Ecclesiarum per substitutos, poterunt id munus implere. Eadem S. Congregatio.

In Bussoduren. Licet Episcopus possit iterum visitare 42
Ecclesias visitatas ab inferioribus, non poterit tamen punire punitos ab eis, nec absoluti, iterum innocentiam suam demonstrare tenebuntur. Eadem S. Congregatio.

Castridurantis. Episcopus potest visitare cumulativè 43
quoad omnia beneficia subdita Abbati, habenti quasi jurisdictionem Episcopalem. Eadem S. Congregatio.

In Cremonen. Præpositus exemptus, solitus visitare, 44
potest cogi ad visitandum quolibet anno per seipsum, & intra mensem rationem reddere, ac dicta testium exhibere Episcopo, non obstante exemptione. Eadem S. Congregatio.

In Cæraugustana. Si constitutione antiqua cavea- 45
tur, quod ex omnibus legatis certum quid detrahatur pro Episcopo, poterit Episcopus, hujusmodi taxam exigere, etiam in visitatione; secus tamen si in testamentis nullum extaret legatum pium. Eadem S. Congregatio.

In Turdertina. Episcopus exiens per villas, & oppida, 46
ut Sacramentum Confirmationis tantum conferat, à nemine est procurandus; nec minus Rectores, aut laici ad illius expensas tenentur, sed videtur contrarium *in can. relatione* 10. *quæst.* 3. *& in can. fin. ejusd. quæst.* Eadem S. Congregatio.

In Mediolanen. Ubi adest consuetudo, quando pro 47
visitatione aliquid solvatur, est in optione eorum, qui visitantur similiter solvere consuetum, vel potius victualia subministrare. Eadem S. Congregatio.

In Cæraugustana. Stante consuetudine immemora- 48
bili, quod ab Oppidis visitatis tribuantur victualia, & Hospitia, & à Clericis certum quid solvatur in pecunia, servanda erit consuetudo per Communitates. Eadem S. Congregatio.

In Tarentina. Victualia, vel aliud quidquam Archie- 49
piscopo visitanti suam Cathedralem, danda non sunt, licet antiquitus deberetur procuratio Episcopo visitanti Ecclesias Civitatis. *c. venerabilis de Constitut.* Eadem S. Congregatio.

In Gadicensi. Concilium super illis verbis: *Quæ ut fa-* 50
cilius &c. nullum certum tempus Episcopis præfixit, esse hoc relinquit arbitrio Episcopi, quod tamen debet esse moderatum, & discretum. Eadem S. Congregatio.

In Clusina. S. Congregatio super Episcopis 9. Julii 51
1537. Visitatori Apostolico. *I Visitatori Apostolici non devono habitare col Vescovo, mà in qualchè Monastero de' Regolari, overo in altro luogo libero, dove tutti liberamente possano andare. Che i medemi Visitatori non devono mettere, e ricevere ogni cosa giudizialmente e in scritto, mà considerata la qualità delle cose intendere secretamente quello, che non si giudica espediente di publicarlo.*

In Palentina. Episcopus per Vicarium suum genera- 52
lem visitare non potest Ecclesiam exemptam, sed perseipsum solum, vel illis, quibus videbitur adjunctis ex *c.* 4. *sess.* 6. Si verò ex aliis decretis Concilii visitare voluerit, id per Vicarium, aut visitatorem adimplere poterit, si legitimè impeditus sit. Eadem S. Congregatio Concilii 20. Augusti 1574.

In Mediolanensi. In fabricis, quæ non sunt de jurepa- 53
tronatus; à fortiori hoc decretum locum habet; nam earum reditus arbitrio Episcopi in utus Ecclesiæ expediendi sunt. Eadem S. Congregatio 7. Maii 1575.

In Vintimilien. Victualia, seu procurationes à visita- 54
tis tantummodo præstari debent. Quod si consuetudo adsit, ut à Communitatibus præstentur, ea servanda est. Si autem laici Episcopum visitantem procurare soliti-

liti sint ex consuetudine, ea servanda erit, quandiu ipsi voluerint. Quod si recusarent, minimè sunt cogendi. Eadem Sacr. Congregatio 6. Augusti 1575.

54 In Perusina Episcopo, S. Congregatio super Episcopis 11. Januarii 1578. alibi adducta, sed huc opportunè. *Essendo si consultato il negotio con la Congregatione del Concilio, si dice à V. S. che le Chiese Curate, sottoposte in qualsivoglia modo alla Religione Gurosolimitana in cotesta Diocese, ponno esser visitate da lei, come ordinario* in iis, quæ pertinent ad curam, & exercitium animarum, *come vole il Moto proprio di Pio V. le quali parole si hanno da intendere, che non solo può visitare il Curate circa là sufficienza in amministrare li Santissimi Sagramenti, il quale trovato inhabile, può levare, ma anche i Sagramenti, stessi, e vedere se non tenuti con quella decenza, e nel luogo, che si conviene. Può anche V. S. far restaurar la Chiesa, vedendo, che non stà decente, e commoda per l' amministratione sudetta, e l'altre cose, che hanno dipendenza, da questa amministratione, come paramenti Sacerdotali, baldachino per portare la Santissima Eucaristia à gl' infermi, & altre cose simili à questo fine. E occorrendo la vacanza di queste Chiese, il Cavaliere deè presentare un Sacerdote idoneo à V. S. che lo instituisca. E mentre egli provede à questo, ella vi metterà un Vicario, ch' eserciti la cura dell' anime, & assegnerà un breve termine al Cavaliere in presentar detto Sacerdote idoneo, passato il qual termine, ella provederà al beneficio secondo la natura di quello, in titolo perpetuo, ò amovibile. Nel resto V. S. doverà osservare i privilegii concessi nel detto Moto proprio, come stanno ad litteram chiaramente.*

55 Eadem S. Congregatio Episcopo Papiensi mense Augusti 1581. *Può il Vescovo inventariare, e visitare le cose sagre, e destinate all' amministratione del Santissimo Sagramento.*

56 In Ferentina. Eadem S. Congregatio Episcopo: *Che restituisse le procurationi estatte da' Diocesani, se bene non haveva fatto la visita, e che non pigliasse le dette procurationi visitando la Città, non devendosi queste al Vescovo, che visita la Città, nella quale ordinariamente suol risedere à 22. di Novembre del* 1579.

57 In Caietana eadem S. Congregatio Episcopo, Visitatori Apostolico, *che oltre alle cinque cavalcature, e un cariaggio, che gli furono concessi nel suo Breve di poter menare in visitâ, potesse anche menare un Padre Gesuita à 27. di Marzo del* 1688.

58 In Aiacien. eadem S. Congregatio Episcopo. *Il Clero di V. S. hà fatto esporre, ch' ella gli fà pagare le cavalcature, quando và non solamente in visita, mà anche per suo diporto da una Terra all' altra, facendosi in oltre far le spese. Il chè, se bene non si è voluto credere, tuttavia questi miei Illustrissimi Signori han' voluto, che io le dica che quando ella visita, non può haver' altro, che il vitto parco per se, e per la sua famiglia, e cavalcature. E inquanto al nolo delle cavalcature, e altre spese, deo farle V. S. del suo. E quando le occorre andare per la diocese, è molto chiaro, che non solamente non lo può sforzare à provederla di cavalcature, mà ne anche del vitto stesso, à* 14. *di Novembre del* 1581.

59 In Taurinen. Archiepiscopo eadem S. Congreg. *Volendo V. S. sapere, come si solia contribuire alla procuratione de Visitatori Apostolici, le dico, che la Santità di Nost. Sign. e questi miei Sig. Illustriss. hanno sempre giudicato, che ogn'uno, che di ragione dee esser visitato, contribuisca, eccette le Religioni, le quali non sono tenute alla detta contributione, se non per quella parte de frutti, che godono per le Chiese Parochiali unite à i loro Conventi, ma nel restante sono essenti, à* 15. *di Aprile del* 1583.

60 Eadem, fuit dubitatum in una Taurinensi, in eadem S. Congregatione, an visitatio, & decreta facta à Visitatore Apostolico in locis Abbatum, & aliorum exemptorum essent exequutioni demandanda per Ordinarium, intra cujus Diœcesis fines sita sunt loca, an per eosdem exemptos? Et Sac. Congregatio decrevit, quod Abbates, Commendatarii illi, qui sunt nullius Diœcesis, & non possunt ab Archiepiscopo visitari; etiam tanquam Delegato à Concilio Tridentino, debent per seipsos facere, ut subditi decreta ipsa exequantur; sed quoad alios, qui possunt visitari ab eodem nec Archiepiscopo, non habent talem facultatem, sed ad Archiepiscopum pertinere curam, istam exequendi visitationem præfatam. Insuper quòd ejusdem Archiepiscopi officium erit, quando exempti sint negligentes in prædicta executione, de tali negligentia Superiores certiores reddere, vel eosdem Ordinarios humaniter exhortari, die 8. Januarii 1585.

In Brixiensi Episcopo. Si Episcopus visitando admi- 61
nistraverit Pontificalia vigore hujus decreti; poterit procurationes recipere; sed si ipse, vel ejus suffraganeus eat per Diœcesim causa confecrandi Ecclesiam, vel confirmandi pueros, vel pro alio quocumque negotio Episcopali, multos tangente, non debet Episcopus habere expensas itineris, vel vecturas equorum, Innoc. *in cap. Romana num.* 4. *de cens. lib.* 6. & ibidem Archid. *col.* 3. *propè finem*, sed suffraganeus has expensas ab Episcopo habere debet, Sacr. Congregatio Concilii 19. Februarii 1585.

In Faventina Episcopo eadem Sacr. Congregatio 28. 62
Aprilis 1586. alibi etiam adducta, Cappellani sæculares, qui exercent cursum animarum in Ecclesiis Commendarum Equitum Hierosolymitanorum; si non sunt ex iis, qui militiæ Hierosolymitanæ actu deserviunt intra ejus septa, & domos residunt, subque militum eorum Obedientia vivunt, sive ex iis, qui secundum ejusdem Religionis regulam professionem fecerint, plenè, in omnibus perinde, ac Parochi Episcopo subjacent.

In Caputaquen. S. Congregatio super Episcopis Vi- 63
cario. *Il Vicario in visita non dee havere, se non un servitore, & il notaro. I decreti, che si fanno in visita si debbono dar gratis à i visitati e beneficiati*, quorum interest, etiam quoad notarium. *E il medesimo si dee osservare nella rivisione de' conti de' luoghi pii. Il medesimo Vicario non dee servirsi de Clerici in portar lettere da luogo à luogo, ne meno forzare alcuno d' accompagnarlo per la Diocese*, 29. Aprilis 1586.

Eadem. *Il Visitatore Apostolico, oltre il libro della* 64
visita, dee fare un Sommario particolare, e appartato, nel quale dee notare tutti i mancamenti del Vescovo visitato nel officio suo Pastorale, e nell' osservanza de Canons, decreti del Concilio, e Constitutioni Apostoliche, & quello mandar poi alla Congregatione insieme col lib. della visita.

In Gerunden. Sacr. Congregatio Concilii censuit, 65
nullum certum terminum fuisse à Concilio præfixum, intra quem Episcopus suam visitationem concludere teneatur, sed relictum hoc esse suo arbitrio, quod tamen esse debet moderatum, & discretum. Porrò Episcopum, dum visitat, debere visitationem continenter prosequi, neque ad extraneos actus divertere, sed, ut quamprimùm perficiatur, legitimo cessante impedimento, operam dare debere.

Item censuit, de omnibus delictis posse Episcopum 66
in visitatione cognoscere, dummodo sine strepitu, & figura judicii, absque processus compilatione procedere, ac pœnas ordinarias non imponat pro delictis, sed eas tantum, quæ morum emendationem, & correctionem respiciunt.

Item si Episcopus excedat modum in visitatione li- 67
citum in corrigendo, licere aggravatis ad Metropolitanum appellare.

Item censuit, quod si Episcopus negligeret corrige- 68
re, ac punire Canonicos, vel alios delinquentes ex eo, quòd amici sui sint, licitum tunc esse Capitulo adire Metropolitanum, ut compellat Episcopum procedere contra delinquentes 1587.

Fuit dubitatum in Congregatione Concilii, an liceret 69
Episcopo in visitatione monere homines per edicta sub pœna excommunicationis ad revelandum ea, quæ sciunt contra Capitulares, & alios, qui correctione indigent, & fuit resolutum, non licere ultima Martii 1588.

70 In Caſtellaneten. S. Congreg. ſuper Epiſcopis 24. Maii 1588. *Che quando il Veſcovo commincia la viſita, la ſeguiti, è la conchiuda almeno nello ſpatio di trenta giorni, ne ritorni à farla ſe non paſſato l'anno, di maniera, che tutti li luoghi non ſiino viſitati, ſe non paſſato l'anno.*

71 In eadem. Eadem S. Congreg. Epiſcopo 13. Junii 1589. *Si ricorda à V. S. che non tutte le cauſe ſi devono ſpedire per modo di viſita, mà ſolo quelle, che ſommariamente ſi ponno terminare con monitione, e correttione à ſalute dell'anime, laſciando quelle, nelle quali conveniſſe venire à pene ordinarie di cenſure, privatione de beneficii, de frutti, o d'altre corporali, ò pecuniarie per delitti, ò per altri mancamenti, perche in queſte ſi dee provedere ſecondo i termini di giuſtitia.*

72 Sacra Congregatio Concilii 6. Octobris 1588. cenſuit, Epiſcopum viſitantem, ſuſpectum allegari non poſſe, ſi viſitaverit ad correctionem, & non compilato proceſſu, ſi tamen compilato proceſſu ad pœnam ordinariam procederet, dabitur appellatio, & ſuſpectus allegari poterit, cum *cap.* 10. *ſeſſ.* 24. *de refor.* non habeat locum in caſu ſimili.

73 In Albinganenſi Sac. Congr. ſuper Epiſcop. 20 Februatii 1590. *Che non ſi dee aſtringere alcuna Communità alla procuratione della viſita, ſe non quando vi è conſuetudine immemorabile.*

74 In Salamantina S. Congr. Concilii Epiſcop. 23. Decembris 1591. *Ad* deregenda, corrigendaque in viſitatione Cleticorum, ſæcularium ve peccata, quantumvis publica, cenſent Illuſtriſſimi Patres, quibus interpretandum Sacr. Concilium Tridentinum munus incumbit, minima quidem licere amplitudini tuæ per edicta publica monere, ut revelentur. Nec licere in viſitatione, quæ præparatoria nuncupatur exigere juramentum à viſitatis. Cæterùm cum viſitat, Capitulum teneri accedere ad locum, ubi capitulares ſe congregare, ſuaſque res explicare conſueverunt, ſi tamen id commodè fieri poteſt, ſin minus ad locum congruum, & communem. Illos autem cum viſitat ſine adjunctis, poſſit affi ere pœna extraordinaria tantum, quæ morum potius emendationem, quàm punitionem reſpiciant. Hæc igitur viſitando amplitudo tua obſervet, ac valeat in Domino. Subſcripta à Cardinali Matthæio, eſtque pro Capitulis exemptis vigore *cap. 6. ſeſſ.* 25. *de reform.*

75 Eadem Congreg. Concilii cenſuit, poſſe viſitatos modò pecuniam, modò victualia quotannis præbendo, variare, non tamen quoad partem, videlicet, ut pars in victualibus, & pars in pecuñia ſolvatur 13. Auguſti 1592.

76 S. Congr. ſuper Epiſcopis 26. Maii 1592. Patriarchæ Veneto. *La Congregatione ſopra Veſcovi, e quella del Concilio hanno riſoluto, che V. S. non poſſa riçevre le procurationi, mentre viſita la Città, non oſtante la conſuetudine, e qual ſi voglia altra coſa in contrario.*

77 Ead. *S.* Congreg. in Burgen. Archiep. die 1. Decembris 1593. *Che faceſſe viſitare i luoghi delle carceri temporali, con ordinare, che nelle più principali ſi faceſſe un Oratorio, ò Capella, dovo ſi poſſa celebrar Meſſa, la quale Capella ſia in luogo decente coperta di volta, e non vi ſi habiti ſopra, & habbi una porta, la qual ſi tenga ſempre ſerrata,*

Forma, ſive adumbratio Viſitationis Eccleſiaſtice.

Capita Viſitationis,

Loca, Res, Manera, Perſonæ.

Loca ſunt.
- Eccleſia Cathedralis.
- Eccleſiæ Collegiatæ.
- Eccleſiæ Parochiales, vel Curatæ.
- Eccleſiæ Simplices.
- Oratoria.
- Altaria.
- Sacraria.
- Chori.
- Cœmeteria.
- Monaſteria.
- Mons Pietatis, Confraternitates,
- Loca pia omnia.

Res ſunt.
- Sacroſanctæ Euchariſtiæ Sacramentum.
- Fons baptiſmalis.
- Fons aquę benedictæ.
- Cruces.
- Calices.
- Patenæ.
- Vaſa Sacra.
- Corporalia.
- Purificatoria.
- Mappæ.
- Sacerdotalia veſtimenta.
- Thuribula.
- Lampades.
- Candelabra.
- Nablia, vel Organa.
- Sedes Confeſſionales. Feretra.
- Laquearia.
- Nolæ.
- Fores.
- Claves.
- Miſſalia.
- Gradualia.
- Antiphonaria.
- Breviaria.
- Reliqui libri Rituales.
- Scripturæ ad Eccleſias ſpectantes.
- Privilegia.
- Jura.
- Regulæ.
- Conſtitutiones.
- Statuta.
- Tituli.
- Proviſiones.
- Reditus Eccleſiarum.
- Proventus beneficiorum.
- Eleemoſynæ.
- Expenſæ.
- Beneficia de jurepatronatus.
- Dotationes.
- Fabricæ.
- Obligationes.
- Servitia.

Munera ſunt.
- Celebrandi Miſſam.
- Prædicandi Verbum Dei.
- Audiendi Confeſſiones pœnitentium.
- Publicandi excommunicationes.
- Theologi.
- Pœnitentiarii.
- Magiſtri Chori.
- Magiſtri Cœremoniarum.
- Punctatoris.
- Sacriſtæ.
- Theſaurarii.
- Archiviarii, vel Conſervatoris ſcripturarum.
- Procuratores Capituli.
- Capellanorum.
- Magiſtri actorum.
- Fiſcalis, &
- Cuſtodis Carcerum.

Perſonæ ſunt.
- Vicarius Epiſcopi cum ſua Curia.
- Dignitates Eccleſiaſticæ.
- Canonici.
- Presbyteri.
- Diaconi.
- Subdiaconi.
- Clerici quiſque ſuo Ordine.
- Parochi, vel Curati.
- Monachi, ac Religioſi.
- Moniales.
- Confratres.
- Populus.

Quoad

Quoad loca.
- Vrbana.
- Suburbana.
- Ruralia.
- Sylveſtria.

Scrutanda ſunt.
- Penetralia.
- Species, vel forma.
- Situs.
- Diſpoſitio.
- Ornatus.

Si quid
- Non firmum.
- Non concluſum.
- Imperfectum.
- Indecorum.
- Immundum.
- Araneoſum.
- Hians.
- Malè cutum
- Vexatum.
- Pollutum.
- Violatum.

Quoad res ſcrutanda.
- Neglectus.
- Indignitas.
- Deformitas.
- Pœdor.
- Caries.
- Defœdationes.
- Lacerationes.
- Diſtractiones.
- Conſumptiones, ac denique portentoſæ, ſi quæ erunt beneficiorum, ac rerum ſacrarum.
- Venditiones.
- Emptiones.
- Alienationes.
- Permutationes.
- Intruſiones.
- Vſurpationes.
- Confidentiæ.

Quoad munera exquirenda.
- Officia.
- Divina.
- Humana.
- Media.
- Utrum vigeant.
- Langueant.
- Colantur.
- Negligantur.
- Serventur.
- Prætermittantur.

Diligentes, & officioſi viri.
- Qui.
- Qua fide.
- Qua pietate.
- Qua prudentia.
- Qua diligentia.
- Qua Religione.

Officia.
- Polliceantur.
- Deferant.
- Suſcipiant.
- Præſtent.
- perſolvant.

Inofficioſi autem, & indulgentes, qui officia
- Recuſent.
- Fugiant.
- Intermittant.
- Deferant.
- Ut illi pro incertis laudentur
- Hi corripiantur.

Quoad perſonas exquirendum.
- De Vicario, an ſit.
- Virtute potens.
- Corripiat inquietos.
- Conſoletur puſillanimes.
- Unicuique reddat jus,
- An alicui inferat injuriam.

De dignitatibus, & Canonicis.
- An in promovendis Clericis ad Sacros Ordines invenerint aliquem.
- Favore.
- Pretio.
- Prece.
- An aſſiſtant Epiſcopo illique, ut par eſt obediant.
- An inter ſe ordinem, pacem, & charitatem ſervent.
- An in dicendis ſententiis pro rebus publicis in Capitulo à veritate, & juſtitia declinent.
- An Canonice, & ſecundum regulam vivant.

Et generaliter de Sacerdotibus omnibus.
- An habeant doctrinam ſanam.
- Probatos mores.
- Verba pudica.
- Teſtimonium bonum ab iis, qui foris ſunt.
- An ſtudeant pſalmodiæ, & ſacris lectionibus.
- An induant viſcera miſericordiæ, & pietatis.

De Parochis.
- An ſæpè offerant hoſtias pro delictis populi.
- An ſolliciti ſint, ne quis ſua ipſorum culpa de Eccleſia pereat.
- An ſint ſine crimine, & irreprehenſibiles.
- An dona Dei dent gratis, quæ gratis acceperunt.

De Diaconis, Subdiaconis, univerſiſque ſingulorum Ordinum Clericis.
- An habeant litteras ſuarum ordinationum.
- An ſint devoti, idque Domi, & foris.
- An aſſidui ſint in divinis officiis.
- An revereantur Sacerdotes, & omnes dignitates.
- An ſint benevoli.
- Officioſi.
- Faciles.
- Benè ſentientes.
- Honore invicem prævenientes.

Sive potius.
- Duri.
- Rigidi.
- Indociles.
- Inhoſpitales.
- Inofficioſi.
- Inurbani.
- Inhumani.

Monachi, & Religioſi, tametſi Apoſtolicis privilegiis ab Epiſcopi juriſdictione ſint exempti, poterunt tamen qua par eſt charitate in Domino admoneri, ut ſint.
- Pauperes ſpiritu, & non elati.
- Mites animo, & manſueti, non iracundi.
- Diligentes, ſed non curioſi.
- Religioſi, ſed non ſuperſtitioſi.
- Pacifici prorſus, & nullo pacto contentioſi, ita ut populus boni expers exemplum accipiat, & propter eorum laudem glorificetur, non blaſphemetur nomen Dei.

De Sanctimonialibus.
- Ut ſint ſimplices corde, ore, & opere.
- Ut nihil ſit in eis fictum, vel fucatum.
- Ut occaſionibus vacent.
- Ut colloquia exterorum vitent.
- Ut virginitatem, & humilitatem perpetuò colant.
- Ut in communi vivant.

De confratribus.
- An ſit inter eos lis, & contentio.
- An conventicula faciat, & diſſidia excitent adverſus Religiones, & Presbyteros.
- An vacent comeſſationibus.
- An Parochis obediant.
- An Conſtitutiones Canonicas habeant, illaſque obſervent.

De populo.
Gubernator admonendus.
Ut non accipiat munera.
Ut defendat viduas.
Ut introeat ad eum clamor pauperum.
Ut non inferat falcem in messem alienam.
Ut discernat inter sanctum, & profanum.
Senes, & juvenes, ut sint.
Illi sobrii.
Pudici, & tam animo, quàm capite cani.
Hi dociles, & obedientes, ac nullis parcentes labo-
Viri. ribus.
Ut quisque possideat vas suum in sanctificatione, & honore.
Vxores.
Ut timeant, ac diligant viros suos.
Patres, & Filii.
Ut hi obediant parentibus.
Illi sua ipsorum bona non prodigè fundant, & filios non provocent ad iracundiam,
Domini.
Ut remittant servis minas, & onera,
Et illos mercede sua nulla ratione defraudent.
Servi.
Ut dominis, non solum bonis, & modestis, sed etiã dyscolis in omni timore subditi sint.
Divites, & pauperes.
Ut illi faciant sibi amicos de mammona iniquitatis.
Hi confidant repositum sibi esse thesaurum in Cœlis.
Viduæ.
Ut dum desolatas se putant, non contristentur, sed delectentur in Domino.
Docti.
Ut ornent in omnibus doctrinam suam exemplo inculpatæ vitæ.
Idiotæ.
Ut amplectantur supereminentem scientiæ charitatem.
Denique omnes Christi fideles.
Ut potestatem Ecclesiæ, ac Sedis Apostolicæ
In primis revereantur.
Timeant gladium excommunicationis.
Excommunicatos vitent.
Ablata restituant.
Se morituros credant, & sæpè recogitent.
Abstineant à fœnore, & usuris.
Sacerdotibus, ac Religiosis obedientiam, ac reverentiam præstent.
Verbum Dei libenter audiant.
Missas frequentent.
Dies festos custodiant.
Decimas ritè solvant.
Pœnis sibi in loco pœnitentiæ iniunctis diligenter cum fiducia remissionis peccatorum suorum, quoad possunt satisfaciant.
Ut Deum timeant, & mandata ejus observent, sintque unanimes in fide.
Fraternitatis amatores.
Misericordes.
Modesti.
Humiles.
Non reddentes alicui malum pro malo, neque maledictum pro maledicto.
Alter alterius onera portantes, ut adimpleant legem Christi.
Atque ex his habetur, perficitur, absolvitur materia, forma, finis visitationis.
Placuit tamen hic quoque varias visitationum formulas ad uberiora exempla superius dictis subiicere.

Exequenda in visitatione Ecclesiarum.

Describantur in primis status Ecclesiarum.
Ecclesia in quo loco sita sit.
Latitudo, & longitudo.
Parietes interius, & exterius.
Frontispicium, Atrium, & Porticus si habeat.
Pavimentum, an lapidibus stratum.
Ostia, & tectum.
Quot fenestræ, quomodo clausæ, an oculis vitreis.
Campanile cum suis campanis, & qualitatibus illarum.
An Ecclesia undique libera sit, vel habeat domos adhærentes, & quas.
An aliquid profanum illi adhæreat, ut stabula, tabernæ, vel aliquid aliud immundum.
An cementa, lapides, ligna.
An aliqua immundities in parietibus, Ostiis, vel Atrio.
An recipiat securitatem, prospectus aliquarum fenestrarum à domibus laicorum.
An supra Ecclesiam sint ædes pro habitationibus, & quis illas inhabiter.
An etiam habeat Cœmeterium, & quo loco, an muro clausum.
An sepulchra lapidibus constructa, & illa sint communia, vel portus particularium, & quorum.
An ora sepulchrorum sint lapidibus clausa, & an solo emineant.
An tectum sit benè munitum, & clausum, & an opere fornicato, vel tabulis ligneis decentibus.
Ecclesia quo tempore aperiatur, & claudatur, & cujus sit cura hujusmodi.
Quis Ecclesiæ Rector, à quanto tempore, & à quo fuerit ipsi facta collatio.
An sit de Jurepatronatus, & quorum, seu potius liberæ collationis, & cujus.
Quos habeat introitus certos incertos funeralium, Juris sepeliendi, vel alterius rei.
An habeat aliqua onera particularia celebrationis Missarum, vel alterius rei.
An illis satisfiat, à quibus, & qua mercede.
Describatur postmodum Tabernaculum SS. Sacramenti, illius ornamento extrinsecè, & intrinsecè.
An benè munitum, & tuto clausum.
An conopæo serico contectum.
An ita in Altari collocatum, ut celebrationi Missarum impedimento non sit.
An commodè ab eo Pyxis SS. Sacramenti extrahatur, ne pedibus supra Altare ascendi necesse sit.
An servetur in Pyxide argentea, una, vel duabus, cujus illæ sint qualitatis.
An aliquid aliud in Tabernaculo servetur.
An clave claudatur, & à quo illa servetur, & ubi.
Quot lampades accensæ coram SS. Sacramento assiduè ardeant, & cujus sumptibus.
Cujus sit cura lampades accensas, & mundas conservare.
Quoties renovetur in mense.
Quo ordine ad infirmos deferatur.
An in eadem Pyxide, in qua in Tabernaculo servatur, vel alia, & cujus sit qualitatis.
Quot Particulæ deferantur, & quo ordine ad Ecclesiam revertatur.
An deferatur à Sacerdote superpelliceo, stola, & pluviali induto.
Cum quibus luminibus, an velo super humeros Sacerdotis imposito, & convocato populo.
An pro deferenda processionaliter Eucharistia sit aliud vas particulare.
An in janua Parochialis Ecclesiæ sit parva fenestra, per quam videri possit, si lampas accensa maneat.
Describantur postmodum Altaria omnia in Ecclesia existentia.
Illorum denominationes, quibus imaginibus ornata sint.
Et ancillæ decentes sint, seu potius vetustate consumptę.
Altaria, an lapidea sint.
An consecrata.

An

An debitæ magnitudinis.
An decenter ornata, & habeant requisita necessaria.
Altare portatile decens.
Crucem, Candelabra.
Tabellam secretorum.
Mappas minores duas, unam majorem.
Pallium, & bradellam, omnium qualitates describantur,
Cujus sumptibus ita ornata detineantur.
An inter se satis distent, aut nimis propinqua sint.
An loco minus decenti constructa sint, ut propè januas, sub suggesta, vel Organo, vel in columnis.
An laboret locus humiditate.
An propè Altaria sint sepulcra, ut sub bradella, vel ei ita propinqua, ut Sacerdos in introitu, & dum facit confessionem, super illa subsistat.
An Altaria conferantur in titulum.
Qui sint Rectores, & à quanto tempore, à quo habuerint titulum.
An habeant certos introitus, & quos.
An sint de jurepatronatus, & quorum.
An habeant aliqua onera in celebratione Missarum, vel alterius rei.
An illis satisfiat, à quibus, & qua mercede.
Quis curam habeat Altaria munda à pulveribus, & ornata detinendi.
In quibus Ecclesiis miraculorum tabellæ reperiuntur, de illis, quantum fieri poterit, certa ratio habeatur, à quibus fuerint positæ. An veritate nitantur, & omnia diligenter describantur.
Si extra Altaria in parietibus Ecclesiæ sint aliquæ imagines depictæ, describantur cum suis qualitatibus, & locus, in quo sitæ sunt.
Si quid lascivum, aut veritati scripturarum adversum, vel ab Ecclesia non probatum.
Ubi fons baptismalis reperiatur, describatur locus, in quo situs est.
An in circuitu clausus.
Cujus sit formæ, & an ex lapide marmoreo.
Quæ extrinsecus habeat ornamenta.
An sit congruæ magnitudinis.
An ita elevatus, ut ab eo aqua baptismalis commodè haberi possit.
An in omnibus ejus partibus sit benè clausus.
Clavis à quibus, & ubi servetur.
Aqua baptismalis quo vase servetur.
Quomodo à vase recipiatur, à capite infantium, in quem locum cadat.
An bis in anno renovetur.
An propè fontem sit constructum salarium.
An illud janua lignea, & claudatur.
Olea Chrismatis, & Cathecumenorum ubi serventur.
An loco decenti, & tuto.
An sub clave, & à quo retineatur.
Quibus vasculis, an decentibus, & qua materia cõfectis.
An argentea.
An vasa ista duplicia sint.
Alia pro oleis accipiendis, alia pro servandis.
An litteris Signata, ut quod cujusque olei sit,
Vas clarè dignoscatur.
Liber Ritualis ubi impressus, & an contineat debitam formam.
Vas olei extremæ unctionis ubi servetur.
An sub clave, an in Ecclesia, vel alibi.
An sit debitæ magnitudinis.
An argenteum, vel ex alia materia.
Quo ordine ad infirmos deferatur.
Ubi sunt aliquæ sacræ reliquiæ describatur locus, in quo servantur, quibus vasibus, an decentibus.
An sub una, vel pluribus clavibus, à quibus illæ detineantur.
An sint illarum descripta nomina.
An de illis extet certa ratio.
An aliquando populo ostendantur, quibus diebus, & quo ordine.
An aliquando ad infirmos deferantur, & à quo.
An coram illis lampas aliquando accensa retineatur, cujus sumptibus.
Sedes ligneæ Confessionalia nuncupata, ubi sitæ sint.
An loco nimis remoto, vel obscuro.
An una tantum, vel plures sint.
An parva fenestra pro confessionibus audiendis claudatur, lamina ferrea cum parvis foraminibus, & illa sit benè firma.
An à parte pœnitentis habeat affixas aliquas pias imagines, & à parte confessarii Bulla Cœnæ Domini.
An in Ecclesia sit constructa Sacristia.
An in illa sit constructum Altare ad sacras vestes recipiendas à celebrare volentibus.
An sit vas decens pro manibus abluendis.
An sit locus pro reconciliatione.
An aliquæ piæ orationes præparatoriæ, & piæ imagines.
An Tabellæ onerum Missarum.
An liber, in quo Missæ celebratæ describantur, & per quos celebratæ fuerint, an eorum manu scriptæ.
An sacra supellex armariis benè dispositis, servetur.
An omnia Missæ sacrificio necessaria munda, & nitida serventur, præsertim Corporalia, Pallæ, & Purificatoria.
Quot Calices habeat Ecclesia, & an illi decentes sint.
An habeat Planetas colorum pro temporum qualitate requisitorum.
Quot Missalia, & illa decentia.
An libri Cantus, & cujus sint qualitatis.
An omnium extet inventarium, in quo descripta sit Ecclesiæ supellex universa, Cruces, & omnia, & an ex ære, & argento confecta.
An aliquæ laicorum societates sint in Ecclesia fundatæ, & quæ.
In quibus Confratres se exerceant.
An habeant aliquas Constitutiones, à quibus probatæ.
An habeant certos introitus, & illi describantur.
Per quos administrentur.
An fideliter, & utiliter expendantur.
An administratores rationem reddant, & quibus.
An exitus describantur.
Per quos societas gubernetur.
An societas habeat aliqua onera, & quæ, & quomodo illis satisfiat, an doter puellas, quas, qua dote, quibus conditionibus.
An inter Confratres sit aliquis abusus.
Describantur postmodum onera Ecclesiæ, si habeat curam animarum.
An Parochia sit distincta certis limitibus.
Numerus domorum Parochiæ.
Numerus animarum.
Quot Missæ in Ecclesia celebrentur singulis diebus
A quibus celebrentur.
An ex obligatione.
Quoties Parochus celebret.
An Missæ celebratæ, manu propria celebrantis in libro describantur.
An Parochus habeat ministros necessarios, & inservientes.
An Missæ inserviant cum superpelliceo.
An Parochus festos dies Dominicis diebus, & aliquid de Evangelio populo enuncier.
An ægrotos, senio confectos, & pauperes adnotatos habeat.
An illos sæpè visitet.
An in Parochia ter in die ad salutationem Angelicam campana pulsetur, & de sero pro defunctis.
Adhibeatur diligentia in cognoscendo, an Parochus habeat libros necessarios, librum Baptizatorum.
An in describendis baptizatis servetur debita forma.
Describatur initium libri, & finis.
An sint alii libri antiquiores, & quo serventur.
An infantibus imponantur nomina Sanctorum.

A

An in numero levantium de fonte servetur debita forma à Concilio Tridentino præscripta.
An Obstetrices suæ Parochiæ unquam examinaverint, & recognoverint, an sciant formam verborum Sacramenti baptismi, & quando verba sunt proferenda, ut sic necessitatis casu adveniente errorem non admittant.
An sit aliquis abusus circa hujus Sacramenti administrationem, vel in numero candelarum, vel aliqua alia superstitiosa observatione.
An habeat librum matrimoniorum.
An in illis describendis servetur debita forma cum adnotatione publicationum, & quibus diebus factæ fuerint.
An notetur initium libri & finis.
An sint alii libri antiquiores, & ubi tutò serventur.
Adhibeatur diligentia, an aliqua matrimonia celebrata non sint descripta.
An in eodem libro adnotentur impedimenta, quæ deteguntur.
An circa celebrationem matrimoniorum sit aliquis abusus.
An aliqua superstitiosa observatio inter contrahentes.
An matrimonia in Ecclesia celebrentur de mane inter Missarum solemnia.
An licentiæ de contrahendo à Tribunali Episcopi obtentæ à Parocho observentur.
An habeat Parochus librum status animarum, in quo debito ordine adnotati sint omnes suæ Parochiæ, tam viri, quàm mulieres per domos, & familias cum distinctione ætatis ad suscipiendam Sanctiss. Eucharistiam.
An habeat librum Communicatorum in Paschate.
Et qua ratione certus sit Parochus, qui susceperit Eucharistiam, & qui non.
Quo tempore consueverit describere omnes de sua Parochia pro Sacra Communione suscipienda.
An adnotare soleat omnes à sua Parochia discedentes in diebus Sacræ Communioni proximis, & curare notitiam certam habere quo se conferant, ne id faciant, in fraudem præcepti Ecclesiæ de communicando in Paschate.
An habeat librum mortuorum, in quo omnes Parochiæ defuncti, etiamsi ad alias Ecclesias deferantur, describantur, an pariter qui ex aliis Parochiis ad suam Ecclesiam sepeliendi deferuntur.
Cum adnotatione nominis, cognominis, Patriæ, & ætatis, nisi certæ, saltem verisimilis.
Et in omnibus libris prædictis describatur certa forma ab omnibus servanda.
Adnoretur, an Parochus per seipsum curam exerceat.
An aliquos habeat Coadiutores, & si non habeat, an ipsi sint necessarii pro curæ magnitudine, & si non habeat, an aliquando habuerit, & qua ratione cessaverit.
A quo recipiant isti Coadiutores mercedem.
An Parochus alicui alteri Ecclesiæ inserviat.
An aliquod aliud officium exerceat, vel onus aliquod habeat ultra curam animarum.
An propè Ecclesiam suam habitet.
An curet novos suæ Parochiæ inquilinos recognoscere.
An in componendis controversiis, & conciliandis animis suorum Parochianorum invigilet.
An circa dierum festorum cultum, ut his diebus abstineant ab illicitis, & in divinis beneficiis cognoscendis sui Parochiani se occupent, Missam audiant, à negociationibus abstineant, Ecclesias mane, & vesperi visitent, ludi non fiant.
Ad scholas doctrinæ Christianæ accedant, filios ducant.
An ipsi Parochi in scholis doctrinæ Christianæ laborent.
An curent mulieres in sua Parochia scandalosè viventes, ab illa removere.
Concubinarios pariter, blasphemos, &c.
An aliquando Tabernas, & Cameras locandas suæ Parochiæ visitent, præsertim diebus ieiuniorum, ut carnes, & alia prohibita non coquant, aut parent ad esum.
An habeant habitatores de fide suspectos.
An in eis suspectas mulieres retineant.
An invigilent circa ludi litteratii Magistros suæ Parochiæ.
Quod sint viri pii honestæ vitæ, Sacramenta frequenter recipiant.
Pueros ad scholas doctrinæ Christianæ ducant diebus festis, & in quibus se exerceant
Circa medicos, an negligentes sint in servanda Constitutione B. Pii Quinti, ne ultra tertiam vicem ægrotos visitent, non facta confessione.
Circa Patres familias quam curam habeant suorum filiorum in rebus spiritualibus.
Circa Regulares suæ Parochiæ, an ab eis in cura animarum accipiant aliquod impedimentum.
An nimis frequentent domos laicorum.
An de illis aliquod scandalum audiatur.
An suis Ecclesiis debitè inserviant.
An clausuram servent.
An invigilent circa Clericos sæculares in sua Parochia degentes.
An religiosè, & honestè vivant, sive potius cum scandalo.

Pro Visitatoribus Apostolicis.

Primo, servatis cæremoniis in Pontificali Romano 78
statutis, visitandum est venerabile Sacramentum, videndumque quomodo, & quam honorificè sit reconditum, & an locus sit decens, benè firmus, & clausus, & quam frequenter renovetur, ne ex negligentia aliqua generetur corruptio, aut vermium corrosio.
An lampas coram eo saltem una continuò ardeat,
Vbi non est tabernaculum ligneum, fiat decens juxta facultates Ecclesiæ, locandum in loco honesto, & decentiori altari.
Quomodo deferatur Sacramentum, & si poterit introduci societas Sanctiss. Corporis Christi, introducatur.
Deinde fons baptismalis. An nitidè conservetur, & ut fiat vas lapideum, quod ubi haberi non potest, habeatur intra fontem vas æneum stanneatum.
Vasa chrismatis, olei infirmorum, & cathecumenorum, quæ sint argentea, vel saltem stannea.
Ut sint congruo, & honesto loco recondita, & extra Tabernaculum Sanctissimi Sacramenti, ubi nihil, præter illud reponatur.
An fuerint renovata tempore debito, & vetera combusta.
Ut vas olei infirmorum sit ab aliis segregatum, & videatur quomodo infirmis deferatur.
An vasa sint munda, corporalia præcipuè, & calices, & pallæ altaris, & si quid incongruum, & indecens repertum fuerit, pro qualitate rei puniendum, & increpandum.
De vita Archiepiscopi, & Episcopi visitati inquirendum, & Cleri ac familiæ suæ honestate, & qualiter se habeant, & habuerint in administratione Episcopali, & suæ ac aliarum Ecclesiarum sibi subditarum, tam in spiritualibus, quàm in temporalibus, de ejus supellectilibus, & mensa. An in consanguineos, & familiares effundat Ecclesiæ bona contra *c. 1. sess. 25. de reform.*
An in mensa sacram lectionem habeat Episcopus.
An familia sua Sacramenta frequentet.
An familiarem orationem curet in vespere faciendam, domi suæ præsertim.

In

In dominicis saltem diebus, & aliis festis concio habeatur in Cathedrali juxta *cap. 4. sess. 24. & cap. 2. sess. 5.*
An fructus beneficiorum vacantium sibi usurpet.
An ordines, & beneficia indignis conferat, & infamibus, videlicet defectum ætatis, aut literarum, vel alium patientibus, & an per sordes manus, linguæ, obsequia, & an in collatione servet Concilium *cap. 3. sess. 3.*
An in mensibus ad ipsum non pertinentibus beneficia, seu aliter affecta Sedi Apostolicæ conferat.
An sit solicitus, ut Ecclesiæ suæ Cathedrali, & aliis sibi subiectis, divinus cultus debito modo, & tempore, ac piè exhibeatur, & an decreta Concilii contra non residentes exequatur *c. 1. & 2. sess. 6. & cap. 1. sess. 23. & cap. 12. sess. 24.* & Bullam Pii Quarti publicatam 7. Kal. Septembris 1564. & Pii V. 8. Idus Julii 1568.
Det chirographum sua manu subscriptum beneficiatorum non residentium, transmittendum ad sanctam Sedem.
An ipse resideat in sua Cathedrali juxta eadem capita, & Bullam Pii Quarti publicatam pridie nonis Septembris.
An Synodus diœcesana singulis annis celebrata fuerit, & si non celebretur juxta *cap. 10. sess. 25.* in quæ cum omnibus, qui ad id tenentur juxta modum constitutum à Pio Quarto fidei professionem emittat, publicet decreta Concilii, præsertim residentiæ, observareque faciat, Bullam Pii V. super residentia in Parochialibus Ecclesiis facienda publicatam Idibus Julii 1568.
Statuat Judices, quales oporteat, quibus à Sede Apostolica causæ committantur, & ordines ac beneficia conferantur dignioribus juxta *ca. 18. sess. 24.* & Bullam Pii V. publicatam 15. Kal. Aprilis *1566.*
Si Seminarium non erexit, erigatur, si suppetunt facultates juxta *cap. 18. sess. 23.* sin minus Sanctissimus Dominus Noster consulatur.
An ab Episcopo ludi magister examinatus, & approbatus fuerit, emiseritque professionem fidei juxta *cap. 1. sess. 5. de ref.*
An per Episcopum super ordines Doctorum, & aliorum cujuscunque artis, & facultatis professorum Bulla Pii Quarti circa professionem fidei emittendam, servata fuerit, publicata Idibus 6. Novembris 1564. & juxta *c. 12. sess. 24.*
An Bulla Pii V. per medicos servanda, publicata die 21. Martii 1566. servetur caute, & si quis pœnas, & censuras incurrerit, dummodo obediat, absolvatur, & restituatur.
An Episcopus gradum suum servet juxta *c. 6. 12. sess. 25.*
An prædicet, vel impeditus aliquem ad concionandum pro se idoneum substituat juxta *c. 4. sess. 24.*
An Episcopus vim Sacramentorum explicet pòpulo, quando ipse ea est administraturus, & idem curet ab alio fieri, præsertim tempore Paschatis.
An singulis annis visitet Ecclesias suæ diœcesis juxta *c. 3. sess. 7. & c. 8. sess. 21. & c. 3. sess. 24.*
An sit gravis in visitatione, an procurationem accipiat in pecuniis, vel rebus.
An ultra visitationem invigilet Episcopus, & sciat quid agant Parochi.
An loca etiam nullius diœcesis visitaverit juxta *c. 9. sess. 24.*
An habeat Vicarios foraneos.
An etiam visitaverit regularia, prout *in cap. 20. sess. 25.* Monasteria Monialium sibi non subditarum, quoad clausuram tantum, non autem quoad reliqua, & caveat reliquis visitationibus sub clausuræ prætextu.
An singulis annis tempore visitationis visitaverit quoque beneficia curata perpetuò unita & annexa aliis Ecclesiis, aut Monasteriis, & an Vicarios idoneos posuerit juxta *c. 7. sess. 7.*
An Episcopus servaverit in visitandis hospitalibus, Confraternitatibus, & Montibus Pietatis, quæ *in c. 15. sess. 7. & c. 8. sess. 22.* statuta sunt.
An singulis annis rationes exegerint sumptorum à ministris locorum juxta *c. 19. sess. 22.*
An vacantibus Ecclesiis curatis, statim ab Episcopo Vicarius constituatur juxta *c. 18. sess. 24.*
An Episcopus ordines conferat juxta *c. 8. 11. 12. 13. 14. 16. sess. 23.* & constitutionem Sixti V.
An Ecclesiastica Sacramenta, tempore, loco, & modis debitis populo ministrentur. An decreta Concilii, & præcipuè circa Sacramentum matrimonii, serventur, ut *c. 1. & 2. sess. 24.* de patrinis in baptismo admittendis.
An incautè vagabundos ad matrimonium admiserit contra *c. 6. ejusdem sess.* An in gradibus prohibitis aliqua matrimonia sint contracta, ut *cap. 5. ejusdem sess*
An contra concubinarios, & concubinas executioni mandentur, quæ *in cap. 8. ejusdem sess.* & Bulla Pii V. die prima Aprilis publicata, continentur.
An curet, sit sit aliquis, qui matrimonia impediat, aut minus liberè contrahere cogat contra *cap. 9. ejusdem sess.*
An conferat beneficia, præsertim curatæ conformiter ad *cap. 3. sess. 7.*
An contra obtinentes plura curata, aut alia incompatibilia, beneficia servaverit *cap. 6. sess. 7.* quod si non mandetur executioni.
An pœnitentiarium statuerit juxta *cap. 8. sess. 24.*
An confessarios, nisi à se, prævio examine, approbatos, admittat contra Concilium *cap. 15. sess. 23.*
An quæstores admittat contra *cap. 2. sess. 5. cap. 9. sess. 21.*
An in excommunicationibus concedendis servetur *cap. 3. sess. 25.*
An in procedendo, & puniendo nimis rigidus fuerit, ac severus, non servans ea, quæ *in c. 1. sess. 13.* continentur. Et si pœnæ pecuniariæ ad pios usus applicentur.
Et an segnis, ac remissus in delinquentibus puniendis.
An æqua lance omnibus justitiam ministret.
An in litibus servetur *cap. 20. sess. 24.*
An Index librorum prohibitorum sit evulgatus, factaque sit inquisitio juxta Bullam, & Canones in ea contentos.
An ab impressoribus, & venditoribus librorum exigat observationem *cap. 1. de edit. & usu Sacror. libr. sess. 24.*
An bona Episcoparus benè gubernet, & an pauperibus pro modo facultatum distribuat.
An immobilia contra sacros Canones, & Pii V. Constitutionem alienaverit, aut alienari ab aliis permiserit.
An de decimis Ecclesiasticis solvendis curam habuerit, juxta *cap. 12. sess. 25.* & ut quarta funeralium quibus solita erat persolvi ante quadraginta annos restituatur juxta *cap. 13. sess. 25.*
Interrogetur Episcopus quæ Ecclesiæ libertas à dominis temporalibus illæsa servetur, juxta *cap. 20. sess. 25.*
An domini temporales duella permittant contra *cap. 19. sess. 25.*
An Missas celebrari permiserit vespertino tempore contra Bullam Pii V. publicatam die 29. Martii.
An arcas, & deposita mortuorum ab Ecclesiis sustulerit juxta Bullam Pii V. publicatam die prima Aprilis *1566.*
An festa de præcepto, & quæ servari solent, serventur juxta dictam Bullam.
An Bulla Cœnæ Domini publicata fuerit.

An ſervetur Bulla contra Judæos Pauli Quarti, à Pio Quinto confirmata die 23. Martii 1566.

An ſervetur Bulla Pii Quinti publicata Idibus Februarii 1566. circa revocationem Indulgentiarum conceſſarum porrigentibus manus adjutrices.

An ſervetur Bulla Pii V. ſuper declaratione portionum, Vicariis in unione beneficiorum facienda publicata 5. Septembris 1567.

An Bulla Pii V. ſuper forma ſtatuendi verſus in hujuſmodi contractibus ſervetur, publicata 14. Novembris 1568.

Moneatur Epiſcopus, ut curet, quod pauperibus ſuccurratur.

Conſtituantur teſtes ſynodales, qui viſitatoribus, & Epiſcopo revelent quicquid videbitur corrigendum.

An depoſitarium fecerit Epiſcopus pro recipiendis pœnis pecuniariis juxta formam Concilii locis piis applicandis.

De Cathedrali, & Collegiata Eccleſiis.

82 Eſt inquirendum, an Præpoſitus, aut quocunque nomine cenſeatur Cathedralis Eccleſiaſtica dignitas major, & alii Canonici, & totius diœceſis Clerici ſuo Paſtori ſint obedientes.

An honeſtè vivant, & ut decet Clericos habitu, & tonſura Clericali ornati incedant juxta Conſtitutionem Sixti V. ſub anno 1588. publicatam.

An divinum officium nocturnum, & diurnum in choro debitis modo, & tempore perſolvant, & an habitent in Canonica.

An ſint ſtatutæ quotidianæ diſtributiones in Cathedrali, & Collegiatis Eccleſiis juxta *c.* 3. *ſeſſ.* 21. & 22.

Videndum eſt, an diſtributiones non intereſſentibus divinis Officiis dentur contra *cap.* 13. *ſeſſ.* 24.

Et generaliter an circa celebrationem Miſſarum ea ſerventur, quæ *in cap. de obſervan. & evitan. in celebr. Miſſ. ſeſſ.* 22. ſtatuta ſunt.

Videatur, an altaria ſint conſecrata.

An in Eccleſia admittatur profanum aliquid in muſicis, organo, aut cantu contra dictum *cap.*

Inquiratur, an aliquis ſine Epiſcopi licentia confeſſiones audiat.

An faciant Capitulum. Ubi, quoties, quando, & quæ ibi tractentur.

An admittant *vocem in capitulo*, qui non ſit ſaltem Subdiaconus contra *cap.* 4. *ſeſſ.* 22.

An ſit aliquis Canonicus, qui non ſit ſaltem Subdiaconus contra *cap.* 14. *ſeſſ.* 24.

An beneficia, quibus aliquis ordo ſacer annexus eſt ei, qui non ſit eo initiatus, aut intra annum initiari queat, collata ſint contra *cap.* 4. *ſeſſ.* 22.

An fuerit proviſum, ut in Eccleſia Cathedrali & Collegiata lectio Sacræ Scripturæ, aut caſuum Conſcientiæ, vel ſaltem grammaticæ ſtatuatur juxta *c.* 1. *ſeſſ.* 5.

Item curandum eſt, ut piis defunctorum voluntatibus, qui aliqua ſacella, aut Oratoria fundarunt, pro modo facultarum, ſaltem ſatisfiat. Idem in aliis ad pias cauſas legatis.

Videatur dicta Cathedralis, Collegiata, Parochialis, aut quæcunque alia Eccleſia, quibus egeat ornamentis, an ipſæ ac domus Epiſcopi, vel Parochialis reparatione egeant, & reparentur, & ut januæ ſint clauſæ.

Provideatur denique, ne aliquid indecens in atrio, aut propè Eccleſiam fiat.

Circa Parochiales Eccleſias.

83 Vltra ea, quæ communia ſunt Cathedralibus, & Collegiatis, ut ſupra, examinetur Parochus juxta ritum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ adminiſtret Sanctiſſima Sacramenta, ut ſi egeat aliqua inſtructione inſtruatur, ſi verò omnino eſt ineptus, ſervetur forma *cap.* 6. *ſeſſ.* 21.

Provideatur, ut moneat Parochianos ſuos de confirmatione facienda, & quid illud Sacramentum importet.

Inquiratur, an in adminiſtrandis Sacramentis ſit remiſſus, & an ſive ipſis propter ejus negligentiam aliquis Parochianus deceſſerit è vita.

Videantur libri, quibus in adminiſtrandis Sacramentis utitur, & præſertim pœnitentiæ.

Interrogetur etiam, an fidei profeſſionem emiſerint juxta *cap.* 12. *ſeſſ.* 24. & Bullam Pii Quarti ſupradictam. An plures Parochiales detineat contra *cap.* 1. *ſeſſ.* 24. & ſi dictæ Parochiales ſint unitæ, Vicarius in ea deputetur juxta formam juris, & Bullam Pii V. ſupradictam. Videndum etiam, an Parochiæ numeroſæ habeant tot Sacerdotes & miniſtros, qui videant ſufficienter deſervire, ut *cap.* 4. *ſeſſ.* 21.

An verbo & exemplo ſuis Parochianis ſalutis omnia oſtendat.

An per ſe, an per alium feſtis diebus populum inſtruat, ut *cap.* 4. *ſeſſ.* 24.

An doctrinam Chriſtianam pueros edoceat, prout eadem *cap.* 4.

Videatur, an Parochi & cæteri, qui ad reſidentiam tenentur, reſideant juxta Bullam Pii V. publicatam 8. Idus Julii 1568.

An publicaverit decreta de matrimonio in Concilio Tridentino ſtatuta.

An confiteantur libri, in quibus deſcribantur baptizati, & patrini juxta formam Catechiſmi, Concilii Tridentini, ac Ritualis Romani.

An Miſſale, & Breviarium novum habeant, & Catechiſmum vulgari ſermone ſaltem editum.

Provideatur, ut feneſtræ in Eccleſiam proſpicientes, præter eas, quæ ſunt Epiſcopi, tollantur.

Ne autem Eccleſiæ pro ſepeliendis mortuis deformentur, cadavera in cœmeterio, ac tumulis ſepeliantur.

In Monaſteriis viſitandis quæ per ſuperiores Religionis viſitari minimè conſueverunt, examinetur Abbas, aut Abbatiſſa, aut quocunque alio nomine Præpoſitus, aut Præpoſita ſemotim, ac ſecretè, ſervato tamen decore, & ſinguli Monachi, vel Moniales de eorum numero, & ſi plures, aut pauciores, quàm Monaſterii exigit inſtitutum, vel ſupperunt facultates juxta. *cap.* 21. *ſeſſ.* 25. & de cæteris, quæ in eadem *ſeſſ. de Regular.* continentur.

Inquiratur etiam, an in Monaſteriis virorum conſtitutio Pii V. ne ſepta eorum fœminæ ingrediantur ſervetur. Quæ Bulla fuit publicata 14. Octobris 1569.

An in Monaſteriis mulierum perpetua ſervetur clauſura juxta Conſtitutionem Pii V. 4. Calend. Junii 1566. & Calend. Februarii 1569.

An habitantes in communi ſub obedientia voluntaria, quorum habitus à ſæcularibus presbyteris eſt diſtinctus tria vota emiſerint juxta Conſtitutionem Pii V. 15. Calend. Decembris 1568. publicatam.

Inquiratur etiam de obedientia, & reverantia ſubditorum, & à ſubditis de ſolertia Prælatorum in corrigendis ſubditorum exceſſibus.

Sciendum præterea, an Abbas, aut Abbatiſſa, aut alius quicunque Superior, legitimè ſit ingreſſus, & Canonicè confirmatus, aut aliquam ſimoniam in ſui electione, aut confirmatione, aut aliorum receptione commiſerit.

Provideatur etiam, ut Moniales ſpiritualibus exercitiis nutriantur cohibeantque ab omnibus impoſturis, præſertim à vanis, & inutilibus colloquiis, nec permittant ad crates præter conſanguineos primi gradus aliquos, niſi ex neceſſaria, & urgenti cauſa, & tunc non ſine interventu alicujus ex conſororibus colloqui neque ullo modo, præter Officiales, & Prælatos in die, quo Sacramentum Euchariſtiæ ſumpſerunt. Sumant autem ſi non frequentius ſpiritus fervore, temporibus ſaltem à Concilio Tridentino indictis.

Videatur etiam quis eorum ſit Confeſſor, & an ſit ſufficiens ad eas in viam Domini dirigendas.

An non ſolum quando profiteantur Moniales, ſed etiam

etiam quando veſtiuntur, interrogentur ab Epiſcopo de earum voluntate.

Et ſi quæ habent beneficia annexa, quibus cura imminet animarum, inquiratur, an cura negligatur; vel ſi is, qui eam gerit de Ordinarii licentia ſit ingreſſus, cui in his, quæ ad curam pertinent ſubditus eſſe debet.

Inquiratur etiam de reditibus Monaſterii, in quibus conſiſtunt, & à quibus; ſi congruè diſpenſantur, & ne dilapidentur, & ſi ſint aliqua debita, ut commodius quam fieri poſſit, ſolvantur, & ut credita exigantur; ſed circa hæc non multum temporis inſumatur.

An Abbas, aut aliùs ſupradictorum aliquem poſuerit ad confeſſiones audiendum ſine licentia Ordinarii contra decreta Concilii.

De Hoſpitalibus.

84 Eſt quærendum, an habeant patronos, an muneris ſui fines egrediuntur.

Quod ſit eorum inſtitutum, an ad infirmos curandos, vel ſuſcipiendos peregrinos, aut nutriendos infantes expoſitos.

An eorum bona juxta inſtitutum congruè diſpenſentur, aut occupentur à patronis, & aliis.

An qui eorum curam gerit, perpetuus ſit adminiſtrator, an legitimè ſit ingreſſus, an ad nutum amovibilis, an plus in ſuo munere exequendo.

An ſingulis annis rationem reddat juxta *c.* 9. *ſeſſ.* 22.

De ſocietatibus laicorum.

85 Eſt cavendum, ne aliqua ſtatuta ſuperſtitioſa ſerventur, & videndis eorum orandus, ut miſſis defunctorum dominicis, aut aliis feſtis diebus decantandis, aut Congregationibus, quando celebrantur divina Officia, abſtineant, & ſi fortè juramentum de prædictis ſervando præſtiterint, abſolvantur.

Inquirendum eſt, an habeant aliquos reditus, & bona temporalia, cavendumque ne ipſa, aut eleemoſynæ, ab aliquo uſurpentur, neve ad alios uſus, quam ad eos, ad quos inſtituta ſunt, expendantur.

Et cavendum eſt, ut rationes reddant Epiſcopo, aut ſuo Ordinario ſingulis annis juxta *cap.* 9. *ſeſſ.* 22.

Eſt item generaliter inquirendum, an ſit aliquis in Civitate, vel diœceſi hæreticus, uſurarius, ſimoniacus, ſacrilegus concubinarius, maleficus, publicus adulter, vel obſtinatus in excommunicatione, vel in inimicitia mortali, vel in non confitendo, & non communicando annuatim, & præcipuè an id omiſerit per plures annos, curandumque, ut omnia corrigantur, & omni conatu inimicitiæ componantur.

Commiſſarii Apoſtolici, qui obtinent beneficia, reſidentiam requirentia, removeantur, & compellantur ad reſidentiam faciendam, & videatur, an aliquis abuſus in adminiſtratione commiſerint, ut poſſit Sanctiſſimo D. Noſtro referri.

Præter ſupradicta injungendum Archiepiſcopis, & Epiſcopis ut curent omnium, & ſingulorum Eccleſiarum, & Monaſteriorum, aut quorumcunque beneficiorum ſuæ juriſdictionis mobilium, & ſtabilium bonorum inventarium fieri, eorumdemque in ſuis archivis fideliter conſervari.

Item libri, in quibus Parochi tenentur deſcribere contrahentes matrimonium, & eos, qui interſunt pro teſtibus, baptizatos, & confirmatos cum nominibus ſuorum parentum, & promotorum, quos ſingulis annis Epiſcopo exhibeant, & conſignent.

Et injungant Parochis omnibus, ut ſingulis annis univerſos ſuæ curæ commiſſos, doli capaces deſcribant, & in Paſchate Euchariſtiæ Sacramentum nonniſi ſibi, aut alicui ex confeſſoribus approbatis confeſſis, adminiſtrent, de qua confeſſione fidem ſcriptam ferant.

Confeſſoribus injungant, ut hanc fidem faciant, & apud ſe confitentium nomina deſcribant, ut multis fraudibus occurratur.

Et ut reveſi qui tempore Paſchatis abfuerunt, niſi fidem afferant authenticam, donec in propria Parochia Eccleſiaſtica Sacramenta ſumant cum iis, qui non ſumpſerunt ab Eccleſia arceantur vivi, & morientes careant Eccleſiaſtica ſepultura juxta *cap. Omnis utriuſque ſexus de pœnit. & remiſ.*

Ne autem Viſitator in viſitandis Eccleſiis, & earum diœceſis nimis immoretur, ſed brevi tempore illam abſolvat, injungitur eidem, quod cùm ad aliquam Civitatem, aut Oppidum inſigne pervenerit per ſeipſum Cathedralem, Collegiatas, & alias Eccleſias reſpectivè, & alia pia loca, ac illorum, ſive illarum perſonas viſitet, & interim, ne diutius viſitatio protrahatur, mittat ad Parochiales, ſive alias, ſive cura Eccleſias in villis, & Caſtellis exiſtentes, & ad alia beneficia ſimilia in illius diſtrictu ſimiliter reſpectivè exiſtentia, unam, vel plures perſonas probatas & idoneas, & de quibus meritò confidere poſſit, puta ejus Theologum, vel auditorem, ſi tamen ſit Clericus, vel aliquem alium ſibi notum presbyterum regularem, vel ſæcularem ſimiliter idoneum, & ſufficientem; & ſi de ſuo comitatu non exiſtat, qui aſſumpto ſecum notario dictas Eccleſias, & beneficia Eccleſiaſtica prædicta viſitet. Quæ viderit providenda provideat; alia verò magis ardua ipſi Viſitatori referat, à quo maturius illis provideatur, etiam ad ſe vocatis, ſi ibi videbitur, Parochis, & rectoribus Eccleſiarum, & beneficiorum eorundem, ſive eorum Parochianis.

Et inſuper caveat, ne in viſitandis Confraternitatibus, & ſocietatibus laicorum nimis etiam immoretur, ſed examinatis illorum orandi modo, & capitulis, ſive ſtatutis, ne quid in eis contineatur, quod ſit contra ſanctam doctrinam Fidei, vel quod ſacris Canonibus, & decretis ſacris generaliter Concilii Tridentini, aut bonis moribus adverſetur, provideat, providendo, ut in præmiſſis, nec curet condere, ſive facere nova capitula, ſive ſtatuta.

Idem obſervet etiam in viſitatione Monialium, ne novas Conſtitutiones illis facere laboret, ſed potius curet ab eis regulam, Conſtitutiones Ordinum, quos profitentur ad decreta S. Concilii Tridentini ad ipſas ſpectantia, provideri.

Alia forma viſitandi Eccleſias.

Euchariſtia.

86 Locus conſpicuus, decentior

Tabernaculum fixum, decens, auratum, velo rectum introrſum foderatum, non tineoſum, benè clauſum, cum corporali intus extenſo, & umbella deſuper appenſa.

Pyxis argentea, tecta, intus deaurata cum corporali, velo circundata, ſola, in qua tres ſaltem ſemper ſint particulæ, octavo quoque die renovandæ.

Clavis eſt cuſtodia	Reditus	Copia
Lampas ardens	Legata	
Societas	Expenſa	
	Regimen	

Adminiſtratio in Eccleſia.

87 Cum ſuperpelliceo, ſtola, luminaribus, ſcabellum competens pro genuflexione, & oratione, & ad populum, ſi videtur, hortatione. Clericus, adjutorium, cotta, vas diverſum à calice pro oris ablutione, ſudariolum ad extergendum, ſcabellum ad altare cum tobaleis mundis.

Modus, quo utitur.

88 Quibus, an exteris, ignotis, publicis peccatoribus, excommunicatis, armatis, non inſtructis, ſi antea nunquam acceſſerint.

Delatio ad infirmos.

89 In vaſe argenteo, velo circumdato cum duabus intus particulis, ſuperpelliceo, ſtola, pluviali, velum, quod ſpatu-

ſpatulas, & vaſculum, ſive pyxidem tegat, Clericus cum cotta, & tintinnabulo, baldachinus lanterna in ſummitate baculi, alia luminaria, ſignum campanæ reverſio ad Eccleſiam, repoſitio.

Reliquiæ.

90 Locus ſeparatus, tutus, benè clauſus, mundus, non humidus, vas mundum, opertum, clauſum.
Nomina.
Documenta.
Antiquitas.
Oſtenſio.
Expoſitio.
Cuſtodia.
Repoſitio.
Claves.
Lumen continuum.
Quando, an raro
Quibus, an facilè cuique.
An cum hominibus.
An cum ſuperpelliceo, & ſtola.
Qua reverentia.
An ad quæſtum.
An vendantur, vel donentur.
An à ſæcularibus tangi permittantur.

Fons Baptiſmalis.

91 Locus commodus, decens, ornatus, conſpicuus, fons lapideus, ſtabilis, rotundus, integer, elevatus, opertus, mundus, in pyramidem elevatus; benè occluſus, ſine ſciſſuris, cancellis ligneis circumdatus, clauſura tutus, aqua renovata, vetere in Sacrarium fuſa, vaſculum ad aquam infundendum decens.
Capſula nucea, ornata cum goſſipio, & exterſoriis, olea ſufficientia, mutata, antiqua in lampadibus combuſta, non autem in medicinam, aut maleficia data, Oleorum vaſa conjuncta, literis diſtincta, argentea, vel ſtaminea, non ænea, aut vitrea, benè clauſa, loco tuto, & decenti, in buſta ſerica, claves tuto loco conſerventur.

Adminiſtratio Baptiſmi.

92 In Eccleſia cum ſuperpelliceo, ſtola, lumine, libro, & aliis juxta Rituale, intra octo dies, gratis, duobus tantum compatre, & commatre adhibitis, & ſui Officii admonitis, iiſque non excommunicatis, vel inconfeſſis, & hujuſmodi. Laici ne chriſma tangant, neve linteum chriſmate infectum.
Parentes in lectulo per annum infantem retineant.
Puerperæ benedictionem ſuſcipiant.

Oleum infirmorum.

93 Locus aptus, decens, clauſus, tutus, vas argenteum vel ſtanneum, tectum, recluſum. Admixtio, renovatio, combuſtio.

Delatio ad infirmos.

94 In ſerica burſa cum ſuperpelliceo, & ſtola, capite tecto cum Clerico, & lumine.

Adminiſtratio.

95 Gratis, diligenter, quandocumque petitur, etiam nocte cum libro juxta formam in eo deſcriptam.

Aqua benedicta.

96 Locus in omni Eccleſia, ingreſſu ipſo intra januas; vas lapideum, ſublevatum, mundum, benedictio in Sacriſtia cum ſuperpelliceo, & ſtola.

Mutatio, aſperſio.

97 Singulis Dominicis diebus, & vetus in Sacrario fundatur. E lapidibus aquæ benedictæ tollantur inſcriptiones, ſi quæ ſint, gentilium.

Eccleſia.

98 Regio, nomen, Rector, portæ integræ cum ſera fortii, & vecte, pariete, pavimentum, tectum.
An cubicula, vel alia habitatio ſuper Eccleſiam.
An ſuper altari majore, aut Sacrtmento.
An parietibus Eccleſiæ, paries alterius innitatur.
An ſuper ipſis aliquid ab aliquo fabricatum.
An ſaltem ſuper altari majori ſit fornix.
An feneſtræ vitro, vel tela occluſæ.
An in Eccleſiam aliquæ reſpiciant.
An ſæpiùs araneæ, & pulvis circum moveantur.
Qua hora fores claudantur, & aperiantur.
An ſaltem ſemel in hebdomada pavimentum mundetur.
An crucifixi forma decens.
An aptum confeſſionale, & convenienti loco.
An ſuggeſtum cum ſua ſede.
An ſcamna pro concione.
An lavellus aquæ benedictæ cum ſuo aſperſorio.
An indulgentiæ, & quales.
An chorus ornatus, occluſus, & ſeparatus à laicis.
An ibi locus, & ſedes diſpoſitæ miniſtrorum.
An lectorilia apta & commoda.
Campanile, campanæ.
Picturæ, ſculpturæ.
Cœmeterium, monumenta, ſepulturæ.
Marmorea depoſita, lignea, vexilla.

Prohibenda in Eccleſia.

Menſa ad quæſtum propoſita cum bacillo, & libro. 99
Candelæ, ac cætera venalia expoſita, vel delata.
Deambulationes, colloquia, congreſſus, ioci, laſciviæ, & ſimilia.
Adhærentes altaribus, & fontibus.
Mendici, dormientes, irreverentes.

In porticu, & ſcalis, ac gradinis.

Rerum quarumcumque venditores. 100
Nundinationes in ſtationibus, & feſtis, circulatores, & rixantes, ludentes. Quidvis operis facientes & ſimiles quoquomodo delinquentes, aut quævis indecentia committentes.

Capella, Altaria.

Numerus, locus, diſtantia, titulus, altitudo, Cova, 101
ſcabellum.
Ornamenta, ſculpturæ, picturæ.
An lapidea, integra, conſecrata.
An portatilia, ampla, ſigillata, æqua, & numero ſufficientia.
An munda, & decenter parata.
An omnia in illis neceſſaria.
An aliqua demolita, aut demolienda.
An remaneat hinc inde ſpatium ſervitio neceſſario.
An feneſtella pro urceolis, & bacili.
An omnia dotata.
Fundationes, privilegia, ſtatuta.
Qui reditus, in quo conſiſtant.
Quæ expenſæ, qui modus.
Quæ obligatio, quæ onera, an illis ſatisfiat.
An juriſpatronatus Clericorum, vel laicorum.
An cum propria ſepultura.
Quis ſit poſſeſſor.
Copia omnium.

Sacrarium, ſive Sacriſtia.

An tuta, munda, & decens. 102
An in aliquo reſtauranda.
An laici ibi verſentur.
An ibi colloquia, & tumultus.
An in ea ſit altare.
An locus ſeparatus, in quo celebraturus oret.
An locus, in quo ſe commodè paret Sacerdos.
An lavacrum cum mantilibus.
An ad id mantilia ſufficientia.
An pelvis pro abluendis corporalibus, & purificatoriis; & quis ea lavet.
An pro aqua benedicta deferenda vaſculum cum aſperſorio.
An breviarium ad uſum communem affixum.
An vinum album, & recens in vaſis mundis.
An hoſtiaria decens, & munda.
An hoſtiæ recentes.
An Crux ad neceſſarios uſus portatilis cum baculo.
An tabella miſſarum per hebdomadam dicendarum.

An tabella anniverſariorum omnium.
An officiorum, & ſervitiorum in Eccleſia à ſingulis faciendorum.
An libri cantus, & alii pro miſſis, ac divinis officiis numero ſufficientes.
An pro feriali, & ſolemni officio.
An vetuſtate conſumpti, ac laceri.
Inventarium librorum Chori, & Sacriſtiæ.
An bibliotheca tuta, munda, benè, ac fideliter cuſtodita.
An veteres libri tranſcribi curentur.
Inventarium, ac Index bibliothecæ.
An archiva decentia pro veſtibus, & indumentis ſacris.
An benè clauſa, mures non penetrent.
An ornamenta tutò, ac rectè cuſtodiantur.
An duplicia habeantur pro feriis ſcilicet & feſtis.
An in feſtis adhibeantur ornatiora.
An rubrica de coloribus paramentorum ſervetur.
An palliis ad ornatum ſedium, & ſimilium quis abutatur.
An paramenta omnia munda, & benè compoſita.
An ſerica, & pretioſa cum mantilibus.
An reparanda, vel renovanda.
An aliqua alienanda.
An alienata, & an hebræis.
An accommodentur aliis.
An calices, & vaſa omnia munda, & decentia.
An reliqua ornamenta integra, & munda.
An præſertim purificatoria, & corporalia.
Inventarium omnium Eccleſiæ ornamentorum.
An ea ſint pro altarium numero ſufficientia.

Ornamenta ſingulis altaribus neceſſaria.

103 Pallia, ſcilicet album, rubrum, viride, violaceum, nigrum.
Planetæ decem ſimiles, feriales, ſcilicet, & feſtivæ.
Manipula, & ſtolæ ſimiles totidem.
Albæ quatuor, amictus octo cum Cruce.
Cinguli albi quatuor.
Tobaleæ quatuor.
Corporalia, & pallæ ſex.
Hæc omnia benedicta.
Purificatoria duodecim cum Cruce.
Linteola parva pro abſtergendis manibus ſex.
Vela pro calice juxta colorum Eccleſiæ varietatem quinque.
Burſæ corporalium ornatæ quinque ſimiles.
Calix ſaltem unus argenteus, aut ex probato metallo benè deauratus, firmus, conſecratus.
Burſa calicis linea, decens.
Patena calici ſimilis, ampla ſine lineis.
Vrceoli duo vitrei cum bacile ex auricalco.
Candelabra ſaltem duo ex auricalco.
Crux ſimilis ornata pro Eccleſiæ, ſeu altaris facultate.
Miſſale unum, pulvinar unum ſericum, vel ſaltem laneum.
Corium, ſive pannus ſuper altare.
Candelabrum in elevatione hoſtiæ cum ſuo intorticeo.
Tintinnabulum.
Superpellicea ſingulis clericis duo.

Ornamenta pro Altari majore.

104 Ea, quæ ſupradicta ſunt, & ultra ea, iſta.
Pluvialia ſimilium colorum quinque.
Tunicellæ quinque. Dalmaticæ quinque ſimiles.
Albæ ſimiles duodecim.
Omnia benedicta.
Calix major. Pax, pacis vela quatuor.
Tegumenta miſſalis ſimilia quinque.
Pulvinaria pro miſſali ſimilia quinque.
Thuribulum, navicula, cochear ſaltem ex auricalco.
Candelabra ſex decentia pro Eccleſiæ qualitate.
Candelabra pro elevatione hoſtiæ.
Cottæ ſingulis clericis ſufficientes.
Mantilia, tobaleæ, pelvis major cum ampullis.

Parochus.

Nomen, cognomen, patria, ætas, gradus. 105
Ordines, titulus, fundatio, & jura Eccleſiæ omnia.
An ſit in paciſita poſſeſſione.
An lites habeat.
An habeat penſiones.
An reditus aliquos præterquam ſuæ Eccleſiæ.
An alia beneficia habeat, & quo titulo.
An ſolvat penſiones, quas, & quomodo.
An aliquid pro ordinibus ſolverit.
An quid pro conſequendo beneficio.
Probatio ad audiendas confeſſiones.
Profeſſio fidei, tonſura, habitus.
An apud Eccleſiam habitet, & in domo Eccleſiæ.
An ſaltem in parochia.
Domi quos habeat.
An habeat coadjutorem temporalem, an perpetuum.
An Clericum unum, vel plures cum cottis ad Eccleſiæ ſervitia obeunda.
An Capellanos quot, & quales.
An omnibus diebus feſtis in ſua Eccleſia celebret.
An hora competenti, & populo commoda.
An extra dies feſtos frequenter.
An ſaltem tribus diebus in hebdomada.
An ante diem, vel poſt meridiem.
An dominicis, & majoribus feſtis miſſam, & veſperas cantet.
An offerat ſacrificium pro populo ſaltem diebus Dominicis, ac feſtis de præcepto.
An miſſam dicturus in altari moretur alicujus expectandi gratia.
An miſſa inchoata ſubſiſtat, & initium repetat.
An in miſſis adhibeantur candelæ ex cera alba.
An in altari extinguantur, non finito Evangelio ultimo.
An dum elevatur hoſtia pulſetur campanula.
An habeat miſſale, & Breviarium novum.
An ſciat rubricas, & obſervet.
An cœremonias decoro, ac decenti geſtu exprimat.
An quæſtores in Eccleſia admittat.
An in miſſi quæſtimonia fiant.
An denunciet feſta de præcepto, ac dies ieiuniorum.
An rudes ac pueros chriſtianam doctrinam doceat.
An populum verbo, & exemplo paſcat.
An declaret Evangelium diebus feſtis, vel dominicis.
An publicet Indulgentias cum clauſula, *manibus adiutrices.*
An quempiam permittat in Eccleſia ſua celebrare, aut confeſſiones audire, qui licentiam non habeat.
An benedictionem faciat in menſa.
An gradum ſuum ſervet apud omnes, & ubique.
An aſſiduus in parochia maneat.
An unquam ſine licentia abfuerit, & quamdiu.
An tempore confeſſionum.
An, cùm vacuus eſt, ſeſe ſtudiis occuper.
Quos libros parochiales habeat.
An habeat librum ritualem.
An Canones ſciat pœnitentiales.
An lectionem caſuum conſcientiæ adeat, vel eis vacet.
An habeat libellum caſuum reſervatorum.
An item Bullam in Cœna Domini.
An ſit de aliqua ſocietate clericorum.
An cum ſociis diebus ſtatutis conveniat.
An aſſiduus ſit in confeſſionibus audiendis.
An in privatis ædibus confeſſiones audiat, maximè mulierum.
An noctu præterquam infirmorum, & virorum tempore magni concurſus.
An viſitet infirmos, & eos de confeſſione moneat.
An ſciat medicos ſervare decretum ſuper infirmorum confeſſione.
An confeſſionale ligneum in Eccleſia loco decenti habeat.
An rationem habeat venientium, ac reſedentium ad miſſæ, vel concionis, vel officiorum expletionem.

An communicantium librum conficiat.
An non communicatos, & non confessos in Paschate denunciet.
An nascentium, & morientium librum habeat.
An sciat qui confirmati sunt, vel non, quive patrini eorum.
An ut baptizatorum, sic confirmatorum librum conficiat, continentem diem nativitatis & baptismi, nomen patrini, baptizati, patris, & matris ejus.
An curet, ut omnes confirmationem accipiant.
An doceat, quid confirmationis Sacramentum importet.
An doceat omnes ad illud teneri post discretionis annos, saltem ne sit minor triennio, vel major septennio, quia decet esse septennem.
An frequenter publicet, decretum Concilii Tridentini de matrimonio.
An servet tempus interdictum nuptiis.
An denunciet matrimonia.
An matrimonia in Ecclesia dumtaxat contrahantur, & benedicantur.
An vagabundos in matrimonium conjungat.
An librum matrimoniorum conficiat, & qua forma.
An ejus parochia distincta sit ab aliis.
An alterius membrum.
An ei annexa membra.
An unienda, an disunienda.
An distantes domos habeat.
An numerum familiarum in ea sciat.
An omnium parochianorum librum habeat, sive librum status animarum.
An qualibet hebdomada totam parochiam visitet.
An sciat populi sui necessitates temporales, & spirituales.
An eis consulat, ut potest.
An populo suo cum charitate sacramenta administret.
An etiam diligenter, prompte, gratis, & modo, quo debet.
An curet, ut in sua parochia nulla sint vitia.
An sint in ea clerici sine habitu, & tonsura.
An dissoluti, & mali exempli.
An concubinarios, meretrices, & alios hujusmodi toleret.
An excommunicatos ab Ecclesia arceat.
An in parochia sint aliqua peccata publica.
An domus suspectæ, an illicitæ.
An incogniti homines, & circulatores.
An lusores, blasphemi, lenones, & alii morum corruptores.
An dissidia, & inimicitiæ.
An pacificare inter se dissidentes curet.
An in omnibus curet, ne aliquod scandalum populo detur.
An in parochia sint ludimagistri.
Unde sint, eorum nomen, quid doceant. Nam hæc ad parochum scire pertinet.
An professionem fidei emiserint.
Quos libros habeant.
An moneat parochianos de libris prohibitis.
An absque licentia in Ecclesia fabricari permittat capellas, altaria, sepulturas.
An picturas, & quævis alia fieri sine licentia.
An ex legato capella, pictura, & quid aliud in Ecclesia fieri debeat.
An in Ecclesia extra monumentum sine licentia sepeliat.
An in Ecclesia, vel parochia societas, vel Oratorium. Nomina, instituta, mores, reditus.
An ludos, & alia prohibenda in Ecclesia fieri permittat.
An oblatæ pro Missis eleemosynæ describantur.
An earum librum habeat, & eis satisfieri curet.
An sit aliqua relicta pro Missis, officiis, aut luminaribus.
An quæ pro relictis fieri debent, diligenter fiant.
An moveat parochianos de legatis piis servandis.
An in sepeliendis mortuis avaritiam vitet.
An ad eos habeat feretrum decens.
An recedat ante clausum sepulcrum.
An laudabiles consuetudines circa hoc serventur.
An librum teneat redituum, & expensarum Ecclesiæ.
An habeat inventarium omnium bonorum Ecclesiæ.
Detur copia omnium.
Domus parochi an propè Ecclesiam, & conveniens.
An in ea sint quæ parochum non deceant.
An indigeat reparatione.

De oratione quadraginta horarum.

An de licentia, & à quo. Eam exhibeant. 106
An decentia.
Quot luminaribus. Quomodo deferant. Quibus rationibus. An de nocte. An fores claudantur.
Divisis maribus à fœminis quoad fieri potest. Ne prorogentur. Servetur Instructio.

Hospitalia

Gubernia quæ, & qualia. 107
Administratores an perpetui.
Temporales quomodo deputentur.
An ipsis sint debitores hospitalis.
An actu hospitalitatem exerceant, & quomodo.
An quolibet anno rationem administrationis Ordinario reddant.
Officiales qui & quales.
Quomodo constituantur.
Quam benè suo munere fungantur.
De diligentia in recipiendis hospitibus.
De charitate in tractandis.
Quot in hospitali nunc sustineantur hospites.
An diligentes in perquirendis eleemosynis.
An aliis piis locis respondeant.
An mares cum fœminis versentur.
An hospites piè vivant.
An in ingressu confiteantur, & communicentur.
An etiam postea frequenter.
An alienata sint aliqua bona.
An reparatione ulla indigeant.
An aliqua sint membra annexa.
Fundationes, Instituta, privilegia, jura omnia, reditus, onera, expensæ.
Rationes de præterito, & status præsens.
Inventarium bonorum omnium hospitalis.
Copia Ordinario.

Societates.

Nomina, fundationes, Instituta. 108
Consuetudines, modus orandi, Reditus, expensæ, onera.
Administratores quomodo constituantur.
An perpetui, an temporales, debitores. Quomodo administrent.
Administrationis an rationem Ordinario quolibet anno reddant.
Computa de præterito, & status præsens. Inventarium bonorum omnium. Copia.

Ecclesiæ nationales

Vide supra Ecclesia. Præterea inquirendum, qui re- 109
ditus, in quo consistant.
Quæ expensæ, quæ onera.
Quæ administratio.
Computa, rationes, jura.
Copia omnium.

Cathedralis, Collegiata.

Quis in ea capur, quot Canonici. Quæ dignitates, quæ 110
officia.
An professionem fidei fecerint.
An alii beneficiati, & quo nomine, & quot.
An domum canonicalem habeant.
An eam inhabitent, & in communi vivant.
Quæ ratio, qui modus in vivendo.

An

An præbendæ singulorum. An reditus in communi. In quo consistant.
Quæ onera, quæ expensæ.
An archivum commune. Inventarium scripturarum, bonorum, & jurium.
Fundationes, privilegia, statuta, jura exhibeantur.
Ecclesiæ annexæ, altaria, capellæ.
Quomodo illis inserviatur.
Quæ obligatio in missis, & aliis divinis officiis.
An satisfiat defunctorum relictis.
An habeant curam animarum. An eandem in annexis. Quis exerceat, & qua ratione.
An sint aliqui reditus pro fabrica. An pro sacristia, pro capella cantorum,
Quomodo expendantur.
An de iis librum rationum habeant, & exhibeant.
Quos & quot habeant officiales. Quomodo creentur. An per vota & suffragia secreta.
Quæ munera singulis incumbant.
An ipsi per se obeant diligenter, ac fideliter.
Qualis administratio redituum.
An semper iidem administratores. An singulis annis rationem reddant.
An diligenter exigantur.
Quoties, & quando conveniant in Capitulo. An diebus festis, & tempore officiorum.
Quæ res ibi tractentur, & quomodo. An per vota secreta.
An soli Canonici intersint. An etiam alii de choro.
An Ecclesiæ utilitatem sincerè procurent.
An renoventur locationes. An remittantur caducitates.
An aliqua occupari permittant.
An alienantur anticipatè fructus. An aliqua Ecclesiæ bona alienata.
An in locationibus fraus aliqua Ecclesiæ fiat.
An admittantur ad vocem in Capitulo, qui non sunt subdiaconi.
An sit aliquis Canonicus, qui non sit subdiaconus.
An ulli Canonicatus habeantur annexa officia, & ordines.
An sit provisum de lectione sacræ theologiæ, & an legatur.
An casuum conscientiæ, & Grammatices.
An doceatur doctrina christiana.
An omnes in habitu, & tonsura incedant.
An superiori suo sint obedientes. An inferiores superioribus reverentiam exhibeant.
An inter se honorem deferant.
An omnes in officio suo devotè se gerant.
An omnes assidui in divinis officiis. An totus Clerus, & quando.
An habeant festa propria, & quæ.
Officium quod recitent, & quam missam.
An nocturnum, & diurnum in choro persolvant. An debitis modo & tempore.
An ordine è sacristia in Chorum veniant. An similiter discedant.
Qua hora incipiant. An omnes etiam Canonici cantent. An distinctè pronuncient.
An fiat pausa in medio versiculi. An verò verba transcurrant, & an unum officium incipiant ante finem alterius.
An Canonici missam cantent. An in missis conventualibus servetur ordo Vicarii.
An qui sacerdotes sunt frequenter celebrent.
An alii frequenter communicent.
An circa celebrationem missarum servetur Concilium Tridentinum.
An quando celebrant Dignitates Canonici inserviant pro diacono, & subdiacono, & in missa communicent.
An orantes duo genua flectant.
An omnes in munere suo.
An etiam ministri in Choro decenter conveniant.
An quisque per se suo muneri satisfaciat.
An in choro suum quisque stallum semper teneat.
An legant officia, libros, litteras.
An colloquia inter se, & cum laicis.
An sint quotidianæ distributiones juxta Concilium Tridentinum.
An se ægrotos fingant.
An in computis remissiones fiant.
An in iis observentur notationes punctatorum.

Punctatores.

Punctatores quomodo creentur. An jurent. 111
An singulis annis mutentur.
An abientes fideliter notent.
An etiam non rectè abeuntes.
An colloquentes, ridentes.
An alicui parcant. An ulli ostendant.

Magister cæremoniarum.

An sit aliquis Præfectus chori, ac cæremoniis. 112
An ei reliqui obediant in choro.
An prælegantur quæ legenda, vel cantanda sunt in choro.
An pœna imponatur errantibus.
An cæremoniarum magister denunciet officium.
An singula ministrorum munera.
An conficiat tabellam singularum hebdomadarum.
Qui quo tempore, quo ordine, quæ.
An curet, ut omnia rectè, ac decenter fiant.
An Diaconum, Subdiaconum, & alios cæremonias doceat.
An Diaconus, & Subdiaconus semper parati ministrent.
An festis saltem diebus communicent.
An modesti, ac reverentes sint ad altare.
An in dando incensu colloquantur, & rideant.
An in antiphonis intonandis similia faciant.

Processio.

An unquam fiat processio in Ecclesia. 113
An etiam aliæ, quot, quibus diebus.
An ordine exeant, eant, redeant.
An tunc omnes canant, & colloquiis abstineant.
An ad processionem congruè conveniant.
An controversia de præcedentia, & loco.

Cantores.

An sint Clerici. An saltem vestibus, & superpelliceo 114
induti.
An ubique tales, ut Ecclesiæ ministros decet.
An colloquiis, risu, & aliis inter cantandum vacent.
An recitentur versiculi organo.
An aliquid profanum in organis, & musicis.

Capellani.

Capellanorum numerus, nomina, patria, licentia 115
celebrandi, examen.
An simul omnes habitent, & ubi.
An habitu, & tonsura decenter utantur.
An sint provisionati, quomodo.
An suo muneri satisfaciant.
An in choro cantare detrectent.
An inter cantandum colloquantur.
An missas ritè, ac devotè celebrent. Sua manu in libro scribant, suumque nomen, cognomen, diem, & pro quo celebrent, & cui applicent sacrificium.
An à sacrista sumatur celebratio.
An vestibus sacerdotalibus induti colloquantur.
An se præparent oratione, & missam prælegant.
An semel in hebdomada confiteantur.
An birretum, aut quod aliquid super altare ponant.
An ibi alicujus expectandi gratia morentur.
An inchoata missa subsistant, & initium repetant.
An omnia prius disponantur, antequam incipiantur.
An, finita missa, Deo gratiæ peragantur.
An statim ad confabulationes.

Acolythi.

116 An celebranti assistat clericus talari veste indutus & cotta.
An is, dum fit res divina, vagetur.
An etiam vendendis candelis operam det, & quæstui.
An ante finitum Evangelium candelæ, aut quid aliud ab altari tollat.
An Clerici acolythi omnes tonsuram deferant.
An superioribus sint obedientes.
An inter se rixosi.
An sciant doctrinam christianam.
An grammaticam studiosè discant. An disciplinam Ecclesiasticam, & bonos mores.
An in omnibus se modestos præbeant sine offendiculo.
An conficeantur singulis hebdomadis.

Confessarii.

117 An aliquis sine licentia confessiones audiat.
Qui sint in Ecclesia confessarii, & an continui.
Quam habitationem habeant.
An sint provisionati.
An interfint casibus conscientiæ.

Sacristæ.

118 Nomen, cognomen, patria, ætas, ordo, custodia, fidelitas, mundities, diligentia.
An ullis Ecclesiæ ministris præsit.
An acolythos regat, & corrigat.
An malè moratos, ac dissolutos toleret.
An in sacristia laicos versari permittat. An item mulieres. An deambulationes fieri.
An pariter risus, colloquia, tumultus, & similia.
An fores Ecclesiæ opportunè claudi curet.
An renovet aquam benedictam.
An habeat tabellas affixas missarum quotidie dicendarum pro defunctis, & anniversariorum, officiorum Ecclesiæ, singulorum ministrorum, & altarium.
An officia opportunè significari curet.
An curet observari quæ debentur à Capellanis, Clericis, & aliis ministris.
An in Ecclesia permittat eos celebrare, qui licentiam non habent.
An ante auroram, vel post meridiem.
An studiosè ornet altaria.
An frequenter tobaleas altaris mutet.
An ornet, ac diligenter custodiat Ecclesiam.
An calices, corporalia, & alia munda, & decentia esse curet.
An curet luminaria, ceram, & oleum.
An paret hostias, vinum, & cereos, ut convenit.
An curet in Ecclesia devotionem, & cultum augeri divinum.

Mansionarii, & alii ministri.

119 Quod sit eorum officium, & an ritè eo fungantur.
An se gerant prout se Ecclesiæ ministros decet.

Canum ejector.

120 An diligens sit in munere suo.
An per ejus incuriâ divina officia in choro perturbêtur.
An inde pueros ejulantes, gesticulantes moveat.
An mendicantes, peregrinos, & hujusmodi admoneat &c.

Pro visitatione Regularium.

121 An in iis, quæ ad cultum divinum pertinent, christiana pietas, vel maximè eluceat.
An divinis officiis, orationibus, & missis ad præscriptum omnes instantes sint.
An sacri ritus, ac cœremoniæ ex præscripto Ecclesiæ inviolatè retineantur.
An in obeundis sacris muneribus ullus sit abusus.
An ullus sit de hæresi suspectus, aut qui libros prohibitos, vel quavis ratione suspectos retineat.
An quæ circa reformationem Ecclesiarum, Capellarum, altarium, sepulturarum, & universam supellectilem Ecclesiasticam, & quæ item de sacris Sanctorum reliquiis & à Visitatoribus Apostolicis sancita sunt, debitæ executioni demandentur.
An in recipiendis ad Religionem sæcularibus novitiis ad professionem admittendis, clericis ad sacros ordines promovendis, confessariis, & concionatoribus approbandis S. Concilii Tridentini decreta, sanctiones Apostolicæ, & Ordinum Constitutiones serventur.
An novitii in disciplina regulari ad præscriptas regulas rectè, ac piè instituantur.
An Prælati & sanctitate vitæ, & moribus castissimis, & virtutum præstantia cæteris præcellant.
An in victu, & vestitu aliis conformes sint.
An verbo, & exemplo oves eisdem commissas opportunè pascant.
An congruis temporibus visitationes tantoperè necessarias diligenter obeant.
An in eisdem obeundis expensarum excessus faciant, aut fieri permittant.
An in causis decidendis præscripta servent.
An, causis non cognitis, pœnas remittant.
An obloquentes impunitos relinquant.
An gravamen ab eis cuiquam inferatur, vel justitia denegetur.
An appellationes ab eisdem indebitè admittantur, denegenturve.
An in electionibus subornationes per se, vel per alios faciant, fierive permittant.
An subornatores statutis pœnis afficiantur.
An benemeritis postpositis, indignos vel promoveant, vel promoveri permittant.
An fratres ex hac vita proprietarios decedentes, sepultura Ecclesiastica donari aut faciant, aut permittant.
An debita vel nomine communi, vel privato eorum concessu, vel permissu contra præscriptum contrahantur.
An in victu, & vestitu communis vitæ usus retineatur, aut in eo ullus sit aut in communi, aut in particulari eorum concessu, vel permissu abusus, vel excessus.
An in provinciis, aut Religione universa abusus Superiorum negligentia emerserint.
An legata perpetua contra præscriptum exigantur.
An susceptis piis oneribus satisfiat.
An factiones in provinciis foveantur.
An regulæ denique, ac regularia Sanctorum Patrum instituta, serventur.
Fundamenta necessaria ad pacem in Provinciis, atque adeò in Religione universa, studiosè procurandam perpetuoque servandam, hæc sunt.
Primum, ut graviores causæ, communi Patrum judicio cognitæ decidantur, terminenturque.
Alterum, ut dignitates, ac officia viris probis, ac de Religione benemeritis magna æquitate dentur, conferanturque.

De Monialibus.

An clausura inviolatè servetur, & ubi violata sit restituatur studiosè curetur. 122
An, quæ de ingressu intra Monasteriorum septa, tum S. Concilii Tridentini decretis, tum sanctionibus Apostolicis, vel Ordinum Constitutionibus statuta sunt exactè, atque inviolatè serventur.
An ad Monasteria Monialium contra S. Congregationis decretum quispiam accedat, aut accedendi facultas detur.
An licentiæ ad præscriptum serventur.
An quæ de collocutionum locis, cratibus, & caminis, aut per Visitatores Apostolicos, aut per Superiores decreta sunt, executioni demandata sint.
An confessarii, tum Ordinarii, tum extra ordinem dati S. Congregationis decretum servent.
An Superiores debitè admoniti, vel requisiti transgressores puniant.
An in Ecclesiis Monialium sine Superioris licentia, vel permissu quispiam celebret.

An quæ de sæcularibus recipiendis, novitiis profitendis, puellis in Monasteriis educandis, aut S. Concilii Tridentini decretis, aut sanctionibus Apostolicis, aut S. Congregationis Ordinationibus vel Ordinum statutis præscripta sunt, exacte serventur.
An instrumenta musica, præter organum, in Ecclesiis Monialium contra Ordinum Constitutiones adhibeantur, vel in Monasteriis serventur.
An ulla sit, quæ pecuniam extra communem eleemosynarum capsulam teneat, vel quicquam, ut proprium possideat.
An Monasteriorum bona, facultate non impetrata alienentur.
An rationes redituum ad Constitutionem præscriptam reddantur.
An communis vitæ usus retineatur.
An sacræ peccatorum Confessiones, itemque sacra Communio ad regulæ, sacrique Concilii Tridentini præscriptum fiant.
An diebus festis ab externorum collocutionibus abstineant.
An congruis temporibus Confessarii extra ordinem dentur.
An ulla sit, quæ contra Constitutionum dispositionem litteras mittat, recipiatve.
An item munera contra præscriptum dentur, vel recipiantur.
An amicitiæ cum externis, quibusvis contrahantur retineanturve jam contractæ.
An Sanctæ Obedientiæ, paupertatis, & honestatis vota inviolatè serventur.
An ulla sit, quæ libros profanos, figurasve obscœnas habeat.
An animalia, præsertim canes, equi, muli asini in Monasteriis sint.
An de his satis.

123 *Circa Monasteria Monialium.*

An frequententur à suspectis hominibus.
An clausura tuta sit, & debitè servetur.
An Monasteriis inservientes sint honestæ vitæ, tam viri, quàm mulieres.
Habeatur informatio, & describantur omnes Ecclesiæ intra fines Parochiæ existentes.
An in illis divina celebrentur, per quos, & quoties.
Illarum status, ut supra de Parochialibus statutum est.
An habeant Rectores, sive sint, an habeant certos introitus, & quos, & in quibus consistant.
An habeant certos Capellanos, à quibus eligantur, & deputantur.
An in illis audiantur laicorum Confessiones.
An intra fines Parochiæ sint Oratoria alicujus societatis laicorum, describatur status Ecclesiæ, ut supra dictum est.
In quibus Confratres se exercent.
An habeant certos introitus.
Per quos administrentur.
An habeant ædes pro Capellanis residentibus.
Quæ merces Capellanis solvatur.
Quot Missæ in illis celebrentur.
An in illis Confratres faciant suas Congregationes.
An inter eos sit aliquis abusus.
An habeant aliquas Constitutiones, & à quo probatæ sint.
An intra fines Parochiæ sint aliqua hospitalia.
A quibus gubernentur.
Qui infirmi recipiantur.
Qui illorum curam habeat, tam circa Sacramentorum administrationem, quàm circa medicamenta necessaria, & victus rationem.
An habeat Capellanos residentes.
An habeat introitus, & per quos administrentur.
Describantur etiam Collegia Clericorum regularium intra fines Parochiæ existentia.

Titulus Ecclesiæ Collegii.
Ecclesia, an frequentetur, & plures Missæ celebrentur.
Quæ spiritualia exercitia fiant.
An populus frequenter Eucharistiæ Sacramentum accipiat.
An frequenter.
An turbent jurisdictionem Parochi.
Quot vivant in Collegio.
An ex eleemosynis, vel certis introitibus.
Describantur Monasteria Regularium in Parochia existentia.
Cujus sint Ordinis.
Quot Religiosi in eis permanere consueverint.
Quæ spiritualia exercitia in eorum Ecclesiis fiant.
An de illis aliquod malum audiatur.
An vagentur per Civitatem.
An conversentur in locis suspectis.
An turbent Parochialem jurisdictionem.
Si intra fines Parochiæ in parietibus alicujus domus laicorum in via sit depicta aliqua imago B. Virginis, vel alicujus Sancti, coram quibus, vel lampas retineri consueverit, vel apponi miraculorum tabellæ.
Describantur cum adoratione loci, in quo sitæ sunt, & eorum curam habeant.
Fiat etiam inquisitio à quanto tempore ita permaneant, & quomodo miraculorum tabellæ ibi ponantur, & à quibus.
In Collegiatis ultra descriptionem status Ecclesiæ, & quibus imminet cura animarum, ultra superius expressa circa Parochos, describantur numerus Canonicorum, & omnium Ecclesiæ inservientium.
A quo titulum habeant, & à quanto tempore Canonicatus, cujus sint introitus.
An fructus omnes consistant in quotidianis distributionibus, an potius in præbendis distinctis.
Describatur quo ordine divinum officium recitetur in Choro, & quo tempore, quomodo Canonici punctentur, & quis punctatoris officio fungatur.
Describatur qualitas Chori.
Describantur onera Capituli, celebrationes Missarum, quibus diebus illæ cantentur, & à quibus.
An cum Diacono, & Subdiacono.
An in recitatione officii, & Missarum celebratione sit aliquis defectus, vel abusus.
An Canonici per seipsos inserviant, tam in divinorum officiorum recitatione, quàm Missarum celebratione.
An constituti sint certi introitus Ecclesiæ, & à quibus ministrentur.
An pro Sacristia.
Capitulum quando congregetur, quo loco, & tempore.
An deliberationes fiant suffragiis secretis.
An scribantur, & à quo.
An Capitulum habeat Archivium, & quæ scripturæ in eo detineantur.
An sub una, vel pluribus clavibus, & quis illas retineat.
An Capitulum habeat aliqua statuta, seu Constitutiones.
An illæ observentur.

De servandis in visitatione Ecclesiarum piorumque locorum. 124

Frequentissima Sacrorum Canonum, Conciliorum, Sanctorumque Patrum efficaci administratione meritò commendatur [ne verius dicam] præcipitur Ecclesiarum, & Piorum locorum diligens, & accurata visitatio, & hujus ratio assignatur, quia multum utilis, valdèque fructuosa sit. Ex illa enim mirabiles gignuntur effectus, ut liquet præsertim ex Concilio Tridentino *sess. 24. cap. 2.*
Quæ visitatio, quamvis multiplici gaudeat fine, duo tamen principaliores videntur. Primus fidelis, atque

atque distincta, & exacta descriptio status, atque conditionis Ecclesiæ, vel loci pii, qui visitari debet. Secundus verò respicit ordinationes, & statuta matura deliberatione condenda pro extirpandis abusibus, ac defectibus in visitatione repertis, ac pro manutentione, & augumento disciplinæ Ecclesiasticæ, pro quo duplici fine facilius assequendo, infrascripta adnotantur.

125 *Antecedentia ad Visitationem.*

Præsupposita publicatione, jam sufficienter facta per edictum generale, continens singula, prout de more necessaria ad visitationem, quibusdam tamen diebus præcedentibus ipsam visitationem requirendi sunt, ac etiam compellendi (si opus fuerit) Custodes, vel Rectores Ecclesiæ, seu loci, qui in proximo visitari debet, ut quamprimum exhibeant brevem quidem descriptionem, sed fidelem, & distinctam de statu, & qualitate dictæ Ecclesiæ, vel Loci, ac Ædium, vel Monasterii, aut Hospitalis exprimendo præsertim.

Quo tempore fuerit ædificata.
Cujus, vel quorum auctoritate.
Cujus, vel quorum expensis.
Cui Sanctorum post Deum Opt. Max. fuerit dedicata, quæ festa potiora celebrentur in illa.
Quibus personis fuerit collata, & sub quo titulo, & à quanto tempore, quinam sint modò possessores, deque illorum titulo, & à quanto tempore.
An sit consecrata, quo die, & anno.
A quo Pontifice, & cujus auctoritate.
An appareant signa Sanctæ Crucis in pariete illius, prædictam consecrationem significantia.
An in illa servetur Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum.
An reperiatur in illa Imago aliqua Christi, vel Beatæ Virginis, aut aliorum Sanctorum devotione singulari, seu miraculis conspicua.
De illius origine, & approbatione, ut miraculosa.
An in illa reperiatur Altare privilegiatum.
A quanto tempore.
De tenore privilegii dicti Altaris.
De numero Sacerdotum, aliorumque Clericorum, vel Regularium.
An sint in dicta Ecclesia corpora, seu Reliquiæ insignes Sanctorum.
De illorum nominibus propriis.
A quo sint approbatæ.
Quo in loco, & quibus thecis custodiantur.
De numero Altarium, & Capellarum dictæ Ecclesiæ, ac earum dotibus, & Patronis.
An sit privilegiis, vel exemptionibus decorata, & quibus, anve illis fruatur.
An inveniantur in dicta Ecclesia sodalitates, seu Confraternitates sæcularium, vel aliarum personarum, quæ, & quot.
Qua auctoritate erectæ, vel confirmatæ sint.
An adsit fons baptismalis.
An sit Parochia, & quis Parochus.
De limitibus illius Parochiæ.
De numero domorum sub illa contentarum.
De numero animarum maximè idonearum ad Sacram Communionem recipiendam.
Inventarium redituum, & in quibus consistant.
Pariter, & mobilium ejusdem Ecclesiæ, vel domus, aut Monasterii, vel Hospitalis.
Index eorum, quæ ordinata fuerunt in dicta Ecclesia, vel ædibus illius in aliis visitationibus.
Exhibeatur etiam Inventarium speciale Vasorum, Paramentorum, & aliorum pertinentium ad Sacristiam.
Item notula brevium, ac indultorum, si quæ habet Ecclesia describendo, à quo collata sint, diem, & annum.
Si sit Ecclesia Regularis, offerantur etiam una cum prædictis regula, statuta, seu Constitutiones illius Instituti, quod maximè juvabit ad exactam visitationem Ecclesiæ Ædium, ac Personarum.
Cuncta hæc in Indicibus prædictis contenta prius maturè considerata, deferat secum visitator, ut facilior sit expeditio visitationis, inquirendi de veritate, atque existentia prædictorum secundum modum, & qualitatem, quibus descripta sunt, oculariter, sigillatim omnia intuendo.
Deferat etiam secum, præsertim in visitatione Regularium, decreta, & pro Regularibus jam edita à Clemente Octavo innovata, atque confirmata à Paulo V. & novissimè ab Urbano Octavo unà cum decretis de Missarum celebratione.
De Apostatis, & aliis similibus.

De actuali Visitatione.

Visitatio Ven. Sacramenti Eucharistiæ.

Die statuta, videlicet talis mensis, & anni post so- 126
lemnem ingressum visitatoris, associati quibusdam Ecclesiasticis, sed gravioribus personis, adhibito inter alios Notario, Viro probo, juxta formam Pontificalis, seu Ritualis Romani, post orationem reverenter factam ante majus Altare ea reverentia, qua decet, accensis interticiis saltem in numero denario, extrahatur à custodia per Sacerdotem idoneum superpelliceo, & stola indutum, Pyxis, in qua servatur Eucharistiæ Sacramentum, quo adorato, diligenter consideretur, an reverenter, ut decet, particulæ consecratæ debito tempore in dies renoventur, singulis scilicet octo diebus.
An Pyxis sit argentea, saltem in parte superiori, & intus deaurata.
An in interiori parte dictæ Pyxidis subtus particulas inveniatur accommodatum Corporale.
An Pyxis firmiter occludatur, itaut nequeat aperiri absque manuum adjutorio.
An in parte superiori coopertorii dictæ Pyxidis inveniatur signum Sanctæ Crucis.
An habeat conopæum sericum auro intextum.
An Tabernaculum, seu custodia sit decenter ornata, tam intus, quàm extra.
An intra illud serventur alia, præter unam, vel plures Pyxides, in quibus custodiuntur Particulæ Consecratæ.
An super custodiam, sive Tabernaculum, & Altare inveniatur Umbella, vel Baldachinum, decenter ornatum juxta qualitatem Ecclesiæ.
An immediatè super Tabernaculum sit conopæum secundum colorem, quo in dies utitur Ecclesia.
An occludatur apta, & tuta clave.
Quæ servari debet in loco tuto.
Qua reverentia exhibeatur sumentibus illud in dicta Ecclesia.
Quomodo, qua decentia quoad personas, & Vasa, ac alia Paramenta necessaria, v. g. quoad Pluviale, Velum, Vas in quo defertur, Umbellam, Luminaria, & similia, deferatur in processionibus, quæ fiunt, & quando asportatur ad Infirmos.
An una, vel plures lampades continuò die, & nocte accendantur, & sint semper ardentes ante Altare, in quo servatur Eucharistiæ Sacramentum, vel Reliquiæ Sanctorum, seu Imago miraculosa.

Visitatio Sacrorum Oleorum.

Deinde accedat visitator ad locum, in quo servantur 127
Olea sacra saltem in Sacrist. inquirendo. An olea nova, & sufficientia sint quoad numerũ, & qualitatem.
An vasa sint ex materia decenti, & integra, ut puta stannea, vel argentea.
An sint benè clausa, ne effundi possint.
An singulis annis innoventur, & veteta comburantur
An locus, in quo servantur sit aptus, decens, clausus, atque tutus.
Neque apud omnes indifferenter, & apud Sacristiam, vel Præsidem Ecclesiæ, horum claves diligenter custodiantur, quemadmodũ illa custodiæ Eucharistiæ.

Fontis

Fontis Baptismalis visitatio.

128 In visitatione Sacri Fontis Baptismatis inquirendum est, est, An aqua Baptismalis suis temporibus innovetur, veteri projecta in Sacrario.
An collatio hujus Sacramenti, quemadmodum, & aliorum fiat semper gratis.
An fiat semper in Ecclesia tantùm.
An in actu Baptizandi, qui Baptizat utatur superpelliceo, stola, lumine, libro & aliis cæremoniis, ac formulis juxta ritum Ecclesiæ Romanæ.
An ante collationem Baptismatis requiratur, si Infans domi fuerit Baptizatus, & quomodo, & à quibus, & per quæ verba, & quare.
Non admittantur omnes indifferenter ad suscipiendos Baptizandos, sed habeatur ratio ætatis, & peritiæ, & ex voluntate, ac scientia paratum eligantur.
Nescientes rudimenta fidei, sive excommunicati, & similes non admittantur ad effectum, ut supra.
Moneantur suscipientes de cognatione contracta ex tali munere, & de officio, & onere ipsorum circa suscepros.
Inquiratur de libro Baptizatorum, in quo nomen Baptizati, Patris, ac Matris ejus, ac etiam Baptizantis, & Levantis, notando diem, & annum.

129 *Reliquiarum visitatio.*

Decenter, ac reverenter luminibus accensis fiat visitatio Sacrarum Reliquiarum, inquirendo.
An secundum numerum in Indice earum descriptæ omnes, & integræ reperiantur.
Consideretur diligenter qualitas loci, & vasorum, in quibus conservantur.
An locus ille clavi, vel clavibus occludatur.
An ante illas ardeat lumen juxta decentiam, & facultatem Ecclesiæ.
Inquiratur de certitudine, & antiquitate illarum.
Quando, & quomodo Populo exponantur, non permittantur tangi à sæcularibus, non alienentur, & multò minus vendantur.
Si quæ sunt reliquiæ incertæ, Populo non ostendantur.
Claves illarum diligenter custodiantur apud Rectorem Ecclesiæ.
Inquiri potest, quomodo habitæ sint, an per inventionem, sive translationem, vel asportationem, quando, & per quem, seu quos.

130 *Visitatio Altaris Majoris.*

Inquiratur primò, an sit firmum, & stabile, & lapideum juxta Sanctiones Apostolicas.
An sit consecratum.
A quo, & qua auctoritate, & quando.
Quomodo id probari possit.
An in medio illius inveniatur lapis, quem altare portatile vocant, continens Sanctorum Reliquias longitudinis, & latitudinis secundum formam debitam.
An habeat dictum altare Crucem argenteam, æneam, vel saltem ligneam cum Imagine Crucifixi decenter aptatam.
An habeat candelabra decentia in numero, & qualitate.
An tribus mappis saltem coopertum sit, quæ tempore congruo immutentur.
An supra se habeat umbellam, seu baldachinum decenter ornatum.
An habeat multiplex pallium secundum diversitatem colorum, quibus utitur Ecclesia.
An habeat scabellum, sive bradellam ligneam, & firmam.
An cooperiatur tela aliqua, sive corio decenti.
An habeat tabellam continentem secreta Missæ, & aliam continentem Evangelium S. Joannis, *In principio*, quod in fine Missæ regulariter dicitur.
An adsit fenestella à latere ipsius, sive abacus, quem vocant credentiam pro urceolis, seu ampullis inservientibus pro Sacrificio Missæ, quæ ampullæ videntur deferendæ tantùm, quandò Sacerdos actu accedit ad altare celebraturus ad evitanda varia pericula, quod facillimè observari potest etiam in magnis Ecclesiis, cum habeant illæ majorem Ministrorum numerum.
An sint candelabra ænea, vel saltem lignea pro sustentanda facula in elevatione Hostiæ accendenda, quibus accensis melius erit, ut sit usque ad sumptionem.
An propè, vel subtus illud inveniatur sepulchrum mortuorum, quod nullatenus est tolerandum.
An in superiori parte inveniatur imago Crucifixi ex sculptura secundum qualitatem Ecclesiæ.
Pariter inquirendum est de qualitate Iconis altaris, an rectè, & decenter sit disposita, atque ornata describendo qualitatem figurarum, & ordinem, quo dispositæ sunt inter se ipsas.
Considerando præsertim, an omnes pietatis, religionis atque devotionis speciem præseferant, ita ut intuentes ad pietatem, & devotionem provocehr, ut par est, non autem ad lasciviam.
Intueatur visitator diligenter, an præter Sanctorum Imagines inveniatur aliqua Imago profana in eadem icone depicta, quam auferri cituis curet, quemadmodum etiam, & scurrilia, si quæ sunt ad risum potius, quàm ad pietatem provocantia, & loco illorum pia aliqua Sanctorum Imago reponi mandet.
Inquiret etiam de auctore illius Iconis, præsertim, si celebris sit.
Et an habeat coopertorium, quo à pulvere præservetur.
Inquirat quoque de aliis ornamentis, quæ sunt circa dictum altare, & in capella, curetque, ut occludatur, ne pateat aditus ad illam extra tempus celebrationis Missarum.
Ac etiam de Patrono illius.
An sit dotata.
De quantitate, & qualitate dotis.
De oneribus Missarum celebrandarum in dicto Altari, ac aliis necessariis juxta exigentiam temporis, & locis cuncta hæc, & alia hujusmodi describet distinctè ac ordinatè Notarius ad dictamen visitatoris, seu coadjutoris ipsius; quod est servandum in visitatione præcedentium, & sequentium.
Singula hæc immediatè recensita inquirenda sunt in visitatione Capellarum, atque Altarium dictæ Ecclesiæ, proportione tamen diligenter cuncta necessaria ad Ecclesiasticum cultum examinando, ut fiant.

Visitatio Corporis Ecclesiæ. 131

Sequentia diligenter investiganda sunt.

Qualis sit Chorus, an decens.
Sedilia qualia sint.
Legilia.
Libri Cantus necessarii.
Martyrologium, Breviarium, Calendarium, & alii libri pro usu Chori, & processionum.
Cantores, & alii Officiales Chori,
Qua hora, & quomodo recitetur divinum Officium.
An quotidia cantetur Missa conventualia secundum rubricam Missalis cum ministris decentibus, & aliæ Missæ tempore opportuno recitentur.
An, qui tenetur interesse divino Officio tempore congruo accedant.

De suggesto, vel Pulpito. 132

Quale, & quo in loco, videlicet conspicuo, & eminenti Ecclesiæ situm sit pulpitum, seu suggestum.
An inveniatur in illo Imago Crucifixi.
Quoties, & à quo, seu à quibus habeatur concio.
Quomodo fiat separatio mulierum à viris tempore concionis, videlicet tabulis, vel tela extensa inter illos.
Subtus illud nullum omnino sit altare, præsertim in quo celebretur.
Sit occlusum ferâ, & clave.
Habeat scalam commodam, per quam ad illud ascendatur, & umbellam decentem.

133 *De Confessionalibus.*

Inquiratur, an Confessionalia sint in loco conspicuo, non autem in Capellis, vel angulis Ecclesiæ, habeant cratem ferream perforatam pro audiendis Confessionibus mulierum.

Sint numero sufficientia.

In illis adsit Imago Christi, vel Beatæ Virginis, aut alicujus Sancti, unà cum Bulla Cœnæ Domini, & alia casuum reservatorum Ordinario.

Confessores sedentes, ac induti superpelliceis, & stola audiant Confessiones.

Petantur ab eis literæ admissoriales pro tali munere.

Non audiant Confessiones Mulierum, & puerorum ante lucem, seu post sonum salutationem Angelicam vespertinam.

In loco Confessionalis *non* tractent, nisi quæ spectant ad Confessionem.

134 *De Campanile.*

Quale sit Campanile, & quomodo turum, quotque Campanis sit ornatum, & maneat clave occlusum.

Diligenter conspiendum est, quale sit tectum, seu pars superior Ecclesiæ, & quomodo decenter ornata.

Idem inquiratur de pavimento, an sit ex lapidibus æquale & ritè adaptatum juxta Ecclesiæ facultatem.

Sepulchra mortuorum non sint vicinia Altaribus, vel subtus illa.

Sint benè clausa.

Habeant operimentum lapideum, non autem ligneum omnino æquale pavimento Ecclesiæ.

Portæ Ecclesiæ sint decentes, ac tutæ, & occludantur forti clave.

Ecclesia Parochialis, seu Collegiata habeat feretrum convenienter dispositum, quod servetur in loco ita, ut non impediat Ecclesiæ, vel Cappellarum ministeria.

135 *De Cœmeterio.*

Sit omnino clausum, & undique muris, aut forti cancello septum, ne animalia possint illud ingredi, ac alii homines.

Sit in illo Crux, & Capella, & vas aquæ benedictæ.

Non sint in illo arbores neque vites vel quid simile, sed inserviat tantum pro sepeliendis cadaveribus mortuorum.

Arceantur ab illo ludi, nundinæ, & similia.

In porticu ante Ecclesiam non permittantur ludi, nec nundinæ, neque aliquid profanum, & inhonestum.

Si quæ sint sedilia omnino auferantur ad submovendas confabulationes fœminarum, & virorum.

Non permittantur in illo, nisi Imagines Sacræ, & devotæ.

136 *De Visitatione Sacristiæ.*

Arceantur ab illa omni tempore mulieres, aliique sæculares, præsertim tempore celebrationis Missarum.

Sint in illa loca separata, & idonea pro reconciliatione Sacerdotum.

In quibus etiam possint orare ante Missam, & post Missam agere gratias Deo, Beatæ Virgini, & Sanctis.

In his etiam locis sint tabellæ cum chartula orationum, quæ recitari debent ante, & post Missam.

Sit alius locus lavacri pro Sacerdotibus cum mappis, seu linteaminibus ad abstergendum manus.

Armaria, in quibus servantur paramenta, ornamenta, vestes, vasa, candelabra, aliaque necessaria pro usu Ecclesiæ, sint benè disposita, tuta, munda, & clavibus obserata.

Sigillatim inspiciantur omnia prædicta unà cum aliis in Sacristia conservatis ad præscriptum Indicis oblati ante Visitationem.

Videatur, an in ea sit altare, super quo celebretur.

Longè sint ab illa colloquia, rixæ, & tumultus.

Habeat portam tutam, seram, & clavi benè dispositam.

Inquiratur, an in illa inveniantur paramenta altarium, & Sacerdotum secundum diversitatem colorum, quibus in dies utitur Ecclesia.

An sit in illa tabella, in qua distinctè notata sint onera Missarum, officiorum, festorum, atque processionum, & similium.

Item tabella Indulgentiarum, & reliquiarum.

An adsit liber, in quo notentur nomina eorum, qui sacrum faciunt quotidie in Ecclesia.

An sit Capsula, seu Arcula, in qua ponantur eleemosynæ, quæ à fidelibus offeruntur.

An sit in illa liber Baptizatorum, Matrimoniorum, atque sepultorum in Ecclesia, vel Cœmeterio.

Liber redituum Sacristiæ, si qui sunt.

Bulla in Cœna Domini.

Index hebdomadarii, & aliorum Ministrorum, qui actu serviunt Ecclesiæ.

Liber Decretorum aliàs editorum ab aliis Visitatoribus præsertim Apostolicis.

Decreta Sacræ Congregationis Rituum de certis Missis prohibitis ab illa.

De prohibendis in Ecclesia, & Sacristia. 137

Venalia cuncta.

Deambulationes, colloquia, congressus contra Bullam B. Pii V. præsertim lascivi, & similia, memores, quod sit Domus Orationis, & non spelunca latronum.

Vigiliæ nocturnæ, maximè mulierum.

Comestiones, & potationes, atque dormitiones, præsertim mulierum.

Quæstus egenorum, circumeuntium Ecclesiam, eleemosynam petentium, maximè tempore divinorum officiorum.

Scholæ puerorum.

Ligna, cementa, saxa, & alia præseferentia immunditiam, ad Ecclesiæ usum non necessaria.

Canum, & aliorum animalium indroductio.

Rixantes, fortiter lugentes, ludentes strepitus facientes, & alia cuncta divinum officium impedientia, & quovis modo interrumpentia.

De visitatione Personarum. 138

In visitatione personarum, plura utiliter investiganda, habito respectu ad locum, ad tempus, ad qualitatem, conditionem, atque professionem personarum, quæ visitandæ sunt, de infrascriptis maximè inquirendum est, & præsertim si sint regulares, videlicet.

De Superioribus. 139

An ritè, & rectè sint instituti ab habente auctoritatem, servata dispositione sacrorum Canonum, regulæ, & statutorum sui instituti, & Ordinis.

An verbo, & exemplo promoveant disciplinam, & observantiam regularem; præsertim circa ea, quæ concernunt cultum divinum, vota essentialia, & alia statuta suæ regulæ, & Constitutionum; etiam circa victum, & vestitum.

An horis debitis die ac nocte faciant persolvere decenter officium divinum, celebrare Missas, prædicare, & alia munia solita exerceri in dicta Ecclesia.

An fraterna charitate procedant in omnibus cum suis subditis.

An puniant delinquentes ad præscriptum suarum Constitutionum.

An curent, ut custodiatur Clausura, præsertim noctu, & arceantur sæculares à dormitoriis, & cellis regularium, præsertim nocte.

Quomodo se gerant cum Infirmis, providendo illis de necessariis.

An Jejunia Religionis ipsi servent, & faciant alios servare

An ipsi vivant sine proprio, & faciant alios vivere, sed omnia sint communia.

An conservent, & faciant alios servare pacem Christi.

Quomodo faciant observare decreta Clementis Octavi, & alias bullas, & decreta Apostolica circa reformationem Regularium.

An sint præcipites in fulminandis censuris contra suos subditos, non servato ordine juris.

An frequentent Chorum, Refectorium, & alia loca communia temporibus debitis, idque fieri procurent

rent ab aliis suis subditis.

Quomodo rectè, & sine querela dispensent, & faciant dispensare bona domus in usus necessarios.

An injustè persequantur aliquem ex suis subditis.

An illos injuriis, & calumniis afficiant, præsertim coram sæcularibus.

An utantur, & faciant, ut alii utantur, supellectili religiosa, abjiciendo superflua.

140 *De Subditis.*

Quomodo verbo, & opere se exhibeant obedientes, & reverentes, præsertim in his, quæ pertinent ad regulam, & Constitutionem sui Ordinis erga suos Superiores.

An Officiales suo muneri, rectè, ac ritè incumbant, sine querela apud Deum, & homines.

An singulis annis, semel ad minus notificent suis superioribus omnia, & singula, quæ habent ad usum.

Quomodo illa distribuant.

An omnia, & singula, quæ illis exhibentur sub quovis justo prætextu, & colore statim offerant, vel saltem notificent suis Superioribus.

Qua promptitudine luant pœnas justè illis impositas una cum mortificationibus solitis fieri in tali ordine, vel Instituto.

De illorum receptione, & professione investigandum est, præsertim cum juvenibus, & Novitiis, de quorum educatione multa copiosè habentur in decretis Clementis VIII. & in Constitutionibus singulorum Ordinum, & Religionum, quorum cognitio necessaria est visitatori, ut suum munus fructuosè explere valeat

Speciatim pro Parochis.

141 I. *Super Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento.*

An Tabernaculum Sanctissimi Sacramenti, quod regulariter ligneum, extra deauratum, ac conopœo decenti opertum esse debet, intus sit omni alia re vacuum alquo serico, velut au læis ornatum, corporali substrato, duplici Pyxidi argenteæ intus inauratæ, ut cum altera deferrut ad infirmos, altera remanere possit pro adoratione populi. Si quis verò propriam Pyxidem ad deferendum Sanctissimum Viaticum seorsim asservet, sufficiet in Tabernaculo unica Pyxis.

An omnia ad ipsius Sacramenti cultum ordinata integra, mundaque sint, & conserventur.

An lampades coram eo plures, vel saltem una, die noctuque colluceat, & in Ecclesiæ foribus adsit foramen, per quod inspici possit.

An Sanctissimæ Eucharistiæ particulas frequenter renovet, & ubi recentes consecraverit, veteres distribuat, vel sumat.

An in eo ministrando in Ecclesia, vel ad Infirmos, deferendum, serventur præscripta in Rituali Romano.

An adsit Vasculum cum aqua, & Purificatorio pro ablutione, & absterstone digitorum.

An cum exponitur, præsertim occasione 40. horarum adsit debitus, ac decens ornatus, luminumque numerus, & duo semper Sacerdotes, vel saltem unus cum Clerico

142 assistant superpelliceis induti.

II. *Super Sacris Oleis.*

An à Basilica ad propriam Parochiam ea accipi, ac deferri decenter curent per aliquem Sacerdotem, vel saltem Clericum in Sacris Constitutum.

An in Ecclesia sub Clave asserventur in loco decenti, extra tamen Tabernaculum Sanctissimi Sacramenti.

An in eorum usu observent Ritus, & Cœremonias in Rituali Romano præscriptas, præcipuè in deferenda extrema unctione ad Infirmos.

III. *Super Baptismo, & ejus Fonte.*

143 An in Ecclesiis Baptismalibus Sacer Fons sit mundus, in quo aqua nitida, & pura diligenter conserverur, mutanda, & renovanda, ac statu Cæremonia benedicenda, non solum in Sabbato Sancto Paschatis, sed etiam in Sabbato Vigiliæ Pentecostes.

An in administratione hujus Sacramenti ritus, & Cæremoniæ Ritualis Romani serventur ad unguem, præsertim,

An habeant Vasculum argenteum, vel saltem stanneum, quo hauriat aquam de Fonte ad Baptizandum.

An habeat pelvim, in qua recipiatur aqua, quæ cadit de Capite Baptizati, nisi in Sacrarium, Fonti conjunctum statim defluat.

An adsit Sacrarium Fonti conjunctum, vel saltem propè illum in modica distantia, in quod projiciatur aqua prædicta.

An deferat secum librum, in quo, administrato Baptismo, statum describat ad præscriptum Ritualis, ne postea non sine levi boni publici detrimento ea scribere obliviscatur.

An Obstetrices rectum Baptizandi modum calleant, & insuper approbationem gratis dandam obtineant.

An admittantur pro Patrinis, & Matrinis personæ honestæ & repellantur meretrices, & alii, qui ex Sacris Canonibus ad hoc munus prohibentur.

IV. *Super Sacris Reliquiis.* 144

An asserventur reconditæ decentibus arculis, quæ clave obserentur.

An sint authenticæ, servatisque servandis recognitæ.

An in earum ostensione (quæ ut plurimum in aliquo festo ex solenniotibus fieri debet) servetur debitus veneretionis cultus.

An earum notula in libris, vel tabulis habeatur.

V. *Super Ecclesia, & in ea contentis.* 145

An Altare majus sit decenter ornatum, Crucifixo, & Candelabris instructum, pallioque coloris officio illius diei convenientis contextum, totumque pulchrum, nitidum, & mundum. Similiter & alia Altaria proportionabiliter, ex quibus nullum sit oppositum Altari majori.

Observent etiam, an totum Ecclesiæ corpus mundum sit, & expeditum. An Confessionalia sint aperto, conspicuo, & apto Ecclesiæ loco disposita. An habeant cratem inter Sacerdotem, & Pœnitentem, cujus adeò sint angusta foramina, ut digitum vel minimum non capiant. Et an ibi retineatur affixa Bulla Cœnæ. An Pulpitum, Organum, Fontes aquæ benedictæ, Chorus, Sepulchra, Cœmeteria, Feretra, Campanile, Porticus, & similia collabentia sint, vel ruinam minentur, curentque ut sint integra, munda, ac ita concinnè disposita, ut eam, quæ Dei domum decet, magnificentiam, & splendorem intuentium oculis objiciant.

An in Ecclesiis, dum Missæ, vel divina celebrantur Officia, vel prædicatur Verbum Dei, Pauperes contra Bullam B. Pii V. eleemosynam petere, vel aliquis quicumque sit, deambulare, vociferari, verso tergo ad Sanctissimum Sacramentum irreverenter sedere, ut aliquid, quod scandalum generet, vel eadem officia, aut orantes perturbet, facere præsumat.

An quis in eisdem Ecclesiis, maximè tempore suprædicto, & cum mulieribus profana colloquia misceat.

An extra casum necessitatis retineantur ibi aliqua supellectilia, vel propria, vel aliena.

An rei, qui ad eam confugiunt, abutantur immunitate.

VI. *Super Sacristia.* 146

An Sacris Vasibus, indumentis, aliisque Sacris Supellectilibus ad Divina necessariis, & ad ea recondenda, custodiendaque decentibus loculis, seu Armariis sit sufficienter instructa.

An eorundem adsit Inventarium, superioribus, cum postulaverint exhibendum.

An loco conspicuo, & parenti teneatur Tabella onerum Missarum, Anniversariorum, & similium obligationum; jisque ut par est, satisfiat.

An adsit liber, ubi celebrantes pro oneribus dictæ Capellæ propria manu se subscribant,

VII. *Super officio Parochorum.* 147

An Parochi de mandato sibi muneri diligenter incumbant. Vocati ad ministranda Sacramenta, nullam præsertim,

præsertim, si necessitas urgeat, moram interponant, tam de die, quàm de nocte.

In conficiendis libris Baptizatorum, Matrimoniorum, defunctorum, & annui status animarum, formulis in calce Rituals ad unguem se conforment.

Ferventes jugiter preces, & diebus Dominicis, ac Festis de Præcepto, etiam Sacrosanctum Missæ Sacrificium, nulla alia applicatione facta, vel eleemosyna accepta pro commisso sibi Gregi, Deo offerant.

Infirmos visitent, Sacramenta ministrent, piis cohortationibus erigant, & Morientium animas Deo commendent.

Pauperes, & egenos, senio confectos, viduas, & utriusque sexus orphanos, pro viribus fovere non desinant, eorumque Catalogum, sive notam, præsertim si ampla sit Parochia, vel ingens eorum numerus, conficiant & apud se retineant, addendo quotidie, seu delendo, prout sese offeret occasio: similiter & Infirmorum.

Publica scandala modis omnibus tollere studeant, signanter publicos Concubinarios, Adulteros, lenones, blasphemos, odia, & inimicitias exercentes, præmissa fraterna correctione, Superioribus denuncient.

Pacem item, & concordiam inter omnes conciliare satagant, præcipuè inter suos subditos.

Diebus Dominicis denuntient Populo Missarum solemniis interessenti festa de præcepto, & Vigilias sequentis hebdomadæ? necnon, præsertim ubi alia concio commodè haberi non potest, etiam aliquid de Verbo Dei, docendo suos cum brevitate, & facilitate sermonis, vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas sectari oporteat ad præscriptum S. Concilii Tridentini.

Idem, diebus saltem Dominicis, ad præscriptum Sacri Concilii pueros utriusque sexus in Ecclesia propria Christianam doctrinam doceant, vel ad aliam Ecclesiam conveniant ad illam docendum accedant, ac Bellarmini methodo utantur.

An Sacramentum pœnitentiæ, & S. Communionis ministrent mulieribus, quæ detecto pectore, tergo, & brachiis, ad illa suscipienda accedunt.

In omnibus denique, non quæ sua sunt, quærant, sed quæ Jesu Christi Summi Pastoris, qui posuit animam suam pro ovibus suis: in hoc præcipuè ipsum imitantes.

148 VIII. *Super Ecclesiasticis in genere.*

An Sacerdotes, & Clerici habitum simul, & tonsuram deferant.

Sæcularibus negociis nullatenus se immiscent.

A Comœdiis, Histrionum ineptiis, & similibus abhorreant.

Aleis, & taxillis ludant.

Nullo modo vagari, alioque torpescere permittantur, sed si in aliquo Seminario, vel schola non degant, alicujus Ecclesiæ, vel pii loci, vel operis servitio, vel ministerio addicantur.

Chorum, aliasque Ecclesiasticas functiones devotè frequentent.

Sacrorum, piorumque librorum lectioni vacent, Ritualis etiam, Cæremonialis, Conciliorum, casuum conscientiæ, præsertim Catechismi Romani studio sint dediti.

Rubricas apprimè calleant, easque præsertim in Sacrosancto Missæ Sacrificio diligenter observent.

Denique se tales, vita, & moribus exhibeant, ut in eos alii mentis, oculos meritò conjicere, ex iisque sumere possint, quod imitentur.

149 IX. *Super Exorcizantibus.*

An sint Sacerdotes probatæ vitæ. An habeant licentiam, quæ si, ut regulariter esse solet, concessa fuerit ad tempus, an eo elapso, sine alia pro rogatione obtenta, exorcizare pergant.

An id faciant secundum Ecclesiæ ritum absque aliqua superstitione, præsertim an monita Ritualis Romani adamussim observent.

Exorcista denique memor, Dominum nostrum *Matth.* 17. dixisse, genus esse dæmoniorum, quod non ejicitur, nisi per orationem, & jejunium; hæc duo potissimum remedia, tum per se, tum per alios curet adhiberi.

X. *Super laicorum Confraternitatibus.* 150

An sint erectæ, & institutæ juxta formam Constitutionis Clementis VIII.

An publicent alias Indulgentias, vel Indulta, spiritualia, quæ concessa per Paulum V.

An redditus juxta mentem Fundatorum, & Benefactorum fideliter dispensent.

Inventarium habeant, ejusque exemplar superioribus tradant, quandocunque fuerint requisiti.

An computa, sive rationes reddant singulis annis ad præscriptum Concilii Tridentini.

Quadraginta Horarum orationibus, prout moris est, vel ei præscribetur, intersint.

Unanimes inter se, discordiis, & simultatibus abjectis, perseverent, memores, quod ubi Charitas, & amor, Deus ibi est.

XI. *Super Scholarum Magistris.* 151

An publici Ludimagistri fidei professionem emiserint vitæ, ac morum integritate commendentur.

Pueros non solum humanas scientias, sed præcipuè Christianæ fidei rudimenta, Deique timorem edoceant: ad idque diebus etiam Dominicis ad eam Ecclesiam personaliter accedant, in sui discipuli pro doctrina Christiana frequentiores conveniunt. Et idem servetur in fœminis.

XII. *Super Hospitalibus.* 152

An eorum Ministri Pauperes, Peregrinos, & infirmos juxta proprium cujusque institutum, promptè recipiant.

An eos cum charitate tractent, ac præsertim Confessores Sacramento statim expiati curent, aliaque etiam Sacramenta, ubi opus erit, eis administrari.

An redditur fideliter dispensentur.

XIII. *Super Medicis.* 153

An visitent infirmos ultra tertiam vicem, sive diem, nisi eis per fidem Confessoris scriptam constet fuisse sua peccata confessos, præsertim, si morbus gravior fuerit, ad præscriptam Const. 3. S. M. Pii V. *supra gregem.*

Proinde curandum, ut Confessarii, præsertim Regulares, Infirmorum Confessiones in privatis domibus audientes schedulam attestationis hujusmodi pro medicorum, & Parochorum notitia ibidem relinquant.

XIV. *Super Hospitiis, Tabernis, & Locandis.* 154

An ibi detineantur Hæretici, facinorosi, vel mulieres inhonestæ.

An crapulis, & ebrietatibus immoderatius indulgeatur.

An ibi ludi frequententur, præsertim prohibiti, & festivis diebus.

XV. *Super Universitatibus Nationum, & artium.* 155

An Congregationes habeant sine licentia, & sine interventu Personæ deputandæ.

Præfecti verò Parochorum. 156

Certam habere scientiam vitæ, ac morum tam Curatorum, quàm aliorum Clericorum.

An Parochi diebus festivis, & aliis in propria Ecclesia celebrent, & populo inter Missarum solemnia aliquid de Evangelio exponant, & festos dies nuncient.

An ægrotos, & senio confectos sæpè visitent, & illos adnotatos habeant.

An in eorum cura diligenter invigilent, & de nocte vocati accedere renuant.

An Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum decenter retineant, ea, qua decet reverentia ad infirmos deferant, & lampas coram eo decens, & sordibus munda assiduè ardeat.

An Calices, Patenas, Corporalia, & alia Missæ Sacrificio necessaria decenter, & munda retineant.

An

An Altaria decenter ornata, & munda.

An Ecclesiam debito tempore claudant, & aperiant.

An S. Reliquiæ in omnibus Ecclesiis decenti loco, & vase sub clavibus conserventur, & curent habere notulam omnium.

An Parochiales Ecclesiæ habeant necessaria, Suppellectilem sacram, libros Rituales, libros Baptizatorum, Mortuorum, Status animarum, Communicatorum, & Matrimoniorum.

An oneribus in celebratione Missarum, & Anniversariorum satisfaciant.

An sedes ligneæ, Confessionalia nuncupata, sint in Ecclesia benè disposita cum suis requisitis.

An in edocendo Doctrinam Christianam pueros laborent.

An sæcularia tractent, & habitum, & tonsuram deferant.

An cum mulieribus cohabitent.

An Sacristia habeat altare pro suscipiendis paramentis ad Missarum celebrationem, vas pro manuum ablutione, & armarium Sacrorum indumentorum.

An in Ecclesia, vel propè eam sit aliquis immundus locus, Campanilia clave claudantur.

Miraculorum tabellas ad Imagines in viis publicis existentes positas, amoveri curent; Et liquid miraculosè actum intellexerint, referant.

Si quo in loco Crucis depictas invenerint, eas amoveri faciant, vel denuncient.

De laicorum Societatibus.

157 Inquirant in quibus se exercent.

An introitus malè dispensentur.

An habeant Inventarium bonorum Ecclesiæ, & copiam tribuant.

Observent habentes Officium exorcizandi, An utantur exorcismis ab Ecclesia probatis, An superstitiosa admisceant, & ad id licentiam habeant.

An Regulares per Civitatem vagentur, de nocte incedant, Monialium Monasteria frequentent.

An Oratio quadraginta horarum unquàm intermittatur, & quo decet pietatis cultu fiat.

An ludi literarum Magistri sint integræ vitæ, An fidei professionem emiserint, Pueros Dei timorem doceant, & diebus festivis ad scholas Doctrinæ Christianæ mittant.

An medici juxta Bullam Pii V. curent infirmos peccata confiteri.

An in hospitalibus pauperes cum charitate recipiantur, & in spiritualibus rectè gubernentur.

An in hospitiis, tabernis, cameris locandis inhonestæ mulieres retineantur.

Decreta generalia servanda in omnibus Ecclesiis, & præsertim in Basilicis, aliisque Collegiatis Urbis.

158 Ad singula Altaria appendatur Tabella cum Antiphona, Versiculo, & oratione illius Sancti, sub cujus invocatione dicatum est.

Uniuscujusque Altaris non consecrati mensa tegatur, tabulis sectilibus politè confectis, in quibus Altare portatile inseratur, ut stabile sit inter utrumque mensæ cornu in medio collocatum. Ita verò insertum, ut à mensæ superficie vix paululum emineat, quo celebrantis tactu facilè dignosci possit, eaque mensa tela cerata contegatur.

Omnia Altaria habeant tres Mappas, & reliqua ad celebrandum necessaria.

Altaria, sacris peractis operimento ex corio, vel firmiori tela tegantur, ut à pulvere, omnique immunditia sint immunia.

Missæ, quæ quotidie celebrantur sint singulis horis partitæ, simul sine ordine dicantur, sed sint ita dispositæ, ut quacunque antemeridiana hora, quoad fieri poterit pro numero Sacerdotum Missæ non desint, & illi, ad quos talis cura spectat, & præsertim Canonici, Sacristæ id curent.

Statutis horis non interessentes, & debita officia non obeuntes, quotidianis distributionibus omninò careant juxta Decreta S. Concilii, ac etiam fel. rec. Clementis PP. VIII. in sua visitatione, quod decretum S. D. N. denuò innovat, & servari præcipit omnes exceptiones, vel gratias, ut distributionibus, quæ præsentibus tantum debentur, absentes percipiant etiam per prædecessores Summ. Pont. seu per S. suam qualiter concessas illas DD. Visitatores jussu Sanctitatis suæ vivæ vocis oraculo eis facto revocant, atque irritas, cassas, atque nullius roboris, vel momenti existere decernunt: Illis tantummodo exceptis, qui actu personaliter de præsenti inserviunt Sanctitati suæ sunt attributæ, aut in quibus fiet expressa mentio specialis hujus Decreti.

Omnes in choro reverenter distinctè, & devotè Hymnis, & Canticis Deum laudent.

Non per syncopem, sed facto puncto in medio versiculi officium recitent, verba non concidantur, nec sequens Psalmi versiculus inchoetur, quin prior sit integrè absolutus.

Horas Canonicas, tam Canonici, quàm reliqui omnes alta voce pronuncient, voces suas Capellanis, & Cantoribus adjungentes.

Silentium in Choro servetur, strepitus, clamor, omnisque vociferatio arceatur.

Nemo privatim in Choro, dum psallitur, officium recitet, nec quod indecentius est, litteras aliaque scripta legat.

Missas Conventuales, tam pro vivis, quàm pro defunctis, necnon reliqua divina officia, quibus personaliter sunt obligati nisi fuerint legitimè impediti per seipsos, non per substituros persolvere teneantur.

Quilibet Sacerdos saltem diebus Dominicis celebret Diaconi, & Subdiaconi in Missa solemni ministrantes communicent, legitimo impedimento cessante, alias qui contra fecerint, distributiones horarum matutinalium, quatenus verò non intervenerint, duplicatam dictarum horarum distributionem amittant, inter prædicta servantes tantùm, & non alios distribuendam, & à Punctatoribus fideliter punctentur, de quo eorum conscientiam onerarunt.

Cum pulsatur Campana statutis horis pro divinis officiis, in ultima pulsatione detur signum, in quo dignoscatur esse tempus accedendi ad Chorum.

Anniversaria statuto tempore celebrentur, nisi ob aliquod solemne festum sint transferenda, & tunc non ultra primam diem non impeditam differantur, sed potius perveniantur.

In solemnibus festis Cantores, seu Capellani ubi Cantores non erunt, proprias illius diei Antiphonas ad Vesperas canant, nihil alienum ab ea festivitate in Missa, seu aliis horis ad mulcendas aures in Ecclesiis modulentur, nil profanum, vel impurum S. Cantiones, non tantum verbi, sed nec quoad canendi modulamen redoleant.

Cantus, & soni graves sint pii, ac distincti, Domui Dei, ac Divinis laudibus accommodati, ut simul, & verba intelligantur, & ad pietatem auditores excitentur.

Magister cæremoniarum singulos, quibus opus fuerit, moneat sacras cæremonias, & Ecclesiasticos ritus servare, cui omnes pareant.

Ad Processiones, quæ intra, seu extra Ecclesiam ferri solent omnes, qui tenentur, debito ordine accedant.

Contravenientes, ac debita servitia non præstantes, omninò notentur, Punctatoresque cum primum eliguntur, se id munus fideliter, & sincerè executuros, ad Sancta Dei Evangelia jurent.

Præsens in Choro non censeatur quisquis ad Chorum non accesserit in Matutinis ante finitum Hymnum, qui dicitur post Psalmum *Venite*. In Missa ante ultimum *Kyrie*, omnibus aliis horis ante completum: *Gloria Patri* primi Psalmi.

Uniuscujusque diei distributiones in duodecim portiones, seu punctos æquales dividantur, quàm duodecim portionum, qui matutinis horis, & laudibus non interfuerint, tres portiones perdunt, qui Missæ non

assistent, duas, qui Vesperi, & Completorio tres, qui aliis horis, Primæ, Tertiæ, Sextæ, & Nonæ præsentes non fuerint, unam portionem pro singulis horis amittant, quæ portiones, seu puncta æstimanda erunt in pecunia ad illam rationem, qua computantur puncti amissionum in qualibet ex dictis Ecclesiis.

Ubi Vicarius in Choro sit præsens, ipse sit Chori Præfectus, eo absente, antiquior Canonicus ibi præsens id munus exerceat, & absque illius licentia, nemo è Choro recedat.

Canonici, Beneficiati, & Clerici ingredientes, illam ratam, seu portionem Sacristiæ persolvant, quæ in cujuslibet Ecclesiæ Constitutionibus exprimitur, vel ex laudabili consuetudine solvi consuevit, in cujus Sacristiæ, & non in alium usum sit omninò convertenda.

Nec Beneficiati, aut Clerici Beneficiati ad officium Sacristiæ, vel subsacristiæ in eadem Ecclesia, in qua Beneficium obtinent admittantur, nec ullo modo dicta officia exercere possint.

Jussu S. D. N. præcipitur, ut Decreta præscripta bis saltem in anno publicè legantur præsentibus omnibus Canonicis, necnon quod infrà octo dies post eorum præsentationem in libris Capituli describantur, & de receptione horum decretorum fides publica S. Congregationi tradatur in actis ipsius Visitationis registranda.

Decreta Generalia.

Primum.

Circa Eminentissimos Archipresbyteros trium Basilicarum.

159 Quoniam Choro inservientes ferventius divinis interesse contingeret, si primæ dignitates cæteris præsentia sua præluxerint, ideò Sanctissimus D. N. audita sententia EE. Cardinalium, ac DD. Prælatorum Sacræ Visitationis Apostolicæ injungit EE. Archipresbyteris trium Basilicarum Patriarchalium, ut sacris officiis interesse studeant, ac Vicarios deputent, Prælatos graves, & probos, qui non sint Canonici, nec ad aliquam residentiam obligati, ac tali doctrina, & pietate præditos, ut Ecclesiæ jura tueri, & causas, ac judicia per se ipsos cognoscere, & terminare valeant; singulis Congregationibus Capitularibus adesse, & quod præcipuum est, munus Præfecti Choro diligenter exercere, congruo per eosdem Archipresbyteros, constituto salario Vicariis hujusmodi menstruatim solvendo, etiam ex propriis pecuniis, quatenus fructus Archipresbyterales non sufficerent, vel inexacti remanerent, onere tamen injuncto, ut ipso Archipresbytero deficiente, divinis officiis diebus festis de præcepto, & aliis earundem Basilicarum respectivè solemnioribus, interesse omninò teneantur, & nisi prædictis diebus Archipresbyter, vel ipsius Vicarius interfuerit ita, ut ambo deficiant, punctetur portio Archipresbyteralis in duplum ejus, quo mulctaretur quilibet Canonicus, & mulcta interessentibus, eo ipso accrescat.

Pro assistentia Cleri, cum Sanctissimum Eucharistia exponitur.

160 Sanctissimus D. N. de voto Congregationis factæ visitationis mandat, & præcipit omnibus Capitulis Basilicarum, & Collegiatarum Urbis, ut quotiescunque in earum Ecclesiis exponitur SS. Eucharistia pro oratione 40. horarum, tempus inter singulos Canonicos, Beneficiatos, Clericos, & Cappellanos perpetuos ita distribuant, ut saltem bini alternis horis, diu, noctuque semper assistant; deficientes mulctentur in pœnam duorum aureorum, quorum unus supplenti vices assignetur, alter verò Sacristiæ.

Super Locationibus.

161 S. D. N. prohibet quibusvis Capitulis, & Canonicis, Ecclesiarum Rectoribus, Commendatariis, seu aliàs fructuum reservatariis, ac administrationem habentibus quorumcunque locorum, seu operum piorum, quocunque nomine, vel titulo censeantur, etiamsi hujusmodi administratio ad laicos, quovis modo pertinere dicatur, ne casalia, cæteraque bona ad Ecclesiam, seu loca, & opera pia spectantia locent, aut alias in emphyteusim, vel libellum concedant consanguineis, affinibus, sive cognatis, latissimè sumpto vocabulo, Canonicorum, Beneficiatorum, Rectorum, Commendatorum, & Administratorum, etiam laicorum hujusmodi juxta computationem Juris Canonici, usque ad tertium gradum inclusivè sub pœna nullitatis contractus, & excommunicationis eo ipso incurrendæ, tam ex parte locantis, quàm conducentis.

Pro Magistris Chori.

Cum in Ecclesia, quæ Domus Dei est divinis colloquiis, 162
& Orationi destinata, non voce tantum, sed præcipuè corde orandum sit, conveniatque musicas eas, ubi sive symphoniis, sive Organo, sive cantu lascivum, aut impurum, vel alienum à ritu Ecclesiastico miscetur, longè arceri, S. D. N. quo præfati abusus ab Ecclesiis prorsus eliminentur, prohibet omnibus Archipresbyteris, Primis Dignitatibus Capitulorum, Chori Præfectis, Rectoribus, Superioribus, & Prælatis, tam Sæcularibus, quàm Regularibus quarumcunque Ecclesiarum Urbis, seu Monasteriorum utriusque sexus, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, aliisque arbitrio, ne in eorum Ecclesiis quidquam cantari permittant, præter ea verba, quæ pro currenti cujusque diei festo, vel Sancti solemnitate à Breviario, vel Missali Romano præscribuntur, exclusis illis Cantionibus, quibus potius histrionum moduli, & Chorearum muneri exprimuntur, quàm Ecclesiastica melodia, quod ut exactius servetur, injungit SS. prædictis Superioribus sub iisdem pœnis, ne Chori Magistros ad eorum munus recipiant, aut receptos imposterum admittant, nisi prius præstito ab iisdem juramento observandi præsens decretum, cui, si contravenerint ab Eminentissimo Vicario, tamquam periuri etiam corporaliter puniantur, ac exercitio hujusmodi officiis perpetuo privati remaneant.

Visita de' Monasteri delle Monache.

Si facci oratione nell' Altare del dormitorio. 163
Si visitino le membra del Monastero.
Si chiami l'Abbadessa.
Si domandi l'Abbadessa se mandi fuori del Monastero, chi cerchi la limosina.
Dii nota l'Abbadessa, ò Priora, de Preti, e de gli Ufficiali, che servono detto Monastero.
Si domandi in che modo, & ordine si ammettino le Zitelle.
Si hanno statuti, e costitutioni particolari, le quali si esibiscano.
Se escono mai di Monastero, e se desiderano di uscire.
Se si osserva la regola, sotto la quale militano.
Si vivono in communi, e in una mensa, il che si facci osservare.
Se tutte le Monache dormono in un dormitorio, ò sole, ne si permetta, che due, ò più insieme dormano nell' istesso letto, mà separamente ciascheduna nel suo letto, & in uno stesso dormitorio siana sempre accese le lampade di notte, ò almeno una.
Se ci sii infermaria, e quale debba essere.
Se ci sii luogo separato delle Novitie dalle Professe, e si ordini.
Se frà esse ci sono risse, & inobedienze.
Se sanno ben leggere, e recitare l'ore Canoniche.
Se attendono communemente all' oratione mentale.
Se vanno in Coro.
Se hanno i libri necessarii.
Si vi sii carcere per punire le disubidienti, e come si puniscono.

Se

Se il luogo habia tutte le membra, e parti requisite, e le commodità.
Si si confessano spesso, e ricevono il Santissimo.
Se vi siino sorelle, che habbino cura della ruota, della porta, del coro, della sacristia, e simili, se non ci sono, si deputino.
Se vi è chi habbia facoltà d' entrarvi.
Se prima dell' ingresso si esplori la loro volontà.
La Priora dii l' inventario di tutte le cose.
Se vi sii altra porta estraordinaria, si chiudi, etiandio qualunque fenestra.
Se vi sii Maestra alcuna, che insegni alle fanciulle, e che cosa loro insegna, e come le ammaestra nel timor di Dio.
Di quali libri spirituali si servino.
Se hanno Predicatore alcuno, e chi.
Se Confessore, e chi.
Se talvolta si confessano à Confessore estraordinario.
Se si Communicano secondo comanda la loro regola.
Se si fanno vedere da gl' huomini, ò permettino, che entrino fuori di necessità.
Se tengono pitture disoneste nel loro letto non decevoli, ne meno à secolari.
Se hanno alcuna conversatione sospetta con forastieri.
Se ricevono lettere, ò le danno.
Se parlano con estranei privatamente.
Con quali lavori quel tempo, che loro avanza consumano.
Qual vitto, ex in qual tempo si dà loro, e se vi è chi di ciò si lamenti.
Se vi è chi habbia cagnolini, ò uccelli.
Se digiunano ne' tempi debiti.
Se vi sia chi tenghi stromenti musici.
Come sii la Crate.
Ciò finito, presenti tutte, Confessore, l' Abbadessa, e le Monache, il Visitatore ascolti le Monache una per una, &c. incominciando dalla minore, e nel fine le Officiali, e l'ultime la Priora, ò Abbadessa, e oda, e proveda ciò, che occorre, &c. se vi è alcun caso riservato, ne potrà ottenere l' assolutione.
Si dimandi, come si porti l' Abbadessa, e la altre Officiali intorno al loro officio, e cosi anche il Confessore, i Cappellani, e gli altri Ministri, e si noti ogni cosa E poi corregga l' Abbadessa, e l' altre Officiali nel fine, e proveda con decreti, &c.
Finalmente si esortino tutte al ben vivere, al servitio di Dio, & al suo timore, &c. e li dii la benedittione.
Si auverti, che siino due chiavi almeno di fuori per la Clausura, le quali si tengano da huomini da bene, & una di dentro tenuta dalla Priora.

Descrittione della visita de' Monasterii di Monache.

Prima la visita del Santissimo Sagramento.
Della Chiesa esteriore descrivere il titolo, il sito, l'antichità, la grandezza, lo stato presente del pavimento, delle pareti, del tetto.
Se sia Consegrata, i pesi del'e Messe, & altro.
Gli Altari, il titolo, il sito, gli ornamenti, se habbiano entrata, i pesi, i Rettori.
Se vi siino i scrittioni d' alcuna sorte, le sepolture.
Le porte della Chiesa come siano forti, e si serrino bene, à che hora s' aprino, e serrino, chi habbia quest' officio, chi tenga le chiavi.
Le finestre, come si serrino, e da chi; se la Chiesa patisca d' humidità, o d, altro.
Se riceva Servitù d, alcuna parte.
Quante grate siano in Chiesa, la qualità, e grandezza loro, il sito, à che uso servano; se hanno le porte di legno dentro, e fuori, se si serrino à chiave, e chi le tenga, quante grate di ferro vi siano, una ò più, e le distanze loro, la larghezza de' ferri.
L'istesso delle Ruote, che chidano bene, siano di tavole grosse, e ben ferme, non habbiano aperture.

La fenestra della Communione, la grandezza, la grossezza del muro, le porte di legno dentro, e fuori, le chiavi da chi si conservino.
L'istesso della finestra della Confessione.
Il Confessionario, il sito; le qualità sue.
Quante feste si faccino, da chi, con che ordine, e spesa.
Se vicino alla Chiesa siano hosterie, macelli, ò altro, che disturbi, se vi habitino donne di mala vita.
Prima si scriva la visita del Santissimo Sagramento.
Se la Pisside sia d' argento, il Tabernacolo di che materia, se dentro, e fuori sia ornato; se serri à chiave, chi la conservi, quando si rinuova, come si porta dentro la Clausura ne' bisogni.
Che'l Santissimo Sagramento non si possa pigliare dalle parte della Clausura.
Che nel Tabernacolo non ci si conservi altra cosa.
Quante lampade vi stiano accese.
Che'l Tabernacolo non impedisca il celebrare per la grandezza, ne la vista alle Monache.
L' Olio dell' Estrema Ontione dove si conservi, con che sicurtezza, chi tenga le chiavi, il vaso sia d'argento, si conservi in Chiesa, con che ordine si porta dentro alla Clausura per li bisogni, chi habbia cura di rinovarlo ne' tempi debiti.
Le Reliquie, il luogo, dove si conservino, i vasi se siano decenti, se con una, ò più chiavi, chi le tenga.
Se si mostrino al popolo e con che ordine; se vi sia l' inventario delle certe & incerte.
La Sagrestia, il suo sito, la grandezza, se vi sia ruota, la quale sia sua, e come si usi senza le porte di legno dentro, e fuori, e chi ne tenga le chiavi.
Discrivere il Monasterio, il sito co' suoi confini, la contrada, l' architettura, l' antichità, le parti esteriori della Clausura.
Quante porte hà il Monasterio, il sito loro, se siano di legno gagliardo, e forte, senza alcuna apertura, quante serrature dentro, e fuori, chi habbia officio di aprire, dentro e fuori, da chi s' aprano, e con che ordine.
Se vi siano l' antiporte per iscaricare legna, & altro.
Se le mura della Clausura siano libere da ogni parte, e l' altezza loro.
Se non sono libere, con chi confinano, e riconoscere le muraglie communi.
Le finestre, che rispondono in luogo publico, come siano ben serrate, l' altezza loro dalla strada.
I tetti se siano vicini, e si communichino con case di laici, ò altri tetti, se attaccatto al Monasterio sia casa de' l Fattore, Confessore, ò altri Ministri.
Se vi siano arbori de' vicini, prossimi alle mura della Clausura.
Le porte de Parlatorii se siano ben fatte, e ben serrate, chi tenga le chiavi, chi apra, e serri, & à che hora.
Le finestre de Parlatorii se siano ben serrate con ferrate doppie, la distanza dell' una all' altra, che i ferri non siano troppo larghi, se vi sia la lastra di ferro in mezzo, che non si possi levare.
Se habbino le porte di legno da ogni parte, e si serrino con le chiavi, chi le tenga, chi apra, e serri.
Se vi sia alcuna finestra, che la lastra si possa aprire, quando si apra, e chi tenga la chiave.
Se i Parlatorii siano in uno, ò più luoghi, e quante finestre habbiano.
Se vi sii ruota, la quale non dee stare ne' Parlatorii, mà dee essere distinta, e separata in altro luogo.
La ruota, che sii ben ferma, che chiuda bene d' intorno che non habbia fissure.
Che habbia la porta di legno dentro, e fuori, che si serri à chiave, e chi la conservi.
Descrivere le parti interiori del Monasterio, il primo ingresso, i cortili, la scala, se sia una, ò più.
Se le scale si serrano con porte di legno, e chiave, dove siano le porte, ò in principio, ò in fine delle scale.

Quando si ferrano, & aprono, chi habbia officio di ferrarle, & aprirle, chi tenga le chiave.

Salire le scale, dove si vada.

L' Oratorio interiore, dove recitano l'officio, descrivere la qualità sua, la grandezza, le sedie, le finestre, dove rispondono, l' altezza, come siano chiuse di ferrate, se hanno prospetto, chi habbia cura d' aprire, e ferrare, chi tenga le chiavi.

La Sagrestia interiore, il sito suo, la grandezza, come si tengono i Calici, e tutta la supellettile sagra.

Il Campanile, e quante Campane vi sono, se sia in luogo remoto, se sia ben serrato, se dalle muraglie possano esser viste le Monache di fuori, se si serra à chiave, chi la tenga, chi entra in accomodar le corde, ò altra cosa necessaria, chi habbia officio di sonare.

L' Infermeria, il sito suo, la grandezza, i letti, se si serra, chi ne tenga cura, ordine di recevere il Medico, nello stare, e nell' uscire, così del Cirusico.

La spetieria, il sito, le sue robbe, e commodità, chi ne habbia cura, i suoi libri, l' inventario, chi proveda nello spendere i libri della spesa.

Luogo delle Novitie tanto per il giorno, quanto per la notte, il sito suo, la grandezza, il numero de' letti, se tutte le Novitie stanno insieme, se hanno la Maestra loro particolare, gli esercitii etiandio spirituali.

Luogo delle Zitelle d' educatione, se sia distinto dalle Monache, la sua grandezza, il numero de' letti, se vi sia la Maestra particolare, gli esercitii altresì spirituali.

Il luogo de' lavori, il sito, la grandezza, se vi stanno il giorno, in che hora, se in tempo osservano il silentio, se vi si legge qualche libro spirituale.

Il Dormitorio, se sia in uno, ò più luoghi, se siano celle murate, ò aperte con cortina di tela, quanti letti siano, se in una cella siano più letti, se le porte delle celle si serrano à chiave, se nell' ingresso del dormitorio sia la porta, e si serri con chiave.

Chi habbia cura di serrare, & aprire, à che hora, chi tenga le chiave, se si tengono lumi accesi, se si osserva il silentio, se nelle celle siano casse, ò armarii, se si serrano con chiavi, se habbino nelle celle pitture, e la qualità loro, se habbino altre commodità.

Se vi tengano suppellettile particolare, se vi tengano libri, e quali.

Il Refettorio, il sito, la grandezza, e la qualità delle tavole.

Se vi sia qualche pittura devota.

Se vi sia il luogo di leggere, mentre si stà in tavola.

Quando si apre, e si serra, chi ne habbia cura, se vi siano cassettini particolari, e quello si serva in essi.

Con che ordine si seda alla mensa, e chi vi serva.

Con che ordine vi si vada, chi faciia la benedittione, se si osserva il silentio, la pena di ch i' l rompe.

Quello, che si faccia del pane, e del vino, che avanza alla tavola, e così dell' altre cose.

Il luogo della mensa delle Novitie, se mangiano sole, se nell' istesso tempo con le Monache, chi tenga cura della tavola loro.

Della Cucina, il sito suo, e grandezza, la commodità degl' istromenti necessarii.

Chi habbia obligo di cucinare.

Chi provede alle cose del mangiare.

Come si distribuiscano in cucina, e come si conservino.

Quando si serra, & apre, chi tenga le chiavi, se si cucina in particolare per Monache, se per alcuno fuori del Monasterio.

La Cantina, sito, e grandezza, come si tenga serrata, e chi ne habbia cura.

Come si metta il vino in cantina, se habbia più porte.

Con che ordine si pigii il vino, e quanto se ne pigli per pranzo e quanto per cena.

Di dove pigli il lume la Cantina, se si scrivi il vino, che entra in Cantina, se habbia finestre fuori della Clausura.

La dispensa, il sito, e qualità sua, chi ne habbia cura, e tenga la chiave, che robbe si mettono in dispensa.

Se si scrivano quando si mettono, e quando si danno fuori.

Le farine come si ricevano, e dove si conservano, come si diano à fare il pane, e per altro uso del Monasterio, chi ne tenga cura, se si scrivono.

Il granaio se ci sia, come si metta il grano, e come si levi, come si conservi, se si scriva nel reponerlo, e nel levarlo.

Le legna dove si tengono, chi ne habbia cura, come si rimettono, se si danno fuori ad altro uso, che per la cucina, quante carre se ne pigliano l' anno, se ci siano più luoghi, ove si faccia fuoco, se vi siano camini particolari.

Se le legna si scrivono, chi hà cura di provederle, e di che tempo.

Le logge, il sito loro, se hanno prospetto fuori del Monasterio, à che uso se ne servono.

Se si serrino con porte di legno, chi ne tenga la cura, di che tempo ci possa andare.

Se'l Monasterio habbia servirù da case vicine, da finestre ò logge, dalle quali si scuopra dentro del Monasterio.

Se vi sia muro commune con case di vicini laici, riconoscere la grossezza del muro, se vi sia apertura alcuna, ò luogo sospetto, ò poco sicuto.

Il giardino, il suo sito, la grandezza, l' altezza delle mura, se sia visto da vicini, se habbia arbori alti, ò vicini alle mura.

Chi soglia entrare per coltivarlo, di che tempo, e con che custodia.

Se si serri con porta di legno, chi ne tenga la cura di serrarlo, & aprirlo, se sia lecito à tutti entrarvi, se sia diviso trà loro.

Instruttione per i Visitatori de' Monasteri di Moniche.

Faccino diligenza di trovare, ò sapere, se vi siano 174
cagnolini, ò cagnole, e brevi manu le mandino fuori del Monastero, significando alla Madre Abbadessa, e Monache, che il tenere cagnoli, ò cagnole dentro il Monastero è prohibito, & è peccato gravissimo, per il quale s' incorre pena di scommunica latæ sententiæ, tanto à chi li tiene, quanto alla Superiora, che non li discaccia fra termine di trè giorni, ò non lo rivela à Superiori.

Provedano, che in una medesima cella non vi sia, se non un letto, e quando la strettezza del Monastero porti, che ve ne siano più, siano almeno trè letti, e quando la stanza non sia capace, se non di dui, in quelli vi dormano due sorelle carnali, se vi sono, altrimenti due cugine.

Considerino bene le facoltà, e qualità, e distanza del Monastero, e secondo quelle provedano, che le fattoresse non siano, se non tante quante ricerca il bisogno del Monastero, e che siano donne honeste, escludendo quelle, che saranno in qualche parte sospette.

Provedano, che s' introduchi l' oratione mentale tanto la sera, quanto la mattina doppo che sarà recitato l' officio, e che si faccia il Capitolo de culpis almeno una volta la settimana.

Osservino se vicino al Monasterio in luogo dove possa essere di pregiudition alle Monache, vi sono donne cattive, e ne diano la lista al Vescovo, perche le facci mandar via.

S' ammoniscano tutte le Moniche, che non scendano al Parlatorio, se non chiamate, & alle Portinare, che non chiamino, se non ad istanza di persona, che mostri la licenza in scriptis.

Per le persone, che di ordinario entrano ne' Monasteri si sottòscriva il foglio in principio dell' anno.

Per l' altre poi, che sono necessitate d' entrare alcuna volta, si scrive loro la licenza à mano, auvertendo però,

però, che non si dia, se non à persona di buona vita, e fama, di età matura, e che sia solita d' entrare ne' Monasteri, mentre non sia necessità di fare altrimente.

Per le zitelle, che vogliono entrare in educatione, havuto che haverà il Deputato il memoriale rimessogli dall' Ordinario, doverà esaminare la giovane, la quale non doverà essere di meno età, che di sette anni, ne sopra a' 25. Informandosi anco delli costumi di lei, e della bontà del Padre, e della Madre, e se sarà legitima, ò naturale. E quando vi trovi difficoltà, ne potrà dar parte ad esso Ordinario; mà quando trovi, che' l negotio camini bene, se ne potrà far la speditione.

Quando la zitella vorrà per qualche causa uscire dal Monastero, havutone il memoriale rimesso come sopra, potrà spedirsi. Auvertendo, che non si consegni, se non à quelli medesimi, che l' introdussero dentro, overo al Padre, Madre, ò Fratelli per fuggire ogn' inconveniente, che potesse succedere. Premonendo ancora quelli, che senza necessità la levaranno, che non potranno introdurla più ne in quello, ne in altro Monasterio senza espressa licenza della S. Congregatione, ò di sua Santità.

Quando alcuna vorrà farsi Monacha, haverà pensiero (rimesso il memoriale come sopra) essaminarla, sarà nel Monastero, alle grate del parlatorio, overo al fenestrino della Communione, e se fosse in qualche Chesa, ò luogo commodo ad arbitrio suo per esplorare la sua volontà, informandosi ancora de'costumi, e qualità d' essa, e de suoi parenti, come sopra. Il che fatto, ne farà la fede. Et il medemo farà, quando essa vorrà fare la Professione.

Per gli Artefici, che vanno à Monasteri per vendere le loro merci, ò per riscuotere danari, si dà la licenza, la quale si potrà segnare, quando s' habbia informatione delle persone, alle quali dovrà darsi, che siano di buona vita, e si darà à tempo.

Per li Padri, Fratelli, e Parenti, & anche per li servitori,, che hanno necessità d'andare à parlare alle Monache, si potranno dar le licenze, quando si habbia buona relatione di essi, e che non siano per abusarle, ò che vi vadino per mal fine, si potranno dare à Padri per un anno, à gli altri in fino all' Advento, ò se sarà doppo l' Advento infino à Pasqua, & à chi per più, ò meno, deducendole ancora ad una, ò due volte secondo la necessità del caso, e secondo la qualità delle persone. Auverrendo particolarmente, che non si diano à giovani, se non vi è necessità più che precisa.

Alle persone Regolari, quando si potrà far di meno, non si dovrà dar licenza, & in particolare, se non saranno parenti, & giusta il decreto della S. Congregatione publicato del mese di Decembre 1623.

Quando si dovranno mandare i Confessori straordinarii due, ò trè volte l' anno secondo il Concilio, il Deputato potrà far la licenza, communicato prima il soggetto, di chi vorrà servirsi, uno, ò più all' Ordinario, e per quelli, che vorranno mandare i Regolari per i Monasteri loro soggetti, ò siano ordinarii, ò straordinarii, potrà informarsi delle qualità loro, e trovando, che siano addimandati da' loro Superiori, e che siano Religiosi di buono esempio, e vita, dovrà spedirsene la licenza per quel tempo, che sarà necessario secondo, che saranno deputati per Confessori ordinarii, e straordinarii.

Quando si dovrà fare l' Abbadessa, ò Superiora di qualche Monastero soggetto all' ordinario, dovera andare per due, ò trè giorni avanti ad esplorare la volontà di ciascuna Monacha per iscoprire, se ci sia cosa, che possa impedire l'elettione di quelle, che potranno nominarsi, e per esortarle di non haver altro fine, che di eleggere una persona degna, & atta per governare il Monastero così nel temporale, come molto più nello spirituale, e quello, che troverà haver bisogno di consideratione, potrà notarselo così succintamente per haverne memoria à suo tempo, ò per conferirlo all' Ordinario.

Il giorno, che dovrà farsi detta elettione, potrà farlo sapere all' Ordinario, accioche unitamente si trovi si come al solito à ricevere i voti, & à publicare l' elettione fatta.

E se si tratterà di Superiora, la quale sia soggetta à Regolari, haverà pensiero, che non si faccia, se prima non sarà auvisato per poter, volendo assistervi secondo la Constitutione della S. M. di Gregorio XV. nella quale anco si prescrive quello, che dee farsi in materia dell' admissione, & approvatione de' Confessori, e Predicatori de Monasteri soggetti à Regolari.

Alle Monache non si dee dar licenza di fare quante feste elle vogliono, ma si deono restringere a due, o a tre al più, e quanto alle musiche si suol dar loro certa tolleranza nelle feste loro Principali, senza che però vi vada gente di fuori, le quali se si potessero levare, sarebbe meglio, come anco gli abusi, che si fanno nell' introdur Monache per vestirle, e fare la professione, ne' quali atti di vestire, e professare, le Monache si sforzerà detto Deputato di assistere per ovviare agli scandali, e disordini, che potessero nascere.

Quando si fanno le feste in qualche Chiesa di Monache, se si darà licenza di far Musica, procuri il Deputato, che' l Vespero, e la Compieta non si dichino tanto tardi, che habbiano da finire di notte.

Habbia pensiero di provedersi di Bandi, & ordini, che sono fatti per le Monache, accioche siano debitamente eseguiti, procurando di mandar persone confidenti intorno per iscoprire quelli, che frequentassero i Monasteri senza licenza, del che ancora se ne dà espresso ordine agli sbirri per arturali.

Ferrare che haverà le licenze di sua mano il Deputato, procurerà che chi vorrà servirsene, ò siano per entrare dentro la Clausura, o per visitar Monache, o per celebrare nelle Chiese de Monasteri, ovvero a farle segnare ancora da Monsignor Vescovo, come è uso, e costume antico.

Per le renuncie, donationi, simili contratti, che si fanno delle Novitie, Monache, o Zitelle dentro de' Monasteri, facci partecipe Monsignor Vescovo, come ancora delle Cause giudiciali.

Nel rimenente proceda con quella diligenza, e zelo, che gli dettarà la molta sua prudenza, & occorrendo difficoltà, o novità, ne dia parte a Monsignor Vescovo, per trovarvi quel rimedio, che sarà più opportuno, & espediente alla gloria di Dio, & al buon governo de Monasteri.

Decreti generali da osservarsi dalle Monache nelle loro Chiese e Monasteri oltre a' Decreti particolari, e Costitutione di ciascun luogo.

Nelle Chiese delle Monache si prohibiscono le musi- 65
che d' instromenti, e solennità di trombe, tamburri, e mortaletti etiandio ne' giorni d'alcuna solennità, o festa, o vero quando si veste, fà professione, o prende il velo alcuna delle Monache, volendo, che in ogni caso restino contente della musica vocale con Organi, e non con altri instromenti, e con decente apparato nella Chiesa con semplici festoni alla porta della Chiesa.

Si ordina à tutte le Abbadesse, Priora, & a qualsivoglia altra Superiora, a chi tocchi, che per l' auvenire non permettino, che le Zitelle, che s'ammettono all' habito monacale si conducano al monastero con pompa, fasto, o compagnia, nè con trombe, o altri instromenti musicali, nè con far portare le loro arme, o d'altri alle porte delle Chiese, o a' Monasteri, nè far altre rappresentationi, o feste, ne che d' altri si faccino tanto nell' ammetterle all' habito, come nel far la

professione, ma tali Zitelle siano condotte da i più prossimi parenti, & in loro difetto da honeste matrone al monastero, ove ascoltato ch' haveranno la Messa, e ricevuta la santissima communione, siano vestite dell' habito Monachale con le solite solenni cerimonie.

Si prohibisce, che ne' detti giorni ne' Parlatorii, ò in altri luoghi di detti Monasteri non sia da far collatione, ne dar da bere nè a donne, nè a Parenti, nè à qualsivoglia persona.

Nell' ingresso, e nel pigliar l'habito, e nel fare le professione, non si costringa nissuna a far pasto, o a dare altretanto in commune quanto in particolare; ma il tutto dipenda dalla libera volontà della Zitella, & de suoi parenti sotto pena di scommunica a chi lo riceverà.

Che per osservare con carità la salutare, e necessaria regola monastica nel vitto commune tutte le rendite, o assegnationi particolari date per sustidio delle Monache da loro parenti, o da altri debbano conseguarsi nel deposito commune, rimettendole alla libera disposition della Superiora, la quale di quelle caritativamente provederà, che nel vitto, vestito, & in ogn'altro loro bisogno non manchi loro alcuna cosa, disponendo del resto a beneficio commune del monastero.

Alle novitie si dia un luogo separato dalle professesse, e s'assegni loro la Maestra, della quale siano tutte ugualmente instrutte nell'osservanza della regola.

Nè sia lecito ad alcuna Monacha ritenere appresso di se nella sua Cella alcuna novitia, anchorche sia sua parente ne altre per insegnarle.

S'assegni parimente un luogo separato per dormitorio delle Converse, dove saranno Zitelle educande, s'assegni loro il dormitorio, e lavorerio separato con una maestra che assista all' instruttione di tutte, nè si permetta, che altre s' intromettino all' educatione di Zitelle speciali.

Che le Officiali, comme Sagrestane, Infermiere, Refertoriere, Spetiale, Canovare, Procuratrici, Cellerarie, Cuciniere, lavatrici di panni, e simili non possano inesercitare detti loro ufficii spendere cos' alcuna, mà di tutto quello, che bisognerà per esercitarli proveda la Superiora, e'l monastero a spese dell' istesso monastero, o luogo. E se nel deposito commune vi saranno denari sotto nome di esse monache officiali, possa la Superiora disporne anche per detti ufficii, purche detti denari siano di quelle limosine, & ajuti, che da principio quando si vestirono, o fecero professione, o in altro tempo non sospetto furon loro assegnati, volendo noi onninamente, che non possano procurare, nè domandare, nè servirsi per detti ufficii direttamente, o indirettamente d' altri denari, che di quelli spettanti come sopra al Monasterio, sotto la medesima pena della privatione dell' ufficio, e della voce attiva, e passiva per sei anni.

Le Lavatrici di panni che non piglino da imbiancare robbe fuori del monastero, se non sono Camici, Cotte, tovaglie, o cose destinate al culto divino, e se non haveranno la licenza della Madre Superiora.

Che nell' Infermeria, cosi alle Monache professe, come alle novitie, e Converse sir con ogni carità, e diligenza proveduto delle cose necessarie dal Commune, nè possa alcuna delle sudette dimorare nell' Infermaria, che non sia gravata di febre, o d' altro male grave, e di consiglio di medico.

Che non possano le Monache dare limosine per far dir Messe particolari a' Confessori, o ad altri, senza licenza di Monsignor Vescovo.

Che per l' auvenire non si possa eleggere alcuna Monica per Camerlenga, che non sia capace di scrivere ne i libri i conti del Monastero, i quali doveranno esser tenuti, e regolati secondo il modo, & ordine, che le sarà dato.

Niuno possa esaminar Zitelle, o vero Novitie per pigliar l'habito, professare, o entrare in educatione, se non Monsignor Vescovo, o chi sarà deputato da lui sotto le pene contenute nel Sagro Concilio di Trento, e nelle Bolle Pontificie, e della nullità di quanto seguisse per detti atti.

Alle Monache, & altre sopradette non si lasci parlare da huomini, che prima alle Ruotare non si mostri la licenza di poter loro parlare, e il parlare sia sempre con la presenza, & assistenza delle Ascoltatrici, le quali doveranno star sempre presenti mentre durerà il ragionamento, nè si possa parlar loro o in Chiesa, o in altro luogo, eccetto, che nelle solite grate del Parlatorio secondo la forma, e'l tenore della licenza. Potranno nondimeno i Padri, fratelli, o Zii di dette Monache parlare anche senza le Ascoltatrici, mentre però habbiano la licenza.

S'eleggano ogn' anno in Capitolo sei Ascoltatrici delle Moniche più osservanti, che habbiano sopra quarant' anni di età, una delle quali assista sempre nella grate alla Monica, che sarà chiamata, & in caso, che manchi per sua negligenza, se le dia dalla Madre Abbadessa penitenza di digiunare il giorno seguente in pane, & acqua nel publico Refettorio per la prima volta, e per la seconda si raddoppi, e nella terza contravenzione s'intenda privata dell' ufficio, & inhabile a conseguirne de gl' altri per tre anni.

Le Portinare non aprano la porta della Clausura, se non coll' assistenza della Madre Abbadessa, o della Madre Vicaria sotto pena della privatione dell' ufficio, e d'altre pene arbitrarie.

I Ministri del Monastero ancorche siano descritti in Rollo, non s'introducano dentro la Clausura, se non quando vi è il bisogno.

Fra le Monache particolari, e il Monastero non si faccino instromenti di censi, ancorche vitalitii.

Le limosine a' frati, & altri questuanti non si faccino alla Ruota, ma si dian loro per mano del fattore.

Nelle stanze de' Confessori, e de' Compagni non s'ammettano a mangiare altri frati, etiandio della medema Religione, sotto verun pretesto.

La porta della Clausura si tenga serrata contre chiavi, l'una delle quali si conservi dall' Abbadessa, l'altra della prima discreta, e la terza dalla Portinaia, e quella non s'apri, se non ne' casi necessarii con l'intervento di tutte e tre sotto pena della privatione dell' ufficio.

Si elegga in ogni Monastero un luogo particolare, nel quale si conservino ordinatiamente dalle Moniche tutti l' instromenti, privilegi, e libri d'enttata, & uscita e tutte le scritture concernenti le ragioni, bene, & interessi del Monastero, e si chiuda con due chiavi, una delle quali si ritenga dalla Superiora, e l'altra dalla Camerlenga, o da altra deputar si dalla Superiora a quest' effetto. E per l'auvenire detta Superiora havrà cura di farsi dare dal notaro, che si rogarà de' loro instromenti fra un mese dal di del rogito l'instromento publico, e quello riporteranno in detto luogo, come ancora vi riporrano tutti i libri, e l'altre scritture, che (come s'è detto) occorrerano farsi per l'auvenire, che trattaranno in qualsivoglia modo dell' interessi del Monastero subito, che saranno fatte, e pervenute in man loro, e se ne facci in principio Inventario distinto in un libro particolare, nel quale s'anderà di mano in mano aggiungendo quel, che si riporrà in detto luogo, il qual libro si doverà conservare nell' Armario, o in altro luogo chiuso con le altre scritture in detto Archivio.

Non possano esser ricevute per istare ne' Monasteri [anche per poco tempo] Donne maritate, o Vedove di qualsi sivoglia stato, o preeminenza, ancorche vi fosse il consenso di tutte le vocali de medesimi luoghi senza licenza espressa di Nostro Signore.

Che ogni Monastero debba havere almeno tre deputati, col consiglio de quali si governino l'entrate, le liti, & l'altre cose spettanti al buon governo temporale.

Che il fattore, etiandio d'ordine espresso dell' Abbadessa,

badessa, Camerlenga, e Capitolo pieno delle Monache non possa far parcito, ne provisione di cosa veruna, che passi la somma di scudi quattro senza consenso de Deputati da darsi in Congregatione sotto pena all'Abadessa, e Camerlenga di privatione dell'ufficio, & al Fattore l'ufficio, e d'essere obligato à pagare del proprio.

Che quando si stimerà necessario da' Deputati di pigliar pane, vino, o altra provisione da Mercanti, o da Artegiani, si debba creare il debito in faccia del Monastero, ei pagamenti si debbano fare da i Deputati per via di Banco direttamente a' Creditori, e non al fattore, o ad altro ministro del Monastero.

Che delle spese, che giornalmente si fanno per mano del fattore, se ne debba fare ogni giorno la lista del detto fattore, e consegnarla ogni sera all'Abades sa per registrarla poi al libro da tenersi cartolatoto dal fattore, e si debba rivedere ogni settimana dalla medesima Badessa con la Camerlenga, & ogni mese saldarsi in Congregatione d'a Deputati.

Che i Deputati tenghino un libro maestro, nel quale si notino tutte l'entrate del Monastero, segnando i Corpi, da' quali si cavano, e secondo quello rivedano il conto ogni tre mesi all'Esattore.

Che tutte l'entrate, che si esiggono debban mettersi nel Banco del Sacro Monte della Pieta, o pure nel deposito del Monastero, del quale la Badessa tenga una chiave, e l'altra la Camerlenga, notando di mano in mano l'introitto, e l'esito in un libro, che si chiamerà Giornale à quest' effetto tenuto.

Che la Badessa, e Camerlenga ogn' anno rendanno conto della loro amministratione sotto pena di privatione d'ufficio, e d'inhabilità d'ottenerne altri prima che siano resi li conti.

Che al fattore si riveda, e saldi il conto ogni mese, & a capo di sei mesi non essendosi rivisti, e saldati tutti li conti, il fattore s'intenda privato, ne possa perseverare nell'ufficio fin tanto che non gli sarà rivisto, e saldato il conto.

Et perche i sudetti Ordini siano puntualmente e seguiti, debba Monsignor Vescovo ogn'anno mandare a rivedere i libri di ciascun Monastero, rimediando di tempo in tempo, con la sua ordinaria autorità quanto sarà di bisogno.

Doveranno le dette Superiore Moniche, & altre sopradette a chi tocca, o toccherà qer l'auvenire, osservare tutte le sopradette Ordinationi e ciascuna di esse in qualsivoglia monastero, ancorche non soggetto, & esente come sopra, sotto pena a chi contravenisse (salve le pene e provisioni particolari apposte di sopra) per la prima volta alle Superiore della privatione dell'ufficio, & all' altre di voce attiva, e passiva, e d'inhabilità ad ogni ufficio della loro regola per tre anni, e per la secunda volta sotto pena di scommunica, dalle quali pene (in caso di contraventione) non possano essere aggratiate, o assolute da altri, che da Monsignor Vescovo.

De monialibus quoad Clausuram vide quæ alibi diximus.

De Xenodochiorum, sive Hospitalium Visitatione.

In primis libros Visitationum, aliàs factarum, Visitator sibi tradi postulabit. Quod si nullus reperiatur, novum statim faciendum curabit.

Deinde perquiret quot, & quantæ sint opes, qui census illius Xenodochii, cum ad loci ipsius dignitatem retinendam tum ad pauperes alendos, ac sublevandos.

Præterea si nullum sit opum, ac census illius inventarium, sive index libellus, novum faciendum statim curabit, in quo totius census rationes, & prædia cum suis finibus, ac terminis, reliquisque conditionibus describentur, ea ratione, ac methodo, quæ in formula impressa typis Cameræ Apostolicæ continetur. Siquid autem quod ad illius Xenodochii jura pertineat, ab aliquo usurpatum, vel malè alienatum reperérit, quamprimum recuperari mandabit.

Insuper rerum mobilium inventarium confici mandabit, in quo lectulorum, & omnium, quæ ad peregrinorum, & ægrotantium usum pertinent, numerus, ac qualitates diligenter adnotentur, ac conscribantur. Quod quidem Inventarium Xenodochii administratori, vel ei, cui illius administrationis onus demandatum est trader.

Perquirat etiam, an Xenodochii magister, sive minister aut Prior sit affabilis, pius in recipiendis pauperibus, & infirmis, & diligenter eis in necessitatibus inserviat.

An sordibus tam lectulos, quàm ipsosmet infirmos abluat sæpè, ac magna adhibita diligentia.

An mulieres in lectulis propriis seorsum à viris jaceant.

An ibi sit aliquod cubiculum remotius, sive conclave aliquod, in quo presbyteri, & nobiliores aliquæ personæ collocari possint, si fortè illis, ibi, vel ob malam valetudinem, vel ob aliquam aliam causam, & superveniretem necessitatem immorandum esset.

Quod ad infirmos attinet, interroget, an eis confessio, & alia Sacramenta subministrentur.

Videat, ac diligenter scrutetur, an ibi sit aliquod Sacellum, sive Oratorium, in quo sacrum Missæ peragi possit.

Interroget etiam quomodo Xenodochii opes, ac census expendantur, ac in quo potissimum erogentur, & in hoc an fundatorum, & eorum, qui hujusmodi loca dotarunt, voluntas adimpleatur.

Itidem si quæ erunt scripturæ, vel publicæ, vel privatæ, ut diligenter, ac cautè custodiantur præcipiet.

Illud quoque perquiret, an omnium bonorum, quæ tam e prædiis, quàm ex aliis locis percipiuntur à ministris ratio reddatur singulis annis illi, cui id oneris demandatum fuerit, ac commissum, rationesque hujusmodi, & computa ipse quoque percurret, ac diligentius considerabit.

Tandem omnibus providebit, ac opportuna remedia adhibebit, prout magis ei expedire videbitur, & ad Dei Omnipotentis cultum, & ad Xenodochii illius regimen bonum. Et ut facilius omnia memoriæ mandari possint, poterit Visitator de omnibus Xenodochiis patronos, ac rectores, modo, ac ordine, qui sequitur interrogare, videlicet.

Gubernia, & administrationes quæ, & qualia sint, & quomodo fiant.
Ministri, qui, & quales sint & an perpetui.
Temporales, quomodo deputentur, & eligantur.
An ipsi sint debitores Hospitalis.
An actu hospitalitatem exerceant, & quomodo.
An quolibet anno rationem administrationis reddant.
Officiales qui, & quales sint.
Quomodo constituantur, & quando per annum.
Quam bene suo munere fungantur.
Quod ministri sint in hospitali.
An piè vivant, & diligenter suum officium exerceant.
De diligentia in recipiendis hospitibus, ac infirmis.
De charitate in iis recipiendis, & tractandis.
Quot in hospitali nunc sustineantur hospites.
Quot lecluli sint, & qui describantur, & detur inventarium, tam illorum, quam rerum mobilium omnium.
An diligentes sint in perquirendis eleemosynis.
An allis locis respondeant.
An mares cum fœminis versentur, an separati maneant.
An hospites, sive infirmi piè vivant.
An, cum hospitale ingrediuntur, curandi gratia confitentur, & communicentur.
An etiam postea frequenter.
An infirmis in periculo mortis, vel ejus articulo sacramenta opportunis temporibus administrentur, illique assistatur usque ad mortem.
An Missa celebretur pro infirmis, qui in lecto jacent.
Quot Capellani sint, quotve Confessarii, & an fedulò suò munere fungantur.
An habeant in Ecclesia sepulchra pro mortuis sepeliendis, & quot.

Quæ adhibeantur in ipſis ſepeliendis.

Si mortui habeant ſuppellectilem, cui applicetur.

An quando ad hoſpitale curandi gratia veniunt, per inventarium recipiantur eorum bona, quæ ſecum habent, & etiam pecuniæ, & omnia hoſpitali applicentur, ſi mori contigerit.

An alienata ſint aliqua bona.

An ſine conſenſu Superiorum.

An reparatione ulla indigeant.

An aliqua ſint membra annexa.

An habeant Eccleſias, ſeu Capellas.

Fundationes, inſtituta, privilegia exhibeantur.

Videat jura omnia, redditus, onera, & expenſas.

Rationes de præterito, & ſtatum præſentem.

Inventarium bonorum omnium hoſpitalis, & an ſingulis annis innovetur.

Archivium.

Videat deinde Archivium ſcripturarum, in quo loco exiſtat, an ſit tutum, quibus ſeris, & clavibus claudatur, & cuſtodiatur, qui claves conſervent.

Petat inventarium ſcripturarum, & ſi non habeant Inventarium, mandet, ut fiat hoc ordine videlicet.

Inventario di tutte le Scritture, che ſi trovano nell' Archivio dell' Oſpidale &c. fatto dal NN. e preſentatoſi nella Viſitatione per NN.

Inſtromenti.

In primis un Inſtromento in carta pergamena d'una compra N.N. per tanto &c.

E cosi ſeguitare tutti gl' inſtromenti, e doppo ſeguiterà diſtintamente tutte l'altre Scritture per ordine, notando in mezo la qualità delle Scritture, verbi gratia.

Libri de' Procuratori.

In primis un libro della procura di N. N. in anno N. &c.

Polize.

In primis una poliza di cinque decime Papali al Commiſſario &c. & ſic de ſingulis per ordinem.

Mandet præterea, ut ordinatim conſerventur, prout ordinatim ſcriptæ ſunt.

Videat, ne mures in hujuſmodi arcam, ſive Archivium irrumpere poſſint, & ſcripturas corrodere.

Videat, & interroget, an ſcripturæ, privilegia, inſtrumenta, & ſimilia habeant ſummaria deſuper, ſi non habent, mandet, ut fiant.

An pro faciliori inventione earum libros, & ſcripturas vetuſtate conſumptas, tranſcribendas, & conſervandas antiquas, & tranſcriptas.

An ſit qui ſervet illas: & ſucceſſori tradat per Inventarium.

An ſervetur ibi Inventarium ſcripturarum rerum omnium ad Hoſpitale ſpectantium.

An Inventaria bonorum, ac redditum ibidem cuſtodiantur, quot ſint, & cuſtodiantur, & ſi non fuerint, mandet, ut fiant, & conſerventur.

Clauſtrum.

Videat clauſtra, an ſint clauſa, completa, munda, & commoda.

An portæ ſint decentes, & clauſæ teneantur, quando opus eſt.

An ibi benè verſetur ab inſervientibus Hoſpitali, & ab aliis.

An ibi mulieres verſentur.

Viſitentur manſiones inſervientium &c.

Infirmaria.

Viſitetur Aromataria ubi eſt, & interrogetur quomodo infirmi tractentur, & gubernentur.

Videat, an Cellæ aptæ pro infirmis ſint humidæ, vel frigidæ. An feneſtræ ipſarum vitreis, vel tela cera linita occludantur ad arcendum frigus, & ventum.

An ibi ſint cubicula aptа, & ſalubria pro infirmis.

An ibi ſint lecti ad ſufficientiam cum culcitris, linteolis, & debitis tegmentis.

An cum charitate infirmi gubernentur.

An infirmorum cura habeatur, & omnia neceſſaria eis cum charitate miniſtrentur, & præcipuè Sacramentum pœnitentiæ, Sacrum Viaticum, & oleum Sacrum, & agonizantes adjuventur ad benè moriendum.

An linteola, & pulvinaria ſæpius mutentur munda.

An ibi ſint vaſa ad infirmorum curam ſufficientia, & neceſſaria.

An ſint in loco, qui curam infirmorum habeant.

An pro curandis infirmis conductus ſit medicus, & chirurgus, & qui, & quot.

Officina Aromataria.

An ſirupi, medicinæ, & reliqua ad medicorum præceptum infirmis debitis temporibus miniſtrentur.

Coquina.

An commoda ſit, & ne fumo ſit affecta.

An habeat ſua ſupellectilia neceſſaria.

Videat quæ deſint, & provideat.

An ligna neceſſaria.

An coquus aptus, & mundus in ſuo exercitio.

An vaſa coquinaria munda conſerventur & ſana.

Cellarium, promptuarium, & horreum.

An in Cella vinaria ſit vinum pro potu infirmorum, & inſervientium, & videat quantitatem, & qualitatem, & deſcribat, & mandet, prout ſibi videbitur.

An locus ſit aptus ad vinum, & dolia conſervanda.

An dolia, & vaſa vinaria benè cuſtodiantur.

An vinum inertia, & negligentia miniſtrorum, ſive officialium ſit corruptum. Provideat, ne corrumpatur.

Diſpenſa.

An in promptuario, vulgò diſpenſa, ſint mantilia manus, & oriſtergia, mappæ, & ſimilia neceſſaria, & ſufficientia pro infirmis, & miniſtris, & quod illa mutentur.

An munda ibidem, & in loco optimo conſerventur.

An ibi cyathi, urceoli pro vino, & aqua, & ſimilia ſint ſufficientia.

An iſthæc omnia munda conſerventur.

Horreum.

An in horreo ſint frumenta ſufficientia pro victu fratrum.

An benè, & optimè ibi conſerventur.

An habeant notam qualitatis.

An benè miniſtrentur, & diſpenſentur.

Videat, & ſciat, quot modia ſint, & an ſint per annum ſufficientia Hoſpitali &c.

Deinde viſitet omnia loca Hoſpitalis, an ſint omnia pro qualitate loci neceſſaria, & requiſita.

An ſint portæ falſæ, per quas poſſint inſervientes, & miniſtri, vel aliæ perſonæ intrare, & exire. Prohibeat omninò, ne ſint, ſed mandet ut claudantur.

Viſitatio particularis cujuſcumque miniſtri, & inſervientis, qui interrogabitur de ſuo munere, quomodo benè exerceatur, & de aliis miniſtris.

Alia Inſtructio.

Fiat in poſterum communio generalis infirmorum, & inſervientium, ac officialium utriuſque ſexus ſingulis annis in diebus feſtis ſolemnibus Sanctiſſimæ Nativitatis D.N. Jeſu Chriſti, Sanctiſſimæ Reſurrectionis, S. Joannis Baptiſtæ, Aſſumptionis B. Virginis, & omnium Sanctorum, & exponatur in aulis utriuſque Hoſpitalis à parte altaris tabella, in qua hoc annotetur, ac per tres dies antea ſinguli infirmi admoneantur, & qui ſucceſſivè advenerint.

Confeſſarii ordinarii pro infirmis ſint quatuor ſaltem ex Capellanis ejudem Hoſpitalis.

Extraordinarii verò pro devotione, ac conſolatione infirmorum, & præſertim pro communionibus generalibus, & aliis occurentibus caſibus requirantur viri religioſi, qui prompti ſunt in exhibendo hujuſmodi pietatis officio.

Doceant omnino Prior, & Capellani infirmos Hoſpitalis

pitalis doctrinam Chriſtianam ſingulis diebus Dominicis, prout etiam in Viſitatione s. m. Urbani VIII. decretum fuit.

Moneanturque Religioſi Urbis, & præcipuè illi, qui eleemoſynas recipiunt à Palatio Apoſtolico, aliique viri pii, ut in exhibendis hujuſmodi pietatis officiis, tam in audiendis Confeſſionibus infirmorum, & illos benè inſtruendo, & confirmando in his, quæ ſpectant ad Chriſtianam fidem, quàm in illis adjuvandis hora prandii, & cœnæ, & conſolandis faciles, ac prompti ſint, ut frequenter alternis ſaltem vicibus interveniant, quia ex viſitatione apparet, miniſtros Hoſpitalis congruè non poſſe complere, quæ neceſſaria ſunt.

Serventur quatuor ſaltem Ritualia nova in armariis utriuſque Hoſpitalis cum ſtolis, & ſuperpelliceis, ut ſint parata ſemper pro uſu Sacerdotum in contingent.bus caſibus, & totidem Breviaria pro uſu Sacerdotum aſſiſtentium, ac aliorum etiam.

Medici, tam phyſici, quàm Chirurgi bis per ſingulos dies ſtatutis horis viſitent accuratè, & cum debita charitate cum aſſiſtentia Prioris, ac Prioriſſæ reſpectivè Hoſpitalis, & pharmacopolæ ſingulos infirmos utriuſque ſexus, & ordinent, & parari faciant medicamenta, & alia neceſſaria pro illorum curatione, & ſiquis eorum aliquando defecerit, teneatur Prior, ipſo vero deficiente ſubprior, vel alius ſerviens certiores facere DD. Cuſtodes, qui provideant omninò, prout cognoverunt expedire.

Fiant pileoli ex tela linea quibus capita ſingulorum infirmorum operiantur, eaque tempore dimiſſionis, vel receſſus cujuſque reſtituantur Hoſpitali.

Cibi, qui ex Coquina deferuntur ad infirmos hora prandii, vel cœnæ ſint calefacti, & cum inſtrumentis ad eos ſic conſervandos aptis deferantur ita, ut eiſdem infirmis jam ferè gelidi non apponantur.

Conficiatur liber, in loco ſolito dicti Hoſpitalis cuſtodiendus, & ſingulis annis renovandus, in quo diligenter deſcribantur nomina, cognomina, æras patria, & profeſſio ſingulorum infirmorum utriuſque ſexus in illud convenientium curationis gratia cum expreſſione diei, quo ſinguli recipiuntur, ac veſtium, & aliarum rerum penes ſe exiſtentium, quæ accuratè ſerventur, ac diei, quo recedunt, vel dimittuntur cum eorum bonis cuilibet integrè tunc reſtituendis, vel quo decedunt ſacris Eccleſiæ ſacramentis refecti, quod exprimi debeat, & in quo loco ſepulti fuerint.

Fides autem, ſeu atteſtationes ex hujuſmodi libris ſumendæ fiant juxta ſolitum per ſcribam Hoſpitalis, & tradantur intereſſe habentibus toties, quoties opus fuerit, ac bona illorum, qui recedunt, ſeu dimittuntur poſtquam convaluerint, eiſdem reſtituantur gratis omnino, & ſine ulla recognitione.

Libri verò præfati in fine cujuslibet anni reponantur in Archivio, ibique perpetuò cuſtodiantur.

Pro officina Pharmacopolæ.

175 Exponatur in ea plublicè tabella impreſſa, in qua ſingula medicamenta, & alia, quibus eadem Officina inſtructa eſſe debet, deſcripta ſunt, curentque cuſtodes, ut illa omnia, & ſingula ſint ibidem ſemper abundanter, & optimæ qualitatis.

Duo medici phyſici, atque Chirurgus pro ſpectantibus ad eorum artem reſpectivè viſitent omnia pharmaca, ac dictam Officinam, & omnia illa pro uſu infirmorum ſemel ſaltem in ſingulis menſibus cum aſſiſtentia Cuſtodum, & Camerarii, & ſollicitè inquirant, atque adverrant, num ſingula in dicta tabella deſcripta in ea extent abundanter, ac optimæ ſint qualitatis; num pharmaca, & alia compoſita probè, ac fideliter facta fuerint, & fiant juxta eorum ordinationes, & artis præcepta, & ſi quæ talia non reperiantur ea nullo modo patiantur infirmis præberi, ſed illas inde amoveri, ac ſi videbitur projici, aliaque congruentia eorum loco parari faciant, ſtatimque opportunè provideant, adhibita etiam ſi opus fuerit, ſuperioris authoritate.

Et hæc eadem Viſitatio, ſervata in omnibus forma præmiſſa, ſingulis annis omninò fiant cum interventu prædictorum, ac Cuſtodum, & Cameratii hoſpitalis, & unius, ſeu duorum ex ſenioribus, & peritioribus pharmacopolis Urbis, ab eis ſingulis vicibus eligendis, quorum relatio ſuper eadem Viſitatione in ſcriptis exactè, atque cum juramento facienda, & per Notarium Hoſpitalis roganda in Archivio reponantur, ibique perpetuò conſervetur.

Pharmacopola verò quoties eligendus, ſeu conducendus erit, is eligatur ex concurrentibus, qui judicio omnium, ſeu majoris partis medicorum, tam phyſicorum, quàm Chirurgi hoſpitalis, ac duorum aliorum medicorum, ac duorum pharmacopalarum ex ſenioribus, & peritioribus Urbis ſingulis vicibus in Congregatione generali hoſpitalis eligendorum, prævio diligenti examine aptior, & peritior declaratus fuerit cum juramento à ſingulis præſtando, ac per Notorium rogando, quiſque juſtæ ætatis, ac bonæ vitæ, & famæ exiſtat, & illi ſic electo, & conducto conſignentur omnia, tam utentilia, vulgò, ſtigli, nuncupata, quàm aromata, & medicamenta in dicta officina exiſtentia, & ſingulis vicibus in eam inferrenda per inventarium publicum. Et ille cavere teneatur, mediante idoneo fidejuſſore de reddenda ratione in fine cujuslibet anni, tam de omnibus tunc conſignatis, quàm de cæteris, ſingulis diebus, & vicibus ipſi, durante dicto ejus officio conſignandis pro uſu dictæ officinæ, ac infirmorum in particulari libro ſingulis vicibus ab eo ſcribendis, vel cum ejus ſubſcriptione firmandis præfato hoſpitali, & pro eo Cuſtodibus, & Camerario, & aliis per Congregationem pro tempore deputandis, & de reliquis reſtituendis. Solliciti autem ſint Cuſtodes, & Camerarii ex debito ſui officii in facienda præfata Viſitatione, & exigendis rationibus, ac reliquis à dicto Pharmacopola ſingulis annis, ac in aliis præmiſſis juxta tenorem hujus Inſtructionis exequendis; nam ſi in aliquo defecerint, tenebuntur ad omnia damna, & intereſſe hoſpitalis præter alias pœnas arbitrio Sanctiſſimi D.N. infligendas.

Inſervientes quoque in dicta officina eligantur juſtæ ætatis, ac bonæ vitæ, ac famæ, in arte aliquandiù verſati, & ad illam exercendam apti.

Pro Veſtiario.

Cuſtodes, & Camerarius cum interventu Compu- 176
tiſtæ revideant omninò, & ſolident rationes cum Veſtiario infra octo menſes. Deinde fiat ei nova conſignatio omnium ſupellectilium per publicum Inſtrumentum cum inſertione Inventarii ab ipſomet ſubſcripto, & cautione de fideliter adminiſtrando, ac reddenda ratione in fine cujuslibet ſemeſtris eiſdem Cuſtodibus, & Camerario, ac ejus ſucceſſoribus, & congregationi.

Et fiat liber, in quo ab ipſo fideliter ſcribantur eadem omnia ſupellectilia in dicta officina, & ſub ejus cura exiſtentia, etiam quæ ſucceſſivè adducuntur, & nihil inde extrahatur, niſi cum licentiis in ſcriptis Prioris Hoſpitalis, quæ ſerventur penes eundem Veſtiarium, ac deſcribantur in eodem libro, idemque ſervetur quoties ad veſtiarium remittuntur.

Cuſtodes, & Cameratius pro tempore ſingulis annis recognoſcant ſupellectilem, & faciant eam reſarciri, ac renovari, atque augeri prout neceſſarium eſſe cognoverint.

Pro Cella promptuaria.

Cuſtodes, & Camerarius cum interventu Compu- 177
tiſtæ revideant, & ſolident cum hoc officiali rationes totius ejus adminiſtrationis. Deinde fiat illi nova conſignatio cum Inventario ab ipſo, ac eiſdem ſubſcribendo, quod inſeratur in publico Inſtrumento cum cautione ab eo præſtanda de fideliter exercendo dictum ejus officium, ac rationibus reddendis præfatis cuſtodibus, & Camerario, ac eorum ſucceſſoribus pro hoſpitali in fine cujuslibet Semeſtris, ac etiam fiat novus liber, in quo ab ipſo fideliter deſcribantur quæcumque in dictam cellam promptuariam inferuntur,

& inde

& inde extrahuntur ſingulis vicibus, quod fieri non poſſit, niſi cum licentia in ſcriptis, quæ conſerventur in redditione rationis exhibenda, ut ſupra dictum eſt.

Pro Cella lignaria.

178 Deputetur unus ex ſervientibus hoſpitali ad cuſtodiam hujus officinæ, cui fiat lignorum conſignatio, & ab eo conficiatur liber, & rationes reddantur in fine cujuslibet ſemeſtris, ut ſupra dictum eſt.

Pro Piſtore.

179 Fiat Inſtrumentum cum Piſtore, in quo inſerantur Capitula & pacta ab eo ſervanda, juxta quorum tenorem caveat de fideliter exercendo officium ſuum, & de reddendis rationibus in fine cujuslibet ſemeſtris Cuſtodibus, & Camerario pro tempore exiſtentibus, & Congregationi, Pro tempore autem præterito revideantur ejus rationes infrà trimeſtre à Cuſtodibus, & Camerario.

Præterea ipſe quoque librum conficiat, in quo fideliter ſcribantur data, & recepta, & quæ ſpectant ad ejus exercitium, ut rationes ipſius legitimè reddi poſſint.

De horreo.

180 Cuſtodiantur, & claudantur horrea tribus diverſis clavibus, quarum altera penes Præfectum Domus, altera penes Computiſtam, & altera penes factorem ſervetur, & omnes conveniant, & notent in eorum libris ſingulis vicibus quibus in ea triticum, vel alia blada inducuntur, & quando extrahuntur cum expreſſione quantitatis, perſonæ, cui conſignantur, & cauſæ, ita ut certa haberi, ac reddi poſſit ratio.

Pro Cella Vinaria.

181 Fiat Inſtrumentum cum cellario, quod in actu conductionis ſemper renovetur, in quo conſignetur illi vini, & aceti quantitas exiſtens, & ſe obliget cum idonea fideiuſſione reddenda ratione in fine cujuslibet anni, tam de illa, quàm de quacumque alia quantitate in eandem cellam vinariam inducenda, & teneat librum fideliter, & clarè ab eo deſcriptum, in quo diſtinctè legantur partitæ introitus, & exitus manu Præfecti Domus, & Prioris hoſpitalis ſingulis diebus, ſeu ſaltem hebdomadis ſubſcribendis.

De Archivio.

182 Conficiatur exacta diligentia repertorium novum omnium ſcripturarum in Archivio exiſtentium ſub duplicibus titulis, ſcilicet tam contractuum inſtrumentorum, & aliarum diſpoſitionem, quam etiam materiarum, ut facilius reperiri poſſint.

Conficiatur alter liber, in quo diligenter deſcribantur beneficia unita, ſubjecta, ſeu juriſpatronatus, vel aliter ad præſentationem, nominationem, vel aliam diſpoſitionem hoſpitalis ſpectantia, ac etiam Capellaniæ ad nutum amovibiles, unà cum expreſſione inſtrumentorum, & actuum præſentationum, nominationum, inſtitutionum, poſſeſſionum, ac effectuationum ad favorem perſonarum pro tempore nominatarum, & ſucceſſivè nominandarum, & ſpecificentur nomina notariorum rogatorum, locorum, & temporum.

Præterea inſtrumenta, teſtamenta, libri, & cæteræ ſcripturæ intereſſe hoſpitali concernentia in dicto Archivio magna cura, & ſolitudine reponantur, & conſerventur, nec inde ſub quovis prætextu amoveantur, & extrahantur, niſi ex cauſa omninò neceſſaria, atque ab breve tempus, & de conſenſu, & cum licentia in ſcriptis, non aliter, cuſtodum omnium, & Camerarii pro tempore exiſtentium, qui teneantur etiam omni ſolicitudine illa facere cum effectu reponere, ac reſtituere, alias remaneat inſolidum obligati de proprio ad quodcumque intereſſe hoſpitalis, donec fuerint realiter repoſita; ac reſtituta, in priſtinum locum, conficiatur que liber in eodem Archivio perpetuò conſervandus, in quo notentur ſingulæ ſcripturæ, quæ extrahentur cum expreſſione qualitatum, & an ſint authenticæ, ac diei, ac perſonæ, quibus conſignatur, quæ pariter teneantur dictas partitas, ſeu notas propria manu ſubſcribere, cum obligatione illas reportandi, ac reſtituendi infra tempus præſcriptum, alias ad intereſſe &c. in forma Cameræ Apoſtolicæ, & firma nihilominus manente etiam obligatione dictorum Cuſtodum, & Camerarii, ut præmiſſum eſt.

Pro Cœmeterio.

In ſingulis cœmeteriis apponantur Cruces.

Non fiat hortus, neque arbores plantentur in locis, 183
in quibus cadavera defunctorum ſepulta ſunt, vel oſſa eorum translata, ac repoſita fuere, & pro tempore reponentur, ſed quæ plantata ſunt evellantur, ac eradicentur.

In Capella, ſeu loco antiquæ ſtructuræ propè dicta cœmeteria, ac in altari ibidem conſtructo nullo pacto celebretur, niſi prævia viſitatione in ſcriptis, atque approbatione, ac ſervatis omnibus præſcribendis.

Pro Officialibus dicti Hoſpitalis.

Nullus impoſterum officialis recipiatur ad quodcum- 184
que officium, ac ſervitium, ſeu miniſterium Hoſpitalis, niſi præmiſſa diligenti inquiſitione, ætatis, vitæ, morum, atque idoneitatis pro illo ſervitio, officio, ſeu miniſterio, ad quod recipiendus eſt, & fiat electio per vota ſecreta, ac præferatur ſemper magis idoneus. Ac ulterius nullus eligatur, nec admittatur ad officium Præfecti domus, exactoris, factoris, computiſtæ, nec aliorum officialium, ſive officiorum, ad quorum munus, curam, & cuſtodiam pervenire debeant res, & bona hoſpitalis, niſi præſtita idonea fidejuſſione de fidei adminiſtratione, ac de rationibus in fine ſingulorum annorum reddendis, ac de reliquis reſtituendis, alias teneantur illi, qui eos elegerint, acceptaverint, vel admiſerint ad intereſſe hoſpitalis inſolidum, omni exceptione, atque excuſatione prorſus remotis.

Fiat tabella, in qua deſcripta ſint nomina, cognomina, & patriæ ſingulorum miniſtrorum, & officialium conductorum hoſpitalis, cum expreſſione ſalarii, quod ſingulis ſolvitur, & aliarum commoditatum, quas ab hoſpitali recipiunt. Et hæc exponantur in cubiculo, in quo fiunt Congregationes, ita ut omnibus publicè pateat.

Fiat pariter alia tabella, in qua diligenter, clare, atque diſtinctè ſcribantur ſingula onera miſſarum, ſeu puellarum nuptui tradendarum, vel aliorum quorumcumque operum piorum anteactis, ſeu præſentibus temporibus hoſpitali injunctorum, ſive in fundatione ex teſtamentis, vel aliis diſpoſitionibus particularium perſonarum, tam inter vivos, quàm in ultima voluntate, ſive ex decretis Superiorum, viſitationis, ac Congregationis ejuſdem hoſpitalis, vel aliter quomodocumque cum expreſſione dierum, ac notariorum, rogatorum & temporum, ac formæ, quibus adimpleri debent, & in ea deſcribantur pariter hujuſmodi onera impoſterum futuris temporibus injunda. Hæc autem tabella exponatur publicè in eodem loco, & ſaltem menſibus, atque in ſingulis etiam Congregationibus legatur à cuſtodibus, ut ſciant, an fuerit eiſdem injunctis oneribus realiter ſatisfactum, & ſi quid præſtandum fuerit, ſolicitè adimpleri curent, alias ipſi teneantur, tam in foro conſcientiæ, quàm in foro fori ad rigoroſam reddendam rationem cujuſcumque omiſſionis, prætermiſſionis, & negligentiæ.

Præterea conductiones, ſeu deputationes quorumcumque officialium, ad quorum manus res, pecuniæ, ac bona quævis hoſpitalis pervenire debent, fiant per publicum inſtrumentum à Notario hoſpitalis rogandum cum inſertione capitulorum, ſeu pactorum, quæ cum eis convenientur, ac etiam cum inventariis rerum illis conſignatarum, quæ omninò ab ipſis, & teſtibus ſubſcribantur. Quæ inſtrumenta cum omnibus in eis contentis infra quindecim dies ſequentes ad ſummum regiſtrari debeant in forma authentica in cataſtro

cataſtro particulari, in archivio ſemper cuſtodienda. Exactor etiam, licet nullam quamvis minimam pecuniarum quantitatem, recipere poſſe intendatur, ſed omnes pecunias ad S. Montem Pietatis in creditum hoſpitalis cum effectu poni facere debeat, nihilominus per publicum Inſtrumentum, & cum cautionibus hactenus præſtari ſolitis recipiatur, & non aliter.

Poſtremò Cuſtodes, & Camerarius hoſpitalis curent omninò, quod dotes ex obligationibus, ac oneribus injunctis eidem Hoſpitali in teſtamentis piarum perſonarum hucuſque promiſſæ virginibus monaſticam, ſeu conjugalem vitam profiteri volentibus redigantur quamcitius fieri poterit ex redditibus bonorum eidem Hoſpitali cum ejuſmodi onere relictorum hactenus cumulatis, vel cumulandis, & deponantur in S. Monte Pietatis ad effectum ſolvendi præfatis ſingulis virginibus, advenientibus temporibus, & caſibus, ac ſervatis ſervandis ex præcepto eorundem Teſtatorum.

In poſterum verò, & ſucceſſivis temporibus nullæ aliæ eligantur, niſi poſtquam omnes præfatæ hactenus promiſſæ fuerint cum effectu, ut præmiſſum eſt, depoſitæ, ac reſpectivè ſolutæ. Et præterea tot alii redditus fuerint realiter exacti, ac penes eundem Montem Pietatis depoſiti in computo particulari ſeparato à cæteris redditibus Hoſpitalis, quot ſufficiant pro ſolvendis ſingulis dotibus eligendarum.

Electio autem dictarum puellarum non aliter fieri poſſit, niſi juxta teſtatorum diſpoſitionem, quæ in omnibus juſtificari debeat, in ætate legitima conſtitutæ, ut vel habitum regularem ſuſcipere, vel matrimonium contrahere valeant, alias electio ſit ipſo jure nulla, ac nullius prorſus effectus.

Solutiones quoque non aliter fiant, quam per Montem Pietatis, & in actu ſingularum ſolutionum recipiantur quietantiæ publicæ per notarium Hoſpitalis rogandæ, atque in libro particulari in Archivio ſemper ſervando, regiſtrentur.

Quod ſi illi, ad quos ſpectat electio dictarum puellarum omnia, & ſingula diſpoſita non obſervaverint, teneantur de propriis bonis ſolvere, & reſtituere Hoſpitali quicquid promiſſum, vel ſolutum fuerit, & ad id cogantur, quocumque remedio magis executivo, etiam extrajudicialiter, & omni appellatione, & oppoſitione penitus remotis.

Poſthac verò in Congregationibus, ſingulis ſaltem menſibus faciendis, vocentur Officiales Hoſpitalis, & ſpecialiter Medici, Pharmacopola, Præfectus Domus, Prior hoſpitalis, Computiſta, Factor, Exactor, & ſollicitator, & unuſquiſque referat ſpectantia ad proprium officium, tam ſuper ſtatu infirmorum, qualitate infirmitatum, ac medicamentis, & proviſionibus neceſſariis, quàm ſuper redditibus, expenſis, debitis, creditis, ac toto ſtatu Hoſpitalis, exactionibus, & litibus, quæ ſollicitè proſequantur, compleantur, ac terminentur.

Pro Regularibus.

185 Si faccino dare le viſite paſſate.

Si viſiti la Chieſa, cioè il Santiſſimo, le Capelle &c.

Si faccino chiamare li Frati nel luogo ſolito a ſuon di campanella, e ſi eſponga loro il negotio della viſitatione.

Si ordinia ciaſchedun del Capitolo, in virtù di ſanta obbedienza, e ſotto pena di ſcommunica, che dica la pura verità di tutto quello, che gli ſarà domandato in ſecreto.

Si cominci la viſita dal minimo de' Frati.

Si viſiti il Clauſtro, ſe hà la ſua chiuſura, ſe finita, polita, e commoda, ſe le porte ſono decenti, e ſi tengono chiuſe col portinaro, ſe ci pratticano donne, ſe viè tutto quello, che è neceſſario.

Il dormitorio. Se le ſcale ſono commode, ſe nella notte vi arde ſempre il lume, ſe ciaſcuna cella hà la ſua porta, con la ſerratura, e chiave. Se le celle ſi ponno aprire con chiave commune dal Superiore, quando gli piace. Se hanno nelle celle caſſe ferrate, ò coſa alcuna prohibita, come figure laſcive, libri laſcivi, inſtromenti muſici &c. apparati &c. coſa contro la lor regola, ò di proprio.

Infermaria. Se vi ſono celle atte per gl'infermi, ſupellettili &c. Medico &c. medicamenti &c. ſi miniſtrino i Sacramenti &c. ſi aſſitano nell'agonia &c.

Hoſpitio. Se è commodo. Vi è tutto quello, che è neceſſario, ſe è diviſo dal dormitorio, e dal Clauſtro del Monaſtero, chi ne hà cura, come ſi trattino i foraſtieri.

Il Veſtiario. Se vi ſono veſti a ſufficienza, come ſi conſervano, ſe il tutto è commune, ſe vi è inventario, ſi conſegni al Superiore, ſe non vi è ſi facci fare.

Refettorio. Se è commodo. Se vi ſi legge, e vi è luogo da leggere. Se vi è la biancheria neceſſaria, e ſupellettile &c.

La Cucina. Se è commoda, ſe hà le ſue ſuppellettili, legna, ſe'l cuoco è atto, polito, fedele, ſe i vaſi mondi &c.

Viſita particolare.

Se l'Officio divino ſi recita divotamente, e diſtintamen- 186
te.

Se di notte ſi levino tutte a recitare l'Officio, e chi è, che non ſi levi, e perche.

Se chi laſcia di dire l'Officio in Chieſa lo recita ſeparatamente.

Se in Chieſa ſi laſcia officio alcuno.

Se l'Officio ſi dica nell'ore debite.

Se ogni giorno ſi celebrano Meſſe in Chieſa, e quante

Se le Meſſe ſi celebrano con divotione.

Se vi ſii commeſſa alcuna negligenza, ò malitia nel recitar l'Officio, e le Meſſe.

Se vi è hoſpitio per i Frati foraſtieri, e dove.

Se vi ſono Confeſſori deputati, e quanti, e chi, loro informatione &c.

Se tutti hanno il Breviario.

Se ſi ſuonano le Campane all'ore Canoniche.

Quanti Chierici vi ſono.

Quanti Converſi.

Quanti furono nel paſſato.

Se tutti han fatto profeſſione nella Regola, ſotto la quale militano.

Se vi è novitiato.

Se i Novitii, e i Profeſſi faccino l'officio loro.

Se vi è Maeſtro di Novitii, e chi.

Se i Novitii ſi reggano, e ſi cuſtodiſcano nel timor di Dio, e nell'oſſervanza della Regola.

Se gli altri Frati vivano ſecondo la lor regola.

Se ſi oſſerva il ſilentio nel ſuo luogo, e tempo.

Se ſempre, e inſieme mangiano in Refettorio, e con la lettione.

Se tutti dormono in dormitorio.

Se oſſervano i digiuni ſecondo i precetti della Chieſa, e loro inſtituto regolare.

Se vi è Frate alcuno vagabondo.

Si vi ſi commette cos' alcuna contro la Regola.

Se vi ſi fanno i Capitoli frequentemente, e che coſa in eſſi ſi tratta.

Se nella menſa, nel dormitorio, e nel veſtito vi è alcuna differenza fra eſſi, ò accettion di perſona.

Se le porte della Chieſa, e del Convento ſi ſerrano, & aprono all'ore debite.

Se dal Superiore ſi viſitano mai le celle de' Frati, e in ogni quanto tempo.

Se frà eſſi vi ſia odio alcuno, e frà quali.

Se vi è proprietario alcuno.

Se i Superiori trattino bene il loro ſudditi con l'opere, e con le parole.

Se i ſudditi portino il dovuto oſſequio a' loro Superiori, e la dovuta ubbidienza.

Se vi è alcuno, che tenga mal nome, e mala fama, e ſo pradi che.

Se quando eſcono di Convento vanno accompagnati, e con modeſtia &c.

Se nel Convento entrino persone sospette &c.
Se vi è chi eserciti negotii secolari.
Se vi sono givochi di sorte alcuna.
Se si attende ad alcuna arte mechanica.
Se ricevono huomini scelerati &c.
Se vi è studio.
Se vi sono studenti in numero sufficiente.
Se sono assidui nelle lettioni.
Se nell'ore debite vanno in Chiesa a recitar l' Officio.
Chi è il Lettore, sue qualità, dottrina, & costumi &c.
Quante volte il giorno si legge.
Come si esercitano nelle dispute.
Se a' Frati, che non sono studenti si espongono i casi coscienza, &c.
Se il Superiore facci vita honesta, e sua conversatione.
Se osserva, e facci osservare diligentemente, ciò che appartiene all' osservanza della Religione, alla Regola, e a gli statuti dell' Ordine.
Se quando esce di Convento, si ferma longo tempo fuori di esso, e dove.
Se conserva la pace, e la concordia, e la carità fra suoi Sudditi.
Se mangia nella mensa comune con Frati.
Se facci spese vane, & superflue.
Se per sua negligenza si sia rilasciata l'osservanza regolare.
Se a' Frati dii maggior licenza, che sii necessaria per uscir di Convento.
Se correga i vitii con carità, sua vita, governo buono, ò malo.
Quanti, e quali officii siino nel Monastero, e chi, loro sufficienza, conditioni, vita, costumi, e conversatione.
Se tutti gli Officiali sono stati fatti secondo le constitutioni Apostoliche, e della Religione, e secondo la riforma.
Se il Convento ha debiti &c.
Se i Superiori difendano le ragioni del Convento.
Come vivono, e di che rendite i Frati.
Quante persone sii solito di stantiare in Convento.
Se le limosine s' impiegano alle necessità del Convento.
Se vi possa essere numero maggiore di Frati &c.
Se conosce cos'alcuna degna di riforma, di correttione, tanto nello spirituale, quanto nel temporale.
Se vi è libro di Conti, di limosine, dell'introito, e dell' esito.
Se nel ricevere alla Religione i Secolari, in ammettere i Novitii alla professione, in conferire gl' ordini a' Chierici, nell' approvare i Confessori, e i Predicatori si osservano i decreti del Sac. Concilio di Trento, i decreti Apostolici, e le constitutioni dell' ordine.
Se i Novitii s' instituiscono rettè, & piè nella disciplina regolare secondo le regole prescritte.
Se vi è alcuno sospetto di eresia &c.
Se si castigano i delinquenti.
Se sii rimasto impunito delinquente alcuno.
Se il Superiore habbia apportato gravame alcuno, ò denegato giustitia.
Se nelle elettioni de' Superiori si permettano subornationi.
Se si posponghino i benemeriti a gl'indegni.
Se si sodisfa a pesi, e oblighi del Convento, alla sodisfattione de'legati &c.
E finalmente se le regole, e gli statuti regolari si osservano.
Che le cause più gravi si spediscano col comun giuditio de Padri più gravi.
E che le dignità, e officii si conferiscano ad huomini da bene, e benemeriti della Religione.

Pro solalitatibus Laicorum.

187 Se esibiscano le fondationi, gli staruti, i privilegi, e si esaminino, se sono honesti, e conducono a buon fine &c. e se osservano.
Se si osservano le ultime volontà, e i legati de defonti, e se si danno, e come le doti, e si adempiscano le altre opere pie.
Se i Ministri rendano conto, e a chi, e come ogn' anno, i quali conti si, esibiscano, e si riveggano.
Se vi è inventario di tutte le rendite, e beni co'loro confini, e si esibisca.
Si vi è Archivio, chi ne tenga le chiavi, & se vi è repertorio di tutte le scritture.
Quante rendite vi sono, quante spese, e quanti pesi si riconosca il tutto.
Quanti Confessori, chi gli elegga, che stipendio, se hanno le loro licenze.
Quanti Capellani vi sono per adempire i pesi, e gli oblighi.
Se dormono in Chiesa, per dove passano i loro letti, e commodità.
Come si eleggano gli Amministratori, e gli Officiali.
Come essi Officiali, e Ministri, fratelli frequentino la Communione.
Se sono perpetui, ò temporali.
Se temporali, per quanto tempo durano.
Se i detti Officiali, e ministri siano debitori, pigionanti, ò in qualche modo interessati con la compagnia.
Come amministrino.
Se ogn' anno rendano conto dell' amministratione.
Se si faccino spese superflue, e in che.
Quanti sono i salariati, e chi sono, e quanto salario hanno.
Se vi sono questori per il Santissimo, e altri per tutto l'anno.
In quali opere pie, & esercitii spirituali si esercitano.
Che modo di orare, e di fare gli esercitii pii tengano.
Se vi è Sacerdote alcuno, che dirizzi i fratelli ne gli esercitii spirituali, ne' buoni consigli, e ammaestramenti.
Se si facino conviti nell' Oratorio, e nella Chiesa.
Se vi è libro, nel quale siino scritti tutti i legati, le lascite, i pesi, e gli oblighi, o tabella affissa, e dove si conserva.
Se vi è inventario di tutti i beni. Se ne dii copia.
Se si sono alienati i beni della Compagnia, e con qual licenza.
Se si sono fatti censi passivi, e con qual licenza.
Se le locationi delle case si rinuovano di tre anni in tre anni.

Guardarobba.

Suo officio.
Se hà consegna, ò inventario delle robbe, ne dii copia 188 e se non l'hà, si ordini, che si facci.
Dii conto delle limosine, obligationi &c. che jornalmente si fanno.
Chi compra l'oglio, la cera, e le altre cose necessarie per la Chiesa, e compagnia.
Se osserva il Capitolo del Guardarobba, che è nello statuto.
Chi hà cura di far le provisioni grosse, e chi le fece nell' anno Santo, e quanto si spese,
Dii l' Inventario di tutte le robbe, che sono in Guardarobba.

Interrogatorii per l' esame de' Ministre dell' Ospedale, Medico.

Chi è, nome cognome, provisione. 189
Quante volte il giorno fà la visita.
Se i Ministri, e serventi dell' Ospedale adempiscono il loro debito, ò alcuno ve ne è negligente.
Se i Confessori sono pronti in assistere a moribondi.
Se nella Spetiaria vi è tutto quello, che fà di bisogno.
Se si provede subito di quello, che non vi si trova in essa, e in che modo.
Se si visiti due, ò più volte l'anno. E da quanto tempo in quà non è stata visitata.
Se gli ordini dati nell' ultima visita sono stati eseguiti.
Se lo Spetiale è atto, e diligente, e così gli altri ministri.
Se gli infermi hanno il mangiare, e'l bere proportionato, e sufficiente,

Che

Che re gola si in ricere gl'infermi, & in licentiarli.
Quali si ricevino, o si rifiutino,
Se si ricevono quelli, che hanno doglie con febre.
A chi spetta di rice vere gl'infermi.

190 *Chirurgo.*

Chi, nome, cognome, provisione.
Se gli pono fare gl'istessi interrogatorii del Medico, e in particulare de gli altri ministri sub ordinati a lui, e della pollitia dell' Ospedale, e de gl'infermi.

191 *Spetiale.*

Chi, nome, cognome, provisione.
Se nella Spetiaria è di bisogno d'alcuna cosa.
Se il Medico, e Cirusico, e loro sostituti adempiscono il loro debito.
Se si fanno a debiti tempi le provisioni necessarie, d'acque stillate, conserve, unguenti, & altro, e come.
Se si fa l'acque cotta, & ogni quanto tempo si rinuova, e di che qualita.
Se si fa la visita nella spetiaria, da chi, ogni quanto tempo se si sono eseguiti gli ordini dati nell' ultima visita.
Se si tiene libro de' medicamenti, che si danno, e delle spese, che, si fanno, e come.
Se i medicamenti si danno a gl'infermi nell' ore debite.
Se vi è tabella alcuna publica, nella quale siano notati tutti i medicamenti della spetiaria.
Come si egge, e da chi si elegge lo spetiale.
Se da conto, e in quanto tempo delle cose, che sono nella speriaria.
Se ha moglie, e dove la tiene.
Se da sicurta quando entra al servitio.
I suoi serventi se sono idonei, diligenti, di che eta, e di che vita, e bonta, e di che fama.
Se ha inventario publico.
Se assiste a gl'infermi co'medici.
Si vi è libro dell'entrata, & esito degli unguenti, & altri medicamenti.
Se il sostituto, ò medico fa le ricevute de medicamenti, che prendono, e come.
Ogni quanto tempo si rivedino i suoi conti.
Si facci visitare la spetiaria da un medico, e da un Cirusico, e riferiscano la quantita, e qualita delle robbe, che vi ritrovino.

192 *Serventi, huomini, e donne.*

Chi sono, nome, cognome, provisione.
Dicano l'obligo del loro officio, se da essi, e da gl'altri compagni si adempisce, e così dagl' altri ministri superiori. (bondi.
Se i Confessori sono pronti, & assidui, massime co'mori-
Se assistono tutti di continuo, ò alternativamente.
Se in ciò è succesto mai alcun disordine, e per colpa di chi.
Se i Capellani fanno ciò che loro è comandato.
Se vi sono lenzuola, coperte, e altri supellettili necessarii, e politi, e in quanto tempo si mutano.
Chi hà cura di conservare i panni, danari, scritture, & paltro, che hanno gli ammalati, che vengono all' ospedale.
Se si descrivono, à chi si consegnano in caso di morte, e se in cio è succeduto per il passato alcun disordine.
Che regola si tiene per ricevere, e licentiare gli ammalati.
Di qual sorte di male si ricevono gl'infermi.
Se si ricevono quelli, che con piaghe vi hanno la febre.
In che tempo, ed' ordine di chi si mette Pietà a gl' infermi.

193 *Guardaroba.*

Chi è, nome, cognome, provisione.
Quanti letti si sogliono adoperare per ordinario.
Quanti ve ne sono ie pronto di alzare.
Se ha consegna, ò inventario, ne dia una copia.
Chi hà cura di far fare i letti nuovi in caso di bisogno.
A chi esso consegna quelli, che servono all'ospedale.
Se esso hà cura delle robbe, e de'vestiti, che portano gl'ammalati, massimè di quelli, che moiono.
Che mostri il libro della consegna, che esse fa delle robbe.

Priore, e Priora. 194

Se osservano ciò che dispone di essi lo statuto dell' Ospedale.
Tutto ciò, che si è detto d'e serventi.
Se i serventi, e i Confessori fanno il debito loro, e se vie qualcheduno, che non l'adempisce, massime co' moribondi.
Nel ricevere gl'ammalati, che regola si tiene come sopra &c.
Se gli ammalati si confessano spesso, e quante volte l'anno, e quanto tempo doppo essere entrati nell'ospedale.
Chi hà cura delle robbe, e danari, che portano gl'infermi.
Se doppo morte si fa loro alcun suffragio per l'anima, massime co'proprii danari, che lasciano.
Se lo speriale, chirurgo, medico sono diligenti nelle visite ordinarie, e quante volte il giorno.
Se serventi hanno commercio alcuno nell' Ospedale delle donne.
Quante messe si dicono il giorno, massime nelle feste e dà chi, in che luogo, e con qual riverenza, e attentione si ascoltano da gl'infermi, e da gli serventi.
Se l'Ospedale si visita mai da qualche Superiore, e da chi.
Se i Visitatori de gl' infermi fanno la visita, e quante volte la settimana, come vuole lo statuto.
Se i cadaveri si sepelliscono ignudi.
Quanto tempo si ritengono gl'infermi nell'ospedale doppo che sono guariti, e come escono mal vestiti e scalzi.
Quali cibi, e vino si danno a gl'infermi, se si danno ad hore congrue. Quali carni, se galline, quante il giorno, e a chi si danno.
Se vi è libro d'ogn'anno, nel quale si registrano i nomi, cognomi, età, patria, e professione di tutti gl'infermi, con espressione del giorno, ch'entrano nell'Ospedale, delle loro vesti, e dall' altre robbe, che hanno seco, e del giorno, vel quale muoiono, ò si partono, e tali libri dove si conservano finito l'anno.
Se à convalescenti si restituiscono le loro robbe gratis.
Chi fa le fedi degl'infermi, che muiono nell'ospedale.
Dove, e come si sepelliscono i cadaveri.
Se ogni mese nella Congregatione gli ufficiali, e ministri riferiscono ciò, che spetta al suo officio, tanto sopra gl'infermi, quanto sopra le rendite dell'ospedale, e di tutto lo stato di esso, e con diligenza si eseguiscono gli ordini.
Se la Congregatione è informata quando si licentia qualche servente.
Se si danno legumi a gl'infermi.
Chi riceve, o licentia gl'infermi, se il medico, o'l cirusico.
Se il sostituto prende danari degl'infermi.
Se vi è chi manda robba fuori dell'Ospedale.
Se tutti mangiano in commune.
Se lo spetiale fa collusione col sostituto in ordine a'medicamenti.
Quante volte il giorno il medico visiti gl'infermi, particolarmente alcuni con febre continua.
Se le vivande dell'ufficiali sono uguali nella prima, e seconda mensa.
Se il sostituto da lettione a giovani.
Se i vasi, che servono a gl'infermi si mondano.
Se nell'Ospedale è tabella publica, nella quale sono descritti tutti i ministri, e officiali condotti con l'espressione del loro salario.
Se sa che vi sia alcuna tabella, dove sono descritti tutti i pesi, & oblighi dell'Ospedale, e dove si conservi.

Confessori. 195

Chi, nome, cognome, provisione.
Dicado l'obligo, che essi hanno.
Se gli ammalati si confessano subito che entrano, e doppo in quanto tempo.
Qual modo tengono nell'amministrare il Sacramento della Sanctissima Comunione, e dell'oglio Santo.
Se la loro assistenza è continua, ò alternativa.

Se à moribondi si usa la dovuta assistenza tanto di giorno, quanto di notte.
Se domandano da far testamento, e chi hà peso di chiamare il Notaro, e fare altre cose necessarie, e se in cio è seguito mai alcun di sordine.
De le robbe, che portano gl'infermi chi ne hà cura, ome se ne dispone.
Se alcuno d'e servienti, o ministri manca nel suo officio, massime nelle concernenti il servitio, e politia degli ammalati.
Se si fa la visita di tutti gl' infermi da' Visitatori deputati.
Se si celebra ogni giorno Messa.
Se si dice ogni giorno la Salve, e le Litanie.
Se si fà la comunione generale a gl'infermi, ministri, e officiali, e quante volte l'anno.
Se vi sono Confessori straordinarii, e chi.
Se s'insegna a gl'infermi la dottrina Christiana nelle Domeniche.

196 *Maestro di Casa, e Dispensiere.*

Chi, nome, cognome, provisione.
Chi hà cura di far le provisioni, e se si fanno a'suoi tempi.
Se nasce alcun disordine ne'loro uffici.
IlMaestro di casa dii relatione distinta de'precuoi, Casali, & altri beni, che sono sotto la sua cura, massime in Campagna.
Fra quanto tempo si fà la Congregatione.
Il Dispensiere mostri il libro della dispensa.
Se il Maestro di casa assiste alla consegna della robba, che si da al Dispensiero, & al Guardarobba.
Se sono alienati beni dell'Ospedale, e con qual licenza si facci dar l'inventario de letti, e di tutte le supelletili dell'Ospedale.
È l'inventario di tutt'i beni da innovarsi ogn'anno.
Se se conduttioni, e affitti de beni dell'Ospedale come si fanno.
Se in tutte le case dell'Ospedale si è messa la lapide.

197 *Procuratore.*

Chi, Nome, cognome, provisione.
Se esso interviene sempre alle Congregationi.
Se vi sono liti, dii relatione di tutte secondo l'ultimo stato.
Chi hà cura di convenire, e di constringere i debitori, al pagamento.
Perche non si agita contro i debitori.

198 *Sagrestano, e Capellani.*

Chi, nome, cognome, provisione.
Dell'obligo, che essi hanno.
Se officiano al Coro nell' ore canoniche e nelle messe cantate.
Quelli, che non servono, o mancano, se sono puntati, e da chi. Si dii il libro delle puntature, e quanto importano per punto, e come si distribuiscano.
Se sono obligati al canto Gregoriano.
Se ogni giorno sono obligati a servire, o alternativamente, e quando.
Quante messe basse il mese sono obligati di celebrare alla Chiesa.
Se il Sacrificio l'applicano in sodisfattione de gl'oblighi della Chiesa, o possano applicarlo per altri.
Se nella sagrestia è libro di messe, dove ogn'uno, che celebra scriva le messe di sua propria mano.
Se sono informati dell'oblighi della Chiesa. E quali.
Se oltre i proprii Capellani si chiamano altri preti forastieri per sodisfare i pesi della Chiesa, e da chi si paga loro la limosina.
Se hanno alcun obligo nell'Ospedale, e quale.
Se tutti i Capellani adempiscono bene le loro parti.
Se tanto in Chiesa quanto in casa vi è alcuno, che dia qualche scandalo.
Se nella Chiesa, o Sagrestia vi è alcun mancamento negli utensili, o in altre cose necessarie al buon servitio di Dio.
Se fra essi vi è alcun, che habbia l'obligo di confessare, e perciò se gli accresce la provisione.
Se questi prestano la dovuta assistenza ne' confessionarii, massime in giorni di festa.
Se vi è chi habbia cura di communicare, e se è diligente quando è chiamato.

Sagrestano. 199

Se si scrivono le messe da chi celebra in dies per sodisfattione degli oblighi, e ne mostri i libri.
Che regola si tiene nella sodisfattione delle messe, e numero di esse,
Se l'elemosina per le messe, che si dà in Chiesa, si scrive a parte, chi la riceve, se si mette in cassetta, chi l'apre, chi ne hà conto, e come si sodisfanno.
A che si applica l'elemosina della cassetta de'cercanti per Chiesa, chi l'apre, se si scrive, e chi ne tien conto.
Se vi è tabella publica, dove si descrivono tutti i pesi, e oblighi della Chiesa.

Computista. 200

Chi, nome, cognome, provisione.
Se tien conto dell'elemosina per messe che si fa in Chiesa, e delle loro sodisfattione.
Se si scrive l'elemosina delle cassette de cercanti per Chiesa, e in che si tpende.
Se si registrano tutti i mandati de'pagamenti, e ne mostri il libro.
Se si tiene memoria de'sindicati, che si fanno da sindici a tutti gli officiali, & altri, che amministrano.
Se si fanno i sindicati almeno al fin d'ogn'anno. I suoi libri come si tengono, vedere le sentenze de sindicati.
Se si tiene il catasto, dove si notano tutti i beni, e le piante de Casali.
Si mostrino, e rivedano i libri de conti.
Se il conto si fa ogni mese, come ordinano gli statuti.
Se vi sono elemosine. Se di esse se ne tien conto, se ne vegga l'esito.

Segretario. 201

Chi, nome, cognome, provisione.
Se esso tiene i libri notati in detto è massime il protocollo d'Instromenti.
Dii il libro negl'oblighi.
Gl'Instromenti spettanti all'Ospedale appresso di chi si conservano, se nell' Archivio, o nell'officio del Notaro.
Se le doti si danno a persone idonee, e si osserva in esse la volontà de testatori.
Si mostrino i libri, che si devono tenere.

Esattore. 202

Chi, nome, cognome, provisione.
Se ha dato sigurtà, da chi è stata approvata, e per quanta somma.
Quanto riscuote ogn'anno, se ne tiene libro.
Mostri il libro delli affittamenti di case.
Se si fà il saldo ogni tre mesi, o più spesso sotto scrito da Sindici.
Se tiene rincontro col monte della Pietà, e se vi deposita subdito tutto il denaro esatto.
Se i conti sono stati tassati con i debiti requisiti, e riportarene le sue ricevute, e le mostri.

Archivista. 203

Chi, suo nome, cognome, e provisione.
Se l'Archivio è sicuro, e chi ne tiene le chiavi.
Se viè inventario di scritture, nota di quelle, che si estraggono, se si ripongono, con qua licenza si estraggono, e come.
Se le scritture sono bene ordinate, e che ordine hanno.
Se si consegnano all'Archivista per inventario.
Se in esso si conserva l'inventario di tutti i beni, e di tutte le cose dell'Ospedale.

Cemeterio. 204

Si vi è Croce, Altare, se vi si celebra, sepolturi, arbori, e piante &c.

Cocina. 205

Si visiti la cocina, che è il cuoco, sua provisione, come è huomo da bene, come è polito.

Cantina. 206

Chi ne hà cura. Come si conserva il vino. Se dà sicurtà, rendimento di conti, e come, misure.

Dispensa

Dispensa.

206 Chi ne hà cura, suoi conti, consegna, sicurtà, Inventario.

Granaro.

207 Come, e da chi custodisce, sua consegna, conto.

Legna.

208 Chi à cura delle legna, consegna di esse, libro si scrivono, conto da darsi di esse almeno ogni semestre.

INSTRVCTIO.

Pro Hospitali S. Spiritus in Saxia Vrbis edita à me, dum illud, tanquam Commissarius, & Procurator fiscalis S. Visitationis Apostolicæ visitarem.

209 Fiat in posterum Communio generalis Infirmorum, & infervientium, ac officialium utriusque sexus singulis annis in diebus festis solemnibus Sanctissimæ Nativitatis D. N. Jesu Christi, Sanctissimæ Resurrectionis, S. Joannis Baptistæ, Assumptionis Virginis, & Omnium Sanctorum, & exponatur in Aulis utriusque Hospitalis à parte altaris tabella, in qua hoc annotetur, ac per tres dies antea singuli infirmi admoneantur, & qui successivè adveneriut.

210 Communiones autem Infirmorum non fiant à Sacerdote celebrante ante completam missam, sed ea demum absoluta, & si quæ particulæ, sive fragmenta remanserint in Pyxide serventur in eadem reposita in Tabernaculo Ecclesiæ usque quò sumantur à Sacerdotibus.

211 Confessarii ordinarii pro Infirmis sint quatuor saltem ex Capellanis ejusdem Hospitalis ab Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardinali Vicario, seu Vicesgerente approbandi.

212 Extraordinarii verò pro devotione, ac consolatione Infirmorum, & præsertim pro Communionibus generalibus, & aliis occurrentibus casibus requirantur ex RR. PP. Pœnitentiariis Basilicæ Lateranensis, & ex aliis Religionibus, quæ promptiores erunt in exhibendo hujusmodi pietatis officio.

213 Doceant omnino Prior, & Capellani Infirmos Hospitalis Doctrinam Christianam singulis diebus Dominicis, prout etiam in visitatione S. M. Urbani VIII. decretum fuit.

214 Moneanturque Religiosi Urbis, & præcipuè illi, qui eleemosinas recipiunt à Palatio Apostolico, aliique viri pii, ut in exhibendis hujusmodi pietatis officiis, tam in audiendis Confessionibus Infirmorum, & illos benè instruendo, & confirmando in his, quæ spectant ad Christianam fidem, quam in illis adjuvandis hora prandii, & cœnæ, & consolandis faciles, ac prompti sint, ut frequenter alternis saltem vicibus interveniant; quia ex visitatione apparet, Ministros Hospitalis congruè non posse complere quæ necessaria sunt.

215 Serventur quatuor saltem Ritualia nova in Armariis utriusque Hospitalis cum stolis, & Cotris, ut sint parata semper pro usu Sacerdotum assistentium, ac aliorum etiam.

216 In singulis sedibus Confessionalibus exponatur Bulla Cœnæ Domini cum Tabella Casuum reservatorum.

217 Medici, tam Physici, quàm Chirurgi bis per singulos dies statutis horis visitent accuratè, & cum debita charitate, cum assistentia Prioris, & Prioriſſæ respectivè Hospitalis, & Pharmacopolæ singulos Infirmos utriusque sexus, & ordinent, & parari faciant medicamenta, & alia necessaria pro illorum curatione, & si quis eorum aliquando defecerit, teneatur Prior; ipso verò deficiente Subprior, vel alius serviens certiores facere DD. Custodes, qui provideant omninò, prout cognoverint expedire.

218 Fiant pileoli ex tela linea, quibus capita singulorum infirmorum operiantur, eaque tempore dimissionis, vel recessus cujusque restituantur Hospitali.

219 Cibi, qui ex Coquina deferuntur ad Infirmos hora prandii, vel Cœnæ sint calefacti, & cum Instrumentis ad eos sic conservandos aptis deferantur, ita ut eisdem Infirmis jam ferè gelidi non apponantur.

Conficiatur liber in loco solito dicti Hospitalis custodiendus, & singulis annis renovandus, in quo diligenter describantur nomina, cognomina, ætas, patria, & professio singulorum infirmorum utriusque sexus ad illud convenientium, curationis gratia cum expressione diei, quo singuli recipiuntur, ac vestium, & aliarum rerum penes eos existentium (quæ accuratè serventur, (ac diei, quo recedunt, vel dimittuntur cum eorum bonis cuilibet integrè tunc restituendis, vel quo decedunt, sacris Ecclesiæ sacramentis refecti (quod exprimi debeat,) & in quo loco sepulti fuerint. 220

Fides autem, attestationes ex hujusmodi libris sumendæ fiant juxta solitum per scribam Hospitalis, & tradantur interesse habentibus toties quoties opus fuerit; Ac bona illorum qui recedant, seu dimittuntur, postquam convaluerint eisdem restituantur gratis omninò, & cum licentiis in scriptis Prioris Hospitalis, quæ serventur penes eundem Vestiarium, ac describantur in eodem libro, idemque servetur, quoties ad Vestiarium remittuntur. Libri verò præfati in fine cujuslibet anni reponantur in Archivio, ibique perpetuò custodiantur. 221

Custodes, & Camerarius pro tempore singulis annis revideant supellectilem, & faciant eam refarciri, ac renovari, atque augeri prout opus esse cognoverint. 222

Pro Cella Promptuaria.

Custodes, & Camerarius cum interventu Computistæ, revideant, & solident cum hoc Officiali rationes totius ejus Administrationis. Deinde fiat illi nova Consignatio cum inventario ab ipso de eisdem subscribendo, quod inseratur in publico Instrumento, cum cautione ab eo præstanda de fideliter exercendo dictum ejus officium, ac rationibus reddendis præfatis Custodibus, & Camerario, ac eorum successoribus pro Hospitali in fine cujuslibet semestris, ac etiam si novus liber, in quo ab ipso fideliter subscribantur, quæcunque in dictam Cellam promptuariam inferuntur, & inde extrahuntur singulis vicibus, quod fieri non possit, nisi cum licentia in scriptis quæ conserventur in redditione rationum exhibenda ut supra dictum est. 223

Pro Cella lignaria.

Deputetur unus ex servientibus Hospitali ad custodiam hujus Officinæ, cui fiat lignorum consignatio, & ab eo conficiatur liber, & rationes reddantur in fine cujuslibet semestris, ut supra dictum est. 224

De Pistrino.

Fiat Instrumentum cum Pistore, in quo inserantur Capitula, & pacta ab eo servanda, juxta quorum tenorem caveat de fideliter exercendo officium suum, ac de reddendis rationibus in fine cujuslibet semestris Custodibus, & Camerario pro tempore existentibus, & Congregationi pro tempore ante præretito revideantur ejus rationes infra trimestre à Custodibus, & Camerario. 225

Præterea ipse quoque librum conficiat, in quo fideliter scribantur data, & recepta, & quæ spectant ad ejus exercitium, ut rationes ipsius legitimè reddit possint. 226

De Horreo.

Custodiantur, & claudantur horrea tribus diversis clavibus, quarum altera penes Præfectum Domus, altera penes Compuristam, & altera penes factorem servetur, & omnes conveniant, & norent in eorum libris singulis vicibus quibus in ea triticum, vel alia blada inducuntur, & quando extrahuntur, cum expressione quantitatis personæ, cui consignatur, & causæ, ita ut certa haberi, ac reddi possit ratio. 227

Pro Cella Vinaria.

Fiat instrumentum cum Cellario (quod in actu conductionis semper renovetur,) in quo consignetur illi vini, & aceti quantitas existens, & se obliget cum idonea fidejussione de reddenda ratione in fine cujuslibet anni, tam de illa, quam de quacunque alia quantitate in eandem Cellam Vinariam inducenda, & teneat librum fideliter, & clarè ab eo descriptum, 228

in quo distinctè legantur partitæ introitus, & exitus manu Præfecti domus, & Prioris Hospitalis singulis diebus, seu saltem hebdomadis saltem subscribendis.

229 *De Archivio.*

Conficiatur exacta diligentia repertorium novum omnium scripturarum in Archivio existentium sub duplicibus titulis, scilicet tam Contractuum, Instrumentorum, & aliarum dispositionum, quàm etiam materiarum, ut facilius reperiri possint.

230 Conficiatur etiam alter liber, in quo diligenter describantur Beneficia unita, subjecta, seu jurispatronatus, vel aliter ad præsentationem, nominationem, vel aliam dispositionem ad Hospitale spectantia, ac etiam Capellaniæ ad nutum amovibiles, unà cum expressione Instrumentorum, & actuum præsentationum, nominationum, Institutionum, possessionum, ac effectuationum ad favorem personarum pro tempore nominatarum, & successivè nominandarum, & specificentur nomina Notariorum rogatorum, locorum, & temporum.

231 Præterea Instrumenta, Testamenta, libri, & cæteræ scripturæ interesse Hospitalis concernentia in dicto Archivio magna cura, & solicitudine reponantur, & conserventur, nec inde sub quovis prætextu amoveantur, & extrahantur, nisi ex causa omninò necessaria, atque ad breve tempus, & de consensu, & cum licentia in scriptis, & non aliter Custodum omnium, & Camerarii pro tempore existentium, qui teneantur etiam omni solicitudine illa facere cum effectu reponere, & restituere, alias remaneant insolidum obligati de proprio ad quodcumque interesse Hospitalis, donec fuerint realiter reposita, ac restituta in pristinum locum. Conficiaturque liber in eodem Archivio perpetuò conservandus, in quo notentur singulæ scripturæ, quæ extrahuntur cum expressione qualitatum, & an sint authenticæ, ac diei, ac personæ quibus consignantur, quæ pariter teneantur dictas partitas, seu notas propria manu subscribere cum obligatione illas reportandi, ac restituendi infrà tempus præscriptum, alias ad interesse &c. in forma Cameræ Apostolicæ, & firma nihilominus manente etiam obligatione dictorum Custodum & Camerarii, ut permissum est.

Instructio pro officina Pharmacopolæ.

232 Exponatur in ea publicè tabella impressa, in qua singula medicamenta, & alia, quibus eadem officina instructa esse debet, descripta sunt, curentque Custodes, ut illa omnia, & singula sint ibidem semper abundanter, & optimæ qualitatis.

233 Duo Medici Physici, atque Chirurgus pro spectantibus ad eorum artem respectivè visitent omnia Pharmaca Pharmacopolæ, ac dictam officinam, ut omnia ad illam pro usu infirmorum semel saltem in singulis mensibus cum assistentia Custodum, & Camerarii, & sollicitè inquirant, atque advertant, num singula in dicta Tabella descripta in ea extent abundanter, ac optimæ sint qualitatis, num Pharmaca, & alia Composita probe ac fideliter facta fuerint. Et fiant juxta eorum ordinationes, ac artis præcepta, & si quæ talia non reperiantur, ea nullo modo patiantur infirmis præberi, sed illas indè amoveri, ac si videbitur, projicere, aliaque congruentia eorum loco parari faciant, statimque opportunè provideant, adhibita, etiamsi opus fuerit, Superioris auctoritate.

234 Et hæc eadem visitatio [servata in omnibus forma præmiss.] singulis annis omnino fiat cum interventu prædictorum, ac Custodum, & Camerarii Hospitalis, unius, seu duorum ex senioribus, & peritioribus Pharmacopolis ab eis singulis vicibus eligendis, quorum relatio super eadem visitatione in scriptis exactè, atque cum Juramento faciendæ est per Notarium Hospitalis roganda in Archivio reponatur, ibique perpetuò conserverur.

235 Pharmacopola verò quoties eligendus, seu conducendus erit, is eligatur ex concurrentibus, qui judicio omnium seu majoris partis medicorum, tum Physicorum, quàm Chirurgi Hospitalis, ac duorum aliorum medicorum, ac duorum Pharmacopolarum ex senioribus, & peritioribus viris singulis vicibus in Congregatione Generali Hospitalis eligendorum, prævio diligenti examine, aptior, ac peritior declaratus fuerit cum Juramento à singulis præstando, ac per Notarium rogando, quique justæ ætatis, ac bonæ vitæ, & famæ existat. Et illi sic electo, & conducto consignentur omnia tam utensilia vulgò stigli nuncupata, quam aromata, & medicamenta in dicta officina existentia, & singulis vicibus in eam inferenda per Inventarium publicum: Et ille cavere teneatur, mediante idoneo fidejussore de reddenda ratione in fine cujuslibet anni, tam de omnibus tunc consignatis, quàm de cæteris singulis diebus, & vicibus ipsi, durante dicto ejus officio consignandis pro usu dictæ Officinæ, ac Infirmorum in particulari libro singulis vicibus ab eo scribendis vel cum ejus subscriptione firmandis præfato Hospitali, & pro eo custodibus, & camerario, & aliis per Congregationem pro tempore deputandis, & de reliquis restituendis. Solliciti autem sint Custodes, & Camerarii ex debito illorum Officii in facienda præfata visitatione, & exigendis rationibus, ac reliquis, ac à dicto Pharmacopola singulis annis, ac in aliis præmissis juxta tenorem hujus instructionis exequendis, nam si in aliquo defecerint, tenebuntur ad omnia damna, & interesse Hospitalis præter alias pœnas arbitrio sanctissimi Domini Nostri infligendas.

Inservientes quoque in dicta Officina eligantur justæ 236
ætatis, ac bonæ vitæ, & famæ in arte aliquandiu versati, & ad illam exercendam apti.

Instructio pro Vestiario.

Custodes, & Camerarius cum interventu Computistæ 237
revideant omnino, & solident rationes cum Vestiario infra octo menses. Deinde fiat ei nova Consignatio omnium suppellectilium per publicum Instrumentum cum insertione Inventarii ab ipsomet subscripto, & cautione de fideliter administrando, ac reddendæ ratione in fine cujuslibet semestris eisdem Custodibus, & Camerario, ac ejus successoribus, & Congregationi.

Et fiat liber, in quo ab ipso fideliter scribantur eadem 238
omnia supellectilia in dicta Officina, & subtus ejus cura existentia. Et nihil inde extrahatur, nisi cum licentiis in scriptis Prioris Hospitalis, quæ serventur apud eundem Vestiarium, ac describantur in eodem libro. Idemque servetur quoties ad Vestiarium remittuntur.

Pro Cæmeterio.

In singulis Cæmeteriis apponantur Cruces. 239

Non fiat Hortus, neque Arbores plantentur, in quibus cadavera defunctorum sepulta sunt, vel ossa eorum translata, ac reposita fuere, & pro tempore reponentur, sed quæ plantatæ sunt, evellantur, ac eradicentur.

In Capella, seu loco antiquæ structuræ propè dictæ 240
cæmeteria, ac in Altari ibidem constructo nullo pacto celebretur, nisi prævia visitatione, atque approbatione in scriptis Eminentiss. D. Cardinalis Vicarii, seu R.P.D. Vicesgerentis, ac servatis omnibus ab eo præscribendis.

Instructio pro Officialibus dicti Hospitalis.

Nullus in posterum Officialis recipiatur ad quodcun- 241
que Officium, ac servitium, seu ministerium dicti Hospitalis, nisi præmissa diligenti inquisitione, ætatis, vitæ morum, atque idoneitatis pro illo servitio, Officio, seu ministerio, ad quod recipiendus est, & fiat electio per vota secreta, ac præferatur semper magis idoneus. Ac ulterius nullus eligatur, nec admittatur ad Officium Præfecti Domus, Exactoris, factoris, Computistæ, nec aliorum, officiorum, ad quorum manus curam, & Custodiam pervenire debeant res, & bona Hospitalis, nisi præstita idonea fidejussione de fideli administratione, ac de rationibus in fine singulorum annorum reddendis, ac de reliquis restituendis, aliàs teneantur illi, qui eos elegerint, acceptarint, vel admiserint, ad interesse Hospitalis insolidum, & omni exceptione, atque excussatione prorsus remotis.

Fiat

242 Fiat Tabella, in qua descripta sint nomina, cognomina, & patriæ singulorum Ministrorum, ac Officialium conductorum dicti Hospitalis, cum expressiones salarii, quod singulis solvitur, & aliarum Commoditatum, quas ab Hospitali recipiunt. Et hæc exponatur in Cubiculo, in quo fiunt Congregationes, ita ut omnibus pateat.

243 Fiat pariter alia Tabella, in qua diligenter, clarè atque distinctè scribantur omnia, & singula onera Missarum, seu Puellarum nuptui tradendarum, vel aliorum quorumcunque operum piorum anteactis seu præsentibus temporibus Hospitali injunctorum, sive in fundatione ex testamentis, vel aliis dispositionibus particularium personarum, tam inter vivos, quàm in ultima voluntate, sive ex Decretis Superiorum, visitationis, aut Congregationis ejusdem Hospitalis, vel aliter quomodocunque, cum expressione dierum, ac Notariorum rogatorum, & temporum, ac formæ, quibus adimpleri debent; & in ea describantur pariter hujusmodi onera in posterum futuris temporibus injungenda. Hæc autem Tabella exponatur publicè in eodem loco, & singulis saltem mensibus, atque in singulis etiam Congregationibus legatur à Custodibus, ut sciatur, an fuerit eisdem injunctis oneribus realiter satisfactum, & si quid præstandum fuerit, sollicitè adimpleri curent; alias ipsi teneantur, tam in foro conscientiæ, quam in foro fori ad rigorosam reddendam rationem cujuscunque omissionis, prætermissionis, & negligentiæ.

244 Præterea Conductiones, seu deputationes quorumcumque Officialium, ad quorum manus res, pecuniæ, ac bona quævis Hospitalis pervenire debent, fiant per publicum Instrumentum à Notario Hospitalis rogandum insertione Capitulorum, seu pactorum, quæ cum eis conveniuntur, ac etiam cum Inventariis rerum illis consignatarum, quæ omnino ab ipsis, & restibus subscribantur. Quæ Instrumenta cum omnibus in eis contentis infrà quindecim dies sequentes ad summum registrari debeant in forma authentica in Catasto particulari in Archivio semper custodienda. Exactor etiam, licet nullam quamvis minimam pecuniarum quantitatem recipere posse intendatur, sed omnes pecunias ad S. Montem Pietatis in creditum Hospitalis cum effectu poni facere debeat, nihilominus per publicum Instrumentum, & cum cautionibus hactenus præstari solitis recipiatur, & non aliter.

245 Postremò Custodes, & Camerarius Hospitalis curent omninò, quod dores ex obligationibus, ac oneribus injunctis eidem Hospitali in testamentis piarum personarum huc usque promissæ Virginibus Monasticam, seu conjugalem vitam profiteri volentibus rediganur, quamcitius fieri poterit ex redditibus bonorum eidem Hospitali cum ejusmodi onere relictorum hactenus cumulatis, vel cumulandis, & deponantur in S. Monte Pietatis ad effectum solvendi præfatis singulis Virginibus advenientibus temporibus, & casibus, ac servatis servandis ex præcepto eorundem Testatorum.

246 In posterum verò, & successivis temporibus nullæ aliæ eligantur, nisi postquam omnes prædictæ hactenus promissæ fuerunt cum effectu, ut præmissum est depositæ, ac respectivè solutæ. Et præterea tot alii reditus fuerint tealiter exacti, ac penes eundem Montem Pietatis depositi in computo particulari separato à cæteris reditibus Hospitalis, quot sufficiant pro solvendis singulis dotibus eligendarum.

247 Electio autem dictarum Puellarum non aliter fieri possit, nisi præter alia à Testatoribus requisita (quæ in omnibus justificari debeant) in ætate legitima jam sint Constitutæ, ut vel habitum regularem suscipere, vel Matrimonium contrahere valeant, aliàs electio sit ipso jure nulla, ac nullius prorsus effectus.

248 Solutiones quoque non aliter fiant, quàm per Montem Pitatis, & in actu singularum solutionum recipiantur quietantiæ publicæ per Notarium Confraternitatis rogandæ atque in libro particulari, in Archivio semper servando, registrentur.

Quod si illi, ad quos spectat electio dictarum Puella- 249
rum, omnia & singula supra disposita non observaverint, teneantur de propriis bonis solvere, & restituere Hospitali quicquid promissum, vel solutum fuerit; & ad id cogantur ab Eminentissimo D. D. Cardinali Vicario Sanctissimi D. Nostri pro tempore quocunque remedio magis executivo, etiam extrajudicialiter, & omni appellatione, & oppositione penitus remotis.

Posthac verò in Congregationibus singulis Saltem 250
mensibus faciendis vocentur Officiales Hospitalis, & specialiter Medici, Pharmacopola, Præfectus Domus, Prior Hospitalis, Computista, factor, exactor, & sollicitator, & unusquisque referat spectantia ad proprium Officium tam super statu Infirmorum, qualitate Infirmitatum, ac medicamentis, & provisionibus necessariis, quam super reditibus, expensis, debitis, creditis, ac toto statu Hospitalis, exactionibus, & litibus, quas sollicitè prosequantur, compleant, ac terminent.

Decreta, quæ in actu visitationis emanarunt seorsim 251
edidi, & tradidi.

CONSULTATIO CXLVII.

An donatio sedilis appositi in Ecclesia ab ejus patrono laico de consensu illius Rectoris, eique donatum per hæc verba: Dono tibi & Ecclesiæ tuæ meum sedile, illudque post meam mortem tuum esto, ob ena animæ promerita, censeatur irrevocabile? Vide de jure acquirendi hujusmodi sedilia in Ecclesia.

REspondeo affirmativè. Cùm enim illud donatum 1
fuerit Ecclesiæ, donatio reddita est irrevocabilis, cum hoc sit speciale in Ecclesia, quod quando aliquid donatur, efficiatur proprium illius patrimonium adeò ut amplius revocari non possit, Ricc. ad Tiraquel. *de privil. pia causæ addit. ad privil.* 49. Suarez *in defens. fidei adversus Angl. l.4.c.3. à n.6.* Delbene *de immunit. Eccles. c.* 17. *dub.1.nu.13. & seqq.* Perier. *dec.117.nu.14.* Themud. *l.dec.* 98. *nu.* 21. aliique communiter.

Ac ita, ut de illo disponi non possit, ne quidem in 2
Codicillis. Nam qui disponere non potest per testamentum, nec per alium actum de rebus jam alteri donatis disponere potest, *l. verba C. de testam. l. si ante* 8. *C. de donat. ante nupt.* Bald. *cons.* 54. *num.* 2. & post alios Giurb. *observ.* 43. *n.* 1. *& seqq.* Fagnan. *in c. prudentes num.* 15. *de donat.* ac Rota *in rec. dec.* 61. *num.* 2. ubi in terminis Codicillorum *p.* 9. *n.* 1. & in Turdentina donationis 17. Junii 1652. coram Cerro, & in Bononien. donationis 21. Maii 1660. coram Celso §. 1. & 10. Mail 1662. coram Borlemontio, §. *quia cum prima donatio.*

Intercluditurque perfugium, quod in donatione fa- 3
cta fuerit mentio de morte. Nam ex illis verbis non arguitur, quod donatio sit causa mortis, quia non sunt appositæ substantiæ donationis, quæ est pura, ibi: *Dono tibi, & Ecclesiæ tuæ meum sedile*; sed executioni, ibi: *Illudque post meam mortem tuum sit.* Quando enim in donatione mentio mortis non respicit illius substantiam, sed executionem, donatio dicitur inter vivos, licet in ea fuerit facta mentio mortis, Mantica *de conject. ult. vol.* 1. *tit.* 13. *n.* 12. Menoch. *l.3. præsumpt.* 35. *n.* 4. Natt. *cons.* 115. *n.* 5. Ruin. *cons.* 51. *n.* 3. Franch. *dec.* 436. *nu.* 6. Lucæ *dec. Grænat.* 40. *n.* 41. Cyriac. *controv.* 314. *n.* 11. Mar. Anton. *var. resol. c.* 24. *n.* 10. *& seq.* qui loquitur in casu ferè simili; Andreol. *controv.* 292. *n.* 1. Strab. *resol. for. c.* 111. *n.* 70. *p.* 2. ubi, quod donatio præsumitur causa mortis, non quando fit mentio mortis, sed quando adest illius periculum, ut in profecturo ad bellum, vel ultra mare, *centur.* 2. Et quod, stante mentione mortis, hæc censenda sit donatio inter vivos irrevocabilis ex regulis, quæ illi militant plenè deducitur à Merlino *dec.* 664. repetita *dec.* 9. *p.* 7. *rec.* & apud Royas *dec.* 304. ubi aliæ.

4 Quæ fortius in hoc casu locum habent, si concurrant conjecturæ, quæ attendi debent ad dignoscendum, an donatio sit inter vivos, ut per Mantic. *loc. cit. n.* 16. Magon. *dec. Floren.* 64. *nu.* 5. *& dec. Lucen.* 87. *n.* 2. Carol. Maranta *resp.* 65. *num.* 47. *p.* 4. Staiban. *de resol.* 111. *num.* 37. qui ait, quod, licet donatio judicetur causa mortis, leves tamen conjecturæ faciunt eam præsumere inter vivos ex Corneo *cons.* 289. *col.* 8. *vol.* 4. & Surdo *cons.* 450. *n.* 28. *& seq.*

5 Prima resultat ex præsumptione juris, juxta quod donatio in dubio præsumitur inter vivos, sive dubietas consistat in facto, sive in jure, Roland. *cons.* 61. *n.* 29. *l.* 4. Mandel. Alban. *cons.* 78. *à n.* 17. Bolognet. *cons.* 7. *n.* 42. Surd. *cons.* 450. *n.* 28. Borgnin. *dec.* 42. *n.* 10. *p.* 1. cum aliis congestis à Hieron. Palm. *cons.* 94. *n.* 34. Quæ præsumptio potiori jure procedit in donatione facta Ecclesiæ, ut per Genuens. *in practicab. Eccles. quæst.* 191. *n.* 3. *&* 4.

6 Secunda elicitur, quia hic donator ad hunc actum devenit, motus ex promeritis Rectoris erga se ipsum, quæ causa est urgentissima, ut donatio dicatur inter vivos, Roland. *d. cons.* 61. *num.* 41. *l.* 2. Magon. *dec. Lucen.* 87. *nu.* 5. Gratian. *discept.* 657. *num.* 6. Caroc. *dec.* 84. *nu.* 18. aliique apud Palm. *d. cons.* 94 *num.* 18. & Marant. *loc. cit. nu.* 40. Quinimò eam efficit omninò irrevocabilem, Oldrad. *cons.* 266. *num.* 7. Surd. *cons.* 419. *n.* 57. Valenzuol. *cons.* 155. *n.* 7. *&* 8. *vol.* 2. Altograd. *cons.* 4. *nu.* 28. *& seq.* & Fagnan. *in c. Consultationibus n.* 63. *de Cler. ægrot.*

7 Donatio quippe ob merita non dicitur propriè donatio, sed quædam naturalis debiti persolutio, aut permutatio nuncupatur, *l. Aquilius*, ubi Glos. *v. ad meum ff. de donat.* Pasqualig. *in obser. ad Franch. de centr. inter Episc. & Regular. p.* 1. *nu.* 42. Ludovic. paitel. *in annot. ad expedit. caus. civil.* Rutiliis patris *annot.* 15. *n.* 33. Merlin. Pignatel. *contr. for. c.* 18. *n.* 19. *cent.* 2. Ciroc. *discept.* 46. *n.* 87. Camerat. *resp. dec.* 46. *art.* 1. *nu.* 30. & fusè Andreol. *controv.* 382. *à nu.* 17. ac Rota *dec.* 358. *n.* 2. *p.* 6. *rec.*

8 Tertia conjectura, vera probatio resultat ex reservatione usus dicti sedilis ad ejus vitam. Ex hac enim probatur, donationem esse inter vivos, Paris. *cons.* 90. *num.* 24. *l.* 3. Alex. *cons.* 14. *num.* 3. *l.* 1. Socin. Jun. *cons.* 102. *num.* 16. *l.* 3. Magon. *d. dec. Lucen.* 87. *n.* 7. Mar. Anton. Sabel. *var. resol. & resp. d. c.* 24. *nu.* 10. Ciroc. *discept.* 51. *num.* 42. ac Rot. coram Durano *dec.* 84. *n.* 14. & apud Posth. *de manut. dec.* 58 *n.* 13.

9 Non refragante mentione mortis. Nam præterquam quod respicit executionem, ut dictum est, facta fuit per modum dilectionis, quæ non impedit, quo minus donatio sit inter vivos, imò ex illa magis probatur, ut per Roman. *cons.* 513. *n.* 1. Alex *cons.* 78. *num.* 3. *vol.* 4. Mantic. *de conject. ult. vol. l.* 10. *d. tit.* 13. *n. item* 13. Gratian. *discept.* 757. *num.* 4. *&* 5. Genuens. *d. quæst.* 591. *n.* 7. ac Rota in Romana donationis 10. Martii 1619. coram Remboldo.

10 Quarta eruitur ex eo, quod donatio facta fuit Rectori, & Ecclesiæ, quæ est Rectoris hæres. Quando enim donatio fit donatario pro se, & hæredibus, dicitur donatio inter vivos, cum donatio causa mortis, præmoriente donatario, non transeat ad ejus hæredes, ut firmant Crau. *cons.* 214. *num.* 18. Rimin. Jun. *cons.* 436. *num.* 3. Aldobr. *cons.* 93. *num.* 8. Surd. *cons.* 450. *num.* 29. Honded. *cons.* 44. *n.* 49. Gratian. *discept.* 96. *num.* 4. Cyriac, *contr.* 314. *n.* 12. Ciroc. *cit. discept.* 51. *num.* 43. Magon. *dec. Florent.* 64. *num.* 6. *ac* 7. Rota coram Durano *dec.* 84. *n.* 14. & coram Merlino *d. dec.* 664. *n.* 5. *&* 8. *& in recent. dec.* 9. *nu.* 7. *& p.* 7.

11 Non obstante solemnitatum defectu, quæ in donatione facta Ecclesiæ non requiruntur, solum enim sufficit voluntas donantis, ut per Pic. *ad statut. urb. glos.* 7. *n.* 262. Sperel. *dec.* 100. *num.* 14. *p.* 1. Rota coram Comitulo *dec.* 99. ubi Add. & coram Royas *dec.* 103. *n.* 1.

12 Cessatque omnis difficultas, quia nullum jus acquiritur à laicis tenendo hujusmodi sedilia in Ecclesia; Undè possunt ad ejusdem Ecclesiæ Rectoris libitum amoveri. Certum enim in jure est, quod nulla servitus perpetua, & irrevocabilis potest imponi Ecclesiæ absque Summi Pontificis consensu; atque adeò nec minus hæc tenendi in ea sedile imponi potest ita, ut sit perpetua, sed ex permissione Rectoris Ecclesiæ acquiritur tantum usus facti, qui de sui natura est revocabilis, ac proinde ad Rectoris libitum potest revocari, ut in terminis hujusmodi sedilium tradunt Ugolin. *de potest. Episcop. c.* 17. *nu.* 7. Fusc. *de visit. l.* 1. *c.* 26. Moron. *tom.* 1. *respons.* 51. *num.* 33. ac plenè Odofred. *in responso de hac re edito*, quod refert, ac sequitur Diana *p.* 10. *tract.* 10. *resol.* 64. & Passarin. *de hom. stat. tom.* 2. *quæst.* 187. *nu.* 379. ac declaravit Sac. Congregatio super Episcop. in Januensi 28. Junii 1583. in hæc verba: *Non si dee permettere quella proprietà de' luoghi, che alcuni si persuadono di havere nelle Chiese, quasi che fossero loco ereditarii, come sono le case, e le possessioni, che si comprano.*

13 Unde cùm Episcopus Anagninus supplex narraret Sac. Congregationi Concilii, antecessorum suorum tolerantia inductum in ea diœcesi esse, ut quamplures familiæ certum proprium scamnum in Ecclesia habeant in quo singuli de cognatione Sacras conciones audituri, sedandi jus obtinent, non rarò autem accidit, ut aliquis ex cognatis partem scamni, sive jus in eo sibi comperens extraneo disparis etiam conditionis, imò cæteris cognatis minus benevolo vendat, doner, aut quoquomodo in alium transferat. Inde frequentes querimoniæ, dicteria, & jurgia inter considentes in eodem scamno excitantur, & inter gentiles, & cognatos ipsos domesticæ, ac proinde minus placabiles rixæ, atque odia suboriuntur. Quibus, ut pastorali providentia D. Episcopus consulat, petit, ut per hanc S. Congregationem declaretur, non potuisse, neque in posterum posse prædicta scamna, aut eorum partem, sive eorundem usum, locum, aut situm cedi, donari, aut quoquomodo concedi, nisi Episcopi consensus accedat.

Sacra Congregatio die 5. Septembris 1665. censuit, *nulle modo potuisse.*

14 Etenim certum est, quod laicis licitum est ad suum libitum hujusmodi sedilia tollere, aliove transferre. Patiter ergo licitum esse debet Prælato Ecclesiæ illa tollere, ut servetur æqualitas, quemadmodum advertit Passarin. *loc. cit.* & firmat Rota de confraternitatibus laicorum, admissis in Ecclesiis, quod sicut ipsæ possunt discedere, ita possunt ab ejus Prælato, sive Rectore expelli, coram Coccino *dec.* 470. signatè *n.* 7. *&* 8. ac Ricciul. *lucubr. Eccles. l.* 4. *c.* 3. *n.* 3.

15 Non obstant Doctores, quos inibi recenset Diana. Nam multi loquuntur, quando est contentio inter ipsos laicos super manutentione in usu illius loci, quo casu quæstio rectè procedit, quia unus ab alio non debet perturbari è suo loco retento de consensu, ac licentia Rectoris Ecclesiæ, neque ista contentio præjudicat Ecclesiæ.

16 Alii fulciuntur similitudine acquisitionis juris patronatus, & sepulchrorum, inter quæ, & sedilia magnum est discrimen. Nam jura sepulchorum acquiruntur eleemosyna, ratione situs commodioris, aut dignioris pro tota familia. Quod est juxta *c. ad Apostolicam de Simon.* unde sepulchrum sic acquisitum, non revocatur; nam acquiritur vigore contractus, qui est irrevocabilis. Et tum quia sic efficitur hospitium defuncti, quod debet esse perpetuum. Eademque ratio militat in jurepatronatus, quod regulariter acquiritur ex dotatione, vel fundatione Et ita cum sit gratia obtenta ex causa onerosa, sortitur naturam contractus, qui postea revocari non potest. At concessio usus sedilium semper est gratuita, ficque ex mera gratia concedentis. Ideoque non mirum si revocari queat.

17 Plerique loquuntur de concessionibus antiquis, quæ plurimi æstimandæ sunt. Quia Sacri Canones abhorrent ea, quæ diutissimè servata sunt, immutari. Et quia etiam in actibus facultativis, in quibus longissimi, & antiquissimi temporis observatio viget, videtur quodam jus acquiri, ac induci præsumptio potius causæ necessariæ, ac legitimæ, quàm facultatis, ut aliis adductis, firmat Rota in Majoricen. celebrationis Missarum 28. Junii 1632. §. *penult.* & 24. Januarii 1653. §. 1. coram Bichio. Sic autem in casum Giovagnoni concurrebat antiquitas, & actio de continuatione honorifica in eadem familia. Et tamen hoc est divios excessus litium quærere, crebraque provocationum diverticula per quæstum consectari; Consultorum, & Causidicorum more, qui non tam agere causas, quàm satagere videntur, ideòque suspecti. Unde Franch. *dec.* 260. *n.* 6. probè advertit, quod ubi allegantur consilia, opus est ostendere decisiones super eis emanatas.

18 Prorrium enim est, quod ea, quæ dependent à libero arbitrio, & à mera voluntate non possint præscribi, etiam per longissimum tempus, ut notant Glos. *in l.* 1. *v. communi dividendo C. de annal. except.* ibique Bartol. traditque Bald. *in l. cum notissimo C. de præscript.* 30. *an.* aliique passim. Et ideò nec acquiri aliquod jus ad ipsa exigendum, quamvis tempore valde diuturno continuentur. Quæ namque sunt meræ voluntatis explicant solùm, quid sit in potestate operantis, qui ea ad libitum exercens ponit tantum in esse, quod placet, ita tamen, quod posset non ponere, & ideò actus hujusmodi non habent vim patiendi jus aliquod in favorem alterius, nec inducunt veram consuetudinem, quia hæc, ut obliget, debet esse legitimè præscripta, *cap. fin. de consuet.*

19 Et quamvis, ut alibi dixi, nonnulli hoc livitent, ut non habeat locum, quando aliquod factum est tanti temporis, cujus initii non extet memoria; ut per Balb. *de præscript. 4. p. 5. princip. quæst.* 1. *num.* 5. Debet tamen hæc limitatio accipi, quando potest præsumi titulus, in quo fundari possit præscriptio, secus autem, quando ex natura sua actus est talis, ut declaret processisse ex mera facultate, & quando id, quod introducitur, non est præscriptibile. Quod autem est meræ facultatis non est præscriptibile. Item actus debet esse rationabilis, ut ex eo inducatur consuetudo, per textum *in d. cap. fin. de consuet.* Quæ omnia in hoc casu desiderantur, ut constat ex dictis.

20 Idque faciliùs procedit, si concessio facta fuerit à Rectore ad vitam acceptantis. Quo casu dicitur personalis, & ejus morte finitur, nec transit ad hæredes, etiam suos, ut de concessione facta ad vitam, firmat Gratian. *discept.* 695. *n.* 6. & de personali Noal. *cas.* 23. *n.* 5. passimque alii. Vel si hujusmodi sedilia sint apposita propè altare majus, ubi collocari prohibetur ex decreto S. Congregationis super Episcop. in Eginatensi 10. Junii 1602. quod referunt Selel. *in select. canon. cap.* 43. *nu.* 28 & Barbos. *in sum. dec. Apostol. collect.* 666. *num.* 15. Etiamsi alia ibi sedilia fuerint apposita. Nam fuit abusus, qui nunquam præscribitur, sed semper corrigi, ac reduci ad licitum usum potest, deberque, ut per Rotam *dec.* 400. *n.* 25. 29. *ac seq. p.* 9. *tom.* 2. *recen.*

CONSULTATIO CXLVIII.

An Episcopus, habens facultatem à Summo Pontifice sedandi controversias inter Regulares, & laicos operarios, sive fabricerios eorum Monasteriorum, possit dicta Monasteria visitare? Et quatenus possit ea visitare?

1 NOn potest. Certum namque est de jure, Religiones, præsertim Mendicantium, esse exemptas à visitatione Episcoporum, solumque ubi viget regularis observantia potest Ordinarius monere superiores regulares paternâ admonitione, ut visitent, & observari faciant regularia instituta. Quod, si admoniti intra sex menses eos non visitaverint, vel correxerint, tunc iidem Episcopi, etiam, ut Delegati Sedis Apostolicæ eos visitare possint, & corrigere, prout ipsi Superiores possent, juxta eorum institura, quibuscumque appellationibus, privilegiis, & exemptionibus penitus remotis, & non obstantibus. Ita S. Concilium Trid. *sess.* 21. *cap.* 8. *de refor.* Aliter enim non potest Episcopus se ingerere in visitatione, ut in hac specie tradunt Confect. *in compend. privil. Mendic. tit.* 5. *cap.* 4. Barbos. *de offic. & potest Episc. p.* 3. *alleg.* 74. *n.* 16. Bordon. *var. resol. p.* 13 *cap.* 7. *n.* 4. Quaranta *in sum. Bullar. v. privilegia Regularium*, Lezana *in sum. quæst. regul. tom.* 1. *cap.* 11. *nu.* 7. Tambur. *de jur. Abbat. tom.* 1. *disp.* 15. *quæst.* 7. *nu.* 50. Extantque exemptionis privilegia Apostolica, de quibus Rodriguez *in suo Bullario fol.* 43. 51. 55. *&* 527. *& in quæst. reg.* 64. *art.* 3. *tom.* 2. ac Sorbus *in compend. privileg. Regular. v. Excepto nu. & seqq.* Prout etiam eadem exemptione gaudent eorum personæ, tanquam regulares, ut per eundem Quarantam *l. citato*, & declaravit, sæpiùs Sac. Congregatio Concilii Tridentini ut in subiectis declarationibus.

2 *S. Congregatio Concilii censuit, Episcopos, aut alios locorum ordinarios vigore cujusque decreti ejusdem Concilii nulla habere facultatem quovis tempore in Monasteriis, domibus, & Ecclesiis Regularium exemptorum, quibus non imminet cura animarum, personarumve secularium visitandi sacristias, paramenta, vasa sacra, altaria, & cætera hujusmodi, aut etiam tabernaculum, & pyxidem, in qua Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum asservatur.* Ita decretum sub Clemente VIII. & cùm dubitaretur.

3 An liceat Episcopis ex Constitutione Gregorii XV. de exemptorum privilegiis visitare altaria Ecclesiarum Regularium, quibus cura animarum secularium non incumbit, aut loca, ubi in eisdem Ecclesiis asservatur Sanctissimum Sacramentum, vel ubi audiuntur Confessiones personarum secularium? Respondit, *non licere.*

4 Idem declaravit S. Congregatio super Episcopis, & Regular. in controversia exorta inter Episcopum Albenganensem ex una, & Fratres Reformatos Ordinis S. Francisci, ac Moniales S. Claræ ejusdem Ordinis, quæ Superioritati, obedientiæ, visitationi, & correctioni eorundem fratrum à primæva Monasteriorum erectione subjectæ fuerunt, partibus ex altera.

5 *Sacra Congregatio Cardinalium, negotiis Regularium præposita, Eminentissimo Brancacio referente, censuit, non licere Episcopis visitare Ecclesiam exteriorem præfati Monasterii Monialium S. Claræ die* 24. *Aprilis* 1637.

6 Quod sanè ostendit perspicuè idem S. Concilium, quod sub certa forma concedit hanc facultatem verbis hisce: *Quod si admoniti, intra sex menses non visitaverint tunc eidem Episcopi, &c.* Etenim dictio, *tunc*, restringit dispositionem ad casum expressum, & continet negationem alterius temporis & casus, ut per Riminald. Jun. *cons.* 412. *nu.* 51. *ac seqq.* Surd. *cons.* 448. *nu.* 3. Et dictio illa, *si* importat conditionem *l. hujusmodi* 64. *ff. de verb. oblig.* Bald. *cons.* 150. *num.* 7. *lib.* 5. passimque alii. Conditione igitur non existente, videtur denegata hæc facultas, *l. si legatum* 1. *l. legata ff. de admin. legat.* cum vulgo aliis, ac Put. *dec.* 168. *num.* 1. *lib.* 3. & Mantic. *dec.* 27. *num.* 3.

7 Idemque manifestè probatur ex dicta declaratione S. Congregationis Concilii super declaratione Constitutionis Gregorii XV. Declaravit enim *non licere.* Et tamen hoc dici non poterat, si de jure liceret visitare hujusmodi Monasteria. Et convincitur etiam ex jure communi. Nam Monasteria exemptorum habentium proprios Superiores non possunt visitari ab Episcopis ut *in Clem. attendentes*, ubi Glos. *v. alii de stat. Monach.* ac Panorm. *num.* 4. & Imol. *nu. etiam* 4. qui loquitur de Monasteriis non visitandis ab Ordinario, sed à solis suis Prælatis.

8 Atque ita, ut non obstent, si aliquando Episcopus visitaverit. Id enim, tanquam attentatum, non debet attendi, vel in consideratione haberi, stante decreto irritante, apposito in allegatis privilegiis, cujus virtute actus in contrarium gesti inficiuntur, ac irritantur, nec attendi debent ad aliquem effectum, ut in simili Constitutione B. Pii V. de Vicariis, quæ exhibet certam formam eis providendi, non facta mentione concursus. Quod, si ordinarius pluries in eis fecerit concursum, non possit audiri, si velit continuare propter decretum irritans; in Constitutione appositum, sæpè dixit Rota, nominatim

coram Buratto *dec.* 214. *num.* 8. coram Cavalerio *dec.* 595. *num.* 4. *& dec.* 599. *ante finem. & in recent. decis.* 352. *num.* 9. *par.* 4. *& decis.* 16. *par.* 6. & in Barchinonen. si Vicariæ 12. Decembris 1639. coram Coccino. 4.

9 Præterea non poterant Regulares suis privilegiis præjudicare, patiendo actus contrarios visitationis, ut in hac specie rescripsit S. Congregatio Concilii Archiepiscopo Januensi 26. Januarii 1619. non obstante quasi possessione visitandi, ut testatur Peyrin. *tom.* 1. *privil. Minimorum in annot. ad Constit.* 2. *Sixti IV.* §. 10. *nu.* 18. & Tambur. *de jur. Abbat. tom.* 1. *disp.* 15. *quæst.* 7. *num.* 50. Privilegio enim exemptionis præjudicare non possunt Regulares per textum *in cap. cum tempore de arbitr.* & tradunt Rodrig. *tom.* 2. *quæst.* 63. *art.* 10. ac Rota *dec.* 72. *num.* 9. *p.* 1. *recent. ac dec.* 63. *n.* 10. *p.* 5.

10 Quare, uti de facto, & turbativæ, & quæ dederunt causam liti, nullius sunt momenti, Rota coram Gregorio *dec.* 4. *num.* 1. ibique Add. *lit. A. & dec.* 569. *num.* 4. & Post. *de manut. obser.* 17. *num.* 44. *& seqq.* Nec refert, si visitationibus aliqui Regulares fuerint præsentes. Quia ipsi non possunt Monasterio, totique Religioni præjudicium inferre, *cap. cum accessissent*, ubi Dec. *col.* 1. *& col. fin. num.* 18. *de constit.* Valenz. *conf.* 43. *nu.* 84. *cum seqq. lib.* 2. Rota *dec.* 410. *num.* 11. *p.* 5. *recent.* & in Hispalen. 4. funeralium 4. Julii 1590. coram Pamphilio per hæc. verba.

11 Neque obstare, quod testes examinati pro parte beneficiatorum viderentur dicere, hujusmodi quartam aliquando fuisse solutam. Quia sunt nulliter examinati, ut in facto deducitur, & non probarent, cùm sint Curati, beneficiati, Capellani, & Sacristæ Parochialium, quorum omnium interest, quod hujusmodi quarta funeralis, de qua ipsi participant, per Fratres, & Monasterium solvatur. Ultra quod istæ assertæ solutiones, cum sint factæ vel ab executoribus ultimarum voluntatum, vel à Monachis particularibus, qui non potuerunt renunciare privilegio toti Ordini concesso, non præjudicant Monasterio ad notata *in cap. cùm accessissent*, ubi Dec. *num.* 18. *de constit.*

12 Eadem habentur in Lycien si quartæ 22. Junii 1643. coram Royas, nempè contra Archipresbyterum, & presbyteros Terræ Lipisaris; fuit hodie resolutum, non constare de bono jure Ecclesiæ Parochialis dictæ Terræ pro consequenda quarta funeralium ab Ecclesia Fratrum Reformatorum S. Francisci. In omnem casum dicti Fratres non potuerunt præjudicare successoribus, aut Monasterio, nec renunciare privilegiis toti Ordini concessis, *cap. cum accessissent*, ubi Decius, &c. Id ipsum firmavit in Treveren. bonorum 5. Martii 1628. coram Durano, & in Corduben. decimarum de Lucena 29. Maij 1638. coram Carillo, ac sæpè alibi, de quo nos multis in locis. Nec tali exemptioni tacitè, vel expressè renunciare valent, ut in similibus terminis Castr. *conf.* 431. *num.* 3. *lib.* 1. Et Superior Ordinis, sive Religionis potest semper, & quandocunque talem consensum revocare, ac privilegium vindicare eodem modo, quo potest pater respectu filii, & dominus respectu servi, ut per Castr. *loc. cit. num.* 5.

13 Non obstat illa facultas, à Pontifice concessa. Nam retorquetur, dum præbet facultatem Episcopo solum circa certum actum, non autem circa Ecclesiam, & Monasterium, ideòque non potest ex hoc prætendi jus visirandi Ecclesiam, quia per dictam facultatem non derogatur privilegio exemptionis, nisi in eo, quod exprimitur in contrarium in d. facultate, Oldrad. *conf.* 190. *nu.* 2. qui loquitur ad favorem Mendicantium, Bartol. *in l. sciendum n.* 1. *&* 2. *ff. qui satis dare cog.* Alex. *conf.* 8. *num.* 4. *lib.* 1. Roman. *conf.* 40. *num.* 5. & Cravet. *conf.* 70. *num.* 17.

14 Concessa enim jurisdictione in certo casu, censetur in reliquis prohibita, *l. cum. Prætor ff. de judic.* Remin. Jun. *con.* 516. *num.* 20. Et delegatio est stricti juris, ac strictissimè intelligenda, Rota *dec.* 18. *num.* 1. *de dol. & contum. in nov.* Veral. *decis.* 154. *num.* 2. *lib.* 1. *& dec.* 85. *num.* 4. *p.* 6. *rec.* & in simili de visitatore Apostolico, quod non possit excedere limites suarum facultatum, dixit Rota in Legionen. jurisdictionis coram Lancellotto apud Marchesi. *p.* 1. *fol.* 1218. *num.* 1.

Minusque dici potest, quod casus iste sit mixtus, cùm operarij, & fabricerii sint laici, qui subsunt ordinario. Quoniam non est quæstio de fabriceriis, neque de fabrica, sed de visitatione Monasterii, & Ecclesiæ, in quibus laici non habent locum, sed Regulares. Cùm enim sint separatæ personæ ac diversæ professionis, non potest induci aliqua mixtura, quæ præjudicet exemptioni Regularium. Hinc in fortioribus terminis extat doctrina Zabarellæ *in d. Clem. Attendentes num.* 5. *de stat. Monach.* in qua conceditur Episcopo facultas visitandi Monasteria Monialium exemptarum, non habentia Superiorem, præter Papam, & inquiunt ibi Doctores. non habere locum in Monasteriis virorum. Quærit tamen Cardinalis, quid si sit Monasterium virorum, & mulierum simul, uti sunt aliqua in Belgio, & ait, quod adhuc Ordinarius non poterit, nisi Moniales. Quia stante diversitate sexus, censentur duo Monasteria, non unum. Ergo à fortiori decidit hunc casum, in quo laici sunt omnino separati, non solum quoad habitum, professionem, & habitationem, sed etiam quoad omnia respectu Monasterii, in quo se non immiscent.

16 At demus, quod laici in ipso Monasterio, & Ecclesia aliquid facerent, non idcirco illi subiicerentur jurisdictioni Ordinarii, cùm locus præcipuè sit exemptus, & ideò nunquam ejusmodi Monasteria ab ijs visitantur, quanquam ubique habeant Syndicum electum, & aliquando etiam oblatos. Quia Monasteria sunt exempta, non modò formaliter, sed etiam materialiter, ideòque in ipsis non possunt Ordinarii exercere jurisdictionem, etiam quoad laicos, vel Clericos sæculares, imbi existentes, ut docent Bonac. *de censur. in com. disp.* 1. *quæst.* 1. *pun.* 11. *num.* 8. Squillant. *de privil. Cleric. cap.* 2. *nu.* 67. *& seq.* ac Bordon. *resol. regul. cap.* 7. *n.* 4. qui loquitur speciatim de visitatione.

17 Unde non propterea, quod conceditur facultas scandi controversias inter fabricerios, & Regulares, conceditur jus visitandi. Id enim nullo jure cavetur, cùm possint hujusmodi controversiæ definiri absque visitatione Monasterii, & Ecclesiæ Regularium, & proinde non intrat extensio à consequenti ad antecedens, nisi adsit præcisa necessitas, ut per Felin. *in cap. præterea num.* 4. *de offic. deleg.* Everard. *in loco* 128. à concessione antecedentis *num.* 3. *limit.* 5. Et S. Concilium Tridentinum dat facultatem componendi controversias super præcedentijs inter Regulares, & tamen nemo unquam dixerit dare per hoc facultatem visitandi Monasteria.

18 Præsertim autem, si Ecclesia fuerit jam constructa vigore dictæ facultatis tempore Episcopi antecessoris, & sic dicta facultas fuit adimpleta, & consummata in illo actu. Unde non potest modernus Episcopus illum reiterare per *l. Boves* §. *hoc sermone ff. de verb. signif.* quæ in quacunque dispositione procedit, Alex. *conf.* 16. *lib.* 4. Jas. *in l. duobus* §. *si eo qui n.* 1. *& seqq. ff. de jure jur.* Curt. Sen. *conf.* 478. *n.* 23. *to.* 2. & Cyriac. *contr.* 340. *n.* 22. *lib.* 2. Eoque magis, quia versamur in materia odiosa, quo casu concessio unica vice consumitur, Ludou. Alfer. *alleg.* 11. *n.* 2. Alex. *d. conf.* 16. *n.* 2. *ac* 3. & Socin. jun. *conf.* 25. *n.* 9. *lib.* 2. Non obstante, quod in literis dictæ facultatis adsit clausula, *non obstantibus indultis, & privilegiis*, per quam videtur exemptioni præjudicatum. Nam, præter id, quod derogatio est stricti juris, non præsumitur, Rota *dec.* 23. *n.* 19. *p.* 1. *rec.* & in Sarsenaten. feudi 20. Decembris 1638. §. *nec prætendi potest* coram Coccino, multò minus revocatio privilegiorum toti Ordini concessorum, Crot. *conf.* 371. *n.* 12. *& 18. ac seq. lib.* 3. ac Rota *dec.* 139. *n.* 5. *p.* 2. *divers.* & in Rossanen. exemptionis 22 Junii 1640. coram Carillo. Cùm nimis odiosum sit auferre exemptiones, & privilegia, quæ post concessionem non dicuntur contra jus, sed de jure, *l.* 1. *ff. de constit. Princip.*

Cæsar.

Cæsar. de Graff. *dec.* 1. *n.* 6. *& 7. de verb. signif.* Gonzal. *ad reg.* 8. *glos.* 36. *& in d.* Rossanen. coram Carillo. Quæ propterea fuerunt concessa, ne Regulares prætextu visitationis ab Ordinariis continuò molestentur, ut per Castr. *cons.* 431. *n.* 3. *lib.* 1.

19 Unde per eam clausulam, & per alia quæcunque verba, apposita in dictis literis, facultas Episcopi non extenditur ad actus visitandi, & exercendi jurisdictionem, sed restringitur ad illum actum tantum constructionis fabricæ, Oldrad. *conf.* 8. *n.* 1. *ac seqq.* Ruin. *conf.* 2. *n.* 9. *tom.* 4. Dec. *conf.* 502. *num.* 8. *ac* 9. *tom.* 2. Parisi. *conf.* 49. *n.* 44. *vol.* 3. Vivius *dec.* 522. *num.* 10. *lib.* 8. Gregor. XV. *decis.* 169. *num.* 7. & quod dicta clausula, *non obstante*, non amplier gratiam, Calder. *conf.* 1. *de rescript.* aliàs. 24. *& conf.* 1. *de privileg.* aliàs 514. in fine; & Marth. *de clausul.* 79. *num.* 7. *p.* 1.

CONSVLTATIO CXLIX.

1. *An Episcopus in visitatione possit præcipere Abbatissæ Monialium, ut in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub pœna privationis Officii, aliisque arbitrio infligendis, curet intra certum tempus, ut recens murus altius tollatur instar muri jam constructi, ne intus clausuram ullatenus haberi possit aspectus, ullumque vicinorum colloquium?*
2. *An ab hujusmodi decretis appellari possit prætextu concordiæ non observata, vel læsionis in emptione situs muri construcli, & construendi? Ubi quomodo probanda sit læsio, & ad rem alia.*

1 Respondeo affirmativè. Nam agitur de decreto, quod respicit Monialium clausuram, cui imminet periculum sacrilegii ex S. Concilio Trid. *cap.* 5. *sess.* 25. *de regul.* atque ex Bonifacio VIII. *in cap. periculoso de stat. Regular. in* 6. innovato à d. Tridentino, ubi Gemin. *num.* 1. Franch. *num.* 3. ajunt, quod hujusmodi decreta debent statim executioni demandari sub pœna excommunicationis, & quatenus opus sit, etiam invocando brachium sæculare. Et utraque dispositio fuit cum amplissimis clausulis à B. Pio V. *Constit.* 8. confirmata. Idque præsertim in illis Civitatibus, in quibus à S. Congregatione super Episcopis, & Regularibus hac in re peculiaria decreta sunt edita, ut in Civitate Neapolitana, & Salernitana apud Quarantam *in sum. Bullar. tit. de Monaster. monial.* ubi solum eis permittuntur fenestræ ad lumen excipiendum necessariæ, quæ tamen tales esse debent, ut nullo modo prospici, aut prospicere queant. Unde Episcopus, etiam extra visitationem, providere potest, ac debet, ut Monialium clausuram, ubi violata fuerit, diligenter restitui, & ubi inviolata est conservari maximè procuret. De qua alibi nos fusiùs.

2 Ac præcipuè, si etiam accesserit concordia inter Moniales, & alios Regulares vicinos, à Sede Apostolica confirmata, ut hujusmodi murus sit altus, instar jam constructi. Quo casu possunt cogi ad illius observationem, ut per Gregor. *dec.* 557. ibique Add. *num.* 9. & Rot. in Tarracinen. Sacristiæ 9. Junii 1600. coram Justo, per *cap. fin. de pact. in* 6. Anchar. 136. *num.* 2. & Natta *cons.* 441. *num.* 9. *& seq.* Non obstante asserta concordiæ læsione, quæ etiam si probaretur incontinenti, ac per evidentiam rei, non potest impedire, ne decretum hujusmodi executioni statim demandetur ob periculosum Monialium statum, cum certum sit, quod ejusmodi transactiones, & concordiæ non possunt rescindi, nisi per tres conformes, ut per Cavaler. *dec.* 550. *num.* 4.

3 Qua in re notandum, quod ad effectum rescissionis concordiæ, læsio debet esse non solum magna, sed etiam ultra dimidiam enormissimè. Magna enim sola non sufficit, Bald. *cons.* 281. *in fine lib.* 1. Dec. *cons.* 474. *n.* 10. ubi de communi, Alex. *cons.* 42. *nu.* 11. *lib.* 1. Cavaler. *dec.* 643. *num.* 1. *&* 2. Et sola extinctio litis facit cessare præsumptionem læsionis, Cavaler. *loc. cit. num.* 3. Gregor. *dec.* 158. *num.* 3. Rota *dec.* 374. *num.* 1. coram Coccino.

Unde concordia regulariter non rescinditur prætextu cujusvis læsionis, sed major requiritur, quàm in aliis materijs, Rota *dec.* 102. *num.* 2. *p.* 1. *diu. & dec.* 461 *num.* 7. *p.* 1. *recen.* Mantic. *de tacit. lib.* 26. *tit.* 9. *num.* 30. & Cavaler. *dec.* 407. *num.* 1. Imò debet attendi dubius litis eventus, Mantic. *ibidem*, Seraph. *dec.* 638. *num.* 4. ac Rota in Placentina bonorum 24. Aprilis 1617. coram Verospio, ubi dicitur, quod propterea est valdè difficilis probationis læsio, ex qua prætenditur rescissio, ita quidem, ut utilitas eo ipso dicatur probata, quod receditur à lite, Cavaler. *d. dec.* 407. *num.* 5. etsi ea non esset certa, sed timor solus adfuisset, Mohed. *dec.* 1. *de transact.* Cavaler. *ibid. num.* 7. post Alex. *cons.* 122. *num.* 12. *lib.* 2. Gall. *cons.* 115. *n.* 30. *ac* 31. Menoch. *cons.* 1174. *num.* 21. Ac ita, ut sufficiat aliqualis timor etiamsi non sit probabilis, nec periculum evidens, Menoch. *loc. alleg. n.* 19. & æstimatio in tali casu à solis peritis fieri potest, Menoch. *ibid. num.* 23. ac Rota *dec* 705. *num.* 3. *p.* 2. *recent.* Ex mutatione tamen loci, & status antiqui redditur probatio læsionis impossibilis, vel saltem difficillima, ideòque præsumitur pro illius validitate, Bero. *cons.* 176. *num.* 16. *ac* 77. *lib.* 1. & Cavaler. *ubi supra num.* 4. Sufficitque, quod intervenerit confirmatio Apostolica, ut præsumatur utilis, Bald. *in cap.* 1. *nu.* 7. *de his, qui feud dar. pos.* Abb. *cons.* 41. *num.* 2. *lib.* 1. Parisi. *cons.* 24. *num* 5. *lib.* 4. Seraph. *dec.* 338. *num.* 1. *& decis.* 401. *num.* 2. *ac dec.* 1125. *num.* 2. Rota *dec.* 479. *num.* 1. *p.* 1. *divers.* Quia censetur causæ cognitionem fuisse adhibitam & constitisse de evidenti Ecclesiæ utilitate, Seraph. *dec.* 1170. *num.* 3. & in Ravennaten. Pineti 25. Martij 1607. coram Pamphilio.

5 Cùm igitur agatur de clausura Monialium, ac de executione decreti emanati in actu visitationis, quod juxta dispositionem Sacrorum Canonum *in cap. ad nostram, & in cap. reprehensibilis de appel.* & S. Concilij Trid. *sess.* 24. *cap.* 10. *& sess.* 7. *cap.* 8. *& cap.* 1. *sess.* 13. *de reform.* nullam admittit appellationem suspensivam, ut inquit Rota in Ragusina attentatorum 15. Junij 1610. coram Remboldo, Oldrad. *cons.* 89. Lancel. *de attent. cap.* 12. *limit.* 18. *num.* 6. Marchel. *de commis. p.* 1. *fol.* 262. *num.* 126. ac nos alibi, utique celeri executioni demandandum omnino est, quibuscunque non obstantibus.

CONSULTATIO CL.

Virum in Ecclesiis Collegiatis simulque Curatis curæ animarum incumbat Canonicis, & Capitulo, an prima, alijve Dignitati? Et cui debeantur emolumenta funeralia? Cuive incumbat regimen, & administratio Ecclesiæ?

1 Et incumberere Canonicis, & Capitulo in hac re; minimè dubia, statuo, atque judico. Assistit enim Capitulo jus commune. Eo namque ipso, quod Ecclesia Curata est Collegialis, quod probari etiam potest ex enunciativis, præsertim antiquis, Summorum Pontificum in eorum literis juxta theoricam Baldi *in l.* 1. *C. de fals. caus. adiect. legat.* Socini *cons.* 228. *post num.* 5. *lib.* 2. Alexandri *cons.* 15. *num.* 2. *lib.* 5. Gabrielis *concl.* 2. *n.* 59. *de probat.* Rotæ *dec.* 312. *n.* 18. *p.* 1. *& dec.* 223. *n.* 1. *p.* 2. *rec. ac dec.* 222. *n.* 1. *p.* 3. *recent.* ejusmodi cura pertinet de jure ad Capitulum, Ostiens. *in cap. postulisti de prab.* Gabriel. *cons.* 190. *n.* 7. *lib.* 2. Mandos. *cons.* 20. *n.* 9. Roman. *cons.* 325. *n.* 3. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 6. *num.* 71. ac, Rota *dec.* 316. *n.* 1. *p.* 4. *tom.* 2. *recent.* non attento, quod exercitium, sive administratio curæ demandetur Vicario perpetuo, vel alicui Dignitati. Nam adhuc habitu à Capitulo non aufertur juxta consilium Oldradi 67. *n.* 3. & Gabrielis *loc. cit. n.* 10. & tradunt Gratian. *discept.* 865. *n.* 35. *& seq.* Vivian. *de jurepatr. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 31. ac Lotter. *lib.* 1. *quæst.* 14. *nu.* 102. ac plenissimè, alijs relatis, Rota in Comen. funeralium §. *præmisso*, coram Cerro.

Idque maximè, si extaret sententia in rem judicatam transacta, quæ plenè firmat veritatem, & jus Capituli, *l. generaliter, ff. de nox.* Duaren. *in l. juste possidet ff. de acquir. possess.* Rota in Mutinen. beneficij 27. Martii

1648.

1648. coram Arguellio, & in his terminis Rota coram Buratto *dec.* 214. *n.* 7. Vel si extaret observatio subsequuta, ut per Rotam in Romana jurium Parochialium 10. Decembris 1651. §. 1. coram Celso. Vel si extaret concordia inter Capitulum, & Archipresbyterum, in qua Canonici curam animarum eidem Archipresbytero tribuerunt, illamque Archipresbyter acceptavit. Ex hoc enim manifestè apparet, quod illa resideret antea penes Capitulum, & quod, licet actualis cura per hujusmodi concordiam translata fuerit, habitualis tamen apud Capitulum remanserit, Lotter. *de re benef. l.* 1. *quæst.* 14. *num.* 101. *ac seq.* ac Rot. *dec.* 316. *tom.* 2. *rec.* & in Romana jurium Parochialium 4. Decembris 1651. coram Celso. Nec Archipresbyter per dictam concordiam potest prætendere fuisse omnimodam curam in se translatam. Id enim dici potest, quia resistit defectus potestatis, dum non est in arbitrio Capituli abdicare à se curam animarum, illamque in alium transferre quoad habitum, sed tantummodo id facere potest quoad exercitium, ut per Gonz. *ad d. regul. Cancel. glos. 6. num.* 74. Vivian. *loc. cit.* Gratian. *d. discept.* 865. *num.* 36.

3 Nec dicas, quod cura animarum potius spectet ad Archipresbyterum, vel ad aliam Ecclesiæ dignitatem. Nam id rectè procedit in illis Ecclesiis, in quibus presbyteri, divina ministrantes, non faciunt Collegium, secus verò in Ecclesiis Collegiatis, ut egregiè distinguit Oldrad. *d. cons.* 67. *num.* 1. In istis enim Ecclesiis Archipresbyter, Prior sive Decanus aliusve est, non uti Parochus, sed uti Caput Collegii, Bald. *cons.* 74. *n.* 4. *lib.* 4. ac Rot. coram Cavaler. *dec.* 274. *n.* 4.

4 Idque adeò certum puto, ut, licet Ecclesia Collegiata desiisset esse talis, sicque animarum cura refederit apud Archipresbyterum, quia tamen dum Ecclesia erat Collegiata, & in illa existebat Archipresbyter, uti prima dignitas, si posteà fuerit in Collegiatam iterùm erecta, semper ipsa Ecclesia remansit Collegiata, si non actu, saltem habitu, cùm jus Collegii remaneat etiam apud unum, & sic potuit conservari per Archipresbyterum, uti caput Collegii, Glos. *in c. statutum v. Collegiatas de elect. in* 6. Navar. *cons.* 6. *n.* 2. *eod. tit.* Barbol. *de offic. & potest. Paroch. c.* 2. *n.* 2. Seraph. *dec.* 1150. *n.* 5. ac Rot. *dec.* 221. *n.* 26. *p.* 6. *recent. ac dec.* 316. *n.* 2. 3. *ac* 9. *p.* 4. *rec. tom.* 2. & coram Buratto *dec.* 214. *n.* 5. & coram Merlino *dec.* 115. *nu.* 10. *& in d. Romana jurium Parochialium coram Celso* §. *Et evidentius, & in d. Comen. funeralium* 16. Martii 1654. §. *Quia præter quod*, coram Cerro. Per hujusmodi enim novam erectionem fuit quæsitum jus Capitulo habendi curam animarum, cum Archipresbyteratus, ibi existens, fuerit eidem Ecclesiæ unitus, Ostiens. *in c. exposuisti de præb.* Caccialup. *de union. art.* 8. *num.* 6. Unde dici non potest, quod Archipresbyteratus remanserit, uti prius existebat. Quia per illius erectionem in Collegiatam sublatum fuit omne jus, si quod habuisset Archipresbyter, & applicatum Capitulo, ut per Ostiens. *in cap. cum inferior n.* 12. ibique Jo. Andr. *in glos.* 3. Butr. *num.* 12. & tradit Gratian. *discept.* 458. *num.* 10. ac Rot. *dec.* 313. *num.* 4. *p.* 4. *recent.*

5 Alias enim, si Capitulum voluisset destitui omnimoda cura, utique actus fuisset nullus, ex quo cura, ut diximus, non incumbit singulis Canonicis, sed Capitulo, unicam personam Rectoris, sive Parochi repræsentanti. Quod proinde non potest alteri demandari, nisi illius exercitium, ut præ aliis firmat Gonz. *cit. glos.* 8. *n.* 71. Ideòque tanquam nullus, nullius est momenti, ut in specie inquit Rot. *dec.* 410. *n.* 8. *cum seq. p.* 5. *rec.* & luculentius *in d. Comen. funeralium* §. *Tum etiam quia*, coram Cerro. Est enim regula, quod cura annexa Collegiatæ spectet habitu ad ipsam, actu verò ad personam, quæ illius exercitio præficitur, Abb. *in c. extirpandæ* §. *Quia verò num.* 15. *& c. exposuisti in fin. de præb.* Tondut. *resol. benef. cap.* 1. *num.* 1. ac Rota *dec.* 316. *n.* 3. *p.* 8. *recent.* & coram Otthob. *dec.* 58. *numer.* 3. Præsertim si sit deputata cum certo salario, ut *in decis.* 316. *num.* 2.

Probato igitur ex jam dictis, quod cura habitualis incumbit Capitulo, non potest Archipresbyter omnia emolumenta Curæ sibi arrogare, sed tantum solita, & consueta, inter quæ non computantur oblationes, sive emolumenta funeralium, quæ non modo ex jure communi spectant ad Capitulum, uti Parochum, *can. statuimus, can. in sacris, can. decimas* 16. *quæst.* 1. *cap. pastoralis de his, quæ fiunt à Præl. c. ex parte, & c. cum super de sepult. & Clem. Dudum eod. tit.* Tondut. *resol. benef. p.* 1. *c.* 63. *n.* 8. Barbos. *de Paroch. c.* 24. *n.* 24. ac Rot. *dec.* 256. *p.* 1. *& dec.* 391. *n.* 5. *p.* 4. *tom.* 2. *rec.* Sed etiam ex inveterata observantia, si adsit, quæ plurimum est attendenda in hac materia oblationum, ut per Socin. *de oblat. l.* 18. *num.* 17. 18. & 26. Malvet. *eod. tract. p.* 4. *n.* 26. Ferret. *cons.* 278. Decian. *cons.* 16. *num.* 1. *l.* 2. Ric. *dec. Cur. Archiep. Neapol. dec.* 395. *n.* 25. Barbos. *d. c.* 24. *n.* 30. ac Rot. *dec.* 37. *n.* 13. *p.* 5. *recent.* Sicque dividenda sunt pro virilibus portionibus inter Archipresbyterum, & singulos Canonicos, quæ scilicet pro numero personarum, & in capita constituuntur, ut tot fiant, quot sunt & personæ, *l.* 1. §. *etsi quidem omnes ff. de tut. & rat. distr. l.* 7. *ff. de fidejus. tut. l.* 43. *ff. de re judic. l.* 54. §. *ult. de legat.* 1. *l.* 67. §. *si duos ff. de legat.* Quandoquidem omnimoda translatio actualis non importat omnimodam translationem emolumentorum, ac jurium Parochialium ad notata per Cardinal. *in Clem. un. nu.* 10. *de offic. Vicar.* ac per Lotter. *d. quæst.* 20. *nu.* 126. Vbi quod per translationem omnimodam curæ actualis non dissolvitur conjugium spirituale inter Collegium, & Ecclesiam. Quia saltem apud Collegium remanet habitus originalis. Unde nihil obstat, quod onus curæ sit apud Archipresbyterum. Id enim intelligitur quoad curam actualem, ut respondet Rota *d. dec.* 316. *nu.* 9. ac plenius *in dec.* 580. *n.* 22. §. 8. *rec.* Nec urget, quod idem Archipresbyter in literis Apostolicis fuerit provisus de Archipresbyteratu cum assertione, quod illi immineat cura animarum. Quia hoc est intelligendum de cura actuali, remanente semper habituali apud Capitulum, Rota coram Burato *dec.* 214. *n.* 5. *& seq. & in rec. d. dec.* 316. *nu.* 9. *p.* 4. *tom.* 2. *& dec.* 445. *nu.* 9. *& p.* 5. & in d. Romana jurium Parochialium coram Celso, §. *Demum.*

7 Nec quidquam obstat, quod, etsi Capitulum sit Parochus, solus tamen Archipresbyter curam administret, ideòque oblationes, atque emolumenta hujusmodi ipse solus percipere debeat. Nam, licet Capitulum non concurrat in administratione Sacramentorum, concurrit tamen in cæteris muneribus subeundis, in quorum compensatione cedunt hujusmodi jura, ut est regimen Ecclesiæ, recitatio Horarum, Missarum celebratio, ac similia, ut in hac specie Gabriel. *d. cons.* 190. *num.* 6. *& seqq.* ac Rot. *in d. Romana* coram Celso. Quia, licet ministerium curæ sit apud dignitatem Collegiatæ, habitus tamen illius est apud totum Capitulum. Emolumenta autem, & jura Parochialia non pertinent ad habentem curam actualem, sed ad habentem curam habitualem, Lotter. *d. l.* 1. *q.* 20. *n.* 126.

8 Quod verò ad regimen, & administrationem Ecclesiæ, Capitulum pariter fundat suam intentionem in eo, quod est Rector, sine Parochus, & sic regendi, & administrandi cura ad ipsum de jure pertinet, ut per Rotam in Illerden. statuti 19. Martii 1567. coram Corduba, ubi agitur in specie de auctoritate ordinandi chorum, quam sequitur Lotter. *d. lib.* 1. *quæst.* 14. *num.* 88.

9 Neque Archipresbytero suffragatur dispositio *Clem.* 1. *de celebr. Admissar.* in qua statuitur, quod Ordinarii debeant invigilare, ut in Cathedralibus, & Collegiatis debitis horis devotè psallant. Nam hoc non demandatur Ordinariis primo loco, sed illis, ad quod id pertinet, solumque in eorum defectum injungitur Ordinariis, ut *in* §. *Sancimus.* Unde cùm in Collegiatis hoc

hoc jus ex dictis sit apud Capitulum, non est recurrendum ad remedium subsidiarium, non constito prius, quod fuerit hucusque ab eodem Capitulo in hoc commissa negligentia.

10 Et multò minus potest esse locus dictæ subsidiariæ dispositioni, cùm eadem Clementina ita decernat cum supposito subjectionis dictorum Superiorum, qui principaliter invigilare debent jurisdictioni Ordinarii, ut in eodem §. *Sancimus*, ibi: *Et in eorum si utique exempti non sint, defectum locorum Ordinarii, si verò exempti fuerint, aut alias circa hoc privilegiati, Superiores ipsorum.*

11 Placet huc adducere integram S. Rotæ decisionem in sæpè citata *Comen. funeralium* coram Cerro, quæ est hujusmodi. Dissidebant inter se Capitulum, & Præpositus Ecclesiæ S. Fedelis Comensis Diœcesis circa perceptionem emolumentorum funeralium, illorum scilicet, quæ debentur Rectori ratione sepulturæ, ac similium, tanquam fructus curæ. Disputato itaque dubio, cui, & pro qua rata debeantur prædicta emolumenta funeralia, Domini responderunt, deberi Præposito, & singulis Canonicis pro virili.

12 Præmisso enim, quod dicta Ecclesia sit Collegiata, ut partes conveniunt, inde sequitur, quod de jure communi, licet secus sit in Cathedrali, in quibus terminis loquitur Alexandrina funeralium 1. Julii 1630. coram bon. me Merlino inter ejus impressas decisio 480. *n.* 5. *cum seq.* cura animarum spectet habitu ad Capitulum, ut firmant Calder. *cons.* 18. *post med. ac per tot. de præb.* Oldrad. *cons.* 67. *n.* 1. Rom. *cons.* 325. *n.* 3. Gabr. *cons.* 190. *n.* 5. *l.* 2. Lap. *alleg.* 5. *n.* 7. Put. *dec.* 282. *per totam l.* 1. *in correctis*, & Rot. *in rec. dec.* 340. *n.* 1. *p.* 2. & in Romana Vicariæ 8. Octobris 1621. coram bon. mem. Coccino patiter *in rec. dec.* 316. *num* 1. & 3. *p.* 8.

13 Atque ideò ex eadem juris communis dispositione non ad solum Præpositum, sed etiam ad Capitulum spectant funeralia, *c. ex parte, &c. cum super de sepult.* Gabriel. *d. cons.* 190. *n.* 8. quem admisit Rota in Romana funeralium 14. Decembris 1620. coram bo. me. Coccino, & in individualibus terminis sequuta fuit in Romana jurium Parochialium 4. Decembris 1651. coram R. P. D. meo Celso, §. *hoc posito.*

14 Comprobantur præfata ex partitis extractis ex libris Capituli, quibus contra Capitulares, prout est Præpositus, plena fides adhibetur, licet secus contra extraneum, ut notat Anchar. *cons.* 44. *n.* 6. Menoch. *cons.* 512. *n.* 1. Rota coram Buratto *dec.* 539. *n.* 3. *& dec.* 598. *n.* 16. *in rec. dec.* 491. *in fine p.* 8. *& in d. Romana jurium Parochialium* §. *maxime.* Ex illis enim apparet, quod ab antiquissimo tempore controversa emolumenta percepta fuerunt à ministro Capituli, & repartita inter Præpositum, & Canonicos pro virili. Ex qua quidem perceptione, & coæquali repartitione eo magis fundata remanet intentio Capituli, respectu pertinentiæ eorundem emolumentorum, ut in terminis ponderavit Rota coram Card. Seraph. *dec.* 839. *sub n.* 4. *& in d. Romana jurium Parochialium* §. *constat autem, &* §. *prout etiam.*

15 Nec obstat, quod de anno 1599. Canonici fassi fuerunt Curam animarum, tam in præsentia Præpositi, quàm in ejus absentia, ad ipsum spectare.

16 Quia, præterquam quod tam dicta confessio, quàm sententia desuper emanata, utpotè relativa ad certum instrumentum investituræ anni 1498. non videntur attendendæ, nisi exhibito relato ad notata *in auth. si quis in aliquo C. de eden.* Burat. *dec.* 1. *n.* 10. *& dec.* 754. *n.* 3. dum ex tot aliis apparet, curam habitualem esse penes Capitulum, eadem confessio, & sententia intelligendæ sunt de cura actuali, & ut benè ad propositum respondit Rota coram eodem Buratto *dec.* 219. *n.* 6. *& in d. Romana Vicariæ* 17. Martii 1624. coram bo. mem. Merlino inter ejus impressas *dec.* 115. *n.* 10. Exinde tamen, quod cura actualis sit penes ipsum, & ab eo duntaxat actu exerceatur, prætendere non potest integra emolumenta, sed repartienda sunt in capita inter ipsum, & Canonicos, cùm isti cætera munia exequantur, recitando Horas divinas, celebrando Missas, & canendo, in quorum recompensationem dicta emolumenta ipsis debentur, ut optimè probat Gabriel *d. cons.* 190. *n.* 8. *cum seq.* & Rot. *in d. Romana jurium Parochialium coram R. P. D. Celso d.* §. *hoc posito.*

Non obstat transactio anni 1619. quæ dimidiam Præ- 17
posito tribuit. Quia non afficit successores, tum ex defectu consensus omnium Canonicorum, omninò necessarii in actibus voluntariis. Tum etiam quia confirmata fuit à solo Vicario, quod non sufficit, sed requiritur auctoritas Sedis Apostolicæ, vel Episcopi, licet non agatur de alienatione extra Ecclesiam, ut in his præcisis terminis respondit Rot. in d. Alex. funeralium 29. Nov. 1630. coram bo. me. Merl. inter ejus impressas *dec.* 490. *n.* 8. & 9. *repetita in rec. dec.* 410. iisdem numeris *p.* 5. Et ita utraque, &c. Hactenus Rota.

CONSULTATIO CLI.

An & quatenus & quinam recusari possit à Regularibus ab aliis Iudex, Commissarius, Visitator; Causæ, modus, finis, praxis recusationis ad rem alia.

QUamvis ex jure Canonico possit Judex ordinarius 1
ex justa causa recusari *ex c. cum speciali ac appel.* Id tamen non videtur habere locum apud Regulares. Nam ibi Pontifex in fine sic habet: *Caterum has Constitutiones præmissas volumus ad Regulares extendi contra suas speciales observantias.* Ideòque Glos. *in c. ad nostram eod. tit. v. minus innixa in d. c. speciali*, quam sequitur Ostiens. *in d. cap. ad nostram n.* 9. tenet non posse Regulares Judicem Ordinarium recusare.

Alii verò, ut idem Ostiensis *in d. c. cum specialin. ult.* 2
Jo. Andr. *n.* 18. Butr. *in fin.* Bellam. *n* 14. F anch. *n.* 4. distinguendo asserunt, quod potest Judex Ordinarius à Regularibus recusari, quando procedit judicialiter, secus autem quando extrajudicialiter. Hæc tamen distinctio non rectè procedit. Quia nequit Prælatus devenire ad sententiam, nisi ex processu legitimè formato. Quoties autem construitur processus, procedituri judicialiter.

Atque idcircò alii absolutè docent, posse Regulares 3
ex justa causa Judicem Ordinarium recusare. Ita Abb. *in d. c. cum speciali*, §. *porrò n.* 3. Alex. de Nevo *ibid. n.* 8. Præpos. *in fine*, Sanch. *in decal. l.* 6. *c.* 8. *n.* 111. *& l.* 6. *opusc. c.* 8. *dub.* 3. *n.* 17. Thom. à Jesu *tr.* 3. *de visit. Regul. c.* 17. *n.* 12. Megal. *in prax. crim. can. c.* 8. *n.* 20. *&* 21. Glos. *in c. in singulis v. appel. de stat. Monach.* plurèsque alii, quatenus de recusatione Judicis non excipiunt Prælatos Regulares.

Hæc sententia tenenda est. Quia etiam contra Præla- 4
tum Regularem potest esse justa causa recusationis, ac ita gravis, ut si non admitteretur recusatio, nimis grave, ac onerosum esset subjici tali Judici, ac proinde esset contra justitiam prohibere recusationem. Cùm igitur jus canonicum concedat recusationem Judicis, debet concedi etiam apud Regulares, Præsertim cùm apud ipsos mitiùs, & cum maiori æquitate procedendum sit.

Non obstat textus *in d. cap. cum speciali.* Nam ibi 5
Pontifex non prohibet absolutè Regulares recusationem Judicis, sed tantum decernit, quod facultas recusandi Judicem Ordinarium non extendatur ad ipsos contra ipsorum observantias, hoc est, quod non possit habere locum apud ipsos in præjudicium regularium observantiarum ac proinde non possit recusari, quando procedit secundum regulares observantias, sive secundum regulam, & non adest manifesta causa recusandi. Ibi enim Pontifex concedit recusationem Judicis, etiamsi causa recusationis sit dubia. Apud Regulares autem observantia regularis exigit, ut non recusetur, nisi ex gravi, & certa causa, & ideò non debet esse ita facilis, sicut est apud sæculares, quia minus suspicionis præsumitur apud Judicem regularem, quàm apud sæcularem. Deinde quando Superior regularis proce-

procedit secundum regulam; non potest inferre gravamen, quia neque infert regula. Unde non habet locum recusatio.

6 Cùm autem hujusmodi recusatio sit mali res exempli, ideo deneganda est, tanquam omninò illicita, nec nisi rarò permittenda, in re scilicet gravi dumtaxat, & quando evidenter constat, quod Prælatus inique se gereret, ut animadvertit Lezzana *tom. 1. quæst. regul. c. 9. n. 8.* Sanchez *l. 6. in decal. c. 8. n. ult.* Recusare enim Judicem suspectum nihil aliud est, quàm causas legitimas legitimè afferre, propter quas quis dicat Judicem cognoscere, vel judicare de contentione; seu lite non debere, ut colligitur *ex c. suspicionis de offic. deleg. &c. cum speciali de appel. can. quia suspecti 3. quæsti 5. l. fin. C. de judic.* Recusare idem est, ac declinare, rejicere, aut nolle, *l. recusari 93. ff. de acquis. hared. l. recusare 6. ff. ad Trebel.*

7 Suspectus porrò is nobis dicitur, cui non adhibemus fidem cui nos omnino committere nolumus, nec committi turò putamus, arbitramurque potius partes adversarii injustè, quam nostras justè sequuturum. Ex hac enim sola causa, quia suspectus rejici debet *c. Judex ab Apostolica de offic. deleg. in 6.* maxima si quidem vis est suspicionis in judicio sive de litigantibus, sive de Judice oriatur, sicut de Sylla dixit Plinius *l. 7. c. 44.* Constare eum ab Antonio fuisse proscriptum secundò, nulla alia de causa, quam quod antea fuisset proscriptus, facitque *can. accusatoribus 3. quæst. 5.*

8 Suspiciones autem, quibus rejiciuntur Judices, Commissarii, visitatores, non tantum sunt illæ, quæ arguunt suspectum tutorem, vel debitorem, sed & ultra aliæ ex odio, & amicitia collectæ, & judicatæ. Tutores suspecti redduntur vel maximè ex fide, atque administratione callida, & fraudulenta, *l. creditores, ff. quæ in fraud. cred. 1. in postulandis, C. de suspect. tut. l. suspectum ff. eod. §. fin. eod.* apud justin. Debitores ex facultatibus, *d. l. si creditores.*

9 Quatuor autem causæ judicium pervertsum, & suspectum arguunt, *can. quatuor, & can. seq. 11. q. 3.* Causæ ex quibus oriuntur suspiciones, de quibus conqueri quis justè possit, illæ in génere esse possunt, quæ rejiciunt à testimoniorum fide testes, paucis exceptis, de quibus Glos. *in c. cum R. Canonicus de offic. deleg. & in c. accedens v. subesse, ut lit. non contest. non proc. ad test. examinat.* ubi & leviores causæ suspicionis facilius rejiciunt Judices, quàm testes. Quia plures Judices facilius habentur, quam testes.

10 Causæ quoque suspicionis referuntur variæ in specie in proximè citatis locis, & à Glos. *in c. causam, quæ de offic. deleg.* à Jasone *in l. apertissimè C. de judic.* à Lanfranch. *in sua prax. ac repet. c. quoniam contra de prob. ad verb. recusationes*, ab Ostiense *in sum. post. fin. tit. de offic. deleg.* Maranta *p. 6. de ordin. judicior. à n. 24. ad* 74. affert quadraginta. Quosdam magis quotidianas referam, cæteras, videndas apud prædictos Interpretes, prætermittam.

11 Ergo primam dicimus causam suspicionis Judicis, Commissarii, visitatoris esse, si sit consanguineus, affinis ulterius adversarii, *c. accedens, ut lit. non contest.* usque ad septimum gradum juxta Glos. *in l. postremò ff. de appel.* Quia ad illum porrigitur succedendi linea, *can. ad sedem 35. q. 5. cum simil.* Quamvis ultra quartum non extendatur prohibitio nuptiarum, *c. non debet, de consangu. & affin.* Vel collactaneus, vel privignus, *c. postremò de appel.* ubi asserit Panormitanus, consanguinitatem esse causam justam recusandi Judicem, non solum delegatum, sed etiam ordinarium. Et idem est secundum eum de affinitate ratione similitudinis, ut notat Specul. *tit. de Iud. de leg. §. superest*, facitque *l. aut affinitate ff. de proc.*

12 Sic & procurator, qui affinitate adversario jungitur, potest à domino litis, tanquam suspectus amoveri, Ulpian. *in l. aut affinit. ff. de procur.* Hinc omnis causa sufficiens ad removendum procuratorem, vel arbitrum est sufficiens causa ad recusandum Judicem, sive delegatum, sive Ordinarium, & pro hoc facit, quia Judex potest ex facili ac levi causa recusari, ut notat Glos. *v. cum sint ejus socii in c. cum Raymundus de offic. Ind. deleg.* & notatur *in c. cum speciali de appel.* Unde ex leviori suspicione recusatur, quàm testis. Quia facilius est alium reperire Judicem, quam testem, Glos. *v. familiarem in c. insinuante de offic. Iud. deleg.* Jas. *in l. apertissimi n. 72. C. de judic.* Gail. *l. 1. obser. 33. n. 10.* Hinc tamen arbitror, mores regionum sequendos, ut discernamus in quotum gradum affinitatis, vel proximitatis producatur affectio.

13 Secundò domesticus, aut familiaris, si fuerit adversarius Judicis, vel contra, si Judex domesticus, vel familiaris fuerit adversarii, rectè recusabitur, *c. insinuante, & c. causam, quæ, de offic. deleg.* Omnisque domesticus familiaris dici potest, *c. 1. §. fin. qual. jur. deb. dom. vasal. fidel. l. 1. feud. tit.*). Familiaris autem à familia dictus, non is, qui nobiscum aliquando conversitur, sed qui consuetudine penè continua nobiscum degit, & commensalis Judex adversarii rejicitur, ita *c. accedens, ut lit. non contest.* Familia namque à famulis primùm dicta; famulus autem primum dictus Oscis servus, dein appellatio prorogata ad filios, & ad amicos, quotidianosque commensales, & eos, qui in servitio nostro sunt, etiam liberos homines, *l. pronunciatio, §. familiæ, & l. detestatio. §. familiæ, ff. de verb. signif. l. adilis etiam §. familiæ de adil. edic. l. quicunque C. de re milit. l. fin. C. de verb. signif.* Ita qui jurisdictioni præest, nec sibi, liberis, uxori, libertis, & quos secum habet, jus dicere potest; *l. qui jurisdictioni ff. de jurisd. omn. Iudic. l. Cornelia ff. de injur.* Largè autem dicuntur familiares qui cum aliquo eisdem ædibus commorantur, Glos. 2. *in c. in literis de testib.*

14 Est & familiaritas amicitia, ut quando datur licentia ingrediendi jure familiaritatis fundum alienum *in l. qui jure familiaritatis de acquir. posses.* Et quando Callistratus ulteriorem familiaritatem explicat conversationem æqualem, unde contemptus oritur dignitatis, *l. observandum ff. de offic. Præs.* Quoniam amicitia, vel æquales facit, vel æquales recipit. Et familiaritatis consuetudo, & affectio veritatem solet impedire, *can. accusatus 3. quæst. 5.* Et eò magis firmior amicitia quò honestioribus familiaritatis quæsita fuit rationibus, Paul. *in l. latæ culpæ de verb. signif.* Hic ergo affectio inæqualis in alterum ex litigantibus sanum judicium non præsumit. Quare si æqualiter & gradu proximitatis, vel affinitatis, vel familiaritatis Judici conjungantur omnes litigantes, suspicio cessat, Triph. *in l. non solum, §. de uno ff. de rit. nupt.* Sic amore inæquali perverti judicium intelligi par est, dum amico, & propinquo auxilium ferre contendimus *can. quatuor, & can. seq. 11. quæst. 3.*

15 Si tamen advocatus, vel procurator actoris, vel rei, Judicis commensalis fuerit, vel familiaris, non ideò Judex, ut suspectus rejicitur, *c. 1. de offic. Iudic. c. ex insinuatione*, ibique Glos. *v. advocatus de appel.* Nam & socius socii mei socius meus non est, *l. nam socii ff. pro soc. l. Consilii, §. fin. ff. de reg. jur. l. Modestinus ff. de verb. signif. & can. legitur d. 31.* Subinde neque suspectum dices Judicem eo ipso, quod in gradu vel affectionis, vel proximitatis, vel affinitatis sit adversarii, sed tantum si, ut suspecti recusetur ejus judicium. Sine recusatione quippè & in privatis negotiis, pater filium, & filius patrem Judicem habere potest, *l. in privatis ff. de judic.* Quippè judicare, munus publicum est, & quod omnibus patet, *l. quippè eod.* Et volenti non fit injuria, *l. nemo videtur de reg. jur. l. venditor C. de rescind. vendit. l. cum donationis C. de transact.*

16 Sed ex superioribus quoque constat, & recusari posse Judicem, si adversarii dominus sit *c. causam, quæ de offic. deleg. l. si quacunque C. præd. pot.* Et si regulæ quidem antiquæ fœderis clientis, & patroni, quo summa devin-

cebantur conjunctione, ut alter alterum, nisi juvaret in omnes, esset sacer, ac devovendus, ut ait Dion. Halicar. *in 2.* & vide Gel. *de grad. officiorum*, & quomodo clientes præponantur proximis *lib. 5. c. 13.* Proculdubio patronus in causa vasalli, & clientis à non cliente recusari justè poterit.

17 Verùm cùm jurisdictionem Domini territoriorum exerceant in subditos beneficio, ac permissione Regis, non ideò suspectum judicium, quod subditus litiget coram suo Judice, ac domino, qui clientelæ jus antiquum non habet, nisi contendamus, vasallum sub patrono Domino dici, veluti domesticum ejus; & ita si cum eo non vasallus agat, declinare eum Domini adversarii jurisdictionem posse.

18 Sunt & tertiò Judices socii adversarii, ut suspecti recusabiles litiganti, non socio, ut si Judex, & adversarius sint Concanonici, vel ejusdem Collegii, *c. cum Raymundus de offic. deleg. Can. accusatores 3. q. 5.*

19 Quartò si Judex sit oriundus ex eadem patria, cujus est adversarius secundum *d. c. accedens in 2. ut lit. non cont.* Ut David ea de causa visus est Satrapis suspectus in pugna instruenda contra Israëlem, rogarunteque Agidem Regem, ut ei commeatum daret, & abiret *1. Reg. c. 29.* & Tullius *1. de orat.* dicebat, non posse ullam propiorem esse cognationem, quàm patriæ. Et licet Glossæ *in d. c. accedens, v. oriundus*, hoc intelligat quando Judex esset de terra adversarii, id est de regna quæ pertinet ad jurisdictionem adversarii, alias, si sit solum de terra, & patria adversarii oriundus, ita ut ei solum sit contrarieus, credit ibi Glossa, hanc non esse justam causam Judicem recusandi.

20 Sed Ostiensis *ibi* ait contrarium, & vult, quod si duo concives agant extra patriam, & alter alterum impetret Judicem delegatum contra extraneum, poterit justè recusari. Idem etiam dicit in duobus concivibus in propria civitate degentibus, ut scilicet si alter eorum detur Judex in causa alterius contra extraneum, quod justa ex causa poterit recusari. Quod approbat Butr. *num. 23.* & Panor. *num. 7.* dicens, se putare, hoc benè procedere in Judice delegato per *c. statutum §. autem de rescript. in 6.* Ubi si actor, & reus sint diversarum civitatum, & diœcesium, non potest actor impetrare Judicem in sua diœcesi, vel Civitate; in ordinario verò non putat procedere, quia alioqui quilibet extraneus posset recusare ordinarios rei, & sic causam deducere ad aliud judicium, quod esset absurdum, & contra jura dicentia, actorum sequi debere forum rei. *c. cum sit, de form. comper. & vulg. l. juris ordinem C. de jurisdict. omn. Judic.* & hanc Panormitani distinctionem probat Maranta *p. ult. 6. p. princ. n. 39.* Plura hic de patriæ amore dici possunt, quæ ex locis communibus haurire facilè est, sed parum appositè forsan, cùm mihi non probetur hæc recusationis causa, ut nimium longinqua, ni cum patria, & familiaritas conjuncta sit.

21 Placet autem quinto loco ea suspicionis occasio, quo causam habet, si Judex sit suffraganeus adversarii, *dict. cap. accedens 2. ut lit. non contest.* Quia illa impetrari potest: Quod secundum Jo. Andr. ut refert, & sequitur Panor. *ibidem numer. 21.* intelligitur, quando suffraganeus cognosceret, ut Judex delegatus, secus si, ut Ordinarius. Nam Metropolitanus habens causam contra subditum suffraganei, posset illum coram suffraganeo, tanquam suo Judice Ordinario, convenire, & sic posset esse Judex in causa Metropolitani, tanquam Ordinarius, allegat Specul. *in tit. 1. §. subest.* Vide panorm. *in dict. cap. accedens num. 21.*

22 Vel sextò, si Judex similem causam ei, quam adversarius movet, habet, *c. causam, quæ, & c. 18. de judic. c. personas de testib.* Verendum enim, ne cum detrimento alterius, suæ causæ præjudicium velit constituere, *l. 1. ff. quod quisque jur.* Quemadmodum, & probè testes rejiciuntur, si participes sint negotii, & similem causam habeant, *c. personas de testib. Can. si testes §. liberi 4. quæstion. 3. & cap. cum Ecclesiastica de except.*

Et Judex nemo esse potest in causa propria; *leg. 1 C. ne quis in sua causa jud. l. qui jurisdictioni ff. de jurisdict. omn. Jud. Neque si sua causa ageretur*, ut ait Cicero pro *Sex. Rosc. testimonium diceret, & si diceret, non crederetur.*

Non tamen ita intelligas, ut omninò necessarium 23
sit, quod Judex habeat omnino in specie similem causam, quia sufficit, ut habeat ferè consimilem, & ideò rectus dicit, *penè similis causa.* Quæ autem dicatur causa consimilis, relinquitur arbitrio Judicis, sive Superioris secundum Innoc. *in dict. c. causam, quæ*, & est ratio, quare Judex habens consimilem causam, ut privatus possit recusari, quia præsumitur eum propter similitudinem causæ nimis favorabilem fore alteri parti. Sed ubi Judex est nimis favorabilis alteri parti, licitè potest recusari. Et inquit panormitanus referens Abbatem antiquum, quod tunc Judex possit recusari propter consimilitudinem causæ, quando ex hac similitudine, causa, quam habet, ut privatus, redderetur potior ex tali similitudine. Idem dicit in effectu tenere Buttium *in dict. c. causam, quæ.*

Item septimò, qui pro adversario fuit advocatus, Af- 24
sessor, vel procurator in ea causa Judex esse non potest sine suspicione, *l. fin. C. de assess l. quisquis C. de postul.* Glossæ. *in leg. custodias ff. de custod. reor. cap. postremo de appell. leg. Prætor. ff. de jurisdict. omn. Judic.* Vel si consultor ejusdem fuerit, Jo. Andr. *in c. si contra unum de offic. deleg. in 6. & dict. leg. Prætor.* Aut solicitator Rot. *decis. 156. in antiq.* Quia memor affectionis suæ advocationis non potest nomen incorrupti Judicis præferre, *l. nemo in fin. C. de assess Can. statum diem*, ibique Glossa *v. vel cognitor. 2. quæst. 6.* Idem si fuisset consultus saltem in eadem causa, & propalasset votum suum, Maranta *dict. articul. 21. numero 52.* Secus si in diversa causa fuisset advocatus, Maranta *dict. loco numero 42.* finito autem officio judicandi, & sententia jam per ipsum lata in causa appellationis pro defensione sententiæ suæ, nemo advocare, & patrocinari prohibetur, per ea, quæ tradit panorm. *in cap. dilectus filius 1. de rescript.* ibique Felin. *numer. 4. & 7.* Honestius tamen facit, si abstineat, ne videatur uni plus fuisse, quàm alteri, Castrens. *in l. quisquis ult. C. de postul.*

Octavò, & suspectus est, si curaverit Judex sibi cau- 25
sam committi, Glossæ. *in dict. c. si contra unum in addit. de offic. deleg. in 6. v. causa legitima*, Specul. *titul. de recus. vers. Item si ipse*, & Aufrer. *in tract. de recusat.* Qui enim se ingerit, suspectus est, *l. nam ad ea ff. de procur.* Maximè si pars adversaria eum nominatim dari Judicem petierit, quod & mali exempli, & ad verecundiam Judicis pertinere responsum est à Callistrato *in l. observandum ff. de judic.*

Similiter nonò, si Iudex in ea causa pro adversario 26
fuerit fidejussor, ut & tanquam in causa propria Iudex meritò rejiciatur, Bald. *in leg. si cui ligatur ff. de legat. 1.* Exceptiones enim, quæ dantur reo ex parte rei, dantur fidejussoribus, *leg. defensiones C. de recept. leg. omnes ff. eod.*

Decimò planè si inimicitiæ præcesserint cum Iudi- 27
ce rectè recusatur ab eo, cui inimicus fuit, ne iratus nocere cupiat, vel læsus se ulcisci desideret *dict. c. cum Raymundus, & cap. cum super eo de offic. deleg. Can. accusatoribus 3. quæst. quinto, & cap. accedens, ut lit. non contest.* Et hoc ipsa ratio dictat, & pluribus probatur exemplis *in princ. Can. quod suspecti 3. quæst. 5.* Sed requiritur secundum Doctores *in dict. c. accedens*, quod inimicia sit capitalis, alioqui si levis esset, forte non sufficeret ad Iudicem recusandum, Doctores *in cap. bonæ de elect.* Oritur autem capitalis inimicitia multis ex causis. Quandoque enim oritur ex spoliatione, & ablatione rerum, de quo per Glossæ. *in c. cum oporteat super v. inimicos de accusat.* Aliquando oritur ex vehementibus, & atrocibus minis, quia fuit illi mortem, vel sæva minatus. Item si eum accusavit de crimine capitali, Glossæ. *v. de crimine in auth. de testib. col. §. si verò dicatur;*

distinctionem lævis, & capitalis inimicitiæ supra factam probat textus *in l. 3. §. ult. ff. de adim. leg.* ubi ponit Bartolus differentiam inter capitales, & graves inimicitias. Speculator verò *de offic. Jud. deleg. §. superest*, vult Judicem recusari posse ex qualibet inimicitia, etiam non capitali. Quod sequitur Panorm. *in d. c. accedens num. 3.* & Maranta *p. ult. 6. p. princ. act. 2. n. 35.* Unde hoc potius Judicis arbitrio fuerit reservandum, Menoch. *de arbit. cas. 110. per tot.*

28 Sufficitque, quod quondam fuerit inimicus, licet reconciliatus, *Can. accusatores 15. quæst. 5. c. proposuit de appel.* Jas. *in d. l. apertissimi num. 7. C. de judic.* Maranta *ibidem nu. 64.* Quia præsumuntur adhuc remanere vestigia antiquarum inimicitiarum, quando non ita prudem reconciliatio facta, secus si jam amicitia longo tempore reparata, & confirmata fuerit, Mascard. *de prob. conclus. 952. numero 18. argum. eorum*, quæ secundum communem Doctorum opinionem tradit Covar. *pract. quæst. c. 18. numer. 3.*

29 Vel quod sit inimicus Domini mei. Nam propter Dominum recusat aliquem tota familia, & contra omnes de familia recusantur propter eum, *leg. un. C. si qua præd. pot. c. insinuante*, ibique Glos. 1. & Panor. *numero 6. de offic. Judic. deleg.* Jas. *in dict. l. apertissimi num. 7. C. de judic.*

30 Undecima, quod magis favorabilis sit uni partium, quam alteri, *c. ad hæc de rescript.* ubi Summus Pontifex reprobat eos, qui Judices delegatos sibi proprios, & parti adversæ suspectos consueverunt impetrare, & mandat hujusmodi literas, per quas tales Judices impetrantur, viribus esse vacuandas, *c. accedens 2*, ac ibi Glos. *ut lit. non contest.* Solent tamen hodie impetrantes duos, vel tres Judices nominatim petere, quos etiam Pontifex, vel ipsius Legatus, respecta verecundia, & discretione eorundem, rectè deputat per textum *in l. observandum ff. de judic.* jure recusationis semper salvo, Glos. *v. elegerint in fin. d. c. ad hæc de rescr.*

31 Duodecimò, quod si Iudex in causa sua, vel suorum, *l. un. C. ne quis in sua causa, argum. c. postremo*, ibique Doctores *de appell. l. qui jurisdictioni ff. de jurisdict. omn. Jud.* Nec obstat. *Can. infames §. filius 3. quæst. 7. & l. in privatis ff. de judic.* ubi filius in re patris Iudex esse potest. Quia hoc secundum Iasonem *in d. l. qui jurisdictioni*, locum habet, quando pars opponit de consanguinitate, secus si taceat: nam tunc judicium tenebit. Atque ita communiter Doctores antiqui resolvunt, teste Iasone *ibid. nu. 6.* Sed recentiores aliter, ut videre est apud Coras. *lib. 4. miscel. c. 9.* Duar. *lib. 1. disput. c. 51. & c. 6. de jurisd. & in d. l. qui jurisdictioni*, ibique Costal. quorum opiniones non refero, neque examino, dum non scholis, sed foro ista vice serviam.

32 Decimotertiò, quod Iudex ab altero partium pretium, vel pecuniam receperit, vel hæres sit institutus, *l. Julianus ait, ff. de judic. cap. cum ab omni de vit. & honest. Cleric.* Licitum est tamen accipere esculenta, & poculenta mera liberalitate oblata, quæ paucis possint consumi diebus, de quo *in cap. statutum §. Insuper de rescript. in 6. & in l. solet, §. non verò ff. de offic. Proconf.* cujus aliqua verba, alibi adduxi, nunc integra hic inferenda duxit. *Non verò in totum Xenius abstinere debebit Proconsul, sed modum adjicere, ut neque modo se in totum abstineat. neque avarè modum Xeniorum excedat, quam rem Divus Severus, & Imperator Antonius elegantissima epistola sunt moderati, cujus epistolæ verba hæc sunt: Quantum ad Xenia pertinet, audi quid sentimus. Vetus Proverbium est, Neque omnino, neque semper, neque ab omnibus accipere debere. Nam valde inhumanum est à nemine accipere, sed passim utilissimum, & per omnia avarissimum, & quod mandatis continetur, ne donum, vel munus ipse Proconsul, vel qui in aliquo officio est accipiat, emature, quid, nisi victus quotidiani causa, ad Xenia non pertinet; sed ad ea, quæ edulium excedant usum, sed nec Xenia producenda sunt ad munerum qualitatem.* Gail. *libro 1. observat. 151. numer. 8. 9. & 10.* An autem de jure canonico Iudex possit accipere expensas à partibus extra domicilium litis occasione factas, vide textum *in d. §. Insuper*, & per Glos. ac Doctores *in dict. cap. cum ab omni.*

Decimoquartò, quod timet alteram partium, *argum.* 33
c. cum æterni de sent. & re jud. lib. 6. Can. quatuor 11. quæst. 3. utpotè quod metu, odio, vel favore, gratia prece, pretio, promissione, aut jussu alicujus potentis sit depravatus.

Decimoquintò, quod fuerit testis in eadem causa, *arg.* 34
l. ult. ff. de testib. l. ult. C. de assess.

Decimosextò, quod ab eo fuerit ritè appellatum in il- 35
la, vel alia causa, *c. ad hæc 1. c. directa c. accepta de appell. c. Romana eodem titul. in 6. cap. suspitionis de offic. Judic. deleg.* Maranta *de articul. 2. numero 61.* Quod verum de jure Canonico, sed de jure civili non potest illum Iudicem, quasi offensum in alia causa recusare, cum possit denuo provocare, Vulp. *in leg. un. ff. apud eum, à quo ap. al caus. ug. comp.* Tutius igitur erit relinqui arbitrio Iudicis qui pro qualitate negotii, & personarum consideret, an sit aliquod odium, vel suspicio, Menoch. *lib. 2. de arbitrio cas. 121. n. 7.*

Porrò recusatio proponi tantum debet à litigantibus, 36
& ab eo, cujus interest judicium fieri, vel non fieri, *d. c. veniens de testib. c. cum super de re jud.* Panorm. *in d. c. cum super eo de offic. deleg.* Non ab aliis, & est voluntaria, etiam istis hæc facultas, ut omitti possit. Ideò pro formula proponendi recusationem, observatum est, ut proponatur ab initio litis. Vix enim post contestatam litem exceptio hæc admittitur, nisi post contestationem nuperrimè causæ suspicionis suboriantur, vel ad notitiam de novo pervenerint, *l. apertissimi C. de judic. c. inter Monasterium de sent. & re judi. c. Pastoralis de except. leg. quidam consulebant ff. de re judic.*

Regula quippè generalis constitutur, exceptiones di- 37
latorias, transferentes jurisdictionem, seu declinatorias, initio litis proponi debere, alioquin, contestatione facta, omissas reperi non posse, nec litigantes pedem referre judicio posse, cum jam in Iudicem contestatione consensum videantur, *l. nemo C. de jurisd. omn. Jud. leg. fin. C. de except. l. sed etsi susceperit ff. de judic. d. c. inter Monasterium de sent. & re judic. can. inducia §. fin. 3. quæst. 3.* Dempto casu, quo post contestationem cognita recusationis causa fuerit *l. non distinguemus §. cum quidam de arbitr. l. Julianus de Judic.*

Debent insuper istæ causæ recusationis edi in scrip- 38
tis, ac libello comprehendi, *dict. leg. apertissimi Cod. de judic.* ut cogitarè, non temerè proponantur, imminente pœna temerè proponenti, ut ita cogatur vel pœnam luere, vel probare causas propositas; ideò debent decidendarum recusationum causa Iudices, seu arbitros deligere litigantes intra certum præscriptum à Iudice recusato terminum, vel si non conveniant de illis, Iudex ex officio dat, coram quibus probatio fiat causarum, si illæ manifestæ, & omnino notoriæ non sint, & Iudex neget *dict. leg. apertissimi Codice de Judic. cap. cum specialis*, juncta Glossa, *de appell. cap. legitima eodem in 6. & dict. cap. si contra unum de offic. deleg. lib. 6.* Nam nullum Iudicem sortiri, vel subsortiri velle, in reo summæ est diffidentiæ, in accusatore calumniæ argumentum. Omnino certè grave est, Iudicem recusare temerè, Et id multis ad damnationem plurimum adjumento fuit, quod Catonem eum, qui postea dictus Uticensis, Iudicem in causa sua rejecissent. Etenim illi innocentes videri non potuerunt, imò satis de se confessi, qui adeò recti, religiosi Iudicis, virique optimi, ac integerrimi judicium recusassent, Plutarch. *in Catone.* Neque hodie recepta est Bartoli glossa, neque aliorum sententia *ad dict. leg. apertissimi Codice de judic.* qua statuunt jure civili sine causa suspectum dictum Iudicem recusari posse, *argum. leg. quia poterat ff. ad Trebellian.* Sed sequimur jus Pontificium, ut non prius Iudex esse desinat, quàm causæ fuerint suspicionis probatæ, *cap. secundò requiritur, §. fin. de appell.*

Recu-

39 Recusari autem possunt omnes cujuscunque sint generis Judices, sive ordinarii, sive delegati, sive arbitri delecti, si postea suspicio oriatur. Quia omnibus conveniunt rationes, propter quas recusatio indulgetur litigantibus. Imò & contra eum, quem sibi quis delegit, si suspectus postea reddatur, non aliter. Nam eum, quem quis impetravit Judicem, non potest recusare, Glos. ibique Abb. *in fine ad cap. insinuante de offic. deleg.* Paul. Castr. *cons. 442. col. pen. vol 2.* Abiit in desuetudinem, itaque *Auth. si verò contigerit C. de judic.* quæ statuebat Judicem ordinarium recusari non posse, sed ei suspecto adjungendum Episcopum, & servatur jus Pontificium, quo delegatus, & Ordinarius recusari possunt, *c. cum speciali, &c. secundò requiris §. fin. de appel.* Et justum etiam putat Corset. *in singular. v. suspicio* post Panor. *in c. causam, quæ in 2. de jud.* ut in examinatione etiam facienda à Collegio, & Academia unius scholaris, doctor, qui suspectus dicitur scholastico, rejiciatur.

40 Quinimò, & totum Consistorium, & regia Civitas Principis recusari potest, si caput illius Princeps sit suspectus ratione odii, vel aliter, *Clem. pastoralis de re jud.* Item & tota Synodus recusari, ut *in can. quod suspecti 3. quæst. 5.* Collegium, & universitas tota possunt, Panor. *in c. licet ex suscepto nu. 4. de for. comp.* si negotium sit cum eo, qui eis possit imperare, *l. 1. c. si rector provinciæ, vel ad eum pertin.* Aut ille suspectus sit, aut si omnes de Collegio, de universitate sint suspecti, non aliter. Nam si unus suspectus sit, quamvis primus, qui imperare tamen non potest omnibus aliis, qui possint ei contradicere, si solus rejicitur tantum, non cæteri. Et ita intelligenda est Glos. *in c. 1. ad verb. interrogatus*, secundum Felin. *ibi, de judic.* Et ita Synodus diœcesana, vel Provincialis quidem, si omnes non sunt suspecti, &, si remotis suspectis, remaneat numerus judicio idoneus, recusari non potest.

41 De Concilio verò generali responsum est *in c. causam de judic.* per interpretes, illud in quo præest Summus Pontifex, recusari non posse. Quia nec ab eo Concilio appellari potest, si legitimè congregatum sit ac definitum. Fieri enim non potest, ut cùm ex diversis Mundi partibus plures in nomine Domini, & sine affectu conveniant, suspecti possint censeri omnes nec ab eo, quemadmodum à Synodo appellatur, Calder. *cons. 6. tit. de appel. can. multis d. 17.*

42 In Summa à quibus post eorum sententiam licet provocare, eosdem licet recusatione rejicere, *c. super eo de appel.* Quinimò & favorabilior recusatio, ut ea etiam admittatur, ubi appellatio denegatur, Glos. *in c. in singulis v. & appellatione de stat. Monach.* Duo sunt hæc præcipua litigantibus contra Judicum improbitatem remedia, appellatio post judicium, recusatio ante, quæ præcipua est, cùm melius sit ab initio, ne vulnus infligatur, prospicere, quàm post involutam, & læsam causam remedium impetrare, *l. fin. C. in quib. caus. in integr. restit. non est necess.* Ut neque Princeps tollere jure possit recusationis facultatem, Glos. & Panorm. *in c. ad hoc de reser.* Luc. de Penna *in l. Curialibus C. de decur.* cùm defensio naturali permittatur jure, *l. ut cùm vim ff. de just. & jur. l. 1. §. cum arietes ff. si quadr. paup. fac. l. scientiam, §. qui cum aliter ff. ad leg. Aquil.* Quod jus non est in potestate Principis, *Clem. pastoralis §. rursus de sent. & re jud.* qui sincerè, & sanctè suum cuique distribuere debet per seipsum, vel curare, ut distribuatur.

43 Finis autem præcipuus recusationum, & rejectionum Judicum, ut lites sine suspicione procedant, & dirimantur sine ulla captione. Et quia periculosum sit coram Judice suspecto litigare *d. l. apertissimi, C. de judic. can. quod suspecti 3. quæst. 5. & c. suspicionis de offic. deleg.* Satis namque, superque alea judicis per se dura, & incerta est, ut opus non sit aliud addi periculum se discrimini suspecti Judicis rem committere. Quod coëgit Themistoclem dicere, si quis mihi duas vias monstraret, alteram ad tribunal duceptem, alteram ad inferos, multò libentius eam ingrederer, quæ duceret recta ad infernum, Ælian. *l. 9. var. hist.*

Ex quibus duæ subsistunt rationes recusationis ad- 44
mittendæ. Prior, quod ea defensionis sit, & defensio naturalis sit, & cuique permissa. Secunda, quia lites sine suspicione procedere debent. Cui adde, quod omnia judicia aliena esse etiam à suspicione debent odii, favoris, timoris, & expectationis præmii, *c. 1. de sent. & re jud. in 6.* quæ solent corrumpere judicium, *c. quatuor 11. quæst. 3.* & violare dictionem veritatis, *cap. licet ex quadam de testib.* Accedit tertiò, quod Judex suspectus induit quodammodo personam litigantis, & adversarii, & eo ipso quia succedit in locum litigantis, desinit esse Judex, nec Judicium subsistit, cùm persona Judicis absit, & sic duarum personarum vicem non possit agere, *l. inter litigantes, & l. Julianus 2. ff. de judic.*

Et speciatim quod etiam Judex ordinarius regularis 45
possit ex justa causa recusari, etiamsi procedat cum assessore desumitur ex regula odia *de regul. jur. in 6.* Cùm enim recusatio Judicis sit in favorem rei à jure concessa, non est restringenda, quando procedit sine assessore, sed potius amplianda. Hinc Ripa *in c. 1. num. 41. de judic.* ait, quod quando caput est suspectum, potest totum Concilium recusari, Ludov. *dec. Perus. 108. n. 4.* dicens, quod quando Superior est suspectus, sunt quoque suspecti omnes inferiores ministri, etiamsi ab ipso non dependeant, sed à majoribus Superioribus, Rom. *cons. 3. n. 78. & 79.* ubi docet, quod si Prorex est suspectus, totus Senatus suspectus redditur etiamsi ab ipso Pro rege non habeat jurisdictionem, sed à Rege, & si Gubernator est suspectus, erit etiam suspectus ejus auditor, quamvis non dependeat ab ipso Gubernatore, sed ab urbe. Unde ob eandem rationem idem dicendum est de Judice, & assessore ita, ut assessor sequatur conditionem Judicis.

Haberturque *ex c. quod suspecti 5. q. 5.* ubi Nicolaus 46
Papa refert, ut approbatam à Concilio Chalcedonensi recusationem Judicis factam ab Athanasio, Patænonem Episcopo, qui in Synodo à suo Patriarcha, assistentibus cæteris Episcopis, & assessoribus, fuerat damnatus, ut contumax, quia noluerat causam agere coram Patriarcha, utpotè sibi inimico. Ex quo constat, quod assessor non obstat recusationi Judicis, quando alias potest justè recusari.

Estque ratio. Quoniam assessor debet tantum assiste- 47
re Judici, ipsum instruendo, ut juridicè procedat, *l. 1. C. de assess.* Specul. *l. 1. tit. de assess. §. Assessoris est.* Dec. *in rubr. n. 1. ff. de offic. assess.* Azo. *in sum. n. 1. C. de assess.* Unde solus Judex habet apud seipsum auctoritatem judicativam. Atque adeò licet judicet cum assessore, non rollitur, quin possit recusari ex justa causa. Quia recusatio conceditur ad declinandam potestatem judicativam suspectam, & subest eadem ratio declinandi, sive adsit assessor, sive non adsit.

Unde si apud Regulares extet Statutum de non recu- 48
sando Judicem Ordinarium, potest nihilominus recusari. Ita ex Specul. *l. 1. tit. de recus. §. 1. n. 5.* Franch. *in c. postremò n. 5. de appel.* Natta *cons. 174. n. 5.* Marsil. *singul. 292. n. 3.* Lancel. *de attent. cap. 6. n. 40.* Scacc. *de appel. q. 16. limit. 1. n. 120.* quatenus docent, quod quando Papa committit causam cum clausula, *Recusatione remota*, debet intelligi de recusatione ex causa frivola, non autem ex causa justa. Facitque Glos. *in c. ad hæc de rescript.* Innoc. *in c. ex transmissa de for. comp.* quos sequitur Sanchez *l. 6. opusc. c. 8. dub. 3. n. 16.*

Nam anima legis & statutorum est justitia, sine qua 49
non sunt leges, & statuta, sed tyrannicæ oppressiones. Quare cùm lex & statutum debeat accipi, tanquam vera lex, & statutum, alioquin deberent rejici, ut quid contra bonum publicum, debent accipi secundum eam mensuram, secundum quam continent justitiam. Si autem prohiberet recusationem Judicis ex justa &

gravi causa, non contineret justitiam, sed injustitiam, quia prohiberet defensionem, ac implicitè vellet oppressionem innocentiæ, ac justitiæ, ac vellet tradi in manus inimici eum, quem ipse cupit lædere.

50 Quod quidem locum habet, etiamsi Judex procedat cum assessore. Nam adhuc si ex justa causa prohiberet recusationem Judicis, contineret eandem injustitiam.

51 Hinc etiam statutum apud Regulares tollens omninò recusationem Judicis Ordinarii ex quacunque causa, non valet, atque injustum est, tyrannicum, tanquam contra injustitiam, bonum publicum, ac legem naturalem. Desumitur *ex d. can. quod suspecti, 5. q. 5.* ubi habetur, quod ipsa ratio dictat, quod suspecti, ac inimici non debeant esse Judices, citatque Pontifex Constantinopolitanam Synodum, quæ idipsum *can. 6.* prohibet. Citat etiam Gelasium Papam, quod inimici non possint esse Iudices, ac proinde liceat eos recusare. Additque rationem. Quia prohibere recusationem Iudicis suspecti esset cooperari inimicitiæ, & tradere inimico ad impetendum quem odit, & concludit: Quodammodo naturale est suspectorum Iudicum insidias declinare, & inimicorum judicium semper velle refugere.

52 Convincitur autem hoc apertè ex duobus principiis. Primum est, quod defensio sit de jure naturali. Quia quisque secundum legem naturalem debet amare seipsum ita, ut amor ad seipsum sit ratio mensurandi cæteros, ac proinde habet jus naturale ad se defendendum, quo aliquando etiam obligatur, ut se defendat. Unde tanquam de jure naturali ponitur *in can. jus naturale d. 1. &c. secundò requiris §. tertiò postulat de appel. & l. ut vim vi de just. & jur. & l. 1. C. unde vi.* Et tanquam de jure naturali à Principe tolli non potest, *c. cum inter de except.* ibique Abbas, *& Clem. pastoralis §. Ceterum de jud.* notatque idem Abbas *in c. 1. sub initio de rescript. & in c. in causis de re jud. & in c. dilecti circa fin. de re jud.*

53 Alterum principium est, quod recusatio Iudicis pertinet ad defensionem, imò est unà ex maximè necessariis defensionibus ex *c. cum inter de except.* Quia defensio complectitur expulsionem eorum omnium, quæ possunt injustè nocere. Suspectus autem Iudex est unus ex iis, quod maximè injustè nocere potest.

54 De jure autem communi Judex recusari debet ab initio, non solum ante contestationem, sed etiam ante omnem aliam exceptionem. Si enim recusatio non sit primus actus rei, sed interponit aliam dilatoriam facto ipso consentit in illum, atque adeò non potest amplius adhibere recusationem, quia per oppositionem alterius exceptionis admisit Judicem ad judicandum super ea. Sic habetur ex *l. apertissimi C. de jud. & in d. c. cum speciali de appel.* & tradunt Glos. ibi Jas. *in l. si concesserit ff. de jurisd. omn. Iud. & in l. apertissimi n.* 11. Bartol. *in l. non videtur n. 2. ff. eod.* Alex. *in l. quidam consulebant ff. de re jud.* Dec. *in c. 1. de jud. n.* 24. Felin. *in c. inter Monast. n. 24. de re jud.* Covar. *pract. quæst. c. 26. n. 2.* aliique ex *c. pastoralis de except.*

55 Post autem incœptam causam non potest à Regulari, neque à quovis alio Judex recusari absque nova causa. Quia, ut diximus, jam consensit in Judicem, subjiciens se ipsius judicio, & Judex acquisivit jus supra illam causam, quo non potest spoliari, ac proinde tunc recusatio præsumeretur malitiosa ad vitandum judicium, aut ad interponendam dilationem, ideòque non esset admittenda. Atque id de jure Canonico. Nam de jure civili alia est ratio, cùm secundum illud ad recusandum Judicem non requiratur ratio ex *d. l. apertissimi C. de jud.* ubi Glossa, & communiter Doctores.

56 Quando autem supervenit nova causa recusandi Judicem in quocunque termino processus causæ reperiatur, adhuc potest recusari, ut habetur *in c. insinuante de offic. deleg.* ubi Glossa, & Felinus, traduntque Panorm. *in c. 1. de mut. petit.* Franch. *in c. Iudex de offic. deleg. in 6.* Gemin. *ibidem* ac Maranta *de ordin. jud. p. 3. in 2. art. qui est. appel.* 74. Greg. Lopez *l. 22. tit. 4. p. 3.* & Sanchez *d. l. 6. opusc. cap. 8. dub. 3. n. 19.*

Quia totus processus causæ debet esse secundum 57
mensuram justitiæ, atque adeò disceptatores habent, jus ut in toto processu habeant Judices, qui semper procedant secundum talem mensuram. Consensus verò in Iudicem est suo modo conditionatus. Nam est consensus in Iudicem, quatenus supponitur processurus, ut verus Iudex, atque adeò servata forma justitiæ, & ideò deficiente tali conditione potest retrahi consensus. Causa verò quæ sufficit ab initio, sufficit etiam in progressu, ut desumitur *ex d. c. insinuante de offic. deleg.* Quia quod potest initio movere Iudicem ad non rectè procedendum, potest etiam in progressu.

Quinimò etiamsi causa non superveniat de novo, sed 58
tantum de novo veniat ad notitiam, potest adhuc Judex recusari in processu causæ per *d. c. pastoralis de except.* & notat Sanchez *loc. cit. nu.* 19. cum Lopez *ibid.* Quia quæ de novo veniunt ad notitiam, eodem modo se habent, ac si de novo emergerent, & semper ac quis de novo cognoscit aliquod præjudicium imminere, haber jus ad illud vitandum ratione defensionis, quæ est de jure naturæ. Neque est necesse, quod in judicio probari possit, quod causa suspicionis de novo in notitiam venerit. Quia vix posset adhiberi hujusmodi probatio. Unde standum est conscientiæ allegantis causam suspicionis probatæ per juramentum, ut traditur in citato *Capit. pastoralis.* Nec potest adesse præsumptio, quod fiat delusio, ac declinatio judicii aut quod dolus interveniat. Quia juramentum evacuat præsumptionem in contrarium. Et hic modus sufficit ad providendum, ne committatur dolus, cùm alio pacto non possit securius provideri, salva justa facultate allegandi causam recusationis, quæ de novo venit in notitiam.

Ad id tamen non sufficit ignorantia juris, qua igno- 59
retur jus concedere facultatem recusandi Judicem ex tali causa. Quia nemo præsumitur jus ignorare, *l. reg. ff. de jur. & fact. ignor.* Sed solum ignorantia facti, qua ignoratur hic, & nunc intervenire talem causam recusandi, ut notat Glossa *in d. c. pastoralis v. postmodum de except.* Sola enim ignorantia facti excusat, non autem ignorantia juris. Et ideò excusatur, si prius non allegavit causam recusationis. Quia, stante tali ignorantia, non potuit allegare; secus autem stante ignorantia juris, quia hæc potest vinci, & possunt consuli periti.

Imò etiam post conclusionem in causa potest Judex 60
recusari, si tunc nova causa recusationis superveniat. Idque non solum quando causa recusationis est notoria ita, ut non exigat probationes, sed etiam quando eis indiget, si post conclusionem in causa superveniat. Quod tradunt Felin. *in d. c. insinuante de offic. deleg. n. 15. & in d. c. pastoralis n. 17. de except.* ibique Dec. *n. 9.* Franch. *in d. c. cum specialis n. 22. de appel.* Covar. *pract. qu. c. 26. n. 2.* Panorm. *in d. c. 1. de mut. petit.* & Sanch. *d. l. 6. c. 8 dub. 3. n. 19* cum aliis. Id autem fundatur *in d. c. insinuante*, ubi Pontifex concedit recusationem Judicis ex causa orta tractu temporis ante definitivam sententiam. Terminus igitur donec admitti debeat revocatio, est sententia definitiva exclusivè, ac proinde etiam post conclusionem in causa admitti debet, cùm hæc præcedat sententiam definitivam.

Quia jus naturale præbet facultatem semper decli- 61
nandi injustitiam, quæ à quocunque sibi irrogari potest, atque adeò in quocunque processu sit causa præbet jus declinandi per recusationem injustitiam Judicis. Cùm autem sit contra justitiam prohibere, ne quis utatur suo jure naturali, debet admitti recusatio, etiam post conclusionem causæ, nec prohiberi potest.

Quod sanè locum habet, si causa recusationis, post 62
conclusionem in causa, non superveniat de novo, sed solum de novo veniat ad notitiam, ut per Franch. *in d. cap.*

c. cum speciali numero 22. de appell. Et videtur sentire Sanchez *loc. cit. numero* 19. citans Lopez, qui tamen loquitur tantum secundum jus civile. Unde est potius cum contraria sententia, quam tuentur Ioann. Imol. *in capite 2. de ordinar. cognit. numero* 19. ubi etiam Ioann. Andr. Gemin. *in c. Juaex de offic. deleg. in 6.* & Covar. *d. c. 26. num. 3.*

63 At nostra sententia est valdè congruens justitiæ, valdéque probabilis. Nam ignorantia facti nemini debet præjudicium inferre, sicuti ignorantia juris nemini patrocinatur. Et ideò debet in quocunque statu causa reperiatur admitti recusatio Iudicis. Et cum ignorantia facti excuset, & alioquin habeat jus ad recusandum Iudicem, non excusaretur, si privaretur tali jure. Nec debet esse major æquitas in jure civili, quàm in Canonico. Unde cùm jus civile admittat recusationem cum solo juramento sine probationibus, etiam post conclusionem in causa, licet non de novo superveniat, sed solum de novo in notitiam veniat, debet etiam jus Canonicum admittere, præsertim quia non admittit absque probationibus, atque adeò cum majori cautela procedit in recipienda recusatione. Facitque textus *in dict. cap. Pastoralis de except. & in dict. c. insinuante de offic. deleg.*

64 Estque adhuc locus recusationi ante publicationem sententiæ, etiamsi illa tradita sit Notario ad eam pronunciandam. Id videntur tenere Sanchez *eo capite octavo, dub. 3. numero decimo nono.* qui citat Paz, & Covarruvias *cit. numero tertio.* ubi testatur, hoc esse in praxi apud Hispanos, oppositam tamen sententiam utiliorem ait ad tollendas calumnias litigantium. Quæ quidem sententia tenenda est, dummodo tamen causa recusationis non sit frivola, sed gravis. Quia justitia postulat ut semper possit unusquisque damnum sibi imminens à se avertere, cùm id concedat jus ipsum naturæ. Unde cùm tunc quoque sit in statu, in quo ratione potest à Iudice præjudicium timere, debet se subtrahere per recusationem.

65 Nec obstat, quod sententia sit tradita Notario, quia cùm non sit pronunciata non censetur lata, sed ferenda, faverque textus *in dict. cap. insinuante de offic. deleg.* ubi ponitur definitiva sententia pro termino excludente recusationem. Ante autem publicationem non habetur sententia definitiva, quia nondum secundum acta indiciaria est causa determinata. Hinc detensio secundum substantiam habet semper locum. Solum autem non habet locum aliquando secundum aliquem specialem modum. Et ideò, quando sententia est tradita Notario, non habet locum defensio, quæ fit in ordine ad ipsam sententiam; quia jam supponitur facta, aut saltem concessus debitus terminus, intra quem fieri poterat. At nova defensio, quæ ex nova causa, aut saltem noviter cognita, necessaria est, non potest prohiberi, sed tunc etiam admittenda est; alioquin tolleretur defensio secundum substantiam, quæ est de jure naturali.

66 Si quoque Iudices sint plures, simul judicaturi, & aliquis recusetur, non potest, qui non recusatur cognoscere de causa recusationis. Ita Franch. *in dict. c. Cum speciali de appell.* Sanchez *dict. capite 8. dub. 3. numer. 24.* Glossa, & communiter Canonistæ *in cap. si contra de offic. deleg. in 6.* ubi hoc apertè sancitur. Nam cum Pontifex statuisset, quod alter Delegatorum possit recognoscere causam recusationis, quando delegatio fit cum clausula: *Quod si ambo interesse non possunt, alter eorum procedat*, subdit: *Ubi verò non est dicta clausula in rescripto, debet super hoc ad arbitros recursus haberi.* Et hoc idem valet etiam quoad Iudices ordinarios, cum sit eadem ratio. Nam, ut desumitur ex textu, quando non adest dicta clausula, ideoque non potest unus sine alio procedere; non habet proprium specialem jurisdictionem, sed tantum communem cum recusato, atque adeò non potest actus jurisdictionis proprios, ac speciales exercere, qualis esset cognoscere causam recusationis.

Accedit, quod simul, & non singuli seorsim faciunt 67
unum tribunal, nec quis eorum habet seorsim aliquam jurisdictionem, sed una & eadem auctoritas est simul in omnibus, & ideò, uno recusato, recusatur totum tribunal; imò dissolvitur tribunal per separationem recusati, ac proinde non remanet apud alios facultas agnoscendi causam recusationis. Et notat Glossa, *in d. c. si contra*, quod si plures Iudices sint ita constituti, ut possit aliquis eorum in speciali per se solum procedere, aut ex vi delegationis, aut ex alio capite, tunc si iste recusetur, non possunt alii cognoscere de causa recusationis, cum militer eadem ratio, quod non possint seorsim ab ipso jurisdictionem exercere.

Is autem, qui sic delegatus est in speciali, poterit co- 68
gnoscere de causa recusationis ex *d. c. si contra.* Si autem possit, non ex vi talis clausulæ delegatæ, sed aliunde seorsim jurisdictionem exercere, an possit de causa recognitionis cognoscere, mox dicetur.

Et quoad Visitatores Regularium, isti quando simul 69
visitant monasteria, habent auctoritatem, & juri dictionem conjunctim. Nam si haberent singuli in solidum, esset eadem ratio de ipsis, ac de Judicibus in solidum. Et quamvis non possit Visitator in actu visitationis allegari suspectus, nisi excesserit modum in visitatione, ut notat Genuens. *in praxim. capite* 21 & B bol. *d. offic. ac potest Episc. alleg. 73. numero* 8. quia tamen potest modum excedere, aut ab inquisitione generali aliquando ad particularem procedendum est, ideò etiam respectu Visitatorum habet quoque locum recusatio; quia in quisitione particulari procedunt, non ut Visitatores, sed ut Iudices.

Atque ex his non potest, quando plures Visitatores 70
visitant, unus Visitator cognoscere de causa recusationis alterius, quia non habet jurisdictionem seorsim ab ipso, & facit cum ipso unum corpus visitationis. Vbi autem plures intervenire debent ad fundandam jurisdictionem, & constituendum tribunal, unus, aut etiam plures non sufficiunt, nisi sint omnes, qui requiruntur vel secundum præscriptum delegationis, vel secundum leges, & statuta. Quod probat textus *in d. c. si contra de offic. deleg. in 6.*

Existentibus autem pluribus Judicibus, qui tantum si- 71
mul possunt judicare, & aliquis eorum recusatur non possunt alii eligi in arbitros. Primò, quia nemo in causa propria potest esse arbiter *l. penult. ff. de arbitr.* ubi Doctores. Tales autem Judices essent arbitri in causa propria. Quia licet ipsi personaliter non recusentur, ratione tamen alterius conjudicis recusatur tribunal, cujus ipsi sunt pars, unde indirectè etiam ipsi recusantur, atque adeò essent arbitri in causa proprii tribunalis, quæ censetur propria ipsorum.

Deinde quia cùm arbiter possit recusari, ut suspectus, 72
leg. non distinguemus §. Cum quidam ff. de arbitr. non potest eligi in arbitrum is, qui ex facto recusationis Judicis remanet suspectus. Conjudex autem ex recusatione alterius Conjudicis remanet suspectus. Quia per talem recusationem privatur jurisdictione, si sit ex justa causa.

Ad hæc. Causa recusationis debet cognosci extra tri- 73
bunal, contra quod proponitur. Talis autem conjudex, qui non recusatur, non est extra hujusmodi tribunal. Quia quandiu pendet recusatio, debet expectare, ut pars illius tribunalis, an debeat causam prosequi, & ideò non potest de ipsa cognoscere.

Præterea pertinet ad Iudicem cogere arbitrum, ut 74
procedat, & ejus sententiam mandare executioni; ac proinde non potest aliquis ex conjudicibus eligi in arbitrum. Quia non remaneret tribunal, habens jurisdictionem cogendi arbitros, & mandandi executioni eorumdem sententiam.

Ac postremò, quia *in d. can. infames 3. quæst. 7.* duo pro- 75
bantur. Et quod Judex non possit jubere, ut partes in

se compromittant. Etsi compromiserint, quod nequeat recipere arbitrum. Sic enim ait textus: *Si quis verò Judex fit, arbitrium recipere ejus rei, de qua Judex est, & in se compromitti jubere, prohibetur lege Tullia.* Ubi notandæ particulæ *Jubere, Recipere.* Quoniam autem causa recusationis pertinet ad rem, de qua est Judex, si in se reciperet arbitrium talis causæ saltem indirectè reciperet arbitrium rei, de qua est Judex.

76 Si fiat delegatio pluribus Judicibus, omnibus, & singulis, ita ut singuli sint Judices in solidum, non tamen cum prædicta clausula, *quod si ambo interesse non possunt*, alter eorum in causa procedat, non recusatum non posse cognoscere de causa recusationis. (Quod idem intelligendum est, si contingat, plures esse Judices Ordinarios in solidum.) Tradit Covar. *pract. quæst. c. 26. num. 5.* ubi plures adducit rationes.

77 Contrariam sententiam docet Sanchez *d. l. 6. opusc. c. 8. dub. 3. n. 25.* quam tenendam esse existimo. Fundatur *in c. Cum plures de offic. deleg. in 6.* ubi dicitur, quod quilibet ex Judicibus delegatis in solidum procedere potest, ea quidem ratione, quia, quando delegantur in solidum, quilibet habet jurisdictionem seorsim ab alio. Unde etiam seorsim ab alio potest illa uti.

78 Et tum quia isti Judices habent talem subordinationem ad invicem, ut si unus incipiat causam, non possint alii se ingerere. Si tamen, qui incepit, non possit prosequi ex quacumque causa, succedunt alii, ut habetur *in d. c. Cum plures.* In hoc autem casu Judex recusatus non potest prosequi; nam non potest cognoscere de causa recusationis. Ergo succedunt alii ad cognoscendum, cùm habeani jus supra illam causam.

79 Atque idcircò, quando est unus Judex, aut plures, sed non in solidum, eliguntur arbitri, quia tunc Judices illi non possunt cognoscere de causa recusationis, nec adest alius judex, ad quem immediatè pertineat causa. In hoc autem casu adsunt alii Judices, ad quos immediatè causa pertinet.

80 Ac denique, quando adest dicta clausula, *quod si ambo &c.* ideò qui non recusatur, potest cognoscere de causa recusationis, quia substituitur Judici recusato in eadem causa, & proinde peragere potest, quæ alter non potest. Sed etiam Judices in solidum ita se habent, ut unus censeatur substitutus alteri, ut constat ex *d. c. Cum plures.* Atq; adeò dicta clausula quoad substantiam continetur in modo, quo plures constituuntur Judices in solidum. Unde erit eadem ratio.

81 Visitator autem recusari non potest cùm generalem, vel specialem visitationem aggreditur; procedendo sine strepitu & figura judicii ad morum correctionem juxta doctrinam Archid. *in c. quia plerique de offic. Ordin. in 6.* quam approbavit S. Congregatio Concilii, ut testatur Fagnan. *in d. c. conquerente nu. 36. de offic. Ordin.* & latè probant Portel. *resol. regul par. 1. cas. 22. nu. 3.* Barbos. *de offic. & potest. Episc. alleg. 73. n. 38.* ubi in specie refert Breve Pauli V. *& in collect. ad Concil. Trid. sess. 7. c. 8. n. 28.* ubi testatur, ita decisum.

82 Quod planè inter Regulares est certum, ut probat textus *in cap. cum speciali §. porrò*, ibique Abb. *num. 2.* ait, *ultimò notat, quod Regulares, qui corriguntur per Superiores secundum institutiones Ordinis, seu Regulæ non possunt Superiorem recusare, ut suspectum, nec ab eo appellare, quia hæc correctio fit ad ipsius salutem, & de plano sine judiciorum strepitu.* Idem notant Ostiensis, atque alii *de appel.*

83 Præsertim autem, si Commissarius Visitator fuerit specialiter approbatus à parte adversatrice, ut propterea subintret certissima juris conclusio, quod Iudex semel approbatus, non potest amplius recusari, nisi ex causa ignorata, aut de novo superveniente, *l. 1. ff. de judic. leg. 1. C. de jurisdict. omn. Judic. c. in singulos de stat. Monach.* Felin. *in c. inter Monasterium numero quarto, de re judic.* Caputaq. *dec. 391. numer. 2. par. 2.* Add. ad Greg. *dec. 203. numer. 2.* cum aliis apud Rotam *decis. 178. numero 2.* coram Cavalario.

Non obstante assertu metu, quo forsan dicitur fuisse approbatus. Nam, omisso, quod metus omninò cessat in gestis capitulariter, & coram pluribus, minimè discrepante, pro quorum libertate, ac validitate semper præsumitur, nisi detur urgens argumentum in contrarium, regula juris est, quod metus non præsumitur, sed ab illo allegante, probandus est, *l. 2. C. de his, quæ vi, metusve.* Menoch. *præsumpt. 126. lib. 3.* ac Rota *decis. 463. numero quarto, parte secunda, recent.* Ac ita, ut ne protestationes quidem relevarent, si fictè, & fallaciter emanarent longe post subscriptionem actorum capitularium cum approbatione personæ Visitatoris, nisi etiam probetur, quod ad hunc effectum minæ fuissent illatæ à Superiore, & quod iste solitus sit eas exequi, concurrentibus aliis, de quibus *in l. interpositus C. de transact.* Felin. *in cap. causam numero tertio, de offic. deleg. & in decis. 23.* coram Merlino. Eoque magis si recusantes constituant minorem partem Provinciæ, ac definitorii, quo casu acquiescere debent majori, ac saniori, præsertim in hac materia, quæ cum non respiciat universitatem, procedit regula, quod ordinatio majoris partis Capituli impedri non debet per contradictionem, aut appellationem minoris, ut tradunt Io. Andr. Barr. ac cæteri *in cap. cum in cunctis*, ubi Fagnan. *numero secundo, ac 3. de his, quæ fiunt à maj. par. Capit.* & in hac specie, quod Præsidens Capituli non possit, tanquam suspectus recusari à minori parte Capituli adversus majorem, probat Lezan. *in sum. tom. 4. v. Præses num. 3.*

Porrò cùm avocatio propter injuriam, quæ fit primo Iudici, sit odiosa, concedi non debet sine gravi, & urgenti causa, uti est publica utilitas, aut suspicio legitimè probata juxta ea, quæ tradit Rebuff. *in tract. de avoc. caus. in præf. quæst. 6. num. 57. & quæst. 7. num. 66.* Lancell. *de attent. part. 2. c. 10. numer. 56.* Alioquin quilibet Iudex posset sine causa recusari. Quod fieri non posse, ait textus *in c. accedens 2.* ibique Gloss. *v. nimis favens, ne lit. non contest.* & in specie tradit Rebuff. *loc. cit. art. 2. num. 8.* ac Doctores *in d. c. cum speciali, & c. 2. requiris §. 3. de appell.* ac de communi testatur Gail. *observ. 33.* Licet enim, ut diximus, de jure civili sufficiat allegare suspectum Iudicem delegatum, secus autem est de jure Canonico, ex quo recusatio non admittitur, nisi ex juxta causa allegata, & legitimè probata, ut decernitur *in c. secundo requiris, & in c. cum speciali*, ibique Abb. *num. 2.* aliique communiter *de appell.*

Unde amicitia Judicis, aut Visitatoris cum Adversario, tanquam causa nimis vaga, & generalis videtur irrelevans, & non ita facilè admittenda. Cùm enim omnes teneantur, præcipuè Regulares, ad proximi dilectionem, non omnis amicitia, & familiaritas, sed summa dumtaxat sufficit ad Iudicis recusationem, ut decidit textus *in d. c. accedens 2.* ibique post Io. Andr. & Ostiens. tradit Abb. *n. 8.* & Alex. *cons. 154. n. 8. l. 5.*

Et licet Iudicis arbitrio remittatur, quænam sit amicitia, vel familiaritas summa, quænam mediocris, quando tamen agitur de Iudice integerrimo, ac Religioso, qualis præsumi debet Commissarius Visitator, maximè si plura munia Religionis præclarè obiverit, excluditur omne arbitrium recusationis, ut animadvertunt Abbas, Alexander, Iason, Paris, aliique, quos refert, ac sequitur Menoch. *de arbitr. cas. 152. n. 7. l. 2.*

Ex quibus, si recusatio detegatur, non solum irrelevans & calomniosa, sed etiam objectiva, & injuriosa, tam ipsi Superiori deleganti, quàm Visitatori delegato, necnon majori, & saniori parti Definitorii, quæ eundem Visitatorem approbavit, videtur omninò deneganda, cùm in fortioribus hoc casu excludenda esset etiam remissoria, licet ex se dicatur magis favorabilis, ad textum *in lib. ad probationem, Codice de probat.* Roman. *cons. 226. numero 3.* cum aliis congestis à Rota in Assisien. obligationum 28. Iunii 1661. §. 1. coram Albergato.

Cæterùm exceptio hæc suspicionis in hoc maximè differt ab exceptione incompetentiæ: quod de hac regu-

regulariter Iudex cognoscit, & pronunciat, de illa verò nunquam, sed arbitri, *dict. leg. apertissimi C. de judic.* & *cap. suspicionis de offic. Judic. deleg.* Recusatio verò est jurisdictionis, vel audientiæ, causa suspicionis proposita, declinatio, *d. l. apertissimi, can. quod suspecti 3. quæst. 5. & cap. suspicionis de offic. Judic. deleg.* Recusari autem potest quilibet Judex, utpotè vel Ordinarius, vel delegatus, vel subdelegatus secundum Canones, *can. si quis contra, cap. licet de form. comp. can. pervenit 11. quæst. 1. & à. c. suspicionis, c. cum speciali, c. ad hæc, & c. 2. postremò de appell.* secundum leges verò delegatus quidem recusari potest, *dict. leg. apertissimi*, Ordinarius verò minimè, sed si suspectus appareat, Episcopus illi adjungitur, *auth. si verò contigerit, C. de judic.* ubi de hoc plenius Doctores, & Gail. *d. observ. 33. num. 1.* Maranta *parte 4. dist. 5. num. 42.* Arbitrator autem, tanquam suspectus, recusari non potest, arbiter verò potest. Gulielm. de Cun. *in l. si quis ex consensu, C. de Episc. audient.* Item merus executor non recusatur, mixtus verò sic, *c. novit.* ibique Gloss. *de appell.*

90 Quod autem dictum est, suspicionis causam coram arbitris deberi probari, distinctionem recipit. Nam siquidem recusatur Ordinarius, tunc omninò causa recusationis coram arbitris probari debet, *c. cum speciali de appell.* Fallit tamen in officiali. Quia causa suspicionis probanda est coram Episcopo, & eo, cujus est officialis, *c. si contra unum de offic. Judic. deleg. in 6.* si verò recusatur delegatus, sic distingue. Aut delegatus est solus, vel cum aliis. Siquidem solus, aut est à Principe datus, & tunc causa suspicionis probabitur coram arbitris, *c. suspicionis de offic. Judic. deleg. dict. leg. apertissimi, leg. fin. C. de judic.* Aut ab alio, ut Episcopo, & tunc probatur coram Episcopo *d. c. si contra unum de offic. Judic. deleg.* Si autem delegatus sit cum aliis, tunc aut solus ille unus, vel omnes alii recusantur, dari cum clausula, *quod si ambo, vel quod si non omnes &c.* siquidem solus ille unus, tunc probabitur causa suspicionis coram Conjudice, ideòt, non recusato, vel non recusatis, *dict. c. si contra unum.* Si verò omnes recusantur, causa suspicionis coram arbitris probabitur. Si denique subdelegatus recusatur, rursus distingue. Aut subdelegatus est in totum, aut pro parte. Si in totum, tunc coram arbitris est suspicionis causa probanda. Facit *c. Judex de offic. deleg. fin. de leg.* Si pro parte, tunc coram delegato, *c. super quæstionum §. ejus ergo cum seqq. de offic. Jud. deleg.*

91 Proposita itaque coram Judice recusato suspicionis causa, siquidem non fuerit manifestè frivola (frivolæ enim recusationi deferendum non est, *c. pastoralis c. ut debitus, juncto c. super eo 2. §. in causis de appell. c. Cum olim. de cars. pass. & propr.*) Judex statim supersedere debet, ac præcipere partibus, ut arbitros eligant juxta superius dicta. Arbitris verò electis, Judex suis literis significabit, illos super talis recusationis causa à talibus partibus electos esse. Quare illis præfiget terminum, intra quem causam dictæ recusationis per se, vel cum tertio aliquo eos assumendo definire studeant, alioquin se ex tunc in negocio principali, recusatione proposita non obstante, processurum, *l. legitima de appel. in 6. d. c. suspicionis, de offic. deleg. & d. c. cum speciali.* Et si necesse sit, cogere poterit, ut arbitrum suscipiant, *arg. c. præterea, c. prudentiam. §. penul. & ultim. de offic. Jud. deleg.* Quoad hoc enim durat tua jurisdictio, licet recusatione proposita, statim jurisdictio suspendatur, ut de causa judicare nequeat, Gloss. *v. Executore in l. apertissimi, C. de judic.* Vide Bartol. *in l. quia poterat ff. de Trebell.*

92 Vocatis autem arbitris, ac præsentibus partibus ipsum recusationis libellum per se, vel Notarium suum legant, & deinde terminum ad probandum præfigant, talem scilicet, post quem possint recusationis articulum intra terminum sibi à Judice præfixum decidere.

93 Denique receptis probationibus, & conclusione facta super recusatione pronunciabunt. Etsi quidem pronunciaverint, recusationis causam non esse probatam, causam ad Judicem recusatum remittent; qui tunc in negotio principali procedet, *c. secundò requiris in fine de appel. c. legitima eod. tit. in 6.* si autem pronunciaverint, causam suspicionis esse probatam, Judex recusatus cause cognitionem supersedere tenetur, *d. c. secundò requiris.* Si tamen partes, se hac pronunciatione gravari putaverint, ad sedem Apostolicam appellare possunt, *c. ab arbitris de offic. Jud. deleg. in 6.*

94 An autem, & quando Judex à Sede Apostolica datus, si recusetur, possit vices suas alteri committere, vide *in c. Judex de offic. Judic. deleg. in 6.* & an ordinario Judici hoc concessum sit; notatur *in c. si quis contra de form. comped.* Reliqua vide apud Artifices forenses, Cantores, Formularios, Basilicanos, Stipulatores, Afflectas fori judicialis, Turbam fori proxenetriam, verbò scriptores practicarum.

95 Post allegatam suspicionem, quicquid à Judice fit, est attentatum. Est enim theorica Bartholi *in l. quia poterat num. 4. ff. ad Trebell.* ubi quod si Judex ex legitima causa detur suspectus, & post allegatam suspicionem ad alteriora procedat, gesta per eum sunt ipso jure nulla. Quod etiam tradunt Alexand. *cons. 89. colum. fin. lib. 1.* Decian. *cons. 275. colum. 2.* Olsalch. *decis. 84.* Lancel. *de attent. parte 2. c. 6. num. 4. & seq.* Ubi quod hæc conclusio est vera in utroque jure ita, ut nec aliter per statutum, nec per principem præcipi possit, *l. fin. in princ. C. de decur.* Craff. *excep. 24. num. 17.* Apicel. *tract. var. tit. de jurisd. officii. num. 10.* Fontanel. *d. cis. 14. numero 3.* Quia recusationis exceptio est defensio naturalis, ac necessaria, Giurba *dec. 68. num. 2.*

96 Imò si suspicio oriatur ex gravi inimicitia, non solùm ipse cognoscere non poterit, & in causam se ingerere, sed ne alteri quidem delegare, esto, quod jurisdictionem haberet in dominio, Mastril. *de magistrat. lib. 4. c. 17. num. 86.* Capiblanc. *pragm. 3. de Baron. num 167.* & pluries observatum esse, ait Sanfel. *decis. 63. nu. 31. 33. & seq.* Idque præsertim, si procedatur, nedum post recusationem ex causa inimicitiæ, quæ nunquam censetur per Principem sublata, ex Giurba *loc. cit.* Guaz. *defens. 1. c. 19. num. 6. ac seq.* sed post appellationem, legitimè interpositam, Farinac. *cons. 17. num. 1. & in addit. lit. A.* Cavalcan. Lancel. & alii per Guaz. *ibid. c. 20. num. 3.* Hæc de recusationibus, quàm brevissimè potui.

CONSULTATIO XCVIII.

An, & quatenus Episcopus ex Concilio Tridentino visitare possit Montes Pietatis, aliaque loca pia, & ab eorum administratoribus rationem administrationis exigere? Proponitur, ac explanatur c. 8. & 9. sess. 22. de reform. S. Concilii Tridentini, ubi ad d. c. 8. effata pauca adducuntur, ad c. 9. plura, sed alibi adducta.

HAc de re non semel dixi. Nunc autem hanc regulam constituo. Non potest Episcopus hujusmodi montes, ac loca pia visitare, & rationes exigere, nisi doceat intervenire qualitates, de quibus Concilium disponit. Quia nunquam dispositioni qualificatæ locus est nisi qualitatibus, per allegantem comprobatis, ut per Dec. *cons. 49. num. 1. & cons. 64. num. 5.* Natt. *cons. 648. nu. 3.* ac Seraph. *dec. 670. num. 1.*

97 Quare Episcopus ex facultate dicti Concilii potest visitare hujusmodi montes, & rationes ab eorum administratoribus exigere, etiam locorum merè laicalium, dummodò sint loca pia. Secus autem si non doceat, Montes aliaque loca esse Pietatis, neque eorum institutionem fuisse piam ad pauperes sustentandos, sed esse vel pecuniarios; vel frumentarios ad commoditatem tantùm colentium, & seminantium agros, à certis personis ad hunc effectum pro se ipsis, ipsarumque familiis erectos. Unde cessant eæ qualitates, ex quibus jus Ordinario tribuitur, atque adeò cessat etiam dispositio

Rota *decis.696. num.7. & decis. 302.par.2.recent.*

Porrò dupliciter Montes quibus pietatis nomen conveniat, inſtituuntur. Aut enim eriguntur cùm aliqua Communitas, vel particulares homines donant pecuniam, vel frumentum ad effectum mutandi pauperibus, quo caſu,Inſtitutores Montium non poſſunt eam pecuniam, vel frumentum detrahere, aut repetere,Azor.*inſtit. moral.lib.5. c.8.in fine par.*1.Reginald.*in prax.form. pœnit. lib.25 num.*208. cui caſui æquiparatur Montis erectio ex eleemoſynis Reipublicæ, vel privatorum conjectis in unum cumulumad perpetuum pauperum uſum , Lup. *in c. naviganti de uſur. com.*3.§.3. *num.* 81.Lara *de anniverſ. lib.* 1.c.23.*num.*2. Et hoc caſu ſtatim pauperibus mutuatariis acquiritur jus irrevocabile , Azor. & Reginald. *loc. alleg.*

4 Aut eriguntur , cùm Communitates , aut homines, privati illos inſtituunt , retinendo dominium rei eo modo deputatæ ad uſum pauperum cum poteſtate revocandi,& ad alios uſus convertendi, ut per Molin.*de contract. diſput.*325. *propè finem* Azor.*d.lib.5.c.9.* Idque absque ulla Ordinarii , aut Superioris Eccleſiaſtici auctoritate , de quo Feder. de Sen. *conſ.* 111. Sed privata ipſius Communitatis voluntate , utique Mons iſte nec re, neque verbis Mons pietatis appellari poteſt , & conſequenter , ut exiſtens ab ejus inſtitutione in mero ſtatu laicali , ac privato , immunis eſt ab Ordinarii jurisdictione , ſicut immunes ſunt Confraternitates laicorum ſine auctoritate Eccleſiaſtica inſtitutæ , Bald.*in auth.hoc jus porrectum num.* 12.*C.de Sacroſanct Eccleſ.* Ias.*conſ.*218. *nu.*1.*lib.*2. Menoch. *de recup. remed.*15.*num.*30.*& ſeqq.* Burſat. *conſ.*55. *num.*14. *lib.*1. Rebuff.*de confrat.numer.*10.*in comm. tom.*2. ac Rota *dec.*564.*num.*6.*part.*1.*diu.& dec.*193. *num.*7.*part.*2.*recent.* & de Monte Pietatis,idem Burſat.*conſ.*60.*num.*27. *& ſeq. lib.*1.

5 Verùm audiamus ipſum S. Concilium *in d.c.*8. in quo ſic ſtatuit *Epiſcopi*,etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati , in caſibus à jure conceſſis omnium piarum diſpoſitionum , tam in ultima voluntate , quàm inter vivos *ſint executores.*

6 Id autem accipiendum eſt ex S.Congregatione juxta juris communis diſpoſitionem , quod explicatur, dum dicitur in caſibus à jure conceſſis , *c. nos quidem de teſtament.& leg.ſi quis ad declinandum C. de Epiſcop. & Cleric.* Etiamſi teſtator prohibuiſſet, ne Epiſcopus exequeretur , *c. tua de teſtament. & auth. de Eccleſ.* §. *ſin autem pro redemptione collat.*9. Idque multò ante in Eccleſia ſervatum eſt, teſte Magno Gregorio in ſuis Epiſtolis multis in locis ,*lib.*3.*epiſt.*9. *& epiſt.*10.*& lib.*8. *epiſt.*3. & alibi Conſuetudinem tamen ut Archidiaconi, & Diaconi , cæteriquc inferiores viſitent,non eſſe ſublatam,dixit S. Congregatio ſed poſſe cumulativè cum Epiſcopis viſitare.

7 *Habeant* jus viſitandi hoſpitalia,Collegia quæcumque, ac Confraternitates laicorum , etiam quas ſcholas , ſive quocumque alio nomine *vocant.*

8 Quod autem Epiſcopo jus viſitandi,& corrigendi hoſpitalia, de illis præcipua cura competat, nos docet Concilium Chalcedonenſe *in Can.quidem* 28.9.2. & D.Gregorius *lib.*11.*epiſt.*52.ac Iuo Carnotenſis *epiſt.*214. ubi hæc ſcribit : *Cùm ea*, quæ Xenodochiis, Prochotrophiis, vel aliis religioſis domibus devotio fidelium pro redemptione animarum ſuarum dare conſuevit ad ſuſtentationem eorum , qui ibi morantur , non jam in humanis rebus computanda ſunt , quia Dei ſunt , oportet Rectores Eccleſiarum,ut ea, tanquam divina patrimonia in defenſionem Eccleſiarum ſuſcipiant ex certo gladio ſpiritus præverſores,& diſtractores eorum,tanquam Dei contemptores canonica ſeveritate ferire non differant. *Et c.de Xenodochiis de relig.domib.*& decretis Eugenii Papæ, *& Clem. quia contingit eod.tit.*

9 De quibus hæc regula conſtituenda eſt, ut cenſuit S. Congregatio. Aut conſtat hoſpitalia conſtituta eſſe auctoritate Episcopi , aut ex aliis ſignis eſſe Eccleſiaſtica , & certum eſt , viſitari poſſe ab Epiſcopo auctoritate hujus decreti. Aut certum non eſt, ſed præſumuntur Religioſa , maximè , ſi habeant formam , & ſtatum pii loci , & idem ſentiendum eſt. Aut conſtat privata auctoritate conſtituta eſſe , ut propria laicorum , & de jure communi Epiſcopus illa viſitare non poterit, Doctores *in cap. inter dilectos de donat. & in cap. ſuperè de cenſib.* ubi diſtinguitur , quod aut vivit ille , qui hoſpitalè erexit, & tunc non poteſt Epiſcopus , eo invito, illud viſitare , quemadmodum nec domum propriam alicujus privati. *Aut* fundator deceſſit, & voluit hoſpitale remanere in ſuo ſtatu,& tunc ſuperior poterit illud viſitare , tanquam locum pium. Quæ quidem viſitatio non eſt plenaria,ſed ad effectum exequendi voluntatem ipſius fundatoris tantùm.Et hac ratione reſpondit ſæpiùs S. Congregatio ex hoc decreto , Epiſcopum poſſe viſitare hoſpitale privatum , corrigere ac reformare in his tantum , quæ ad ſervandam voluntatem teſtatoris pertinent , vel ſit hoſpitale , vel alio quovis nomine nuncupetur , prout hic in decreto.

10 Et quamvis in hujuſmodi piis locis opera pietatis exerceantur , ac perſonæ in ipſis ſint miſerabiles , quæ cenſetur eſſe ſub protectione Eccleſiæ , *c.* 1. *de Eccleſ. ædif.*tamen Concilium expreſsè concedit viſitationem in caſibus à jure conceſſis,nempè ob negligentiam,aut dilapidationem.

11 *Ut teſtatoris voluntas ſervetur.*Hinc dixit S.Congregatio, poſſe viſitari, utvideatur num piæ teſtatorum voluntates in aliquo defraudentur , ab Ordinario allegante omnes hoſpitalis , ſeu ſcholæ , quæ ſe exemptam dicebat , reditus conſiſtere in legatis teſtatorum relictis cum onere diſtribuendi pauperibus eleemoſynas,& Miſſas celebrandi.

12 In hoc igitur decreto clarè dicitur, quod Epiſcopi habent jus viſitandi hoſpitalia , & Confraternitates , etiam exemptas. *Et ſeſſ.7.c.*15. habetur , quod Epiſcopi curare debeant, ut hoſpitalia à ſuis adminiſtratoribus , quomodolibet exemptis , fideliter , ac diligenter gubernentur. Quod fieri non poteſt absque viſitatione , per quam cognoſcere debet Ordinarius, quæ facere debeant Adminiſtratores hoſpitalium , & Confraternitatum , *& in d.c.* 9. habetur, ut Adminiſtratores hoſpitalium,& Confraternitatum teneantur ſingulis annis reddere rationem adminiſtrationis Ordinario.

13 *Non tamen quæ ſub Regum immediata protectione ſunt, ſine eorum licentia.*

14 Qua tamen exceptione hoſpitalia , quæ ſunt in Regum ditionibus,de Regnis non excipiuntur ex ſententia S. Congregationis. Benè excipiuntur , quæ expreſsè ſub Regum protectione reperiuntur, ſub qua exceptione tamen non veniunt quæcunque beneficia illis hoſpitalibus unita , *ut ſeſſ. 7.capite ſeptimo,& ſeſſ.*21 *capite* 8. Et notandum ex eadem Sacra Congregatione , Epiſcopo viſitare volenti, ſi opponatur exceptio, quod ſub immediata Regis protectione exiſtat,non ad ſecularem Iudicem,ſed ad ipſummet Epiſcopum talis exceptionis cognitionē ac definitionem pertinere. Quæ omnia, licet ita ex S. Congregationis ſententia ſe habeant, multi tamen,qui Tridentino Concilio interfuerunt illa hoſpitalia ab ordinaria juriſdictione , ac viſitatione tantum excipienda Concilii mentem fuiſſe pluribus retulerunt,à quibus & ego audivi, quorum Reges,& Principes ſunt moderatores, & Magni Magiſtri, hoſpitalia verò Eccleſias,etſi per laicos gubernentur, & eorum Rectores à Principe confirmentur, ab ipſo Epiſcopo poſſe viſitari S. Congregatio declaravit. Hæc tamen,ſi Iudices legitimè habeant jus viſitandi non prohiberi.

15 *Eleemoſynas* Montis Pietatis,ſive charitatis,& pia loca omnia, quomodocumque nuncupentur,etiamſi prædictorum locorum cura ad laicos pertineat , atque eadem pia loca exemptionis privilegio ſint munita, ac omnia , quæ ad Dei cultum , aut animarum ſalutem , ſeu pauperes ſuſtentandos inſtituta ſunt ipſi ex officio ſuo juxta ſacrorum Canonum ſtatuta cognoſcant,& exequantur,non obſtantibus quacumque conſuetudine,etiam immemorabili privilegio,aut ſtatuto.

16 Unde Epiſcopus poterit , tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus viſitare omnia hoſpitalia , vel pia loca , quæ ex diſpoſitione juris communis poterit , cum ſublata ſint privilegia , & Concilium concedat facultatem viſitandi in caſibus à jure conceſſis. Si verò expreſsè cautum eſſet in fundatione pii loci , quod Ordinarius ejuſdem non poſſit ſe intromittere in illius viſitatione , Ordinarium vigore hujus decreti viſitare non poſſe , dixit S. Congregatio , niſi in caſu negligentiæ *Adminiſtratorum* ab ipſo teſtatore deputatorum juxta diſpoſitionem *d. c. tua nobis de teſtam.* Cùm hoc decretum non ſuſtulerit fundationes , præcipuè à Sede *Apoſtolica* approbatas, niſi , ut dixi , in caſibus ſupra citatis *in d. cap. tua nobis* , quæ viſitandi jura Epiſcopus legitimè impeditus per Vicarium , & alios Viſitatores exercere poterit , juxta *Clem. Quia contingit de relig. domib.*

17 *Animarum ſalutem.* Hinc, præſuppoſita conſuetudine , dixit S. Congregatio , poſſe proprium Sacerdotem hoſpitalis , ab Ordinario approbatum , pauperibus ibi degentibus Sacramenta miniſtrare , ibique eoſdem ſepelire abſque interventu parochi *ex d. Clementina.*

18 *Exequantur.* Incertorum ratione cujuſvis diſpoſitionem Epiſcopo competere , cenſuit S. Congregatio.

19 *Privilegio.* Unde ex ſententia S. Congregationis , ſi qui debent aliquod legatum pium , ſint Officiales S. Officii Inquiſitionis, vel Profeſſores in aliqua Univerſitate ratione literarum conſervatoriarum , quæ eximunt à juriſdictione Ordinarii , etiam comprehenduntur. Quia hic agitur de juriſdictione à Sede Apoſtolica delegata. Ad hæc cenuit S. Congregatio derogatas fuiſſe, nec excipiendas eſſe ſententias à Sede Apoſtolica latas, ſeu confirmatas. Hoc decreto ampliatur *d. Clem.* Decretum autem *c.* 9. hæc decernit.

20 *Adminiſtratores,* tam Eccleſiaſtici, quàm laici fabricæ cujuſvis Eccleſiæ, etiam Cathedralis, hoſpitalis, Confraternitatis eleemoſynæ Montis Pietatis , & quorumcunque piorum locorum , ſingulis annis teneantur reddere rationem adminiſtrationis Ordinario , conſuetudinibus , & privilegiis quibuſcunque in contrarium ſublatis , niſi ſecus fortè in inſtitutione , & ordinatione talis Eccleſiæ, ſeu fabricæ expreſsè cautum eſſet. Quod ſi ex conſuetudine , aut privilegio , aut ex Conſtitutione aliqua loci , aliis ad id deputatis ratio reddenda eſſet , tunc cum iis adhibeatur etiam Ordinarius , & aliter factæ liberationis dictis adminiſtratoribus minimè ſuffragentur. *Clem. quia contingit* , §. *ut autem de relig. domib.* Et ex S. Congregatione hoc decretum habet locum etiam extra viſitationem. Accipiendumque etiam eſt in caſibus à jure non expreſſis. Et Epiſcopo licet exigere rationem ab adminiſtratoribus locorum piorum merè laicorum , ac privatorum generaliter , ac ſine ulla diſtinctione cujuſvis Eccleſiæ , non tamen hoſpitalium piorum locorum laicorum , conſuetudinibus, etiam immemorabilibus , ex S. Congregatione non obſtantibus. Et licet ex eadem non exprimatur immemorabilis , cenſetur tamen ſublata ex quo hoc decretum regulam conſtituit , ut reddantur rationes Ordinario, excipiendo unum tantùm caſum : niſi ſecus fortè in inſtitutione expreſsè cautum eſſet , ſublata cenſetur. Quia talia verba non poſſunt convenire immemorabili , & cum in ea multa verba expreſſa legi poſſint , quæ cum conſiſtant tantum in præſumptionibus , impoſſibile eſt dicere , quod cautum ſit expreſsè per immemorabilem. Et exceptio hæc ſola dicitur firmare regulam in caſibus non exceptis. Ergo regula habebit locum etiam in immemorabili, multaque magis in caſu , quo Epiſcopus adjungit ſibi alios deputatos. Quia ſi dicamus non habere locum , quando adeſt conſuetudo immemorabilis , nunquam procederet. Nam clarum eſt , ante Concilium Epiſcopum nunquam adhibitum fuiſſe juxta formam , quam Concilium requirit , Unde cùm ſit nova forma introducta à Concilio , non conſideratur immemorabilis præcedens , ut dicitur in forma examinis per concurſum *ſeſſ.* 24. *c.* 18.

21 *Niſi ſecus, &c.* ſcilicet , ut rationes Ordinario non reddantur. Quod quamdiu probatum non fuerit, coram ipſomet Ordinario , illo præſente , reddendæ ſunt rationes. Hujuſmodi autem rationes in domo ſua reddi, jubere poteſt Epiſcopus , & deputatos ſtatis diebus ibidem convenire , quibus ex conſuetudine , vel ſtatuto , vel privilegio rationes reddendæ eſſent. Qui ſi convenire noluerint , non poterit quidem Epiſcopus illos cogere , ſed Illis monitis ſolus poterit exigere, abſolvere , & condemnare. Quod ſi cæteri adſint deputati, Epiſcopi votum connumerari debet cum aliis , ita ut major pars abſolvat , vel condemnet , à quibus tamen poteſt concedi appellatio , etiam ad effectum ſuſpenſivum , & Epiſcopo rationes ſingulis annis reddendæ , & exigendæ ſunt , ac etiam temporis præteriti executio adverſus adminiſtratores condemnatos , ſive ſoli Ordinario reddita fuerit ratio , ſive unà cum aliis deputatis ad ipſum Ordinarium ſpectabit. Quæ omnia ex S. Congregatione de Societatibus Roſarii, ac ſimilibus intelligenda ſunt.

22 Effata *ad d. c.* 8. Adminiſtratores locorum piorum etiam privatorum , ad Conciliorum Provincialium obſervantiam tenentur.

23 Ordinarii hoſpitalia etiam privata, viſitare , & corrigere poſſunt in iis tantum , quæ pertinent ad obſervationem voluntatis fundatorum.

24 Epiſcopis omnium piarum voluntatum executor eſt, niſi in earum fundatione , per Sedem Apoſtolicam confirmata , aliter diſponatur. In caſu tamen negligentiæ ſemper eſt executor *per c. tua nobis de teſtam.*

25 In Ferrarana. Hoc decreto non prohibetur , quominus Judices ſæculares poſſint viſitare hujuſmodi hoſpitalia , Montes Pietatis , & alia loca pia , ſi modò eis aliàs jus viſitandi legitimè competat.

26 In Hiſpalenſi. Si loca pia in eorum fundatione exempta facta ſunt ab Ordinario, non eſt eis derogatum per hoc decretum.

27 In Cæſarauguſtana. Epiſcopus non poteſt viſitare hoſpitalia , eremitoria , & confraternitates Religionis Hieroſolymitanæ, niſi occaſione Sacramentorum , quæ ibi miniſtrantur.

28 In Eucubina. Licet Epiſcopo viſitare hoſpitale magnum , quod Julii ſecundi conceſſione adminiſtratur per quinque Cives Eucubinos per commune conſilium eligendos , confirmandos tamen à Duce Vrbini, & ea cognoſcere , ac exequi in dicto hoſpitali, quæ hoc decreto continentur 2. Septembris 1570.

29 Ad *cap.* 9. effata alibi affatim dedimus.

CONSULTATIO CLIII.

Quænam poſſiſſimum forma inquiſitionis in crimine adulterii requiratur? Deque illius pœna contra legitimè inquiſitum? Conſtitutio Sixti V. hac de re quomodo intelligatur? An adulter teneatur alere natum ex adulterio, & damna reſarcire? Ubi quomodo præſumatur filius mariti adulteræ? Quid ſi filius referat effigiem adulteri? Et an, & quatenus filius teneatur ſe gerere, tanquam irregularem, ſi mater ei dicat, quod natus ſit ex adulterio? Quid in foro conſcientiæ? Ubi de allegante propriam turpitudinem.

1 PRohibetur hoc crimen in judicium deduci, niſi ad inſtantiam mariti, patris , & fratrum , ut expreſsè diſponitur in *l. quamvis* 2. *C. ad leg. Iul. de adult.* Clar. §. *adult. n.* 1. Di.z. *pr. crim. can. c.* 85. *n. 6. ſeq.* Farinac. *quæſt.* 141. *n.*38. Sacc. *de jud. c.* 84. *n.*34. ubi ex pluribus firmat nec famam præcedentem, ſive clamoſam inſinuationem ſufficere, ut Judex ex officio procedere poſſit. Idemque diſponitur in ſtatuto Vrbis *l.* 2. *c.* 50. *in fine* , cujus meminit Farinac. *loc. cit. n.* 46.

2 Ac ita , ut ne ſuffragetur quidem inquiſitio ex querela mariti poſt cæptam inquiſitionem.

3 Primò ſi conſtet, hanc querelam violenter extortam eſſe in carceribus ſecretioribus; Unde nulla de illa poteſt

test haberi ratio; *d. l. quamvis.* Deficit enim voluntas, sine qua inquisitio non sustinetur, ut in specie tradit Guazin. *defens. 3. c. 7. n. 5.* ubi, quod ista exceptio reddit processum nullum, & potest quandocunque opponi.

4 Certum enim est, quod ubi voluntas coacta apparet, nullitas inducitur, *l. si mulier ff. quod met. caus.* plenè Less. *de just. & jur. l. 6. dub. 6. c. 17. n. 36.* Merlin. *dec.* 506. *n.* 43. *&* 44. ubi speciatim de metu per carceretionem illato.

5 Et sanè si pax, sive remissio obtenta per inquisitum ab offenso, nulla est, si per metum fuerit extorta, ut decisum refert Sanfelic. *decis.* 229. multò magis debet haberi pro non exposita querela, quæ per metum extorta fuit. Tritum est enim partes rei favorabiliores esse, *l. favorabiliores ff. de jur. fisc.* Guaz. *defens.* 29. *c.* 1. *n.* 1. *ac ac seq.* nec unquam ad imparia judicatur cum fisco *l. non debet, ff. de reg. jur. c. non licet eod. tit.*

6 Secundò. Tunc potest ad instantiam fisci procedi, non obstante consensu, & remissione partis offensæ, quando inquisitio, & processus legitimè ad instantiam partis, sive legitimi accusatoris fuit institutus. Ita declarat, & in his terminis loquitur Afflict. *super Constit. Regn. legum asperitatem num.* 8. Grammat. *decis.* 31. & Farinac. *d. qu.* 141. *nu.* 43. Tunc enim jus fisco quæsitum ex ipso processu legitimè formato per querelantis consensum non amittitur.

7 Neque dicatur, saltem sustineri hujusmodi inquisitionem, si adulterium sit notorium ex traditis à Farinac. *d. q.* 141. *n.* 44. à Clar. *d.* §. *adulterium*, & ab aliis per eos allegatis.

8 Nam, præterquam quod adulterium probari debet, notorium tunc dicitur, quando de ipso constat per confessionem partis, Vincent. de Franch. *dec.* 240. *n.* 3. *&* 4 Fama enim publica non sufficit ex Scaccia, & aliis ab ipso relatis *d. c.* 84. *n.* 34.

9 Neque notorium dicitur ex sobole procreata ab asserta adultera per textum *in c. significasti de divort.* cum aliis apud Farinac. *quæst.* 143. *n.* 57.

10 Quia hic textus loquitur, ubi jam constat de recessu mulieris à domo viri, post quem soboles fuit procreata, & de tempore, quo maritus ad eam aditum non habebat, ut apertè ex dicto textu desumitur. Secus autem si non probatur maritus ad suam uxorem eo tempore aditum non habuisse, quo casu filii semper præsumuntur mariti, *l. miles §. defuncto ff. ad leg. Jul. de adult.* Merlin. *centur.* 2. *c.* 86. *à n.* 2. Vbi quod ista præsumptio est juris, ac de jure, ut ex pluribus per eum adductis *n.* 4. Præsertim si conster de ista causa accessus, ut per Farinac. *cons.* 78. *n.* 34. Chartar. *dec.* 43. *n.* 16. ac Gurib. *cons.* 37. *n.* 32. & Inquisitio ex radice infecta processerit, ut inquit Salyc. *in l. falsi in fin. C. de fals.* Et inquisitus alias persona honesta sit.

11 Hæc tamen quæ qualiave sint, considerantur semper respectu uxoris, quam certum est sobolem procreasse, ut jura, & Doctores loquuntur, secus verò respectu prætensi adulteri, contra quem nullo modo talis notorietas sufficit ad inquirendum ex officio, nisi publicè, ac notoriè domi adulteram retinuerit in concubinatu, ut ex eodem Farinacio desumitur *d. quæst.* 143. *num.* 59. *&* 60.

12 Ac ita etiam, ut ne quidem sufficiat simplex confessio extrajudicialis ipsius prætensi adulteri, quæ nisi formiter in omnibus probata reperitur, ne indicium quidem facit, Bartol. *in l. fin. C. de quæst.* Foller. *in prax. crim. p.* 2. 3. *p. v. & si constiterit à n.* 2. ubi quod ad hoc, ut faciat inditium decem, & septem requisita concurrere debent.

13 Præsertim si de matrimonio per fiscum prætensio in actis non constet, *l.* 1. §. *illud ff. de Syllan.* Debet enim probari matrimonium, ait textus *in l. si uxor*, §. *sed in ea & §. plinè*, ibique Bartolus, Angelus, & alii *ff. ad l. Juliam de adult.* Farinac. *cons.* 156. *n.* 17. *& d. q.* 141. *n.* 107. Baiard. §. *adulterium n.* 41. Adeò, ut ne confessio quidem ejusdem mulieris sufficiat, Navar. *dec.* 55. *n.* 2.

De pœna autem adulterii ita statutum Urbis *d. l.* 2. 14
c. 50. *Quicunque adulterium cum incestu cum muliere, seu attinente, usque ad quartum gradum de jure Canonico inclusivè computandum, commiserit, ad mortem, & mulier, cum qua adulterium cum incestu commissum est, pari pœna plectatur, nec in hoc casu pax quoquomodo pro sit. Si autem incestum sine adulterio commiserit cum aliqua attinente usque ad secundum gradum de jure Canonico computandum inclusivè, similiter tam ipse, quàm mulier capite puniantur, & de hoc Senator inquirere debeat. Committens autem simpliciter adulterium cum muliere honesta, si plebeius, aut vilis conditionis sit, pœnam ducentorum aureorum incurrat, & in exilium per triennium mittatur. Si nobilis, duplum, & per sexennium. Si Baro, aut de genere Baronum, triplum, & per novennium in exilium, hujusmodi mittatur, & mulier tonsa in loco malè nuptis deputato, vel alio ibi pro carcere deputando, detrudatur. Si verò mulier, cum qua adulterium commiserit, sit vilis conditionis, & inhonesta, non tamen publica meretrix, tunc medietatem pœnæ prædictæ respectivè incurrat. Mulier autem inhonesta esse intelligatur, si communiter, præsertim in vicinia, in qua inhabitat, pro inhonesta fuerit reputata. Et in casibus de simplici adulterio prædictis, si adulter pacem habuerit à marito, pœna pecuniaria ad medietatem reducatur. Nullatenus tamen reassidari possit, nisi Cameræ dictam medietatem pœnæ integrè persolverit. In eisdem verò casibus procedi non possit, nisi per accusationem ab eis factam, quibus accusare permittitur, videlicet à viro, patre, filio, & germano fratre mulieris.*

Et hanc pœnam statuariam esse in viridi observan- 15
tia, testatur Farinac. *d. quæst.* 141. *num.* 93. Ex generali enim consuetudine Italiæ pœna adulterii nonnisi pecuniaria est, teste Cravet. *cons.* 137. quem refert Baiard. *ad d.* §. *adulterium n.* 55. Clar. *ibid. n.* 7. ubi quod nec puniuntur, Vermigliol. *cons.* 122. *num.* 7. 124. *n.* 11. & Farinac. *d. quæst.* 141. *nu.* 69. Unde cùm habeatur in Urbe lex statuaria, confirmata à Summo Pontifice, ab illa non est recedendum, Farinac. *d. quæst.* 141. *nu.* 70. *&* 93. & Gratian. *discept.* 885. *nu.* 8. *&* 956. *n.* 2. *&* 973. *num.* 1.

Nec obstat Constitutio Sixti V. publicata 3. Novem- 16
bris 1586. imponentis pœnam mortis pro adulterio. Nam Farinacius eam intelligit *d. q.* 141. *num.* 27. de adulterio commisso post divortium inter conjuges, ut rubrica demonstrat; ibi: *de temeraria thori separatione.* Atque ita consuetudo, legum interpres observat, ut idem Farinac. testatur ibidem *nu.* 61. 67. 69. *&* *seq.* Quod comprobat Gratian. *dec. March.* 186. *nu.* 15. 17. *& in addit, num.* 1. *&* 4. idemque Farinac. *in fragm. v. lex. nu.* 90. *&* 91.

Ad secundum. In foro exteriori non tenetur. Quia 17
natus ex conjugata præsumitur filius mariti, *l. filium ff. de his, qui sunt sui, vel al. &* *l. Miles* §. *defuncto ff. ad leg. Jul. de adult. &* *l. quia semper ff. de in jus voc. &* *l. si vicinis C. de nupt.* & notant Alciat. *de præsumpt. reg.* 3. *præsumpt.* 37. *n.* 1. Gabr. *concl.* 14. *n.* 1. *tit. de præsumpt.* Dec. *cons.* 637. Gomez. *in c.* 2. *de jud. in* 6. Abb. *in c. per tuas n.* 1. *de prob.* Hippol. *in l.* 1. §. *ad quæst. nu.* 84. *ff. de quæst.* Menoch. *de arb. cas.* 89. *n.* 20. *&* *præsumpt.* 56. *num.* 6. *l.* 6. ac Rot. *dec.* 600. *n.* 11. *p.* 3. *recent.*

Quod procedit, etiamsi constet, quod tempore con- 18
ceptionis probabili, intervenerit copula inter adulterum, & adulteram juxta *d. l. miles* §. *defuncto, & l. Titius ff. de Carbon. edic.* traduntque Cynus *in l. si vicinis C. de nupt.* Alber. *ibid. n.* 3. Abb. *in d. c. per tuas not.* 3. *de prob.* Alex. *cons.* 88. *n.* 8. *l.* 3 Gabr. *d. concl.* 14. *n.* 2. Dec. *resp.* 1. *n.* 73. Menoch. *d. cas.* 89. *n.* 20. Bal. *in l. si à Matre C. de suis, & legit.* aliique, ac Rot. *dec.* 164. *n.* 1. *p.* 3. *rec.* Nam, stante matrimonio, possessio stat pro prole, quod sit ex legitimo concubitu, quia matrimonium dat titulum legitimæ nativitatis, & ideò non cessat possessio, nisi probetur oppositum. Quod non potest probari, si tunc temporis patebat accessus mariti ad uxorem.

idque

19 Idque, etiamsi filius in effigie referret adulterum, ut tradunt Gloss. *in l. quæret aliquis ff. de verb. signif.* Castr. *cons.* 275. *vol.* 1. Alciat. *reg.* 3. *præsumpt.* 37. *n.* 7. Ital. *in l. Gallus propè fin. ff. de l. & posth.* ubi alii Gabr. *cons* 14. *num.* 7. *l.* 1. Curt. jun. *cons* 31. *n.* 3. ac Rota *dec.* 164 *nu.* 7. *par.* 3. *recent.* Assimilatio enim non est signum filiationis, cum videamus plerumque filios non assimilari parentibus, & talis assimilatio respectu adulteri provenire potuit ex imaginatione mulieris tempore conceptionis, quæ sola est sufficiens ad inducendam similitudinem. Et probabile est, quod mulier prædiligat adulterum præ marito, ac proinde de ipso cogiter.

20 In foro autem conscientiæ, non tenetur adulter alere filium, natum ex adultera, nec refarcire aliqua damna, quæ inde provenient. Quia, ut diximus, præsumunt leges, quod sit filius mariti, & hæc præsumptio est saltem juris, ut sentit Rota coram Achille *dec.* 1. *qui fil. sint legit. & dec.* 164. *num.* 2. *par.* 3. *rec.* & in Firmana jurispatronatus 25. Januarii 1602. coram Pamphilio. Et licet admittat probationem in contrarium, quandiu tamen non constat de oppositio, habet vim probationis, ut tradunt communiter Doctores, præsertim Menoch. *præsumpt.* 36. *nu.* 1. Pacian. *l. de probat.* 8. *num.* 3. Mascard. *cod. tit. concl.* 1222, *num.* 21. ac proinde secundum talem præsumptionem judicandum est in materia justitiæ, & ita in praxi servari solet. Cum autem materia justitiæ inducat obligationem secundum conscientiam, fit, quod etiam secundum conscientiam procedendum sit secundum hujusmodi præsumptionem.

21 Et confirmatur. Quia, quacunque diligentia adhibita, semper remanet dubium, an filius sit natus ex adultero, quia tam potuit nasci ex ipso, quàm ex marito adulteræ. Cùm autem sit in possessione non subministrandi alimenta, nec refarciendi alia damna, melior est conditio ipsius, tanquam possidentis juxta *c. in pari de reg. jur. in* 6. & communem doctrinam, quam tradunt Gloss. *in c. fin. v. nulla temporis de præscript.* Abb. *ibidem num.* 39. & Franch. *in annot.* Bartol. *in l. naturaliter col.* 2. *ff. de usucap.* Alex. *in l.* 3. §. *genera ff. de acq. possess.* ibique Jason, Covar. *in reg. possessor. par.* 2. §. 7. *num.* 3. Cened. *collect.* 60. *nu.* 5. Sylvest. *v. præscriptio qu.* 3. Sot. *in* 4. *d.* 27. *quæst.* 1. *art.* 3. Salon. 2. 2. *quæst.* 5. *de domin. art.* 7. *quæst.* 3. Valentia *tom.* 3. *disp.* 5. *q.* 6. *punct.* 5. Sayr. *lib.* 1. *claus. reg. c.* 13. *n.* 14. & Vasquez 1. 2. *disp.* 66. *c.* 7.

22 Atque ex his, ne mulier quidem adultera in hoc casu tenetur ad aliquid. Si enim tempus conceptionis maritus habuit ad ipsam accessum, remanet dubia, an ex ipso, an verò ex adultero conceperit, atque adeò est melior ejus conditio, tanquam possidentis bonam famam, ac cætera quibus se privare posset; potestque sequi secundum conscientiam præsumptionem juris, cumque non possit esse certa, ex quo conceperit, non potest facere aliquid, unde proli dubiæ legitimitatis nasci possit aliquod præjudicium. Nam hoc esset contra justitiam. Neque enim in dubiis possumus spoliare aliquem sua possessione.

23 *Ad tertium.* Dubium procedit, quando tempore conceptionis non patebat adultus marito ad uxorem, alioquin esset moraliter certum, quod esset filius adulterii, ac proinde illegitimus, atque adeò irregularis. Nam absentia mariti, seu quando ipsi non patet aditus ad uxorem, elidit præsumptionem, quod natus sit ipsius filius, juxta *l. filium ff. de his, qui sunt sui, vel al. jur. &* *leg.* 1. §. *idem Julianus ff. de agnoscend. l. &* *l.* 3. §. *si mater. ff. de Carb. edic.* & tradunt Abb. *in d. c. per tuas num.* 3. *de prob.* ibique Felin. Dec. aliique, Dec. *resp.* 1. *num.* 98. Alex. *cons.* 78. *num.* 8. *l.* 7. Gozadin. *cons.* 13. *num.* 45. Covar. *de sponsal. par.* 2. *c.* 8. §. 3. *num.* 8. ac Rota coram Mohed. *dec.* 1. *de prob.* & coram Achille *dec. item* 1. *eod. tit. &* *dec.* 164. *nu.* 2. *p.* 3. *rec.* ac alibi.

24 Itaque filius non tenetur se gerere, tanquam illegitimum, & irregularem ex eo, quod mater illi dicat, quod natus sit ex adulterio. Quia, neque in foro exteriori neque in foro conscientiæ tenetur stare assertioni matris, ut tradunt Gloss. *in c. officii de pœnit. & remiss.* ibique Abb. *numer.* 3. Bartol. *in l. filius ff. de his, qui sunt sui, vel al. jur.* Alex. *d. cons.* 107, *n.* 2. *vol.* 5. Corn. *cons.* 137. *num.* 8. *vol.* 2. Gig. *resp.* 146 testans de communi, Boer. *dec.* 299. *n.* 4. Cùm enim filius sit in possessione legitimæ nativitatis, non potest dejici per dictum matris, cum non sufficiat, tanquam unius ad dejiciendum aliquem à possessione.

Idque locum habet, etiamsi mater confiteretur, se 25
ex adulterio concepisse. Quia neque confessio matris admittitur in hoc casu, ut tradunt Gloss. *in l. si posthumus* §. *fin. ff. de l. & posthum* ubi etiam Doctores, Abb. *in c. decedens nu.* 4. *de purg. can.* Hippol. *in l.* 1. §. *ad quæstionem num.* 21 *ff. de quæst.* Paris. *cons.* 10. *num.* 14. *vol.* 12. Alex. *in l. nec professio C. de testam.* Gratian. *cons.* 140. *vol.* 1. Gabr. *concl.* 14. *num.* 21. *de præsumpt. lib.* 1. ubi alii. Quia, cum in hac confessione detegat proptiam turpitudinem, præsumendum est, quod non moveatur secundum rectam rationem. Nam hæc non monet ad detegendam propriam turpitudinem, nisi hoc sit necessarium pro salute animæ, sed ex aliqua vehementi passione inordinata, quæ propterea potest esse causa confessionis falsæ, aut quòd mater persuadeat sibi esse verum, quod non fuit certa esse tale.

Quinimò, etiamsi mater juraret filio, se eum con- 26
cepisse ex adulterio, non teneretur, etiam in conscientia illi credere. Tum quia esset tantum unius instar testis jurati, qui, licet secundum aliquos plenè probet, dum deponit de facto proprio, secundum alios tamen non probat. Ita tradunt Cyn. *in l. si quis Decurio, oppos.* 4. *C. de fals.* Alex. *in l.* 2. §. *si absens ff. si ex noxa cau. ag.* asserens, hanc esse veriorem sententiam, Ruin. *cons.* 65. *col.* 2. *vol.* 5. Socin. jun. *cons.* 62. *num.* 6. *vol.* 1. Butr. *in c. cum nobis propè fin. de testib.* Innoc. *in c. dilectus de accus.* Gabr. *concl.* 1. *num.* 21 *de testib. l.* 1. qui alios citat. Quo in casu militat specialis ratio, quod non possit mater de certa scientia deponere, quia res aliter se habere potest, cùm ad summum per conjecturam possit dicere, se hoc, vel illo modo concepisse.

Hisque accedit, quod detegit, ut dictum est, propriam 27
turpitudinem, quod valde minuit ejus fidem. Quia non potest illam detegere, juxta *leg. si creditoribus, C. de serv. pignor. dat. man. & l. alias ff. de jure jur.* ac notant Bartol. *ibid.* Alex. *in l. si quis num.* 4. *C. de eden.* Dec. *nu.* 6. Aret. *in* §. 1. *num.* 4. *Inslit. per quas personas*, Cæphal. *cons.* 203. *nu.* 16. *vol.* 2. Ac proinde non debet attendi juxta *l. mercalem C. de condit. ob turp. caus. & l. si profiteatis C. de revoc. donat. & c. inter dilectos de donat.* Ias. *in leg. jurejurando* §. *procurator num.* 18. *ff. de jurejur.* Socin. *cons.* 264. *num.* 8. *l.* 2. Alciat. *in l transactione nu.* 4. *C. de transact.* Felin. *in c. tertio loco num.* 6. *de præsumpt.* Craveta *quæst. de indemnit. nu.* 33. Signorol. *cons.* 180. ubi latè, ac Rota *dec.* 605. *nu.* 12. *p.* 1. *recent.*

Unde infertur, quod neque filius in ordine ad quod- 28
cunque aliud, sive sit successio ad hæreditatem, sive quodcunque aliud, teneatur credere matri asserenti, quod ipsum generavit ex adulterio. Militant enim semper, eædem rationes, præcipuè, quod non possit certò scire, sed solum per conjecturam ex quo conceperit quando cum pluribus copulata est. Quæ incertitudo facit, ut non possit assertio matris vincere præsumptionem, quam habet filius pro sua legitima nativitate.

De crimine adulterii lege, quæ alibi copiosè ex rigore juris scripsi.

CONSULTATIO CLIV.

An, & quatenus Episcopus visitare possit Ecclesias, Collegia, etiam mixta utriusque sexus, aliaque pia loca suæ diœcesis? Et quid in casu manutentionis in quasi possessione exemptionis?

ET in hac re quoque regulam hanc constituimus 1
Constito de existentia Ecclesiæ, Collegii, pliique

loci

loci intra limites diœcesis, fundata remanet intentio Episcopi, tam contra sæculares, quam Regulares *c. penult. de relig. domib. c. conquerente*, ibique Glos. *v. jurisdictionem de offic. Ordin.* & de Collegio mixto utriusque sexus *Clem. attendentes*, §. *illas quoque de relig. domib.* & Tambur. *de jur. Abbat. disp.* 17. *q.* 3. *n.* 6.

2 Et dum non docetur de aliquo privilegio speciali, claro atque indubitato, vel de immemorabili, aut quadragenaria cum titulo, saltem putativo, Episcopus est etiam in quasi possessione liberi exercitii suæ jurisdictionis juxta materiam textus *in c. cum personæ de privil. in* 6. & de Monialibus Rota in Brixien. jurisdictionis apud Tambur. *disp.* 25. confirmata *dec.* 4.

3 Quæ Ordinarii possessio resultare potest ex pluribus actibus in utraque specie voluntariæ, & contentiosæ jurisdictionis, cùm tamen unus etiam unius speciei sufficeret ad effectum constituendi illum in quasi possessione generali, ac retinendi integram jurisdictionem, attenta causa universali ad textum *in c.* 1. ibique Abb. *nu.* 3. *de relig. domib.* Innoc. *in c. dilecti n.* 10. *de offic. Archid.* Felin. *in c. audutis num.* 19. *de præscr.* Rota in Theatina jurisdictionis *dec.* 56. *nu.* 4. & in Sipontina jurisdictionis *dec.* 63. *nu.* 4. post Tambur. *de jur. Abbat.*

4 Unde calumniosa deregeretur allegata exceptio, si non solum Episcopus alias visitaverit, indeque constitutus in specie dicitur in quasi possessione visitandi suo jure ordinario, quæ præsumitur semper visitasse juxta decisionem Rotæ in Adrien. jurisdictionis coram Pirovano 30. Junii 1623. de qua *in addit.* ad Burat. *decis.* 588. *numero* 19.

5 Sed etiam ex speciali re judicata contra prætensam exemptionem, si Episcopus aliquando in causis primæ instantiæ judicaverit. Quæ quidem res judicata præjudicat contendenti, Rota in Salisburgen. jurisdictionis 219. *n.* 4. *& seqq.* coram Rota 16. Junii 1653. §. *præterea*. Et præjudicaret omnibus aliis æquale, jus habentibus, etiam non vocatis Rota *dec.* 508. *nu.* 8 *p.* 5. *rec.* ad textum *in l. Ingenium ff. de stat. hom.*

6 Nec alicujus momenti essent, quæ pro exemptione afferri solent ratione Immemorabilis, quod Episcopus nunquam visitaverit, si nulla de ea detur probatio, & excludatur ex actibus supradictis, cùm probatio Immemorabilis debeat continere negativam, non fuisse factum, neque auditum contrarium præter alia requisita, de quibus Glos. *in c.* 2. *v. memoria de præscr.* Et ad impediendam Ordinarii jurisdictionem, Immemorabilis debet esse comprobata per tres sententias conformes, ut plenissimè in Beneventana jurisdictionis 27. Januarii 1653. §. *Immemorabilis cum* §. *seq.* coram Zarate.

7 Negativa autem visitationis Ordinarii probari debet, & probata non relevaret, nisi insimul doceretur, quod Ordinarius volens visitare, fuerit impeditus, & acquieverit ex regula de actibus facultativis, ut per Rotam coram pegna in montis regalis jurisdictionis *dec.* 734. *n.* 14. *& d. dec.* 63. *n.* 5. apud Tambur. *de jur. Abbat.* Unde visitatio facta per Abbatem, Abbatissam, alios non præjudicaret juri ordinario, tanquam clandestina sine scientia, & patientia illius, ut in eadem Salisburgensi coram Royas *n.* 26.

8 Nec suffragatur aliquod privilegium Cæsareum, vel Regium super exemptione, ac libertate Abbatis; Abbatissæ, alteriusve Ordinarii, cùm hujusmodi privilegia respiciant, solum temporalia & jurisdictionem temporalem, non autem Ecclesiasticam, à qua solum exemptio concedi potest per Papam, quæ, si non est specifica respectu visitationis, ne potest quidem suffragari, ut plenè in præcitata Salisburgensi *à n.* 6.

9 Minus relevaret, si Ecclesia esset filialis Ecclesiæ exemptæ, si non constaret, & quatenus constaret, non ideò dici poterit & ipsa exempta, nisi constiterit insimul, quod Ecclesia Matrix, habeat privilegium exemptionis, quodque sit communicatum Ecclesiæ filiali ex adductis in Calaguritana exemptionis 5. Martii 1640. coram Panzitolo *sub* §. *sed videtur*, cùm regulariter exemptio, tanquam præjudicialis Ordinario, non extendatur de Ecclesia ad Ecclesiam, etiam ejusdem Religionis, Rota *decis.* 414. *numero quinto* coram Royas, & in Vercellen. decimarum decimo quinto Januarii 1646. coram Taia.

Et nihilominus, quoad manutentionem, danda illa 10 est Abbati, Abbatissæ, aliis in quasi possessione exemptionis, ac libertatis à jurisdictione Ordinarii, si existunt in quasi possessione exemptionis, sed etiam habent privilegium Apostolicum exemptivum. Tunc enim manuteneri debent in sua quasi possessione, nec debent ea privari, donec discutiatur de viribus privilegii per textum perspicuum *in c. cum personæ de privilegio in* 6. in hæc verba: *Quia de privilegio faciunt fidem in libertatis, vel exemptionis possessione &c. de qua fidem coram eisdem fecerunt, non turbentur.* per quem textum ita sæpiùs definivit Rota apud Posth. *de manut. dec.* 628. *numero primo, & seq.* ubi diluuntur omnes objectiones contrariæ, *& in recent. decis.* 447. *num.* 3. *part.* 1. *& dec.* 508 *per totam par.* 5. *& dec.* 44. *numero primo, part.* 7. & in Colonien. jurisdictionis 7. Maii 1646. coram Corrado §. *quare*, impressa apud Tondutum *de prævent. Judic. p.* 3. *c.* 1. *nu.* 13. *& seqq.* juxta novam impressionem.

Quo in casu non applicantur doctrinæ, ac decisio- 11 nes allegari solitæ, quia loquitur quando quis se fundat in sola possessione, vel in solo privilegio dubio, & non sufulto possessione. Quando verò quis copulativè initiur in quasi possessione, & privilegio, assistentia juris, quæ solet suffragari Ordinario, amittit vires suas, nihilque operatur contra existentem in quasi possessione. Posth. *de manut. observat.* 45. *numero vigesimo* ac Rota post eum *dec.* 200. *numero quadragesimo quarto & decis.* 438. *numero decimo quarto & decis.* 513. *numero* 3. *& 6. cum seq. & in recent. decis.* 685. *numero secundo, parte prima, & decis.* 508. *numero* 10. *ac seqq. parte quinta*, & coram Durano *decis.* 21. *numero* 6. & apud Tambur. *de jur. Abbat. tom.* 3. *decis.* 55. *numero* 2. *& 3. ac dec.* 59. *numero secundo, & seq.* & in Barchidonen. exemptionis 1. Iulii 1644. §. *non obstat.* coram Bichio, impressa *in recent. dec.* 311. *par.* 9. *tom.* 1.

Sufficitque ad hunc effectum, assistentiam juris aliquo 12 modo offuscari, ac reddi dubiam, ut non attendatur ad favorem Episcopi contra existentem, in quasi possessione exemptionis, Marescot. *variar. resol. l.* 1. *c.* 11. *num.* 11. Additionator ad Gregor. *dec.* 312. *num.* 4. & Rota coram Seraph. *dec.* 1278. *num.* 5. & coram Buratto *decis.* 219. *n. etiam* 5. ac ibi Addit. *lit. B. & post. tract. de manut. decis.* 439. *n.* 1. & apud Tambur. *de jur. Abbat. d. tom.* 3. *dec.* 54. *nu.* 6. *& dec.* 70. *num.* 3.

De quasi autem possessione constare debet ex testi- 13 bus, de illa deponentibus per tempus immemorabile cum omnibus requisitis Glossæ *in dict. c.* 1. *in fin. de præscript. in* 6. Immemorabilis quippè tribuit meliorem titulum de mundo, Rota *in recent. decis.* 22. *numero* 4. *& decis.* 47. *num.* 29 *part.* 8. Et sufficit, non solum ad acquirendam plenam exemptionem, sed etiam ad præscribendam jurisdictionem privativam contra Ordinarium, Rota coram Seraph. *dec.* 1025. *num.* 10. & coram Martino Andrea *dec.* 54. *num.* 14. & in S. Angeli Lombardorum 10. Februarii, & 1. Iulii 1640. coram Peutingero, & in Caven. collationis Ordinarium 26. Iunii 1654. coram Verospio, §. *Territorium.*

Hinc resultat etiam jus decidendi petitorium, dum 14 probatur immemorabilis, quæ sola sufficit. Ergo multò magis, dum concurrunt etiam privilegia Apostolica, quæ pariter sufficiunt per se, vel certè tribuuntur titulum putativum, qui sufficit ad præservandam exemptionem, & jurisdictionem contra Ordinarium cùm sola quadragenaria juxta doctrinam Abbatis *in c. super eo num.* 6. *de paroch.* Rot. *in recent. decis.* 915. *num.* 2. *par.* 3. & coram Coccino *decis.* 695. *num.* 2. *& 3. & post* 2. *vol. cons.* Farinac. *dec.* 278. *nu.* 1. & in citata S. Angeli Lombardorum coram Peutingero.

Et

post 2. *vol. cons.* Farinac. *dec.* 228. *n.* 1. & in citata S. Angeli Lombardorum coram Peutingero.

51 Et hujusmodi privilegia cum immemorabili sunt compatibilia, nec invicem sibi adversantur, sed se invicem corroborant, Lanat. *cons.* 94. *n.* 1. *&* 2. Rota apud Posth. *dec.* 438. *n.* 15, *&* 16. & in Toletana decimarum 16. Martii 1645. *in* §. *Exhibitio verò privilegiorum* coram Celso, & in d. Caven. collationis Ordinum. Et hujusmodi exemptiones, quamvis generales, suffragantur, præsertim si Papa recipiat Religionem sub immediata protectione Sedis Apostolicæ, Rota apud Posth. *decis.* 627. *num.* 3. *&* 4. *& dec.* 628. *num.* 4. *&* 5. *& in rec. dec.* 219. *n.* 2. *&* 3. *&* 8. *ac dec.* 239. *n.* 6. *&* 7. *p.* 8. *& in d. S. Angeli* coram Peutingero. Multòque magis si concurrant privilegia specialia, quæ plenissimam probant exemptionem, Rota *in rec. dec.* 203. *n.* 13. & apud Posth. *dec.* 627. *nu.* 3. *&* 4. *& dec.* 628. *n.* 4. & latissimè in decisionibus emanatis in d. S. Angeli, & in Nullius, seu Montis Virginis Jurisdictionis 8. Junii 1657. coram Dunozetto.

CONSULTATIO CLV.

An, & quatenus vicinorum fenestræ claudendæ; nè introspiciant Monasteria Regularium, & Monialium? Et quatenus Regulares; ac Moniales fenestras in viam publicam prospicientes efficere possint?

1 AD primum. Si constet, quod per fenestras vicinas possint Regularium, & Monialium secreta videri, occurrendum existimo huic servituti, Padil. *in l. altius num.* 19. *C. de servit.* Vel scilicet claudere faciendo fenestras ob bonum publicum, Bero. *cons.* 135. *num.* 9. *ac.* 10. *l.* 3. Vel eas reducendo ad lumen tantum, ut per Rota in Romana altius non tollen. 30. Maii 1622. coram Buratto §. *quo verò ad propositum*, apud Rubeum *in suis singul. fol.* 515. Vel demum cogendo dominum domus ad vendendum jus servitutis, etiamsi via sit intermedia ita, ut postea fenestræ omninò claudantur, ut fabrica dictæ domus reducatur ad pristinum statum, ut per Gomez *ad l.* 46. *Tauri num.* 9. Padil. *loc. cit. n.* 20. & Franch. *dec.* 223. *n.* 4.

2 Agitur enim de domo privata, servitutem inferente loco religioso, qui gaudet favore loci publici, ut in d. Romana altius non tollen. 3. Decembris 1618. coram Pirovano apud eundem Rubeum *fol.* 514. Quo in casu utilitas privata postponitur, nec permittitur privato, etiam in suo ædificare, quando præjudicium infertur loco publico, ut per Padil. *ibid. num.* 28. Cæpol. *de servit. urban. prad. cap.* 13. *vers. ad quartam.*

3 Maximè si ex testibus appareat, quod domus fuerit noviter in hanc formam redacta. Ex quo sequitur prædicta servitus, & tamen, ne quidem Ecclesia potest de novo ædificari, si ex tali ædificio præjudicetur alteri Ecclesiæ, jam constructæ, ut per Seraph. *decis.* 847. *num.* 1. Idque, etiamsi testes non fuerint formiter examinati. Quia nihilominus eorum jurata attestatio est attendenda, præsertim in Sacris Tribunalibus, in quibus extrajudicialiter proceditur juxta *consil.* 2. *Navarri num.* 4. *de relig. domib.*

4 Servitus verò, ac præjudicium illatum apparere poterit ex ipsa oculari inspectione, quæ alias superat probationes, Bald. *in l. contra negantem num.* 10. *C. ad l. Aquil.* Alex. *cons.* 134. *num.* 14. *l.* 2. Castr. *cons.* 141. *nu.* 2. *l.* ac Mont. *de finib. cap.* 30. *numero.* 2. *&* *seq.* Nec ulla major probatio reperiri potest, *c. evidentia de accus. l.* 2. *si irruptione in fin. regund.* Alban. *cons.* 16. *numero.* 8. *& cons.* 97. *nu.* 31. Mascard. *de probat. quæst.* 8. & Gregor. *decis.* 575. *numero* 5.

5 Unde non est permittenda talis servitus, cùm in concursu semper præferatur bonum publicum privato, ut opportunè Abb. *in cap. bona* 1. *numero* 11. *de postul.*

Qua ratione nec etiam permittitur aliquid fieri in privato, quod noceat publico; *l.* 2. §. *idem. Labeo, ne quid in loc. publ.* cum aliis in d. Romana coram Buratto, ubi quoad fenestras dicitur esse reducendas ad lumen tantùm. Quare si non licet aperire illas, per quas inspiciuntur Monasteria Monialium; ita ne inspiciantur loca publica, etiam si hoc fiat citra æmulationem ex Bero. *cons.* 135. *numero* 9. 10. *& seq. l.* 3.

Quando enim concurrunt bonum publicum; & 6 bonum privatum ita, ut alterum ipsorum necesse sit everti; debet bonum privatum cedere ita, ut cesset jus privatum; quando esset contrarium bono publico, siquidem publica utilitas privatæ præferenda est, *l. un.* §. *fin. C. de caduc. toll. l. Sancimus, Ct de Sacros. Eccl. l. actione* §. *Labeo ff. pro socio, & auth. res, quæ C. commun. de leg.* & notant Glos. *in. l.* 1. *ff. sol. matrim.* Bartol. *in l.* 1. *numero* 20. *eod. tit.* ubi cæteri Bald: *in l. jubemus C. de Sacros. Eccl.* aliique communiter. Quod adeò verùm est, ut publica utilitas sit ratio sufficiens auferendi jus suum privatis hominibus, ut notant Doctores *in cap. Quia in Ecclesiarum de constit.* ubi Felin. *numero* 27. Dec. *numero* 20. & tradunt Natta *cons.* 11. *numero* 4. *l.* 1. Rebuf. *in prax. benef. regul. de non tollen. jur. quæs. numero* 29. *ac desumitur ex l. Item si verberatum* §. *Item si fortè ff. de rei vend.* Nam in publica utilitate omnes communicant, & ideò continet majus bonum, cùm contineat illud bonum, quod omnes tangit. Majus autem bonum debet juxta rectum ordinem amabilium præferri minori, utpotè quia habet majus motivum trahendi ad se voluntatem. Cùmque publica utilitas sit omnium utilitas, est etiam utilitas illius, cujus jus cedere debet. Et ideò privata utilitas ipsius compensatur per participationem publicæ utilitatis.

Ad secundum. Extat Congregationis S. Visitationis 7 Apostolicæ decretum, quod integrum referam, ubi, præ cæteris hac de re quoque decernitur. Ejus verba hæc sunt: *De mandato Sanctiss. D. N. Urbani divina providentia Papæ VIII. vivæ vocis Oraculo ei facto, præcipit omnibus, & singulis Superioribus Regularium Mendicantium & non Mendicantium quorumque nomine nuncupatis, cujusvis gradus, conditionis, dignitatis, Ordinis, Congregationis, Instituti, Societatis, Monasterii, seu religiosæ domus, Hospitalium, vel locorum piorum existant, tam virorum, quàm mulierum, etiamsi speciali de nominatione egerent, ne alicui eorum liceat quodvis ædificium denuo construere in suis Ecclesiis, Monasteriis, seu domibus, nec sacella, aut novâ altari erigere, neque ullam insolitam imaginem, quæ devotionem, ac pietatem non præ se ferat in eisdem Ecclesiis, Sacellis, seu Altaribus ponere, nisi juxta præscriptum S. Concilii Tridentini, ac exhibito prius eidem Congregationi exemplari, sive ut vulgò dicitur, il modello, cum dimensionibus ipsius fabricæ construendæ, prævia etiam, si opus fuerit, loci visione. Item nec fenestras, in viam publicam prospicientes efficere possint, nisi ad lumen tantum, nullo autem modo ad prospectum. Quæ omnia, & singula sub pœnis privationis officiorum, ac vocis activæ, & passivæ eo ipso incurrenda, aliisque ejusdem Congregationis arbitrio, inviolabiliter observari mandat, quibuscunque contrariis non obstantibus. In quorum &c. Datum Romæ in loco consueto Congregationis die* 30. *mensis Junii anni Iubilæi* 1625.

Idemque antea mandaverat Clemens VIII. apud Qua- 8 rantam *in sum. Bullar. tit. Monasteriâ, & Conventus Regul. ubi decreto* 30. sic habetur: *Conventus, & fenestræ omnes quæ in vias publicas, aut vicinas laicorum ades prospiciunt, muro ita obstruantur, ut omninò is prospectus impediatur.* Quo nihil clariùs.

Edictum igitur, sive decretum hoc prohibitorium; 9 ne Regulares aperiant fenestras prospicientes in viam publicam, præterquam ad lumen, cùm clarè loquatur, non est tergiversationi locus, *l. ille, aut ille*, §. *eum*

in verbis, & l. non aliter de leg. 3. Surh. *conſ.* 519. *n.* 15. ac Rota *deciſ.* 537. *num.* 9. *p.* 1. *rec.* Ideòque, tanquam in caſu legis, & mandati non eſt ſuper ejus executione diſputandum, ſed debet omnino ſervari, *l. ancillæ C. de furt.* Oſaſch. *deciſ.* 28. *num.* 1. Surd. *deciſ.* 195. *num.* 2. *& conſ.* 333. *num.* 12. ac Rota in Aquitanien. Prioratus 19. Aprilis 1624. coram Pirovano. Eòque magis, quia decretum Clementis eſt conceptum verbis imperativi modi *obſtruantur, impediantur*, quæ important præceptum, *cap. in ijs*, ibi: *Quod præcipitur, imperatur, de verb. ſignif. Clem. exivi §. cum ad quædam eodem tit.* Alex. de Neu. *in cap. nam concupiſcentiam num.* 3. *de conſtit.* Juncta etiam dictione *omnino*, quæ ſignificat omnem casum, & eventum ſine ulla exceptione, remedio, ac diſpenſatione, Gloſ. *in Clem.* 1. *v. omninò, de vit. & honeſt. Cler.* cum latè congeſtis à Tiraquel. *in l ſi unquam, v. revertantur numero.* 78. *C. de revoc. donat.* Rota in Vicentina matrimonii 11. Martij 1624. coram Seleucienſi.

10 Unde, ſi illas effecerint, tenentur præcludere, & ad lumen tantum illis uti, *l. fideicommiſſa, §. ſi quis illicitè de leg.* 3. *l.* 2. *§. locorum, ac l. fin. ne quid in loc. publ.* non ſolum damnum ex illis ſententijs, ſed cujuſuis alterius, *l.* 2. *§. deponendi, C. ut nemo priu. tit. prad.* Alber. *v. illicitum*, Bartol. *in l. quominus num.* 7. *de fluu. & aqu.* Gratian. *diſcept.* 713. *numero.* 61. poſt Duegn. *reg.* 33. *lim.* 4. & Cæpol. *de ſervit. urb. prad. cap.* 27. *numero.* 5. Eſſetque major contemptus prohibitionis, ſi Regulares illis uterentur cum ſpeculis, vel cum cancellis feneſtralibus, ut per eos aſpiciant, & non aſpiciantur, ad tradita per Cæpol. *de ſervit. urb. prad. cap.* 63. *numero* 1.

11 Nec obſtaret, ſi privatus haberet, & ipſe feneſtras in via publica inſpicientes Monaſterium *ex d. l.* 2. *§. Idem ait, ne quid in loc. publ.*

12 Quoniam id procederet, quando par eſſet utriuſque partis conditio, & edictum tam Regulares, quàm alias perſonas ſæculares tangeret adeò, ut uterque illicitè ædificaret, ut puta in loco publico ad textum *in d. §. Idem ait*, ubi Angelus ita diſtinguit poſt Accurſium, & Cynum *in l. manif ſtè C. de ſervit. aqu.* Bartol. *in d. l. quominus in repet. num.* 2. ac cæteri omnes.

13 Nec poteſt fieri reconventio, quando actio oritur ex delicto, prout ex ſpolio, niſi reconventio fundetur ſuper alio delicto, ſi ſit ſpolio, Specul. *tit. de reconu. §. nunc. dicamus num.* 3. Maranta, & Socinus, quos ſequitur Carpan. *ad ſtatut. Mediolan. cap.* 44. *num.* 117. *p.* 1. Prout nec etiam habet locum reconventio, quando contra Regulares petitur tantum executio dictorum decretorum, Socin. *in reg.* 332. *num.* 18. *fall. ult.* Marant. *in prac. p.* 4. *num.* 39. *de judic. convent. & reconvent.* Socin. ſen. *in cap.* 1. *num.* 60. *in* 10. *fall. de mut. petit.* Maximè ſi in mora adſit periculum ſcandali, ideòque cauſa celeritatem deſideret, Menoch. *de arb. cent.* 2. *caſ.* 184. *num.* 3. Marant. *loc. cit. num.* 8. Socin. *ibid. numero* 57. & Carpan. *ubi ſupra cap.* 44. *numero* 113. *lib.* 1.

14 Præcipuè verò ſi concurrant rationes, propter quas non ſit admittenda reconventio. Ut ſi vicinus non per modum judicii, ſed extrajudicialiter, neque principaliter, ſed incidenter imploraret officium Judicis, ut ſervari curet decreta Apoſtolica, quo caſu non admittitur reconventio, ut per Marantam *ibidem numero* 36. *& ſeq.* Si prætenſio Regularium ſit plenariè pertractanda, vicini verò ſummaria, quo etiam caſu non poſſunt inſimul cumulari, Socin. *d. cap.* 1. *numero* 58. Quia cùm conventio, & reconventio ſint ſimul tractandæ, ubi una requirit plenam cognitionem, altera ſummariam, una abſque alterius præjudicio non poteſt pertractari. Quod multò magis procedit in hoc caſu, in quo, ne ſummaria quidem debet adhiberi cognitio, ſed partes Judicis debent eſſe tantum in exequendo decreta S. Viſitationis Apoſtolicæ. Si denique vicinus, etſi civiliter, fundet intentionem ſuam ſuper contraventione, & crimine, & ideò coactus haberet recurſum ad Judicem. Unde non poſſunt Regulares in actione mere civili illum reconvenire coram eodem Judice, ſed debent ejus forum ſequi, ut per eundem Socin. *loc. alleg. num.* 87.

Quod autem privato vicino liceat feneſtras extruere 15
in propria domo, tam ad lumen, quàm ad proſpectum, etiamſi in domum vicini inſpicerent, aperte habetur ex regula *l. ſi altius C. de ſeru. & aqu. & in l. flumnum §. fin. cum duob. ſeqq. de damn. infect.* Cæpol. *loc. cit. cap.* 41. *num.* 7. & 8. & latius *cap.* 62. *à num.* 1. Bero. *conſ.* 135. *num.* 2. *lib.* 3. Honded. *conſ.* 81. *num.* 17. *lib.* 1. ac plenè per Rotam in Romana Tramontanæ 7. Junii 1623. coram Pirovano.

Nec obſtat, quod non procedat hæc regula, quando 16
feneſtræ inferunt præjudicium Eccleſiæ, *cap.* 1. *de ſtat. Regular. in* 6. Franch. *dec.* 223. *num.* 4. ac Rota in eadem Romana 30. Maij 1621. coram Buratto.

Nam id locum habet favore monialium, quas decet 17
à publicis, & mundanis rebus, atque aſpectibus ſeparari, ut ait textus *in d. cap.* 1 Quæ ratio non militat in alijs Regularibus, & mulieribus ſæcularibus, ut poſt Petr. & Cyn. docet Bald. *in d. l. altius*, & Padil. *num.* 19. Bero. *d. conſ.* 135. *num.* 9. & 10. & poſt alios firmavit Rota, recedendo in hac parte à priori deciſione in contrarium adducta coram Pirovano 7. Junij 1623.

Quod abſque difficultate procederet in caſu, quo 18
feneſtræ laicorum, à longo tempore fuerint ſtructæ, & in earum ſtructura prævenerint, *l. ſi pluribus de leg.* 1. Dec. *conſ.* 64. *num.* 3. Mantic. *deciſ.* 935. *num.* 4. *p.* 1. & Menoch. *de arbitr. caſ.* 237. *à num.* 7. Et Regulares ab eo tempore uſi fuerint feneſtris ſuis ad lumen tantùm, nec unquam de feneſtris partis adverſæ conqueſti fuerint, Gloſ. *in l. mœnia C. de adif. priu.* Neviz. *conſ.* 58. *num.* 1. Surdus *conſ.* 75. *num.* 11. *& conſ.* 233. *num.* 5. Gratian. *diſcept.* 314. *num.* 43. *& ſeq.*

Idque probat obſervantia, quæ rei dubiæ optima 19
eſt interpres, dum in Vrbe feneſtræ Monialium, reſpicientes loca publica, non conſtituuntur, Seraphin. *deciſ.* 1410. *numero* 24. Rota. *deciſ.* 126. *numero* 3. *ac dec.* 216. *numero.* 4. *p.* 2. *recent.* & Gregor. *deciſ.* 184. *numero* 8.

Minus obſtat, quod poſſit privatus cogi ab Eccleſia, 20
domum propriam vicinam vendere, vel ſervitutem imponere, etiam invitus. Nam non ſolum id patitur difficultatem, ſi via publica ſit intermedia, quæ impedit conſortium, *l. ſi prius §. fin. de aqu. plu. arc. & l.* 4. *§. ult. cum l. ſeq. fin. regund.* Mantic. *de jur. prot. num.* 45. ubi etiam Bendel. *in rubr. num.* 48. *& §. ult. num.* 2. *in fine.* Sed etiam non ita paſſim, ac indiſtinctè accipiendum eſt, ſed concurrentibus multis requiſitis, nempè juſtum pretium, moralis neceſſitas, & quod fiat abſque magno inhabitantium incommodo, ut per Covar. *lib.* 3. *var. reſol. cap.* 14. *num.* 8. *& ſeq.* Caroc. *dec.* 26. *num.* 17. Theſaur. *quæſt.* 64. *num.* 9. *lib.* 1. Giurb. *dec.* 86. *à n.* 10. Gratian. *diſcept.* 742. *num.* 25. *&* 26. poſt Rotam *in Romana de Comitatibus* 16. Januarij 1612. coram Sacrato.

Cæterùm advertendum eſt, quod ſervitutum impo- 21
ſitio venit nomine alienationis §. *Eum quoque ff. de verb. ſignif. & l. fin. C. de reb. eor. qui ſub tutel.* atque adeò non poſſunt hoc jure fieri conventiones, ab Eccleſia ſine ſolemnitatibus, & juſta cauſa, alioquin ſubijcerentur pœnis, *l. jubemus C. de Sacroſ. Eccleſ. & Extravag. ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien. ac Clem. Monaſteriorum eod. tit.* Nec juſta cauſa ad ſuſtinendam hujuſmodi conventionem eſt confeſſio Regularium, aut monialium, aſſerentium ſe pro impoſitione ſervitutum aliquid recepiſſe. Quia, ſtante nullitate contractus, ac prohibitione juris reſiſtentis actui illicito, ut potè alienationis rei Eccleſiæ, deber hæc receptio per Adverſarios aliunde probari, quam ex dicta confeſſione, corruente cum ipſo contractu, ut in ſimili de minori, cui æquiparatur Eccleſia, diſtinguit Gloſ. *in l. prædorum C. de præd. & al. reb. minor.* & comprobat Jaſ. *in l. ſi ita ſtipulatus §. Chryſogonus n.* 48. ubi Add. *lit. A. ff. de verb. oblig.* Alex. *ibid. nu.* 12. Et in terminis Eccleſiæ Merlin. *dec.* 219. *n.* 10. ubi quod ejus non ſunt partes probare veritatem aſſertorum, dum ſumus in contractu nullo, ſed Adverſarii agentis contra ipſam, & pluribus oſtendit Gratian. *diſcept.* 720. *nu.* 24. *& ſeq.* ac Rota *in Romana dotis* 14. Maii 1657. coram Bevilaqua.

22 Requiritur itaque Beneplacitum Apoſtolicum, quod ex curtu temporis interveniſſe præſumi non poteſt, ſi conſtituit de inobſervantia contractus, ut in ſpecie Rota coram Gregorio *deciſ.* 354. ubi Add. *n.* 18. *& dec.* 694. *nu.* 5. *p. rec.* Put. *dec.* 7. *de præſumpt.* Gabr. *conſ.* 36. *num.* 52. *lib.* 1. ubi, quod obſervantia debet eſſe continua ad effectum hujuſmodi præſumptionis inducendæ ita, ut ſi deficiat per aliquod tempus, deficiat, & præſumptio, ut per Rotam *in Valentina Baroniæ* 4. Junii 1603. coram Ortembergo, & de eo debet certò conſtare, ne duæ præſumptiones ex eodem temporis curſu, videlicet obſervantiæ contractus, & Beneplaciti Apoſtolici reſultent contra diſpoſitionem *l.* 1. *C. de dot. promiſ. & prob.* Mareſcot. *var. reſol. l.* 1. *cap.* 13. *num.* 13. *& ſeqq.* cum aliis congeſtis ab Add. ad Gregor. *d. dec.* 354. *nu.* 18.

CONSULTATIO CLVI.

1. *An contractus tranſactionis facta à Novitio, vel Novitia comprehendatur decreto S. Concilii Tridentini c.* 16. *ſeſſ.* 25. *de Regularib. ita quidem, ut ſi inita non fuerit intra duos menſes ante profeſſionem, ſit irrita? Et, quatenus ſit irrita.*
2. *An facta uno tantum die ante dictos duos menſes, ſit valida?*

1 QUod ad primum cenſeo, eſſe validam. Quia licet S. Concilium dicat; nulla quoque renunciatio, aut obligatio, & obligationis appellatione veniant quicunque contractus, *l. veluti ff. de verb. oblig.* cum aliis hujuſmodi, attamen, attenta ſubjecta materia, Concilium intelligitur de obligationibus gratuitis, non autem de illis, quæ fiunt ex cauſa oneroſa, in quibus datur poſſibilitas, ut tantundem poſſit recipi, quantum datur, ut per Rodriq. *in ſumm. tom.* 2. *cap.* 7. *num.* 4. & Sanchez *in præcept. decalog. l.* 7. *c.* 5. *num.* 32. Iſtæ enim obligationes non fiunt intuitu ingreſſus in Religionem, ſed cauſa contrahendi, ac reddendi conditionem ſuam meliorem. Unde ſemper eſt inſpiciendum, qua contemplatione actus fiat, & obligatio ſemper eſt regulanda à ſua cauſa, Rota *dec.* 624. *num.* 2. *par.* 1. *diverſ.*

2 Quod certum puto in caſu, quo Novitius, vel Novitia litigavit. Quia durum eſſet, quod Novitii poſſent litem inferre, illatam ſuſtinere, & non poſſent tranſigere contra bonum publicum, *cap. finem litibus de dol. & contum. & l properandum C. de judic.*

3 Ratio autem eſt, quia finis decreti S. Concilii eſt, ne novitius patrimonio deſtitutus, cogatur profiteri. Per hos autem contractus oneroſos, quibus tantundem recipit, non manet bonis deſtitutus, ſed in tantundem commutatis. Atque adeò iſti eo decreto non comprehenduntur. Sic, quamvis donatio inter virum & uxorem minimè valeat, ne mutuo amore ſe privent, valet tamen quoties donantis ſubſtantia non minuitur, *l. ex anno, & l. de fructibus ff. de donat. inter vir. & uxor.*

4 Præterea, ſi prærendatur, Novitium pro hujuſmodi tranſactione læſum fuiſſe, habet remedium ordinarium petendi, tranſactionem reſcindi ex capite læſionis, omiſſo remedio extraordinario, ut per Alex *conſ.* 222. *num.* 11. *l.* 2. Dec. *conſ.* 551. *num.* 6. Nam ſi apparuerit; tranſactionem fuiſſe læſivam, reſcinde-

tur, ſin minus, apparebit, ipſum nihil de ſuo remiſiſſe, & conſequenter non ſubiacere decreto Concilii ex jam dictis.

Quoad attinet ad ſecundum. Dato quod contractus 5
tranſactionis comprehendatur decreto Concilii, quod pernegamus, videtur dicendum, quod fieret validè ejus renunciatio, ſi fieret uno die ante duos menſes requiſitos à Concilio. Quia hæc diſtantia non mathematico modo, ſed morali accipienda eſt. Moraliter autem loquendo, dicitur intra duos illos menſes fieri, quod paulò ante fit. Ita Zechius *de republ. Eccleſ. tit. de Regular. c.* 3, *numer.* 14. *limit.* 8. qui pro ſe refert Zerolum. *in præx. Epiſcop. p.* 1. *v. Monachi in fine*, ubi ſubobſcurè loquitur, ſatis enim dicitur facta intra duos menſes, ſi facta fuerit tantum uno die ante; unde ex tam modico tempore non debet irritari, Jaſ. *in l. ſiquis num.* 53. *ff. de uſucap.* poſt Bald. *in c. fin. num.* 3. *de reſcript.*

At tenendum eſt, hos duos menſes computandos eſ- 6
ſe de momento ad momentum, & ſecundum quod occurrit menſis in Kalendario. Ita etiam Sanchez *loc. cit. nu.* 81. Bartholom. à S. Fauſto *in theſ. relig. l.* 5. *quæſt.* 393. Bartholom. de Vecchis *in præx. novit. dub.* 9. *n.* 5. Tambur. *de jur. Abbatis diſ.* 4. *quæſt.* 10. *num.* 5. & declaravit S. Congregatio Concilii apud Aldanum *in comp. Canon. reſol. lib.* 4. *tit.* 3. *num.* 8. & ſub die 21. Januarii 1617. Quia eſt contra formam Concilii.

Nam Concilium diſponit à quo tempore hoc bi- 7
meſtre incipere debeat, nempè à die profeſſionis futuræ. In hoc autem caſu computatur dies de momento ad momentum, ut occurrit in Kalendario, ſicut probat Sanchez *l.* 2. *de matrim. diſp.* 24. *num.* 15. ubi exemplis id declarat. Inſuper expoſtulat determinatam ætatem, nempè eam, quæ ſatis eſt ad profitendum poſt bimeſtre. At illa ætas computatur de momento ad momentum, etiam in anno biſextili, ut per eundem Sanchez *lib.* 6. *in decal. cap.* 4. *num. item.* 4.

Et quidem *ex d. c.* 16. *ſeſſ.* 25. duo copulative re- 8
quiruntur, ut obligatio per Novitium facta ſit valida. Quod fiat cum licentia Epiſcopi, vel ejus Vicarii, & quod fiat intra duos menſes proximos ante profeſſionem, aliter verò facta ſit irrita, & nullius effectus, etiamſi fuerit jurata. Unde ſi obligatio facta ſit uno die ante dictos duos menſes ultimos, licet in illa interveniat licentia Epiſcopi, ſive ejus Vicarii, eſt irrita. Quando enim in diſpoſitione plura requiruntur copulativè, tunc eſt neceſſarius omnium copulatorum concurſus, *l. ſi hæredi ff. de condit.* Jaſ. *in l.* 1. *num.* 2. *ff. de juſt. & jur.* ac Surd. *dec.* 268. *num.* 17.

Ac iſta duo dicuntur requiri pro forma. Quia Con- 9
cilium utitur illa dictione, *niſi*, quæ importat conditionem, ac inducit formam, cùm fuerit appoſita actui in poſterum perficiendo, Rota *dec.* 167. *num.* 5. *cum* 6. *ac* 7. *p.* 2. *recent.* Maximè cùm id requiratur ſub pœna nullitatis, Gregor. *dec.* 195. *num.* 6.

Nec dicitur, quod non ſit attendenda hæc modici- 10
tas temporis unius, vel alterius diei. Quia cum requiratur à Concilio pro forma, quod obligationes Novitiorum fiant *intra* duos menſes ultimos ante profeſſionem, non autem *ante* duos menſes, hæc forma eſt adamuſſim obſervanda, eaque non obſervata, corruit actus, Rota *dec.* 3. *numer.* 3. *p.* 2. *rec.* Cumque forma ſit indiviſibilis, pro parte non ſervata, totum ac omnino vitiat actum, Rota *dec.* 30. *num.* 3. *p.* 1. *recent.*

Hinc quando forma eſt de ſubſtantia actus, ſi pereat, 11
etiam in parte minima, perit totus actus ex *l. cum hi, §. ſi Prator, ff. de tranſact. & l. qui Romæ §. Flavius, ff. de verb. oblig.* & declarat Bartol. *in l.* 1. *§. ait Prator ff. ne quid in flum. publ.* Alex. *conſ.* 137. *num.* 15. *vol.* 5. Calder. *conſ.* 30. *num. etiam* 5. aliique. Ex quo fit, quod obli-

obligatio ad actum nullo modo subsistat, quando actus potest haberi cum sua forma substantiali, ut habetur etiam ex *l. Seia in fin. ff. de aur. & arg. leg.*

CONSULTATIO CLVII.

An, & quatenus in Ecclesiis Parochialibus, effectis de mensa Monasterii Monachorum, possit Episcopus constituere Vicarios perpetuos vigore S. Concilii Tridentini c. 7. sess. 7. de reform.? Ubi ad rem littera Cardinalis Moroni, & Carafa.

1 NOn potest. Nam hujusmodi Ecclesiæ non sunt simpliciter Monasterio unitæ, sed ex litteris Pontificum effectæ de mensa Monasterii, quia conceduntur Ecclesiæ cum bonis, & cum illarum administratione, quod non importat simplicem unionem, sed quod Ecclesia unita fiat de mensa Monasterii, Glos. 1. *in Clem.* 1. *v. de mensa*, ubi Cardinal. *num.* 3. & Vitalin. *num.* 4. *de suppl. negl. Pral.* Rota *in Theatina Jurisdictionis* 4. Maii 1612. coram Coccino *dec.* 513. *n.* 2. *p.* 2. *rec.*

2 Quando autem Ecclesia est de mensa Monasterii, tunc de jure non est locus deputationi Vicarii perpetui, Anchar. *in Clem.* 1. *n.* 16. *de excess. Pral.* sed Abbas potest retinere in illis presbyterum sæcularem, ad nutum amovibilem, qui ipsum coadjuvet in cura, Butr. *cons.* 3. *n.* 2. *& seqq.*

3 Et quoad hunc effectum hæc est differentia inter Ecclesias simplicitur unitas, & Ecclesias de mensa, ut illæ regi ebeant per Vicarios perpetuos, juxta *c. extirpandæ*, §. *qui verò de præb. c.* 1. *de Capel. Monach. cap.* 1. *eod. tit. in* 6. Hæ verò minimè, juxta Glos. *in d. Clem.* 1. *v. pad mensam de excess. Prælat. & in d. Clem.* 1. *de supplen. neglig. Prælat. ac in Clem.* 1. *v. haberent de rescript.* & tradunt ferè omnes recentiores, ut Gonz. *ad reg.* 8. *glos.* 5. §. 3. *num.* 11. & 14. Garz. *de benef. p.* 11. *cap.* 2. *num.* 3. Barbos. *de offic. & potest. Episcopi. p.* 3. *alleg.* 72. *num.* 188. Lotter. *de re benef. l.* 1. *quæst.* 33. *à n.* 93. Quia non datur aliquis titulus vacabilis, aut conferibilis per Ordinarium, ne quidem quoad institutionem auctorizabilem, ut per Lotter. *n.* 100. Quod etiam locum habere, inquit in exemptis, idest, si populus sit exemptus, ut per Seraphin *dec.* 1304. *num.* 3.

4 Ac licet iidem auctores id intelligant in puris terminis juris communis, secus autem post S. Concilium Tridentinum. Id autem non intelligitur, nisi de simpliciter unitis, & non de membris, ut clarè loquitur Concilium, & ejus S. Congregatio declaravit in Portugallen. revocando aliam declarationem contrariam in eadem causa prætextu unionis.

5 Et quatenus S. Concilium intelligatur etiam in curatis de mensa, cùm illud non inducat necessitatem præcisam, ut S. Congregatio Concilii declaravit litteris Cardinalis Moroni, & justum in hoc expoſcat Ordinariorum arbitrium, ut per Garz. 1. *c.* 2. *num.* 8. & nos alibi, non potest Episcopus sine justa causa procedere ad erectionem Vicarii perpetui, sed solum quando per Curatos sæculares amovibiles, vel per Monachos non ita commodè providetur curæ animarum. Quod sanè probandum est, cum jurisdictio in hoc sit ex causa qualificata. Præsertim, quando adest privilegium, seu facultas inserviendi curæ per Regulares, quo casu, invitis Regularibus, non potest Episcopus erigere Vicariam perpetuam, ut ex Constitutione B. Pii V. probat Barbosa *d. alleg.* 72. 190. Quod privilegium observari debet, cùm sit post Concilium, Garz. *d. c.* 2. *n.* 5.

6 Debet igitur S. Concilium intelligi juxta traditam distinctionem, nempè de Ecclesiis simpliciter unitis, non autem de effectis de mensa. Quia cùm non dicat expressè, quod deputentur Vicarii perpetui, sed quod Ecclesiæ visitentur ab Ordinariis, qui solicitè procurent providere, ut curam illis laudabiliter exerceatur per idoneos Vicarios, etiam perpetuos, nisi ipsis aliter expedire videbitur, non supponit eos necessariò debere esse perpetuos, sed tribuit facultatem deputandi, etiam perpetuos, nempè si foret necesse pro laudabili cura animarum. Et secundum hanc distinctionem, non autem quando Ecclesiæ unitæ sunt de mensa Monasterii. Quia Concilium recipit interpretationem à jure communi, & dicendo *etiam perpetuos*, decidit casum magis dubitabilem, ut *l. etiam ff. de verb. signif.* & facultatem Ordinariorum ampliat etiam ad perpetuos, sed in casibus in quibus Vicariis perpetuis de jure locus est.

Quod si aliquam haberet difficultatem, ea certè 7
cessat ex declaratione Gregorii XIII. qui, ut dictum est, declaravit, non esse locum Vicariis perpetuis, ac illorum deputationi, sed ad nutum amovibilibus ab Ordinario loci approbandis, ut ex litteris Cardinalis Moroni, quas inferiùs dabo. Quod etiam declaratum fuit in Aurien. & in aliis. Nec debent immutari ea, quæ semper certam habuerunt interpretationem. Præsertim, si reditus Monasterii non consistant, nisi in redditibus hujusmodi Ecclesiarum ita, ut quando in singulis Parochialibus Monasterium cogeretur deputare Vicarium perpetuum cum congrua portione, nihil ei superesset pro sua sustentatione.

Neque res similiter haberet difficultatem, quando 8
Abbas offerret, quatenus opus sit, facere administrari curam animarum per Monachum cum socio, ab Ordinario approbandum.

Litteræ autem Cardinalis Moroni ad Episcopum Pe- 9
rusinum hæ sunt: *Illustre, e Reverendo Monsignor. Hò veduto quanto Vostra Signoria mi hà scritto nella materia de' Curati costì di S. Pietro, e della provesione, che le parrebbe necessaria. In risposta di che ricordandomi, che nella Congregatione nostra del Concilio alcuni Regolari si dolsero delle molestie sopra ecse simili, date loro dagli Ordinarii, sò, che addussero in generale molte ragioni à lor favore, e in particolare un Monaco di San Salvatore dell' Ordine di San Benedetto, e nelle cui Chiese pretendeva il Vescovo d' Auria mettere Vicarii perpetui, fu riferro dagl' Illustriss. dell' istessa Congregatione tutto il negotio à nostro Signore, il quale, atteso le gravezze, e i pagamenti di essi Regolari alla Camera Apostolica, e che il Concilio non astringe à questa deputatione di Vicarii perpetui, ne dispone, che necessariamente si faccino, mà provede solamente, che la cura dell' anime non sii negletta, e il rimedio de' Vicarii perpetui è solamente in caso, che non si potesse provedere altrimente à quelle Chiese, come accennano quelle parole, etiam perpetuos, overo Vicariorum perpetuorum. E considerata ancora, che forse meglio ponno essere provedute, e servite le Chiese de' Regolari, essendo i Vicarii amovibili, e per altri rispetti, fù risoluto non solamente, che si potessero i Regolari servire di preti secolari ne' loro beneficii uniti per Vicarii temporali, e amovibili, ma ancora di Monaci loro medesimi, come potrà Vostra Signoria vedere dalle lettere scritte di ordine di sua Beatitudine al detto Vescovo d' Auria, che saranno qui annesse. Et havendomi il procuratore dell' ordine stesso di San Benedetto dato memoriale per questi ancora di Perugia acciochè fossero preservati dalla medesima molestia dell' Ordinario, io non hò voluto, che ne faccino altro motivo, sapendo io, che dalle ragioni sudette Vostra Signoria si acchetterà volentieri à quello, che già è opinione della Congregatione, e volontà di Sua Beatitudine, si comio ancora la priego, & esorto, assicurandomi nella bontà, e nella diligenzza, che eserciteranno i detti Padri; perche quelle Chiese, e l'anime di esse siino meglio curate ad honore di Dio, il quale priego che conservi Vostra Signoria, sana, salva, e me le raccomando. Di Roma à' 18. Gennaro del 1578. Di Vostre Signorie Illustrissime, e molto R. come fratello, il Cardinal Morone.*

Libel

10 Libellus autem supplex in Aurien. exhibitus S. Congregationi Concilii, illiusque rescriptum sunt hujusmodi. *Illustris. ac Reverendiss. Domini. Cùm Episcopus Aurienſis vigore cap.* 7. *sess.* 7. *Concilii Trid. pretendat sibi licere in Ecclesiis Parochialibus Monasterii S. Salvatoris, de Collanova Ordinis S. Benedicti unitis perpetuos Vicarios cum assignatione congruæ portionis apponere, & ex hoc gravissimum damnum eidem Monasterio subsequatur, curaque animarum ipsarum commodè, & laudabiliter absque tamen gravi damno alias provideri possit, si per Religiosos ejusdem Monasterii, seu Ordinis exerceatur. Idco supplicat Dominationibus vestris Illustrissimis modernus ejusdem Monasterii Superior, quatenus dignetur eidem Episcopo rescribere, quod liceat ejusdem Monasterii Superiori pro tempore existenti in dictis Parochialibus Ecclesiis curam animarum per Religiosos ejusdem Ordinis ad ejus nutum amovibiles, ab Ordinario approbandum exerceri facere, ad altudque per eundem Ordinarium minimè cogendum esse, nec cogi debere.*

11 *Episcopo Aurienſi. Reverendiss. Domine. Cùm in S. Congregatione Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum propositus libellus, qui est cum his literis, ac deinde ad Sanctissimum D. N. relatus, Sanctitas sua amplitudini tuæ scribi jussit, ut si in Ecclesiis illis Parochialibus unitis Monasterio S. Salvatoris de Collanova Ordinis S. Benedicti Superiores ipsius Monasterii nominaverint aliquos ex Monachis, quos amplitudo tua prævio examine perse, vel suos Vicarios faciendo idoneos ad curam animarum exercendam invenerit, & ita pro idoneis approbaverit, deputet eos in Vicarios ad nutum eorundem Superiorum amovibiles, dummodo in ea Parochiali, in qua unus Monachus fuerit Vicarius deputatus habitet secum dumtaxat unus alius Monachus socius. Quod ita amplitudo tua pro anima sua fide, ac religione observandum curabit, valebitque in Domino. Datum Romæ die* 24. *Julii* 1576.

12 Extat etiam hic supplex libellus cum rescripto. *Beatissime Pater, Abbas, & Monachi venerabilis Monasterii S. Petri de Perusia Congregationis Cassinensis humiliter Sixti U. exponunt quod in S. Congregatione Concilii Tridentini fuit superioribus diebus per illius S. Congregationis Cardinales deputatos statutum de Vicariis perpetuis pro dicto Monasterio S. Petri, ut scilicet servarentur literæ fel. record. Pii Papæ V. Quoniam autem in grave damnum, ac detrimentum hoc cederet illius Monasterii absque ullo augmento, quinimo detrimento cultus divini si executioni demandaretur, non desistunt propterea Procurator generalis Congregationis Cassinensis ex integro S. V. supplici hoc libello referre humiliter, postulans, ut habeat rationem, non solum quod beneficia illa unita, sunt de mensa Monachorum, quodque quotannis quarta pars fructuum R. Cameræ Apostolicæ solvatur, hospitali absque eleemosynæ, atque alia pietatis opera exerceantur juxta narratu in dictis literis &c. Petit igitur qua decet humilitate, ac reverentia, ut supradictis de causis dignetur S. V. posse dictis Ecclesiis per Presbyteros sæculares Vicarios ad nutum Superiorum amovibiles ab Episcopo aprobandos cum assignatione honestæ portionis, quæ Superioribus Monasterii & Vicariis placuerit.*

13 Rescriptum. *Hodie facto verbo cum Sanctissimo placuit Sanctitati suæ supradictam petitionem concedere, & observari prout hactenus observatum fuit, videlicet quod Presbyteri sæculares Vicarii ad nutum Superiorum amovibiles, ut supra, deputentur approbati tamen ab Episcopo Ordinario.*

Jo. Cardinalis Moronus Protector.

Datum Romæ trans Tyberim in palatio Illustrissimi D. Cardinalis Moroni die Lunæ 2. *Junii* 1578.

Jo. Franciscus Sartolus Secretarius.

14 Extant item hæ literæ Cardinalis Carafæ ad Episcopum Assisiensem. *Circal. deputatione de' Vicarii a' beneficii uniti del Monasterio de S. Pietro di Perugia Cassinese, quando à Vostra Signoria legitimamenee constì della mente di Papa Gregorio di fel. mem. per fede sotto scritta dal Cardinal Morone di buona memoria, Protettore allora di detta Congregatione, non hà dubio che V. Sig. dee ejeguire il sopradetto ordine, e prestar credito alla detta fede, lasciando che in detti beneficii deputino Vicarii amovibili ad nutum Superiorum Regularium. Che è quanto mi è parso d'avertire Vostra Signoria con l'occasione degl' inclusi memoriali presentatami, è à lei mi raccomando. Di Roma li* 4. *Maggio* 1590. *Di V. Sig. Reverendiss. come fratello, il Cardinal Carafa.*

Effata ad hoc cap. 7. *sess. de reform.* alibi ad 7. duximus,
Legatur interim Constitutio B. Pii V. de Vicariis.

CONSULTATIO CLVIII.

An, & quatenus ære alieno gravatus Religionem ingredi nequeat?

SIxtus V. Constitutione sua 71. *Cùm de omnibus* §. 4. 1
& 5. providè occurrere intendens indemnitati creditorum, ac fraudibus multorum decoctorum, qui post dilapidatam rem familiarem, & contractam ingentem vim æris alieni, aut interversam alienam pecuniam, eorum fidei creditam, ut ratiocinia effugiant, non pia intentione, sed ad evitandam legum, & judiciorum severitatem; tunc demum à Religione quærunt auxilium, & ut his quoque subterfugii, ac impunitatis spes omnis tollatur, auctoritate Apostolica prohibet de cætero, ne ad Religionem admittantur, qui ingenti ære alieno supra vires suarum facultatum gravati, vel reddendis ratiociniis ita obnoxii, ut ex hujusmodi causa lis, vel molestia eis jam illata, vel timendum sit, ne inferatur, eorumque professiones ex nunc, prout ex tunc irrita, & annullat. Idem habetur ex *Constitutione* 83. quæ incipit, *In suprema* Clementis VIII.

Habent itaque Creditores intentionem fundatam con- 2
tra gravatos ære alieno, nequeant ingredi Religionem ex adductis Constitutionibus.

Nec obstat, si dicatur has Constitutiones procedere 3
in casu, quo æs alienum excedit vires patrimonii. Nam intentio creditorum fundata est eo ipso, quod probant sibi deberi aliquam pecuniarum summam, & si ingredi volens Religionem excipit ad esse bona sufficientia ad solvendum hujusmodi æs alienum, tenetur id plenè, ac concludenter probare, tanquam fundamentum suæ exceptionis, quia in illa reputatur actor, *l.* 1. *ff. de excepti. l. in exceptionibus ff. de probat.* Paris. *cons.* 45. *sub initio vol.* 1. Roland. *cons.* 100. *num.* 25. *vol.* 2. ac Rota *decis.* 229. *num.* 3. *p.* 2. *recent.*

Et in his terminis, quod ille, qui asserit extare bona 4
sufficientia pro solvendis debitis, tradit Glos. *in l. cùm de lege, ff. de probat.* communiter approbata, & Alex. *cons.* 41. *num.* 9. *vol.* 3. Afflict. *dec.* 377. *num.* 4. Socin. *cons.* 104. *in fine vol.* 3. ac Surdus *cons.* 95. *num.* 19. *& cons.* 196. *num.* 67.

Quod maxime procedit, quando æs alienum est in- 5
gens. Tunc enim non sufficit, quod adsint tot alia bona quæ paria esse possint ære alieno, sed requiritur, quod reperiantur emptor, qui pro tanto pretio illa velit emere. Nam bona obnoxia gravi ære alieno, haud facilè emuntur propter periculum evictionis, aliorumque impedimentorum, quæ possint provenire ex hypothecis, obligationibus, & vinculis super ipsis bonis existentibus. Nam pacta, & obligationes, aliæque circumstantiæ censentur pars pretij, illudque plurimum diminuunt, Socin. *cons.* 15. *num* 57. *lib.* 1. Roland. *cons.* 58. *num.* 6. *lib.* 4. Tiraquel. *de retract. convent. in præfat. num.* 20. *&* §. 1. *glos.* 2. *num.* 1.

Accedit præterea, quod debitor tenetur de jure 6
satisfacere suis creditoribus. Certumque est, quod multa potest ipse melius atque utilius expedire, quæ possunt prodesse creditoribus, quibus est personaliter obligatus, quam non possunt alii. Hinc de jure debitor

debet prius solvere æs alienum, quàm ingredi Religionem per textum *in cap. commissum de sponsal.* Quia lege naturali, ac divina debitor tenetur solvere debitum juxta septimum præceptum Decalogi, relatum *in can. quod in omnibus* 32. *quæst.* 7. Et quia non modò tenetur acceptio injusta, sed etiam retentio, *cap. sapè de restit. spoliat.*

7 Et hæc quidem facilius procedunt, quia Constitutio Sixti fundatur in eo, quod ex causa æris alieni, vel redditionis rationum molestia sit illata, vel timendum sit, ne inferatur. Quæ ratio militat, si jam esset relaxatum mandatum, sique etiam, quoad evictionem ejus bonorum esset similiter lis instituta. Unde viget eadem ratio, tam in gravato ære alieno, quàm in obligato ad ratiocinia, ideòque in utroque casu debet peræquè habere locum dicta Constitutio, Jason. *in auth. quas actiones nu.* 22. *C. de Sacrosc. Eccles.* Paris. *cons.* 16. *n.* 23. *lib.* 3. Aym. *cons.* 183. *num.* 3. Pendentia quippe litis, facit illicitum, quod alias esset licitum, ut latè per Lancellot. *de attent. cap.* 4. *ampl.* 1. *num.* 1. *ac seq.*

8 Eoque magis, si bona debitoris sint feudalia, & restitutioni subiecta, quorum successio per professionem regularem defertur aliis, atque adeò per ingressum in Religionem non solum tollitur actio personalis contra debitorem, ac redditur difficilior exactio, sed etiam creditores privantur fructibus bonorum feudalium, & restitutioni subiectorum, quæ si non ingrederetur Religionem, ac professionem emitteret, spectarent ad crediteres. Quia donec jus remanet, usus fructus super feudis, vel rebus, fideicommisso subiectis, possunt obligari, durante vita debitoris, Bartol. *in l. Scevola* §. *Instituto n.* 4. *de legat.* 2. Neguſan. *de pignor. membr.* 2. *p.* 2. *num.* 29.

9 Et in hoc casu ingressus in Religionem, ac professio non est permittenda, ne de jure quidem communi. Nam si permitteretur, quod habentes feuda, vel bona, restitutioni obnoxia, dum sunt magno ære alieno gravati, possent ingredi Religionem, per ingressum creditores remanerent elusi, & filii professorum divites, quia aperiretur illis successio ad bona feudalia, vel restitutioni subiecta. Ideòque verior videtur opinio, quod non debeat permitti professio, contradicente creditore, sed quod prius illi debitor debet satisfacere, ac deinde ingredi Religionem, ut in fortioribus consulit Ostiens. *in sum. tit. de oblig. ad ratioc. non ordin.* §. *penult. ad finem*, Abb. *in cap.* 1. *n.* 8. *eod. tit. per textum in cap. commissum de sponsal.* ubi promittens aliquam ducere in uxorem, debet prius illam ducere, quàm ingredi Religionem; quia prius debet solvere æs alienum, quàm ingredi Religionem. Et ita etiam tenet Major. *in* 4. *dist.* 38. *quæst.* 2. & post D. Thomam, & Cajetanum, Navarrus *de Regular. con.* 1. *num.* 8. ubi ait, hoc magis procedere, quando debitor, qui ingreditur, cedit bona creditoribus, faciteque quod potest pro solvendo ære alieno, & consequenter debet facilius procedere in casu, in quo debitor cedit potius bona filio, & remanent defraudati creditores.

10 Quod si hæc procedunt, attenta dispositione juris communis, longè facilius debent procedere, attentis Constitutionibus Sixti V. & Clementis VIII. quæ sunt intelligendæ non solum in casu, in quo adest fraus expressa, vel præsumpta, vel in casu, in quo alias de jure communi erat prohibita professio, sed etiam addendo, & ampliando dispositionem juris communis. Nam alioquin Constitutiones hujusmodi essent supervacaneæ, Bartol. *in l.* 1. §. *enunciatio ff. de nov. oper. enunc.* Roland. *cons.* 7. *numer.* 79. *vol.* 3. ac Surd. *cons.* 252. *numero* 26.

11 Nec subsistit, quod solum est censenda prohibita professio, quando fit humana aliqua ratione, non autem pietatis, vel devotionis fervore. Tùm quia negari non potest, quin hoc in casu appareat humana ratio, ut scilicet evitetur obligatio, & exactio facienda à creditoribus, ac paternus amor erga filium, quo illius utilitati consulit. Ubi enim constat de causa evidenti, non debemus esse soliciti ad investigandum aliam causam, de qua non potest constare, nisi per assertionem ingredienti Religionem. Nam omnes prospicerent utilitati filiorum, ac dicerent moveri ex pietate, ac devotione, præcipuè quia in prohibitis, quæ ex causa tantum permittuntur, assertio facientis non probat causam, Rota coram Gregorio *dec.* 294. *num.* 5. & 14. Præsertim quia, etiam ante dictas Constitutiones nemo debebat ingredi Religionem ex humana ratione, sed solum ex fervore pietatis, ac devotionis juxta textum *in can. cui portio*, ibique Glos. 12. *quæst.* 2. de quo latè Navar. *d. com.* 1. *de Regular. num.* 7. Prohibitio autem nova, addita prohibitioni vereri, debet illam ampliare, Ias. *cons.* 227. *lib.* 2. ac Rota *dec.* 529. *nu.* 14. coram Gregorio. Et ideò nunquam potest intelligi restricta Constitutionum dispositio ad eos tantum, qui humana ratione moventur, sed debet fieri interpretatio singula singulis congruè referendo, Aymon. *cons.* 89. *num.* 11. & lex nova intelligenda secundum terminos, & casus, secundum quos disponebat lex antiqua, ut latè per Honded. *cons.* 88. *n.* 22. *vol.* 1.

12 Alioquin sequeretur, quod Papa protinus se corrigeret, & quod omnes casus expressi in dictis Constitutionibus, ac prohibitiones in illis factæ, cessarent in casu in quo aliquis moveretur ex devotione. Quod manifestè repugnat menti, ac verbis Pontificis, ac observantiæ, continuò inde sequutæ, ac dispositioni juris communis. Nam ubi plura sunt obstacula, non satis est, quod unum removeatur, Surd. *cons.* 244. *numer.* 4. & Gonzal. *super regul.* 8. *glos.* 13. *nu.* 97.

13 Laicus igitur ære alieno gravatus, vel ratiociniis obligatus prohibetur ingredi Religionem, non solum quia infert præjudicium creditoribus ex jam dictis, cum ex hoc etiam forum mutet, cùm novitius sit persona ecclesiastica, & gaudeat privilegio fori, & Canonis, *cap. Religiosos*, §. *quamvis de sent. excom. in* 6. ibique Glos. 11. *v. non. possit*, sed etiam ex tali ingressu infamatur Religio, hoc est dehonestatur, si de dolo, vel fraude conveniatur, ac etiam oneratur; nam hac occasione, quamvis injustè hoc fiat, multoties bona Religionis deprædantur à creditoribus, *arg. cap. parochiano de sepult.* Idque hodiè perspicuum est ex Constitutione Sixti V. qua statuitur, ne ullatenus ejusmodi ære alieno gravati in aliqua Religone recipiantur, & receptiones ad habitum, vel professionem, non servata forma ibi præscripta, irritæ decernantur, licet quoad nullitatem professionis eam Constitutionem ad terminos juris reduxerit Clemens VIII. in dicta sua Constitutione.

14 At certè Constitutiones prædictæ non videntur obstare in casu, in quo neque illarum dispositio, neque verba conveniant. In illis enim supponitur dolus, & fraus ex parte profitentis, ut denotant verba illa Sixti: *ac multi Decoctores post dilapidatam rem familiarem, & contractam ingentem vim æris alieni, aut interversam alienam pecuniam eorum fidei creditam, ut ratiocinia effugiant, &c.* Nam Decoctores propriè dicuntur, qui debitam pecuniam cùm solvendo non sint, auferunt, Imper *l.* 40. *ff. de divor. lib.* 10. *C. ac teste* Budæo dicti sunt id genus fermè hominum, qui *Asoti* dicuntur verbo græco id est, luxu, & ganeæ studio perditi, latinè, *nequam*, verbo significantissimo, eorumque vitium *Asotia*, & *Nequitia*, quam Gellius luxum, & popinationem interpretatur. His olim Romæ certus locus in spectaculis assignatus erat, ut insignes omnibus essent, etiamsi infortunio aliquo, non nequitia decoxissent. Suntque, & ii, qui consumpto patrimonio, pecuniam creditam fraudant, vulgo *falliti*, ex quo creditoribus fidem fallunt, de quibus loquitur Constitutio 116. B. Pii V. quam refert, ac sequitur Gratian. *disp.* 300. *num.* 4. & nos alibi fuse.

15 Imò requiruntur actus extrinseci, quibus hujusmodi dolus ostendatur, ut si quis post æs alienum contractum latitare cœperit, ac foro cesserit, quemadmodum enim

enim adverit Surd. *cons.* 528. *numer.* 38. quem sequitur Gratian. *discept.* 591. *num.* 19. & *seq.* ubi plures allegat; alias enim dolus non præsumitur; maximè cum lucrum inde non sequatur, Surd. *cons.* 528. *num.* 33. *ac seq.* Menoch. *lib.* 1. *præsumpt.* 3. *nuu.* 28. ubi ait, quod dolus non consideratur in actu, ex quo nullum consequatur lucrum. Hinc regula est, quod dolus non præsumitur, nisi concludenter probetur, *l. quoties* §. *qui dolo ff. de probat.* debetque probari ab allegante, uti fundamentum suæ intentionis.

16 Eoque minus dictæ Constitutiones locum habent, nisi in illis verbis: *Post dilapidatam rem familiarem.* Dilapidare enim est prodigaliter patrimonium consumere, ut interpretatur Alber. *in dict. v. dilapidare.* Unde Jurisconsultus pro prodigere, disperdere, decoquere, usurpat *in* §. *pen. l. verum ff. de minor.* crimenque importat, prout idem significant illa verbâ, aut *interversam alienam pecuniam eorum fidei creditam, ut ratiocinia effugiant.* Quæ quidem omnia à Constitutione Sixti ponderata debent convenire profitenti, & à creditore asserri debet aliqualis probatio, saltem præsumptiva, licet explicita, & concludens requiratur in delectis, ac pœnis.

17 Comprobantur ista per conjecturam ex mente Pontificis, declarata illis verbis: *Nisi denique constet non humana aliqua ratione, sed tantum devotionis, & pietatis fervorem vitam religiosam sponte, & ex animo elegisse.* Quæ limitant præcedentem dispositionem, & declarant, qualis fuerit intentio Pontificis in præcedentibus, non prohibendi simpliciter ingressum Religionis, sed tantum iis, qui fraudulenter decocti ad Religionem confugiunt, dum omni humano auxilio destituti noscuntur non pia intentione à Religione auxilium quæritant.

18 Nec obstat, quod profitens sit gravatus ære alieno. Quia non solum probari debet, quod æs alienum excedat patrimonium debitoris, qui quidem excessus ad impediendam ejus professionem ab excipientibus, & à creditoribus est concludenter probandus, prævia discussione, cùm alias vigeat regula, quod unusquisque præsumatur, facultates, & commoda habere, donec contrarium probetur, ut latè Mascard. *concl.* 1154. ac Menoch. *præsumpt.* 25. *lib.* 6. adeòque, ut sufficiat probasse, quod ab initio non esset solvendo, sed etiam requiritur in specie, quod post contractum æs alienum profitens rem suam familiarem dissipaverit, vel alias in dictam Constitutionem Sixti commiserit.

19 Idque præcipuè, si profitens est Baro, Marchio, Dux, Princeps, non solum quia ratione nobilitatis excluditur omnis dolus, verùm etiam quia cessat causa defraudandi, cum ex illius ingressu in Religionem non efficitur deterior conditio creditorum, dum ejusmodi personæ in carcerem conjici nequeant, Capiblanc. *de offic. Baron. in rubr. n.* 19. & 20. de Ponte *de potest. Proveg. tit. de assens.* §. 7. & Mastril. *lib.* 4. *cap.* 13. ut in Siciliæ Regno ex Constitutione Rugerii. Vel si est Clericus, qui pro debito civili non potest in carcerem includi, ut notant communiter Canonistæ *in cap. pervenit. & cap. Odoardus de solut.* Covar. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 9. Menoch. *de arbitr. cas.* 183. *numer.* 29. Gratian. *discept.* 222. *num.* 39. & 40. Farinac. *quæst.* 27. *num.* 65. & *seqq.* ac docet Jo: Andr. *in cap. si Clericus de sent. excom. in* 6. quem sequitur Cavin. *in tract. de debit. suspect. quæst.* 5. *nu.* 18. ubi ait, quod pro debito ex contractu, vel quasi, non possit Clericus in custodiam tradi, etiamsi personaliter se obligasset, secus si pro debito, ex delicto proveniente ageretur.

20 Ac præcipuè si æs alienum non sit ab ipso contractum, sed à suis prædecessoribus, pro quo etiam, non confecto inventario, in foro conscientiæ, ac de jure Canonico ultra vires hæreditarias, & de persona non obligatur, Roland. *de inventar. p.* 5. §. *an in foro pag.* 221. Fachin. *contr. jur. lib.* 6. *cap.* 24. & Mangil. *de imput. quæst.* 129. *à n.* 13.

Cessatque omnis difficultas, si profitens omnia bona suæ creditoribus cedat, & renunciet, quo casu cùm nulla subsit spes, ut in sæculo permanens ad meliorem fortunam possit pervenire, & creditoribus satisfacere, ingredi potest Religionem, & in ea professionem emittere, ut in terminis Constitutionum Sixti, & Clementis docent Sanchez *in decal. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 19. *num.* 26. Bartol. de Vecch. *in prax. novit. disp.* 2. *dub.* 13. *num.* 15. Portel. *in dub. regular. v. novitius numer.* 29. Hieronym. Rodriq. *in compend. quæst. regular. resol.* 101. *nu.* 10. ubi alios adducit, ac declaravit S. Congregatio super Episcopis 1. Octobris 1601. his verbis: *Debitor, facta cessione bonorum, potest ad professionem admitti, non obstante Bulla Sixti V.* Nisi tamen obligatus esset ad ratiocinia. Quia tunc ante rationem redditam admitti non posset ex eadem S. Congregatione Mense Octobris 1602. & 3. Decembris 1648. 21

CONSULTATIO CLIX.

1 *An Vicarius Capitularis possit amovere Secretarium, & alios Officiales electos à Capitulo, Sede vacante? Sive, an liceat Vicario Capitulari, posthabitis Officialibus deputatis, ac deputandis à Capitulo, alios assumere? Ubi an Capitulum possit limitare, ac dividere jurisdictionem Vicario Capitulari?*

2 *An possit uti sigillo Capitulari privato, an verò teneatur uti sigillo Capitulari?*

3 *An debeat inscribi in expeditionibus contentiosis, & gratiosis titulo Vicarii Capitularis, an potius uti possit titulo Vicarii generalis.*

AD primum affirmativè respondendum videtur. 1
Habet enim Vicarius Capitularis satis fundatam suam intentionem super libero exercitio suæ jurisdictionis, quæ post electionem abdicatur omninò à Capitulo, & transit in Vicarium electum, etiam quoad ea, quæ aliàs in Vicariis Episcoporum requirerent speciale mandatum, ut per Garz. *de benefic. part.* 5. *cap.* 7. *nu.* 28. Molinam *de justit. & jur. tract.* 5. *disput.* 11. *numer.* 4. Genuen. *in praxi* apud Garziam *loco citato.*

Unde ex decreto S. Congregationis Concilii, teste 2
Fagnano *ad cap. his, quæ num.* 72. *de major. & obed.* fuit alias firmatum, non posse Capitulum Vicarium jam electum revocare, nisi ex causa, à S. Congregatione approbanda, & jurisdictionem ei totam conferre teneri, non cumulativè, sed privatè, prout in terminis pariter substitutionis faciendæ propter impedimentum, vel absentiam Vicarii, aliorumque Officialium substitutionem spectare ad Vicarium, & non ad Capitulum censuit eadem S. Congregatio apud Fagnanum *ibidem num.* 74.

Idemque æplus declaravit S. Congregatio super Episcopis, & Regularibus ut in subjectis declarationibus, sive litteris.

A D. Lelio Potentia Vicario, e a' Canonici, e Capitolo di Cirenza. Apresso a quanto vi è stato scritto ultimamente intorno all' elettione fatta in persona vostra D. Lelio per il Vicariato, e sopra l'alteratione, e nuova elettione che era seguita in persona dell'Archidiacono, la Santità di Nostro Signore, alla presenza del quale s'è trattato in Congregatione, hà ordinato co'l voto della medesima Congregatione, che la sudetta prima elettione fatta in persona vostra D. Lelio Potentia, debba rimaner ferma è valida, e che non fii stato lecito al Capitolo di rimuovervi senza cagione; & hà commandato, che non si lasci innovare per l'avenire in questa materia del Vicariato niun' altra cosa senza licenza di questa S. Congregatione. E così Voi, come il Capitolo dovrete eseguire senza replica, e state sani. Di Roma a' 4. d'Agosto 1603.

Napoli a' Canonici, e Capitolo della Chiesa Metropolitana. Ancorche si habbia buona relatione del Gratiani, Vicario Capitolare in cotesto Arcivescovato, e si

ſappia effettivamente, che egli ſi porti molto bene nel ſuo Officio, e ſi poſſa credere, che non ſia per farſi motivo in Capitolo per rimoverlo, e parſo non dimeno alla S. Congreg. che io facci ſapere alle Signorie Voſtre, che i Vicarii eletti dal Capitolo, non ſi ponno revocare ſenza cauſa, e che queſta ſi hà da approvare daqueſta Congregatione, come altre volte è ſtato riſoluto. Onde elle dovranno auvertire di non far novità alcuna ſenza eſpreſſa licenza della medeſima S. Congregatione, perche altrimente il fatto ſi haverà per nullo, & elle ſaranno riprese, ſe doppo queſto auviſo controveranno. E Iddio &c. Di Roma al di primo di Settembre 1603.

In hunc tenorem fuit etiam ſcriptum Nuncio Apoſtolico Neapolitano ſub die 22. ejuſdem menſis, & anni, ut certiores reddat Canonicos, quod non poterant aliquid innovare in electione Vicarii, jam facta.

Taranto, al Capitolo. E ſtato molte volte riſoluto, che non è lecito a'Capitoli nella vacanza delle Chieſe di rivocare i Vicarii eletti da eſſi ſenza cauſa, e che queſta cauſa habbiada eſſere approvata della S. Congregatione. Il che ſi è voluto farvi ſapere, acciochè non ſi facci novità alcuna intorno alla perſona del moderno Vicario, ſe prima non ſe ne dia conto qui, e quando foſſe cauſa di rimoverlo, l'auviſerete, che ſarete inteſi, e ſtate ſani. Di Roma a' 14. di Novembre 1603.

Nullius Altamura al Capitolo, e Canonici. Perche la S. Congregatione altre volte hà riſoluto, che i Vicarii Capitolari, doppo che ſono ſtati eletti, non ponno eſſer rimoſſi dal Capitolo ſenza legitima cauſa, d'approvarſi prima della S. Congregatione; perciò eſſendo ricorſi alla medeſima il Dotor Vincenzo Antonio Soretta Cantore, eſponendo, che havendolo voi Canonicamente, e per ſcrutinio ſegreto eletto Vicario Capitolare in luogo dell' Archidiacono Plantamiero ſuo Anteceſſore, il quale è morto prigione, gli habbiate riſtretta, e limitata ſua elettione à ſei meſi ſolamente Queſti &c. vogliono, che voi conformandovi, si come dovete con i ſenſi dell'Eminenze loro non rimoviate il Cantore Soretta ſenza dar prima parte delle cauſe, che ne havete, & attenderne ſuſſeguentemente la licenza, ò altra riſoluzione della medeſima S. Congregatione. Cosi eſeguirete, e ſtate ſani. Di Roma a' 23. di Febraro 1646.

Hoc idem ſcriptum Vicario Capitulari Meſſinenſi ſub die 12. Maii ejuſdem anni, Vicario Capitulari Uritano ſub die 8. Martii 1649. Eſtque perpetua mens S. Congregationis.

3 Verùm pro reſolutione horum ac hujuſmodi dubiorum advertendum eſt, quod Capitulum ſuccedit in jus univerſum Epiſcopi, poteſtque agere ea omnia, quæ ſunt ordinariæ juriſdictionis, niſi expreſsè reperiantur prohibita, ut per Merlin. *deciſ.* 84. *& deciſ.* 101. *à num.* 1. Quam quidem juriſdictionem dicitur exercere per Vicarium Capitularem, cùm in eum illa non tranſeat, ſed nudum exercitium nomine ipſius Capituli, ut per Quarant. *in ſum. Bullar. v. Capitulum Sede varante num.* 4. Fagnan. *in cap. à nobis num.* 48. *& ſeq. de ſent. excom.* Pac. Jordan. *var. elucubr. vol.* 2. *de re benefic. lib.* 12. *tit.* 2. *num.* 34. ac Ricc. *in prax. p.* 1. *reſol.* 496. *num.* 2.

4 Ac ita, quod liceat Capitulo in actu electionis Vicarii Capitularis facultates reſtringere, ac ſibi aliqua reſervare, ſecus autem poſt deputationem. Quaranta *eod. num.* 4. Pax Jord. *ibid. numer.* 39. 61. *ac ſeqq.* Ricc. *d. reſol.* 496. *numer.* 2. Ergo ſicut Epiſcopus poteſt ſibi eligere Secretarium, ſive Cancellarium, fiſcalem, ac cæteros miniſtros, & Officiales juſtitiæ, ita poteſt Capitulum, Sede Epiſcopali vacante, tanquam neceſſarios ad juriſdictionem exercendam, maximè cum ſoleat illorum deputatio Capitulo reſervari in electione Vicarii Capitularis juxta formulam impreſſam per Quarantam *d. verbo nu.* 15. ac per Pac. Jord. *eod. lib.* 2. *tit.* 2. *num.* 60.

5 Ex hoc ita reſpondetur ad primum. Non poteſt Vicarius Capitularis hujuſmodi Officiales amovere, ſed tenetur adhibere deputatos à Capitulo, ſicuti teneretur Vicarius Epicopi. Quia hujuſmodi Officiales dicuntur juriſdictionis Epiſcopalis, cujus ipſe dicitur Vicarius, tanquam gerens vices Capituli, à quo juriſdictionem habet, ut declarat Sbroz. *de offic. Vicar. quæſt.* 16. *num* 5. *& ſeqq.* Nam & Capitulum poſſe hujuſmodi Officiales ex cauſa amovere, ſupponit S. Congregatio, dum declaravit, non licere Vicario ad ſui libitum illos amovere, ut refert Barboſ. *in ſum. Apoſt. deciſ. collect.* 125. *n.* 10. Sicut poteſt, etiam ſubſtituere alium Vicarium in caſu impedimenti, vel infirmitatis duraturæ, Quaranta *d. verb. Capitulum, Sede vacante, num.* 10. Barboſ. *de jur. Eccl. lib.* 1. *cap.* 32. *in fin. & de Canonic. cap.* 42. *n.* 56.

6 Nec dicatur, talem diviſionem juriſdictionis non eſſe juri conſonam. Nam, etſi S. Concilium Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 16. *de reform.* decernat electionem Officialis, ſeu Vicarii per Capitulum, Sede vacante faciendam, non tamen excludit, quin poſſint conſtitui plures cum diviſione juriſdictionis, ut poſt Pann. *de Poteſt cap. Sede vac. quæſt.* 10. *p.* 2. *n.* 6. Sbroz. *de offic. Vicar. lib.* 1. *quæſt.* 50. *num.* 3. & alios probat Garz. *de benef. p.* 5. *cap.* 7. *n.* 36. ubi reſpondet illi rationi, quod S. Concilium loquatur in ſingulari, & advertit hanc diviſionem juriſdictionis inter plures obſervari in aliquibus Eccleſiis, & *num.* 25. teſtatur pariter de praxi plurium Capitulorum dandi Vicario generali poteſtatem reſtrictam, ac limitatam. Et *num.* 27. *in fine*, inquit, eſſe in Hiſpania receptum, quod apud Capitulum remaneat juriſdictio, ipſumque nominet Viſitatorem diœceſis. Et *nu.* 30. cum Gutierez affirmat, valere limitationem facultatis per Capitulum datam Vicario, & quod ita etiam reſpondit S. Congregatio Concilii. Et quidem ſi rectè perpendatur S. Concilium id non improbat, ſed potius permittit dum ait, Epiſcopo ad eandem Eccleſiam promoto reddendam eſſe rationem ab Oeconomo, Vicario, & aliis quibuſcunque Officialibus, qui, Sede vacante, fuerunt à Capitulo conſtituti.

7 Ad ſecundum pariter negativè quoad primam partem, affirmativè quoad ſecundum. Quia ſigillum requiritur, atque apponitur, ut auctoritatem tribuat mandatis, præceptis, ac ordinationibus Juriſdictionis Epiſcopalis, ſicque ratione publici officii. Ergo debet eſſe non privatum, ſed publicum, & authenticum, quale eſt ſigillum Capituli, & Eccleſiæ ad textum *in cap. tertiò loco de probat. & in can. in nomine Patris d.* 75. Gloſ. *in cap. poſt ceſſionem v. liber de probat. & in cap. ſcripto v. ſigillum de fide inſtrum. & in cap. ſi Canonici v. alterius de offic. Ordin.* Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſ.* 61. *num.* 12.

8 Sigillum enim tantam præbet auctoritatem litteris, quantam vult is, qui auctoritatem concedere poteſt, ac proinde ſi perſona ſit publica, publica erit ejus ſigilli conſignatio, ut quando mandata ſua Iudices jubent ſigillari, ad quod facit eam *l. nec arbitris C. de recept. arbitr.* Judicandi nempè mundus, publicum eſt *l. quippè ff. de judic.* Privata ſcriptura contradicetur, quæ iſtis circumſtantiis carer, & à privatis fit, quæ & domeſtica dicitur, & idcò aliis quam ſcribentibus non ſolet obeſſe, nec contra alios probare, *l. inſtrumenta. l. rationes, l. exemplo C. de probat. l. fin. C. de conven. fiſc. debit.*

9 Cùm igitur, ut diximus, Vicarius Capitularis dicatur Locumtenens Capituli, exercens juriſdictionem nomine illius, ideò non poteſt uti in ſcripturis publicis ſigillo proprio, ſed tenetur uti ſigillo Capituli exemplo aliorum Locumtenentium, in quibus eſt praxis Ordinaria, ut de Locumtenente Auditoris Cameræ Apoſtolicæ notat Mandoſ. *in gloſ. facult.* §. *& proprio, v. ſigillum in fine.* Et ſicut ſigillum Epiſcopi, tanquam authenticum præbet auctoritatem, ipſo Epiſcopo vivente, juxta textum, & Gloſſam ſuperiùs adductam, *& dec. 1. de probat. in nov. ac dec.* 170. *p.* 4. *tom.* 2. *recent.* & in Ampurien. ſive Civitaten. Archipresbyteratus 26. Novembris 1689. coram Bichio, ita etiam ad auctoritatem litteris, actiſque publicis adjungendam, ſed vacante, ſed requiritur ſigillum Eccleſiæ vacantis, ſive Capituli, quod fungitur vice, ac munere Epiſcopi.

10 Sed quid ſi eſſet Vicarius Apoſtolicus? Affirmativè cenſeo reſpondendum. Si quidem hujuſmodi Vicarius non ex ſuo nomine utitur proprio ſigillo, ac titulo Vicarii Apoſtolici, ſed ex decreto S. Congregationis auctoritate Pontificia confirmato. Ideòque, ne inanis reddatur Vicario facultas S. Congregationis, dicendum eſt, quod ea velit illum uti poſſe omnibus prærogativis hujusmodi Vicariis à S. Congregatione concedi ſolitis, inter quas proculdubio eſt uſus proprii ſigilli ad inſtar Præſulum, cùm omnia poſſint iſti Vicarii, omneſque prærogativas conſequantur, quas ipſi Præſules, Sbroz. *loc. cit. quæſt.* 64. *n.* 6. *& qu. ſt.* 134. *n.* 6. 1. 6.

11 Inſcriptio certè Vicarii Apoſtolici nullatenus ei denegari poteſt, dum Pontifex ipſum talem per S. Congregationem declarat, appellatque. Eſſet enim abſurdum, & inconveniens, quod tali ipſe nomine, ac prærogativa decoratus, illa non uteretur.

12 At quid ſi eſſet Vicarius Capituli, Apoſtolica auctoritate confirmatus? Ut ſi verba decreti confirmationis ſint, *S. Congregatio cenſuit, & decrevit eundem N. ex nunc pro tunc &c. fuiſſe redintegrandum, ac reponendum in officio Vicarii Capitularis, ad quod fuit olim ab ejus Eccleſiæ Capitulo electus, nec non ad omnimodam dicti Officii juriſdictionem cum omni auctoritate, & facultate, quæ Vicariis, & Officialibus Capitularibus competit, ſeu competere poteſt.* Et ſtatim ſequantur hæc verba: *Ac etiam auctoritatem, & facultatem S. Congregationis eidem attribuendam, & impartiendam eſſe.*

13 Reſpondeo in hoc caſu negativè. Quia id non ſuadetur verbis illis diſpoſitivè decreti, quæ ſola attendenda eſt, poſthabita narrativa, ſive petitione juxta notata *in c. Quoniam de probat.* Roman. *conſ.* 157. *nu.* 3. ac Rot. *dec.* 34. *nu.* 12. *p.* 2. *diverſ. & dec.* 260. *num.* 2. 1. *rec.* & coram Buratto *dec.* 843. *n.* 5.

14 Quod idem eſt in privilegiis, & conceſſionibus ex doctrina Bartoli *in l. Aurelius* §. *ſtyloff. d. l. leg* & Rotæ *dec.* 603 *n.* 19. *p.* 1. *rec.* & coram Buratto *dec.* 206. *n.* 20. *& dec.* 265. *n.* 40. coram Othobono.

15 Ex verbis autem ſupradicti decreti non alteratur officium, & juriſdictio, ad quam Vicarius fuerat electus à Capitulo, cùm de natura redintegrationis ſit repoſitio in priſtino ſtatu, ut quod ablatum ſit, reſtitutum dicatur, & non amplius ad textum *in l. reſtituere* 35. *& in l. cum. Prator.* 81. ubi Rebuf. *in prim. ff. de verb. ſignif.* Lancellot. *de attent. p.* 3. *c.* 26. *à n.* 23. *& c.* 29. *à num.* 28. Burat. *dec.* 256. *numer.* 4. *& dec.* 21. *num.* 3. *p.* 9. *recent.*

16 Nec verba, quæ ſequuntur alterant narrativam, ſed ſolum dant robur, ut Vicarius Capitularis, electus à Capitulo, & redintegratus à S. Congregatione, utatur juriſdictione, ſibi, tanquam Vicario competente, quia Confirmatio non ampliat confirmatum, ſed ſolum tantum operatur, quantum diſponit confirmatum relinquendo in ſuo ſtatu, & intra ſuos limites *d. l. Aurelius* §. *teſtamento ff. de l. leg. & c. ſua* §. *cum igitur de conſtr. ult. vel tentil.* & tradunt communiter Doctores cum Rota in Peruſina bonorum coram Pegna, in Romana relocationis domus coram Gypſio, in Burgenſi Canonicatus coram eodem, *& dec.* 682. *n.* 30. *tom.* 3. *p.* 4. *rec. & dec.* 429. *n.* 1. *& dec.* 555. *nu.* 2. *& dec.* 111. *nu.* 3. *p.* 2. *recent.* Exemplo electi, qui dicitur habere jus plenum ante confirmationem, quæ illi nihil addit, ſed ſolum tribuit exercitium, ut poſt confirmationem dicatur jure ipſo acquiſito ex electione, non autem à confirmante juriſdictionem exercere ad textum *in cap. nihil. eſt*, §. *caterum de elect. & c. avaritiæ eod. tit. in* 6. Eſtque Gloſ. *in can. quanto v. relatio d.* 63. & tradunt Doct. *in c. poſtquam nu.* 18. *de elect.* Oldrad. *conſ.* 146. *num.* 4. qui exhibent exemplum in decreto Judicis concedentis adminiſtrationem tutori, qui tamen ab illo non dicitur eam habere, ſed à jure ipſo propter deputationem, ut plenè Lotter. *de re benef. l.* 3. *quæſt.* 17. *n.* 73. *ac ſeqq.* & Gregor. *dec.* 240. *num.* 17.

17 Facitque ad id textus *in c. licet. de offic. Ordin.* ubi commiſſio Apoſtolica Ordinario facta ſuper cognitione cauſarum, quæ erant de illius juriſdictione, non dicitur alterare juriſdictionem ordinariam, ſed ſolum excitare, ut ille procedendo non dicatur delegatus Apoſtolicus, ubi poſt Barb. *num.* 2. Cochier. *de juriſd. ord. in exempt. p.* 2. *quæſt.* 14. *nu.* 3. Scacc. *de appel. c.* 2. *quæſt.* 8. *numer.* 86. Atque adeò verba illa non inducunt juriſdictionem delegatam ſuper additam juriſdictioni Ordinariæ.

18 His conſentit, atque concinit ratio. Nam alias ingens præjudicium irrogatum eſſet juribus Capituli contra diſpoſitionem juris communis, ac proinde verba præcitata interpretationem accipere debent modo ſupradicto, cùm etiam ſuperfluitas, & luxuries verborum admitti ſoleat, ne dicatur tertio præjudicatum, neve diſpoſitio contra jus commune dicatur facta, Burat. *d. dec.* 256. *num.* 25.

19 Ad tertium reſpondetur ex praxi communi, ex qua omnes ſe inſcribunt titulo dignitatis, & officii publici, quo fungitur, ut de ſigillo diximus, & Locumtenentes in inſcriptionibus hoc idem exprimunt ſub hac forma: *de mandato Illuſtriſſimi A. C.* ut per Ridolphin. *in prax. Judic. par.* 2. *cap.* 8. *num.* 3.

CONSULTATIO CLX.

De effectu excommunicationis in Officiali, vel beneficiato. Quomodo excommunicatio fiat notoria? Quid in violatore immunitatis Eccleſiaſticæ. Et in revertente ad Judices laicos? Quomodo probetur hujuſmodi recurſus? An requiratur, hac in re ſententia declaratoria criminis? An poſſit excuſari titulo defenſionis? Eccleſia redintegranda. Abſolutio ab excommunicatione ob res alienum incurſa, eo ſoluto, an neceſſaria? Quatenus excommunicatus ſit excitandus ante denunciationem? Et quatenus per appellationem ſuſpendantur cenſuræ?

QUamquam propter excommunicationem quis non privetur officio aut beneficio antea obtento, ſed tantum illo ſit privandus, ſi in excommunicatione perſeveret ob contumaciam, & contemptum clavium, ut reſcripſit Cœleſtinus Tertius *in c. benè de ætat. & qualit. c. paſtoralis* §. *verum de appel.* & tradunt Butr. *in c. poſtulaſtis n.* 5. ibique Abb. *nu.* 7. *de cler. excom. miniſtr.* Nihilominus certi juris eſt, quod notorio excommunicato, ſive fuerit ſæcularis, ſive Clericus, prohibetur omnis uſus, & exercitium juriſdictionis, ut decernit textus *in can. audivimus* 24. *quæſt.* 1. *& c.* 1. *de offic. Vicar. in* 6. *& in c. ſi is, cui de offic. deleg.* & tanquam inhabilis, remanet ſuſpenſus ab exercitio Eccleſiaſticæ juriſdictionis *can. præcipiè, can. ſicut Apoſtoli cum tribus ſeqq.* & tota *cauſ.* 11. *quæſt.* 3. Gloſ. & Doctores *in Clem. cupientes de pœn.* & Navar. *in man. c.* 27. *nu.* 51. ac docet D. Thom. 22. *quæſt.* 39. *art.* 3. *propè finem*, Suarez *de cenſur. diſp.* 14. *ſect.* 1. Alter. *eod tract. l.* 2. *c.* 1. cum aliis congeſtis à Rota in Tridentina Canonicatus 17. Maii 1645. §. *Quid cum*, coram Certo, & in Cæſarauguſtana Canonicatus 30. Maii 1650. coram Dunozeto. Idque donec non fuerit abſolutus. Si enim ei, tanquam publico excommunicato, non licet etiam in minimis communicare, multò minus licitum eſſe poteſt, exercere publicum officium, ut his ferè verbis decernit Nicolaus Papa in *can. miramur* 24. *quæſt.* 1. Et in his terminis, quod, licet quis non privetur juriſdictione ante excommunicationem quæſita, durante tamen eadem excommunicatione privatus ſit exercitio, latè comprobat Ricciul. *de jur. perſon. lib.* 4. *c.* 17. *n.* 10.

Excommunicatio autem fit notoria, vel per declarationem, à Judice factam, præſertim ab Auditore Cameræ

Cameræ Apostolicæ, servatis servandis emanatam ex vetusta Curiæ praxi, ut tradit Ridolph. *part.* 1. *cap.* 14. *num.* 55. *& seq.* Galles. *de oblig. Cam. quæst.* 36. *num.* 37. cùm aliis *in decis.* 542. *num.* 5. coram Merlino. Vel per recursum ad Judices sæculares pro impedienda executione sententiæ, ac declaratoriæ, ut disponit Constitutio Martini V. ac Innocentii VIII. *Constit.* 17. *tom.* 1. *Bullar.* nec non Bulla Cœnæ Domini *can.* 16. de quo latè Farinac. *cons.* 68. *num.* 5. *lib.* 1. Rota *decis.* 491. *num.* 6. *part.* 2. *rec.* cum aliis in *decis.* 904. *num.* 4. coram Merlino. Vel per notoriam violentiam Ecclesiasticis illatam; vel per notoriam violationem libertatis, ac jurisdictionis Ecclesiasticæ, ac per hujusmodi alia. Ex quibus dubitari non potest, quin per has actiones incurratur ipso jure in censuras, contra Clerici percussores *ex can. Si quis suadente* 17. *quæst.* 4. & contra violatores Immunitatis Ecclesiasticæ illatas ex Constitutione Gregorii XIV. quarum absolutio est reservata Summo Pontifici, ut disponitur in *extravaganti Pauli Secundi* inter communes *cap.* 3. & declaravit Clemens VIII. &, Paulus V. ac S. Congregatio Concilii mense Decembris 1617. apud Farinac. *de immun. Eccles. cap.* 20. *num.* 315. & nos alibi. Præcipuè si constiterit, tractos fuisse Ecclesiasticos ad forum sæculare. Ex hoc enim tradens incidit ipso jure in excommunicationem vigore Bullæ in Cœna Domini *d.* §. 16. ut per Alter. *loc. cit. disp.* 17. *cap.* 1. ac Delben. *de immun. Eccles. part.* 1. *c. ap.* 3. *dub.* 11. *sect.* 2. *num.* 3. & contra recurrentes ad laicos est textus *in cap. Quoniam* §. *si quis de immun. Eccles.* ac Rota *decis.* 744. *nu.* 12. *part.* 8. *recent.* & in Pampilonen. electionis Canonicorum 11. Maii 1640. coram Dunozeto cum aliis multis in Calagurritana §. 1. & 2. coram Cerro.

3 Nec opus est denunciatione aliqua, dum agitur de actibus notoriis. In hoc enim casu limitatur Constitutio Concilii Constantiensis, ut præclarè probat Felin. *in cap. Rodulphus num.* 39. *de rescript.* qui cum Abbate & aliis inclinat in hanc sententiam, dummodo notorietas excommunicationis sit talis, ut nulla possit tergiversatione celari. Nec assignari posse rationem convincentem ait, cur magis debuisset excipi casus notorii percussoris Clerici, quàm alterius notorii excommunicati.

4 Probaturque recursus ex literis patentibus laici, ad instantiam recurrentis emanatis, ut per Rotam *dec.* 599. *n.* 4. *part. & dec.* 425. *num.* 3. coram Coccino, & *decis.* 536. *num.* 2. cum aliis *in dec.* 481. *num.* 3. & 4. coram Merlino. Et mandatis, præceptis, sive Arestis ad favorem recurrentis expeditis. Ex prohibitionibus ne ullus notarius publicaret scripturas ad instantiam Ecclesiasticorum; ne exequutioni demandentur literæ, ac expeditiones Romanæ Curiæ. Quæ omnia non est dubium, quin fuerint facta ad petitionem recurrentis, si illius commodum concernant, ut in hac specie dixit Rota coram Seraphino *decis.* 1094. *num.* 1. & 2. & *in rec. dec.* 197. *n.* 6. *p.* 6. Ex violentiis, personis Ecclesiasticis illatis, vel ex læsa libertate, vel jurisdictione Ecclesiastica per Judices laicos, instante ipso recurrente, vel illis utente, vel ratificante.

5 Ac ita, ut ad effectum suspensionis, vel remotionis ab officio propter excommunicationem ipso jure incursam ob recursum ad Judices laicos, & violationem Immunitatis Ecclesiasticæ, non requiratur sententia declaratoria criminis, sive declarans ipsum factum recursus, ut distinguit Rota *dec.* 906. *num.* 5. ibi: *Cùm non agatur de censuris, aut irregularitate incurrendis*, coram Merlino. Cessatque omnis difficultas, quando factum est notorium ex jam dictis, & in specie hujusmodi recursus, advertit Rota *decis.* 167. *num.* 7. *post.* 1. *post.* 1. *vol consul.* Farinacii.

6 Essetque factum notorium, si violentia illlata Ecclesiæ vel personis Ecclesiasticis fuerit coram populo totius, vel majoris partis Civitatis, Oppidi, Castri, ut tradunt Abbas, aliique apud Fagnanum *in cap. vestra num.* 83. & 90. *de cohab. Cler. & mul.* Sayr. *de censur. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 39. Si emanaverit super hoc sententia declaratoria, quæ reddit factum notorium, licet non sit probatum, ut per eundem Fagnanum *loc. cit. num.* 73. & 140.

Neque hujusmodi recursum excusare quis potest 7
pro defensione sui officii, sive suæ jurisdictionis secundum Achillis decisionem 36. *de appel.* Id enim fortasse procedere poterat antiquitus prætextu violentiæ repellendæ, donec Curia Romana posset providere ex *can. filius* 16. *q.* 7. ubi Glos. *v. Regis.* At hodie secus est propter dispositionem S. Concilii Tridentini, ac Bullæ in Cœna Domini, ut firmavit Rota in Barchinonen. administrationis 17. Maii 1645. §. *neque poterat* coram Ghisilerio, & in Toletana augmenti servitii 26. Aprilis 1638. coram Dunozeto. Præterea respondet Rota coram Pegna *decis.* 484. *num.* 8. distinguens, quod duplici modo considerari possunt recursus isti. Aut enim petitur simpliciter nudum auxilium Judicis laici, rogando illum, ut se apud Ecclesiasticum interponat, ut recurrens non patiatur indirectè gravamen, & hic modus in se consideratus, non videtur illicitus, neque alicui censuræ subjectus, licet negari nequeat, quin occasionem præbeat sæcularibus, se immiscendi in causis Ecclesiasticis, & idcircò in eadem decisione dicitur, periculosam esse dictam decisionem Achillis, hujusmodi recursus excusans. Aut verò petuntur à Judicibus laicis præcepta ad compellendum Ecclesiasticos, & hic modus est absolutè damnatus à S. Concilio Trid. *sess.* 25. *cap.* 3. *de refor.* Atque hæc distinctio fuit repetita, & comprobata coram eodem Pegna *decis.* 190. *à num.* 13. Quinimò hujusmodi recursus, etiam ad fovendam jurisdictionem Ecclesiasticam, prohibentur, ut latè decidit Rota in Aurien. Parochialis 22. Maii 1616. §. *fin.* coram Bevilaqua.

Ut proinde non obstat, quod hujusmodi recurren- 8
tes non sint evitandi prætextu excommunicationis ipso jure incursæ ante sententiam, sive denunciationem, attenta dispositione Concilii Constantiensis, sive Constitutione Martini V. *Ad evitanda.* Nam id eliditur, si præcesserit declaratoria Auditoris Cameræ Apostolicæ, vel alterius Judicis, ut tradit Alter. *ibid. lib.* 1. *tit. de not. excom. disp.* 6. *cap.* 2. *lit. B.* cum aliis apud Fagnanum *in cap. quod à prædecessore n.* 39. *ac seqq. de schism.* Vel si violentia illata Ecclesiæ, vel Clerico læsio immunitatis, libertatis, vel jurisdictionis Ecclesiasticæ sit notoria, ut jam diximus. Præsertim quia notorius Clerici percussor æquiparatur excommunicato, notorio per publicam denunciationem, ut tradit Suarez *de censur. disp.* 9. *sect.* 2. *n.* 2. *& seqq.* Sayr. *eod. tit. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 8. Duard. *ad Bull. Cœnæ lib.* 2. *can.* 1. *quæst.* 8. *num.* 1. 2. & 7. Ac propterea certum est, quod acta gesta è notorio Clerici percussore, etiam non denunciato, saltem respectu ipsius, nequeunt sustineri, Sayr. *ibid. lib.* 3. *cap.* 22. *nu.* 13. ubi alii, Suarez supra *disp.* 22. *sect.* 1. *num.* 28. *ac seq.* & Monac. *dec. Bonon.* 68. *num.* 8. & 9.

Unde attenta manifesta Ecclesiasticæ immunitatis, li- 9
bertatis, ac jurisdictionis læsione illa redintegranda est per textum *in can. miror.* 17. *quæst.* 4. Abb. *in cap. inter alia num.* 5. *de immun. Eccles.* Oldrad. *cons.* 154. *num.* 1. & 4. Farinac. *de immun. Eccles. cap.* 2. *num.* 48. Ubi plures, ac de praxi S. Congregationis super Episcopis testatur Nicol. *instit. canon. lib.* 2. *tit.* 28. *num.* 27. & 86. ac probat Sperel. *dec.* 205. *num.* 38. debentque ideò refici omnia damna, & expensæ, ut habetur *ex cap. quoniam*, ibique Glos. *v. satisfactum de immun. Eccles. in* 6. & tradit Rota *dec.* 568. *numer.* 45. *p.* 4. *rec. tom.* 3. & in Pampilonen. electionis Canonicorum coram Dunozeto.

Ac ita, etiamsi excommunicatus, propter æs alienum, 10
ex soluto, non sit ab excommunicatione absolutus. Nam excommunicatio semel ab homine per sententiam lata, non tollitur per solutionem æris alieni, aut per cessationem à contumacia, sed præcedit requirit relaxationem vinculi per absolutionem, ut tradit Glos. *in ca. si quem*

si quem, v. non tamen de sent. excom. ibi: *Qui majori excommunicatione est innodatus, si ab homine, semper ab eodem, aut illius superiore absolvi, & in Clem.* 1. *v. donec*, ibi. *In excommunicatis verò necessaria est absolutio post satisfactionem de decim.* estque textus perspicuus *in can. cum desideres in fin. de sent. excom.* Alter. *ubi supra lib.* 4. *tit. de absol. ab excom. disp.* 1. *cap.* 65. *numer.* 11. & in specie firmat Rota *dec.* 649. *num.* 6. coram Merlino, ac declaravit S. Congregatio Concilii die 20. Novembris in una Elnen. concursus esse nullum concursum Parochialis Ecclesiæ delle Rocca, factum à Vicario Capitulari die 10. Maii, quo tempore reperiebatur publicè excommunicatus per affixionem cedulonum Audioris Cameræ Apostolicæ, factam sub die 20. Aprilis præcedentis, non obstante, quod supponeretur solutum debitum mense Martii. Et validitas publicæ denunciationis censurarum ob non solutionem æris alieni probatur ex publica affixione cedulonum, sive edictorum. Quod sufficere pro denunciationis validitate juxta praxim Urbis ac Orbis, tradit Sayr. *ibid. lib.* 2. *cap.* 12, *nu.* 17.

11 Dum itaque constiterit, quempiam ob hujusmodi recursum, ob violatam immunitatem, libertatem, ac jurisdictionem Ecclesiasticam esse censuris notoriè innodatum, easque indurato, ac pertinaci corde contemnere, gravioribus pœnis videtur puniendus, non solum pro tuenda Ecclesiæ majestate ab eo sic enormiter læsa & pro fidelium offensione removenda, sed etiam pro ipsius excommunicati salute, ut resipiscat per textum *in can.* 1. *d.* 83. *& in cap.* 1. *de except. in* 6. & tradunt Roman. *cons.* 482. *nu.* 5. Suarez *de censur. disp.* 3. *sect.* 10. *num.* 21. cum aliis à Sperello citatis, qui ita praxi observari testatur per S. Congregationem super Episcopis, & Regularibus *dec.* 160 *nu.* 46. *& seq.* & in simili jam dixit Rota *dec.* 481. *nu.* 7. *&* 8. coram Merlino, observaturque modò in S. Congregatione Immunitatis.

12 Porrò præ aliis modis, quibus suspenditur interdum censura, aliave pœna Ecclesiastica, quotidianus est appellatio. Et quidem regula est in jure, quod censuræ, scilicet excommunicatio, suspensio, & interdictum non suspenduntur per appellationem *cap. pastoralis* §. *verum, cap.* 15. *cui, cap. ad hæc de appell.* ac fusè Genuen. *in prax. cap.* 22. *à num.* 2. Sanch. *opusc. lib.* 3. *cap. un. dub.* 32. *num.* 240. & 286. Felin. *in d. cap. Rodulfus num.* 43. *de rescript.* A pœna verò latæ sententiæ ex ipso jure, in quam dicitur quis incurrisse, non datur appellatio, *L. si qua pœna ff. de verb. signif. cap. quia nos de appel.* Glos. *in cap. Cupientes* §. *quod si v. privatos de elect. in* 6. Felin. *loc. cit.* & Canonistæ *in d. cap. quia nos*, ac cæteri, quos ibi allegat Barbos.

13 Verùm à declaratoria censuræ, & alterius latæ sententiæ ex ipso jure commissæ, admittitur appellatio, dummodo verè non sit notorium, pœnam commissam. Ita Glossa *in d. cap. Cupientes*, ac Felin. *loc. cit.* cum aliis per eum adductis, & de communi testatur Genuen. *loc. cit. num.* 1, & 2. Sanch. *ibid. num.* 243. Et per talem appellationem suspenditur non ipsa pœna, sed declaratoria, ut interim habeatur pro non declarato, ut per Genuen. *ibid.* & Sanchez *d num.* 243. cum relatis per eum.

14 Unde sequitur, quod interim non poterit denunciari, & si cedulones affixi sint, erunt removendi, ut Sanchez *eo num.* 243. qui plurimos citat, & Genuen. *d. num.* 1. & 2. Item sequitur, quod post talem appellationem, ea pendente, non erit necessariò vitandus, ut per Felin. *loc. alleg.* Navarrus, & Henriquez, quos sequitur Sanchez *ibid. dub.* 33. *in fine* Avila *de censur. p.* 2. *cap.* 5. *disp.* 5. *dub.* 11. *concl.* 5. Gutier. *pract. quæst. lib.* 1. *cap.* 50. *nu.* 2. Sequitur etiam, quod si reus sit in mala fide, & sciat se incurrisse in censuram, seu pœnam, non relevabitur pro foro conscientiæ per hanc appellationem, Genuen. *d. n.* 2. Si autem probabilis ignorantia existimaverit, se non incurrisse in censuram, seu pœnam, confisusque de justitia suæ appellationis, se ingessit divinis, & celebravit, non fiet irregularis, etiamsi postea declaretur malè appellatum, Felin. *eodem loco*, aliique communiter, quos sectatur Sanchez *d. dub.* 32. *num.* 344. At si declaratur malè apellatum, acta contra jus censuræ, seu pœnæ commissæ, pendente appellatione, gesta, si processerint ex privata potestate, seu ex privato officio, sunt nulla, & retrotrahitur effectus sententiæ Judicis, ad quem, verbi gratia electio, vel acceptatio beneficii erit nulla Gesta ex vi publicæ potestatis, seu jurisdictionis exterioris, vel interioris fori erunt nihilominus valida, ut per Felin. *loc. cit.* cum Innocentio, Abbate, & aliis, ut collatio beneficii, &c. Vide, quæ hac de re alibi diximus.

CONSULTATIO CLXI.

An verè excommunicatio, vel ejus executio sit actus irretractabilis.? Quid ubi datur Adjunctus? Quidve in casu mixto? Ejus natura. Defensio jurisdictionis ordinariæ.

ET quidem esse actuum retractabilem, puto cum Co- 1
nink *de censur. Eccles. disp.* 13. *de censur. in gener. dub.* 1. *num.* 7, Nam infligitur per modum vinculi ex natura, & institutione sua facilè solubilis.

Neque obstat, quod excommunicatus ante absolu- 2
tionem amittat suffragia Ecclesiæ. Nam si excommunicatio est injusta, ille ea non amittit, ut per Navar. *de censur. cap.* 27. *num.* 3. ac per Valer. *de different. utriusque fori v. sententia diff.* 3. *num.* 2. & *v. excommunicatio num.* 1. & 7. Nec etiam effectibus ullis excommunicationis afficitur Bonacin. *tom.* 2. *de censur. in gen. & in partic. disp.* 1. *quæst.* 1. *pun.* 7. §. 3. *num.* 4.

Si autem excommunicatio est justa, excommunica- 3
tus conqueri non potest de amissione suffragiorum, quia justè patitur. Et S. Congregatio sæpè concedit Adjunctum quoad actus irretractabiles ad providendum, ne fieret injustitia, non autem ut justitia impediatur. Unde, cessante hujusmodi ratione injustitiæ, vel gravaminis, nec ipsa irretractabilitas considerabilis esset, & potest valide etiam sine Adjuncto procedi, ut in his ferè terminis, ubi scilicet Coadjutor fuerat datus Episcopo ex causa prodigalitatis, eadem dissipationis causa cessante, potuisse procedi sine coadjutore, firmavit Alex. *in l. ex facto num* 15. *ff. de vulg. & pupil.* & Bald. *ibi num.* 6.

Præterea quoties versatur in actu mixto, qui nempè 4
in uno casu dici potest retractabilis, & in alio irretractabilis, tunc ille non comprehenditur sub prohibitione actus irretractabilis, quia mixtum, tanquam faciens tertiam speciem inter duo simplicia, non comprehenditur sub simplici, Tiraquel. *ad l. Connub. glos.* 5. *n.* 69. *cum seqq.* maximè autem in odiosis, Tiraquel. *ibidem numer.* 71, qualis est v. gr. exemptio, sive diminutio jurisdictionis ordinariæ, ex sui natura favorabilis, tanquam fundatæ in dispositione juris communis, ut latè per Cochier. *de jurisdict. in exempt. p.* 1. *quæst.* 4. *num.* 5. *& seqq. ubi num.* 10. ampliat etiam ad exemptiones in corpore juris clausas.

Ad hæc: mixtum semper judicatur secundum natu- 5
ram illius simplicis, quod est magis favorabile, Contard. *ad l. un. C. si de moment. possess. limit.* 2. *nu.* 25. *ac* 27. Sicuti & in mixtis semper attenditur illud, quod est conforme juri communi, non id, quod tendit contra jus commune, cùm favor odio præferri debeat, ut per Contard. *ibid. n.* 28. Exemptio autem est contra jus, & jurisdictio Ordinarii est fundata in jure, estque favorabilis, ut per Cochier. *d. q.* 4. *num.* 7.

Quod eo magis procedit in casu, in quo ratio, in qua 6
fundatur irretractibilitas non militat in casu sententiæ justæ, cùm ratio assignationis Adjuncti in actibus irretractabilibus sit sola consideratio injustitiæ, & gravaminis, ut diximus.

Et advertendum, quod in aliquo casu attenditur so- 7
lummodo, an ipsa excommunicationis executio sit retractabilis, nec ne, non autem, an sit retractabile incommodum ab executione illatum. Et idcircò executio

realis

realis tractabilis dicitur, quamvis afferat ignominiam, ac impedimentum usus rei, quæ sunt irretractabilia, ut per Jason. *in l.* 4. §. *Condemnatum n.* 24. *ff. de re judic.* Dec. *cons.* 73. *ante medium.* Cùm itaque per appellationis prosecutionem excommunicatus possit retractare excommunicationem, illiusque executionem, obtinendo redintegrationem ad primævum statum Communionis Ecclesiasticæ, sequitur, ut illa sit omnino retractabilis, etiam quod intermedio tempore aliquod incommodum, vel jacturam aliquam pateretur, cùm ad solam retractabilitatem executionis habeatur respectus, Alex. *in d. l.* 4. §. *condemnatum numer.* 10. ibi: *non obstante executione facti, potest reus bene dicere de nullitate sententiæ, ac retractare executionem, si obtinet de nullitate*, idemque Ripa *n.* 21. ait: *Quia ea ratione reiicitur exceptio nullitatis, quia post executionem potest iterato de ea cognosci, & executio retractari.*

8 Non obstat, quod excommunicatio prætendatur irretractabilis ex eo, quod, tamquam secum trahens executionem, dicatur continere gravamen irreparabile, sicut firmat Duegna *reg.* 52. *n.* 2. quem sequitur Quaranta *in sum. Bullar. v. Archiepiscopi auctoritas nu.* 19. ad quod dicitur etiam facere decretum S. Congregationis super Episcopis, & Regularibus, editum sub Clemente VIII. & impressum apud eundem Quarantam *loc. cit.* §. *cùm à gravamine*, in quo habetur, quod dum appellatur à gravamine, quod per definitivam reparari nequit, ut indebitæ carcerationis, torturæ, aut excommunicationis, non admittatur appellatio per Archiepiscopum, nisi visis actibus, ex quibus evidenter appareat de gravamine, quibus addi possunt plures alii, relati à Barbosa *in collect. ad Concil. Trid. sess.* 24. *de refor. cap.* 20 ubi prohibetur appellati ab Ordinariis ante sententiam definitivam, dum gravamen per appellationem à definitiva reparari potest.

9 Et namque pro responsione advertendum, quod licet decretum, trahens secum executionem dicatur inferre præjudicium irreparabile per definitivam ad effectum appellandi ante ipsam definitivam, in quibus terminis loquuntur Doctores omnes, non tamen ex hoc inferri potest ad casum, in quo non attenditur, an decretum trahat secum executionem, sed an executio sit retractabilis, an ne, sicut perpendunt Alex. *in d.* §. *condemnatum num.* 10. Jas. *n.* 24. ac in ibi Ripa *num.* 21. Et propterea, licet executio realis in vim decreti interlocutorii præbere possit justam causam appellandi ante definitivam, non tamen apta est ad inducendum irretractabilitatem actus, ut per Jas. *d. n.* 24. ac per Dec. *cons.* 73. *vers. non apparet.*

10 Idque præsertim locum habet in visitatione. Unde etiamsi in rescripto Summi Pontificis, vel S. Congregationis dicatur, quod Episcopus in censuris non procedat sine Adjuncto, adhuc rescriptum non extenderetur ad hunc casum, in quo censuræ emanant ratione visitationis, ad quàm, nisi specificè dicatur, non se extendit exemptio, Fusch. *de visit. l.* 2. *c.* 20. *num.* 10. Barbos. *de offic. Episc. alleg.* 123. *n.* 30. *par.* 3. Leo *in thes. for. Eccles. par.* 2. *c.* 2. *n.* 63. *ac seq.* & Rota *dec.* 186. *n.* 2. *par.* 1. *divers.* quantumvis concessa quibuscunque generalibus verbis, Glos. *in c. cum venerabilis v. causa de cens.* Quemadmodum nec in visitatione procedit decretum de Adjunctis, prout in terminis Concilii Tridentini *sess.* 25. *de reform. c.* 6. mandantis Episcopum non debere procedere contra Capitulares, nisi cum Adjunctis, ait Barbos. *in collect. ad d. locum Concilii n.* 18. ubi propterea firmat, posse sine Adjunctis Capitulares corrigi, ac puniri in visitatione. Idemque repetit, quod facit sæpissimè, *in tract. de Canon. & dignit. c.* 28. *nu.* 19. ubi visitando sine Adjunctis punire, potest ea pœna, quæ morum magis emendationem, quam punitionem respiciat, qualis est excommunicatio, instituta non in pœnam sed in emendationem, ac utilitatem eorum, qui ex communicantur. Atque ita S. Congregationem ejus Concilii sæpius, auditis partibus, neque accurato studio perpensa, atque discussa, censuisse, testatur ibidem Barbosa *in fine vers. an Coadministrator.*

CONSULTATIO CLXII.

An Originarius civitatis, vel diœcesanus possit esse Vicarius generalis? Ubi aliqua de quorumdam Vicariorum improbato munere.

REspondeo negativè. Extant enim hac de re plura 1
decreta cùm in genere, tum in specie tenoris sequentis, *Originarius Civitatis, vel diœcesis non potest esse Vicarius. Nam propter consanguinitates, affinitates, familiaritates, & alias attinentias, potest deviare à recto tramite justitiæ, vel certe se reddere partibus suspectum.* Ita S. Congregatio super Episcop. & Regul. *in Hostunen.* 28. Julii 1587. *in Spalatren.* 9. Martii 1593. *in Senogallien.* 10. Februarii 1598. *in Sutrina* 16. Novembris 1640. passimque alibi.

Solet tamen aliquando eadem S. Congregatio dispen- 2
sare, ut Episcopus præsertim residens, tenere possit Vicarium diœcesanum, dummodo non præbeat occasionem querelarum, idque multis de causis. Quod Episcopus adhuc extraneum idoneum invenire nequiverit. Quod Vicarius externus non citò possit accedere. Propter fructuum Ecclesiæ tenuitatem. Propter aeris intemperiem. Propter notitiam bonarum qualitatum talis Vicarii diœcesani, quod sit eximius in regimine ex declarationibus ejusdem S. Congregationis constipatis à Nicolio *in suis floculis v. Vicarius generalis num.* 36. Quæ declarationes, ac decreta instar legis communis allegari possunt ad textum *in* §. *responsa prudentum, Instit. de jur. natur.* ut in hac specie respodit Rota *in Metensi Abbatia* 19. Junii 1628. coram Dunozeto.

Ea quidem ratione hujusmodi Vicarii constitui non 3
possunt, & constituti removeri debent, ne fortè amicitia, propinquitate, gratia, metu adducti jus interdum aliquo modo violent, minusque liberè dicant, ut proinde S. Carolus his rationibus motus Vicarium externum adhibuerit, teste Carolo à Basilica Petri in ejus vita *l.* 7. *c.* 36. Homobono *de hum. vit. stat. c.* 7. Quod etiam est de jure. Quia officium Vicariatus præsefert jurisdictionem, quam in propria patria exercere non permittitur, *l. ult. C. de crim. Sacril. & l.* 3. *C. de divers. offic. l.* 12. cum aliis congestis à Menochio *l.* 5. *præsumpt.* 12. *nu.* 8. *ac seqq.*

Eoque magis si constiterit de mala justitiæ admini- 4
stratione, de abusu censurarum, de extorta pecunia, ut idcircò de his dici possit, quod de Vicariis, qui plusquam debent, accipiunt in Collationibus beneficiorum, inquit Rebuf. *in prax. benef. tit. quot. mod. benef. acquir. num.* 13. quod sint simoniaci, & simoniacos faciant suos Episcopos ita, ut se ipsos, & suos damnent. Nec inscitè Petrus Blesensis *Epist.* 25. ait: *Tota officialis intentio est, ut Episcopi sui jurisdictioni commissas miserrimas oves, quasi vice illius tondeat, emungat, excoriet. Isti enim sunt Episcoporum Sanguisugæ evomentes alienum sanguinem, quem biberunt, quia testimonio Scripturæ, divitias, quas congregavit impius evomet, & de faucibus illius extrahet eas Deus.* Quæ si in Judicibus sæcularibus sunt graviter punienda per textum *in l. Judices C. de dignit. l.* 10. ubi Luc. de Penn. *num* ' & 17. ait in specie, privandos esse dignitate, & re, & comprobat ibidem Andr. de Barul. Multò magis puniri debent in Judicibus Ecclesiasticis, ac præcipuè in Vicariis Episcoporum, quorum mores debent esse inculpabiles, maximè verò ab extorquenda pecunia, ut probant relati à Sbroz. *de offic Vicar. l.* 1. *quæst.* 33. Unde iterum dico, quod hujusmodi Vicarii non sunt constituendi, & constituti removendi sunt, dum alioquin prospici non posset subditorum indemnitati, si vera est opinio firmata per Genuensem *in prax. c.* 58. & per Barbos. *de potest. Episcop. alleg.* 54. *num.* 189. quod Vicarii Episcoporum non teneantur ad Syndicatum, quemadmodum tenentur

tenentur Vicarii Capitulares juxta decretum S. Concilii Trid. *sess.* 24. *cap.* 16. *de reform.*

5 Nec suffragatur, quod Episcopi prædecessores retinuerint Vicarios diœcesanos. Quia non est exemplis judicandum, præsertim quando non concurrit eadem ratio, ex quo in illis concurrebat aliqua causa ex superius recensitis. Unde ex diversis non fit illatio ex vulgò adductis.

CONSULTATIO CLXIII.

ADaugendum cultum Cathedralis Ecclesiæ Summus Pontifex erexit in ea decem perpetua simplicia beneficia Ecclesiastica pro totidem Subdiaconis, Diaconis & Presbyteris sæcularibus, futuris ibi perpetuis beneficiatis. Pro dote autem illis assignavit plenam, & integram sextam partem omnium, & singulorum fructuum cujus libet Canonicatus dictæ Ecclesiæ cùm primum per cessum, vel decessum, seu alias vacarent, prævia narrativa, quod fructus singulorum Canonicatuum hujusmodi ascendebant ad annua scuta monetæ quatuor centum, vel circiter, & quod residuum fructuum dictorum Canonicatuum abundè sufficiebat ad commodam sustentationem Canonicorum, nulla facta mentione, quod aliqui ex dictis Canonicatibus essent pensionibus antiquis gravati. Accidit casus vacationis duorum Canonicatuum dictæ Ecclesiæ, qui sunt pensionibus antiquis gravati, & in vim dictæ applicationis duo ex prædictis beneficiatis instant sibi per successores Canonicos consignari dictam sextam partem redituum cujusliber Canonicatus. Et cùm iidem Canonici prætendant ex hac sexta parte deducendam esse ratam rationem pensionis desuper impositæ, ideò quæritur.

An Canonici teneantur solvere beneficiatis integram sextam partem fructuum suorum Canonicatuum, deductis pensionibus antiquis?

6 ET negativè respondendum videtur. Nam hæc portio separatur, ac dismembratur ab ipsis fructibus Canonicatuum, quorum tituli remanent immunes ita, ut ex fructibus dictorum Canonicatuum solvendæ sint pensiones, non autem ex istis separatis, ut per Rot. *decis. 6. de consuet. in non.* & in Oscen. Canonicatus 17. Februarii 1594. coram Blanchetto, & coram Mantic. *decis.* 273. de qua meminit Gonzal. *ad regul.* 8. *glos.* 34. *n.* 46. Garz. *de benef. p.* 1. *cap.* 39. *num.* 84. *& p.* 5. *cap.* 1. *num.* 459. cum aliis adductis à Lotter. *de re benef. lib.* 1. *cap.* 19. Unde cùm ista rata sit perpetuò separata, & distincta ab ipsis Canonicatibus, ut sit dos beneficiatorum, non consideratur amplius, ut portio fructuum ipsius Canonicatus, sed ut vera & integra dos beneficiatorum, prout dicitur de præbenda divisa, quæ censetur integra, ex quo pars, à toto separata, non dicitur amplius pars, sed totum ex se, cum separatio faciat duo, Glos. *in cap. cui*, ibique Jo. Monach. *n.* 2. *de præb.* qui ait ita se sententiasse, Bald. *in cap. ad audientiam de rescrip. nu.* 9. ac Rota *decis.* 11. *de reb. Eccles. non alien.*

2 Differt enim, quod pensio reservetur super duobus titulis beneficiorum insimul annexorum, & dissolvatur unio; quia tunc pensio, etiam dividitur, aut quod reservetur super titulo unius beneficii, cujus reperiuntur annexi fructus alterius beneficii, quia non fit liberatio à solutione integræ pensionis propter amissionem talium fructuum, ut post Gig. *de pension. quæst.* 63. *num.* 2. tenet Rota in Tullensi pensionis 22. Junii 1609. coram Ortembergo.

3 Quo fit, ut dum in hoc casu pensiones reperiuntur impositæ super ipsis Canonicatibus, non referat quod aliqua pars fructuum amittatur, & solvatur beneficiatis ex indulto Apostolico, sed adhuc ipsi Canonici tenentur ad integram pensionem solutionem; quia illæ reperiuntur impositæ super dote Canonicatuum, non autem super dote beneficiatorum, Rota in Vallisoletana pensionis 1. Martii 1602. coram Pamphilio, & Gonz. *d. glos.* 34. *num.* 47.

Quod maximè procedit, dum fructus Canonicatuum 4
sufficiunt pro solutione pensionum, Azor. *instit. mor. par.* 2. *lib.* 8. *cap.* 13. Monet *de distrib. par.* 3. *quæst.* 8. *num.* 15. *& 16. & de opt. cap.* 7. *quæst.* 3. *concl.* 2. *n.* 44. *& seqq.* quem cum aliis sequitur Rota in Lucana pensionis 29. Januarii 1618. coram Vbaldo, *& decis.* 176. *p.* 2. *recent.* & coram Seraph. *dec.* 1409. *num.* 3. *&* 4. ac Rota *decis.* 176. *par.* 2. *recent.* & dum etiam isti beneficiati non sunt successores juris, vel possessionis Canonicorum, ut per Achil. *decis.* 1. *&* 6. *de pension.* Rotam *decis.* 255. *num.* 3. *p.* 2. *recent.* & Garz. *d. p.* 1. *cap.* 5. *num.* 512.

An insuper procedit quando fit sermo de quota. Tunc 5
enim deductiones non fiunt per textum *in cap. tua nobis de decim.* & fusè post alios Tiraquel. *de retr. lign.* §. 15. *glos.* 1. *num.* 19. & in re simili Rota *in Monopolitana pensionis* 13. Junii 1597. & 12. Januarii 1598. coram Orano. Multòque magis quia agitur de integra quota, hoc est de dicta portione plenè, ac integrè assignanda ex dictis fructibus, quo casu eo minus potest gravari pro aliqua rata dictarum pensionum. Quia hæc verba important assignationem sine aliqua diminutione justa, vel iniusta, de facto, ac de jure, Decian. *cons.* 57. *num.* 35. *lib.* 1. Ruin. *cons.* 58. *num.* 17. *lib.* 2. Surd. *cons.* 511. *num.* 7. Peregrin. *de fideic. art.* 3. *nu.* 90. Afflict. *decis.* 258. *num.* 3. Gratian. *discept.* 264. *num.* 12. ac Rota *decis.* 667. *num.* 2. *par.* 1. *divers.* omnemque diminutionem excludunt, *l. nomen* 33. §. *fin. ff. de legat.* 3. *l. decem* 6. *in fin. ff. de fideic. libert. cap. cui de præb. in* 6. Abb. *in cap. tua nobis numero* 3. *& in cap. pastoralis numero* 9. *de decim.* Caputaq. *decis.* 20. *numero* 8. Rot. *in Toletana annatæ* coram Lancellotto. Idemque est integra, & plena, ac non obligata, *l.* 10. *C. de debit. Civit. lib.* 11. Non autem acciperent sine diminutione si tenerentur contribuere pro rata pensionibus, Atque idcircò dicta portio est beneficiatis integrè solvenda. Quicquid enim fit in casu, in quo de fructibus sit simplex mentio; in dispositione tamen, loquente de integris fructibus, nulla est facienda deductio, etiam si alias fieri deberet, ut ex mente Bartoli colligit Alex. *in l. fructus n.* 4 *ff. sol. matr.* & consulit Ruin. *cons.* 75. *num.* 7. *&* 8. *lib.* 1. Corn. *cons.* 279. *in fin. lib.* 1. ac indistinctè hoc idem importat verbum *integrum*, Alex. *cons.* 141. *in fin. lib.* 1. & Afflict. *d. decis.* 258. *num.* 3. Cùmque simus in dispositione facta à Pontifice non per viam legis universalis, sed per modum particularis dispositionis pro hac Ecclesia, & sic in dispositione hominis, fructus nullo modo intelligendi sunt, deductis oneribus, Ruin. *consil.* 65. *numero* 6. *lib.* 1. Mantic. *de tacit. lib.* 2. *tit.* 5. *numero* 20. *& tit.* 8. *num.* 8. Contraria verò loquuntur in dispositione legis.

Et tum quia Pontifex utitur verbis *separamus, ac dis-* 6
membramus ita, ut portio sic separata nullo modo censeri possit supposita pensionibus, quibus Canonicatus reperiuntur gravati, sed, facta dicta separatione, remanent Canonicatus cum reliquis fructibus dictis pensionibus obligati, & dum Canonici non mutant suum titulum, sic gravatum cum assequantur eundem Canonicatum, pensioni subiectum, ut dicitur de Canonico optante, qui si non mutat titulum, tenetur ad eandem pensionem, Gig. *d. quæst.* 63. Mantic. *decis.* 229. Seraph. *decis.* 1429. *numero* 4. Gonzal. *d. glos.* 34. *numero* 45. ac Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 19. *numero* 30.

Quando itaque ex aliquo beneficio, super cujus fru- 7
ctibus pensio est reservata, bona dismembrantur ita tamen, ut non tangatur titulus, & superstitur, aut subrogentur bona, sufficientia pro solutione pensionis, tunc titularis integram pensionem solvere tenetur, Ita ex doctrina Castr. *cons.* 338. ac Rotæ *decis.* 470.

fers 460. *sub tit. de consuet. decis.* 6. *in nov.* firmat Gig. *de quæst.* 63. *num.* 3. *& seq.* quem sequitur Rota coram Mantica *d. decis.* 273. ubi reprobatur contraria decisio, quæ prius emanaverat in eadem causa, eratque inter ejus impressas 225. *& in d. Vallisoletana, & in d. Tullen. ac Perullen. pensionis* 13. Maii 1602. coram Lancellotto, & apud Seraph. *d. n.* 4. & tradunt Gonz. *ibid.* & Garz. *d. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 183. Contraria verò sententia procedit, vel ubi non supersunt bona sufficientia titulari pro solutione pensionis, vel quando agitur inter pensionarium, & possidentem fructus dismembratos, vel quando dimittens bona, dimittit quoque titulum, illi annexum. His verò cessantibus, fructus jam à beneficio dismembrati, non dicunt amplius fructus beneficii, & sic neque pensionibus obligati, ut declarat Castr. *loc. cit.* quem sequitur Gig. *d. num.* 3.

8 Nec obstat quod hoc modo dicti Canonici magis gravantur. Quia separatio ista de sui natura præjudicat beneficio, & respectu pensionis onus non augetur, ac ulterius, tanquam temporale non est considerabile, quia non diminuit valorem, Cassador. *decis.* 19. *de præb.* Rota *decis.* 298. *numero* 2. *par.* 1. *divers. & decis.* 158. *num.* 10. *par.* 1. *recent. & decis.* 185. *numero* 4. *par.* 3. *divers.* Gregor. *decis.* 490. *numero* 3. ibique Addens *num.* 9. ipseque Addens *ad decis.* 245. *numero* 12. ejusdem Gregorii. Neque in hoc est attendendum, an Papa voluerit, vel ne gravare beneficiatos, anve Canonicos commodè, detractis pensionibus, sese sustentare valeant. Nam ipsis imputandum est, dum Canonicatus gravatos pensionibus acceperint, Rota apud Caputaq. *decis.* 3. *par.* 1. *& decis.* 7. *numero* 6. *par.* 1. *rec. & in Aretina pensionis* 4. Decembris 1600. coram Mellino.

9 Quinimò cùm separatio sit tantum beneficia in casu vacationis Canonicatuum, nullum potest adesse gravamen provisis de Canonicatibus, qui antequam beneficium assequantur, reperiunt fructus dismembratos, & accipiendo beneficium, sic pensione gravatum, videntur sponte se obligare, & onus suscipere Veral. *dec.* 13. *par.* 1. *& dec.* 302. *par.* 2. *& dec.* 170. *numero* 1. *par.* 1. *rec.* Guidopap. *qu. st.* 576. Gig. *quæst.* 51. Et gravamen, quod infertur ipsi beneficio, non est aliqua consideratione dignum, cùm Papa id voluerit, ac potuerit, & Canonici futuri non possint dici gravati, dum assequuntur sponte, & non coactè Canonicatus, sic diminutos, ac pensione gravatos, & possint non acceptare, ut per Rotam *dec.* 597. *n.* 7. *p.* 1. *divers. & dec.* 155. *l.* 3. *in nov.* coram Puteo.

10 Maximè cùm potuisset Papa in eadem provisione novam pensionem imponere, & tamen non diceretur gravamen inferre, neque eorum jus tollere, ex quo ante assecutionem beneficii fuit tale onus impositum, Rota *in Farentina pensionis* 23. Januarii 1602. coram Ortembergo apud Marches. *de comis. par.* 1. *fol.* 554. *numero* 4. Eoque magis, dum Pontifex declaravit, velle novos beneficiatos teneri ad expensas, & onera mensæ Capitularis. Nec enim exceptio facta ab integra sexta parte fructuum pro dote assignata firmat regulam, nempè quod non tenentur ad aliud onus, *l. nam quod liquide, §. fin. ff. de pen. leg.* Sarnen. *in regul. de triennal. quæst.* 27. *in fin.* Mohed. *decis.* 5. *num.* 2. *de caus. possess. & propr.* Gregor. *decis.* 257. *numero* 4. *& 6.* Atque adeò nullatenus comprehendere potest onus contribuendi pro solutione pensionis, sed intelligitur, vel de expensis, quæ necessariò fiunt pro colligendis fructibus, quæ necessariò illas minuunt, *l. fructus, ff. sol. matr.* Gig. *quæst.* 62. *numero* 14. Vel quæ gratia conservandarum rerum Ecclesiæ, *l. patronus §. de Codicillis ff. de legat.* 3. Nam bona mensæ illa sunt, quorum proprietas, & utilitas ad Ecclesiam pertinent, Gig. *quæst.* 1. *num.* 6. & sic nihil habent commune cum pensione.

11 Minus obstat, quod pensio sit onus fructuum, ac proindè beneficiati, qui illorum ratam percipiunt tenentur etiam solvere, ut arguit Mohed. *dec.* 30. *de renunt.* Nam objectio potest procedere in simplici participatione fructuum, secus verò quando divisio fit, ut quælibet pars stet per se, & ut erigatur nova præbenda. Tunc enim una portio nihil habet commune cum alia. Et sic onus uni impositum, non dicitur alteri conjunctum, ut satis perspicuè distinguit Franch. *in d. cap. cui.* Pro quo facit *d. decis. in Vallisoletana*, ubi dicitur, quod onus solvendi pensionem remanet super illo beneficio, super quo pensio fuit reservata, etiam quod illius fructus alteri applicentur beneficiato, si tot supersint, qui pro solutione sufficiant. Nec mirum, quia onus istud non potest dividi, Mantic. *d. decis.* 273.

12 Pariter non obstat, quod hæc procedant, quando pensionarius agit, secus in hoc casu in quo lis est inter pensionarium, & beneficiatum. Nam contrarium docent Doctores citati. Quod etiam ita ostenditur. Aut enim volumus fructus dismembratos, non esse amplius fructus beneficii, ut vult Castr. *cons.* 338. quem sequitur Gigas, & tunc fructus agimus de pensione detrahenda. Aut volumus, istam sextam partem adhuc dici fructus Canonicatus, & prædicta jura intelligenda sunt inter Canonicum, & beneficiatum. Nam alias respectu pensionarii, certum est, quod habet electionem dirigendi actiones suas, vel contra titularem, vel contra percipientem fructus, ut per Rot. *decis.* 133. *numero* 3. *& decision.* 176. *numero* 3. *par.* 2. *recent.* & coram Seraphin. *decis.* 1429. *num.* 6.

13 Item non officit, quod plerique ex Doctoribus adductis loquuntur, quando optans unam præbendam, assumit aliam, secus in hoc casu, in quo loco sextæ partis nihil Canonici recipiunt. Nam satis est, quod remaneat apud Canonicum tantum, quod sufficiat pro solutione pensionis, ut intret ratio considerata per allegatos Doctores, quæ non consistit in eo, quod optans unam præbendam, assumit aliam, sed in eo solum, quod pensio solvenda est ab illo, qui retinet titulum, ut diximus. Atque ita, cum habeamus in his terminis tot Doctorum concordem sententiam, frustra confugimus ad regulas generales, & ad casus similes.

14 Hinc itidem non obest, quod Concilium Trid. *sess.* 21. *cap.* 3. *de ref.* mandat tertiam partem fructuum beneficii convertendam in distributiones quotidianas, dividi interessentibus, & nihilominus ejus S. Congregatio declaravit, hujusmodi tertiam partem intelligendam, deductis oneribus, & in specie deducta pensione, ut in declarationibus impressis apud Barbos. *ad d. locum Concilii n.* 4. & apud Farinac. *ibid.*

15 Nam diversus est casus. Quia fructus, qui dismembrantur, accrescunt iisdem, si intersint, quamvis de una, & eadem persona agatur. Secus autem in hoc casu, in quo agitur inter diversas personas. Et licet aliquando possit accidere ista diversitas personarum in casu Concilii ob non interessentiam, tamen advertendum, quod id principaliter inductum est in odium non interessentium, ut declaravit eadem S. Congregatio apud eundem Barbosam *ad d. cap.* 3. *sub initio*, & apud Farinacium, & latè tradit Cæs. de Grassis *decis.* 120. *alias* 9. *de præb. & dignit.* ubi etiam probat in hoc casu, quod, licet per accidens illa tertia pars accrescat præsentibus, & auferat absentibus, non tamen dicitur lucrum fieri à præsentibus, sed amitti ab absentibus, in quorum odium emanavit dispositio.

16 Comprobatur. Nam idem Concilium *cap.* 3. *sess.* 22. mandat, deduci hanc tertiam partem à dignitatibus, etiam id non exigente necessitate Ecclesiæ, quam applicari jubet locis piis. Ex quo liquet, quod intentio præcipua Concilii est odium absentium, ut rectè

quoque

quòque deducitur ex præcitatis declarationibus. Protritum autem est, odia restringenda esse *cap. odia de regul. jur. in* 6. Ideòque objectio non suffragatur. Quia nullum in hoc casu considerari potest odium, sed maximus favor, cùm Pontifex motus fuerit ad ita disponendum, ut augeatur cultus divinus, quo nihil favorabilius.

17 Imò cùm non solum pro cultu divino, verùm etiam pro congrua, & competente dote beneficiatorum, illorumque pro tempore, ac onerum illis incumbentium sustentatione Pontifex hujusmodi portionem assignaverit, præsumitur à principio non fuisse assignatam dotem incongruam, quia dos incongrua non est dos, & paria sunt nullam habere dotem. ac insufficientem, Natta *cons.* 73. *num.* 3. Lotter. *de re benef. quæst.* 29. *lib.* 1. *num.* 18. *& quæst.* 31. *num.* 7. *&* 8. Nam, ut idem *num.* 1. inquit, dos non minus est necessaria pro beneficio, quam quæ mulieri constituitur pro supportandis oneribus matrimonii. Quod dixerat antea Paul. & Citradin. *de jurepatr. par.* 3. *§. secunda causa numer.* 5. *ac* 6. Quinimò præsumitur à principio congrua dos assignata, examinatis omnibus, quæ requiruntur, Rota *decis.* 521. *num.* 1. *p.* 2. *recent.* Lotter. *loc. cit. quæst.* 32. *num.* 7. *& num.* 36. ait, dotem debere esse liberam à quocunque onere, seu tributo.

18 Ex hoc autem assequimur, voluntatem Pontificis fuisse quod assignatur hæc sexta pars, non habito respectu ad pensiones, neque illis detractis, alioquin dos ista non esset competens. Quod si in beneficio simplici, nullam residentiam requirente, dos minor viginti aureis annuis dicitur incongrua juxta Abbatem per textum *in cap. conquerente num.* 1. *in* 1. *notab. de Cler. non resid.* ac Lotter. *d. lib.* 1. *cap.* 31. *numer.* 15. Quantò minus dicetur in congrua dos aureorum viginti quinque in beneficio requirente personalem residentiam, aut actuale exercitium totius hominis cum oneribus, etiam Capitularibus? Non enim sufficeret pro sustentanda vita, quod est contra textum *in cap. cum secundum Apostolum de præb.* Idque animadvertendum esse à Judice, cujus arbitrio remittitur, quænam sit dos congrua, tradit Lotter. *ibid. num.* 8. *& num.* 13. *ac seqq.*

19 Imò cum beneficia ista sint Sacerdotalia, sequitur ad illorum titulos Sacerdotes esse ordinandos, cum illi assiduè inservire debeant Ecclesiæ, ad tradita per Lotter. *d. lib.* 1. *quæst.* 2. *num.* 2. *& seqq.* Ideòque dicendum est, seòsuliò fuisse apposita illa verba *totam, plenam, & integram*, per quæ Pontifex noluit reduci pensiones, ut in his terminis Rota *in d. Monopolitana pensionis* coram Orano.

20 Pro confirmatione autem hujus sententiæ operæ prætium esse duxi, hisce adjicere verba ipsa S. Rotæ in dictis Tullensi, & Valisoletana pensionis coram Ortembergo, & Pamphilio.

In Tullensi pensionis 22. Junii 1609. resolutum fuit &c.

21 Non obstat, quod ex adverso allegatur, pensionem fuisse reservatam super fructibus Decanatus, & Parochialis Ecclesiæ, undè pro rata fructuum utriusque reservata censetur, Abb. *in c. constituens num.* 6. *de relig. domus.* Gig. *quæst.* 65. *nu.* 5. Sarnen. *in comp. utriusque signat. circa fin. n.* 57. & fuit dictum *in Corduben. pensionis* 30. Aprilis 1593.

22 Quo casu intrat arbitrium pro retardatione solutionis totius pensionis, donec fiat liquidatio, & declaretur pro qua summa unumquodque beneficium teneatur, Sarnen. *loco præallegato*, Gig. *d. quæst.* 65. *num.* 5. Anton. Augustin. *in repet. de solut. pens. n.* 2. *& in dec. Merlin.* 379. *in Penormitana l.* 3.

23 Quia contra istam explanationem Domini distinguendum esse, dixerunt, quod, aut pensio ista reservata super duobus titulis beneficiorum simul annexorum, & occurrente dissolutione, pensio solvenda est

pro rata ex fructibus utriusque beneficii juxta prædicta. Aut verò pensio est reservata super titulo unius beneficii, cui reperiuntur annexi fructus alterius beneficii, & non fit deliberatio à solutione integræ pensionis propter amissionem talium fructuum, Gig. *d. quæst.* 65. *n.* 2. & fuit ponderatum *in d. Corduben.* 2. Maii; in qua fuit recessum à priori facta 30. Aprilis. Et hanc quoque distinctionem approbavit Rota *in Vallisoletana* pensionis 1. Martii 1602. coram Pamphilio, tenoris sequentis:

24 Fuit resolutum, modernum Decanum teneri ad solutionem pensionis, de qua agitur, quia fuit reservata super fructibus assignatis pro dote Decanatus, & in literis reservationis expressè dicitur, quod solvatur à Decano, pro tempore existente, qui ad hanc solutionem efficaciter maneat obligatus, Gig. *de pens. quæst.* 43. *sub num.* 2. maximè, quod acceptando Decanatum, pensione gravatum, videtur quasi contractu se ad illius solutionem obligasse, Caputaq. *dec.* 13. *p.* 1. *& dec.* 302. *par.* 2. plurèsque adducit Ferret. *cons.* 338. *numer.* 8.

25 Non obstat quod pensio fuerit reservata super medietate fructuum Abbatiæ; quia de tempore reservationis pensionis Abbatia jam erat suppressa, & extincta, & medietas fructuum, illiusque Decanatus, quæ pro dote fuerat applicata, erat jam effecta de fructibus ipsius Decanatus. Unde reservatio pensionis, postea facta super fructibus, proventibus, ac etiam distributionibus quotidianis dictæ medietatis eidem Decanatui assignatæ, dicitur facta, tanquam super dote, ac fructibus ipsius Decanatus; cui dicta medietas est applicata, non autem tanquam super fructibus separatis, & distinctis ab ipso Decanatu, & consequenter solvenda ex fructibus Decanatus, Gig. *de pens. quæst.* 39. & ab eo, qui illos percipit, Achil. *dec.* 1. *& 6. de pens.* Mentio enim medietatis fructuum Abbatiæ censetur facta gratia demonstrationis, juxta *l. Miloff. de alim. & cib. leg.* Bartol. *in lib. Centurio num.* 39. *ff. de vulg.* & ut in simili, quod pensio reservata super fructibus Canonicatus, & præbendæ, ac cujusdam præstimonii annexi, integra debeatur à titulari, non obstante, quod per optionem præstimonium dimiserit, fuit resolutum coram Mantica *in Corduben. pensionis* 2. Maii 1594.

26 Nec refert, quod vigore concordiæ medietas fructuum Abbatiæ sit penes Capitulum. Quia non idèò idem Decanus fuit liberatus ab onere pensionis, quæ, ut dictum est, fuit imposita super dicta medietate, tanquam super dote, & fructibus Decanatus, & non transit de uno in alium, quando transferuntur bona, ad beneficium spectantia, sed ita demum, quando dimittitur, vel mutatur titulus beneficii juxta distinctionem Gig. *de pens. quæst.* 63. *num.* 2. *& sequent.* quam sequuta fuit Rota *in d. Corduben.* & in quam pluribus aliis.

27 Præsertim, quod hodie Decanus loco istius medietatis fructuum Abbatiæ percipit fructus duarum præbendarum Canonicalium ejusdem, seu forsan majoris summæ, qui in concordia fuerunt assignati Decano, & censentur subrogati secundum naturam, & cum eodem onere pensionis dictæ medietatis, in cujus locum subrogantur, *l. si eum §. qui injuriam ff. si quis caut. l. si donare ff. de donat. inter vir. & uxor.* Quod etiam videtur fuisse de mente transigentium. Quia non esset verisimile, quod Capitulum voluerit se astringere ad majus onus, quàm antea teneretur, videlicet dando Decano æquivalentem valorem medietatis, ac etiam assumere in se onus pensionis, nec quod Decanus voluerit acquirere majores fructus, quàm antea haberet, & ita etiam credendum est, fuisse de intentione Sanctissimi confirmantis concordiam, ne dicamus voluisse gravare Capitulum hoc onere, & præjudicare pensionario circa viam executoriam contra successores in Decanatu. Hactenus utraque decisio.

28 His tamen minimè obstantibus, censeo deducendas esse pensiones, quia semper illius locus esse debet in primis, & ante omnia quando, ut in hoc casu, quota pars fructuum Canonicatus vacantis alteri personæ, vel ad certum tempus, vel in perpetuum assignatur, cùm non dicatur quoad quantitatem pensionis adesse fructus in Canonicatu, ut in specie Dec. *cons.* 156. *num.* 2. *& seqq.* Gambar. *de offic. legat. de lat. tit. de pens. numer.* 721. Gig. *de pens. quæst.* 89. *num.* 1. Ferret. *cons.* 354. *nu.* 16. *vol.* 2. ac Rot. *in Acheruntina fructuum coram Lancellotto Seniore.*

29 Nec faciunt in contrarium Mantic. *decis.* 273. & decisio *in Vallisoletana*, dum inquiunt, pensionem integram esse solvendam ab eo, penes quem remanet titulus canonicalis, quamvis à Canonicatu fuerint separata bona vigore optionis, aut concordiæ. Nam aliud est, quod sint separata certa bona, aut certa quantitas fructuum, ut in citatis decisionibus, in quo casu verum est, non transire onera, in quem bona, vel fructus transirent; aliud est, quod sit separata certa quota fructuum, aut bonorum, ut in hoc casu, quia tunc onera transirent pro rata in quem dicta quota fructuum, aut bonorum transit juxta tradita per Dec. *d. cons.* 156. & alios supra allegatos, ut sciè distinguit Molina *de primog. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 6.

30 Non obstat, quod, quando verba referuntur ad aliquam partem fructuum, non deducantur expensæ de decimis. Tum quia ratio hæc adducta à Capycio, quæ fuit aliquorum Canonistatum, est evidenter falsa, & alia diversa ratio urget in solutione decimarum. Ex regula enim assignatio sive omnium, sive certæ partis fructuum includit deductionem expensarum, sive in totum, sive pro rata, ut declarat post alios Barbosa senior *in l. fructus numer.* 16. *ff. solut. matr.*

31 Et tum quia non versamur in expensis, sed in pensione, quæ est portio separata à reditibus Canonicatus. Gig. *de pens. quæst.* 1. *num.* 1. Garz. *de benef. p.* 1. *cap.* 5. *num.* 162. quæ separatio debet fieri pro tota fructuum, si illi ad plurium manus ex dismembratione facta per Pontificem, devenerunt. Quia censetur ex conjectura mentis ita voluisse inducere oneris, sicut induxit commodi portionem, ut in falcidia, quæ pro rata detrahitur contra plures personas, inter quas divisa fuit res legata *l. pœnalis §. si Titio*, ubi Glos. *v. restitueris* Angel *numer.* 1. Castr. *num. etiam* 1. *ff. ad leg. falcid.* Glos. *in l. cum pater §. eorum, v. si pars ff. ad leg.* 2 Ripa *in l.* 1. §. *denique num.* 3. *ff. ad Trebel.* Peregr. *de fideic. ar.* 4. *num.* 46. & suffragatur declaratio S. Congregationis Concilii, dum declaravit, quod in terminis *c.* 18. §. *Et quia ad Collegii sess.* 13. *de refor.* quod prius deducendæ sint pensiones ex fructibus beneficiorum, quam rata assignanda seminario, quia debet hoc onus repartiri, etiam cum portione separanda.

32 Unde non obstitit, quod fuerit assignata integra sexta pars fructuum, quia non ideò excluditur deductio onerum, & expensarum, Bald. *in l.* 1. *num.* 7. & Salic. *num.* 8 *C. de fruct. & lit. expens.* Aret. *in l. divortio §. ult. col.* 2. *ff. solut. matr.* Corn. *cons.* 109. *n.* 2. *l.* 1. Mastril. *dec.* 112. *num.* 38. *p.* 2 ac Rot. *in Carthaginensi fructuum* 17. Maii 1619. coram Manzanedo.

33 Prout etiam non obstet, quod Papa obligaverit beneficiatos solum ad onera, ad quæ tenetur mensa Capitularis. Quia cùm ex dispositione juris sint inclusa in dictis fructibus dismembratis onera pensionum, non licet arguere ad eorum exclusionem ex inclusione aliorum onerum, Dec. *cons.* 110. *nu.* 6. ac Rot. *in Mediolanen. decimarum.* 24. Maii 1617. coram Andrea.

34 Hoc insuper argumentum non procedit ubi repugnat verisimilis mens Pontificis, Menoch. *cons.* 14. *num. item.* 14. *& cons.* 506. *num.* 232. ac Rot. *in d. Mediolanensi.* Verisimilis autem mens in hoc casu non solum repugnat ex jam dictis, sed etiam eo, quod non probatur, Pontificem sciviſſe onus istarum pensionum. Unde non censetur, voluisse obligare Canonicos successores ad relevandum ab onere ipsos beneficiatos, Castr. *in l. si res obligata num.* 9. ibique Imol. *in fin.* Alex. *num.* 8. Jas. *num.* 5. *ff. de leg.* 1. ac Menoch. *cons.* 1009. *num.* 8. *lib.* 2.

Denique cùm sit applicata hæc sexta pars fructuum, 35
spectans ad massam communem, ex Constitutione 55. Pii IV. dicitur spectare ad præfatam mensam, à qua censetur separata, ut in specie Rot. *decis.* 133. *num.* 7. *p.* 2. *recent.*

Neque nocet, quod pensionarii possint convenire 36
Canonicos ad solvendam integram pensionem ex eo, quod in Bulla dismembrationis non sunt liberati pro rata. Nam ex eadem ratione, cùm non exemerit fructus dismembratos ab onere hypothecæ, liberum esset agere contra ipsos beneficiatos, ex quo possunt eligere, quem maluerint possessorem plurium rerum obligatarum, Bartol. *in l. Moschis num.* 1. *ff. de jur. fisc.* Surd. *cons.* 209. *nu.* 5. *l.* 2. sed non ideò prohibetur, qui solvit deinde recuperare ratam spectantem ad alium possessorem vigore cessioni, quam tenentur facere, pensionarii juxta larè tradita per Cenc. *de cenſib. part.* 2. *c.* 2. *quæst.* 3. *art.* 8. *nu.* 15. *& sequentibus.* Quinimo sine cessione poterit recuperare, Alex. *in l. cum mulier* 2. *nu.* 2. *ff. solut. matrim.*

Quare cùm verba dismembrationis jubeant, quod 37
sexta pars beneficiatis solvatur ex fructibus, ad Canonicos spectantibus, cumque ad Canonicos illi tantùm fructus spectare videntur, qui detracta pensione, remanent, ad pensionarium enim dicuntur spectare fructus beneficii pro rata pensionis, sibi solvenda, ita quod possit agere hypothecaria contra quemcumque possessorem beneficii, ut in specie tradit Roman. *cons.* 388. *num.* 2. Paul. de Castr. *cons.* 538. *volum.* 1. Caccialup. *de pens. quæst.* 3. cum aliis, quos congerit Gig. *de pens. quæst.* 11. ac Rot. *decis.* 99. *numer.* 2. *part.* 1. *recent.* Utique necessariò sequitur, quod ex illis, qui remanent liberi, portio beneficiatorum sit detrahenda, ut præ allegatis tradit Bertrand. *consil.* 275. *num.* 7. *lib.* 2. *part.* 1. Marches. *de commiss. appel. in caus. pens. cap.* 1. *num.* 64. *& sequent. in* 2. *edit.* ac Rot. *in d. Acheruntina fructuum* 2. *Decembris* 1580. coram Lancellotto.

Et in terminis beneficii, quod fructus intelligantur 38
semper, detractis oneribus, vel detracta pensione, docet Felin. *in c. ad aures num.* 13. *de rescript.* ubi post Baldum *in l. neque in finalibus verbis C. de compensat.* inquit, hoc esse regulare quoties fit mentio de reditibus, & fructibus.

Quapropter, dum Pontifex voluit, quod ista sexta 39
pars nullo modo sit distincta, vel separata à mensa Canonicorum, consequitur, quod debeat esse ejusdem naturæ, & qualitatis. Unde sicut Canonicus habet Canonicatum cum illo onere, etiam beneficiatus habere debet sextam partem ejusdem generis, eodem onere gravati, sicut in simili de pensionario, quod teneatur pro rata ad solutionem oneris impositi super fructibus beneficii, tradit Caccialup. *de pens. quæst.* 17. Gig. *eod. argum. quæst.* 38. *& quæst.* 59. *& cons.* 27. *num.* 3. *& 4. & cons.* 47. *num.* 9. *eod. tit.* Mohed. *decis.* 234. ac Rot. *decis.* 161. *numer.* 3. *par.* 2. *divers. & in Placentina subsidii* 8. *Novembris* 1602. coram Pamphilio, & sæpè in aliis.

Sic statutum Ecclesiæ, disponens, ut Cano- 40
nici noviter provisi, teneantur solvere Ecclesiæ, vel Sacristiæ, aliquam partem fructuum, id intelligi debet, detracta prius pensione, super Canonicatu imposita, ut in specie tradit Gig. *d. quæst.* 39. *numer.* 1. *in fine.*

Similiter si statutum mandat ex fructibus solvi vecti- 41
gal, deducuntur prius impensæ, & ex fructibus, qui supersunt, solvitur, vectigal, Bald. *in l. si fructus ff. sol. matr. & l. inter stipulantem §. sacram* 1. *ff. de verb. oblig.*

Jas. *in*

Jas. *in d. l. fructus nu.* 19. ubi etiam Angel. *nu.* 2. Socin. *n.* 5. *&* 6. faciuntque adducta per Ruin. *cons.* 62. *num.* 4. *&* 5. *l.* 1. ubi ait, esse de mente Bartoli, & aliorum, quod indistinctè fructus semper intelligantur, deductis oneribus, & impensis.

42 Idque pariter observatur in solutione decimarum, quæ detracta pensione, solvuntur pro rata fructuum qui supersunt, non autem pro rata omnium fructuum ad textum *in d. c. tua nobis de decim.* Dec. *cons.* 156. *num.* 4. Gig. *quæst.* 38. *& cons.* 47. *num.* 9. *de pens.* Monet. *de decim. c.* 9. *quæst.* 7. *num.* 87. Et pluribus aliis exemplis id confirmant Doctores, ut jegere est apud Dec. *d. cons.* 156. Ferret. *cons.* 322. *&* 354. ac Bertandum *d. cons.* 255. *l.* 2. *p.* 1.

43 Ex quo cessit, quod fuerit assignata beneficiatis integra sexta pars fructuum, cùm hoc satis possit comprobari in illa sexta parte fructuum, qui supersunt Canonicis, detracta pensione, & sic dicitur integra respectu omnium fructuum ad Canonicos spectantium.

44 Quod eo magis suadetur, dum Canonici solvendo sextam partem, nulla habita ratione pensionis, duplici onere viderentur gravati, ad solutionem scilicet pensionum, & ad sextam partem ejusdem pensionis, alteri jam solutæ ita, ut dispositio Papæ duplex induceret gravamen, quod absurdum videretur, cùm privilegia, quæ tendunt in præjudicium tertii, strictam accipiunt interpretationem, *cap. verò, cap. recipimus de privil.* Dec. *cons.* 113. *numero* 1. Gabriel. *conſ.* 22. *numero* 11. *lib.* 1. & Seraph. *decis.* 827. *numero* 1. *p.* 1.

45 Accedat, quod si Papa voluisset hanc sextam partem, beneficiatis assignatam, esse immunem ab omni onere, verisimiliter expressisset, prout exprimi solet in reservatione alicujus pensionis, vendo illis verbis, scilicet, *libera, immunis, & exempta ab omnibus oneribus.* Nam hoc casu pensionarius non teneretur contribuere, ubi alias sine dubio teneretur, Rota *decis.* 161. *num.* 2. *par.* 2. *& in d. Monopolitana* pensionis coram Orano, Ping. de Goan. *in tract. de charit. subsid. quæst.* 44. *num.* 3. & Gig. *de quæst.* 38. *num.* 3. *& quæst.* 59. *num.* 6. *& cons.* 8. *in fin. eod. tit. de pens.*

46 Tolliturque omnis difficultas, si hujusmodi pensiones non fuerint reservatæ post erectionem beneficiatorum. Nam in hoc casu possent forsitan fovere bonum jus, sed ante erectionem. Et ita cum hujusmodi erectio sit fundata super fructibus, onere anteriori gravatis, non est dubium, quin sexta pars debeat intelligi in statu, ac terminis, in quibus Canonicatus reperitur, & sic habita ratione ad detractionem pensionis. Quia non est verisimile, quod Papa voluerit tam graviter Canonicis præjudicare, *cap. super eo de offic. Ordin. cum similibus*, & faciunt tradita per Seraphin. *decis.* 126. & per Rotam *decis.* 24. *numer.* 3. *par.* 1. *divers.* Et in terminis quando reservatio pensionis præcessit hujusmodi privilegia circa vacationem beneficii, tradit Rota *in Burgen.* fructuum 18. Junii 1608. coram Regna, ubi cum ista distinctione conciliavit doctrinam Sarnensis *in regul. de jure quæs. quæst.* 15. & Mohed. *decis.* 6. *de concess. præb.* Et quidem si Papæ narratum fuisset Canonicatus gravatos esse hujusmodi pensionibus, utique nullo modo, vel difficilè hanc dismembrationem concessisset.

47 Pro majori autem hujus rei evidentia distinguendi sunt plures casus. Primus est, quando à beneficio, pensione gravato, dismembratur certum prædium, aut aliud corpus bonorum, illudque applicatur alteri beneficio, prius erecto, vel assignatur pro dote beneficii erigendi. In isto casu admittimus, quod onus solvendi pensionem remanet apud primum beneficiatum, nec transit pro ulla rata in possessorem alterius beneficii, cui prædium illud fuit assignatum. Et in his terminis procedunt decisiones Manticæ 273. *Vallisoletana* coram Pamphilio. Sed hic non est casus noster.

Secundus casus est, quando dismembratur à bene- 48
ficio non certum prædium, sed certa quantitas pecuniarum, aut fructuum. Et tunc, licet possit ista dismembratio esse subreptitia, si de pensione non fuerit facta mentio, aut Pontifex de illa notitiam non habuerit; quia non censetur, voluisse gravare beneficium duplici onere, Cassad. *decision* 3. *de pens.* Gig. *eod. tract. quæst.* 29. *num.* 2. Mantic. *decision.* 93. *num.* 1. Rota *decision.* 739. *num.* 1. *par.* 2. *recent.* attamen, data validitate dismembrationis, onus pensionis residet etiam apud primum beneficiatum, quia sicut in secundum beneficiatum, in quem translatus est fundus, aliud corpus bonorum, non transeunt actiones activæ pro consecutione eorum, quæ essent debitæ beneficio, à quo facta fuit dismembratio, ita etiam nec transeunt actiones passivæ pro solutione facienda de eo, quod ex fructibus dicti beneficii est debitum, Molin. *de primog. l.* 1. *c.* 10. *n.* 10. Neque hic est casus noster.

Tertius casus est, quando dismembratur à benefi- 49
cio certa quota bonorum, aut fructuum, aut jurium beneficii, & tunc, aut agitur cum ipso pensionario, an debeat convenire pro rata utrumque possessorem, ram scilicet reliquorum fructuum beneficii, quàm ratæ dismembratæ, vel sit in arbitrio ipsius agere contra possessorem beneficii pro solutione integræ pensionis, & tunc dicendum est, posse pro tota pensione agere contra possessorem beneficii, nec cogitur convenire quemlibet pro rata, quia pensionarius habet hypothecatos omnes fructus ab initio, & hypotheca non dividitur per divisionem bonorum. Et in his terminis loquitur Seraph. *dec.* 1429 signatè *n.* 6. ubi hoc declarat, sicque non est casus noster.

Aut verò agitur inter beneficiatum ex fructibus, cu- 50
jus beneficii facta est dismembratio, & alterum, cui facta est applicatio certæ ratæ, an scilicet possit unus cogere alium pro rata ad solutionem pensionis? Hoc in casu nos versamur, & videtur absque difficultate, affirmativè respondendum. Quia negari non potest, quin ex quo facta fuit dismembratio jurium, & bonorum pro quota, intelligatur cum honoribus, & oneribus, ut distinguit Morlin. *loc. cit. num. & seq.* & in his terminis extat declaratio S. Congregationis Concilii in hæc verba.

Dubitarunt dignitates Aurien. an tertia pars fuarum 51
præbendarum in distributiones quotidianas per Ordinarium convertendas vigore cap. 3. *Concilii Trid. sess.* 22. *de reform. intelligatur prius deductis pensionibus, & aliis oneribus validè ac legitimè impositis? Congregatio censuit, ita esse intelligendum, quia fructus dicuntur, deductis oneribus l. non amplius delegat.* 1.

Nec obstat, quod quando debet solvi quota fru- 52
ctuum, non deducantur expensæ juxta tradita per Capyc. *dec.* 20. *num.* 10. & 11. Quia, ut jam dictum est, hæc opinio non est recepta, sed alia contraria est magis communis. Præterea Capycius, aliique loquuntur, quando omnia bona remanent apud primum dominum, qui debet solvere certam quotam fructuum, ut in solutione decimarum, secus autem in hoc casu, in quo est separata quota fructuum, aliorumque jurium Canonicatus ab ipso Canonicatu. Quo in casu sicut in translatarium dictorum jurium transferent actiones activæ & passivæ, ita quoque transire debent onera ex supradictis.

Quod maximè locum habet, si Canonicatus solum 53
consisteret in distributionibus, quo in casu onus pensionis dicitur impositum ab initio super mensa Capitulari respectu illius ratæ fructuum, quæ debet assignari Canonico, qui fuit gravatus pensione, quia censetur ab initio dicta portio debita pro pensione, abstracta ab ipsa mensa Capitulari, ut in terminis Rota *dec.* 133.

nn. 2. *p.* 2. *rec.* Unde sequitur, quod si ex mensa prius est detrahenda portio debita pro pensione, quia præcessit dismembratio Papæ, sexta pars non potest esse, nisi illa, quæ remanet, deducta dicta pensione.

54 Sicque non refragatur consideratio facta de verbo *integrè*. Nam, præter alias responsiones, jam dictas, respondeo, quod, antequam solvatur Canonico sua portio ex massa communi, jam erat prius detracta portio debita pro pensione. Unde cùm ex fructibus cujusque Canonicatus, gravati pensione, sint faciendæ tres detractiones, prima pro pensione, secunda pro Canonico, tertia pro beneficiato, illa quæ debet fieri pro pensione, debet præcedere omnes alias, quæ, ut dicitur *in d. dec.* 133. *p.* 2. *rec.* fuit ab initio abstracta, & separata à mensa Capitulari, qua separatione facta, Canonici non recusant tradere sextam partem integram, quæ intelligitur quoad alias partes, quæ ipsis remanent, non quoad alias ad favorem aliorum per prius detractas. Et in omnem eventum, si admitteretur, quod pensiones non sint prius deducendæ, & quod de pensionibus non sit facta ulla mentio, dismembratio esset absolutè nulla, respectu Canonicatuum, pensione gravatorum, ex supradictis.

55 Repetamus omnia summatim. Existimo Canonicos teneri solvere beneficiatis integram sextam partem, deductis tamen pensionibus antiquis. Primò, quia non constat, Papam habuisse notitiam, quod Canonicatus essent gravati antiqua pensione. Quod in casu propter ignorantiam potest dubitari de viribus dismembrationis Quia non præsumitur, quod velit Canonicatus duplici onere gravare.

56 Secundò, quia obligavit beneficiatos ad onera, quæ tenentur mensæ Capitulari, ideòque, si sciviſſet adesse alia onera, pari ratione gravasset.

57 Tertiò, quia pensionarii habent hypothecam super omnibus fructibus beneficii. Ideòque sicuti per novam beneficii erectionem Papa non intendit tollere illis jus quæsitum exigendi super omnibus fructibus, ita non intendit ad ejus solutionem gravare Canonicos.

58 Quartò, quia Papa voluit, quod sexta pars non sit distincta, nec separata à mensa Canonicorum. Ideòque sicuti Canonicus gaudet Canonicatu cùm onere pensionis, ita etiam beneficiatus ex regula, quod una determinatio, &c,

59 Quintò, quia regulariter, quando quota fructuum assignatur alicui ad certum tempus, vel in perpetuum, semper deducuntur onera, Dec. *conſ.* 156.

60 Non obstat Mantica *dec.* 173. qui loquitur quando sunt dismembrata certa bona, aut quantitas fructuum, quæ non remanent in Canonicatu; aliud, quod sit assignata certa portio, remanens in Canonicatu, ut distinguit Molina *de primog. l.* 1. *c.* 10. *nn.* 6.

61 Minus obstat verbum *integrè*. Quia non excludit deductionem onerum.

CONSULTATIO CLXIV.

An, & quatenus visitatio Ecclesiæ, hospitalis, alteriusve loci pii committi possit, ac debeat Episcopo vicinori, excluso Ordinario?

1 REspondeo. Quotiescunque inter Episcopum, & officiales, sive ministros Ecclesiæ, hospitalis, alteriusve loci pii versæ fuerint, ac vertuntur controversiæ judiciales, & extrajudiciales, præsertim super jure visitandi Ecclesiam hospitale, alterumve locum pium, justitiæ congruit, ut res committatur Episcopo, non suspecto, non autem Ordinario justè recusato.

2 Nam, etiamsi administrationis tempore, quo Administratores fuerunt requisiti, esset reddenda ratio Episcopo, tam ex dispositione juris *in Clem. Quia contingit*, §. *ut autem*, cum Glos. *v. reddere de relig. dom.* quam S. Concilii Trid. *sess.* 22. *c.* 9. *de reform.* & tradunt Gratian. *discept.* 395. *numer.* 1. *cum seqq.* & *discep.* 481. *numer.* 26. Fusch. *de visit. l.* 2. *c.* 13. *nn.* 27. Leo *in thes. for. Eccl. p.* 2. *cap.* 14. *num.* 24. Genuen. *in prax. cap.* 21. *num.* 1. *cum seqq.* Mugnoz. *de ratioc. admis. cap.* 7. *num.* 15. Rota *in Illerden.* visitationis 26. Junii 1606. & 11. Martii 1609. coram Justo, & in terminis administrationis gestæ à Capitularibus, imò à Capitulo *dec.* 355. *n.* 4. & *dec.* 402. *num.* 1. & *dec.* 440. *n.* 7. *p.* 1. *rec.* cum quilibet administrator teneatur actus sui rationem diligenter conficere, eamque illi, cujus interest, reddere, & consequenter omnes administratores bonorum, ac locorum piorum per *d. Clem. Quia contingit* §. *ut autem*, ubi Vital. *n.* 65.

Nihilominus quia dicti administratores Episcopum, 3
tanquam suspectum, expressis cum juramento causis suspicionis, recusant, & recusare possunt, cùm permittatur à Sacris Canonibus allegare suspectum Episcopum *cap.* 2. *ut lite non contestata, can. placuit.* 2. *quæst.* 6. *can. quod suspecti* 3. *quæst.* 5. Natt. *conſ.* 174. *n.* 6. Surd. *conſ.* 150. *nn.* 18. post Abbatem, & alios ibi allegatos, ac Rota *in Uladislavien.* administrationis 30. Maii 1646. coram Ghisilerio, ideò visitatio alii Episcopo committenda est. Quando quidem, ut diximus, ex pluribus controversiis inter Episcopum, & Magistratum sæcularem, sive officiales, & ministros exortis, recusari potest illius tribunalis judicium juxta Glos. *in c. cum super Abbatia v. Tum quia d. offic. deleg.* Bartol. *in tract. de jud. suspect. post. med.* Rot. *dec.* 2. *numer.* 9. *p.* 2. *divers.*

Qua in re plurimum defertur arbitrio Judicis, qui 4
interdum, etiam leviores causas, prout noverit expedire, admittere poterit, ut respondit Rota *in Gerunden.* administrationis 6. Octobris 1574. coram Robusterio *sub nn.* 1. apud Matchesan. *de commiss. p.* 2. *fol.* 386. & *dec.* 93. *n.* 1. *p.* 1. & *dec.* 2. *n.* 1. & 13. *p.* 2. *divers.* & apud Pegnam *dec.* 542. *num.* 3. & latius *in Conversana* bonorum 15. Decembris 1632. coram Merlino *in rec. dec.* 165. *num.* 16. & *seq. p.* 6.

Ideòque, ut hoc judicium, omni, ut decet, suspicio- 5
nis prætextu remoto, procedat, atque longiores evitentur circuitus, Rota, ad quam vigore Commissionis Signaturæ Sanctissimi cum clausula, *quam, & quas, & toto negotio princ. &c.* causa, etiam super meritis fuit devoluta juxta textum *in c. ut nostrum de appel.* Franch. *in c. ut debitus nu.* 45. *eod. tit.* Rot. *dec.* 4. *de form. comp. in antiquis & dec.* 3. *de appel. in nov.* & apud Verallum *dec.* 152. *p.* 1. ac sæpè in aliis, censuit *in Calaritana* jurisdictionis 21. Maii 1649. coram Corrado, alium, in quem partes consenserint esse deputandum, vel alias ex officio eligendum, coram quo cum interventu ministri ipsius Episcopi exhibitæ, reddiræque rationes ad Sacrum Rotæ tribunal remittantur, ut si quæ ex eis oriatur, ac supersit dubitatio, congruo juris ordine decidatur, prout in his terminis fuit resolutum *in d. Uladislavien.* administrationis coram Ghisilerio, ubi *in* §. *nec obstat*, respondetur, decretum S. Concilii *d. sess.* 22. *c.* 10. *vers. Nec in his*, non habere locum, quando proceditur in forma judicii, sed tantum in ipso actu visitationis, ac correctionis morum, qui est casus in eo decisus, ut pluries declarasse ejus S. Congregationem, refert eadem decisio, & Gratianus *dec. March.* 188. *num.* 3. *ac seq.*

Faciliusque annuendum, si præter causas litium, & 6
controverharum, concurrant aliæ causæ approbatæ à jure. Nam causæ in hac materia sunt simul ponderandæ, Franch. *in c. postremò num.* 2. *de appel.* Menoch. *de arb. cas.* 152. *num.* 2. ac Rot. *dec.* 165. *num.* 17. *p.* 6. *rec.* quæ cùm deducantur à procuratore, habente mandatum cum solita clausula ad Judices, & Notarios recusandum, sunt attendendæ, Add. ad Gregor. *dec.* 368. *num.* 8. & Ubert. *de citat p.* 2. *c.* 9. *n.* 193.

Quia materia recusationis est favorabilis, Rot. *de* 7
cis. 94. *nu.* 1. *p.* 1. *divers.* & *in d. Gerunden.* administrationis. Unde sufficit quælibet causa, etiam levis, Rot. *dec.* 2. *num.* 14. *p.* 2. *divers.* & *in d. Calarstana* juris visitandi.

Ergo

Ergo multò magis, quando concurrunt plures causæ, ac omnes urgentes, & à jure approbatæ. Unde Sedes Apostolica nunquam committit causas suspectis Judicibus, Roman. *conſ.* 521. *num.* 6. & solum juramentum absque expressione causæ in hac materia sufficiens reputatur ad removendum Judicem, etiam delegatum, Seraph. *de privil. juram. privil.* 7. *nu.* 2. de quo nos alibi susè.

8 Præcipuè verò, si contra Episcopum emanaverint decreta, sive declarationes S. Congregationis Concilii super illius prætenso jure visitandi, quæ servandæ sunt, neque incidenter sunt revocandæ, cùm habeant vim legis, Honded. *conſ.* 76. *n.* 26. *l.* 2. Garz. *de benef. in præf. ante med.* Rot. coram Mantica *dec.* 56. *nu.* 2. & coram Cavalerio *dec.* 628. *nu.* 8. & coram Buratto *dec.* 479. *in fin. & dec.* 214. *n.* 6. *par.* 4. *tom.* 2. *alias par.* 8. *rec.* ubi ait, nihil obesse, quod iterùm committatur cognitio causæ, quia si auctoritas unius insignis Doctoris movere solet, quantò magis movere debet auctoritas tot sapientissimorum Patrum, qui, articulo discusso, ita responderunt? Maximèque servandæ, si, constito de irrelevantia prætensionis Ordinarii, & lis fuerit antiquitus definita, ita fuerit per longissimum tempus observatum. Novitates enim admitti non debent contra id, quod diu observatum est, ne suscitentur lites extinctæ, Mathed. *dec.* 5. *de test.* Rot. *dec.* 45. *n.* 2. *l.* 2. *p.* 3. *divers. & dec.* 603. *n.* 5. *par.* 4.

CONSULTATIO CLXV.

An, & quatenus sententia lata per Judicem delegatum à Provinciali Regularium, sive consilio, suffragio, vel interventu definitorum, sit valida?

1 REspondeo, esse invalidam, quia definitores debent esse Conjudices cum ipso Provinciali, etiam in causis criminalibus, adeò, ut Provinciales, & definitores constituant unum Magistratum in causis expediendis, ut ex Constitutionibus Religionum, quæ sunt pro lege servandæ, Gail. *l.* 1. *observ.* 41. *nu.* 5. & de Constitutionibus Religionum Salas *de legib. tract.* 14. *quæst.* 16. *sect.* 10. *num.* 45. ubi in hac specie ait, Generales, & Provinciales peccare, si absque definitorum consilio sententiam aliquam gravem contra Religiosum delinquentem ferant, Rodriq. *tom.* 2. *quæst. reg.* 45. *art.* 2. *in fin.* & uterque asserit, sententiam esse nullam, quando definitores habent votum decisivum, ut ex plurimum Religionum Constitutionibus habetur, in quibus describitur hæc forma, quod in sententiis ferendis ubi aliqua pœna per processum est infligenda, semper sunt vocandi Definitores à Provinciali, dummodo extra Provinciam non existant sub pœna nullitatis. Ex quo resultat nullitas sententiæ ex defectu jurisdictionis. Nam ubi plures sunt deputati Judices, unus sine alio pronunciare non potest juxta *dec.* 29. *num.* 2. *cum seq. par.* 4. *dec.* 295. *n.* 11. *par.* 6. *rec.*

2 Ac ita, ut non obstet auctoritas Eminentissimi Protectoris, si de illa non constet, & Provinciali, illam asserenti, non creditur per textum *in l.* 1. *C. de mand. Princip.* ubi in specie Buttigar. *in* 1. *oppos.* ac Bellapert. *in vers. dicendum*, Olasch. *dec.* 71. *n.* 5. & 12. Menoch. *de arb. cas.* 76. *num.* 4. *ac seqq.* Maximè quando de alterius præjudicio agitur, & quidem gravi, Alberic. *in d. l.* 1. *n.* 2. Angel. *conſ.* 182. *num.* 1. Olasch. *loc. cit. n.* 12. Nec auctoritas Eminentissimi Protectoris sufficit, cùm adversetur Constitutionibus Religionis, quibus derogare nequit.

3 Minus etiam obstat auctoritas P. Generalis, vel Commissarii generalis. Quia non possunt statutis derogare, cùm definitores non habeant jurisdictionem ab eis, sed à Capitulo generali, Gail. *d. obs.* 41. *nu.* 1. Unde semper recurrendum est ad Capitulum generale, ut latè Rodriq. *tom.* 1. *quæst.* 68. & in terminis Generales Religionum obligari legibus Capituli Generalis, firmat Salas *d. tract.* 14. 96. *disp.* 14. *sect.* 2. *n.* 9.

Cessaretque omnis difficultas, si ageretur de Consti- 4
tutionibus à S. Congregatione confirmatis, quibus propterea non poterit sine illius auctoritate derogari, ut de communi tradit Dec. *in ea. cum accessissent n.* 3. *de constit.* Ldovic. Bell. *concl.* 68. *numero* 3. *ac seqq.* Rot. *dec.* 104. *num.* 2. *in fin. par.* 3. *rec. & in Perusina* redintegrationis 13. Junii 1644. §. *Nec pariter* coram Ghisilerio.

Nec pariter obstaret avocatio causæ. Quia, licet Su- 5
perior, delegando alteri causam, ad Ordinarium spectantem, dicatur illam avocasse ex doctrina Baldi *in l. si ut proponis* 1, *num.* 12. *C. quomodo, & quando Judex*, attamen si causa reperiretur instructa coram ipsis Definitoribus, quibus fuerat processus communicatus, ut moris est ad effectum judicandi, avocari non poterit, Lancel. *de attent. p.* 2. *c.* 10. *nu.* 181. Marches. *de commiss. avoc. caus. p.* 2. *n.* 102. & *seqq.*

Præterea cùm avocatio sit odiosa nequit fieri sine 6
justa causa, quæ ubi desideratur, avocatio est nulla, Cassad. *dec.* 2. *num.* 6. *de appel.* Covar. *pract. quæst. c.* 9. *n.* 1. Lancel. *d. c.* 10. *num.* 56. Rebuff. *ad constit. Regn. tom.* 1. *de avoc. in præf. quæst.* 6. *num.* 17. & *quæst.* 7. *num.* 66. Marches. *loc. cit. num.* 20. Et requiri magnam causam, inquit Gratian. *discept.* 510. *numer.* 15. alioquin dari appellationem, probat Cyriac. *contr* 315. *n.* 1. *ac seqq.* & in his terminis Portel. *in addit. ad dub. Regular. v. Præl. potestas nn.* 8. & Sanctor. *de pœn. c.* 9. *quæst.* 3. *vers. Dico primò.* Causa verò, quod definitores vellent reum absolvere, esset calumniosa, neque comprobaretur per simplicem fidem, quæ non facit fidem, Cæs. de Grass. *dec.* 2. *nu.* 13. *de sponsal.* Rot. *dec.* 780. *num.* 1. *p.* 1. *div.* Et sæpè hujusmodi fides fiunt ad complacendum parti, ut ait Roland. *conſ.* 40. *nu.* 5. *l.* 1. Eoque minus dicta fides probaret in causa gravi, Rot. *dec.* 441. *n.* 6. *par.* 1. *rec.* & potius expectanda erit sententia definitorii, revocanda in gradu appellationis, quam illius lædere auctoritatem.

Idque præcipuè, si definitorium habeat pro se anti- 7
quam consuetudinem, ne causæ hujusmodi avocentur, non solum à Commissario generali, sed ne ab ipso quidem Generali, cujus consuetudinis probatio non est deneganda, stante urgenti argumento per attestationes exhibito, ac relevantia materiæ. Nam consuetudo antiqua dicitur habere vim legis, concessionis, & pacti ex congestis à Valenzuol. *conſ.* 8. *num.* 5. *ac pluribus seqq.* Ubi quod efficit jus commune, ac legem tollit, Negus. jun. *quæst.* 548. *n.* 6. ita, ut non obstarent exempla contraria, si essent casus sequuti per cessionem jurium, vel post primam instantiam in gradu appellationis, & consequenter non tangentes casum, de quo disserimus, Alex. *cons.* 6. *l.* 5. Roland. *conſ.* 80. *num.* 10. & *seqq. lib.* 1.

CONSULTATIO CLXVI.

An qui deposuit dotem puellæ apud depositarium dotium Monialium, ab Episcopo approbatum cum præsentia, consensu, decreto Vicarii earundem Monialium, si, durante anno probationis novitiæ, dictus Depositarius moriatur, ejusque hæreditas reperiatur non solvendo, teneatur iterùm constituere dotem?
Et quatenus negativè. Quisnam ad illam teneatur?

AD primum. Negativè. Cùm enim hic deposuerit 1
pecuniam pro dote apud hujusmodi depositarium, qui talis etiam communiter ab omnibus reputabatur, ac præcipuè ab ipsis Monialibus, earumque Vicario, nec possit controverti de veritate depositi, cum probetur ex publico instrumento, cui lux veritatis assistit ad tradita per Cyriac. *contr.* 37. *n.* 12. Cavalier. *dec.* 205. *n.* 10. & ex decreto dicti Vicarii tollatur omnis suspicio, ut per Thomat. *dec.* 68. *num.* 12. & Cavaler.

dec. 612. *n.* 30. non potest dici fuisse in aliqua culpa, ut rectè animadvertit Bartol. *in l. pignus in fin. C. de pignorat. act.* Dec. *cons.* 47. *n.* 9. *&* 10. *vol.* 4. Raphael. de Tur. *in tr. de camb. disp.* 2. *quæst.* 18. *n.* 83. Afflict. *dec.* 172. *n.* 2. & Giurb. *dec.* 38. *nu.* 8. Ideòque nullo modo potest, aut debet periculum ad ipsum deponentem spectare, qui sic deponendo consequutus fuit plenam liberationem ita, ut non teneatur de periculo depositi, ceu firmat Bartol. *in l. si soluturus num.* 4. *ff. de solut. & in l. pignus C. de pignorat. act.* ibique Salic. *nu.* 2. Dec. *cons.* 47. *n.* 9. *&* 10. *vol.* 4. Negusant. *in tr. de pignor. memb.* 3. *p.* 5. *nu.* 26. Raph. de Tur. *loc. cit.* Staiban. *resol.* 76. *n.* 14. Afflict. *ibid. n.* 2. & Caroc. *de depos. par.* 2. *quæst.* 22. *nu.* 5. *&* 7. Quia cùm tale depositum habeat vim solutionis, *l. obligatione C. de solut. & l. acceptam C. de usur.* ideò deponens non tenetur de casu superveniente; nam alioquin actio, semel extincta, revivisceret contra textum *in l. qui res* §. *Aream ff. de solut.*

2 Et quia; cùm hujusmodi depositum factum fuerit animo abdicandi dominium à deponente, sicque operetur, ac si revera ex adnumeratum fuisset Monasterio, & illud in ipsius Monasterii dominium transtulisset ex adductis à Bartolo *in d. l. si soluturus numero* 5. *ff. de solut.* periculum non potuit spectare ad deponentem, *l. pignus C. de pignorat. act. & l. in judicio, C. locati.* Alioquin deponens cogeretur iterùm solvere contra textum *in l. bona fides, ff. de reg. jur.* ac Rot. *dec.* 390. *num.* 11. *p.* 4. *tom.* 2. *recent.* & faciens id, quod fieri consuetum est, non dicitur esse in culpa, & propterea nec aliquod damnum sentire debet, ut probat Palacios *in repet. c. per vestras de donat. inter vir. & uxor. not.* 6. §. 7. *num.* 3. Et ideò, etiam si hæreditas dicti depositarii aeperiatur non solvendo, ad hujusmodi damnum, sive periculum deponens teneri non potest.

3 Ad secundum. Periculum vel cedere debet damno Monasterii, cùm verissima sit juris conclusio, quod quando debitor ritè ac rectè deposuit, tunc periculum spectat ad creditorem, ut post alios firmant Arimin. Tepat. *var. resol. l.* 2. *tit. de pericul. rer. in genere fol.* 115. *vers. periculum inopiæ depositarii*, Sebast. Medic. *de fortuit. casib. par.* 1. *nu.* 17. Costa *intr. rat. quæst.* 121. *num.* 7. Caroc. *de depos. p.* 2. *quæst.* 22. *in fine*, Thor. *in comp. dec. Neapol. tom.* 1. *v. depositione*, ac Rot. *in Romana* census vitalitii 29. Januarii 1627. coram Merlino inter ejus decisiones *dec.* 255. *numero* 8. Quod maximè locum habet, quando depositum sit gratia ipsius creditoris recipientis, vel qui recipere debet juxta theoricam Bartoli *in l. si quis nec causam n.* 1. *ff. si cert. pet.* Mantic. *de tacit. l.* 10. *n.* 9. *vol.* 2.

4 Vel saltem hoc periculum cedere debet damno Episcopi, aut ejus hæredum ad textum *in l.* 1. *C. de peric. non sin. lib.* 11. ubi habetur, quod electores Officialium non tenentur pro electis, si tempore depositæ administrationis fuerint solvendo, secus si non fuerint solvendo, quem textum ponderat Gizzarel. *dec.* 31. *numero* 4. *& seq.* asserens, periculum Officialis publici, sive administratoris privati ad eligentem spectare. Quia eligens depositarium non idoneum tenetur de periculo depositi, ut probant Bartol. *in d. l. si soluturus numero* 1. *ff. de solut.* Bald. *in l. quæ fortuitis numero* 3. *C. de pignorat. act. & in l.* 1. *n.* 3. *C. de posit.* & Valenz. *cons.* 179. *num.* 14. *vol.* 2.

5 Debebat enim Episcopus eligere Depositarium idoneum etiam cum fidejussoribus, cum officiales publici non debeant, neque soleant admitti absque fidejussoribus, à Ponte *de potest. Proreg. tit.* 3. §. 6. *num.* 17. Paris. de Puteo *de Syndic. v. fidejussor cap.* 2. *numero* 8. ubi ait, tenere illum, qui permittit aliquem ministrare, sive officium gerere, non præstita fideinssione, *& cap.* 1. *num.* 6. ait sic etiam servari in ditione Mediolanensi, Gizzar. *d. dec.* 31. *à num.* 4. inquiens, eligentem administratorem privatum, sive officialem publicum semper teneri pro electis, si ipsi fuerint reperti non solvendo, & ab eis cautionem non exegerit, *& numero* 6. tradit obligari hæredes eligentis talem Officialem, sive administratorem, *& nu.* 4. *&* 5. id procedere firmat in depositariis, & administratoribus privatis. Idemque tradunt Henriq. *de fideiuss. c.* 10. *n.* 215. ubi testatur sic servati in Regno Neapolitano, & Siculo, Moscatel. *in prax. fideiuss. p.* 1. *mod.* 14. *nu.* 7. *& seq.* Mastril. *de Magistrat. l.* 6. *c.* 4. *n.* 20.

Nec sufficit, quod Depositarius sit idoneus tempore electionis, sed requiritur etiam quod reperiatur talis tempore depositæ administrationis, ad textum *in d. l.* 1. *C. de pericul. nomin.* Gizzarel. *d. dec.* 31. *nu.* 4. Et hæredes Episcopi se excusare non possunt prætextu, quod Episcopus non deputaverit depositarium. Quia cùm ille non solum toleraverit, ac permiserit eum recipere hujusmodi deposita, perinde est, ac si illum expresse Depositarium deputasset juxta textum *in l.* 1. §. *magistrum autem ff. de exercit. act.* Panuin. *in tract. de potest. c. Sede vac. p.* 2. *princip. quæst.* 10. *n.* 23. & Sbroz. *de offic. Vicar. lib.* 1. *c.* 64. *n.* 5. 6

Prout nec pariter dictis hæredibus suffragari potest, quod S. Congregatio in Camertina apud Barbos. *in collect. Bullar. v. Dos, vers. Dotes, sive Dotales*, resolverit, sufficere deposita fieri apud mercatorem, aut virum fide & facultatibus idoneum, ubi non adsunt banci. Quia non inde sequitur, quod S. Congregatio voluerit, depositarios eligi posse absque cautione, quæ vel debet intelligi sub qualitate idoneitatis ex superiùs dictis, vel saltem expressio cautionis, tanquam omissa, debet suppleri à juris communis dispositione, *l. si verò* §. *de viro, & l. si cum dotem sub init. ff. solut. l. commodissimè ff. de l. & posth. l. si extraneus C. de condit. ob caus. c. susceptum ac rescript. in* 6. *c. in nostra de injur.* Costa *cons.* 73. *n.* 10. *vol.* 1. Ricc. *collect.* 26. 87. *in* 1. *ampl.* juxta quam omnes administratores, & Officiales debent præstare cautionem, textus *in l. penul. C. de murilegulis*, & advertit à Ponte *d. tit.* 3. §. 6. *num.* 17. & Gizzarel. *ea dec.* 31. 7

Comprobaturque ex eo, quod lex nova recipit interpretationem à lege antiqua, secundum quam debet etiam extendi, Glos. & Jason. *in l. sciendum n.* 4. *ff. qui satisdar. cogant.* Bartol. *in auth. sed cum testator numero* 4. *C. ad leg falcid.* Costa *d. cons.* 73. *num.* 11. Unde cùm dicta resolutio S. Congregationis possit dici lex nova respectu juris communis, ideò secundum juris dispositionem intelligi debet, & sic etiam secundum mentem S. Congregationis in electione talium Depositariorum fidejussio exigi debet. 8

Minus quoque dictis hæredibus suffragari potest exemplum tutoris dati ex inquisitione, qui satisdare non tenetur. Tum quia non valet consequentia à Tutore ad publicum Officialem. Tum quia, etsi Tutor datus ex inquisitione non teneatur satisdare, id tamen evenit, quia ejus fides à Judice approbatur, ut advertit Montan. *de tutel. c.* 32. *reg.* 7. *n.* 97. at non inde sequitur, quod Judex non teneatur de damno illato pupillo ex non idoneitate Tutoris per textum *in* §. *sciendum, Instit. qui satisdar. cogant.* Balthas. Thomas. *in tr. de tutor. tit.* 13. *nu.* 346. Montan. *loc. cit. nu.* 33. *qui &* n. 45. ait, etiam teneri hæredes Magistratus, qui omnino omisit petere cautionem, quia est lata culpa Magistratus, de qua tenetur hæres, sicuti etiam hæres tenetur, si eligens Depositarium, à quo ipse causam habet, non elegerit personam idoneam, Gizzarel. *de dec.* 31. 9

Ex quibus etiam dicendum est, damno Monasterii, vel hæredum Episcopi cedere quoque præstationem alimentorum notitiæ, Pendente enim lite, ipsa novitia debet ali à Monasterio, *cap. ex parte de accus.* Dec. *cons.* 66. *nu.* 1. *l.* 2 & Add. Burat. *dec.* 48. *num.* 17. Nam ipsa fuit dotata, & dos succedit loco alimentorum, ac fructus dotis appellantur alimenta, ut decidit Rot. *dec.* 280. *numero* 2. *p.* 6. *& dec.* 30. *num.* 6. *p.* 7. *pec.* Quam quidem dotem cum fructibus, licet Monasterium non receperit, hoc tamen non provenit ex defectu deponentis, neque ex defectu ipsius Novitiæ, quæ semper 10

per fuit parata professionem emittere. Quia, elapso tempore probationis, non potest differri professio, sic disponente S. Concilio Trid. *cap.* 16. *sess.* 25. *de Regular.*

11 Nec Monasterium docet, se non potuisse exigere depositum, & alimenta post annum novitiatus præstita, nec probat hæreditatem Depositarii non esse solvendo, cùm ad hunc effectum necessaria sit excussio. Nam alioquin stat juris præsumptio, quod hæreditas sit solvendo, sitque opulenta, ut decidit Seraph. *dec.* 394. *nu.* 5. Rota post Merlin. *de pignor. dec.* 38. *nu.* 6. *& dec.* 55. *num.* 17. *ac dec.* 93. *num.* 8. *&* 9. Et requiritur talis excussio adeò, ut non sufficiat, quod in hæreditate non reperiantur pecuniæ, sed deveniendum est ad bonorum excussionem, ut per Surd. *dec.* 30. *num.* 14. *& seq.* Duran. *dec.* 1. *num.* 34. & super hac excussione requiritur quoque decretum, sive interloquutoria Judicis, ut firmant Caroc. *de excuss. p. ult.* Maur. *de fide jus. p.* 2. *c.* 3. *numer.* 19. Merlin. *de pignor. lib.* 5. *quæst.* 69. *numer.* 2. ac Put. *dec.* 30. *lib.* 1. in correctis. Et hujusmodi excussionis onus non spectat ad depositantem, nam ipse per depositum liber remansit; sed pertinet, vel ad Monasterium, vel ad Episcopum, sive ejus hæredes. Quia, vel hæreditas est revera solvendo, vel non est. Primò casu injuste Monasterium recusat admittere dictam novitiam ad professionem. Secundo casu frustra fit excussio, ut probat Mysinger. *obser.* 15. *num.* 2. *cent.* 2. Gail. *l.* 2. *obser.* 27. *num.* 14. Merlin. *de pignor. l.* 5. *q.* 69. *num.* 7. ac Menoch. *dec. Lucan.* 22. *num.* 12.

CONSULTATIO CLXVII.

An, & quatenus Rector Ecclesiæ matricis teneatur ad supplementum congruæ Rectori Ecclesiæ filialis?

Et quid de congrua Rectoris Ecclesiæ non filialis, vel Vicarii.

1 QUod attinet ad primum, respondeo affirmativè, idque ex fructibus Ecclesiæ matricis juxta decretum S. Concilii Trid. *sess.* 21. *c.* 4. §. *In iis verò de refor.* quod etiam est conforme dispositioni juris communis *in c. ad audientiam* 1. ubi Cardinal. *num.* 5. cæterique Canonistæ *de Eccl. ædif.* & procedit in quacunque matrice, ut declaravit S. Congregatio ejusdem S. Concilii *ad d. c.* 4. ubi quod de omnibus corporibus bonorum matricis indistinctè subveniendum est Ecclesiæ filiali.

2 Quod autem Ecclesia sit matrix constare poterit, quod sit antiquior Parochialis, quodque ab immemorabili tempore omnia jura Parochialitatis exercuerit in totum populum, etiam Ecclesiæ filialis, atque ex aliis argumentis, de quibus Azor. *instit. moral. l.* 2. *c.* 3. *in fin. vers. matrix*, & non fusiùs alibi, licet Ecclesia filialis, intra limites Ecclesiæ matricis constituta, fuerit erecta in Parochialem. Quod sufficit ad hunc effectum, ut Ecclesia dicatur matrix, quemadmodum notant omnes *in c. ad audientiam*, nominatim Butr. *num.* 7. *in fine*, Panorm. *num.* 2. *&* 6. Lapus *alleg.* 66. *num.* 2. si ex adverso non probetur, prout probare debet, Ecclesiam filialem extitisse Parochialem ante unionem factam matrici. Nam Parochialis habet contra se juris præsumptionem, ut ait Rota coram Gregorio XV. *dec.* 387. *nu.* 4. *& dec.* 258. *nu.* 5. *p.* 1. *rec.* maximè cùm suis requisitis, ac præcipuè quod haberet limites distinctos, Rot. *dec.* 52. *num.* 14 *p.* 2. *div.* & coram Gregorio *d. dec.* 787. *num.* 9. Gonz. *ad reg.* 8. *glos.* 6. *num.* 36. *cum seq.* Et quod esset mutua necessitas ministrandi, ac recipiendi Sacramenta in d. Ecclesia, Rot. *dec.* 52. *num.* 10. & coram Gregorio *d. dec.* 387. *num.* 7. & coram Coccino *dec.* 45. *num.* 7.

3 Adeò quidem, ut non relevarent enunciativæ in dissolutione unionis, ac divisione bonorum, quod Ecclesia filialis esset Parochialis, si sint recentes, quæ ad hunc effectum non attenduntur, ut in specie censuit Rota coram eodem Gregorio *d. dec.* 387. *numer.* 15. ubi amplius dicitur, id procedere, quamvis, concurrerent testes de fama Parochialitatis, & quod similis enunciativa Ecclesiæ Parochialis intelligi possit quoad Sacramenta, quæ ministrabantur in Ecclesia, non autem quoad universalitatem Parochialitatis, sicque alunde petendam esse talem declarationem enunciativæ, quando deficiunt alia requisita Parochialitatis, firmat Rot. *dec.* 288. *num.* 8. *p.* 1. *rec.*

Eoque magis, si pro matrice probetur, nunquam 4 ante unionem ministrata fuisse Sacramenta populo filialis in Ecclesia filiali, sed in Ecclesia matrici, & tamen, si fuisset Parochialis, debuissent in ea ministrari, Panorm. *in cap. exposuisti num.* 7. *de præb.* Garz. *de benef. par.* 12. *cap.* 2. *num.* 35. ac Rot. *dec.* 133. *num.* 15. *p.* 2. *div.*

Sique etiam concurrat reservatio aliqua honoris, 5 facta favore Ecclesiæ matricis, ut scilicet ad illam pluries singulis annis Parochus filialis accedat, & id genus alia, de quibus etiam alibi. Qui honor de jure non reservatur cæteris Ecclesiis, sed tantum matrici, ut habetur *in d. cap. ad audientiam* 1. ibique Glos. *v. honor.* & Panorm. *num.* 16.

Nec obstat, quod inopia unius Ecclesiæ non debeat 6 cum damno alterius relevari. Nam id non procedit in filiali, quæ ex justa causa erigitur in Parochialem intra limites matricis, ut patet ex supra dictis, quibus adde Federic. de Sen. *cons.* 224. *n.* 17. & in specie respondet Glos. *in cap.* 1. *v. tenues de reb. Eccl. non alien. in* 6. id locum habere, quando nova erectio fit ad libitum ac sine causa, non autem quando fit ex causa justa, honestque, & alia Ecclesia est abundans. Quod sequitur Lap. *d. alleg.* 66. *n.* 5. Imò, quod, ubi reditus unius Ecclesiæ sunt adeò tenues, ut nequeat illius Rector sustentari, & alter abundat, possit tunc Episcopus bona unius Ecclesiæ assignare alteri, tenent Glos. *in d. c.* 1. *v. tenues.* Franch. *num.* 5. Calder. *cons.* 10. *post med. de reb. Eccl. non alien.* & Cardinal. *cons.* 8. *num.* 2. Quandoquidem erectio Parochialis absque congrua, de jure non permittitur, de quo est in terminis decisio Rotæ 73. *q.* 2. *divers.*

Hæc autem facillus admittenda videntur in casu, 7 quo Episcopus in assignatione facta Ecclesiæ filiali expressè reservavit facultatem supplendi congruam ex bonis Ecclesiæ matricis, & bona Ecclesiæ filialis ex culpa Rectorum Ecclesiæ matricis ita remanserint confusa, ut non potuerint distingui, ac separari à bonis Ecclesiæ matricis. Unde magis causa urget supplendi congruam ex bonis Ecclesiæ matricis, inter quæ certum est contineri bona Ecclesiæ filialis, licet incerta sit quantitas ob culpam præcedentium Rectorum, nec talis incertitudo, ex illorum facto proveniens, nocere potest Rectori Ecclesiæ fillalis, ut diserte Hieron. de Monte *de finib. regund. c.* 43. *n.* 15. *&* 16. Ruin. *cons.* 50. *n.* 14. *&* 15. *l.* 1. Afflict. *dec.* 23. *n.* 6. Sim. de Præt. *de interpret. ult. vol. l.* 5. *interpret. dub.* 4. *n.* 335. *cum. seq.* ac Rot. *in Nucerina præbii* 29. Maii 1623. coram Navarro. Dissoluta enim unione, bona redeunt ad Ecclesiam; quæ erat unita, prout extabant ante unionem, Petr. de Peruf. *tract. de revoc. union. c.* 7. *post init.* ac Rebuf. *in prax. de union. n.* 42. *& seq.*

Cumque non versemur in congrua Vicarii, quæ ex 8 Constitutione B. Pii V. taxatur in scuta quinquaginta usque ad centum arbitrio Ordinarii, computatis incertis, sed in congrua Rectoris Ecclesiæ Parochialis liberæ, & collativæ, congrua taxatur à Concilio Trid. *in c.* 13. §. *ad hæc sess.* 24. *de ref.* in summam scutorum centum, liberam ab omni onere, ut per Ricc. *in collect. dec. p.* 4. *collect.* 745. *in fine*, S. Congregatio Concilii declarationibus impressis *ad d. c.* 13. ac Rota coram Bubalo, ubi quod insuper habere debet reditus pro fabrica, qui non computantur in congruam Rectoris. Et hæc congrua debet esse certa ex fructibus, non habita consideratione incertorum, quia illa non imputantur in congruam, sed acquiruntur ratione servitii, & laboris,

boris, ut per Rebuf. *de congr. nu.* 83. & 86. Rot. *decis.* 430. *n.* 2. *p.* 1. *rec.* Gonz. §. 6. *procem. n.* 184. & Add. ad Gregor. *dec.* 429. *n.* 8. rursus per Rot. *d. p. num.* 10. *p.* 19.

9 Secus autem dicendum est, si Ecclesia filialis non esset erecta ad præscriptum *d. cap. ad audientiam* 1. *de Eccl. ædif.* sed esset Parochialis ex se, haberetque suos limites distinctos. Hoc enim casu non potest cogi altera Ecclesia ad alteri contribuendum ex suis fructibus, cùm nullibi reperiatur jure cautum, quod Ecclesia pinguior teneatur Ecclesiæ tenuiori reditus subministrare, quando nihil commune inter se habeant, nulliusque inopia debeat cum alterius jactura relevari *can. denique* 14. *quæst.* 5. Ostien. *in c.* 2. *n.* 5. *de Eccl. ædif.*

10 Hinc alia extant remedia, quibus paupertas Ecclesiæ Parochialis sublevetur absque fructuum alterius Ecclesiæ divisione. Nam idem S. Concilium Trid. *c.* 13. §. *In Parochialibus sess.* 24. præcipit, ut Episcopus, si non possit providere inopiæ Parochialis per unionem beneficiorum juxta decretum *c.* 5. *sess.* 21. curet, ut primitiarum, vel decimarum assignatione, aut pro Parochianorum Symbola, & collectas redigatur quantum Rectoris necessitati sufficiat.

CONSULTATIO CLXVIII.

An renunciatio patrimonii donati, ad cujus titulum quis promotus fuit ad Ordines sacros, si fiat absque licentia Episcopi post obtentum beneficium Ecclesiasticum sufficiens, vel si habeat aliunde, unde vivat, sustineatur? Ubi explanatur decretum cap. 2. *sess.* 21. *S. Concilii Trid. de reform. cum nonnullis effatis, sive parergis.*

Et quodnam beneficium dicatur sufficiens, ut possit renunciari, sive alienari hujusmodi, patrimonium.

1 AD primum. Affirmativè videtur respondendum, atque ita docent Ceval. *com. quæst.* 527. *num.* 8. & *quæst.* 561. *n.* 30. Patis. *de resignat. lib.* 2. *quæst.* 6. *num.* 16. Garz. *de benef. p.* 2. *c.* 5. *n.* 186. Quod etiam intelligendum est de pensione.

2 Desumi potest ratio ex verbis Concilii *d. c.* 2. Præmissa enim prohibitione alienandi, extinguendi, &c. statim subdit: *Donec beneficium Ecclesiasticum sufficiens sine adepti.* Hæc autem limitant prohibitionem, ut non sit perpetua, & coarctant ad tempus præcedens assecutionem beneficii sufficientis, aut in quo habeat aliunde, unde vivat. Dictio enim, *Donec* est restrictiva temporis, ut tradunt Glos. *in Clem.* 1. *v. Donec de censib.* Cæphal. *cons.* 158. *n.* 39. Surd. *cons.* 186. *n.* 15. aliique.

3 Unde hæc dictio operatur, quod prohibitio Concilii non extendatur ultra tempus, in quo ordinatus ad titulum patrimonii erit sine sufficienti beneficio, aut non habeat aliunde, unde vivat juxta ea, quæ tradunt Bartol. *in l.* 1. *ff. de cond. & demonstr.* Socin. jun. *cons.* 76. *n.* 113. *l.* 1. Ripa *obser.* 372. *n.* 2. Paris. *cons.* 20. *n.* 7. *l.* 3. ac Rota *dec.* 16. *n.* 3. *p.* 2. *rec.* Quarè cùm sit prohibita alienatio sine licentia Episcopi, durante tempore, quod dividit dictio *Donec*, eo elapso cessabit prohibitio alienandi sine licentia Episcopi, tanquam ad illud tempus coarctata.

4 At negativè tenendum est. Nam licentia renunciandi, vel alienandi ita est tacitè concessa à lege, ut requiratur, quod habeat executionem, quæ sit auctorizata. Unde spectat ad Episcopum recognoscere, an juxta dispositionem Concilii patrimonium alienari possit ratione beneficii adepti, & relaxare licentiam pro executione alienationis. Et hoc est, quod voluit S. Congregatio ejusdem Concilii post maturam dubii discussionem, quod sit necessaria licentia, ut in Interamnensi 16. Aprilis 1622. & 24. Februarii 1652. Vicario generali Aquilano, petenti ab eadem S. Congregatione supra dictum dubium declarari, respondit pariter negativè.

5 Ex his infertur, quod si ordinatus ad titulum patrimonii, illud cum licentia Episcopi alienet, postquam adeptus est beneficium sufficiens, hoc beneficium non poterit resignari, nisi resignans habeat, unde commodè vivere possit, non solum propter Constitutionem 58. B. Pii V. sed etiam quia beneficium, dum alienatur patrimonium, surrogatur in locum illius pro sustentatione. Nam ideò Concilium loco citato concedit alienari patrimonium, quia beneficium succedit *ejus muneri*, nempè subministrationi sustentationis, quod importat surrogationem. In surrogato autem idem servari debet, quod servatur in eo, in cujus locum facta est surrogatio, *l. si cum* §. *qui injuriarum ff. si quis caut.* & notant Surd. *dec.* 35. *num.* 9. Gabr. *concl.* 2. *de reg. jur.* ac Rota coram Merlino *dec.* 445. *num.* 1.

Concilium autem *in d. c.* 2. & 21. ita decernit: *Cum non* 6 *deceat eos, qui divino ministerio adscripti sunt cum Ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem quæstum exercere, compertum sit, complures plerisque in locis ad sacros Ordines nullo ferè delectu admitti, qui variis artibus, ac fallaciis confingunt, se beneficium Ecclesiasticum, aut etiam idoneas facultates obtinere, statuit S. Synodus, ne quis deinceps Clericus secularis, quamvis alias sit idoneus moribus, scientia, & ætate, ad sacros Ordines promoveatur, nisi prius legitimè constet, eum beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honestè sufficiat, pacificè possidere. Id verò beneficium resignare non possit, nisi facta mentione, quod ad illius beneficii titulum sit promotus, neque ea resignatio admittatur, nisi constet, quod aliunde vivere commodè possit, & alter facta resignatio nulla sit. Patrimonium verò, vel pensionem obtinentes ordinari posthac non possint, nisi illi, quos Episcopus judicaverit assumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum, eo quoque prius perspecto patrimonium illud, vel pensionem verè ab eis obtineri, taliaque esse, quæ eis ad victum sustentandum satis sint, atque illa deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus possint, donec beneficium Ecclesiasticum sufficiens sint adepti, vel aliunde habeant, unde vivere possint, antiquorum Canonum pœnas super his innovando.*

Hoc caput requirit, quod Ordinandus ordine sacro, 7 non solum teneatur habere beneficium, vel patrimonium sufficiens, quoad jus proprietatis, sed etiam quoad jus possessionis. Et in hoc inducitur jus novum quoad requisitionem possessionis; nam antiqua jura ob ejus defectum non imponebant talem pœnam, & sic Concilium innovat pœnas, Navar. *cons.* 15. *de temp. ordinat. p.* 1.

Ubi autem hoc decretum statuit, ne quis ratione be- 8 neficii ad sacros Ordines promoveatur, nisi illud sibi ad victum honestè sufficiant, non est intelligendum de beneficio cujus reditus sufficiant ad vivendum decenter, sed de beneficio, cujus reditus sufficientes sint ad vivendum, Navar. *de orat. miscel.* 62. *in fine.*

An Clericus ordinatus cum literis dimissoriis ad ti- 9 tulum patrimonii, quod asseruit esse sufficiens, & in rei veritate non erat, sit benè ordinatus, vide Navar. *cons.* 18. *de temp. ordin.* Sed, stante Bulla Sixti V. res clara est, ex qua iste talis incurrit pœnas in ea contentas. Verùm Bulla hæc fuit reducta ad terminos juris à Clemente VIII.

Ordinetus ad titulum Parochialis ante ætatem obten- 10 tæ, non est suspensus, quamvis teneatur ad restituendum fructuum, nec minus efficitur inhabilis ad alia beneficia, Navar. *consil.* 44. *ejusd. tit. par.* 1.

Quando liceat alienare titulum, ad quem quis ordi- 11 natus fuerit, vide Navar. *in sum. c.* 22. *n.* 18. Et an promotus ad titulum beneficii possit illud resignare, reservata sibi pensione centum aureorum, vide eundem *cons.* 23. *de præb. par.* 1.

In verbis *Cum Ordinis dedecore.* Ergo sine dedecore 12 licet *Sordidum quæstum*, ut toto *tit. præsupè cap.* 1. *ne Cler. vel Monach.* Sordidos quæstus recusset Tullius *l.* 1. *offic.* improbanturque, ait, qui in odia hominum incurrunt,

runt, & portitorum, & fœneratorum; illiberales autem, & sordidi quæstus mercenariorum omnium quorum operæ, non quorum artes emuntur. Est enim in illis ipsa merces auctoramentum servituris. Sordidi etiam putandi, qui mercantur à mercatoribus, quod statim vendant; nihil enim proficiunt, nisi admodum mentiantur. Nec verò quidquam est turpius vanitate; opificesque omnes in sordida arte versantur; nec verò quidquam ingenuum potest habere officina, minimèque artes probandæ, quæ ministræ sunt voluptatum, cetarii, lanii, coqui, sartores, piscatores, ut ait Terentius. Adde his, si placet unguentarios, saltatores, totumque ludum talarium. Mercatura autem, si tenuis est, sordida putanda est. Omnium autem rerum ex quibus aliquid exquiritur, nihil est agricultura melius, nil uberius, nil dulcius, nil libero homine dignius. Hæc Tullius.

13 Meritò igitur in Concilio Carthaginensi 4. statuitur, ut Clericus victum, & vestitum sibi artificiolo, vel agricultura absque officii sui detrimento paret, *can. Clericus, & can. seq. dist.* 91.

14 *Idoneus moribus.* Nota ad Sacros Ordines hæc tria requiri, de quibus fusius *sess.* 23. *de moribus cap.* 5. *de scientia cap.* 7. *de ætate cap.* 12.

15 *Beneficium Ecclesiasticum.* Duplici ratione ad Sacros Ordines quis assumitur cum certo titulo. Titulus autem idem est, atque Ecclesia, sic dictus ex eo, quod in loco, ubi Ecclesia erat erigenda in titulum, Crux ponebatur, tametsi Romæ tituli dicantur insigniores Ecclesiæ, quibus præficiuntur presbyteri Cardinales. Prima ratio est, ne Clericus in incertis sedibus vagetur, sed in suo officio suis fungatur muneribus, ut eadem *sess.* 23. *c.* 16. & *can. nemicm, & can. Sanctorum dist.* 70. Altera vero, ne cogatur mendicare, eaque de re hoc loco pertractatur. Nam quod de jure veteri sancitum erat, ne liceret ulli Episcopo ordinare Clericos, & eis nullas eleemosynas præstare, sed ex duobus alterum eligere, nempe vel ut Clericos non faciat, vel si fecerit det illis, unde vivere possint, *c. non liceat de præb.* Unde Episcopus ordinarius aliquem ad Sacros Ordines sine titulo, non habentem de suo, unde vivat, tenetur ei de suo, donec aliquem titulum fuerit consequutus *c. Episc. eod. tit. in* 6. & successor etiam in Episcopatu obligatur *c. cum secundum. eod.* Quod hodie tollitur, ut tutiùs Clericis ordinatis consulatur, ut non possit ordinari Clericus ad Sacros Ordines, nisi cum sufficienti titulo, qui non possit resignari, ut in textu. Nec satis est titulus patrimonii, vel pensionis, nisi prout disponitur in adducto decreto.

16 *Honestè sufficiat.* Unde non posse Episcopum pauperes Clericos in Seminario constitutos, alias idoneos, ad titulum Seminarii ad sacros Ordines promovere, sententia fuit S. Congregationis, quæ cùm ad Gregorium XIII. fuerit relata, voluit, ipsos Clericos Seminarii posse promoveri ad aliquem Ordinem Sacrum pro servitio beneficii uniti Seminario, assignato sic promotis certo annuo redditu, qui honestè illis ad victum sufficiæ, quæ tamen assignatio esset postquam aliunde se æque sustentare poterint. Subditum etiam poterit Episcopus ad ordines Subdiaconatus promovere ad titulum, & portionem Ecclesiarum matricum, licet non participent de fructibus illarum, nisi postquam ad presbyteratum pervenerint. Diaconos verò, & Sacerdotes Ordinatos ante Concilium, non servata forma hic tradita, censuit S. Congregatio, hoc decretum non comprehendere, qui ante Concilium promoti fuerunt ad Subdiaconatum, & presbyteratum, etiam absque beneficio, dum saltem ad titulum patrimonii verum. Obtinens Parochialem Ecclesiam insufficientem ad victum, tenetur ne promoveri ad Sacerdot um intra annum juxta *c. licet Canon.* cùm Concilium videatur declarasse *d. c. licet Canon.* intelligi de beneficio Ecclesiastico sufficienti ad victum; imo prohibeat, aliter promoveri posse ad Sacros Ordines? S. Congregatio censuit, non teneri, sed utique expedire, ut Sanctissimus declaret, cùm debere beneficium dimittere. Quod Sanctitas sua, nempè Gregorius XIII. probavit.

Obtinentem verò beneficium litigiosum, curam 17 animarum habens, teneri Sacros Ordines suscipere, dixit eadem S. Congregatio, si modò habeat curæ exercitium. Et cùm ante promulgationem S. Concilii Trid. Episcopus posset promovere Clericos suos ad diversos titulos, nempè ad titulum patrimonii, *can. Sanctorum dist.* 70. ad titulum paternæ hæreditatis, *cap. Episcopus de præb. in fine*, sive ad titulum proprii patrimonii, *c. tuis de præb.* ad titulum alieni beneficii, *c. postulasti de jurepatr. c. per tuas* 3. *de simon.* ad titulum stipendii, sibi ab Episcopo assignandi super fructibus suæ Ecclesiæ Episcopalis ad textum *in cap. Episcopus de præb.* ad titulum pensionis, aut stipendii sibi à laico assignandi, Rota *in antiq. decis.* 11. *de præb. & dec.* 39. *de rescript. in antiq.* cum aliis.

Quæritur, an urgente necessitate, vel commoditate 18 Ecclesiarum suarum, possit Episcopus ad omnes supradictos titulos Clericos promovere? Et cùm posse ad titulum patrimonii; & pensionis, constet ex verbis expressis Concilii, verba textus tantummodo extendit S. Congregatio ad titulum stipendii sufficientis assignandi à laico, qui tale stipendium solvendum, & ad bona pro solutione obligata non sine licentia Episcopi alienanda in forma obliget se, suosque successores, donec ordinatus beneficium sufficiens, aut pensionem adeptus fuerit. Unde etiam quis ad titulum bonorum, quæ ei donantur sub eisdem conditionibus poterit ordinari.

Hinc cùm in Concilio Provinciali Ulyssiponensi de- 19 cretum fuisset promoveri posse ad titulum literaturæ, jussit Gregorius XIII. dicendo se daturum Breve Cardinali Portugalliæ, ut ibi Doctores in jure Canonico, vel Theologia ab ipso Cardinali, prævio examine, in hujusmodi titulum literaturæ Sacros Ordines possint suscipere, qua in re suam gravavit conscientiam. Et animadvertendum, quod si quis obtineat aliquod beneficium sufficiens, licet supplere possit, quod deest ad congruam sustentationem eleemosynis, quæ ex celebratione Missarum, & exercitio sacrorum ordinum ei obvenirent, vel honesto labore, ut puta quia sit musicus vel grammaticus, non potest promoveri ad Sacros Ordines, quia emolumenta sunt incerta, & sic de aliis dicendum est.

Nullatenus. Verbum istud inducit actum nullitatis 20 juxta *Clem.* 1. *v. nullatenus de sequestr. possess.* & Navar. *cons.* 17. *de temp. ordinat. num.* 4. *p.* 1.

Antiquorum Canonum. Verba ista referuntur ad pœ- 21 nas contentas *in cap. cum secundum de præb. & dignit.* & non *ad can. Sanctorum, & can. neminem dist.* 70.

Parergæ. *In Avenionensi.* Ordinarius, qui resignatio- 22 nem illius admisit de beneficio, ad quod quis erat ordinatus, stante etiam Bulla B. Pii V. de proprio resignanti providere tenebitur, & beneficium vacabit Sedi Apostolicæ.

In Acernensi. Clerici diœcesis Acernensis possunt ad 23 titulum portionum Ecclesiarum matricum ordinari, tametsi hujusmodi portionarii nihil participent, nisi post susceptum presbyteratum.

In Polonia. Ob penuriam Sacerdotum, quandoque 24 concessum est, ordinari sine beneficio, aut patrimonio, dummodo quis spondeat se necessaria ordinando subministraturum.

In Portugallensi, & Feretrana. Quantitas patrimonii, 25 ad quam quis possit promoveri, non taxatur, sed remittitur ad terminos Concilii.

Ad titulum donationis alicui factæ potest quis pro 26 moveri, si ita Episcopus judicaverit, eum esse assumendum pro necessitate, aut utilitate Ecclesiarum suarum. Etsi donatio est realiter vera, & non ficta quæ deinceps alienari non poterit absque licentia Episcopi, & donec ordinatus beneficium Ecclesiasticum sufficiens adeptus fuerit, vel aliunde habeat, unde vivere possit.

In Reatina. Ordinatus contra formam hujus decreti 27

fine

sine beneficio, aut patrimonio, non est suspensus, nec aliquam pœnam incurrit, sed cogendus est Ordinans ei providere juxta *cap. cum secundum de præb.* qui canon solus fuit innovatus per Concilium.

28 *In Hostunensi* Congregatio Episcoporum. Al Vescovo. *Li Vescovi debbono ordinare per loro stessi, & essendo impediti, debbono esaminar prima, e approvare per gli Ordini quei, à quali concedono le dimissorie da potergli prendere altrove. Die 3. Septembris* 1577.

29 *Venetiarum* Patriarchæ, eadem Congregatio, *che non poteva ordinare i giovani del suo Seminario forastieri senza licenza de' lore Ordinarii, 1. Novembris* 1583.

30 Cùm dubitaretur die 12. Maii 1588. in Congregatione Concilii *ver. Id vero beneficium*, ac pro forma traditum esset. ut resignans teneatur facere mentionem, se ad titulum illius fuisse promotum adeò, quod per æquipollens adimplere non posset, fuit resolutum pro forma tradita esse à Concilio, stante clausula annullativa quæ negativè loquitur, Jas. *in l. si quid nominatim de l. & posth.* Felin. *in c. cum delectus de rescript.* Quo stante æquipollens non potest adimplere. Ordinatus ante ætatem in minoribus, censuras non incurrit, Navar. *cons.* 11. *de temp. Ordinat. par.* 1. sed hodie in Bullam Sixti V.

31 *In Casenatensi* al Vescovo. *Potrà V. S. liberamente commettere al suo Vicario, assendo ella assente, ò impedita, che assista a egli esami de gli Ordinandi da farsi per gli Esaminatori conforme al cap. 7. sess. 23. Sicome anche potrà concedere le dimissorie per gli ordini alle persone, che saranno assenti, e per qualche giusto rispetto non potranno venire ad ordinarsi da lei, purche le consti delle buone qualità della persona, e de gli altri requisiti necessarii. E quanto alla letteratura se ne rimetta all' esame, che dovrà fare il Vescovo ordinante, incaricando la conscienza di esso. Die* 15. *Maii* 1590. At de his hactenus. Satis enim multa diximus *tom. 3. consult. ult.* illin cassumens, quæ ad hunc locum pertinebunt.

32 Ad secundum. Doctores, agentes de sufficientibus alimentis volunt, quod standum sit arbitrio Judicis, considerata qualitate, & conditione personæ juxta *l. sicut ff. de ann. leg. & l. Mela, & l pen. ff. de alim. & cib. leg. & l. habitanso ff de ventr. in poss. mit. & l. sed si quid inædificaverit §. sufficienter ff. de usur.* Ita Felin. *in cap. postulasti num.* 26. *de rescript.* Mascard. *de prob. concl.* 650. *nnm.* 9. *vol,* 2. Covar. *pract. quæst. cap.* 6. *n.* 7. Tiraquel. *de nobil. cap.* 20. *num.* 143. Corduba, alios citans in *l. siquis à liberis §. sed si filius num.* 43. *ff. de lib. agnosc.* ac Rota *decis.* 65. *par.* 1. coram Verallo, eademque Rota assignare solebat cuicumque Clerico, quantumvis infimo, aureos de Camera vigintiquatuor, ut refert Cassador. *decis.* 6. *num.* 5. *de appel.*

33 Ac hoc valdè generale dictum videtur. Itaque præmittendum est, quod dum S. Concilium requirit beneficium sufficiens, cùm intelligatur de sufficienti victu, ut declarant subsequentia verba, *aut aliunde habeant, unde vivere possint*, ac etiam proœmium dispositionis, oportet, quod sit sufficiens, non solum pro cibariis, ac vestitu, sed etiam pro aliis rebus necessariis ad sustentationem vitæ. Nam appellatione victus veniunt alimenta, eoque legato, censentur legata alimenta, *l. fin. ff. de alim. & cib. leg. & l. verbo victus cum l. seq. ff. de verb. signif.* & tradunt Bartol. *in l. penul. §. 1. num.* 3. *ff. sol. matr.* Castren. *cons.* 436. *num.* 2. *vol.* 2. Roman. *cons.* 440. *numero* 4. Surd. *de alim tit.* 4. *quæst.* 2. *num.* 12. Unde secundum exigentiam alimentorum, beneficium erit judicandum sufficiens, aut insufficiens. Quare habenda est ratio diversitatis locorum, & considerandum, quid in unoquoque necessarium sit pro comparandis, alimentis, & juxta illius qualitatem erit determinandum sufficiens, aut sufficiens beneficium. Utque possit aliqua regula statui, tanquam universalis, tunc beneficium erit sufficiens, quando fructus ipsius, detractis oneribus æquivalent patrimonio, quod in illo loco habetur pro sufficienti, ut Clericus ad illius titulum ordinetur.

34 Est tamen advertendum, quod id accipi debet de fructibus puri beneficii, non autem de adventitiis, quæ ratione beneficii possunt obvenire. Sicut neque etiam de eleemosynis, quæ percipiuntur pro celebratione Missarum. Nam hujusmodi eleemosynæ non habentur in consideratione, quando agitur de fructibus beneficii, aut de eo, unde victus suppeditatur Clerico, ne quando agitur de necessariis pro sustentatione ipsius, ut consideravit Rota coram Comitolo *decis.* 70. *num.* 14. Quia, cùm hæc, sicut & alia adventitia, sint valdè incerta, non possunt computari pro iis, quæ debent assignari Clerico pro sustentatione.

CONSVLTATIO CLXIX.

SVmmus Pontifex Ecclesiam parochialem erexit in Collegiatam, ibique instituit Archipresbyteratum, primam Dignitatem, cum duplici voce in rebus Capitularibus, & quod aliorum caput existeret, curamque inibi existentem per seipsum exercere deberet cum congrua scutorum centum, præter incerta, omnibus proventibus, ac reditibus juribus, obventionibus, & emolumentis, &c. Ex qua facti serie, nunc quæritur.

1 *An cura habitualis, & actualis cum titulo parochiali resideat apud Capitulum, an potius apud solum Archipresbyterum?*

2 *An vigore Bullæ erectionis debeatur Capitulo, an potius Archipresbytero quarta omnium funeralium?*

3 *An congrua scutorum centum constituta Archipresbytero debeat esse de Iuliis decem pro quolibet scuto?*

4 *An vigore dictæ Bullæ Archipresbyter debeat participare de quatuordianis distributionibus ultra congruam scutorum centum?*

AD primum respondendum videtur, utramque 1
curam ac titulum residere apud Archipresbyterum, cùm ei soli cura animarum, ejusque exercitium injungatur. Nec mirum, quia cura, quæ prius Ecclesiæ hujusmodi incumbebat, fuit in suo primævo statu relicta, & Ecclesia, quæ prius parochialis tantummodo erat, facta fuit etiam Collegiata sine ulla innovatione quoad curam ita, ut propterea & parochialis, & Collegiata simul dici debeat, Lotter. *lib.* 1. *de re benef. quæst.* 20. *num.* 2. ac Pegna *decis.* 1163. *num.* 13.

Unde frustra Canonici prætendunt, quod cura habitualis sit apud eorum Capitulum, actualis vero apud 2
Archipresbyterum, dum hæc distinctio nullo rationabili fundamento innititur, nec Capitulum in provisione Archipresbyteratus ullam habet nominationem, prout in Curatis unitis competit ei, cui facta fuit unio, sed liberè confertur. Status autem collativus repugnat unioni, Lotter. *d. lib.* 1. *quæst.* 28. *num.* 104.

Non obstat, quod eo ipso, quod cura exerceatur 3
per dignitatem de Collegio, cura dicatur residere apud Dignitatem actu, & apud Collegium habitu. Nam tota ratio stat in intitulatione, ac respectivè in commissione ad placitum, sive amovibilitate. Dum enim quis intitulatur, prout intitulatus dicitur, quando cura perpetuò ei demandatur, sicuti demandata fuit huic Archipresbytero, tunc ipse dicitur Rector, ac verus parochus, licet secus quando ad alterius amicabilem commissionem illam exercet, ut ex Innocentio, & Cstiensi declarat Lotter. *d. quæst.* 20. *num.* 122. 124. *&* 138. juxta quam declarationem est intelligendum, quod idem Lotterius prudenter dixerat de cura habitualis penes Collegium eodem *lib.* 1. *quæst.* 14. *num.* 101. *& seqq.* quemadmodum ipse diserte profitetur *ibidem num.* 103. his verbis: *Secundum tamen dec larationem, quam alibi posuimus.* Et in terminis commissionis, quam de persona sibi beneplacita facit Capitulum ad exercitium curæ, loquuntur Doctores, qui contrarii videntur, nimirium Gabriel. *cons.* 199. *num.* 8. *ac* 12. ubi de duobus Vicariis à Capitulo S. Mariæ Transtyberinæ deputatis *lib.* 2. & Rota *dec.* 316. ubi de Vicario, deputari solito, à Capitulo S. Mariæ in Vialata, penes quem cura residebat ante erectionem Vicarij, ut ibi *numer.* 1. *p.* 4. *t.* 2. *rec.* & per Caval. *dec.* 595. ubi pariter de deputatione Vicarij ad nutum Capituli.

Nec

4 Nec refragatur, quod reliquos reditus parochiales percipiat Capitulum, deducta congrua assignata pro cura Archipresbytero. Quia, licet, dum fuit unita Ecclesia curata & nescitur, qualem curam habeat is, qui ad illam fuit præfectus, hoc sit unum ex signis denotantibus, curam esse apud eum, qui emolumenta curæ percipit, ut per Lotter. *cit. quæst. vigesimo, numero* 126. Attamen hoc signum non relevat, dum aliunde apparet veritas, cum possit esse, ut cura sit verè apud unum ex particulari concessione Sedis Apostolicæ, ut in hoc casu, & declarat Lotter. *ibidem numero* 135. præsertim quod in præsenti casu non concurrit unio Ecclesiæ, sed ejus reditum tantummodo, qui longe distant à cura, & ab Ecclesia.

5 Prærerea in hac re distinguendum est. Aut enim Collegium non habet aliquem Rectorem, sive Caput, & tunc cura dicitur esse apud Capitulum. Aut habet Rectorem, sive caput, prout verè hic talis est Archipresbyter; & tunc certè omnis cura dicitur, residere apud dictum caput ita, ut, nec alio quidem mortuo, Capitulum in ea succedat, ut scitè Zabarel. *cons* 30. *num.* 1. quem sequitur Lotter. *d. quæst.* 14. *numero* 104. Multò magis in præsenti casu, in quo, nedum Archipresbyter est caput, sed amplius ei soli cura demandatur, ipseque solus illam exercet absque ulla commissione, vel auctoritate Capituli.

6 Postremò quia in ipsa unione redituum, facta mense Capitulari, cura demandata fuit Archipresbytero cum assignatione certæ congruæ sine ulla nominatione Capituli. Ex hoc enim apparet, curam esse pleno jure apud Archipresbyterum, non autem apud Capitulum, ut in specie de unione Ecclesiæ, olim curatæ, cum suis reditibus factæ Collegio, ait Rota *in Lauden.* jurisdictionis 17. Januarii 1620. §. *nonobstat* coram Innocentio X. in hæc verba.

7 Non obstat, quod dicta unio fuerit facta de Ecclesia cum omnibus suis bonis, juribus, jurisdictionibus, & illius annexis eidem Collegio Germanico, quod etiam habuit privilegium exemptionis ab eodem Gregorio, sub anno 1584. cum expressa declaratione, quod spiritualis jurisdictio, & animarum cura, quam habent Ecclesiæ, Collegio unitæ, tota ad Collegii ipsius protectores pertineat. Quia, quicquid sit de interpretatione dictorum verborum, an scilicet de spirituali tantum, vel etiam de alia jurisdictione sint intelligenda, placuit responsio, quod jam antea de anno 1554. in ista Ecclesia S. Petri auctoritate Apostolica, & de consensu Commendatarii fuit erecta Vicaria perpetua pro uno presbytero sæculari cum assignatione certi annui reditus pro dote, & omnis cura, quæ Ecclesiæ imminebat, ab ipsa Ecclesia, & ab illius Commendatario penitus, & omninò perpetuò abdicata fuit, ac dicto presbytero, seu Vicario applicata, ut in literis in Summario datis. Quo stante, cùm omnis cura tunc vigore dictarum literarum spectaret ad eum, cui facta est applicatio, & uti ad Vicarium perpetuum, Gloss. *in Clem.* 1. *v. ad mensam*, & ibi Imol. *numero decimosexto.* Vital. *numero* 83. *& seq. de excess. Prælat.* non potest dici, quod fuerit in supradicta unione Ecclesiæ comprehensa, & ejus vigore in Collegium translata. Hæc S. Rotæ verba.

8 Qui sanè casus longè fortior videtur, cùm in eo fuerit unita Ecclesia, in hoc autem uniti fuerunt reditus tantùm, & Ecclesia prius parochialis, erecta quoque fuit in Collegiatam ita, ut nihil de primæva qualitate amiserit, sed aliam qualitatem cumulaverit, & sic hodie parochialis, & Collegiata simul dici debeat, Lotter. *d. q.* 20. *nu.* 2. ac Pegna *d. dec.* 1163. *n.* 13.

9 His tamen minimè obstantibus, tenendum est, hujusmodi curam, saltem habitualem, illiusque titulum residere apud Capitulum, actualem verò apud Archipresbyterum. Probatur primò ex ipsa erectione parochialis Ecclesiæ in Collegiatam, in qua fuerunt instituti unus Archipresbyter, principalis dignitas, qui curam animarum per seipsum exercere deberet, duodecim Canonici, qui una cum ipso Archipresbytero Capitulum ejusdem Ecclesiæ Collegiatæ constituerent. Unde sequitur curam animarum, quæ residebat penes Ecclesiam parochialem, esse in proprietate, ac titulo apud eandem Ecclesiam erectam in Collegiatam, illiusque Capitulum, quod constituitur ex Archipresbytero, & Canonicis, Roman. *cons.* 325. *num.* 2. & Gabriel. *cons.* 199. *num.* 7. *lib.* 2.

Deinde, quia in Bulla erectionis Collegiatæ disponi- 10
tur, quod cura deberet exerceri per Archipresbyterum. Quod demonstrat proprietatem curæ residere apud Capitulum, illiusque exercitium, & curam actualem penes Archipresbyterum, Lotter. *d. l. 1. q.* 14. *num.* 101. *ac seq.* Rota *dec.* 316. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.* & Archipresbyterum exercere curam, uti ministrum Capituli, & Collegii, Gabriel. *loc. cit. num.* 10.

Ad hæc, quia in Bulla erectionis assignatur Archi- 11
presbytero ex fructibus, & bonis Ecclesiæ, in Collegiatam erigendæ, annua scuta centum, reliqua verò omnia, & singula ejusdem Ecclesiæ fructus, reditus, proventus, jura, obventione, & emolumento, census, possessiones, proprietates, ac bona quæcumque, & qualiacumque mensæ Capitulari pro Canonicatuum, & præbendarum dote applicavit, univit, & incorporavit. Ex hac autem dispositione etiam infertur, curam habitualem residere penes Capitulum, Barbos. *ad Concil. Trid. sess.* 24. *de reform. c.* 4. *num.* 22. Cavaler. *dec.* 595. *num.* 2. *& 3. & dec.* 599. *num.* 2. Rota *dec.* 202. *num.* 10. *par.* 1. *rec. & dec.* 204. *nu.* 2. *par.* 2. & fuit declaratum à S. Congregatione Concilii in Conimbricensi 14. Novembris 1646.

Postremo, quia cùm assignata fuerit Archipresbytero 12
dicta portio, & cæteri omnes fructus, præsertim decimæ, primitiæ, oblationes percipiantur à Capitulo, signum est indubitatum, quod penes Capitulum residet cura habitualis, illiusque proprietas, & titulus, Abb. *in c. pastoralis num.* 2. *de his, quæ fiunt à Prælat.* Lotter. *dict. l. 1. quæst.* 20 *num.* 126.

Non obstat, quod in Bulla erectionis non legatur, Ca- 13
nonicis fuisse unitam & assignatam curam animarum Quia satis apparet curam animarum Ecclesiæ parochialis, electæ in Collegiatam, fuisse translatam in ipsam Collegiatam, exercendam ab Archipresbytero. Unde cum Ecclesia Collegiata constituatur ab ipso Collegio, & Capitulo, sitque cum ipso individua, & inseparabilis, sequitur manifestè, curam animarum respectu proprietatis residere apud solum Collegium, & Capitulum, quod constituit, ipsam Ecclesiam Collegiatam, & exercitium dumtaxat remanere apud Archipresbyterum.

Ac ita, ut, ne quidem relevaret, si in provisionibus 14
obtentis à Sede Apostolica hujusmodi Archipresbyteratus legatur Archipresbyteratui imminere curam animarum. Quia est narrativa provisionum; quæ non debet præjudicare Capitulo, & in omnem eventum esset intelligendum de cura actuali, remanente habituali apud Capitulum, ut per Duran. *dec.* 214. *num.* 5. *& seq.* ac Rota *dec.* 376. *num.* 9 *par.* 4. *tom.* 2. *ac dec.* 445. *num.* 9. *&* 10. *part.* 5. *in Romana* jurium parochialium 4. Decembris 1651. coram Celso.

Minus obstat, quod actus Collativus repugnat unioni. 15
Quia id procedit, quando perciperet bona parochialia, Gregor. *dec.* 77. *n.* 3. Rota *dec.* 710. *num.* 3. *par.* 2. *rec. & par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 316. *n.* 5. Seraph. *dec.* 1304. *n.* 1.

Atque ita declaravit S. Congregatio Concilii in *Fir-* 16
mana 4. Julii 1654. nempè curam habitualem residere penes Capitulum, actualem penes Archipresbyterum.

Ad secundum. Deberi videtur Archipresbytero, cum 17
quarta hujusmodi debeatur parocho curam exercenti, qualis ex jam dictis est Archipresbyter, non autem Capitulum, *Clem. dudum, §. Verum de sepult.* & quidem in recompensationem laborum, ut per Gloss. *in c. Cum quis v. nota*, ibi *sed solvitur in recompensationem laborum, quos sustinuit Rector Ecclesiæ parochialis in celebrando divina, & administrando Sacramenta ipsi defuncto, de sepult. in* 6. Gabriel. *dict. cons.* 199. *numer.* 13. Barbos. *de parocho parte* 3. *c.* 25. *numero* 1. Unde cùm Canonici tales labores non sustineant, non possunt hanc quartam percipere. Præsertim

quod Archipresbytero, ultra congruam scutorum centum, fuerunt assignata etiam incerta, quorum appellatione venit quarta funeralis, Rota *dec.402.n.8.part.5. recent.* Et in congruam de jure non computantur incerta, Lotter.*ea q.20.n.137.* Gratian.*discept.399.16.* Proventus autem, ac reditus applicati mensæ Capitulari benè comprobantur in cæteris, non dependentibus à cura, cùm verba sint intelligenda juxta subjectam materiam, Barbos. *axiom. 222. n.9.*

18 At verò, hujusmodi quartam deberi Capitulo, tenendum est. Constat ex dicta Bulla erectionis Colleg. iæ, in qua ex fructibus Ecclesiæ parochialis in Collegiatam erectæ, fructus, reditus, proventus &c. univit mensæ Capitulari. Ex quo sequitur, quartam funeralem deberi Capitulo, & Canonicis, non solum, quia Archipresbyter debet esse contentus congrua scutorum centum, sibi assignata, Gabriel.*d.conf.199.num.13.& seqq.* ac Rota *decis.192.numer.11. parte 7. recent.* Gregor.*decis.174.n.3.* Sed etiam quia disponendo Summus Pontifex, quod, detractis dictis scutis centum, reliqui fructus, reditus, proventus, &c. uniantur mensæ Capitulari pro dote Canonicatuum, sequitur, quartam funeralem, quæ proventuum appellatione comprehenditur, spectare ad Capitulum, & Canonicos, Gonzal.*ad reg.8. Cancell.§.7. proœm.n.198.*

19 Utque autem quarta funeralium debeatur Capitulo, & non Archipresbytero, exercenti curam animarum, solum sufficit, quod apud Capitulum resideat cura habitualis. Quia, licet solum Archipresbyter administret curam, tamen Canonici reliqua munia Ecclesiastica exercent, canendo horas Canonicas, missas, alique divina officia, in quorum compensationem emolumenta curæ, præcipuè quarta funeralium illis debetur, ut per Gab. *d.conf. 199. num.7.ac seqq.* quem sequitur Rota *in d. Romana* coram Celso.

20 Nec obstat, quod in eadem Bulla erectionis Archipresbytero, ultra scuta centum, assignantur etiam incerta. Nam appellatione incertorum veniunt tantum illa, ad quæ parochiani non possunt compelli, non autem quarta funeralis, quæ de jure debetur & reducitur ad certitudinem, Gabriel.*loc.cit.num.12.* Nec Rota *dec.402. num.8.parte 5. rec.* loquitur de incertis, neque applicatur huic casui. Nam in casu decisionis non residebat penes Capitulum cura habitualis, aderatque specialis concordia super hac re inter Capitulum, & Archipresbyterum, secus autem in hoc casu, Rota *dec.192.n.11.par.7.rec.* & Gregor.*dec.174.n.3.*

21 Ad tertium. Congruam hanc esse debere de scutis argenteis illarum partium, respondendum videtur, etiamsi essent reducta, quæ reductio est attendenda, si in tali statu reperiebatur tempore gratiæ, ac dispositionis legis, Gratian. *discept.51.num.8. & 9.* præsertim si reductio facta fuerit ob mutationem intrinsecam, ac meliorem bonitatem, & qualitatem novæ monetæ perfectioris materiæ, ut per Burg. Cavalcan. *dec.16. num.42.* ac Rota *dec. 149.num.8.& 11.parte 2.recent.* Quia congrua debet esse de scutis argenteis, ut decisum esse, notatur apud Barbos. *in Collect.ad Concil.sess.24.c.13.nu.16.* Et præterea, dum assignatio congruæ facta fuit in literis Apostolicis, datis in Romana Curia, attendi debet valor monetæ loci, ubi facta est gratia, non autem ubi collata est, Rota *in Corduben. pensionis* apud Marchel.*parte 1.fol.632.colum.1.post principium.*

22 Verùm id non videtur subsistere in jure, nec Rota *in d. Corduben.* id ait. Unde contrarium, quod congrua constituta Parocho, etiam in literis Apostolicis, intelligatur juxta morem uniuscujusque regionis, ubi situm est beneficium, firmat Garz. *de benef. in addit. ad parte 1.c.5.nu.* 313. & Barbos.*loc.cit.* At S. Congreg. Concilii *in d.Firmana* censuit, solvendam esse de Juliis decem pro quolibet scuto.

23 Ad quartum. Negativè respondendum videtur. Nam Pontifex solum assignat Archipresbytero pro ejus congrua scuta centum, ultra quam non debet participare de distributionibus quotidianis, quæ tantùm dividi debent inter Canonicos interessentes. Ingrua enim censendum est, Summum Pontificem comprehendere voluisse distributiones, ut animadvertit Gonzal.*ad d.reg.8. §.7.proœm.num.135.* & Barbos. *de offic.& potest. paroch.c.2. num.54.*

Attamen affirmativè respondendum est. Quia distri-24 butiones dantur pro horis Canonicis, ac servitio Ecclesiæ, scuta verò centum assignantur pro congrua curæ. Cùmque Archipresbyter debeat una cum Canonicis horis divinis interesse, & Ecclesiæ inservire, sequitur, ut sicut ipse duplex onus sustinet, ita duplicis oneris emolumentum habere debeat, Rota *in Majoricen.* celebrationis missarum 4. Julii 1653. coram Bichio §. *Et sicuti*; quam integram his subjicio.

Capitulum & Canonici Cathedralis Ecclesiæ Majori-25 censis, quos teneri ad canendum Evangelium per seipsos in functionibus, nuncupatis de Alois, sententia Rotalis declaravit, petierunt simul declarationem tam quoad cantum Evangelii, quàm quoad celebrationem Missæ solemnis fieri contra obtinentes in eadem Ecclesia Dignitates, & Canonicatum. Et disputato desuper particulari dubio, affirmativè fuit hodie responsum.

Officia enim, seu beneficia separatæ rei non fraudan-26 tur, ex quo in una persona repræsentantur, sed utrique jura considerantur per se, retinetque pristinam naturam ac si duæ essent personæ, Felin. *in c. cum olim numer. 1.& 2. de sentent.& re jud.* Becc. *conf.203.numer.19.& 20.* Surd. *conf.183.num.42.& decis.153.num.16.* Rota *in Cæsaraugustana* emolumentorum 27. Junii 1644. §. *neque incongruit* coram me.

Et sicuti ob hanc rationem obtinens Dignitatem & 27 Canonicatum in eadem Ecclesia, habentes sejunctim singulas voces; Abb. *in c. cum olim numer.2.& 6. de judic.* Covar. testans de communi opinione *variar. resolut. lib. 3. c.13. numer.6.* & de magis communi Rota *in Senensi* Archipresbyteratus 23. Junii 1606. coram Cardinali Lancelloto juniore, & *in Oriolensi* Canonicatus 11. Januarii 1619. *§.fin.ac seq. &* 11. Martii ejusdem anni §.1. coram Remboldo, ubi, quod hæc est receptissima, & verissima Doctorum sententia, duplicemque pariter lucratur distributionem, nisi contraria consuetudo adsit, Joan. Andr. *in d. c. cum olim num.8.* Felin. *ibidem num.1.* Abb. *num.6.* Rota *in d. Oriolen.* Canonicatus 11. Junii 1619. coram Remboldo.

Ita præstare debet servitia inhærentia, sive Dignitati, 28 sive Canonicatui, ubi simul non ita concurrunt, ut eodem tempore ab una persona præstari nequeant, Garz. *de benef.par.3. c.2.num.502.& 503.* ubi in id recitat per extensum declarationem S. Congregationis Concilii Trid. Interpretum, & *n.505.* refert, à Rota ita decisum in *Burgen.* servitii 28. Februarii 1594. coram Litta, Gratian. *discept. 894.nu.23.& seqq.* Barbos. *de Canonic. & Dignit.c.31.nu.7. &* 8. ubi pariter adducit duas declarationes S. Congregationis, quibus adduntur aliæ duæ, nempè *in Gerunden.* sub die 16. Maii 1601. ubi in specie dicitur, quod incurrit pœnas *in Clem. ii, qui de etat. & qual.* & Concilii Trid. *sess.24.c.4.* comminatas, quoties Missas, sive Evangelia, aut Epistolas canere, aliave incumbentia munia, justo impedimento cessante, recusaverit, & in Placentina 21. Augusti 1649.

Atque ita etiam declaravit eadem S. Congregatio 29 Concilii *in d.Firmana*, hoc est, Archipresbyterum debere participare de quotidianis distributionibus, ultra portionem scutorum centum.

CONSULTATIO CLXX.

Pomponius, alias in Religione N. professus, obtinuit à S. Pœnitentiaria Breve transeundi ad Hospitalarios S. Antonii Viennensis. Postea ab eadem S. Pœnitentia illud Breve amplificatu est per clausulam adjunctam; Ordinem sine illa exceptione, quæ apponi solet in hujusmodi Brevibus. Ille

autem ad fratres hospitalarios S. Joannis Hierosolymitani transivit, & apud eos solitam professionem emisit.

1 DUbitatur modò, nec quidem immeritò, *an hujusmodi professio sit valida inter Hierosolymitanos?* Ratio dubitandi est, quia per praxim. S. Pœnitentiariæ, cui suffragatur auctoritas doctorum, & declaratio Cardinalium, per hanc clausulam *ad quemcumque*, etiam sine exceptione positiva Melitensium, virtualiter excludi censentur.

2 At ergo existimo, hunc Pomponium, neque iviisse contra praxim prædictam, nec contra sententiam Doctorum, neque contra declarationem Cardinalium, cum per suam professionem versetur in casu omninò diverso ab eo, quem tractant. Agunt scilicet de eo, qui obtento Brevi ad quemcumque, primo saltu ad Melitenses divertit, non autem de eo, qui post concessos Hospitalarios postea virtute alterius Brevis, dati ad quemcumque, transit ad alios hospitalarios, & quidem quoad formam primis omninò similes scilicet ad fratres Capellanos Melitenses, qui sunt verè Claustrales, & nullo modo militares, ut conceditur.

3 Quod autem transitus ille sit omninò validus ostenditur primum ex secundo Brevi, quod est amplificatorium primi. Nam cùm per primum certi hospitalarii concedantur, necesse est per secundum Breve datum ad quemcumque, alios hospitalarios venire, alicquin secundum excluderet speciem primi. Quod est omninò implicans, neque secundum esset amplificatorium primæ speciei; quod nemo unquam dixerit.

4 Confirmatur id à simili. Si quis obtinuisset Breve ad certos Mendicantes, & postea datum esset ad quemcumque, ille posset eligere inter omnes Ordines Mendicantium, etiamsi antea fuissent illi excluſi aliqui Mendicantes. Quia secundum Breve est amplificatorium primi. Amplificat enim species. Ergo à pari post concessos hospitalarios, quando datur ad quemcumque, amplificantur hospitalarii, nec possunt excludi Melitenses in hoc casu, nisi per positivam restrictionem.

5 Deinde quia transitus factus est ad Religionem perfectiorem. Perfectius enim est bonum publicum, ad defensionem scilicet Christianæ fidei, cultus divini, publicæ salutis, ad subsidium Terræ Sanctæ, aliaque hujusmodi, ad quæ ordinata est Religio Hierosolymitana, quàm bonum privatum hospitalitatis, & obsequii infirmorum, ut est Ordo Cruciferorum S. Antonii Viennensis, sicut post Jo. Andream tradit Fagnanus *in c.sanè nu.43. de Regular.* estque communis sententia Theologorum cum S. Thoma 2. 2. *quæst.189. artic.8. in corp.* quem sequuntur Turrecrem. *in Can.1. 19.quæst.3.* S. Antonin. *in 3. par.tit.16. c.4.* Sylvest. *v. Religio* 4. Paludan. *in 4. dist. 38. qu.3.art. 1. num.11.* ac inter Canonistas Navar. *com.4. de Regular. nu.2.& 3.*

6 Non obstat asserta praxis S. Pœnitentiariæ apud P. Leonem *in prax.pœnitent.part.4.de form.absol. in utroque form. in licent. se transfer. pro Religioso, versf. Cujusvis Ordinis*, nimirum, quod à claustrali ad ordinem militarem regulariter non conceditur transitus. Et quod nomine Religionis propriè venit illa Universitas, à Sede Apostolica approbata, in qua tria vota substantialia promittuntur.

7 Nam utrumque habet Religio Hierosolymitana: Habet enim suum Claustrum, sive Conventum in Insula Melitensi, solumque ex permissu Magni Magistri Ordinis, sub cujus obedientia sunt ubicumque morantur extra Claustrum, fratres Capellani, ad illud quandocumque revocandi. Paria autem sunt intra claustrum morari, & ex Superioris permissu sub ejus obedientia extra illud degere, ut notant Panorm. *in cap. ex rescripto num. 5. de jurejur. & in cap. cum contingat numer.14. de format. comp.* Surd. *de alimen.tit.8. privileg.67. numer.7.&* 8. Giurb. *cons. 49.num.1.* Sylvest. *d. v. Religio 3. num.14.* ac in specie Navar. *cons.41. numero 2. de Regul.& cons.32. num.2.& seqq. & in d.com.4. de Regul. ad Can. statuimus 19. qu.3. nu.76.* & prosequuntur Henriquez, Suarez, Sanchez, Peyrinis, ac Lezana *consult.9. à n.23.*

Et Religio Hierosolymitana est vera Religio. Nam 8 ejus Equites, ejusque fratres Capellani de obedientia sunt propriè Regulares, quia emittunt tria vota substantialia paupertatis, castitatis, & obedientiæ, juxta *c.1.um & plantare de privileg.* & tradunt communiter Doctores, ac judicavit sæpius Rota, præsertim *dec.177. numero 1.* apud Farinac. *parte 1.recent.* & coram puteo *dec.382.num. 2.d.1.* & coram Gregorio XV. *dec.87.numero 2.& dec.454. num.3.parte 2.recent.* passimque alibi, de quo & nos haud semel. Ac ita quidem, ut emittens votum Religionis satisfaciat, assumendo habitum Equitum Hierosolymitanorum, ut tenent Aragon. 2. 2. *de justit. & jur.quæst.88. articul.11.* Azor. *parte 1.leg.13. c.4. parte 4.* Sayr. *l.6. claus. reg.c.7.num.10.* ac Rodriq. *tom.2.sum. c.97.numer.8.* Quia, ut inquiunt citati Auctores, Religio Equitum Hierosolymitanorum est vera Religio; nam emittunt tria vota substantialia, quæ constituunt substantiam Religionis, ut constat ex formula professionis ipsorum, quæ habetur in lib. stabilimentorum ejusdem Religionis *tit. consuet. seu stabilim.*

Unde asserta praxis S. Pœnitentiariæ, declaratio Car- 9 dinalium, & auctoritas Doctorum non habent locum in Religione Hierosolymitana, sed tantùm in Ordinibus Militaribus, qui propriè non sunt regulares, quia non emittunt tria vota substantialia, neque habent Claustrum, sive Conventum, nisi tamen cum votis substantialibus intendat quoque statum viventium in communi, alienum à tumultu, fastu & juris sæcularibus, licet hæc se habeant, ut quid accessorium ad substantialem statum Religionis, & ideò non cadit per se sub materia voti, sed solum quatenus trahitur à principali.

At, his minimè obstantibus, tenendum est, non li- 10 cere. Extat enim declaratio S. Congregationis super Episcopis, & Regularibus super dubio ad instantiam Societatis Jesu proposito, an per licentiam concessam alicui Regulari sub his verbis, nempè ut alium quemcumque religiosum Ordinem, modo approbatum, & in quo regularis vigeat observantia ingredi, & in eo, professione emissa, remanere possit, liceat huic Regulari ingredi aliquem ex Ordinibus militaribus? Fuit responsum, non licere ingredi militares, nisi exprimatur, die 7. Novembris 1597.

His addo nonnulla, quæ ad Regulares pertinent, for- 11 mam scilicet quorumdam rescriptorum per Breve Summi Pontificis expediendorum. De licentia ingrediendi monasterium. Petitam ingrediendi licentiam censuit Congregatio Regularium oratrici posse concedi, dummodo ingrediatur sola, & animo ibi perpetuò remanendi, spondeatque leges claustræ, & locutoriorum servare, & emolumentum aliquod notabile quotannis monasterio largiatur.

De fratribus ad arctiorem Religionem transire vo- 12 lentibus. Narratis attentis, & dummodò verè zelo arctioris vitæ, & non ad effugiendam aliquam immineutem admissorum criminum pœnam, Sacr. Congregatio Regularium petitam transeundi licentiam concessit, servata tamen forma Bullæ Sixti V. ubi opus fuerit.

De puellis in monasterio educandis, S. Regularium 13 Congregatio censuit, admitti posse cum his legibus, quod accedente in primis, & ante omnia consensu monialium, monasterium soleat hujusmodi educandas habere. Puella ingrediatur sola absque ullo famulatu; sit major septem annis, minor vero vigintiquinque habitu, cultuque utatur modesto sine jocalibus, auro vel serico; servet locutoriorum, & clausuræ leges, & quidquid pro suis sumptibus monasterio elargienda erit, principio cujuslibet semestris elargiatur; sit in novitiatu cellula pro ea vacua, & à nemine occupata, & numerus puellarum in eo monasterio educandarum non sit expletus, à quo monasterio

puella ipsa nunquam exeat animo revertendi, nisi ubi habitum monachalem susceperit voluerit.

Pro fratribus ad æqualem Religionem transire volentibus, Sanctissimus D.Gregorius Papa XIV. in cubiculari audientia concessit ita petente Cardinale Alexandrino, ut Sacra Regularium Congregatio Regularibus licentiam ad æqualem Religionem transire volentibus indulgere possit ex causa.

Sanctissimus Clemens Papa VIII. in cubiculari audientia, habita die Veneris ultima mensis Januarii 1592. vivæ vocis oraculo S.Congregationi Regularium concessit, præter cæteras facultates, omnimodam potestatem, & facultatem suam Pontificiam circa correctionem, regimen, statum, & disciplinam bonorum, & personarum utriusque sexus Regularium, & ita retulit D. Cardinalis Alexandrinus.

De provisione parochialis in personam Regularium cum decreto scilicet, quod detracto ex fructibus dictæ Ecclesiæ, quod pro congrua sustentatione necessarium fuerit, reliquum in pauperes locis ejusdem Ordinarii arbitrio erogare teneatur, & cum expressione, quod hæc gratia fit ob nimiam scientiam, & peritiam ipsius Oratoris prædicandi verbi Dei, & difficultatem maximam inveniendi probos ac peritos Rectores sæculares his calamitosis temporibus, ut quo munere prædicandi idem Orator se exercere, & in dicto loco residere, & parochialia officialia exercere teneatur, aliàs dicta Ecclesia eo ipso vacet.

De confratribus Societatis Joannis Dei, S.Regularium Congregatio, instantibus Capucinis, censuit, confratres Societatis Joannis Dei nullatenus debere gestare habitum cum capucio oblongo, sive acuto, sed rotundo, sub pœna carceris Congregationis arbitrio, licentiamque propterea concessit ipsis fratribus Capucinis omnes contrafacientes carcerari faciendi die 16. Januarii 1588.

De licentia fratrum accedendi ad Urbem. Quoniam nonnulli Regulares vagandi studio, sive dum imminentem admissorum criminum pœnam, ex suis Constitutionibus, aut aliàs debitam sibi metuunt, falsa, & commentitia gravamina præsupponentes non immediatè ad sui Ordinis superiores, scilicet à gravamine Prioris ad Provincialem, à Provinciali ad Generalem, & à Generali ad Protectorem, prout cujusque Constitutionibus disponitur, sed ad hanc Romanam Curiam sæpius fugiunt, atque recurrunt, ex quo Ordinum disciplina relaxatur, Prælati contemnuntur, & ipsi in dies audaces evadunt, placuit Sacræ Regularium Congregationi ex ordine Sanctissimi statuere, ut si quis Regularium imposterum temere, levive ex causa hanc almam Urbem, seu Curiam absque sui Superioris licentia, & supra præscripta forma prætermissa adire præsumpserit, ad suos eosdem superiores severiori pœna plectendus remittatur. die 22. Maii 1587. confirmata fuit à Gregorio XIV.

Pro monialibus transferendis. Quia hujusmodi transeundi licentiæ non solent, nisi ex magna causa concedi, erit per Breve conscientia Ordinarii, & superiorum oneranda, ut nonnisi veris existentibus supplicatis, & vitæ discrimine imminente cum oratricibus dispenset, & ad monasteria ejusdem ordinis tantum sine spe revertendi, nec recuperandi dotes.

Forma decreti remanendi extra claustrum. Quibusdam fratribus pietatis ergo concessa fuit licentia manendi extra claustrum sub infrascripta forma: Veris existentibus prænarratis, & parentibus in ea necessitate existentibus, ut sibi aliter quàm per oratoris obsequium subveniri nequeant, in quo Ordinarii conscientia gravanda erit, Congregationi videtur petitam licentiam posse concedi de licentia Superioris, & retento habitu, ac ea lege, quod, cessante quovis modo necessitate prædicta, teneatur Orator sub pœna suspensionis ipso facto incurrenda, etiam irrequisitas, statim ad claustra reverti, & interea, saltem semel quolibet anno se coram suo superiore præsentari, literasque super hoc decreto expediendo intra trimestre à die datæ Ordinario deferre, & verificare sub pœna nullitatis earundem & gratiæ.

Provisio pro fratribus Mendicantibus. Lecto in S.Congregatione oblato die 10.Octobris 1586. nomine totius familiæ fratrum Mendicantium quarumque Provinciarum Regni Neapolitani, conquerentium qualiter contra formam suorum privilegiorum, Sacros Canones, Concilium Tridentinum, ac ordinationem Apostolicam in quampluribus ab Ordinariis locorum gravantur, prout ejusdem memorialis series continebat, Illustrissimi Domini Cardinales his maturè consideratis statuerunt, & decreverunt infrascripta ab eisdem locorum Ordinariis perpetuo, & inviolabiliter observari debere.

Primò, quod circa sæcularium confessionem ab ipsis fratribus Mendicantibus audiendam decretum Congregationum S. Concilii, & Episcoporum observetur, corripianturque Ordinarii, qui in articulo mortis id fieri prohibent, vel in licentiis concessis id excipiunt.

Secundò fratres Mendicantes nullatenus à quæstuatione, quæ de licentia suorum Superiorum fit, & in dies fieri contingit, prohibeantur.

Tertiò, Ordinarii in cognitionibus causarum fratrum Mendicantium, tam civilium, quàm criminalium minimè se ingerant.

Pariter in visitatione eorundem fratrum, vel Ecclesiarum suarum, nisi quatenus eis per Concilium Tridentinum conceditur.

Quartò Ordinarii non impediant fratres pulsare campanas ad Matutinum, ad Horas, & ad Missam, antequam pulsetur campana majoris Ecclesiæ, præterquam in die Sabbati Sancti.

Quintò, quod autem ad quartam funeralem servetur decretum S.Concilii Tridentini.

Cùm Cæsar, Episcopus Novariensis in Hispaniis esset Nuncius Apostolicus, fuit coram eo dubitatum, an Religiosi peccarent, omittendo in Canone Missæ, commemorationem pro Episcopo loci, in cujus loco ponebant Superiorem Religionis? Consulta ab ipso Nuncio S. Sedes Apostolica, hæc respondit, eos mortaliter peccare, cùm sit ad unguem observandum Missale, nec in collectis Missæ posse aliquod addi sub eadem pœna, præter orationem solitam pro Rege, & ejus prole, ac exercitu.

CONSULTATIO CLXXI.

An mandans alicui, ut aliquem proditoriè vulneret, si mandatarius illum occidat, gaudeat ipse mandans Ecclesiæ immunitate?

Affirmativè. Quia mandatum non fuit ad occidendum, sed ad vulnerandum, *c. pro humani de homic.* ubi Jo.Andr.Baiard.ad Clar. *q.30.nu.* 18. & declaravit S. Congregatio super Episcopis *in Mediolanen.*21.Decembris 1613. & S.Congregatio Immunitatis 20. Junii 1636. apud Sperel.*par.2.dec.*162.*n.*57. *ac seq.* 1

Negat tamen Peregrinus *de immun.c.*7.*nu.*14. & Mar. Ital.*eod.tit.lib.*1.*c.*5.§.4.*à nu.*28. Nam licet expressè inhibuerit, ne occidat, adhuc homicidii reus erit. Nos affirmativam sequimur.

CONSULTATIO CLXXII.

Iterùm de præcedentia inter Rectores, sive Parochos, & Vicarios perpetuos Urbis à B. Pio V. institutos.

Scite ac verè ait Divus Basilius Magnus *lib.* 2. *adversus Eunomium*, eam orationem, quæ semel à veritatis orbita exerravit, par est, nescio quomodo, errore errorem consequente, in varias, & periculosas absurditates abripi. 1

Huic Sanctissimi viri effato fidem factis, & scriptis adstruunt Vicarii perpetui in hac, de qua agimus, causa. Siquidem, ne illius veritatem assequamur, nimium audacter ac prorsus inutilia, & per se vana regerunt, cum ea non nisi ex suo peculiari jure decidenda sit, nempè ex Con- 2

ex Constitutione B.Pii V. ejus motu proprio edita, qua erexit undecim Vicarios in totidem Ecclesiis Urbis pro cura animarum actu exercendâ, remanente cura habituali penes Capitula, & Canonicos Ecclesiarum.

Id autem perspicuè constat, tum ex ipsa Constitutione in qua exercitium duntaxat curæ transfertur à Capitulo, & Canonicis ad hujusmodi Vicarios. Quod regulariter fieri, aiunt Rota *decis.*2. *de offic. Vic. in antiq.* Cardinal. *in Clem. un. eodem tit.numero* 10. ibique Vital. Tum ex eo, quod electio Vicariorum in dicta Constitutione reservatur Canonicis juxta formam in ea præscriptam, ut per Barbos. *de potest. & offic.paroch.c.*8. *numero* 2. & Garz. *de benef.parte* 3.*capite* 2.*numero* 129. Et tum quia iisdem Vicariis persolvitur à Canonicis congrua Rota coram Buratto *dec.*214.*num.*3. & coram Celso *dec.*135.*numer.*3. & *in recent.dec.*153.*numero* 10. *ac per tot. parte* 2. Ut proinde non sint, neque vocentur Rectores, sed Vicarii, quia vices aliorum gerunt *l.*4. §. *Legato & leg.*13. *ff. de leg. & l. un. C. ut omnes Judices*, Brisson. *de verb.signif. v. Vicarius.* Neque dicantur sponsi Ecclesiæ, quemadmodum dicuntur Capitula, penes quæ cura residet habitualis instar Coadjutorum, Gratian. *discept.for. c.* 865. *numero* 20. & *seq.* Rota coram Mohed. *dec.*5. *de decim.* & *dec.*284. *numero* 10. *parte* 14. *recent.* ac demum quia ita in hac ipsa specie declaravit S.Congregatio Concilii sub die 14. Maii 1616. apud Fagnanum *in c. exposuisti num.*41. *de præb.* per hæc verba. 3

Cum fel. record. Pius V. in Basilica Principis Apostolorum de Urbe erexisset perpetuum Vicarium pro cura animarum parochianorum prædictæ Ecclesiæ exercenda, prout in motu proprio subdatum Roma apud Sanctum Petrum nonis Novembris sui Pontificatus anno 6. & modernus Vicarius perpetuus prætenderet curam animarum prædictæ Basilicæ ad ipsum spectare privativè ad Capitulum, ob eam causam orta super hoc lite, quæsitum est à Sacra Congregatione Concilii an literæ motus proprii Pii V. institutionis Vicariæ transferant omnem curam in Vicarium perpetuum privativè ad Capitulum? *Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, auditis utriusque partis procuratoribus, & advocatis, reque diligenter examinata, censuit ex literis S. M. Pii V. solum curæ exercitium fuisse translatum in Vicarium perpetuum privativè ad Capitulum, curam verò habitu penes Capitulum remansisse. Caterum quæ ad habitum, & quæ ad exercitium pertineat, maturius, ubi partes peterint, esse deliberandum.* 4

Ex quibus necessariò sequitur, hujusmodi Vicarios non habere titulum. Quia tota cura animarum in eos non est translata. Nam ad id requiritur, non solum habere curam animarum actu, sed etiam habitu, ut ex eodem Fagnano *in c. ex parte num.*19. *de offic. Vic.* Atque adeo non possunt prætendere præcedentiam supra Rectores parochiales, qui verè habent ex se totam curam animarum actu & functione, jure ac habitu. 5

Hinc non obstant, quæ nimis ambitiosè de aliis Vicariis consarcinantur. Nam, quicquid de illis sit, hoc certum, quod præter eorum perpetuitatem, est etiam penes illos tota cura actu, & habitu, quæ non est penes hosce Vicarios à B.Pio institutos, ut patet præ cæteris ex declaratione S.Congregationis Concilii superius relata. Ideòque non habent in eis locum quæ de illis Vicariis à Sacris Canonibus, & Doctoribus dicuntur, ut per Azor. *p.*2. *c.*6. *q.*5. Unde penitus ruit fundamentum illud adversariorum de sua perpetuitate. 6

Neque idcircò dicimus cum Joann.Baptista de Luca *de Paroch. discurs.*16. *numero* 5. quod hujusmodi Vicarii solum habent jus quoddam famulatus irrevocabile ita, ut nihil proprio nomine agant, sed Canonicorum, quorum sunt famuli, vices gerunt, pro quibus inserviunt, ac non sibi, sed eisdem possident, à quibus menstruam mercedem recipiunt, ut per Vital. *in d. Clem. un. nn.*22. & *seqq.* ac ibi Zabatel. *nu.*2. quos sequitur Barbos. *de Canon. & dignit. c.*6. *num.*50. Ut proinde alia non intercedat differentia inter Vicarios temporales mercenarios, & hos Vicarios perpetuos Pianos, nisi quod illi sint famuli ad aliquod tempus, isti perpetuò, sed tantum asserimus, quod Rectoribus sunt inferiores. 7

Idque præsertim confirmatur à statuto Cleri Romani *c.*2.§.8. in quo hujusmodi Vicarios, tanquam substitutos Capitulorum in cura animarum actuali, decernitur incedere in capite processionum ante Rectores. Esse autem ipsos Capitulorum substitutos in cura animarum iidem fatentur in suo scripto, At quod iis debeatur idem honor, ac præeminentia, quæ debetur Canonicis, falsum omnino est, ut à nobis fusè probatur *tom.*6. *integra cons.*21. de hac re prorsus legenda, cum in ea diluantur omnia, quæ à parte adversatrice sunt congesta. 8

Nec refragatur, quod statutum Cleri Romani, tanquam non confirmatum à Summo Pontifice, nullius sit roboris. Nam satis est, quod sit confirmatum ab Eminentissimo Cardinali Vicario, à tempore Pauli V. religiosè observatum in iis omnibus, quæ ad parochos pertinent cujus jure ipsi Vicarii utuntur. Quia non modo est rationabile, sed etiam conforme jure communi, ut probavimus *loc.cit.* Idcòque est omninò servandum. Ubi enim statutum loquitur, silent omnes omnes Leges dicturque casus legis, estque inanis omnis alia dispositio Bald. & *in l. Gallus* §. *si ejus in* 2. *not. de l. & posth.* & Grat. *discept.*651. *n.*3. 9

Minus obstant eorum Ecclesiarum decora. Nam præter alia, quæ in citata consultatione adduximus, hæc præcedentia competit ratione antianitatis, quæ concernit prærogativam non alienæ, sed propriæ personæ, ut per Rotam *in Salamantina Coadjutoriæ* 25. Junii 1.93. coram Pegna. Et generaliter in præeminentia, etiam inter Episcopos attendendum esse tempus eorum ordinationis, non autem dignitatem Ecclesiarum, neque illarum Ordinem ac præeminentiam, declaravit Sacra Congregatio Concilii 13. Julii 1631. referente Nicolio. *In addit. ad flosculum. Episcopus num.*64. *ante Judicem par.* 2. *lucubrat. Canon.* Quod etiam servatur inter ipsos Eminentissimos Cardinales qui, licet sint Summi Pontificis Vicarius, Archipresbyteri Basilicarum, præcedit tamen quisque in ordine suo secundum antianitatem. Id, quod etiam aliis exemplis, ac rationibus in dicta Consultatione illustratur. 10

Hinc etiam non obstat, quod aliquot Ecclesiæ hujusmodi Vicariorum sunt Matrices, Ecclesiæ verò Rectorum sunt filiales; ideòque dedeceat, quod filiales præcedant matrices. 11

Nam primò respondetur, hanc præcedentiæ causam non versari inter Ecclesias, sed inter personas, ut supra diximus ex Rota coram Pegna, & ex declaratione S.rituum Congregationis, nulla habita ratione dignitatis Ecclesiarum, illarumque ordinis, ac præeminentiæ exemplo Cardinalium Archipresbyterorum, ac Titularium. 12

Deinde quia omnes Ecclesiæ parochiales Urbis ante annum 1569. sub B.Pio V. erant baptismales, atque adeò matrices, ita enim dictæ, quia in eis renascimur per baptismum *c. ex transmissa de præscript. & Clem.*1. *de sentent. excomm.* & notatur *in Clem.* 1. *de baptism.* fuitque ab eis sublatus fons baptismalis decreto provisionali Cardinalis Sabellii, tunc temporis Papæ Vicarii, & ut in eo legitur, quoad baptismum tantum attinet, & cum declaratione, quod in præcedentiis nullum alicui Ecclesiarum factum sit præjudicium, sed omnia illarum jura, & prærogativas illæsas, & salvas esse, ac in eodem statu permanere, prout reperiebantur, & reperiuntur. Unde reipsa Ecclesiis aliquot recentioribus restitutus est, ut Ecclesiæ S. Andreæ de fractis, Ecclesiæ Sanctorum Vincentii & Anastasii in Trivio, aliis. 13

Postremò, quia ex hoc plura sequerentur absurda. Sequeretur enim, quod parochi regulares Ecclesiarum matricum deberent præcedere Rectores sæculares. Quod non modo est contra statutum Cleri Romani, sed etiam contra jus Canonicum, & abusus reprobatus à Sacris Conciliis, Constitutionibus Apostolicis, à Cæremoniali Romano, à decretis Sacratum Congregationum, 14

& à Rotæ decisionibus, ut probavimus *tom.4. consult.* 26. Item sequeretur, quod aliqui ex eisdem Vicariis, qui non habent Ecclesias matrices, ut Vicarius Sanctæ Catherinæ de Rota, & Vicarius Sanct. Blasii de Panetta, essent inferiores Rectoribus. Idemque dicendum de Vicariis, qui sunt amovibiles, & habent Ecclesias matrices, ut Sancti Marci, sicque ex iisdem Vicariis ab eodem Pio Sexto, institutis cum æquali exercitio curæ, aliqui essent inferiores, aliqui superiores, non solum Rectoribus, sed etiam iisdem Vicaris. Quod non esset ordo, sed confusio. Mistus enim hic incessus reprobatur in *Can. in novis 16. quæst. 7. cap. cum causam de elect. & Clem.* 1. *eod. tit.* Rota *in Oppiden.* processionum coram Verospio §. 1.

15 Tum demum quia id convincitur falsum. Quia sit *transitus* à persona ad Ecclesias, cumque hujusmodi Ecclesiæ matrices sint Canonicorum, non autem Vicariorum, & ad illos, non ad istos translati sunt fontes baptismales, cumque Vicarii nullum habeant in eis titulum, sed tantummodo putum, ac purum actuale exercitium administrandi Sacramenta, ob quod menstruum stipendium à Capitulis percipiunt, cumque ipsi non sint sponsi Ecclesiæ, sed soli Canonici, certum est esse Rectoribus inferiores, qui hæc omnia in suis Ecclesiis habent. Unde potentius est in hac re *jus* Rectorum, qui habent jurisdictionem, & totalem curam in suis Ecclesiis, quàm purum ministerium Vicariorum quod baptismum tantum, non in suis, sed in Canonicorum Ecclesiis suscipiendum.

16 Denique non obstat decretum S. Rituum Congregationis, quod in funeribus ducendis ministri Basilicarum Sancti Joannis in Laterano, & Sanctæ Matiæ Majoris à Canonicis missi ad comitandum funus, quod ducitur ad dictas Basilicas possint deferre stolas, & præcedere proprios parochos defunctorum, quorum funus ad illas ducitur. Atque adeo, si id conceditur hujusmodi ministris, multo magis concedi debet Vicariis earum Basilicarum, aliisque Vicariis, cùm iis omnibus commune jus sit.

17 Nam id quoque falsum est. Demus enim aliquando, quod hoc decretum fuerit editum, citatis, & auditis Rectoribus. Quod in eo facta fuerit mentio, ac derogatio statuti Cleri Romani, in quo contrarium decernitur quæ quidem omnia in decreto desiderantur, fit transitus à specie ad genus disparatum, à ministris Basilicarum ad Vicarios, à funere ad omnes alias processiones. Etenim cùm à S. Rituum Congregatione in Viterbiensi 25. Junii 1611. & in Nullius 12. Maii 1612. & in prænestina Cavarum 14. Aprilis 1618. declaratum sit, quod Canonici Cathedralis præcedere debeant Parochos, etiam in funere, non autem alii. Quod etiam tradit de Luca *de præem. disc.* 21. ubi refert, ita novissimè declaratum fuisse in parmensi, poterit fortasse id facilius admitti ministris harum Basilicarum, qui missi à Capitulis dictas Basilicas, eorumque Capitula repræsentat quoad curam habitualem, & jurisdictionem, quibus omninò carent Vicarii.

18 Eoque magis, quia hujusmodi ministri sunt pars, & membrum eorumdem Capitulorum, quod non militat in hujusmodi Vicariis, qui non sunt pars, neque membra Capitulorum, sed tantum eorum famuli in omnibus penitus subjecti Eminentissimo Cardinali Vicario ex dicta Constitutione B. Pii V. adeò, ut si velint incedere in processionibus cum Capitulis, vel interesse Choro, sedere, ac incedere debeant ante omnes, etiam Clericos beneficiatos, ac seorsim à Capitulis, eorumque ministris, ne caput separetur à suis membris. Quare falsa est illa consequentia. Ministri Basilicarum, qui mittuntur à Capitulis ad ducendum funus in suas Ecclesias ex vi decreti S. Rituum Congregationis debent præcedere Parochos defuncti. Ergo etiam debeant illas præcedere Vicarii dictarum Basilicarum. Nam illi mittuntur à Capitulis ad funus tantum, in quo per curam habitualem, & jurisdictionem illa repræsentant. Vicarii verò non mittuntur à Capitulis. Ex quo manifestum fit, eos non esse ministros, neque Officiales, neque membrum, neque partem Capitulorum, neque curam habitualem, neque jurisdictionem ullam in dictis Ecclesiis habere. Item Sac. Rituum Congregatio loquitur tantum de ministris Basilicarum Sanct. Joannis in Laterano, & Sanct. Matiæ Majoris non de aliis Ecclesiis, de funere, non de aliis processionibus, de ministris Basilicarum, non de Vicariis. Ac insuper, ut argumentum vim aliquam haberet, debent Vicarii prius probare, quod ipsi præcedant hujusmodi ministros, ut rectè dicere possint: Vinco vincentes te, ergo multò magis vinco te. Quod etiamsi id probarent, esset tantum quoad funus ducendum ad illas Basilicas, non quoad alias processiones, neque quoad alios Vicarios. Unde ad id non quadrat illud axioma; propter quod quodque tale, id ipsum magis sit tale. Nam intelligitur, prout de jure, cæteris paribus, & in eodem genere, ut in terminis statuti, dantis præcedentiam, firmat Becc. *cons.* 192. *numero* 24. Cætera enim in hoc casu non sunt paria. Nam hujusmodi Vicarii longè sunt inferiores hujusmodi ministris. Quod erui potest ex eorum argumento. Nam si hi ministri ex vi decreti præcedunt Rectores, qui præcedunt Vicarios. Ergo multò magis præcedunt ipsos Vicarios. Neque sunt ejusdem generis cum eisdem ministris, neque cum iisdem Rectoribus, ut satis probavimus, præsertim cùm præcedentia non admittat extensionem, quia est odiosa, Rota *in Asten. Sedis* 27. Februarii 1598. coram Gypsio. Cùmque decretum Sac. Rituum Congregationis loquatur de ministris, in quibus concurrunt diversæ rationes, quæ non concurrunt in hujusmodi Vicariis, utique argumentum ab iis deductum convincitur falsum, atque adeò non debet fieri ab illis ad istos illatio, quia sunt diversi, ac proinde fieri debet diversum judicium ex *l. inter stipulationes ff. de verb. oblig.* cum vulgò aliis.

Cætera vel non indigent responsione, quia extra rem 19
sunt, vel sunt penitus diluta in sæpius citata nostra Consultatione dicti *tomi* 4.

CONSULTATIO CLXXIII.

De restitutione in integrum post lapsum quinquennii quoad professionem regularem vigore Concilii Tridentini c.19. sess.25. de Regular. ubi casus & causæ ferè omnes summa cura ad id pertinentes confusè, permixtè, ac disperiè ad staturam usque discutiuntur. Imò res totes more scriptorum nostri temporis iterum, atque iterum repetitur, ut non sine molestia dicatur bis crambe mors, hoc est, crambe recocta, eandem tundere incudem, cantilenam eandem canere. Eadem per eadem, Hyperi vertigo, id est pistilli circumvolutio, ubi quis semper idem agitat, nec quicquam tamen explicat. Quod specimen est popularis judicii. Imò apud aliquos ingenii species est, quædam transire, ante pedes posita, & alia longè repetita, sumere.

SAcrum Concilium Tridentinum loco citato concedit professis Regularibus quinquennium ad reclamandum contra validitatem professionis, quod incipit à die professionis. Si verò contra hoc quinquennium quis non reclamaverit, præsumitur ratificasse professionem, alias invalidam. Unde videtur respondendum, quod, etiamsi per quinquennium duret metus, non possit reclamare. Quia Concilium ait, *non audiatur, nisi intra quinquennium. Et nullatenus ad allegandam quancumque causam admittatur.* Quare, negando audientiam, excludit probationem cujuscumque causæ, atque adeò etiam metus durantis. Eoque præsertim, quia Concilium, transacto quinquennio, præsumit professionem ratificatam, quæ quidem præsumptio est juris, ac de jure. Quia Concilium in illa innixum decernit, Regularem non esse audiendum, sed debere stari professioni. Adversus autem præsumptionem juris non 1

ris non datur probatio, ut ex pluribus docet Mascardus *de probationibus conclus.* 128. *num.* 7. *& conclus. seq. numer.* 5. 6. *& 7.*

2 His tamen minimè attentis, tenendum omnino est quod possit reclamari, elapso quinquennio, ac debere audiri, & admitti probationem nullitatis professionis. Ita Sanchez cum aliis *lib.* 7. *de matrimonio disput.* 37. *num.* 22. existimans, debere restitui in integrum adversus lapsum quinquennii, pro quo plura expendit, etsi alii putent, quibus & ego adsipulor, non esse opus restitutione in integrum, sed de jure illi competere reclamationem, quia, durante metu, ratione cujus fuit invalida professio, non currit quinquennium præscriptum ad reclamandum, ut notat Rota coram Buratto *dec.* 205. *nu.* 30. Rodrig. *tom.* 3. *quæst. regul. quæst.* 17. *num.* 6. Zerola *in praxi part.* 1. *v. profession* §. 1. Azor. *parte* 1. *l.* 12. *c.* 4. *quæst.* 10. Beja *parte* 4. *eas.* 14. Paril. *de resignat. l.* 13. *quæst.* 5. *num.* 45. *ac seqq.* Spin. *in spec. testament. gloss.* 12. *princ. num.* 62. ac Portel. *v. professio numero* 42.

3 Nam Tridentinum concedit quinquennium ad reclamandum. Quod, si non reclametur intra dictum tempus, præsumit professionem ratificatam, quia præsupponit, quod quinquennium sit liberum Regulari ad reclamandum, si vult reclamare, & ad deducendum invaliditatem suæ professionis. Unde, si non daretur præsumptio, quod ratificasset professionem, non posset justè constringi, ut remaneret in statu regulari. Durante autem metu, non habet locum hæc præsumptio. Quia non plus valet ratificatio facta per silentium, quam valeat ipsa professio facta per metum. Quare, sicuti, stante metu, præsumitur professio ipsa involuntaria, ita, durante eodem metu, debet haberi pro nulla, & involuntaria quæcumque ratificatio, quæ ex silentio præsumi potest. Unde totum hoc tempus intermedium, quantumvis longissimum, computatur pro quinquennio permisso, nempe pro toto illo tempore, quo durat causa metus ad tradita per Doctores ad *l. ad invidiam C. quod met. caus.* Rota *dec.* 173. *numero* 43. *parte* 7. *recent.* Ludovis. *decis.* 392. *numero* 1. ibique Add. *numero octavo lit. A.* & propterea spontanea ratificatio, quæ desumi potest ex temporis diuturnitate, & ex actibus positivis, non purgat præcedentem metum illatum, ex congestis per Farinac. *in fragmat. v. metus numero* 163. Tusch. *pract. concl. d. v. metus conclus.* 220. Nam, licet præfari actus positivi videantur spontanei, adhuc tamen dicuntur metu facti, cum duret eadem causa metus, Ruin. *cons.* 122. *num.* 3. *l.* 4. Roland. *cons.* 2. *num.* 86. *l.* 1. Natta *cons.* 50. *num.* 18. Paris. *cons.* 60. *n.* 34. *l.* 4. Seraph. *dec.* 771. *n.* 10. Quod procedit, etiam interveniente cursu longissimi temporis, Osasch. *dec.* 177. *nu.* 11. *& seqq.* Mascard. *de probat. l.* 2. *conclus.* 1051. *num.* 36. *& seqq.* Menoch. *præsumpt.* 126. *nu.* 28. Joseph. Ludovic. *dec. Lucen.* 18. *num.* 2. *& 3.* Tusch. *loc. cit. concl.* 220. Et de jure sufficit metus reverentialis, qui, accedentibus minis, dicitur metus gravis, ac sufficiens ad rescindendos quoscumque contractus, multò magis nullitatem professionis, Burat. *d. dec.* 205.

4 Ad illud autem quod ex Concilio adduximus, Sanch. *loc. cit.* plura tradit, ut ostendat, quod illa verba Concilii, *non audiatur*, non excludunt restitutionis beneficium, concessum à jure, sed tantum remedia ordinaria appellationis. At dicendum videtur, quod Tridentinum loquatur, supponendo, quod sit elapsum quinquennium, in quo potuerit reclamare, & in quo præsumi possit professio ratificata per silentium, non autem quando non potest haberi hujusmodi præsumptio, & quando Concilium ait: *nullatenus ad allegandam quamcumque causam admittatur*, non loquitur in hoc casu, sed de eo, qui ante quinquennium sub prætextu, quod professio fuerit invalida, dimittit habitum, & relinquit Religionem. Vult enim, quod prius resumat habitum, & postea admittatur ad adducendum causas nullitatis, alioquin vult, agendum cum ipso prout cum apostata.

5 Ad illud etiam à nobis dictum, quod contra præsumptionem juris non admittitur probatio, & quod præsumptio Concilii est præsumptio juris, respondetur, esse quidem præsumptionem juris, quando verè adest præsumptio, quod ratificata fuerit professio; ideoque ponit Tridentinum hanc præsumptionem, ut juris, ac de jure, quia præsumit, quod in illo quinquennio per silentium fit ratificata professio. Quando igitur non potest præsumi ratificatio, cessat præsumptio juris. Nam quando affirmatio est causa affirmationis, etiam negatio est causa negationis.

Ex his autem colligitur, quod quinquennium con- 6
cessum à Tridentino ad reclamandum pro invaliditate promissionis debet computari à die, quo cessat metus, & ideò, si metus durat post quinquennium, quia durat causa ipsius, adhuc concedendum est aliud quinquennium post cessationem metus, in quo possit reclamare, aut si cessat intra quinquinnium, tunc debet incipere beneficium quinquennii concessum. Nam beneficium quinquennii, à Concilio concessum, respicit capacitatem nulliter professi. Unde, tunc censetur concedi, quando ipsum recipere potest ita, ut sit in potestate ipsius vel reclamare, vel silentio convalidare professionem, saltem in foro exteriori, ac exhibere præsumptionem ratificationis. Durante autem metu, non potest recipere beneficium juris. Quia, si metus effecit, ut profiteretur contra ejus voluntatem, multò magis facit, quod non reclamet. Unde non potuit exhibere præsumptionem ratificationis.

Nec obstat, quod Sacram Congregationem Concilii, 7
ferrur declarasse, non esse audiendum eum, qui prætendit toto quinquennio duasse vim, aut metum, sed esse consulendum Summum Pontificem. Nam oppositum quoque declarasse, traditur in novis declarationibus & bibliotheca Bellarmini *ad d. c.* 19. *v. à die possessionis*, & ita etiam postea tenuit Rota *in Neapolitana* pro Monialibus de Loffredo coram Orano. Quod sanè magis expediens est Religionibus, ac ipsis Regularibus. Quia Regularis eo deveniens, ut prætendat, nullam fuisse suam professionem, dum invitus, intra Claustra manet, semper molestias affert Religioni, nec quicquam boni ab ipso expectari potest. Vnde utilius est Religioni, quod dimittatur, si potest dimitti.

Et quatenus consulendus sit Summus Pontifex, resti- 8
tutio in integrum plerumque nemini denegatur, si adsit impedimentum è dolo partis adversæ proveniens ex clausula generali, ut per Odd. *de rest. quæst.* 12. *art.* 1. *nu.* 4. Quare restitutio deberur toties quoties petens restitui, fuerit impeditus, non propria negligentia, sed necessitate, *l. non enim ff. quibus caus. major.* Odd. *loc. cit. quæst.* 16. *numero* 39. Et dicitur impeditus, etiamsi fuerit denegata copia agendi, Odd. *ibidem quæst.* 20. *numero* 50. *& seqq.* & donec durat causa metus, durat etiam metus, Burat. *d. dec.* 205. *num.* 29. *ac* 35. & non currit quinquennium, ut *ibi num.* 30.

Sufficit etiam, quod fuerit impeditus petere restitutio- 9
nem culpa Superioris, Odd. *d. quæst.* 20. *num.* 54. Quod habet locum, licet sit major, ne lapsus quinquennii præjudicet, si adest impedimentum ad reclamandum, Burat. *in allegat. dec. num.* 21. Quia professio, emissa contra propriam voluntatem, est irrita, & ab initio nulla, ad *text. in l.* 1. ibi: *quod metus causa gestum erit, ratum non habebo, c.* 1. *de his, quæ vi, metusve caus. cap. Abbas eod. tit.* Navar. *cons.* 20. *nu.* 2. *eod. tit.* Tiraquel. *de legib. Connub. gloss.* 5. *num.* 36. Arctin. *cons.* 24. *num.* 6. Vbi enim adest metus, deficiunt consensus, & libera voluntas, quæ sunt de substantia professionis, Paris. *cons.* 65. *num.* 13. *vol.* 4. Burat. *d. dec.* 205. *nu.* 24. Quemadmodum enim matrimonium, metu contractum, non valet, ita nec professio, quæ illi æquiparatur, est quoddam matrimonium spirituale. Glossa, & Doctores *in d. c. Abbas*, Rebuff. *cons.* 68. *nu.* 1. Paris. *d. cons.* 65. *num.* 11.

Idque præcipuè, si accedant continuæ poresrationes 10
extrajudiciales coram honestis viris, vel suis consanguineis, lamentationes, mœstitiæ cum contentione perseverandi in religione; ac non profitendi, quæ regulariter

ſupplent defectum formalis reclamationis, Rota *dec.705. num.3.part.4.recent.*& Add.ad Buratt. *dec.385.numero 6.* ſola que averſio valdè confert ad probandum metum, ut *in d.dec.205.numero 1.& 4.* vel ſi pater, vel fratres inimicos ſeſe oſtenderint contra filium, & fratrem, ex eo, quod Religionem ingredi noluerat, ſicque juſtus fuit metus, ex quo profeſſionem emiſit, eſtque reſtituendus, ut advertit Odd.*quæſt.7. articul.9. numero 75. & ſeqq.* Mala enim tractatio, nedum Patris, ſed etiam Conſanguineorum dicitur juſtus metus ita, ut denegari non poſſit petita reſtitutio, Odd.*d.artic.9.numero 93.* præſertim verò, ſi ultra minas acceſſerint verbera, & ejectio è domo, ac denegatio victus, quæ poteſt inducere etiam metum mortis, vel ſaltem ſævitia patris, cui debetur à filio reverentia. Hæc enim multum confert ad irritandam profeſſionem, ut *in d. dec. numero 6. & 7.* Nam hujusmodi actus, ſive maleficia erga filium, tam ante, quam poſt profeſſionem, etiam cum comminatione privationis bonorum, inducunt juſtum metum, qui dicitur cadens in virum conſtantem, Burat. *in eadem dec. num 8. ac ſeqq.* & Rota *deciſ.175.numero 5. parte 1. recent.* præcipuè, ſi pater minas exequi poſſit, vel ſoleat. Tunc enim inducunt juſtum metum, Buratt.*ibidem num.13.& ſeqq.* ac Ludoviſ.*dec.374.numero 13. 14. ac 15.* Ad irritandam enim profeſſionem ſufficit metus reſultans ex ſolis minis patris, & reverentia filii, *Can. puella 20. quæſt.1.* Villalob. *in ſum.par.1.tract.1.deſin.8 num.6.* Sanchez *de matrim. lib.4. diſput 6.numero 18.& ſeq.* Azor.*parte 1.libro 12.cap.5.quæſt. 4.*& Rota *dec.179.numero 4.parte 3. recent.* maximè verò in pueris, vel adoleſcentibus, qui leviſſimis interdum terrentur, *l.3.ff.ex quibus cauſ.l.3 mai.* ac in juvene quindecim annorum, Socin. *conſ.97.* Menoch. *leg.6.præſumpt. 50. numero 31.* ac Rota contra Ludoviſ. *deciſ.326. numero 24.& 26.*

11 Sicque concurrat perſecutio Superiorum Regularium, qui abſque ulla legitima cauſa pluries ad longinquas provincias relegarunt, in carcerem conjecerunt, ne, ut tenebatur, formalem reclamationem inſtituere, ſuæque profeſſionis nullitatem coram Ordinario, & Superiore regulari deducere poſſit, ex quibus reſtitutio non poteſt denegari, Odd. *d. quæſt.7. parte 1.articul.5. numero 42. & art.6.7.& 8.numero 52.* & ita non obſtat, quod teſtes ad hæc probandum ſint ſingulares. Nam in his, ac ſimilibus admittuntur, & probant, ut per Ludoviſ. *dict. deciſ.374. numero 20. ac 21.* & Buratt.*dict.deciſion.205. numero 2. 7. ac 17.*

12 Vel ſi ante duos menſes, aut ſi in ipſo actu profeſſionis donatio bonorum Novitii facta fuerit, ideòque nulla, & irrita juxta decretum Sacri Concilii Tridentini *d. ſeſſ.25.de Regular. c. 16.* ubi Barboſ. *numer.44.& ſeq.* & Conſtitutiones Apoſtolicas, de quibus Fagnanus *in cap. relatum nu.8.ne Clerici, vel Monach.* Coton. *lib.4. contr. 3.c.3. à num.42.* Quo caſu irrita judicari debet ipſa profeſſio ex regula correſpectivorum, *leg.alumnæ §. Seia ff.de adim.leg.* Caputaq.*dec.206.num.2. & ſeq.part.1.* & Buratt. *dec.496.num.6.*

13 Vel ſi admiſſio ad profeſſionem fuerit facta per Superiorem, non ſervata forma Conſtitutionis Sixti V. quæ habet Clauſulam decreti irritantis, & reddit profeſſionem nullam juxta deciſionem in Toletana profeſſionis coram Pamphilio relatam à Garzia *de benef.part.9.c.2.nu.* 330. confirmatam *dec.175.à num.3.parte 1.recent.* Cutel.*de donat.diſcuſ.2.part.3.par.3.num.11.*& in ſpecie profeſſionis admiſſæ à Priore Conventus, Ciarlin. *præcit.c.108 à nu.8.* ubi quod nec probatur per verba enunciativa inſtrumenti profeſſionis.

14 Vel ſi conſtiterit de nullitate profeſſionis emiſſæ in Conventu non deſignato, quæ nullo unquam tempore ſanari poteſt juxta Conſtitutionem Clementis VIII. decernentis nullas, & irritas hujusmodi profeſſiones, & tradunt Fagnan. *in cap. conſulvit, qui Cleric. vel vou. numero 11. ac 21.* ubi, quod tale impedimentum ſemper durat adeò, ut ex ſententia S. Congregationis Concilii, ne tacita quidem profeſſio per quemcumque temporis la-

ipſum induci poſſit, ſed de hoc vide, quæ ſcripſimus *tom.1.*

Quare durante hac nullitate, non obſtat, ſi ita profeſſus 15
non reclamaverit intra quinquennium, quia Concilium non loquitur in caſu nullitatis perpetuæ, ſed temporalis: Sic enim ſtatuit: *Quicunque Regularis prætendat, ſe per vim, & metum ingreſſum eſſe Religionem, vel ante ætatem debitam profeſſum fuiſſe, aut quid ſimile, non audiatur, niſi intra quinquennium.* Ideò extendi non poteſt ad impedimentum perpetuum. Ratio enim, cur. S. Concilium invalidè profeſſo deneget poſt quinquennium jus reclamandi eſt, quia, ut diximus, præſumit, cum tanto temporis ſpatio conſenſiſſe profeſſioni, cujus invaliditas pendebat ex defectu legitimi conſenſus. Hæc autem ratio ceſſat in habente nullitatem, ac impedimentum perpetuum, nam ejus conſenſus non poteſt validare profeſſionem taliter nullam, ut per Sanchez *de matrim leg. 6.diſput.37.num.34.* Ricc.*in prax.reſolut.550.num.20.* S. Auctarell.*var.quæſt.48.nu.36.* Lezan. *in ſum.quæſt. regular.v. profeſſio.* Leſſius *de juſt.& jur.leg.2. cap.4.dub.7. num.64.* Suarez *de Relig.tom.3.l.7. capite 4.num. 7.cum ſeqq.* Portel.*d.v.profeſſio numero 52.* Sperellus, qui diſtinguit hanc invaliditatem profeſſionis ex defectu formæ à Conſtitutionibus, vel à jure Pontificum traditæ *dec.163 numer.33. & 34.* Caſtropal. *oper. moral. tom.3. diſput 4.punct.7. num. 5. 12.& ſeq.* Anton à Spiritu Sancto *tractat. 3. diſput.3. ſect.4. numero 173.* Moron, *reſponſ.82. à numero 102.* Pellizzar. *in man. Regular.tractat.3.capite 5.ſect.2.numero 45.* ubi cum Sanchez expendit illa verba Concilii. *Quacunque de cauſa*, retentis ſcilicet terminis temporalis impedimenti.

Et in caſu etiam, quo quis tenetur reclamare intra 16
quinquennium, non prohibetur tamen poſt quinquennium deducere cauſas, cur intra illud tempus non reclamaverit. Intellige enim, ait Gloſſa *in capite 2. de Regular.* ſi potuerit reclamare, & advertit Suarez *loc.cit. numer.7.& ſeqq.* Lezan.*d.num.21.* Gratian.*diſcept.413.nu.10.* Sanchez *ubi ſupra num.22.* quem ſequitur Pelliz.*ibid.nu. 44.* Quia decretum S. Concilii nititur præſumptione ratificationis intra tempus quinquennii emiſſæ, quæ præſumptio non habet locum durante impotentia reclamandi. Quod maximè procedit in ignorantem nullitatem ſuæ profeſſionis, ut tradunt Portel. *d. v. profeſſionum 45.* Rodrig.*quæſt. regul.17.art.16.* Azor. *part.1. l.12.c.4.quæſt. 10.* Tambur.*de jur. Abbat.tom.3.quæſt.6.diſput.2. numero 7.* Diana *parte 3. tract.2.reſol.53.* Navar. *conſ.23. de Regular. numero 4.& 5.* ubi quod etiam ignorantia juris eſt cauſa legitima adverſus lapſum quinquennii. Navarr. *in Lucern. Regular. v. reclamare numero 4.* Moron. *de resp. 82. numero 53.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. allegat. 104. numero 21.* quin propterea firmant, quinquennium non currere, niſi à die ſcientiæ nullitatis profeſſionis. Anton. de Spiritu Sancto *ſect.4.numero 165.* Pelliz.*d.ſect.2.numero 43.ac ſeqq.* ubi cum eodem Sanchez ait, hujusmodi ignorantiam firmari juramento, Cyriac.*Contr 371.numero 34.* Ubi dictam ignorantiam probari, inquit eo ipſo, quod non probatur ſcientia nullitatis profeſſionis. Præſertim in minori, qui durante quinquennio, ignoravit obligationem formiter reclamandi, ut juramento ipſe fateri debet. Unde non poteſt, ſaltem ex hoc capite denegari reſtitutio, quando etiam deficerent aliæ cauſæ, ut latè Sanchez *d.diſp.37.nu.23.& 25.* ubi ait, quod contra communem regulam toleratur in minori juris ignorantia. At de hac ignorantia alibi.

Et in omnem eventum S. Concilium non tollit reme- 17
dium extraordinarium reſtitutionis, Miranda *in man. Præl.tom.1.quæſt.30.art.1.* Sanchez *d. diſput.52.num.2.* Ricc. *d.reſol.350.nu.6.* Donat.*in prax. Regul.tom.2.tract.12.quæſt. 14.anm.2.& ſeqq.* ubi, quod non obſtant Concilium Tridentinum, neque quæcumque alia declaratio ejus Sac. Congregationis, quibus cavetur, ne elapſo quinquennio, pateat aditus volentibus reclamare, quia debent intelligi regulariter, ſecus autem extra ordinem, ac in vim remedii reſtitutionis in integrum, quod intelligitur

exceptum in omni lege. ad Decretо, ut per Moron. *d.reſp. 82.num.185.* ubi, quod, licet adſint decreta S. Congregationis Concilii, quod nemo audiatur poſt quinquennium; ſemper tamen dati ſunt caſus, quibus ex benignitate audientia conceſſa fuit; *& num. 128.* ait, quod beneficium hoc non cenſetur ademptum, denegata quacumque actione, nec ſublatum, tanquam eſſet prohibitum reclamare, appellare, ſupplicare, recurrere, vel aliis modo contravenire, etiamſi adſit additum, omne aliud juris remedium, interdici velle, vel etiam ſecluſo omni alio generali auxilio, ut per Gratian. *d. cap. 413. npmero 11.* Cyriac. *d. controverſ.371. numero 37.* Rota coram Buratto *d.dec.205.num.30.& ſeqq.* Barboſa, qui plures alios refert, *d.alleg.104. numero 13.& ſeqq.* Tambur.*d.diſput.25. num. 7. & 8.*

18 Quia, licet contra præſumptionem juris, ac de jure non admittatur probatio in judicio ordinario, fallit tamen in judicio extraordinario reſtitutionis ex Alciato *de præſumpt.in prælud. 2. part. num.18.* Menoch.*eod.tract. lib.1. quæſt.4 numero 1.& 2.* Maſcard. *de probat. concl. 910. numero 67* Fagnan.*loc. tit.* qui licet teneat, quod hujusmodi nulliter profeſſi nullitate perpetua nequeant poſt quinquennium reclamare, attamen eis non deneget hoc ſubſidiarium remedium reſtitutionis *numero 49. & 52.* Pellz *d. ſect.2. numero 44.& 45.* ubi cum ſuo Sanchez admonet hoc reſtitutionis beneficium competere etiam poſt centum annos elapſos, durante eo tempore ignorantia, aut alio impedimento. Ideòque ita ſervari in S. Congregatione Concilii, ut deducta prius ſummariè nullitate, vel aliquo *juſto* impedimento, ob quod non fuerit reclamatum, benigne concedatur reſtitutio adverſus lapſum quinquennii reſtantur Barboſ. *ad d. cap. 19. num.9.* Diana *d.tract.2.reſol fin.* Portel.*loc. cit. numer.49.* Cyriac.*d.contr.371.num.37.* ac idem Fagnan.*in d. c. perlatum num.52.*

19 Porrò conſtito de metu à parentibus ante, & poſt profeſſionem incuſſo, præſertim cadente in conſtantem virum, irrita eſt profeſſio, ut in hac ſpecie reſpondit Rota *in Tullenſi profeſſionis* 22. Junii 1633. & 28. Aprilis 1634. coram Merlino, cujus deciſio hæc eſt.

20 Profequendo diſputationem ſuſceptam ſuper Nullitate profeſſionis D. Catharinæ, quam fuiſſe ingreſſam Monaſterium ex metu per Patrem incuſſo, & per metum patiter emiſiſſe profeſſionem, firmatum fuit per duas deciſiones, coram me emanatas. Hodie propoſui dubium ſuper reſervatis in prima deciſione, an ſcilicet fuerit purgatus metus, & inde ratificata profeſſio, & an votum obedientiæ ſufficeret pro validitate profeſſionis. & DD. reſponderunt, metum non fuiſſe purgatum, & ſic non conſtare de valida profeſſione.

21 Moti ſunt ex eo, quod, durante cauſa metus, durat metus, quamvis in actu externo appareat libertas, & fiant poſitivi actus, ratificationem inferentes, in quos cum influat permanens cauſa metus, præſumuntur, & ii mati-culoſi, commentitii, & ficti, ut tradit Bald. *in l. 2. num. 4. de his, quæ vi,* & ibidem Bald. *numero* 8. Dec. *conſ.219. numero* 7. Menoch. *præſumpt. 4. numero 22. lib.3.* plenè Sanchez *de matrim.lib.4. diſput.7.num.7.* Farinac. *in frag. v. metus numero 763.* Giovagn. *conſ.67.numero 26.& ſeqq. lib.1.* Rota apud Card. Seraph. *dec.851.numer.1.* & apud S. M. Gregor. XV. *deciſ.392. in fine; ac deciſ.295. in 3.part.5. diu.* & in terminis profeſſionis, ac voti tradunt Sanchez *ſup. decalog.lib.4.capite tertio.numero 13.* Rota *in rec. dec. 705.numero 1.& 4.part.2.* & in Neapolitana profeſſionis 28. Junii 1588. coram Gipſio adeò, ut nec per longum temporis interv allum dicatur purgatus metus, dum viget cauſa timoris, influens in actus ſequentes; Dec. *d.conſ. 219.numer.7.* Rol. *conſ.95.numero 32. lib.1.* Oſaſch. *dec.179. numero 12.& 13.* Farinac. *in fragm.v. metus d.numer.163.* Sanchez *de matrim.lib.4.diſput.18.ſub num.7.* Pont. *de matrim.lib.4 cap.17.numer.3.* Rot. coram S. M. Gregor. XV. *dec.392.numero 4.* & ad inducendam illius purgationem requiruntur actus exteriores undequaque ſpontanei, & omni ex parte liberam voluntatem ſignificantes, ita ut ſi aliam interpretationem recipere poſſint, non cenſeantur purgare metum, manente timoris cauſa, in hocque requiruntur plenæ probationes, Bart. *in dict.l.10. C. de his, quæ vi,* & ibidem Bald. *numer.4.* & Barbat. *conſ.60. ſub numer.3. lib.1.* Farinac. *in fragmat.d.v.metus num.140.* Sanchez *de matrim.d.diſp.8.num.9.* Pont. *de matr. lib.4. c. 27. num.3.*

In caſu autem præſenti per totum tempus, quo Ca- 22
tharina poſt emiſſam profeſſionem in Monaſterio commorata eſt, ſupervixit pater, cujus merù, & imperio coacta, Religioſis propoſitum, atque habitum ſuſcepera-rat, ut in Summario dato in reſponſionibus *num.1.* & ſic dicitur duraſſe cauſa metus, Gloſſ *in cap.1.v.poſtmodum,* ubi Innoc, *numer.1.* Abb. *numer.12. de his, quæ vi,* Menoch. *præſum.4. num.23. lib.3.* Oſaſch. *dec.179. numer.12.* Sanchez *de matrim. d.diſputat.18. numero 7.& 8.* Rota coram S. M. Gregor XV. *deciſ.392. numero 5.* neque ulli exteriores poſitivi actus geſti fuerunt per Catharinam, ad metus purgationem ſufficientes. Imò ſæpiùs conqueſta eſt de vi, & metu ſibi illato, & ſuper hoc reclamavit, ut deponunt teſtes dati in Summario præteritæ poſitionis ſub die 22. Junii præteriti *numero 1.* qui etiam addunt ſemel è Monaſterio fuiſſe egreſſam, & parentis indignitate, & juſſu coactam regredi in idem Monaſterium, ex quibus reclamationibus, & querelis excluditur voluntas ratificandi profeſſionem, per metum emiſſam, & ipſius metus purgatio, Innocent. *in cap perlecta numero ſecundo,* & ibi Hoſtienſ. *numero duodecimò.* Abb. *numero duodecimo, de his, quæ vi metusve cauſa,* Decian. *conſ.18. numero quinto. libro 3.* Honded. *conſ.78 numero quarto. & vigeſimo quinto, libro ſecundo.* Roram *recent deciſ.379. numero 3 parte 1.& in Meten. profeſſionis* 28 Junii 1598 coram Gipſio, *& in Brixien. Parochialis* 20. Martii 1620. coram bon. mem. Ubaldo.

Hinc non obſtat, quod Catharina faſſa fuerit, ſe ratifi- 23
caſſe profeſſionem, dum aſſeruit, ſe per triennium geſſiſſe officium Cellariæ, quod nonniſi profeſſis demandabatur, & amplius affirmavit meditatam fuiſſe egreſſum è Religione, cùm primum actum fuit de reformando ſtatu Religionis, tacitè inferens ex ante libenter in Religione permanſiſſe, ut colligitur ex depoſitione ipſius Catharinæ, data in Summario Jacobi *num.3.* quonjam, permanente cauſa incuſſi metus, nec functio muneris Cellariæ, nec perſeverantia in Religione, nec quicunque alii actus ſuffragantur ad inducendam profeſſionis ratificationem ex ſupradictis, qui durans timor adimit liberum conſenſum ab illis actibus, neque Catharina dixit ſe cogitaſſe de egreſſu à Religione dumtaxat propter reformationem, ſed imò, ut obediret ſeveris juſſibus parentis ſuſcepiſſe Religionis habitum, ſed nunquam habuiſſe intentionem ratificandi profeſſionem, & ſe obligandi votis, ut in dicto Summario Jacobi *num.7.& 8.* & nacta eſt illam occaſionem reformationis, & ſevioris diſciplinæ, ut Patrem demulceret, & voluntatem egrediendi impleret, moxque hanc ſuam voluntatem exitu comprobavit, dum egreſſa eſt, & ſe recepit in domum, & Caſtrum Comitis de Fontentiis, cui propterea Pater Catharinæ maximè indignatus fuit, ut deponit teſtis, datus in Summario reſponſionum *num.5.* ſignum evidens timoris permanentis in Catharina, & animi Patris ad eandem terrendam excitati.

Minus obſtat, quòd poſt emiſſam profeſſionem Pa- 24
ter pluries inviſerit Catharinam, ab eaque blandè, & benevolè fuerit exceptus, ut deponunt teſtes in Summario Jacobi *numero 4.* Quoniam, ſtante cauſa metus vigentis, ſimulati præſumuntur hujusmodi actus, quamvis liberam voluntatem, & lætitiam, jucundumque animum præferentes, Alexand. *conſ.99. ſub numero octavo, libro primo.* Rota coram S. M. Gregorio XV. *deciſ.392. numero tertio, & in Colimbrien. matrimonii* 19. Decembris 1614. coram bon. mem. Buratto, impreſſa apud Giovagnon. *d. conſ. 87. numer. 71.* nec mirum, ſi, emiſſa profeſſione per

filiam,

filiam, Pater se benignè egit, minis enim, & severitate sequutus erat effectus, & ipse factus compos desiderii, ultra quod, quatenus etiam actus prædicti, & alii, superius recensiti, sufficerent ad purgandum metum, & ad ratificandam professionem, adhuc necesse esse probare, quod Catharina sciviſſet professionem prius fuisse nullam; si enim ex errore, quo putabat professionem fuisse validam, gesserit actus illos, nunquam dicitur ratificata professio, quia nihil magis contrarium consensui, quam error, juxta tradita per Ancharanum *cons.*299. & 300. Sanchez *de matrim.l.*2.*dis.*24.*num.*2.& *l.*4.*disput.*18.*numer.*5. Pont.*de matrim.l.*4.*c.*25.*numero duodecimo, & seqq. & c.* 17.*num.*5.

25 Ex his sequitur, non esse opus ingredi disputationem, an pro integritate, & validitate professionis sufficeret simplex votum obedientiæ, quia, posito etiam, quod sufficeret, ex causa metus irrita fuit, & ipso jure nulla professio, ut in aliis decisionibus fuit comprobatum, neque per actus subsequentes fuit convalidata.

26 Et ita hodie Domini, utraque parte informante, resolverunt, &c. Hactenus Rota.

Quod facilius procedit, si minæ fuerint directæ, ut susciperet habitum regularem, & emitteret professionem, cùm solus metus reverentialis, incussus à parentibus, sufficiat ad irritandam professionem, & minæ, etiam absque expresso Patris præcepto, ut per Abb. *in cap.cum virum numero octavo de regular.* Dec. *in capite primo, numer.*10. ibique Felin.*num.*2.*de offic.deleg.* Boër.*dec.*100.*numer.*11. & 13. Afflict.*dec.*69.*numero* 4. Seraph. *dec.*1128.*numero secundo, & fuit dictum in Conchen.nullitatis Ordinis* 27. Januarii 1606. coram Pegna impressa *parte* 3.*recent. dec.*103. *num.* 2.

27 Multòque magis si reclamaverit intra quinquennium. Id enim sufficit ad excludendam ratificationem professionis, quæ deduci potest ex lapsu temporis, & propterea concedi debet restitutio adversus lapsum quinquennii, quod præscribitur à Sac. Concilio Tridentino ad deducendam nullitatem professionis, ut per Rotam *in Neapolitana professionis* 26. Aprilis 1599. coram Gypsio.

28 Et advertendum, hanc esse differentiam inter propositionem nullitatis professionis, quæ fit intra quinquennium, & eam, quæ fit post quinquennium, quod ut secundo casu non sufficit juramentum partis, sed requiritur probatio, vel ignorantiæ, vel impedimenti ad reclamandum, omnesque conveniunt, quod sufficiat probatio summaria, & constat ex praxi S. Congregationis Concilii, concedentis restitutionem, allegato justo impedimento reclamandi intra quinquennium, eoque summariè cognito. Extatque ad id declaratio S. Congregationis Concilii *in Conimbricensi* 27. Aprilis 1630. quæ restitutionem concesit ex summaria cognitione metus incussi à parentibus, & ex reclamatione extrajudiciali facta intra quinquennium, quodque hæc restitutio ex justa causa semper sit restituenda, firmavit Rota, sequendo dictam declarationem, *in Ulyssiponensi nullitatis professionis* 10. Decembris 1646. §. *& propterea* coram Arguelles.

29 Nec obstaret, si protestationes, & reclamationes non fuerint judiciales. Nam id non est necessarium, cum Summus Pontifex in concedenda restitutione adversus lapsum quinquennii apponat conditionem, dummodo professio non sit tacitè, vel expresè ratificata, quæ tacita ratificatio, dum fundatur in delatione habitus, vel in aliis actibus professorum, excluditur ex reclamationibus, ac protestationibus in contrarium factis, Gloss. *in cap.tuam v. signatus*, quam ibi sequitur Abb. *numero sexto*, Dec.*numero* 33.*de privileg.* Bald.*cons.*206.*libro quarto.* Innoc.*in de cap.perlatum numero* 3. ibique Ostien. *numero* 12. Abb.*nu.* 14.*de his, quæ vi met. caus.* Decian. *resp.* 18.*nume.*5.*leg.*3. Menoch.*l.*6.*præsumpt.*83.*numer.*17. ac Rota *in d. Neapolitana, & dec.*579.*numer.*3.*parte* 2.*recent.* Unde ad tollendam ratificationem non est necesse, quod protestationes fuerint deductæ in judicium. Quia, si fuissent deductæ in judicium, frustra peteretur restitutio adversus lapsum quinquennium.

Minus obstaret, si lapsum fuerit alterum quinquennium, & quod Urbanus VIII. fusserit, non audiri impugnantes professionem post decennium in Religione emissam. Nam id fuit jussum pro iis, qui impugnant professionem ex eo solum, quod non fuerit emissa in locis destinatis juxta Constitutionem Clementis VIII. Quando enim professio impugnatur ob vim, & metum, vel ob aliam causam, tunc etiam, quod sit lapsum longissimum tempus, semper potest deduci ejus nullitas, cum metus inducat contractus rescisionem ipso jure. 30

Et sane est longè diversa ratio, quia quando impugnatur professio ex eo, quod non fuit emissa in loco designato juxta Constitutionem Clementis, non potest ex hoc negari quin ab initio non defuerit animus, & intentio profitendi, sive consensus cum assumptione habitus, sed tantum defuerit circumstantia loci, quam Pontifex non vult inducere nullitatem post decennium; at quando impugnatur professio ex vi, ac metu, tunc excluditur consensus ab initio, & durante eadem causa metus, semper deficit consensus, & propterea, ne ex lapsu quidem longissimi temporis censetur ratificata professio, dum viget eadem causa metus, Roland. *d.cons.*95.*numer.*32. *l.*1. Osasch.*d.dec.*179.*num.*121. *ac* 13. Farinac. *d. v. metus num.* 163. Ludovis.*d.decis.*392. *numer.*4. Quia, permanente eadem causa metus, omnes actus subsequentes præsumuntur meticulosi, ut latè *in d. Tullensi professionis* coram Merlino. 31

Præsertim, ut diximus, si protestatus fuerit ante, & post professionem. Ex hoc enim tollitur præsumptio ratificationis, quæ fundatur dumtaxat in præsumpta voluntate, Abb. *in d. c. perlatum num.*14. ac Rota *parte* 4.*recent.decis.*179.*num.*1.*&* 2.*& decis.*307.*num.*4.*& part.*2.*recent.decis.*206.*nu.*2. Merlin.*dec.*628.*nu.*6. Cyriac.*contr.*371.*nu.*36. Præsumptio enim legis cessat, dum constat ex clara, & expressa voluntate; imò, dum constat de principio meticuloso, non inducitur purgatio metus, vel ratificatio professionis ex sola temporis diuturnitate, & acquiescentia; sed requiritur, quod metus probetur sublatus per actus contrarios positivos, Osasch. *decis.*139. *numero* 11. & Rota *ad dec.*179.*num.*6. & quod adhuc non duret causa metus, ut ex superius adductis, atque ex istis protestationibus etiam probatur metus, ut per Rotam coram Buratto *d. decis.*205.*numero* 15.*& parte* 1. *recent. decis.*579. *numero* 7. Ludov.*decis.*326.*nu.*11. Etiam si fuerint Clandestinæ, Beltram. ad Ludovis.*loc.cit.num.*50. & Ciarlin. *c.*108. *num.*50. Unde non est deneganda restitutio, quæ semper conceditur, quando constat de bono jure petentis, Veral.*decis.* 94. *parte* 3. Ludovis.459. *numero* 1. Duran.*decis.*233.*part.*1. Vel quando adfuit aliquod justum impedimentum, ut per Rotam apud Burattum *d.dec.*205.*numero trigesimo primo*, Gratian. *c.*413.*num.*9.*&* 10. ac Bordon.*de profes.cap.*22.*nu.* 14.*& seq.*

Quinimo probationes hujusmodi non solum essent sufficientes ad obtinendam restitutionem, sed etiam ad ipsam declarationem nullitatis. Quia ubi intervenit metus, cessat libertas consensus, quæ est de substantia professionis, ut iterum dicimus cum Rota coram Buratto *d. dec.* 205. *& seq.* & in citata *Ulyssiponensi*, & apertè statuit Sacrum Concilium *d. c.*19.*sess.*25. *de Regular.* 34

Metus autem, & coactio probari debet per testes contestes, licet propter difficultatem materiæ admittantur etiam probationes leviores, nempè indicia, & conjecturæ, ex congestis per Giovagnon. *cons.*67.*num.*2.*&* 69. *l.* 1. ac per Barbosam *vot. dec.* 1. *numero* 53.*&* 54. *leg.* 1. *& not.* 16. *numero* 9. *ac* 10.*leg.*2.*& vot.*17.*numero* 107.*&* 108. ejusdem libri, & stari depositioni, etiam unici testis per Glossam *in Can. præsens Clericus v. patrem.* 20. *quæstio.*3. ait Mongil. *de met. capite decimo, numero tertio*, §. 19. & admitti testes etiam inhabiles, probant Alexander *cons.* 156.*numero decimo. libro* 5. Honded.*cons.*29.*numero vigesimo quarto, lib.*1. Barbos.*d. vot.*17. *num.*110. & Gregor.*decis.* 351.*num.*6.*ac* 7. 35

Causæ

35 Causæ verò præcipuæ justi metus sunt, minor ætas metum passi, ut proinde, attenta illius imbecillitate, levior metus sufficiat, Purpurat.*cons.*15.*num.*22. Seraph.*dec.* 671. *num* 4. & Gregor.*decis.*316.*num.*26. Quod pater, frater, patruus, mater &c. non solum adhibuerint minas, quas tamen sufficere ad inducendum justum metum, probat Sanchez *d.lib.*4.*de matrim.disput.*5.*num.*2.*cum seqq.* & Rota *in d. Ulyssiponensi*, sed etiam verbera. Qui proculdubio dicitur metus gravis, & cadens in constantem virum, Ruin.*cons.*121.*num.*9.*&* 10.*lib.*4. Sanchez *loc.cit.num.*25. *& in decal.lib.*4.*c.*3.*num.*8. ac Bonac.*de matr. quæst.*3. *pun.*8. *num.*6.

36 Concurrente maximè natura feroci, ac rigida inferentis metum, ac soliti minas exequi, quod, licet non sit necessarium ad validam probationem metus, plurimum tamen conducit ex traditis à Menoch. *lib.*3.*præsum.*126. *n.*14.*& seq.* Mart. *vot.*64.*n.*7. & Rota *dec.*260.*nu.*6.*post* 2. *vol.consil.* Farinacii.

37 Sic probato metu, certum est, quod omnes conjecturæ in contrarium evanescunt, Alexand. *cons.*99.*n.*10.*lib.*3. Nicol. Verard.*cons.*4.*num.*4.*tom.*2. Silen. Gam.*dec. Lusit.*346. *num.*3. Gregor. XV.*decis.*126.*num.*45. Seraph.*dec.*851. *num.* 6. Rota *dec.*216 *num.*21.*par.*2.*diu.* Imò probato metu, impossibile esse contrarium probare ait Alex.*d.cons.*99.*num.* 8.*&* 9.

38 Nec dicas, quod voluntas coacta est voluntas. Quia non est omnino libera, ut simplex voluntas, qualis in professione religiosa requiritur, *c.cum locum de sponsal.* Butr. *in c.cum virum n* 5. *de reg.jur.* & ita declarat Dec. *in l. velle nu.*4.*ff.eod.tit.* ibique Cagnol.*nu.*5. & explicat Rota *dec.*643.*n.*28.*par.*1.*rec.*

39 Quæ omnia irritant professionem, imò si tantum essent persuasiones importunæ, sufficerent ad eam irritandam, ut ex relatis per Altogradum *cons.*50 *numer.*251. Valenzuol. *cons.* 21.*num.*3. Afflict. *dec.*69.*num.*4. Roman.*lib.* 4. *c.*12. *&* 5.15. *præcipuè num.*17. ub. multis ac. æ paginæ argumentis, testimoniis, & rationibus id comprobat, faciuntque textus *in leg.*3. *ff. de lib.exhib. l.un. de rap.virg.* ubi Bartol.*num.*2. *Extravag.e vetrabilis* ubi Gloss. *v.extorsisse de præb.* cum aliis per Diana *p.*3. *tr.*5 *miscel. resol.*2.

40 Cùm igitur ante, & post professionem defectus voluntatis manifestus fuerit, clarè liquet, quod non divini Spiritus afflatu ad dictam professionem quis devenerit. Nam bonus spiritus non tam citò pertransit, ut ex antecedentibus, & subsequentibus actibus metum, & repugnantiam voluntatis, arguit Paris.*cons.*60.*numer.*37. *& seqq.lib.*4. Rot.*decis.*643.*num.*16.*part.*1.*recent.* & congruit sententia Ecclesiastici *c.*5. *ac textus in l. plerique* 33.*ff. de ritu nupt. l. cum hic status* 3. *de jur. dot.* Doctores citati à Sanchez *lib.*1.*de matrim.disput.*8. *num* 6. Unde nulla inducitur expressa, aut tacita professionis ratificatio. Quia cum ista præsumatur à caeiturnitate quinquennali, post cujus spatium facultatem reclamandi S. Concilium denegat, hæc non militat in casu, quo semper quis animum suum aversum, & abhorrentem à religione patefecerit.

41 Neque Concilium, nec ullus unquam firmavit Auctor ex hisce induci veram ratificationem professionis, sed præsumptionem tantum ratificationis, aut professionis, ut constat ex eodem Concilio. Et ideò, qui intra quinquennium, vel aliud longum tempus animum profitendi non habuit, quamvis habitum regularem deluerit, vel actibus professorum se ingesserit, non est revera religiosus. Vnde qui ob vim, metum, vel aliquod simile professionem emisit, tranſacto quinquennio, non est verus professus, si illam professionem non ratificaverit, & solum in foro exteriori præsumitur esse religiosus, ut docet Navarrus *cons.* 23. *de regular.numero* 5. *& cons.* 89. *numero* 6.*&* 7. ubi ait, hunc esse tutum in conscientia, & posse redire ad sæculum, & ducere uxorem. Nam professio invalida nullum inducit effectum, ut habet Tridentinum *sess.* 25. *c.*15. *de regular.* adeò quod neque professum faciat religiosum in genere, scilicet obligatum ad ingrediendum aliam religionem. *Et cons.*43 *de regular. num.penult.* ait, talem professum posse, cessante scandalo, cùm sciat, vel justè credat suam professionem coram Deo non valere ante reclamationem deserere habitum, & fugere è carceribus, & non deducere causas nullitatis coram Ordinario, vel Superiore, & non redire ad Monasterium, nec teneri ad pœnam apostatæ. Sic etiam sentit Emanuel Sà *v. Religio num.*71. cum inquit: *Apostata non est à Religione, qui meritò credens, se non esse professum, exit à Religione.* Hic enim potest, etiam dimisso habitu, fugere, neque huic obstat Concilium Tridentinum.

Hanc sententiam sequitur etiam Sanchez *libro* 7. *de*42 *matrim. disput.* 37. *numero* 9. Henriquez *libro undecimo, de matrim.c.*6. *in gloss & c.*8. *num.*9. & probatur *in c.* 2. *de Regular.* ubi legimus, eum, qui per vim professionem emisit, non posse post annum tranſactum à Religione discedere, & tamen propterea censetur hic verè professus, si professionem non ratificaverit, sed solum in foro exteriori præsumitur professus, ut tradunt ibi Glossa *in fine*; Innocentius pariter *in fine*, & Cardinalis *quæst.* 7. Item *in cap. vidua de Regular.* dicitur, viduam novitiam, sponte actus professarum exercentem, non posse à religione discedere, quia per tales actus censetur velle professionem facere; & tamen si verè per illos actus non habuit intentionem emittendi professionem, non est verè, & in foro Conscientiæ professa, sed solum in foro exteriori præsumitur professa. Ergo idem dicendum est de Concilii Tridentini decreto, nempè eum, qui intra quinquennium non reclamavit, esse præsumendum professum in foro scilicet exteriori. Præterea in decreto non dicitur, hunc esse verè professum, sed solum in foro exteriori non esse audiendum. At probitio, ne audiatur non facit, ut is, qui non est verè professus censeatur legitimè, ac verè professus, si nunquam Deo per propriam voluntatem voluit, se obligare in statu religioso.

Atque ita etiam tenent Miranda *in man. Prælat.tom.*1.43 *parte* 2.*art.*3.*in fin.* Bordon.*de profes.num.*16. aliique. Nam sine consensu professio dari non potest, nec obligatio, quibus adde *l.*1.*§. Conventionum ff. de pact.* Multò minus in eo, qui semper protestatus fuit, nolle profiteri. Vnde subintrat illa Conclusio, quod expressus dissensus facit cessare consensum tacitum, ut præter alios probat Add. ad Gregor.*dec.*576.*& decis.*179.*&* 533.*part.*4. *recent.* Deus voluntarios sibi eligit milites, *Can. non est* 15. *quæst.*1. coacta verò servitia contemnit, *Can. jam verò* 23. *quæst.*6.

Vim itaque ac metum incussum ante ingressum in Re-44 ligionem, susceptum habitum, & emissam professionem, & aversionem à Religione, pluries ostensam, maximi ponderis esse ad declarandam irritam professionem, respondit Rota *in Monopolitana nullitatis professionis* 27. Januarii 1653. coram Dunozetto, & Add. ad Buratt. *d.decis.* 205.*n.*4.

Et quidem de aversione animi à Religione *dubitari*45 non poterit, si dum adhuc esset in sæculo lacrymis, & querelis, ex quibus animus dignoscitur, ut notat Rota *in d. Ulyssiponensi* coram Arguelles, recusavit ingredi Religionem; cujus statum abhorrebat, præsertim si pluries in probationis anno è Conventu discesserit, habitum Religionis dimiserit, & quamplura alia signa aversionis ediderit. Ex quibus omnibus simul junctis resultare manifestam professionis nullitatem, ait Rota *in d. Ulyssiponensi §. Et ratio, ac decis.* 491. *numero* 1. coram Reyas.

De vi autem, ac metu, cum sit difficilis probationis,46 ac propterea sufficiant leviores probationes, imò indicia conjecturæ, ac præsumptiones, argumenta, & verisimilia, ut decidit Rota *decis.*771.*numero secundo*, coram Seraphino, *& decis.*326.*numero* 5.*& seqq.* coram Ludovisio, minus dubitari poterit, si ex facti serie pateat nulliter professum in sua tenera ætate max ma sui animi perturbatione coactum fuisse ingredi Religionem, in ea

professionem

importunas, & subdolas suasiones severi, ac potentis patris, patrui, fratris, &c. quibus ipse erat obsequentissimus, nec audebat contradicere, verum etiam ob additas eorum vehementes violentias, & minas frequenter, & atrociter executioni demandatas, ac insuper ob expressas declarationes, quatenus non ingrederetur Religionem, ibique professionem non emitteret, ac perseveraret, illum è domo expellerent, idque renunciandæ hæreditatis causa. Ex quibus resultare etiam claram, & certam metus, ac violentiæ probationem, pluribus relatis firmat Rota *dec.* 491. coram Royas, ubi *nu.*4. addit, his concurrentibus, non esse opus discutere causam metus, & an fuerit cadens in constantem virum, cum hæc discussio solum sit admittenda, quando ex facto non resultat probatio metus.

47 Et tamen resultare videtur non solum probatio metus reverentialis, si fuerit illatus à personis, erga quas cadebat talis timor, qui solus si absque minus ratione summæ libertatis requisitæ in emittenda validè professione satis est pro illius invaliditate, ut per Rodriq. *tom.* 3. *quæst. regul* 17. *art.*18. Ciarlin. *contrar. form. l.*1. *c.*18. *num.* 32. Pontium *de matrim. l.*4. *c.*11. *à numer.*14. & Rotam *d. decis.* 491. *num.*6. coram Royas, & *in d. Ulyssiponen. si* §. *quicquid sit.* multò magis erit satis ad annullandam professionem, quando eam metu reverentiali, nedum concurrant graves minæ eorum, quibus debetur naturalis reverentia, ut latè probat Bartholom. de Vecch. *in prax. novit. disput.*13. *numer.*19. & de minis longè minus severis, & executioni non demandatis, Lezana *d. v. professo num.* 16. ac Rota *d. dec.*205. *nu.*5. *ac* 7. coram Buratto, & *in Toletana nullitatis professionis* 19. Novembris 1614. coram Ubaldo.

48 Sed etiam metus cadens in constantem virum, si, ut diximus, maxima animi sui perturbatione commotus, ingressus fuerit Religionem ibique professionem emiserit, ac perseveraverit ad effugiendum patris, patrui, suorum indignationem, severas minas, inhumanas sævitias, contumeliosa verba, ac verbera, quibus protestabantur, illum afficere, si è Religione egrederetur, ac redire ad domum paternam, atque ex his resultare gravissimum metum; & cadentem in constantem virum in levioribus terminis constanter renuit Rota *d. dec.*205. *numer.*7. *ac seq.* coram Buratto, & *decis.*491. *numero* 8. coram Royas.

49 Quibus in casibus ponderanda præcipuè est qualitas personarum, quam multum considerandam esse, ait Rota *dec.*202. *par.*6. *recent.* nempè tam metum passi, an scilicet in ipso imbecillitas, an fortitudo locum habuerit, ut ponderat Fagnan. *in c. Consultationi n.*14. *de sponsal.* Quapropter si ageretur de adolescente, cui tot metus imagines, torque minæ fuerunt incussæ, ut non modò adolescentem, in quo levior metus requiritur propter illius animi imbecillitatem, ut aliis congestis firmat Rota *in d. Monopolitana*, sed virum constantissimum potuissent summoperè movere, ac perterrefacere, ut inquit Rota *in Burgen.* nullitatis professionis 16. Aprilis 1649. §. *Sed quia* coram Arguelles.

50 Quam metum incutientis, nempè patris, patrui, fratris &c. severioris naturæ, quæ juncta cum metu reverentiali efficaciorem reddit violentiæ probationem, ut tradunt Rebuff. *conf.*69. Ric. *parte quarta, dec. Cur. Neapol.*274. & Rota *dec.*491. *numer.*7. coram Royas, cum ad id sufficiant solum persuasiones, ac importunæ instantiæ, ac contentiones cum metu reverentiali conjunctæ, provenientes ab eo, quem reveremur, Rota *dec.*105. *numer.* 3. *part.*3. *recent.* & *dec.*326. *num.*13. coram Gregorio, & *d. dec.*205. coram Buratto, & *in d. Ulyssiponensi* §. *concurrunt* coram Arguelles, traditque Spada *conf.*96. *numer.*6. *lib.*3.

51 Eoque magis, si præter defectum consensus, constaret etiam de multiplici defectu formæ emissæ professionis.

1. Ut si annus probationis non fuerit continuus, sed interruptus.
2. Si non fuerit integer, atque completus.
3. Si non fuerit peractus in Conventu designato.
4. Si professio fuerit facta extra locum designatum.
5. Si fuerit emissa ante completam ætatem, præscriptam à S. Concilio Tridentino, & à Constitutionibus Religionis.
6. Si non fuerit recepta ab habente legitimam facultatem.
7. Si facta fuerit per vim, & metum.
8. Si emissa fuerit absque consensu professentis, &c.

Nam quoad primum asserta professio redditur nulla 52 ob interruptum novitiatum. Hic enim probationis annus tam ex jure antiquo *in Can. Consulvus* 17. *quæst.*2. cum aliis relatis à Donaco *in praxi Regular. tom.* 2. *tract.* 9. quam ex jure novo in Concilio Tridentino *d. sess.* 25. *c.* 15. & ex declarationibus ejus S. Congregationis, de quibus Rota *dec.*175. *numero secundo, parte* 1. *recente.* Debet esse continuus, neque interrumpi potest ex quovis prætextu, Rota *d. dec.*175. *eodem numer.*2. Sanchez *in decalog. lib.*5. *c.*4. Suarez *de Relig. l.*5. *num.*3. Gratian. *discept.*440. *nu.* 14. Ciarlin. *contr.*108 *num.*14. & *seq.* Novar. *in sum. Bular. comm.*88. *n.*4. & *com.*91. *n.*5. *par.*1. ac Rota *dec.*15. *nu.*13. *par.* 11. *recent.* & tuit firmatum *in Leodien. professionis.* 1. Julii 1672. coram Reverendissimo Emerix, quæ est *dec.*361 *part.* 19. *recent.*

Quod si dicatur interruptum fuisse Novitiatum ex 53 Brevi Pontificio, advertendum est, quod, licet illud appareat expeditum nomine Novitii, impetrari tamen solet ab ejus patre, aliisque eorum sumptibus, Novitio penitus inscio, ut in simili ponderarunt Rota *dec.*259. *num.* 20. *part.*17. *recent.* ac de Luca *de donat. disc.* 78. *numer.* 8. *in supplem. parte secunda*, & propterea nihil operatur, Rota *dec.*499. *numero* 10. *parte* 14. *recent.* Eoque magis si fuerit extorum sub falsa narrativa, quod Novitius morbo afficiebatur, ideoque esset obreptitium, *c. ad aures de rescript.* Rota *decis.*302. *numero* 4. coram Bichio, nullamque reddit dispensationem, Gloss. *in c. ad audientiam v. mentione, eodem tit.* Corrad. *in praxim. dispensat. l.*1. *c.*5. *num.*11.

Ad secundum irrita est professio ob novitiatum non 54 integrum. Prohibet enim S. Concilium *d. c.* 15. quemquam ad professionem admitti ante decimum sextum annum expletum, nec qui minori tempore quam per annum post susceptum habitum in probatione steterit. Unde, licet quis in Religione vixerit pluribus annis, non censetur novitiatum absolvisse ante completum annum decimumquintum, ut Tambur. *d. Jur. Abb. tom.*3. *disput.* 6. *quæst.*2. *numer.*7. Quare hic probationis annus debet esse omnino integer ita, ut non sufficiat, ultimam diem esse inceptam, sed requiratur completa è momento ad momentum, Gratian. *d. discept.* 440. *numero duodecimo, ac* 13. Lezan. *quæst. regul. v. professio num.*9. Donat. *loc. cit. tom.*2. *tract.*9. *de novit. quæst.*5. ac susè Fagnan. *in c. ad nostram à num.*19. Rota *d. dec.*175. *numer.*7. *parte* 1. *recent. de* Luca *in annot. ad Sac. Concil. Trident. discurs.*39. *nu.*4. Novar. *d. comm.*91. *num.*5. *part.*1. ac sæpius declaravit S. Congregatio Concilii apud Barbos. *in summ. Apostol. dec. collect.*612. *numero septimo.* Etenim hic probationis annus datur in subsidium humanæ fragilitatis, & in favorem tum Novitii, cùm Monasterii, ut ille experiatur Religionis austeritates, viresque suas, hoc verò Novitii animum, ac mores cognoscere valeat, *c. ad Apostolicam de regular.* Fagnan. *in dict. c. ad nostram numero* 32. *eodem tit.* Rota *d. decis.*175. *num.*2. *ac decis.*454. *num.*4. & *decis.* 499. *num.*9. *parte* 14. *recent.* Diebus enim, imò etiam, die, horave, quæ deficerent anno probationis, aliquid forsan contingere poterit, tam Novitio, quam Monasterio, quod illum, aut istud retraxisset à professione, quemadmodum advertit Rota *d. dec.*175. *num.*2. *par.*1. *recent.* & Grat. *loc. cit. num.*11.

Ad tertium, est quoque nulla professio, si annus 55 probationis peractus fuerit in Conventu ad id minimè designato. Obstant enim decreta Clementis VIII. quæ irritant professionem, cui non præcesserit annuæ, probationis

probationis in Conventu non designato, ut in Bullar. *tom.* 4. & tradunt Donat. *in prax. regul. tom.*2. *tr.* 8. Tambur. *d. tom.*3. *disp.* 6. *quæst.* 6. Fagnan. *in cap. ne Religiosi de regul. & in cap. Consuluit, qui Cler. vel Mon. num.*11. & 23. & Passerin. *de stat. homin. quæst.* 189. *num.* 30. & nos libi.

56 Ad quartum asserta professio est pariter nulla, si emissa fuerit in Conventu ad id non designato. Nam memorata decreta Clementis VIII. copulativè requirunt, quod annus probationis, & professio peragantur in aliquo ex Conventibus designatis cum amplissima clausula irritante, Donat. *loc. cit. quæst.*2. *num.*1. & 2. & *quæst.* 4. & *quæst.* 6. *par.* 2. *num.*3. & 4. Fagnan. *in cap. per latum num.* 20. *ac seq. de his, quæ vi, met. & in cap. insinuante n.* 49. *ac seqq. qui Cler. vel non.* Passerin. *d. quæst.*189. *ar.*10. *n.*334. aliique.

57 Ad quintum. Est enim nulla asserta professio ex defectu ætatis, quam exigit Concilium *cit. cap.* 15. ubi ante expletam ætatem professionem irritat ita, ut reddatur nulla ex defectu unius diei, vel horæ, ut per Narbon. *de stat. sub annum decimum sextum, quæst. un. num.* 6. Conrad. *loc. cit. lib.* 5. *cap.* 14. *num.*32. Barbos. *in sum. Apostol. decis. collect.*612. *num.*5. & *ad d. cap.* 15. *Concilii num.*11. *ac de potest. Episcop. alleg.* 101. *num.*22. Fagnan. *in d. cap. ad nostram num.* 10. *cum seqq. de regul.* Donat. *d. tom.*2. *tr.* 9. *de novit. quæst.* 5. *num.*3. & 4. & *tr.* 11. *de profes. nullit. quæst.* 38. de Luca *d. discurs.* 39. *num.* 3. ac Rota *d. dec.*175. & *num.*7. Etiam si malitia suppleret ætatem, Sanchez *in decal. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 2. de Luca *discurs.* 41. *num.* 17. *de regul.* & Fagnan. *in cap. cum in cunctis num.* 129. *de elect.* Salvis etiam Constitutionibus illarum Religionum, quæ longius tempus ad profitendum requiruntur; licet hujusmodi Constitutiones non habeant explicitè clausulam irritantem; quia hoc longius tempus est pars anni probationis, ut tradunt Scrof. *resol. moral. quæst.* 8. & 9. Donat. *d. tr.* 9. *de novit. quæst.* 20. *n.* 3. & 4. ubi ait, quod sub ista conditione ad Religionem admittuntur, non alias, nec alio modo, & sine probationis anno, perfectè completo, non possunt licitè, nec validè profiteri. *Et quæst.* 21. subdit, novitium, huic tempori renunciare non posse, utpotè inducto ad communem utilitatem, & tangenti jus publicum ex Navar. *cons.* 30. *num.* 2. *ac* 3. *de regular.* nec ei quicquam derogavit S. Concilium, ut probat idem Donatus *cit. quæst.* 20. *num.* 7. & 8. ac probatur *ex cap.* 27. *d. sess. de regular.* per hæc verba: *Si qui verò Regulares tam viri, quam mulieres sunt, qui sub arctiori regula, vel statutis vivunt, excepta facultate habendi bona stabilia in communi, eos ab eorum instituto, & observantia S. Synodus amovere non intendit.*

58 Ad sextum. Irrita est professio, si non recipiatur ab habente legitimam facultatem, tum ex specialibus Constitutionibus Religionum, ut in Religione Prædicatorum *dist.* 1. *cap.* 13. *text.* 3. & habetur apud Donatum *tr.* 1. *de, recip. ac habit. quæst.* 2. *numer.* 10. & apud Fagnan. *in cap. porrectum num.* 37. *de Regular.* Tum etiam ex jure communi, ex quo ad professionis validitatem requiritur, ut fiat in manibus Abbatis cum Monasterii consensu, alias est nulla, quia ex professione oritur obligatio reciproca profitentis, & Monasterii, quæ indici non potest sine legitimo consensu utriusque, ut per Fagnan. *in cap. ad Apostolicam num.* 16. & *in d. cap. porrectum num.* 18. *ac seq.* Donat. *loc. cit. q.* 2. & *tr.* 11. *de profes. nullit. q.*36. Tambur. *d. tom.* 3. *disp.* 6. *q.* 2. & 15. & *q.* 16. *n.* 3. Passerin. *d. q.* 189. *ar.*10. *n.*197. & 199. Gratian. *d. discept.* 440. *n.*19. & *seqq.* Spada *conf.* 93. *nu.* 1. & 2. *tom.*3. de Luca *discurs.* 40. *n.* 7. *de Regular.* Præsertim verò si verba, ad profitendum præscripta, prolata fuerint à Superiore Monasterii, non autem profitente, ut omnino necessarium est ad textum *in cap. ego N. de jure jur.* tradunt que Cardinal. *in cap. insinuante num.* 5. *qui Cler. vel non.* Tambur. *d. disp.*6. *q.* 22. *n.* 4. cum aliis adductis à Spada *d. conf.*93. *num.*10.

59 Ad septimum. Nulla omninò declaranda est asserta professio, utpotè extorta per vim, & metum, tum ex superiùs dictis, tum ex sequentibus.

Primò, si Novitius fuerit translatus è Conventu, in 60 quo habitum susceperat, & aliquot menses Noviciatus peregerat, ad Conventum suæ Civitatis vigore Brevis falsò impetrati, non alia de causa, nisi quia inibi aderant pater, fratres, patruus &c. admodum potentes quibus non ausus esset contradicere, in specie non absimilis Brevis infert Rota *d. decis.* 42. *num.* 28. post Zuffium *de legitim. proces. & d. decis.* 499. *numer.* 9. *p.* 4. *recent.*

Secundò, si in dicto Conventu expressè protestatus 61 fuerit coram Superiore, religiosis, amicis, de vi ac metu, sibi illatis à parentibus, ab aliis &c.

Tertiò, si reclamanti, pater, fratres, patruus novum 62 metum incusserint ad mortem usque sub eundam, conjiciendo eum in carcere, neque ab eo liberatus antequam extorsisset promissionem, si fore omnino professurum.

Minæ autem, & attentata hujusmodi, juncto metu 63 reverentiali, sufficiunt ad probandum, professionem, emissam fuisse per vim ac metum, Bordon, *constr. moral.* 13. *nu.*12. & *seq.* Rot. *d. dec.*205. *n.*13. coram Buratto, & *dec.* 362. *n.* 11. Coram Gregorio, & *dec.* 590. coram Merlino, & *dec.*98 *nu.*9. & 10. coram Peutingero. Imò Rota coram Royas *dec.* 89. *nu.* & *seq. ac dec.* 691. *num.* 6. *ac* 7. firmat, solum metum reverentialem nepotis erga Patruum attendendum esse, idemque probat Ciarlin. *d. contr.* 108. *n.* 37. ubi refert, ita declaratum fuisse à S. Congregatione Concilii.

Non obstante, quod id probatur solum ex dicto unius 64 Religiosi, testantis de auditu Novitii. Quia si testatur de lacrymis, & lamentationibus ipsius Novitii paulò post colloquium habitum cum eo, qui intulit metum; & de auditis ab eodam novitio ante emissam professionem, & sic tempore non suspecto, redditur maximè verisimilis incussio metus, de quo ille conquestus fuit, ut in specie advertit Spada *conf.* 96. *n.* 4. *tom.* 3 facitque Rota *dec.* 590. *num.* 4. coram Merlino, ad quod sufficiunt indicia, & præsumptiones, Carenas *resol.* 81. *nu.*14. Spada *loc. cit. num.* 2. & 5. ac Merlin. *d. dec. num.* 5. Gregor. *ead. dec.* 326. *num.* 5. Peuting. *ibid. num.*14. & publica vox, & fama, Rota *d. dec.* 205. coram Burrato *numer.* 18. Dictusque metus facilius præsumitur propter minorem ætatem, Ciarlin. *d. contr.* 108. *num.*32. & 33. Burat. *ubi supra n.* 21. & 27. Gregor. *ibid. n.*26. Ubald. *dec.* 234. *numer.* 4. & 8. *tom.* 1. & satis comprobatur ex antecedentibus, & consequentibus querimonils, & reclamationibus, ut, præter citatos, tradunt etiam Conrad. *in prax. dispens. lib.* 3. *d. cap.* 14. *nu.* 7. Ciarlin *d. contr.* 108. *num.* 49. & 53. Gregor. *dec.* 326. *numer.* 4. Arguel. *d. dec.* 25. *numer.* 48. & Peutinger. *d. dec.* 98. *num.* 1.

Quartò, si Novitius, coactus fuerit renunciare om- 65 nibus suis bonis ante tres dies emissæ professionis, ac die sequenti professionem emittere, tametsi S. Concilium *d. sess.* 25. *cap.* 16. jubeat renunciationes, à proficentibus fieri intra duos menses proximos ante professionem, alias irritæ sint ex traditis à Rota *dec.* 91. *num.* 23. coram Roya, cum aliis fusè relatis à Torre *de pact. futuræ succes. lib.*2. *cap.*35. *à num.*1233.

Quintò, si professio emissa fuerit sub nocem sine 66 interventu alicujus Consanguinei, vel affinis, vel quod timebant aliquod scandalum eventurum, vel quod habebant conscientiam læsam, ut advertit in his terminis Spada *loc. cit. num.* 6. & Rota *d. decis.* 326. *num.* 39. coram Gregorio.

Quare dum ex his, aliisque simul junctis professio 67 apparet emissa per vim, & metum, certò nulla fuit, neque sic profitens, vinculo Religionis ligatus extitit, *cap.* 1. & 2. *de his, quæ vi.* Navar. *cons.* 5. *n.* 2. *eod. tit.* Ciarlin. *ibid.* de Luca *discurs.* 44. *n.* 3. Rota *d. dec.* 229. *n.*2. coram Caril. & *dec.* 25. *num.* 1. & *dec.* 89. *nu.* 48. coram Arguelles.

68 Ad octavum. Secluſis vi, ac metu, nulla eſt profeſſio ex defectu conſenſus, reſultante præſertim ex proteſtatione ſolemniter facta coram Superiore Conventus, quod nullo modo volebat Religionem profiteri, & quod poſt obitum parentum reclamaſſet, adhuc profeſſione emiſſa, irritando omnes actus, ex quibus manifeſtò apparet defectus conſenſus, qui eſt de ſubſtantia profeſſionis, eoque deficiente, profeſſio nequaquam perficitur. *cap. 1. de regul.* Scot. *in 4. ſunt diſt. 29. quæſt. 2. ar. 2.* Sot. *de juſt. & jur. lib. 7. quæſt. 2. ar. 1.* Tambur. *d. diſp. 6. quæſt. 26. num. 5.* Donat. *d. tr. 11. de profeſ. nullit. quæſt. 2. num. 3. & quæſt. 3.* Paſſerin. *d. quæſt. 189. ar. 10. num. 42. & ſeq.* Carena *d. reſol. 81. num. 14.* poſt Sperel. *dec. 79. num. 31.* Rota *dec. 94. num. 4.* coram Ubald. *tom. 1. & d. dec. 499. num. 1. & 8. p. 14. recent.*

69 Nec obſtat, quod Proteſtatio facta non fuerit in ipſo actu profeſſionis. Nam ſatis eſt, fuiſſe factam antea, & quidem in ſuſceptione habitus, ut poſt Pariſ. Boſſium & alios, probat Anton. à Spiritu Sancto *d. conſ. 63, n. 7. & 8.* Franc. *de proteſtat. conſ. 55. num. 4. 6. & ſeqq.* ac Rota *deciſ. 9. num. 35.* coram Arguelles. Maximè verò ſi accedant aliæ reclamationes poſt profeſſionem, ex quibus liquet magna illius animi averſio à Religione, ut perpendit Rota *deciſ. 499. num. 2. & ſeqq. par. 14. recent.*

70 Minimè obſtantibus teſtibus; qui profeſſionem liberè, ac ſponte emiſſam fuiſſe, teſtarentur. Plurimum enim eſt, quod plus creditur duobus teſtibus affirmantibus de metu, quàm mille aſſerentibus de ſpontanea voluntate, ut ad rem hanc reſpondent Bordon. *d. contr. 33. n. 32. & 33.* Conrad. *d. cap. 14. num. 11.* Ciarlin. *n. contr. 108. num. 66.* Rot. *deciſ. 179. num. 10.* coram Carillo, *& d. dec. 205. num. 11.* coram Buratto, *& deciſ. 234. mm. 10. & 11.* coram Ubald. *tom. 1. & d. deciſ. 35. num. 5.* coram Arguelles. Idque, etiamſi diceretur, probationem metus inniti teſtibus, qui non ſunt formiter examinati; nam ad obtinendam reſtitutionem in integrum attenduntur extrajudiciales atteſtationes, ſufficitque dare fumum de iis, quæ poſtea concludenter coram Judicibus cauſæ probanda erunt, ut per de Lucam *diſc. 41. num. 13. de Regular.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. d. alleg. 104. num. 17.* Conrad. *d. cap. 14. num. 15.* Donat. *d. tom. 2. tr. 12. de reclam. q. 14. num. 11.* ac Lezana *quæſt. regul. v. profeſſio num. 21.* Nec aliter fieri poteſt; Nam ante obtentam reſtitutionem non adeſt Judex competens, coram quo probationes fieri debent.

71 Conſtaretque de nullitate profeſſionis etiam apud ipſam Religionem, ſi hæc illam non appoſuerit in libro Conventus, in quo, dum profeſſio emittitur, conſcribi debet nomen profitentis, & ejus in cujus manibus profitetur, nec non dies, menſis, annus, teſtes ex memoratis decretis Clementis VIII. & ex iis, quæ tradunt Donat. *d. tom. 2. tr. 10. de profeſſolemn. q. 4. n. 6. 7. & 8.* Tambur. *d. diſp. 6. q. 22. num. 3. & ſeq.* Imò ex hoc ipſo, quod de profeſſione non conſtat ex dicto libro, neque ex aliis legitimis documentis, dici poterit, eam non fuiſſe emiſſam. Nam, licet de ea loquerentur teſtes, etiam ab aſſerto profitente deducti, non tamen illam probarent, ſi non teſtarentur, illam ritè, ac rectè emiſſam fuiſſe cum omnibus requiſitis ad illius validitatem, ut tradit de Luca *de benefic. diſc. 75. num. 21. & 22.* & ante eum Spada *d. conſ. 91. num. 10.*

72 Neque hujuſmodi profeſſio rata fit ex perſeverantia ultra quinquennium in Religione, ex Sacris Ordinibus in ea ſuſceptis, ac forſan ex aliis profeſſorum actibus. Quia cùm appareat, profitentem non habuiſſe animum profitendi, quamvis diu detulerit habitum regularem, & in profeſſorum actibus ſe immiſcuerit, non idcirco aſſertam profeſſionem ratam habuit, Rota *d. dec. 9. nu. 4. & d. dec. 25. n. 4. & ſeq.* coram Arguelles. Ad quem effectum probari etiam deberet, eum ſciviſſe, quod talibus actibus aſſertam profeſſionem ratam faceret, ut cum ſupra citatis tradit etiam Rota *d. dec. 25. num. 9.* coram Arguelles, *& dec. 134. n. 6. & 7. p. 14. rec.* & requireretur novus conſenſus ex parte Monaſterii, Rot. *d. dec. 491. n. 17.* coram Royas, *& d. dec. 42. n. 31.* poſt Zuff. *de legitim. proceſſ.*

Cæterùm excluditur quævis præſumptio præteníæ 73
ratificationis ex querimoniis, & reclamationibus, Cytiac. *contr. 371. num. 36.* Franc. *d. conſid. 55. nu. 3.* Caren. *d. reſol. 81. n. 34.* Rot. *d. dec. 205. n. 14.* coram Burrato, *& d. dec. 229. n. 3.* coram Carillo, *& dec. 552. nu. 552. & ſeqq.* coram Ubaldo, *& d. dec. 25. num. 10. & ſeqq.* coram Arguelles *num. 1. p. 14. recent.*

Non obſtante ſuſceptione Ordinum, Rodrig. *tom. 3.* 74
quæſt. regul. 17. ar. 16. Pelliz. *in man. Reg. to. 1. tr. 3. cap. 1. n. 70.* Donat. *d. to. 2. tr 8. de dom. novit. q. 5. num. 11.* Groſſ. *contr. 41. n. 15.* Caren. *d. reſol. 81. nu. 83.* Cyriac. *loc. cit. num. 28. & ſeqq.* Rota *dec. 176. num. 1. & d. deciſ. 552. num. 28. 29. & 30. & dec. 276. n. 1. & d. deciſ. 552. num. 20.* coram Ubaldo. Ubi; quod Ordinum ſuſceptio res eſt à profeſſione diſtincta, & provenire præſumitur ex eodem metu, ex quo proceſſit aſſerta profeſſio, Navar. *conſ. 6. de his, quæ vi, met.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg. 104. num. 13.* Ideò Sacra Congregatio Concilii ſub anno 1664. in Anconitana reſtitutionis adverſus lapſum quinquennii reſtitutionem conceſſit, quamvis profeſſus ſuſcepiſſet Sacros Ordines in Religione, adhuc tamen durante metu, Ciarlin. *d. contr. 108. num. 56.* Groſſ. *d. contr. 41. num. 8.* Caren. *d. reſol. 81. n. 37.* Pilaia *in addit. ad Irac. d. conſid. 55. num. 1.* Anton. à Spiritu Sancto *d. conſ. 63. num. 5. & 8.* Paſſerin. *d. quæſt. 189. ar. 10. n. 408.* Rota *d. deciſ. 205. nu. 29.* coram Buratto, ibique Add. *num. 35. & d. dec. 276. num. 3. & 9.* coram Ubald. *& d. dec. 9. num. 4. & ſeq.* coram Arguelles, *& dec. 27. num. 15. & 16.* coram Peuting, *& dec. 175. num. 5. & dec. 579. nu. 6. p. recent.* Undè quicunque actus geſti, durante metu, etiamſi viderentur ſpontanei, adhuc eſſent æſtimandi meticuloſi, donec durat cauſa metus, ut fusè Roland. *conſ. 2. num. 86. & ſeqq. lib. 1.* cum congeſtis ab Add. ad Burat. *d. dec. 205. num. 35.*

Quinimò ſolus metus reverentialis, eſto, quod non 75
impediret validitatem profeſſionis expreſſè, impediret tamen ejus tacitam ratificationem juxta doctrinam Abbatis, *in cap. perlatum num. 14. de his, quæ vi, met.* quam, amplectitur Rota *d. deciſ. 579. num. 5. p. 1. rec. & d. dec. 552. num. 18.* coram Ubaldo. Propter hanc igitur durationem metus facilius concedendam eſſe reſtitutionem in integrum adverſus lapſum quinquennii, tradit Conrad. *d. c. 14. n. 40. & ſeq.* Eoque minus aliqua ratificatio profeſſionis excogitari poteſt reſpectu nullitatum, quæ non pendent à mera voluntate profitentis, ſed à defectu formæ ſubſtantialis, ac requiſitæ à diſpoſitione legis, contrarios actus irritantis, ut poſt alios, diſtingnit etiam de Luca *d. diſc. 44. num. 8.* ut proinde nullitates ob novitiatum non integrum, neque continuum, ipſum novitiatum, & actum profeſſionis emiſſum in Conventu non deſignato, tacitæ ratificationi non ſubjacent, cum expreſſè reſiſtant S. Concilium, ac decreta Clementis VIII. irritantia profeſſiones aliter factas per hæc verba: *Deceptiones verò; & profeſſiones quælibet eorum, qui contra hujuſmodi decretum noſtrum admiſſi fuerint, nullas, & irritas eſſe ex nunc decernimus, & declaramus &c.* in quo decreto comprehendi profeſſiones tam expreſſas, quàm tacitas, probant Navar. *conſ. 26. nu. 29. de regular.* Suarez *de relig. tom. 3. lib. 7. cap. 1. num. 8.* Paſſerin. *d. quæſt. 189. art. 10. num. 334. & 402.* Fagnan. *in d. cap. perlatum à num. 21. de his, quæ vi, met.* Novar. *in ſum. Bullar. com. 88. num. 8 par. 1.* Rot. *d. deciſ. 491. numer. 16.* coram Royas, *& d. deciſ. 42.* poſt Zuffium, adeò ut Urbanus VIII. mandaverit, ſic profeſſos, volentes in Religione perſeverare, novam, & validam profeſſionem teneri emittere, ut ex diplomate penes Donarum *d. tr. 8. pag. 115.* Verùm hac de re vide quæ alibi, præſertim *tom. 1.* jam diximus, à quibus non recedo. Quin etiamſi verteremur in dubiis, dum agitur de profeſſione emiſſa per vim, & metum, adhuc illa exiſtimanda eſt potius nulla, quàm valida, cum Deus ſibi milites eligat

potius nulla, quàm valida, cum Deus ſibi milites eligat voluntarios, ut ait Rota *de deciſ. 9. num. 84. & ſeq.* coram Arguelles, *& d. deciſ. 134. num. 15. & 16. par. 4. recent.* & de Luca *diſc. 43. num. 13. de regular.*

76 Neque obſtat, ſi fuerit elapſum quinquennium, quod ſuſceperit Sacros Ordines, exercuerit actus profeſſorum, officium lectoris, &c. adeò quod ratificaverit, ſaltem tacitè profeſſionem. Quia cùm conſtet de aſſiduis querimoniis, reclamationibus, ac proteſtationibus extrajudicialibus ab ipſo, tam ante, quàm poſt profeſſionem factis, quod non intendebat ſuis bonis renunciare, minuſque Religionem profiteri, ſed voluntatem determinatam habere poſt parentum obitum, profeſſione adhuc emiſſa, reclamandi, ac deducendi nullitatem ſuæ profeſſionis, ac omnium actuum à ſe geſtorum, utique ex his tacita profeſsio omnino excluditur, ut per Rotam *in Ulyſſiponen. nullitatis profeſſionis 16.* Junii 1654. §. *nec dicta profeſſio* 16. Junii 1642. coram Carillo, *& d. dec. 491. num. 18.* coram Royas, *& dec. 705. nume. 5. p. 2. rec.* ibi: *Nec viſæ ſunt obſtare declarationes S. Congregationis Concilii Tridentini ex adverſo allegatæ. Quia, præter id, quod videtur extra præſens dubium, fuit reſponſum, non procedere quoties ex proteſtationibus conſtat de diſſenſu profitentis. Tunc enim ceſſat tacita profeſſio ex lapſu temporis, & geſtatione habitus, cum præſumptio cedat veritati.* Additque id procedere, *etiamſi proteſtationes non ſint judiciales, ſed extrajudiciales, ac probatæ per teſtes ſingulares*, ut pariter ait Rota *dec. 579. n. 7. p. 1. recent. & in Romana. nullitatis profeſſionis* apud Dianam *par. 9. & in Bononien. nullitatis profeſsionis 5.* Maii 1660. §. *nec relevat* coram Bevilaqua, & eas habere virtutem veræ reclamationis, licet clandeſtinè factas, tradit Rota *deciſ. 1210. num. 4.* coram Pegna, *& in d. Monopolitana 17.* Januarii 1653. §. *urgent* coram Dunozetto. Et ſic ſuffragari ad excludendum conſenſum à tacita profeſsione, non obſtante ſuſceptione Sacrorum Ordinum, & exercitio actuum, & officiorum Religionis, quantumcunque tempus poſt quinquennium elapſum fuerit, firmavit Rota *dec. 579. numero 6. p. 1. recent. & dec. 397. & 533. numer. 5. p. 4. tom. 1. rec. & deciſ. 195. num. 18. p. 4. tom. 2.* & poſt Tambur. *de jur. Abbat. deciſ. 13.*

77 Ceſſatque omnis quæſtio, ſi quando, etiam ſi nullæ adeſſent querimoniæ, reclamationes, ac proteſtationes, & adhuc non poſſet adduci aliqua præſumptio tacitæ profeſsionis, ſive tacitæ ratificationis, vigeret metus cauſa, quæ operatur, ut ſemel illatus durare præſumatur, donec durat illius cauſa, ſive donec ſuperſtes eſt perſona, quæ metum ſemel intulit juxta Rotam *deciſ. 1210. nume. 2.* coram Pegna, *& deciſ. 112. nu. 3.* coram Mantica, *& deciſ. 43. p. 7. recent.* adeò, quod actus quicunque, eo perdurante, ſubinde ſequuti, pariter meticuloſi cenſeantur, ac propterea, ſimulati, laborantque eodem vitio, nulliuſque ſint roboris ad inducendam profeſsionem, ratificationem, Rota *deciſ. 863. numero 4.* coram Seraphino, *& d. deciſ. 491. numero 16.* coram Royas. Etiamſi fiant aliqui actus, qui videantur ſpontanei, Add. ad Burat. *d. deciſ. 205. numero 35.* Idque facilius, ſi malæ tractationes duraverint uſque ad mortem inferentis metum; Rot. *deciſ. 579. numero 6. par. 1. recent.* Et tamen in hac materia certum eſt, quod non ſolum debet ceſſare cauſa metus, ſed etiam impedimenta, quibus à reclamando profeſſus impeditur, ut firmant Navar. *lib. 1. conſ. 6. numero 2. de his, quæ vi, met.* & Bartol. de Vecch. *in prax. novit. diſp. 13. numero 10.* aliique.

78 Ex quibus, atque aliis, quæ metus incuſsionem, ejuſque durationem, atque impedimenta, nec non reclamationes, ac proteſtationes extrajudiciales, præſertim relativæ ad Ordinum ſuſceptionem, probant, cenſeo locum eſſe petitæ reſtitutioni, ut ſæpiùs reſpondit S. Congregatio Concilii, præſertim in Papienſi ſub die 17. Februarii 1663. in hac facti ſpecie.

Habitum Monaſticum Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſinenſis ſuſcepit in Monaſterio Sancti Salvatoris Petrus Auguſtinus Caraminalis cum in ætate annorum decem, & ſeptem conſtitutus eſſet, ac poſtea regularem profeſsionem ſub anno 1656. emiſit; & ſubinde Sacros Ordines ſuſcepit. Hanc profeſsionem ipſe prætendit vi, ac metu per Franciſcum Caraminalem patruelem ſuum, ac Tutorem, lucrandæ hæreditatis cauſa incuſſo, emiſſum fuiſſe, adverſus quam cum in Judicio reclamare intra quinquennium non potuerit, eodem perdurante metu, hodie ſupplici libello per Sanctiſſimum Dominum Noſtrum ad hanc Sacram Congregationem remiſſo, petit reſtitutionem in integrum adverſus lapſum quinquennii, & Commiſſionem cauſæ ſuper nullitate præfatæ profeſsionis.

Sacra Congregatio die, quo ſupra, cenſuit, eſſe locum petitæ reſtitutioni. 79

Proſequamur materiam metus, ejus cauſam, & perſonas, illum inferentes, aliàs quoad ſuſceptionem Sacrorum Ordinum, delationem habitus, & actus profeſſorum, tempus profeſsionis. 80

Et quoad tempus profeſsionis, illa nulla eſt, ſi ante 81
decimum ſextum annum expletum emittatur, quemadmodum diſponit S. Concilium Tridentinum *d. cap. 15. ſeſſ. 25. de Regular.* quod conſtare poterit ex fide baptiſmatis, & ex fide ipſius profeſsionis, ex quibus reſultare claram probationem firmant Ciarlin. *d. contr 108. numero 1.* Rota *deciſ. 7. numero 1. & dec. 365. numero 2.* coram Buratto, *& deciſ. 279. numero 45. par. 9. recent.* Atque adeò, ſi deficiant aliquot dies, profeſſio eſt nulla ex decreto S. Concilii Tridentini *d. cap. 15.* Secuti ob defectum ſex dierum ait Rota *deciſ. 175. numero 6. par. 1. recent.* Nam decimus ſextus annus adeò phyſicè requiritur completus, ut juxta Riccium *in praxi deciſ. 656. in prima edit.* alias *reſol. 549.* cum aliis relatis à Barboſa *ad d. cap. 15. Concilii numero 11.* Si unus dies deficiat, annus decimus ſextus non cenſeatur expletus quoad validitatem profeſsionis. Imò ex Sellio, & ex declaratione S. Congregationis Concilii, quam ipſe refert *in ſelect. Canon. cap. 18. numero 3.* duarum horarum defectus obſtet validitati profeſsionis.

Præſertim ſi adhuc puer annorum duodecim circi- 82
ter, & ignarus ignorantia facti, & juris, fuerit extra Patriam perductus, ut Religionem ingrediatur, in qua profeſsione emittere, ac perſeverare coactus fuerit per minas à matre, vel fratre majore illatas, vel importunas ſuaſiones, ac declarationes, quod ſi profeſsionem non emitteret, nollet amplius eum recognoſcere in filium, eoque minus excipere in domum. Ex quibus certam reſultare metus, ac violentiæ probationem in ſimili facti ſerie, reſpondit Rota *deciſ. 491.* coram Royas, ubi ait, ceſſare omnem difficultatem circa vis, ac metus probationem ex Epiſtola conſcripta ab eo, qui hujuſmodi coactionem à ſe factam faſſus eſt ita, ut non videatur opus diſcutere cauſam ipſius vis, ac metus, & an fuerit cadens in conſtantem virum, cum hæc diſcuſſio ſolum fieri debeat, quando ex facto non reſultat metus probatio, ut arguit Rota *d. deciſ. 401. numero 4.* Imò quod non requiratur metus cadens in conſtantem virum, quando agitur de elidenda præſumptione tacitæ præſumptionis, deducta ex aliis præſumptionibus, ſed ſolum quando agitur de infirmanda expreſſa profeſſione, tradit Rota *deciſ. 579. numero 5. par. 1. recent.*

Et adhuc tamen probaretur etiam vis, & metus ca- 83
dens in conſtantem virum, ſi amplius conſtabit hujuſmodi Religioſum ingreſſum fuiſſe Religionem, ibique profeſſionem emiſiſſe ad evitandam matris, vel fratris majoris indignationem, qui proteſtabantur, nolle eum, recognoſcere in filium, vel fratrem, neque excipere in domum paternam, ſed etiam nolle

illi alimenta subministrare, quibus posset extra Religionem subsistentari; ex qua protestatione non modo remansit destitutus spe omni exeundi è Religione, sed etiam coactus in ea perseverare, cùm esset adolescens, nihilque haberet, unde vivere posset extra domùm paternam, ne se magnis paupertatis, & famis periculis exponeret, ut ponderat Rota *decis.* 1210. *numero* 16. coram Pegna, *& decis.* 206. *numero* 5. coram Buratto ubi ait, ex denegatione victus, & domus resultare metum mortis, & eo magis, quia exeundo, poterat justè timere, matrem, illum exhæreditaturam. Ex quo timore resultare metum gravem, & cadentem in constantem virum, firmant Bonacina *de matrim. quæst.* 3. *punct.* 8. *numero* 6. Bordon. *de profes. regul. cap.* 19. *numero* 26. §. *amissionis numero* 23. *& seq.* §. *contrarium*, ac Rota *d. decis.* 205. *numero* 8. coram Buratto, *& in Messanen. nullitatis professionis* 24. Novembris 1642. coram Peutingero, *& in Ulyssiponen. nullitatis professionis* 10. Decembris 1646. §. *secundò quia*, coram Arguelles.

84 Et quamvis non desint qui contrarium teneant, loquuntur tamen ad effectum declarandi professionem nullam, secus autem in petitione restitutionis in integrum, ad quam obtinendam satis est defectus ætatis, vel alia causa, ut de metu levi cum interruptione novitiatus, advertit Rota *in Burgen. nullitatis professionis* 16. Aprilis 1649. §. *fin.* coram Arguelles.

85 Attenta præsertim qualitate personarum, quam considerandam esse, ait Rota *dec.* 202. *p.* 2. *rec.* nempè tam metum patientis, quàm illum incutientium, ut supra dictum est, & in terminis metus incussi à matre, Ricc. *in decis. Cur. Archiep. Neapol. par.* 4. *decis.* 204. & post Attetin. firmant Sanchez *de matr. lib.* 4. *disput.* 6. *nu.* 30. Gutier. *cons.* 16. *num.* 16. & à fratre minore erga majorem, idem Guttier. *loc. cit. numero* 17. Ruin. *cons.* 98. *nu.* 24. *vol.* 1. cum aliis abundè congestis à Sanchez *ibidem nu.* 32. Quinimo ad id persuasiones, & importunas instantias cum metu reverentiali coniunctas, provenientes ab eo, quem revereri debemus, satis esse, firmat Rota *decis.* 105. *numero* 3. *par.* 3. *recent. & decis.* 326. *numero* 13. coram Gregorio, *& d. decis.* 205. coram Burato, *& in d. Ulyssiponen. §. concurrunt*, & Spada *cons.* 96. *num.* 6. *lib.* 3.

86 Et licet gravissimi auctores voluerint professionem, solo metu reverentiali extortam, invalidam esse ex deductis à Poncio *lib.* 4. *de matrim. cap.* 11. *à num.* 14. præsertim in puero; Communi tamen calculo conveniunt Doctores, quod quoties ultra metum reverentialem concurrunt minæ eorum, quibus debetur naturalis reverentia, sine dubio professio sit irrita, ut ex Henriquez, Azorio, Sayro, Laymano, & aliis tradit Barbos. *de jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 42. *numero* 39. & latè de Vecch. *d. disp.* 13. *numero* 19. ubi alii, & in specie de minis continentibus expulsionem à domo, ac per consequens denegationem alimentorum, quod sufficiat ad irritandam professionem, ex doctrina quamplurium firmat Lezana *tom.* 4. *quæst. regul. v. professio numero* 16. & tenet Rota *in Toletana nullitatis professionis* 19. Novembris 1614. coram Vbaldo, *& decis.* 205. *numero* 5. *ac* 7. coram Buratto.

87 Quæ omnia certiora redduntur ex recepta conclusione in hac materia, quod in judicando metu, qualitas metum patientis consideranda est, animi nempè, vel imbecillitas, vel fortitudo, ut per Fagnan. *in cap. consultationi numero* 14. *de sponsal.* Unde si ageretur de impubere, minor metus requiritur, quàm in viro, ut per Suar. *de Relig. tom.* 3. *lib.* 6. *cap.* 4. *numero* 11. cum aliis apud Barbos. *lib.* 1. *vot. canon. cap.* 1. *à numero* 22. Sanchez *lib.* 4. *de matr. disp.* 3. *numero* 4. Rota coram Gregor. *decis.* 326. *numero* 26. *& d. decis.* 205. *numero* 19. *&* 21. coram Buratto, ubi loquitur de professione minoris quindecim annorum, *& in d. Monopolitana* 2. Januarii 1653. coram Dunozetto.

88 Neque huiusmodi professio expressa sic nulliter emissa tam ob defectum ætatis, quàm per vim, & metum prætendi potest, quod fuerit tacitè ratificata, permanendo in Religione per multos annos, & in illa exercendo actus professorum, ac suscipiendo Ordines Sacros, cum dissensus ex cursu temporis potuerit transire in consensum, & professio valida non minus tacitè, quam expressè fieri possit, & propterea cùm Regularis intra quinquennium à die professionis non deduxerit causa nullitatis, excluso remanet ab illarum allegatione vigore præsumptæ ratificationis juxta dispositionem Sac. Concilii Tridentini *d. cap.* 19. *sess.* 25. *de Regular.*

89 Nam, omisso, dispositionem Sacri Concilii dum taxat tollere remedium ordinarium, non autem extraordinarium, quod maximè procedit, quando aliquis præpeditus, reclamare non potuit, respondetur, quod, ut quis per actus proprios professorum, sicut per dilationem habitus delati à professis, nec non per susceptionem Sacrorum Ordinum præsumatur tacitè profiteri, & sic quoque tacitè ratificare professionem nullam, duo copulativè necessario concurrere debent. Primum quod illos actus fecerit cum scientia, quod nequaquam comperant alii, nisi verè professi. Alterum, quod fecerit illos cum scientia, quod per illos de jure, vel consuetudine induceretur tacita professio, & tacita ratificatio professionis, alioquin, cùm nihil vollitum, quin præcognitum, ignorantia tollet præsumptionem voluntatis profitendi, & ratificandi professionem per hujusmodi actus juxta Innocent. *in cap. vidua numero* 2. ibique Butr. *numero* 7. *de regul.* Angelum, & Tabienam *v. Novitius numero* 7. Armil. *numero* 7. Silvest. *v. professio* 3. *numero* 19. Tusch. *lit. P. concl.* 381. *numero* 2. Menoch. *præsumpt.* 83. *numero* 6. Sanchez *in Decal. cap.* 3. *numero* 16. & aliis cumularis per Bartol. de Vecch. *in pr. novit. disput.* 13. *dub.* 8. *numero* 13. ac Rotam *in d. Ulyssiponen. & decis.* 491. *numero* 16. coram Royas, ac in *Parmen.* nullitatis professionis 11. Februarii 1664. §. *nec dicatur* coram Bevilaqua.

90 In adolescentibus autem, præsumitur potius ignorantia, quàm scientia, maximè tempore susceptionis Sacrorum Ordinum. Nesciunt quippè quod per tales actus inducatur tacita ratificatio professionis, cum id fuerit etiam ignoratum à Doctoribus primi nominis, tam veteribus, quàm recentioribus, qui tradunt per Sacrorum Ordinum susceptionem, eo ipso non ratificari professionem, nec tantum verè, sed ne præsumptione quidem juris, inter quos recensetur Suarez *de relig. lib.* 9. *cap.* 17. *num.* 38. Navar. *lib.* 1. *cons.* 6. *à numero* 2. *de his, quæ vit. met. & com.* 4. *de Regul. num.* 72. Rodrig. *tom.* 3. *quæst. regul.* 17. *art.* 16. Miranda *tom.* 1. *man. Prælat. quæst.* 30. *num.* 1. Cyriac. *contr. for.* 371. *num.* 23. *ac seqq.* Bonacin. *tom.* 1. *de clausur. quæst.* 2. *pun.* 10. *diffic.* 5. *numero* 3. Pellizar. *tom.* 1. *manual. Regul. tract.* 3. *cap.* 1. *numero* 7. & Bordon. *de profes. regul. quæst.* 28. ubi addit, quod esto per susceptionem Sacrorum Ordinum inducatur præsumptio tacitæ professionis, non tamen inducitur præsumptio tacitæ ratificationis professionis.

91 Cùm igitur professio fuerit nulla, non inducitur ex actibus in Religione gestis ratificatio, nisi fiant à scienter nullitatem cum animo illam reddendi validam, & se cum effectu obligandi, Navar. *cons.* 26. *numero* 18. *& cons.* 28. *num.* 7. *de Regul.* Gratian. *discept.* 440. *num.* 22. *& seq.* aliique relati à Rota *in d. Ulyssiponen.* §. *nulla adest*, *& in Leodien. professionis* 14. Decembris 1662. *in fine* coram Priolo. Scientia autem nullitatis professionis cum animo illam reddendi validam, tollitur ex supradictis. Est insuper necessarius novus consensus Religionis, quæ habuit notitiam dictæ nullitatis, ut professio nulla dici posit tacitè ratificata per supradictos actus, Rota *decis.* 49. *à numero* 9. *par.* 9. *recent.* Id præsertim, si nullitas proveniat ex de-

ex defectu legitimæ ætatis. Nam si irritat professionem expressam, multò magis apta est irritare tacitam, ut inquit Rota *in Melevitana nullitatis professionis* 27. Junii 1648. §. *fin.* coram Meltio, & in hac specie *in d. Parmen.* §. *nec dicatur*, *& §. & eo minus* coram Bevilaqua.

92 Quia professio est contractus mutuus, quo professus se obligat religioni, & religio professo. Contractus autem est obligatio proveniens hinc inde ex voluntate partium, *l. Labeo de verb. signif.* Unde sicuti ad ineundum contractum requiritur mutuus consensus partium, ita etiam ad ratificandum contractum nullum, requiritur mutua ratificatio. Nam quando consensus est nullus perinde se habet, ac si non fuisset.

93 Quod Præcipuè verum est in professione regulari. Nam obligatio professentis accipi debet à Prælato regulari ita, ut non fortiatur suum effectum nisi acceptetur. Unde, cùm prior intentio acceptandi fuerit inanis, & nullum sortita fuerit effectum, quia ex parte professentis non aderat vera obligatio, necessaria est nova intentio acceptandi novam obligationem professentis; quia intentio præcerita non se extendit, nisi ad obligationem præteritam, circa quam solam versatur. Et cum obligatio ratificans non cadat sub intentionem Prælati, non potest acceptari per illam intentionem; quia solum acceptatur, quod intenditur acceptari. Est enim talis acceptatio actus Superioritatis, qui exercetur à Prælato, ut à capite Collegii, atque adeò nomine ipsius Collegii, & ideò se extendit solum ad tempus, personam, & actum, ad quæ se extendit determinatio Collegii ex transacta illa vice expirat facultas in Superiore, quia functus est munere suo, & complevit id, quod ex determinatione Collegii poterat præstare. Talis enim acceptatio est actus dependens toties, quoties exercenda est à determinatione Collegii, & ideò, si semel inanis fuit defectu professentis, non potest Superior de novo acceptare, quia expiravit facultas ipsius.

94 Sententia verò contraria procedit quando nullitas professionis est omnino occulta, ita ut Monasterium sit in bona fide de validitate ipsius. Tunc enim sufficit solus consensus tacitus alias invalidè professi, nec requiritur consensus expressus Monasterii.

95 Et quoad delationem habitus, quod non sufficit ad inducendam ratificationem, nisi concurrat scientia expressa nullitatis in deferente, & animus deliberatus ex illo actu ratificandi professionem per se nullam, ex pluribus congestis firmat Rota *in d. Melevitana* 13. Januarii 1653. *§. actus verò* coram Royas, quam unà cum *d. Parmensi* mox hactenus dictis subiicimus. Et quoad susceptionem Ordinum, cum sint actus, qui citra jus, ac nomen Religiosi fieri possunt, & conveniant etiam sæcularibus, qui possunt Ordines Sacros suscipere, quamvis nullam Religionem regularem professi, remanent æquivoci, & non apti ad inducendam ratificationem professionis, ad quem effectum debent id perneceſſe inferre Add. ad Gregor. *dec.* 385. *num.* 6. *& in d. Melevitana §. Vltra quod*, coram Royas, *& §. fin.* coram Meltio.

96 Quare non obstat obiectum, quod potest deduci ex susceptione Ordinum in Religione, qui cum recipi nequeant, nisi ad titulum religiosæ paupertatis, ideò ratificationem professionis inducere videntur.

97 Nam obiectum procederet, nisi constaret, duraſſe eandem causam metus, ut in terminis Navarr. *d. cons.* 6. *de his quæ vi, met.* & Mirand. *in d. q.* 30. *ar.* 1. *concl. un. in fine*, Barbos. *de Episc. alleg.* 104. *num.* 13. & declaravit S. Congregatio Concilii *in Anconitana restitutionis* adversus lapsum quinquennii mense Martii 1665.

98 Alterum autem extremum, quod solet examinari in concedenda restitutione in integrum adversus lapsum quinquennii est duratio causæ metus. Quare duraſſe eandem causam metus tempore susceptionis Ordinum, imò Ordines fuisse susceptos ad solum finem obtinendi assensum à patre, matre, fratre, patruo, &c. qui dubitando Regularem post egressum è Religione posse matrimonium contrahere, non aliter se declaravit egressui se assensuros, nisi præcederet ligamen Ordinum; ut constare debet ex attestatione jurata, qui uti continens rem valdè verisimilem, deservit optimè ad concludendum metum, Bald. *cons.* 26. *numero* 2. *lib.* 3. Mantic. *decis.* 112. *num.* 13. cum aliis *in decis.* 17. *num.* 9. *par.* 8. *recent.* passimque alibi. Sicque locum habet recepta conclusio, quod metus causa durante, semper metum durare præsumendum est, Mantica *decis.* 112. *num.* 13. cum alii *in decis.* 172. *num.* 13. *par.* 7. *recent.* Et quod metus causa dicatur durare, donec duret metus futuræ malæ tractationis, dixit Rota *decis.* 179. *num.* 6. *par.* 1. *recent.* imò non solum debet cessare causa metus, sed etiam impedimenta, quibus à reclamando professus impeditur, tradit Navar. *cons.* 6. *numero* 2. & post Sanchez firmat de Vecchis *in pr. novit. disp.* 13. *num.* 10. & nos supra.

99 Licet itaque ex dispositione Sacri Concilii Tridentini *d. cap.* 19. quicunque Regularis prætendat, se per vim, & metum ingressum esse Religionem, non audiatur, nisi intra quinquennium coram Superiore suo, & Ordinario metus causas deduxerit; nihilominus quando justa suadente causa intra quinquennium non fuit deductum, ope restitutionis in integrum per Summum Pontificem, vel Sacram Congregationem Concilii metum passo succurritur.

100 Sed demus, quod hujusmodi professus scivisset per susceptionem Sacrorum Ordinum induci tacitam professionem, ac tacitam ratificationem professionis, si tamen protestatus semper fuerit, tam ante, quam post emissam professionem, ac intra quinquennium publice, ac palam propalando professionem, quam per vim, ac metum emisit, nolle, neque permanere in religione, ut deponere debent testes cum dictionibus generalibus, *semper*, *& continuò*, quæ directè respiciunt, & comprehendunt omne tempus futurum, *l.* 1. ubi Glossa, & Doctores *ff. sol. matr. l. quia semper ff. de jus voc.* ac Rota *decis.* 705. *n.* 6. *p.* 2. *recent. & in Ulyssiponen. nullitatis professionis* 17. Maii 1642. §. *prout*, coram Carillo; proculdubio negari non potest, quin ex illis excludatur omnis præsumptio animi tacitè ratificandi professionem per actus postea à protestante, ac reclamante factos, ex quibus alioquin tacita professio, illiusque tacita ratificatio induceretur, ut per Abbatem *in ejus Clerici n.* 3. *de Regular.* Rotam *decis.* 379. *n.* 7. *par.* 1. *recent. & decis.* 725. *n.* 4. *par.* 2. *recent. & decis.* 60. *n.* 18. post Vivian. *de jurepatron. & in d. Ulyssiponen.* 16. Junii 1642. §. *nec dicta*, coram Carillo.

101 Nec obstat, quod nulla ex reclamationibus, sive protestationibus sit judicialiter facta. Nam etiam ad id sufficiunt reclamationes extrajudiciales, ut in terminis decidit Rota *in Romana nullitatis professionis* apud Dianam *par.* 9. *& in Bononien. nullitatis professionis* 15. Maii 1660. §. *nec relevat*, coram Bevilaqua, *& decis.* 705. *n.* 5. *par.* 2. *recent.* ibi: *Et in illa ratione fundatur decisio, non autem ex eo quod protestationes fuerint judiciales. Vltra quod si tales fuissent protestationes, deduci intra quinquennium non fuisset opus impetrare restitutionem.* Imò etiam, ut sæpè diximus, protestationes clandestinè factas, prodesse, ait Pegna *d. dec.* 1210. *numero* 4. ac Rota *in dicta Monopolitana* 27. Januarii 1653. §. *urgent*, coram Dunozetto.

102 Pariter non obstat, si dicatur non prodesse protestationem, quæ sit contraria facto, sed potius per factum postea contrarium præsumi, voluisse renunciare protestationi. Nam id procedit, quando protestatio fuisset ordinata ad tollendum factum ipsum, quod re ipsa esset contrarium protestationi, ut ait Cæphal. *cons.* 222. *numero* 12. *&* 25. Sicuti si quis diceret, nolo contestari litem, & postea litem contestaretur, sive nolo adire hæreditatem, & postea hæreditatem adi-

ret, sive, ut alii inquiunt; Si quis protestaretur nolle alicui ullam inferre iniuriam, & postmodum verbis contumelioſis eum afficeret, prout traditur de Judice, qui quendam ſuſpendere fecit, jure ſuo ſemper ſalvo. Secus autem, quando proteſtatio eſſet declarativa animi, & ordinata ad tollendam præſumptionem conſenſus proteſtantis, quæ alias ex facto, & factis ejus ſequentibus poſt proteſtationem, oriretur, Jaſon. *in l. non ſolum numero* 14. *concl.* 3. *ff. de nov. oper. nunc.* Alexand. *conſ.* 130. *numero* 13. *&* 19. *lib.* 4. Gratian. *deciſ. Marchiæ* 121. *&* *deciſ.* 144. *numero* 46. *ac ſeq.* Tuſch. *lit. P. concl.* 944. *numero* 38. præclarè Sanchez *d. lib.* 5. *in decal. cap.* 3. *numero* 5. his verbis: *Non eſt proteſtatio facto contraria. Ii enim actus non ſunt expreſſa profeſſionis, & ita facto ipſo profeſſionem exprimentes, ſed ex his præſumptio animi profitendi inducitur. Quare ea proteſtatio tali præſumptioni adverſatur, & verum animum utentis iis actibus inducit, & ideò jure optimo valet.*

103 Maximè verò quando factum proteſtantis ſequens poſt proteſtationem eſſet omnino dependens à ſola voluntate proteſtantis, non etiam à voluntate alterius, cum quo actus celebratur, cujus propterea requiritur conſenſus, aut ſaltem ſcientia proteſtationis illius, ut per Jaſon. *in d. l. non ſolum numero* 12. *&* *l. qui in alterna* §. *Celſus à numero* 1. *ff. de acquir. &* *omit. hæred.* Anchar. *conſ.* 33. egregiè Rota *deciſ.* 31. *numero* 2. *par.* 1. *dec. &* *deciſ.* 859. *num.* 5. coram Seraphino, Adeò, ut quando facta in futurum poſt proteſtationem omnino dependerent à ſola voluntate proteſtantis, proteſtatio, etiam ſemel facta, non ſimpliciter tamen, ſed per verba generalia, quæ directè comprehendant omne tempus futurum, ut per verba, *nunquam, ſemper*, & ſimilia proſit, ac removeat præſumptionem conſenſus proteſtantis ab omnibus ejus actis in poſterum, etiam ex intervallo, Bartol. *in d. l. non ſolum* §. *morte ejus numero* 16. *ff. de non. oper. nunc.* Dec. *in cap. cum M. Ferrarienſis numero* 98. & Ripa *numero* 103. *de Conſtit.* ac Menoch. *conſ.* 38. *numero* 42. Siquidem, ut ait Jaſon. *d.* §. *morte ejus numero* 23. actus, geſti ab agente, non debent operari ultra intentionem ejuſdem agentis, *l. non omnis ff. ſi cert. pet.* Et dum apertè non conſtat, non præſumitur mutatio voluntatis, *l. eum ff. de probationibus.* Et quia, ut proſequitur Ripa *loco citato*, ubi actus non conſumit effectum plenè ſecundum intentionem antecedentem diſponentis, diſpoſitio intelligitur non ſolum de primo actu, ſed de omnibus ulterioribus, donec illius intentioni integrè ſatisfactum fuerit, ut etiam tradit Tiraquel. *in l. boves* §. *hoc ſermone limit.* 6. *ff. de verb. ſignif.*

104 Et quidem in hoc caſu ſuſceptio Sacrorum Ordinum non eſt re ipſa ratificatio profeſſionis, ſed ad ſummum inducitur ex ea præſumptio animi illam ratificandi, ac etiam tacita ratificatio profeſſionis dependens omnino à ſola voluntate ratificantis, ut reſpondet præter allegatos Rota *deciſ.* 195. *num.* 21. *&* *ſeq. par.* 4. *tom.* 2. *recent.* ibi: *Et eodem modo reſpondetur ad aliam præſumptionem, quæ deſumitur ex Sacrorum Ordinum ſuſceptione in Monaſterio, ſtante quod tunc temporis proteſtatus eſt, ſe nolle per id obligari religioni, & alioquin hæc præſumptio non plus operatur, quàm ipſa habitus profeſſorum geſtatio, vel præſtatio ſuffragij, imò minus, tanquam res à profeſſione ſeparata.*

105 Cæterùm ſi quis adhuc per ſuſceptionem Sacrorum Ordinum inducit tacitam profeſſionem, illiuſque tacitam ratificationem, non obſtante, quod profeſſus ante ſuſceptionem Ordinum, ac ſemper proteſtatus fuerit, ſe nunquam velle ratificare profeſſionem, nec permanere in Religione, contendere vellet contra expreſſam juris regulam, quod una præſumptio tollatur per aliam validiorem, ut in hac ſpecie inquit Rota *d. decis.* 195. *num.* 20. Attamen res eſſet extra omnem difficultatem, ſi nedum tempore ſuſceptionis Sacrorum Ordinum duraret cauſa metus, quòd ſatis eſſet ex regula, quod, metus ſemel illatus, durare præſumitur, donec durat cauſa metus, ſive donec ſuperſtes eſt perſona, quæ metum ſemel intulit, ut antea dictum eſt, & aliis citatis, firmat Rota *d. deciſ.* 1220. *numero* 2. coram Pegna; Sed etiamſi continuaverit uſque ad reclamationem: Quo caſu ex eo, quod metus ab initio illatus influit in omnes actus ſubſequentes, utique iſti cenſentur meticuloſi, ac propterea ſimulati, nulliuſque ſunt roboris ad effectum inducendi tacitam ratificationem profeſſionis, ut per Rotam *decis.* 863. *numero* 4. coram Seraphino, & in dicta *Viſiponen.* coram Arguelles, cum aliis adductis, *in deciſ.* 491. *numero* 16. coram Royas, & in his terminis, quod, durante cauſa metus, non inducatur tacita profeſſio, nec tacita profeſſionis ratificatio per ſuſceptionem Sacrorum Ordinum, tradit Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 104. *numero* 18. ac Rota *deciſ.* 705. *p.* 2. *recent. & d. dec.* 1220. *numero* 4. & declaravit S. Congregatio ſuper Epiſcopis, & Regularibus *in Mediolanenſi propoſita* ab Eminentiſſimo Cardinali Sanctacrucio ſub anno 1663. quam declarationem approbavit Alexander VII. ſub die 4. Aprilis ejuſdem anni.

Hiſce concurrentibus, non eſt opus nunc diſcutere 106
quæſtionem, an ad validitatem tacitæ profeſſionis, ac illius tacitæ ratificationis fuerit ſufficiens ſolus profitentis conſenſus, an verò fuerit amplius copulativè neceſſaria ſcientia nullitatis profeſſionis in eodem tacitè profitente, ſive ratificante cum animo deliberato vigore illius actus ratificandi profeſſionem nullam, ut præter allegatos affirmat Rota *in d. Parmen.* coram Bevilaqua, nec non novus conſenſus Religionis, ut ex Caſtropalao *tom.* 3. *diſp.* 2. *pun.* 5. *nume.* 2. *ac ſeqq.* decidit Rota in dicta *Viſiponenſi* coram Carillo, quæ eſt deciſio 94. *p.* 4. *recent.* & in dicta *Mediolanen.* §. *demum* coram Meltio, de quo nos ſupra.

Eoque minus ſi non agatur de nullitate profeſſionis, 107
ſed de reſtitutione adverſus lapſum quinquennij, ad quam obtinendam juxta praxim S. Congreg. Concilij ſatis eſt dare qualem qualem probationem relevantiæ materiæ deducendæ coram Judice Ordinario. Quod comprobaretur, ſi proteſtationes, ac reclamationes extrajudiciales teſtarentur ijdem, qui metum incuſſerunt, quibus plena fides eſt adhibenda, ut probat Bordon. *de profes. regul. cap.* 22. *numero* 34. & regulariter, quod præ aliis admittantur teſtes, qui vim, ac metum intulerunt, ait Barboſ. *vot. deciſion.* 16. *numero* 55. ac Rota *deciſ.* 51. coram Gregorio. Comprobantur item ex juramento ipſius irritè profeſſi, ſi per illud deponeret nunquam voluntariè, ac liberè ſuſcepiſſe habitum, nec profeſſionem emiſiſſe, & nunquam habuiſſe animum illam ratificandi per quoſcunque actus à ſe geſtos, & alias inducentes tacitam profeſſionem, & tacitam profeſſionis ratificationem, ſed ſemper reclamaſſe eo meliori modo, quo potuit, tam durante quinquennio, quàm illo elapſo; cui juramento videtur jure, meritoque ſtandum.

Interim audiatur Sacra Rota Romana *in Melevitana* 108
coram Royas.

Quamvis Rota, &c.

Actus verò adducti ad comprobandum, quod dicta 109
profeſſio, ſaltem fuiſſet tacitè ratificata, non fuerunt habiti in conſideratione ad effectum inducendi prædictam tacitam ratificationem. Tum quia in hoc caſu obſtat regula, ut non poſſit ratificari, quod ab initio de jure non ſubſiſtit, ad textum *in cap. confirmatur.* 16. *de reg. jur. in* 6. & latè firmatum fuit in dicta *Ulyxbonen. nullitatis profeſſionis* 16. Junij 1642. coram Reverendiſſimo Salamantino. Tum etiam quia in præſenti adeſt defectus Novitiatus, qui cùm expreſſam annuller, multò magis tacitam irritare debet ex ponderatis per Sanchez *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 39. *num.* 34. & in terminis Suarez

Suarez *de Relig. tom.* 3. *lib.* 9. *cap.* 1. *num.* 8. Navar. *lib.* 3. *d. conſ.* 26. *num.* 19. *& ſeq. de Regul.* Tum pariter admiſſo ſine veri judicio, quod Petrus habitum geſtaverit, aliiſque actus ſolis profeſſis convenientibus fecerit ſpatio longiſſimi temporis, prætermiſſo, quod aliqui geſti fuerunt, durante eadem cauſa metus, dum adhuc vivebat Patruus, ideò, uti meticuloſi, non ſunt habendi in conſideratione ex ſupra allegatis; Ex his nulla ratio inducta fuit ſufficiens ratificatio, niſi Petrus ſciebat ex illis reſultare tacitam ratificationem, & infimul opus eſt, quod geſta ſint cum animo ratificandi, quod in caſu noſtro deſideratur, ut tenent Sanchez *d. diſp.* 37. *num.* 9. Cajet. *in* 2. 2. *quæſt.* 189. *art.* 5. Navar. *d. conſ.* 26. *nu.* 18. *& conſ.* 28. *num.* 11. *de Regul. & comment.* 4. *num.* 74. *verſ. Quoniam autem eod. tit. ac in manuali cap.* 12. *num.* 17. Gratian. *diſcept.* 440. *num.* 2. cum aliis latè deductis *in d. Ulyxbonen.* 10. Decembris 1646. §. *nulla adeſt quidem ratificatio.* Tum denique quia ad inducendam prædictam ratificationem concurrere debebat etiam conſenſus Religionis, cùm ipſa in præſenti caſu emiſſam profeſſionem ante prætenſam ratificationem rejecit; tunc enim non poteſt Novitius profeſſionem ab initio nullam ratificare ſine novo conſenſu Superioris, ut conciliando contrarias opiniones firmant Surd. *conſ.* 364. *numer.* 47. *cum ſeqq.* Leſſ. *de juſt. & jur. lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 6. *ſub. numer.* 66. *in fine verſ. adverte tamen*, & latè comprobatum fuit in mox allegata *Ulyxbonen. nullitatis profeſſionis ſub* §. *quibus addebatur.*

110 Ultra quod omnes actus adducti, uti æquivoci, & non concludentes, nullius ſunt momenti, dum habemus expreſſum Petri diſſenſum, quia facit ceſſare tacitum conſenſum ab eis aliquo modo reſultantem ex adductis per Add. ad Gregorium *deciſ.* 385. *num.* 6. *poſt med. verſ. excludatur autem. & deciſ.* 705. *numer.* 3. *par.* 2. *recent. ac deciſ.* 60. *num.* 14. *& ſeqq.* poſt Vivian. *de jurepatr.* cum aliis in terminis deductis in dicta *Ulyxbonen. nullitatis profeſſionis* 16. Junii 1642. §. *nec dicta*, coram Reverendiſſimo Salamantino, & 10. Decembris 1646. §. *cum ergo præſumptio.* coram b. m. Arguelles.

Eadem *Melevitana* coram Meltio,

Profeſſionem, quam &c.

111 Demum nihil faciunt in contrarium adducta pro inducenda tacita ratificatione dictæ profeſſionis. Quia defectus legitimi Novitiatus, quemadmodum reddit nullam expreſſam profeſſionem, ita fortius tacitam, ut firmatur in ultima deciſione §. *actus verò*, coram Reverendiſſimo Tarraconen. & tradit Navar. *conſ.* 26. *num.* 29. *lib.* 3. *de regul.* Suarez *de relig. tom.* 3. *lib.* 7. *cap.* 128. Præterea actus inducentes ratificationem, non debent eſſe æquivoci, ut ſunt illi allegati pro parte D. Marchionis Andreæ, ſed certi, indubitati, ac poſitivi, Rot. *dec.* 179. *num.* 6. *par.* 4. *recent.* & inſuper requiritur etiam conſenſus Religionis, Rota *in Ulyxbonen. nullitatis profeſſionis* 19. Januarii 1646. coram b.m. Arguelles §. *ulterius* cum aliis relatis in ultima deciſione Reverendiſſimi Tarraconen. *d.* §. *actus verò in fin. & ſeq.*

Parmen. coram Bevilaqua.

112 Commiſſa per Sanctiſſ. Eminentiſſ. Cardinali Vicario cùm voto Rotæ cauſa nullitatis profeſſionis à Comite Ioanne Sanvitali in Sacra Religione Hieroſolymitana, emiſſo, & propoſito hodie dubio, an de tali nullitate conſtaret, & affirmativè fuit reſponſum, quia adhoc, ut quis habitum hujus Religionis ſuſcipere intendens validè profiteatur, requiritur inter cæteta, quod attingat annum decimum octavum, alias, profeſſio non ſubſtinetur, & non obligat profitentem ad regulam, ut cavetur *in cap.* 13. *ſtatutorum Religionis ſub titulo de recept. fratrum, & in cap.* 25. illud declarante, & in hac parte approbante contentibus clauſulam annullativam, quod alias admiſſi non habentur pro fratribus, ut ex diſpoſitione Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ.* 25. *cap.* 15. *de Regular.* notant Navar. *cap.* 13. 25. 34. *in fine, &* 46. *lib.* 3. Sanchez *ad præceptum Decalog. lib.* 5. *cap.* 4. *numer.* 6. *&* 7. Gratian. *diſcept. forenſ.* 206. *num.* 1. *& in Peruſina hæreditatis* 24. Aprilis anni prox. §. *major. erat*, coram R. P. D. meo Albergato.

Cùm autem Joannes de tempore ſuſceptionis ha- 113
bitus non erat hujuſmodi requiſitæ ætatis, ex quo ortus fuit ſub die 19. Julii 1631. ut conſtat ex partita per Parochum extracta ex libro, in quo baptizati deſcribuntur, quæ abundè probat textum *in l. imperator* 8. & ibi Gloſ. *ff. de ſtat. homin.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 497. *num.* 18. *& cap.* 267. *num.* 43. Rota coram Burarto *deciſ.* 75. *&* 116. *num.* 1. Duran. *dec.* 18. *nu.* 22. *deciſ.* 79. *num.* 5. *& dec.* 106. *num.* 2. Profeſſio verò emiſſa fuit ſub die 27. Novembris 1647. unde, facta temporum conjunctione; liquet, quod tunc temporis nedum non attingeret decimum octavum annum, ſed per quatuor menſes tantum excedebat decimum ſeptimum non ſufficientem ad validè profitendum in hac Religione juxta illius ſtabilimenta,

Nec dicatur, quod licet hæc profeſſio fuerit ex præ- 114
ſenti nulla, tamen ex poſt permanendo Ioanne in Religione per plures annos, illam ratam habuit, & conſenſus invijus ex defectu ætatis potuit tranſire in conſenſum poſt completam, ut ſi non expreſſè, ſaltem tacitè dicatur valida, *ad text. in cap.* §. *ſi per annum.* ubi Gemin. Franc. *in* 2. *&* 6. *notab.* Mo rd. *de probat. concluſ.* 1237. *num.* 12. Menoch. *de præſumpt. præſumpt.* 84. *num.* 4. Rot. *deciſ.* 216. *par.* 2. *diu.* Nam, data profeſſionis invaliditate, non cenſetur tacitè ratificata, per quemcunque actum ſolis profeſſis convenientem, & qui factus fuit; præſumitur in vim præcedentis profeſſionis expreſſè, quam profeſſus credebat eſſe validam, quæ ſit ad hujuſmodi ratificationis effectum debet conſtare, quod ſciens eam non valere, adhuc approbat, & invaliditem validam faciat, ut poſt Cajetan. *in* 2. 2. *p.* 189. *art.* 5. tradit Navar. *de Regular. conſ.* 4. *num.* 17. *verſ. neque obſtat.* 25. *numer.* 16. *&* *conſ.* 28. *numer.* 7. *&* *conſ.* 8. *numer.* 5. *lib.* 3. Leſſ. *de juſt. &* *jur. lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 3. *numer.* 63. *&* 66. Gratian. *d. diſcept. forenſ. cap.* 440 *numer.* 22. *&* 23. Cyriac. *in loc. tit. cont.* 371. *num.* 25. *cum ſeq.* Rota *in Ulyxbonen. nullitatis profeſſionis* 16. Junii 1642. coram Reverendiſſimo Compoſtellano, & coram Reverendiſſimo Tarraconen. *dec.* 491. *numer.* 16. inter ejus impreſſas.

Et eo minus quia in præſenti nullitas profeſſionis 115
nedum provenit ex defectu Novitiatus, & ſuſceptionis habitus ante completam ætatem, qui cum expreſſam annuller, eo facilius apta eſt irritare tacitam, ut in terminis tradit Suarez *d. Relig. tom.* 3. *lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 8. Navar. *d. conſ.* 26. *numer.* 19. *lib.* 3. Barboſ. *de jur. Eccleſiaſt. par.* 1. *cap.* 42. *numero* 168. Rota *in Pampilonen.* Canonicatus 22. Maii 1618. coram b. m. Dunozetto, ut *in d. deciſ.* 491. *numer.* 6. *verſ. tum etiam* coram Reverendiſſimo Tarraconen. & in eadem 17. Ianuarii 1659. coram Reverendiſſimo Papien. §. *fin.* cum aliis in utraque allegatis, ſed ex eo, quod, nondùm expletis annis 16. fuerint deputati Commiſſarii, & factæ probationes nobilitatis Joannis etiam contra formam ſtatutorum, *& d. cap.* 25. *de recept. fratrum*, ubi ſub pœna nulliratis hujuſmodi deputationes, & probationes fieri prohibentur; unde ſpreta forma ibi tradita, actus corruit, *l. cum ſi* §. *ſi præter ff. de tranſact.* Becc. *conſ.* 12. *numer.* 18. Surd. *deciſ.* 168. *numer.* 8.

Cæterùm nec viſum fuit de ratificatione quarenda, 116
quia tunc demum votum, & profeſſio à principio nulla, poteſt poſtea per ratihabitionem validari, quando non conſtat de contraria mente profitentis, ſecus eſt, ſicut in hoc facti ſpecie, Ioannes coram Ordinario

loci prius, & deinde coram receptore Religionis intra quinquennium à Sacro Concilio Tridentino ſtatutum *in ſeſſ. 25. cap. 19. de regular.* reclamaverit, proteſtando, ſe nolle Regulæ, & Religioni adſtringi, adducendo cauſas, per quas profeſſio ab initio irrita fuit, quodque per quemcunque actum non intendebat ratificare. Hoc enim caſu non intelligitur inducta tacita ratificatio, ſed ſimul in claris præſumptionem excludentibus, & huic veritati ſtandum eſt, Dec. *in cap.* 1. quod tenetur cauſa, Rebuff. *conſ.* 68. *ſub. num.* 11. Decian. *reſponſ.* 18. *num.* 1. cum aliis *ſeqq. lib.* 3. Grat. *diſcept. forenſ. d. cap.* 340. *nu.* 25. Cyriac. *in cit. contr.* 371. *n.* 25. & 36.

117 Non officit, quod reclamatio coram Superiore facta fuit jam elapſo quinquennio, & ideò extra tempus à Concilio præfixum, quia ex prædicta reclamatione, & proteſtatione coram loci Ordinario ſaltem excluditur expreſſus conſenſus, qui facit ceſſare tacitum, Menoch. *de præſumption. lib. 6. præſumpt.* 83. *num.* 17. & in terminis dixit Rota *in dec.* 94. *nu.* 4. & 5. *p.* 9. *rec.* Militem enim voluntarium, & verùm, non autem coactum, & præſumptum vult Deus, *cap. non eſt. queſt.* 1. Decian. *in mox cit. conſ.* 18. *num.* 8. *lib.* 3.

118 Et ita unica tantùm parte, &c.

Addimus, & has alias deciſiones *in Ulyſſipponen.* coram Arguelles 29. Januarii 1646.

Ob varias, &c. Quoad tacitam itaque ratificationem dixerunt Domini, non intrare. Nam quicquid ſit, an curſus longiſſimi temporis, quo Franciſca in Monaſterio permanſit deferendo habitum Monialem, & faciendo alios actus, ex adverſo ponderatos, pro inducendo hac tacita ratificatione, ſint ſufficientes de ſui natura, omnes unica reſponſione viſi fuerunt, poſſe vitari, nempè quia ab initio Franciſca coacta fuit ingredi Monaſterium metus Patris ſibi incuſſo etiam cum minis mortis, ut diſertè deponunt plures teſtes, de viſu, & auditu proprio deponentes, qui metus reddit profeſſionem irritam, & nullam, Abb. *in cap. cum viſum num.* 8. *de regal.* Felin. *in cap. cauſam matrimonii nu.* 5. *de offic. Deleg.* Sanch. *de matr. lib.* 4. *diſput.* 6. *num.* 36. & *in præcept. Decal. lib.* 4. *cap.* 3. *numer.* 26. Rota *deciſ.* 779. *num.* 10. *par.* 3. *recent.* Et operatur, quod omnes actus ſubſequentes geſti, tanquam provenientes ab initio meticuloſo, laborant eodem vitio, & nullius ſint roboris ad inducendam tacitam ratificationem Profeſſionis, ſignanter dum adhuc vivebat Pater, Doct. *in l. 2. C. quod met. cauſ.* Bartol. *in l. penult. ff. de cond. ob turp. cauſ.* Covar. *in epitom.* 4. *decretal. par.* 2. *cap.* 36. §. 5. *numer.* 1. Rol. *conſil.* 2. *numer.* 86. *lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 60. *num.* 34. *lib.* 4. Rota *deciſ.* 771. *numer.* 8. & 9. & *deciſ.* 851. *num.* 1. & *deciſ.* 863. *num.* 4. coram Card. Seraph. & declaravit S. Congregatio Eminentiſſimorum DD. Cardinalium Sac. Conc. Interp. 13. Septembris 1629. quæ cenſuit Matrimonium contractum à filia per metum à matre illatum, eſſe invalidum, etiamſi mulier metum paſſa per plures annos poſt mortem matris permanſerit cum mariro, & filios procreaverit, ut proſequitur Barboſ. *in collect. Bullar. in verb. Matrimonium pag. mihi* 445. Et probato metu, certum eſt, quod omnes conjecturæ deductæ ad oſtendendum liberam voluntatem evaneſcunt, Alexand. *conſ.* 99. *num.* 10. *lib.* 3. Nicol. Everard. *d. conſ.* 4. *num.* 2. *tom.* 2. Inter matrimonia Celeſii, Gam. *dec. Luſit.* 346. *num.* 3. Greg. XV. *dec.* 726. *num.* 45. Seraph. *d dec.* 851. *num.* 6. Rota *dec.* 216. *num.* 21. *p.* 2. *dtu.* Immò probato metu; Impoſſibile eſſe contrarium probare, inquit Alex. *d. conſ.* 99. *nu.* 8. & 9. *lib.* 3.

Eadem coram eodem.

Lunæ 10. Decembris 1646.

In hac cauſa, &c.

119 Et propterea S. M. Urbanus Octavus conceſſit reſtitutionem adverſus lapſum quinquennii, quam ex juſta cauſa concedendam ſemper dicit Sanchez ad partes diſputans *d. lib. 7. cap.* 37. *num.* 22. Et in reclamante profeſſionem, & ratificationem ceſſare tenuit, Innoc. *in cap. ſicut* 15. *de regul. num.* 3. & 4 Cabrer. *ubi ſupra num.* 55. *verſ. & quando in final. verb. & ex eo, quod ante quinquennium* coram nonnullis Conſanguineis, & aliis reclamaverat conceſſam reſtitutionem in S. Congregatione Concilii 27. Aprilis 1638. ſe informante, dicit Barboſ. *d. cap.* 19. *num.* 10. Quæ fortius procedunt in muliere ignorante ex quinquennii taciturnitate inducì hanc præſumptionem, ex qua ignorantia inhabitus delatione hanc præſumptionem ceſſare, inquit Grat. *diſcept. for. cap.* 640. *numer.* 31. & in terminis loquens de vito, & majori 25. annis, Sanchez *d. diſp.* 37. *num.* 23. quia in muliere præſumitur ignorantia, *l. cum de indebito* 25. §. *ſin autem ff. de probat. l.* 2. §. *fin. ff. de jur. fiſc.* & Molite, qui in ignorantia juris æqui paratur mulieri dictis juribus dixit Marchieſ. *de commiſ. tom.* 1. *d. ſignat. grat. p.* 1. *cap.* 2. *numer.* 464. cui poſt multos annos Religionis, & actus profeſſorum conceſſa fuit reſtitutio.

Proponamus aliqua de Monialibus, quarum profeſ-120 ſio ſæpè nulla eſt, vel defectu conſenſus, vel defectu formæ, vel defectu utriuſque. defectus conſenſus intervenire poteſt, tam ex parte monialis, quàm ex parte in ingreſſu, in ſuſceptione habitus, in profeſſione. In ingreſſu, ſi conſenſus monialis fuerit vi, ac metu extortus. Ubi enim adeſt vis, ac metus, non poteſt adeſſe conſenſus. Nam nihil eſt magis contrarium conſenſui, quam vis, & metus, *l. nihil magis ff. de reg. jur.* Rota *deciſ.* 345. *num.* 3. coram Gregorio. Sique non intervenerit conſenſus monialium, ut ſi fuerint deceptæ, ex quo illis præſuppoſitum fuerat puellam ingredientem permanſuram apud ipſas paucis diebus ac in educatione tantùm. Sicque erraruntEt error autem excludit conſenſum, Rota *deciſ.* 524. *num.* 4. *par.* 1. *recent.* & ubi adeſt error, nulla eſt voluntas, Rota *deciſ.* 179. *numer.* 5. coram eod. Gregorio.

In ſuſceptione habitus ſi non ſolum perduravit eadem121 vis, idemque metus, ſed novus etiam incuſſus fuerit timor, nec conſenſus monialium acceſſerit, ut ſi pro illius receptione in monialem nullum fuerit celebratum capitulum.

Et ita, ut non obſtaret, quod moniales videantur conſen-122 ſiſſe eo ipſo, quod fuerint præſentes ejus monachatui, eamque poſtea in ſuo monaſterio retinuerint; Quia cùm in hujuſmodi actibus requiratur conſenſus Capituli, conſenſus Monialium, ut ſingularium perſonarum, non ſufficit. Nam conſenſus ſingularium, non dicitur conſenſus Capituli, Rota *deciſ.* 225. *num.* 4. coram Buratto apud Tambur. *de jur. Abbat. tom.* 3. *deciſ.* 18.

In emiſſione profeſſionis, ſi puella vi, ac metu coacta123 fuerit illam emittere, ſique defecerit conſenſus monialium, ut ſi neque in hoc actu convocatum fuerit Capitulum. Si itaque neuter conſenſus intervenerit, nulla, & invalida fuerunt omnia, nulluſque contractus inter dictam puellam, & monaſterium interceſſit, atque adeò nullo vinculo puella, & moniales ligatæ remanſerunt, quod in profeſſione contrahitur inter monialem, & monaſterium, & ideò requiritur mutuus conſenſus profeſſæ, ac Religionis, in qua emittitur profeſſio, ut per Tambur. *d. tom.* 3. *diſp.* 6. *quæſt.* 22. *nn.* 1. & *ſeqq.*

Vis autem ac metus non ſolum tollunt conſenſum,124 & operantur nullitatem, ſed etiam efficiunt, ut cogentes, puellam, ſive mulierem ad ſuſcipiendum habitum, ſive ad profitendum, incidant in excommunicationem ex decreto Sac. Concilii Tridentini *ſeſſ. 25. de Regular. cap.* 18. quod comprehendit omnes, & ſingulas perſonas præter Imperatorem, & Reges Tambur. *de jur. Abbatiſſ. diſp* 2. *quæſt.* 1. *num.* 2. & procedit etiamſi coactio ſit, ut in monaſterio mulier educetur, ut per eundem Tambur. *loc. cit. num.* 1.

Unde

125 Unde non eſt diſcutienda cauſa metus, & an fuerit cadens in conſtantem virum, cum hæc diſcuſſio ſit admittenda, quando ex facto non reſultat probatio metus ut inquiunt Abb. *in c. nonne num.* 1. ac Felin. *ibid. nu.* 22. *de præſumpt.* ac cæteri, quos refert, ac ſequitur Rota in dicta *Melevitana.* Quia ſola timoris ſuſpicio in animo impreſſa, metum inducit, liberùmque conſenſum excludit ex Sanchez *de matrim. lib.* 4. cum aliis ibi allegatis. Sufficit ergo, quòd circumſtantiæ facti vere metum incuſſerint.

126 Defectus autem formæ nulla eſt ſuſceptio habitus, & profeſſio, ſi non fuerit ſervata forma Conſtitutionum Monaſterii. Hac enim forma non adimpleta, tum monachatio, tum profeſſio remanet nulla, & inefficax. Quia ſine forma res non deducitur ad eſſe, *l. Julianus §. Si quis rem ff. ad exhibendum,* Rota *deciſ.* 226. *num.* 1. *par. l. diu.* & forma non ſervata, actus nullo modo ſuſtinetur, Rota *deciſ.* 190. *num.* 25. *par.* 7. *rec.* Sed corruit, Rota *deciſ.* 746. *nu.* 2. coram Merlino. Eoque magis ſi Conſtitutiones contineant decretum irritans, Put. *deciſ.* 330. *num.* 1. & 4. *lib.* 1. *in correct.* ac Rota coram Milino *deciſ.* 20. *num.* 1. & *deciſ.* 226. *num.* 1. *par.* 1. *diverſ.* & in terminis Vermigliol. *conſ.* 484. *num.* 1.

127 Quod procedit, etiamſi poſt ſuſceptionem habitus, & profeſſionem forma adimpleta eſſet. Quia nihilominus actus antea factus eſt inſanabilis, nam ea, quæ ſunt de forma, debent intervenire tempore, quo actus producitur, Rota coram Gregorio *deciſ.* 395. *num.* 7. & ſimultaneè cum ipſo actu, non autem ſucceſſivè poſt actum, etiamſi poſt unam horam interveniret, Add. ad *deciſ.* 542. *nu.* 62. *par.* 4. *recent. tom.* 3.

128 Et in hoc defectu formæ nemo ex quacumque cauſa excuſatur, nec quidem ruſticitatis, ſexus, ætatis, vel alterius cujuſvis qualitatis. Quia forma etiam ex juſtiſſima cauſa vitiat actum, Add. ad *d. deciſ.* 542. *num.* 64. & 67. Nec poteſt remitti ex partium conſenſu, Rota *deciſ.* 572. *nu.* 11. *d. par.* 4. *tom.* 3. Neque conſenſu partium ſuppleri, Rota in *Romana* ſocietatis officii 5. Decembris 1616. coram Remboldo, quæ eſt *deciſio* 81. apud Zacch. *de ſociet. offic.*

129 Et quoad S. Concilium Tridentinum, ſi non fuerit ſervata forma *cap.* 17. *d. ſeſſ.* 25. *de Regular.* quod ſcilicet Epiſcopus certior factus de tempore profeſſionis novitiæ, ante memſem debeat ejus voluntatem explorare, Tambur. *de jur. Abb. diſp.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 9. quam explorationem facere debet ipſemet Epiſcopus, vel eo abſente, vel impedito, ejus Vicarius, aut aliquis, eorum ſumptibus ab eis deputatus. Hæc autem diſpoſitio ad amuſſim adimplenda eſt propter decretum irritans appoſitum in Conſtitutione Pii IV. confirmatoria Concilii, alioquin actus remanet nullus ab initio, Rota *deciſ.* 829. *num.* 2. coram Buratto, & *deciſ.* 80. *num.* 4. *par.* 7. *rec.* ac plenè Poſth. *de manut. obſerv.* 46. *numer.* 7. ligatque etiam ignorantes, & afficit omnia, quæ ſequuntur ita, ut nec effectum, neque Juris fomentum habeant, poſth. *ibid. num.* 8. *ac ſeq.* etiamſi ex conſuetudine fierent, quia decretum irritans inficit etiam conſuetudinem, & obſervantiam contrariam, Rota *deciſ.* 99. *nn.* 10. coram Othobono. Verùm ex hujus explorationis omiſſione non irritari profeſſionem, declaravit Sac. Congregatio Concilii apud Fagnanum.

130 Nec profeſſio poterit unquam reddi valida ex curſu temporis, aut ex actibus quibuſcumque poſtea ſubſequutis. Quia tempus non eſt modus inducendi obligationem, Urſil. ad Afflict. *deciſ.* 13. *nu.* 1. Et omnes actus poſtea facti fuerunt, ac proceſſerunt ex metu antecedenti, qui ſemper dicitur adeſſe, ſive incuſſus ſit cum armis, ſive ſine armis, Put. *deciſ.* 373. *num.* 4. *lib.* 1. pariter in correctis.

131 Nec obſtaret, quod poſt emiſſam profeſſionem per decem, & amplius annos geſtaverit habitum, pluſeſque actus fecerit convenientes monialibus. Nam ſi id objiciatur ad inducendam ratificationem profeſſionis, reſpondetur primò, quod etiam admiſſis hujuſmodi actibus, obſtat regula, quod non poſſit ratificari, quod ab initio de jure non ſubſiſtit, ut latè firmatur in *d. Ulyſſipponenſi* coram Carillo. Secundò, quod ex his actibus nulla inducitur ſufficiens ratificatio, niſi profitens ſciret, ex illis reſultare tacitam ratificationem, ac inſimul oportet, quod omnes geſti fuerint cum animo ratificandi, juxta latè deducta in dicta *Ulyſſiponenſi* coram Arguelles, comprobata in dicta *Melevitana* §. *actus verò,* ubi additur quod nec ſufficeret, prædicta concurrere, niſi ulterius doceatur concurrere conſenſum Religionis, ut fusè per Vermigliol. *d. conſ.* 484. *n.* 11. & *ſeqq.*

Accedit, quod hujuſmodi actus non arguunt certam132 profitentis voluntatem vim ob juſtam cauſam eos ſimulare potuerit, & aliam habuiſſe intentionem in contrarium, ut per Socin. *conſ.* 270. *lib.* 2. quem refert, ac ſequitur Gall. *conſ.* 66. *num.* 15.

Et fortius ſi concurrant plures, ac frequentes actus133 contrarii nimirum ſi non comederit in menſa communi, non dormiverit in dormitorio, capillos nutriverit, eoſque comptos habuerit more ſæcularium, Abbatiſſæ obedientiam non exhibuerit, & id genus alia fecerit. Nam hi actus cum præferant expreſſum diſſenſum, faciunt ceſſare tacitum, ut per eundem Gall. *loc. cit, num.* 19. *cum ſeqq.* ac Rota in *d. Ulyſſipponenſi* coram Carillo, & Arguelles, juncta præſertim declaratione, ac proteſtatione ſæpius repetita de non profitendo, & quod ſi fecerit, vel faceret actus contrarios, non intenderet per illos aliquod ſibi præjudicium inferre, dum eos fecit, ac faceret ad evitandum ſcandalum Monialium, ut per Gall. *ibidem.*

Cùmque ex jam dictis non poſſit eſſe firma profeſ-134 ſio expreſſa, neque à fortiori agendum eſt de tacita, ut ex Navarro, & aliis comprobat Sanchez *in decalogo lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 4. quem ſequitur Vermigliol. *d. conſ.* 484. *num.* 8. & *ſeq.* maximè ceſſantibus requiſitis, de quibus per eundem Sanchez, ac Rotam *deciſ.* 365. *num.* 24. *par.* 4. *tom.* 2. *recen.*

Non obſtat vulgaris regula, quod in dubio profeſ-135 ſio ſit ſubſtinenda. Quia in his caſibus non ſumus in dubio, ſed in claris, & regula procedit quando dubitatur de validitate ex alia cauſa, quam ex defectu conſenſus, quo ſtante, facienda eſt ſemper interpretatio pro libertate perſonæ, ut reſpondit Rota *in d. Ulyſſipponenſi* 24. Januarii 1646. in fine, & in dicta *Melevitana* pariter in fine.

Præterea nullo modo diſpoſitio S. Concilii Tridentini136 *d. cap.* 19. locum habere poteſt, quando præter defectum conſenſus intervenit & jam defectus formæ. Nam Concilium reſpicit ſolum defectum conſenſus, non defectum formæ, de quo nihil diſponit. Unde quamvis poſſet dubitari, an locum haberet reſpectu conſenſus, ceſſat tamen omnis dubitatio reſpectu formæ, quia de illa non loquitur.

Neque hic defectus formæ ſanari poteſt, etiamſi ceſſaret137 primus, & concurreret præciſus conſenſus, quia per conſenſum reconciliantur ea, quæ pendent à voluntate, non autem quæ pendent à forma, vel ab aliqua exteriori potentia, Surd. *conſ.* 28. *num.* 125. *propè finem,* eſtque regula certa, quod defectus formæ non poteſt ſanari conſenſu partium, ut diximus.

Et quidem metum irritare profeſſionem, certiſſimum138 eſt, ut cavetur in *cap.* 1. *de his quæ vi met. cauſ. & in cap. cum verum in fine de Regular.* & ſtatutum fuit à S. Leone Papa primo, & à Concilio Romano ſub Eugenio Papa *in cap. puella, & in can. ſicut* 20 *quæſt.* 1. Quod rationibus, aliiſque probat Menoch. *conſ.* 918. *num.* 10. *ac ſeqq.* & pluries firmavit Rota, præſertim *deciſ.* 105. *par.* 3. *deciſ.* 179. *par.* 4. *recent.* & coram Buratto *d. deciſ.* 205. *num.* 22. & *ſeqq.* & coram Merlino *deciſ.* 590. & *deciſ.* 620. & *deciſ.* 628. & in dicta *Melevitana* profeſſionis coram Royas, & coram Meltio, & in *d. Monopolitana* coram Dunozetto.

Qui metus in puella teneræ ætatis ſatis ſuperque139 proba-

probatur, si à patre, vel matre severis, ac terribilibus illatus fuerit. Imò sufficere timorem reverentialem cum minis eorumdem, etiamsi non essent tales, quæ alias sufficerent, tradunt congesti à Diana *par. 3. tract. 2. resol. 92.* & tenet Rota coram Seraphino *decis. 771. num. 3.* & 4. Buratto *d. decis. 205. num. 19.* & 25. Merlino *decis. 590. num. 5.* & *decis. 620. num. 1.* & *seqq.* & in dicta *Toletana* coram Ubaldo, & in dicta *Monopolitana* coram Dunozetto.

140 Probanturque minæ sufficienter, si pater, frater, mater &c. comminati fuerint, quod si puella non fieret Monialis, nihil de paternis bonis percepisset, & quod eam miserabilem reddidissent. Hæ namque minæ sufficiunt ad hunc effectum, ait Sanchez *lib. 4. de Matr. disp. 5. num. 25.* Pontius eodem *tract. lib. item 4. cap. 12. num. 9.* Hurtad. *pariter de matr. disp. 6. diffin. 1. num. 2.* Menoch. *d. cons. 918. num. 49.* & aliis constipatis firmat Rota in *d. Ulyssiponensi* coram Arguelles, & coram Buratto *decis. 205. num. 7. 8. ac 9.*

141 Idque præsertim si accesserit assistentia patris, vel frattis &c. cum viris armatis, dum professio emittebatur. Ad quid enim viros armatos secum habere vir terribilis, dum professio emittebatur, nisi ad terrendum profitentem? Si enim liberè profitebatur, inanes erant hujusmodi terrores, ac formidines. Si timebat, ne alii vim inficerent, cur non adiverit superiores? Cur non extra januam monasterii potius, quàm ante oculos filiæ, sororis &c. voluit eos constituere? Ex sola enim armatorum præsentia justissimum metum induci, probat textus *in l. 3. §. qui armati ff. de vi, & vi arm.* Rota coram Gregorio *decis. 226. num. 38.* & coram Buratto *decis. 203. num. 1. & seqq.* & in fortioribus quando invitantur ad professionem magnates, ob quorum reverentiam non posset contradicere, Seraphin. *decis. 1196. num. 1.*

142 Sique etiam præcesserint lachrymæ, querimoniæ protestationes ante Novitiatum, & dum in eo permansit, ac post professionem, ut in specie firmavit Rota coram Seraphino *decis. 1166. num. 1.* ubi ponderat protestationem factam ante imaginem Crucifixi. Quod fuit confirmatum *decis. 1177. num. 3.* & *in recent. d. decis. 179. num. 2.* & *decis. 533. num. 3. par. 4.* & coram Buratto *d. decis. 205. num. 14.* & 15. & coram Merlino *decis. 590. num. 4.* & *decis. 620. sub initio*, & in dicta *Toletana* coram Ubaldo, & in dicta *Ulyssiponensi* corom Arguelles §. *Cum ergo præsumptio*, & in dicta *Monopolitana* coram Dunozetto, ubi sufficeret factas esse coram aliquo Religioso, vel aliquibus familiaribus.

143 Ac nimis contra custodia impediendo, ne cum aliis loqueretur. Ex hoc enim resultat evidens coactio, cùm non dicatur liber ille, qui cum aliis loqui non posset, ut arguit Rota coram Gregorio *decis. 326. num. 32.* & in dicta *Monopolitana* coram Dunozetto, ubi dicitur, ex hoc excludi libertatem, & incuti justum metum.

144 Aversio maxima à statu regulari, ex qua oritur etiam argumentum metus incussi, Rota coram Buratto *d. decis. 205. num. 4.* & in dicta *Monopolitana.*

145 Egressus è Monasterio, dum ibi permanebat educationis gratia. Sine enim magna aversione id fieri non potuit. Quod inducit evidentissimam conjecturam coactionis, ut in terminis inquit Lapus *alleg. 46. nu. 4.* rectè considerans quod ex hujusmodi fuga probatur propositum non profitendi, & quod retractio in monasterium ex hoc præsumitur meticulosa,

146 Impedimentum explorationis voluntatis, quæ res non potuit fieri sine magno scandalo, ac temeritate, Seraph. *decis. 1166. num 6.*

147 Sique etiam accedant attestatio propinquorum emissa in articulo mortis, protestationes matris, nec non instantiæ judiciales alicujus propinqui, vel Affinis, ac pericula, quibus se subjicit, dum adjuvare tentavit puellam, ne cogeretur coacta profiteri. Ex damno enim, & minis contra conjunctos augetur metus, Natta *cons. 50. num. 15.* Rota in *Melevitana* hæreditatis 16. Januarii 1637. coram Panzirolo. Et attestationes factæ à moriturο admodum attenduntur, Bald. *cons. 476. numer. 1. & seqq. lib. 1.* Menoch. *cons. 25. num. 8.* Eugen. *cons. 64. nu. 45. lib. 2.* Honded. *cons. 91. num. 88. lib. 1.* Et in difficiliortibus terminis, quod solus metus reverentialis debitus patruo etiam absque minis sit sufficiens ad irritandam professionem emissam à viro in ætate majori propter summam libertatem in dicto actu emittendæ professionis requisitam, firmavit Rota in dicta *Melevitana §. nec dicatur*, ubi aliæ decisiones constipantur.

Ita quidem, ut non obstarer, si aliqui testes sint sin- 148
gulares, quia cum metus sit difficilis probationis, sufficiunt leviores probationes; & in hac specie testes singulares sufficere, tradunt Mongolon. *in tr. de metu cap. 10. §. 3. num. 8.* & *seqq.* Avendan. *de metu lib. 1. cap. 9. num. 9.* Surd. *cons. 513. num. 33. ac seqq.* Gregor. *decis. 316. num. 48.* & *decis. 205. num. 17.* & coram Peutingero *in Messanen. Professionis 24.* Novembris 1642. & in dicta *Toletana* coram Ubaldo.

Et præterquamquod probatio metus, elicita ex in- 149
diciis, ac præsumptionibus, censetur sufficiens, ut docent Surd. *cons. 395. num. 25.* Crot. *cons. 106. numer. 15. lib. 1.* Cyriac. *contr. 410. num. 37.* Montera *decis. 45. numer. 25.* Sperell. *decis. 5. num. 7. ac seqq.* Seraph. *decis. 771. num. 2.* Gregor. *decis. 326. num. 5.* & Merlin. *decis. 590. num. 6.* hujusmodi testes non sunt singulares singularitate obstativa, sed adminiculativa, qui propterea in hac materia admittuntur, ac plenam probationem faciunt, Crot. *loc. cit. num. 15. ac 16.* Surd. *ibidem num. 26.* Rota *decis. 579. num. 7. par. 1. recens.* & in dicta *Messanensi* coram Peutingero, & in dicta *Ulyssiponensi* coram Arguelles. Præcipuè concurrentibus protestationibus patris, vel matris puellæ, quæ licet solæ concludenter metum non probent, plurimum tamen adjuvant, Craver. *cons. 94. num. 6.* Natta *cons. 50. num. 18.* aliique plures relati à Surdo *d. cons. 395. num. 27.* ubi *num. 28.* subdit, metum reverentialem probari ex sola protestatione. Quod etiam censuit Rota *d. decis. 205. num. 15.* & *seq.* coram Buratto.

Quæ quidem eò libentiùs videntur attendenda, si non 150
agatur de irritanda professione, sed tantum de admittenda causa ad hujusmodi effectum, quo casu satis est semiplena probatio, juxta distinctionem Baldi *in l. 1. n. 5. C. si adverf. libert.* communiter approbatam, ut tradit Rota *decis. 323. n. 3.* coram Buratto, cum aliis per Add. *ad decis. 459. num. 11.* coram Gregorio.

Nec obstat, quod ad irritandam professionem re- 151
quiratur metus cadens in constantem virum. Nam etiamsi deesset propter minas paternas, puellæ, aut filio adolescenti illatas, ut animadvertit Rota in dicta *Melevitana §. ulterius*, respondetur, quod solus metus reverentialis sufficit ad effectum committendi causam restitutionis, ut reprobatis contrariis, articulo maturè discusso, firmavit Rota *decis. 1199. n. 2.* coram Merlino. & in *d. Ulyssiponensi*, §. *quæ omnia* coram Arguelles, & passim sequitur S. Congregatio, teste Diana *p. 3. tract. 2. resol. 62.*

Nec adversatur lapsus quinquenii, quia non excludit 152
restitutionem, attento impedimento ad reclamandum, ut pluries declaravit S. Congregatio Concilii apud Barbos. *in Collect. ad d. cap 18. sess. 25.* Cyriac. *tom. 2. contr. 371. num. 27.* Tambur. *de jur. Abbat. disp. 6. quæst. 25. num. 27.* Pellizar. *in man. tract. 3. cap 5. sect. num. 23.* & *seqq.* Dian. *loc. cit. resol. 53.* cum aliis apud Lezan. *in sum. v. professio nu. 21.* & firmavit Rota in *d. Ulyssiponen. §. propterea* coram Arguelles, ac sæpè alibi.

Minus refragatur prætensa ratificatio, aut tacita pro- 153
fessio ex declaratione habitus regularis, & in viro etiam ob susceptionem Ordinum ad titulum pauperatis religiosæ, atque ob alios actus, solis professis convenientes. Nam eadem vi, eodemque metu, quibus inductus fuit ad emissionem professionis; coactus quoque fuit ad Ordines suscipiendos. Unde hujusmodi ratificatio admitti non potest, durante eadem Causa metus, scilicet vita parentum, fratris &c. qui illum incusserant, Hoc enim inducit præsumptionem, quod omnes actus subse-

subsequentes processerint ex eadem causa juxta doctrinam Bartoli *in l. 2. num. 9. C. de his, quæ vi met.* & in specie susceptionis Sacrorum Ordinum, quod durante causa metus, non inducat ratificationem professionis, tradit Barbos. *vot. 77. conject. 6. num. 121. tom. 2.* Rota *decis. 705. num. 1. par. 2. recent.* & *decis. 1210. num. 2.* coram Merlino cum aliis cumulatis in *d. Ulyssiponen.* apud Dianam *par. 9. decis. 1. num. 42.*

154 Præterea cum controverti non possit expressus dissensus ex continuis reclamationibus expressam professionem, cessat profectò omnis dubitatio prætensæ illius ratificationis, aut tacitæ professionis subsequentis, quæ semper excluditur per expressam reclamationem, maximè intra quinquennium emissam, ut animadvertit Rebuf. *con. 68. n. 11.* Decian. *cons. 18. num. 2. vol. 3.* Cyriac. *contr. 371. nu. 76.* Menoch. *lib. 6. præsumpt. 83. n. 17.* Bordon. *de profes. cap. 21. num. 50.* Rota *decis. 115. num. 5.* coram Ochobono, & in *d. Ulyssiponensi §. nulla* coram Meltio, cujus particulam mox dabimus. Et in terminis susceptionis Ordinum, quo illa non inducat tacitam professionem, quando contra expressam, si præsertim ante lapsum quinquennii fuerit reclamatum, ut firmat Rota *in Taurinensi* nullitatis professionis 6. Februarii 1654. §. *Sustineri verò non potest* coram Verospio, cujus particulam etiam dabimus.

155 Unde non potest objici tacita professio sive illius ratificatio, ac preseverantia in habitu, & functionibus monasticis. Nam hæc objectio rollitur ex declarationibus antecedentibus ejus animi. Quod non intendebat, se Religioni alligari, Bald. *cons. 206. vers. quoniam contradictio, & vers. quoniam non habuit animum vol. 2.* Rota *decis. 579. num. 6. par. 1. recent.* Et ultra quod ratificatio, durante vita incutientis metum, nempè durante causa metus, initium sumere non poterat, Rota *decis. 705. num. 4. par. 2. rec.* Add. ad Buratt. *d. decis. 205. num. 35.* & post obitum incutientis metum illicò cœpit adducere nullitatem suæ professionis. Constare insuper debet habuisse scientiam invaliditatis. Nam professionem invalidam non ratificat Religiosus, nisi scienter, Ciarlin. *d. contr. 108. num. 61.* Ubi quod talis scientia probanda est ab allegante, de quo etiam mox dabimus integram Rotæ decisionem.

156 Hinc sequitur hujusmodi professum non indigere restitutione in integrum adversus lapsum quinquennii, quando persona, quæ metum incutiebat moritur intra quinquennium, quod non incipit, nisi à die cessantis metus ita, ut proinde, vel non sit opus restitutione, vel ut cumque restitutio non potest denegari, Burat *d. decis. 205. num. 29.* & *seq.* Gratian. *discept. 413. num. 9.* & 11 & quia etiam defecto defectu professionis, Prælati Superiores pro ejectione Religiosi, nulliter professi, non arctantur dicto quinquennio, Lezan. *de oblig. reg. cap. 2. num. 7.* & quatenus indigeat restitutione, Summus Pontifex adeundus est, qui facultatem S. Congregationi Concilii, vel S. Congregationi super Episcopis, & Regularibus benignè concedere solet.

157 Quæ omnia facilius videntur admittenda, quando agitur de professione coacta, quo casu favendum potius est libertati profitentis, quam servituti ad favorem Religionis, ut censuit Rota in *d. Ulyssiponensi §. denique*, coram Arguelles, & *decis. 591. num. 10.* coram Tarraconensi. Præsertim quia hujusmodi objecto tacitæ professionis satis consultum erit per clausulam, dummodò professionem tacitè, aut expresè non ratificaverit, in hujusmodi Commissionibus restitutionis adversus lapsum quinquennii ex stylo apponi solitam, ut etiam advertit Rota in *d. Ulyssiponensi §. 1.* coram Carillo.

158 Attentis igitur iis, quæ ex facto resultant, declarandum videtur, professionem esse nullam, tanquam emissam metu reverentiali, qui pro irritanda professione sufficit, non solum attento Jure Ecclesiastico, & positivo, sed etiam naturali ac divino, ut pluribus firmat Rota coram Merlino *decis. 590. num. 2.* & 3. & in *Ulyssiponen. §. & quicquid sit* coram Salamantino, & aliàs sæpè.

Qui metus de jure leviores admittens probationes, 159
ac indicia, & conjecturas, ut per Seraphin. *decis. 771.* Sperel. *decis. 5. à num. 69.* abunde probatur, si constat de initio meticuloso, à quo omnia subsequuta regulantur, Gregor. *decis. 326. num. 1.* & ingressui in Religionem causam dedisse impostura, ac violentas patris, matris, fratris, amitæ, curatricis instantias, quæ vim coactionis habent, & inducunt justum metum ex Sanchez *lib. 4. de matr. disp. 7. num. 3. ac seq.* Gregorio *decis. 326. num. 13.* Sperel. *decis. 5. num. 44.* Clarlin. *contr. 108. nu. 36.* Metus quippe Curatoris ad irritandam professionem attenditur, Sperel. *decis. 79. num. 21.* Præsertim si amica esset naturæ terribilis, ac severæ, quod metus præsumptionem auget, Gregor. *d. decis. 326. nu. 10. ac 12.* Barbos. *not. 1. num. 1.* loquens de metu reverentiali pedagogi jam officio functi, in adolescente quindecim annorum, in quo minor metus requiritur, Seraph. *d. decis. 771. nu. 4.* Augeturque probatio metus ex magna animi aversione, quam habebat à Religione. Idque si ante susceptionem habitus propalaverit fratribus, amicis, se simulaturum morbum incurabilem, ut ejiceretur. Et illicò post susceptum habitum, morbum confixeritque Confessori fassus fuerit, qui de licentia pœnitentis id testari poterit, ut per Molin. *de pœnit. quæst. 49.* Naid. *in summ. v. Confessarius num. 35.* & *v. consensus, num. 4.* & alios communiter. Ex magna enim aversione ac repugnantia probatur hujusmodi metus, Gregor. *d. decis. 326. nu. 7.* Burat. *d. decis. 205. nu. 4.* prout illum etiam coadjuvant reiteratæ protestationes factæ coram Religiosis, & Confessario, ut per Farinac. *par. 2. fragm. v. metus nu. 196.* ac Rotam *decis. 705. num. 3. par. 2. rec.*

Decisiones S. Rotæ sunt istæ.

In Ulyssiponensi nullitatis professionis 10. Decemb. 1646. coram Meltio. In hac causa de anno 1628. introducta &c. 160

Nulla adest quidem ratificatio, non tacita, ut sentit 161
etiam Rota omnibus præteritis decisionibus, & constat apertissimè, quia hæc præsumitur quidem ex declaratione habitus, & actibus, professis tantum conveniontibus, cum taciturnitate quinquennali, post cujus temporis spatium facultatem reclamandi Sacrosanct. Concil. *d. cap. 19.* denegavit, sed nec ipsum Concilium, nec ullus unquam firmavit Doctorum, ex his induci veram, & realem ratificationem, sed præsumptionem tantum ratificationis, aut professionis, ut constat eodem textu Concilii.

Et ideò intra quinquennium, vel longissimum etiam 162
tempus, animum ratificandi, vel profitendi, non habet, quantumcumque habitum gesset, vel actibus se ingerat professorum, ut revera religiosus, nec in foro conscientiæ tenetur ad regulæ observantiam, secluso scandalo, ut multis citatis Sanchez *lib. 7. disput. 37. num. 9.* ubi doctè, & clarissimè rem aperit Barbos. *d. cap. 19. nu. 14.* & *15. de Episc. alleg. 104. in fine*, Miranda *tom. 1. quæst. 3. art. 1. vers. secundo dico, & art. 3. in fin.* Bordon. *cap. 7. quæst. 11.* & *duob. seqq.* Cabrera *ubi supra nu. 33.* & *34.* Quia sine consensu professio dari non potest, nec obligatio, quibus addi potest *l. 1. §. Conventionis vers. adeo ff. de pact.* & *l. in omnib. ff. de pact.* & *obligat.*

In Taurinen. nullitatis professionis.

Veneris 6. Februarii 1654. coram Verospio.

Thomas Franciscus Carsonus decimo sexto ætatis suæ 163
anno nondum completo &c. subsistineri verò non potuit adducta professio ex ratione tacita, sive expressa; licet enim illa ex habitus delatione per annum integrum inducatur ad textum *in cap. ex parte num. 3. de reg.* communiter receptus, ut testatur Sanchez *in præcept. decalog. lib. 5. c. 3. num. 32.* quoties præsertim, ut in proposito casu concurrunt ordinum susceptio ad titulum pauperatis, ac actus, professis dumtaxat congruentes; excluditur tamen in casu proposito ex reclamatione per Thomam intra quinquennium coram Superiore, ac

Ordina-

Ordinario copulativè intentata juxta disposition em Sac. Concilii *sess. 25. de regul. cap. 19.* ex processu de partibus justificata. Tunc enim actus superius recensiti, ac successivè postmodum habiti deservire non potuerunt pro elicienda ratificatione professionis ex defectu ætatis nulliter emissæ, ac impugnatæ intra quinquennium, donec gesti probentur cum animo eam ratam habendi secundum Navar. *de regul. cons. 26. num. 16. & cons. 28. num.* 7. Graf. *cons. 1. num. 8. & cons. 9. num. 3. de regul.* Bonacin. *de clausul. quæst. 2. punct. 10. diffic. 5. sub num.* 3. cum aliis per modern. Moman. *decis. forens. cap. 440. num. 22.* Rota in *Ulyssiponen.* nullitatis professionis 13. Januarii 1653. *in §. actus verò* coram Reverendissimo Tarraconen.

In Tullen. Professionis coram Merlino.

22. Junii 1633.

164 **Proposui dubium, an constet de validitate professionis emissa** per D. Catharinam Darnecourt. & DD. responderunt, constare de metu usque ab initio ante emissam professionem incusso, ex quo quidem metu dum sit cadens in constantem virum, vel fœminam, irritari professionem, & ideò à Religione permissum esse, scripsit Alex. *cons. III. in cap. 11. de iis, quæ vi, metusve,* & Innocent. *in cap. cum. dilectus eod. tit.* & de metu reverentiali per parentes inculso ex textus à contrario sensu *in cap. puella 20. quæst. 3.* ut induxit Clem. III. *cap. cum virum de regular.* & facit *cap. præsens 20. quæst. 3.* quod verum est, nedum attento jure Ecclesiastico, & positivo, ut censuit post alios Sanchez super *decalog. lib. 4. cap. 3. n. 9.* & Basil. Pont. *de matr. lib. 4. cap. 11. num. 15.* ubi reprobat eundem Sanchez ab hac sententia dissentientem quoad solum metum reverentialem in *tract. de matr. lib. 4. disp. 6. n. 18.* & fuisse à S. Congregatione Concilii definitum, & à Rota coram Oradino resolutum, testatur Basil. Pont. *ubi supra*, & sequitur Pater Diana *resol. moral. par. 3. tract. 2. resol. 92.* sed etiam attento jure naturali divino hoc procedere, tradit idem Pont. *d. lib. 4. cap. 11. num. 15.*

165 Metus autem probatur ex quatuor testibus datis in summario *num. 1.* quorum primus deponit de visu, nedum de verbalibus minis Parentum, & iniuriis cum colaphis, & de resilientia, ac de revocatione puellæ cum protestationibus, gemitu, querelis, & lacrymis, quod nolebat ingredi monasterium; alii verò testes deponunt de auditu ab eadem puella conquerente, & lacrymante, quod Parentum coacta imperio, & per eorum vim, & metum Religionis propositum, atque habitum susciperet, ex quibus satis probari metum pro irritanda professione visum fuit Dominis, cum ad hunc effectum sufficiat probare minas junctas cum reverentia Parentum, ex quibus tollitur libertas consensus, in professione omninò necessaria, ut scripsit Abbas *in cap. cum acrem num. 8. de regular.* Felin. *in cap. causam matrimonii num. 5. de offic. deleg.* Azor. *Instit. moral. lib. 12. cap. 5. quæst. 9. vers. si roges par. 1.* & fuit dictum in *Neapolitana* professionis 15. Junii 1598. coram Gipsio, & in *Tullen.* nullitatis 7. Novembris 1616. coram b. m. Buratto, & in hac materia admittit leviores probationes, & indicia, tradit Alex. *cons. 98. nu. 6. lib. 3.* Paris. *cons. 60. num. 20. lib. 4.* Rota coram S. M. Gregor. XV. *decis. 374. num. 1. & 9. & decis. 326. n. 11.* præsertim dum res acta est inter domesticos parietes, Rota *d. decis. 326. num. 5. & 351. num. 6.* apud S. M. Gregorium XV.

166 Et ita utraque parte informante, constare de metu ab initio illato, resolutum fuit. An autem pro validitate professionis sufficerer votum obedientiæ dumtaxat, anne per ratificationem fuerit convalidata professio, & purgatus metus, DD. rejecerunt ad aliam disputationem.

167 Subiiciamus his unà præ omnibus decisionem *in Mediolanensi* nullitatis professionis 3. Maii 1690. coram Reverendissimo P. D. Emerix S. Rotæ Decano, qui uniusquejuris rationem nunquam ab æquitate sejungit, qui tot annos ingenium, laborem, fidem suam Sedi Apostolicæ promptam, expositamque habet. Qui ita justus, & bonus vir est, ut natura, non disciplina consultus esse videatur, ita peritus ac prudens, ut ex jure, non scientia solum, verùm etiam bonitas nata esse censeatur. Cujus tantum ingenium est, tam parata fides, ut quicquid inde hauries, purum, liquidumque te haurire sentias.

Eius decisio hæc est.

Mediolanen. Nullitatis Professionis.

Veneris 3. Martii 1690.

Pater Joannes Thomas Foppa, Antonius Maximus in sæculo nuncupatus, qui licet natus die 27. Martii 1663. nihilominus in libro baptismatum ex incuria Parochi descriptus fuit natus die 7. Martii 1662. & cum fides baptismatis desumpta ex hac erronea descriptione, tamquam existens supra decimum sextum suæ ætatis annum, sub die 13. Martii 1678. professionem regularem emisit in Congregatione Olivetana. Compertâ occasione perquirendi novam fidem Baptismatis ad effectum suscipiendi ordines, anno 1684. hujusmodi errore prævia licentiâ Patris Generalis, instituit judicium super nullitate suæ professionis coram Vicario Generali Eminentissimi tunc temporis Archiepiscopi Mediolanen. & Superiore Ordinis, obtinuitque sententiam favorabilem, in cujus sequelam discessit è Claustris, ac publicè, & palam gestare cœpit habitum sæcularem. Verùm delata causa in gradu appellationis, sive recursus ad Sacram Congregationem Eminentissimorum Sacri Concilii Tridentini Interpretum. Eminentissimi Patres animadvertentes, quod ipse per spatium quinque annorum, & ultrà post emissam expressè professionem, in Religione permansertat, quodque per consequens ex Decreto ejusdem Concilii *sess. 25. de Regul. cap. 18.* admitti non potuerat ad reclamandum contra illam, non obtenta prius restitutione in integrum adversus lapsum quinquennii, circumscripserunt præfatam sententiam, ulteriusque iniunxerunt Ordinario, ut eum juris remediis cogeret ad redeundum ad Monasterium, ac resumendum habitum Regularem. Reassumpto itaque per ipsum ea, qua decuit promptitudine, habitu monastico, proposita fuit in eadem Sacra Congregatione causa super restitutione in integrum, & sub die 10. Maii 1687. recedendo à geminis contrariis resolutionibus, rescriptum decernendam illi restitutionem, deinde per speciale Breve san. mem. Innocentii XI. confirmatam, hac tamen lege, quod causa super nullitate Professionis discuti deberet in ipsamet Sac. Congregatione. Cùm autem assumpta per Eminentissimos Patres hujusmodi discussione, sub die 10. Aprilis 1688. responsum fuerit constare de nullitate, & referendum Sanctissimo, ac relatione facta, Sanctissimo, deque illius præcepto re proposita causa sub die 30. Aprilis 1689 sigillatim vocatis omnibus ejusdem S. Congregationis Cardinalibus, nulla, ob scissuram votorum, capi potuerit resolutio. In hoc rerum statu placuit Sanctissimo Domino Nostro Papæ Alexandro VIII. ob gravitatem simul, & exemplaritatem materiæ, mandare Eminentissimo ipsius Sacræ Congregationis Præfecto, ut desuper exquireret votum totius Rotæ; Unde communicato mihi de more mandato Sanctissimi, proposui hodie dubium. An constet de nullitate Professionis? Et Dominî, maturè discussis fundamentis hinc inde deductis, affirmativè responderunt. 168

Nullitas enim professionis resultat ex serie facti supe- 169
riùs recensiti, juxta quam constat, quod Joannes Thomas natus die 7. Martii 1663. cum erronea fide baptismatis, putans se natum die 7. Martii 1662. professionem emisit sub die 13. Martii 1678. & sic in ætate quindecim annorum, & paucorum dierum contra Decretum Sac. Concilii Tridentini *sess. 25. de Regular. cap. 15.* disponens, quod

nemo admittatur ad regularem professionem faciendam, non completo decimo sexto ætatis anno, ac declarans nullas, & irritas quascunque professiones antea peractas, ut plenè notat Barbosa *ibidem num. 1. & de potest. Episc. allegat. 100. n. 3. & seqq.* Navar. *cons. 23. nu. 1. de Regul. l. 3.* Adden. ad Pamphil. *dec. 552. n. 8.* nec hodie amplius agendum de quinquennali perseverantia, seu acquiescentia Monachi in Religione, stante præfata restitutione in integrum, per quam ipse repositus fuit in eo statu, in quo futurus fuisset, si quinquennium non fuisset elapsum, ut tradit Adden. ad Bellarmin. *in not. ad Concil. Trid. sess. 25. de Regul. v. 19.* Rod. *dec. 705. n. 6. in fine par. 2. rec. & dec. 25. n. 23.* coram Arguelles.

170 Non obstat igitur unicum obiectum, in quo versatur tota vis hodiernæ disputationis, quod videlicet monachus per annalem gestationem habitus indistincti, & exercitium actuum ad professos spectantium censeatur emisisse novam tacitam professionem, seu ratificationem productivam novæ obligationis permanendi in Religione, tametsi aliàs ignoraverit nullitatem præcedentis Professionis expressæ, ut latissimè tradit Fagnan. *in c. significatum ex n. 19. usque ad finem de Regul.* & tenent Spad. *cons. 94. lib. 3.* Barbos. *de offic. & potest. Episc. par. 3. alleg. 104. n. 19.* Ventriglia *tom. 1. aconot. 47. §. 1. num. 30.* Antonel. *de temp. legal. l. 2. c. 63. numero 3.* Dian. *resol. moral. par. 3. tract. 7. resol. 56. in fin.* Hurtad. *de resid. tom. 2. l. 2. resol. 8. Sub resol. 5. n. 43.* Pignatel. *Consult. canon 88. nu. 5. & consult. 146. num. 53. l. 1.* Panimol. *dec. 29. adnot. 3. nu. 3.* Adden. ad Rotam *dec. 179. n. 8. par. 4. rec.* Rota *dec. 39. nu. 15. & dec. 178. num. 24.* coram Carillo, ac pluries resolvisse videtur S. Congr. Concilii, ut in *Rom. seu Sorana* 28. Maii 1578. in *Nullius* 13. Januar. 1583. in Rom. 13. Januar. 1618. *in Neapol.* 3. Aprilis 1921. & in *Carinen.* 14. Decembris 1624. Cujus S. Congregationis resolutiones vivæ vocis oraculo laudavit, & approbavit San. m. Urbani VIII. ut testatur bo. me. Cardinalis Paulutius tunc ipsius S. Congregationis à secretis in ejus Voto, recensito in liberculo particulariter dato.

171 Siquidem quoties ex parte Monachi concurrit justa, & probalis ignorantia nullitatis præcedentis ejus professionis, & signanter, ut hic, orta ex erroneitate fidei Baptismatis, quæ quoscunque etiam sagaces viros decipere valuisset, verior omninò visa est Dominis contraria sententia, nempè non dari hanc tacitam professionem, seu ratificationem, prout etiam magis communiter firmant Doctores, tam Theologi, quàm Juristæ; & inter primos Cajetanus in Div. Thom. 2. 2. *quæst. 189. art. 5.* Rodriquez *par. 2. sum. c. 8. numer. 5.* Sanchez *de matr. l. 1. disp. 16. num. 7. & l. 2. disp. 36. num. 3. l. 7. disp. 37. n. 59.* Bonac. *quæst. 2. de claus. par. 10. diffic. 1. nu. 3.* Suarez *de Religion. tom. 3. l. 7. c. 1. n. 3.* Layman. *l. 4. tract. 5. c. 5. n. 9.* Less. *de just. & jur. l. 2. c. 40. dub. 7. n. 60.* Castrop. *tom. 3. tract. 16. disp. 2. pun. 5. n. 3.* Portel. *dub. Regul. v. Professio n. 5.* Mirand. *in Manual. Prel. tom. 1. quæst. 30. art. 3. concl. un.* Coton. *controv. l. 4. contr. 4. c. 2. num. 6.* à S. Faust. *l. 5. quæst. 251. n. 1.* Peyrin. *de Prel. quæst. 3. c. 1. n. 144.* Bordon. *controv. 32. de ratif. profes. n. 19.* Santarel. *var. resol. 48. n. 40.* Scrof. *resol. moral. quæst. 8.* Casaing. *de privil. Regul. tract. 4. c. 6. propos. 7. §. Reclamatio*, Pittach. *de vot. tom. 1. tract. 5. c. 4. n. 6.* Donat. *rer. regul. tom. 2. tract. 8. n. 2.*

172 Ex secundis Navar. *cons. 23. n. 2. cons. 31. nu. 4. cons. 89. n. 5. verso septimo professio de Regular. l. 3. & in Comment. 4. c. statuimus de Regul. lib. 3. & in man. c. 12. n. 7.* Zoes *l. 3. Decretal. tit. 31. num. 39.* Zipens *in Analytic. Iur. Pontif. lib. 3. de Regul. n. 25.* Pitingh. *in Decretal. lib. 3. tit. 31. sect. on. §. 9. n. 149.* Spad. *cons. 93. num. 13. lib. 3.* Vermiglioli. *cons. 484. nu. 14.* Altograd. *cons. 63. num. 67. lib. 2.* Gretian. *discept. 440. n. 22.* Ciarlin. *contr. 108. n. 61.* Cyriac. *contr. 371. n. 23. & seqq.* Pasqualig. *quæst. moral. Iuridic. 22. numero 6. & quæst. 25. num. 6.* Dulph. *contr. 138. numero 3. & seqq.* Tamburin. *de jur. Abbat. tom. 3. disp. 6. quæst. 17. num. 5. & quæst. 23. num. 4.* Capon. *contr. 14. num. 22. & ibi.* Episc. Brun. *in suo voto ex num. 28. & in addit. num. 20.* Avendan. *de met. l. 2. cap. 10. num. 40.* Graff. *dec. aur. par. 1. lib. 3. de Regular. cap. 5. nume. 22.* Sperel. *dec. 80. num. 3. tom. 1.* Camerat. *resp. dec. 1. num. 107.* Tondut. *resol. benef. l. 1. cap. 78. numer. 10.* Passerin. *de stat. hom. tom. 3. quæst. 189. art. 10. inspect. 8. num. 375. & seqq.* Card. de Luca *de regul. discurs. 40. sub. nume. 19. discurs. 42. numero 4. & discurs. 43. num. 14.* ac ispius probavit Rota, *ut in dec. 370. num. 10. par. 9. dec. 116. num. 26. & dec. 134. num. 7. & 8. par. 14. rec. dec. 421. num. 8.* coram Royas *decis. 277. num. 13.* coram Vbaldo *dec. 237. num. 23.* coram Priolo. Et ingenuè fassus fuit ipse Fagnanus, aliàs acerrimus vindex contrariæ opinionis, illam suis temporibus fuisse auctoritatibus ferè destitutam, ut in *d. c. significatum num. 42. vers. atque ex his omnibus.*

Prævaluit autem apud Dominos hæc sententia ex 173
tribus potissimum fundamentis. Primò scilicet, quia omnes Textus de materia professionis agentes in casu præexistentis præfessionis expressè nullæ, loquuntur de illius ratihabitione, seu ratificatione, non autem de nova tacita professione, seu ratificatione independente à professione expressa, ut videre est *in c. significatum II. de Regul.* ibi: *post decimum quartum annum professionem à se prius factam ratam habuerit, in c. cum virum 12. eod. tit.* ibi: *præsertim si ratihabitione sequuta quod antea stum fuerat, roboratur, in c. sicut tenor 15. eod. tit.* in argum. ibi: *furiosus profitendo, non obligatur, nisi factus sanæ mentis ratum habuerit, in c. 1. in fine de his, quæ vi, met. caus.* ibi: *si probatum fuerit non timore mortis, præfatam mulierem Religionem intrasse, aut quod fecit postmodum ratum habuisse.* Et plenè, ac magistraliter in *c. 1. de Regul. in 6.* in quo Summus Pontifex recenset quinque modos profitendi, primum scilicet per viam expressæ professionis ibi: *nisi eo completo, professionem faciat in sequenti.* Secundum per viam susceptionis habitus professorum, ibi: *Vel habitum Religionis suscipiat, qui dari profitentibus convenit.* Tertium per viam expressæ ratificationis antecedentis professionis nullæ, ibi: *Seu professionem à se prius factam ratam expressè habeat.* Quartum per viam delationis annalis habitus indistincti, ibi: *Quod si per totum sequentem annum in monasterio permanserit, ubi professorum, & Novitiorum sunt habitus indistincti, professionem per hoc fecisse.* Quantum denique, qui pertinet ad rem nostram per viam tacitæ ratificationis expressæ professionis nullæ, ibi: *Vel si quam prius fecerat, ratam habuisse videtur.* Unde nostrum non est asserere, seu superaddere novam tacitam professionem, seu ratificationem fundatam in solis actibus professorum gestis absque scientia nullitatis prioris professionis expressæ, juxta illud, quod lex non dicit, neque nos dicere debemus, *ad text. in c. is qui*, ibi: *Cum id non sit expressum in jure*, & in *l. dissentientis C. de repud.* ibi: *Nulla præcessit Iuris Constitutio.*

Secundò, quia ad inducendam hujusmodi tacitam 174
professionem, seu ratificationem requiritur consensus professitentis, *C. significat. c. sicut tenor, & c. cons. de Regul.* isq; debet esse omninò certus, & liber; nam agitur de subjiciendo professum novæ obligationi, contra quam in dubio fieri semper debet interpretatio, *l. Arrian. ff. de obl. & act. l. quioquid adstring. ff. de verb. obl.* Unde cùm Professus ignoret nullitatem suæ Professionis, nullo pacto dici potest præbere consensum alteri professioni tacitæ, nam voluntas non fertur in incognitum, ut inquit Aristot. *l. 3. de anim. Com. 39.* Nec quidquam magis contrarium est consensui, quam ignorantia, vel error, *l. si per errorem ff. de juris d. omn. Iud. l. non Idcircò C. de jur. & fact. ignor.* Tantoque certius, quia de jure professus præsumitur in Religione persistere vigore tituli præambuli, de quo constat, ac per consequens tanquam semel validè professus, non tanquam iterùm professurus, & ad implendam obligationem jam

contractum, non autem ad novam contrahendam, ut communiter advertunt Doctores supra allegati.

175 Terriò, quia si præcedens expressa professio subsistineretur de jure, nemo planè diceret, gestationem habitus professorum, & alios hujusmodi subsequentes actus fuisse ex parte professi directos, & ordinatos ad effectum emittendi novam tacitam Professionem, seu ratificationem. Siquidem frustra inducitur tacitum, ubi reperitur expressum, ut tradit Bald. *in l. cum multæ C. de Donat. ant. nupt.* Aretin. *in l. 3. ff. de legat. 1.* in his terminis Navar. *conf. 89. num. 4. de Regul.* Unde eodem modo dicendum in casu, quo, prout hic, præcedens expressa professio non subsisteret de jure, neque iste juris defectus devenit ad notitiam professi, nam eadem semper, & ubique mens est, & intentio profitentis, quæ proinde neutro casu, diverso jure censeri debet, ad Text. *in l. jam hoc Iure ff. de vulg. & pupill.* Rota in *Viterbien. seu Balneoregien.* successionis 4. Martii 1689. *§. secunda* coram me. Imò quemadmodum post peractam professionem expressam licet irritam, & nullam, dari non potest casus, quod emittatur nova professio expressa, saltem juxta sensum, & opinionem professi, qui divinare non potuit nullitatem præcedentis ejus professionis, simili modo, nec dari potest casus tacitæ professionis, seu ratificationis, ne contingat plus per tacitam mentis operationem fieri, quàm potest fieri per expressam contra regulam textus in *c. scienti de reg. jur. in 6.* de qua per Barbos. *axiom. 89. n. 2.*

176 Nec admodum visa sunt urgere fundamenta contrarium sentientium. Non enim relevat, quod duo reperiantur in Jure distincti modi profitendi, expressè scilicet, & tacitè, quodque professus in actu suæ oblationis, seu promissionis factæ coram Deo, censeatur utique sese obligasse juxta regulam præsumptæ Conformationis agentis cum juribus loquentibus de eo, quod agit. Quoniam id locum habet in suis terminis habilibus, nempè in casu, quo præcessit expressa professio nulla, aut si præcessit, professus novit ejus nullitatem; secus autem in casu, quo, prout hic, Monachus fuit expressè professus, & ignarus nullitatis suæ professionis, nam cùm ex præfatis nullo jure cautum sit, quod in his terminis detur tacita professio, seu ratificatio, quodque plus est illa ex defectu voluntatis, sive consensus dari non possit, nihil desuper operari valet præsumptio conformationis, quæ non procedit ultra terminos, sive Casus, de quibus Jura loquuntur, ut in terminis statuti tradit Andreol. *contr. 248. num. 8.* Rota *dec. 153. numero 8.* coram Penia, *& in Æsina* Immissionis, & divisionis 26. Junii 1682. *§. statutum* Æsii coram b. m. Paulucio.

177 Minus officit, quod non omnis ignorantia faciat involuntarium, sed duntaxat ignorantia illius rei, quam homo nollet, si sciret, quæ à Theologis dicitur ignorantia antecedens, non autem ignorantia ejus Rei, quam quis vellet, etiamsi sciret, quæ dicitur ignorantia concomitans, quasi, quod monachus, postquam per actum professionis explicavit propositum inserviendi Deo in Religione, censeatur in illo perseverare, cum voluntatis mutatio non præsumatur, præsertim quoties, ut hic agitur de meliori bono profitentis. Quoniam ad effectum hujusmodi tacitæ professionis, seu ratificationis non sufficit tollere involuntarium, sed necesse est ponere voluntarium, ut inquit Pesserin. *de stat. hom. tom. 3. quæst. 189. art. 10. inspect. 8. n. 375.* Suarez *de Relig. tom. 3. l. 7. c. 1. n. 21.* Aliud est enim credere professionem validam, & illam exequi tanquam talem, aliud verò ipsam emittere, seu ratificare de novo. Nam actus credendi pertinet ad intellectum, & actus exequendi, licet admixtam habeat voluntatem; hæc tamen non respicit professionem, sed ejus sequelam; actus autem profitendi, seu ratificandi de novo omnimodo pertinet ad voluntatem, & dicit novum propositum, sive consensum, quo quis nunc ex integro vult, vel denuò, vult quod olim voluit, ut egregiè distinguit Cajet. in D. Thom. 2. 2. *quæst. 82. art. 5.* Unde cùm pro hac tacita professione, seu ratificatione requiratur novus consensus, & nova voluntas, in nihilo suffragatur præsumptio continuationis veteris voluntatis, ut tradit Suarez *loco supracitato num. 3.* Tamburin. *de Jur. Abbat. tom. 6. disp. 6. quæst. 17. nu. 1.* Præterea nec absolutè videtur deferendum hujusmodi præsumptioni ad effectum, de quo agitur imponendi Professo perpetuum jugum Religiosæ servitutis, cum in rei veritate sciri non possit quid tractu temporis acciderit Professo, quod ipsi suadere valuisset egressum à Religione, si nullitatem ejus professionis sciviſſet, ut benè observat Passerin. *ubi supra nu. 383.*

178 Denique non refragantur resolutiones, ac decreta Sacræ Congregationis Concilii, ut præfertur, Apostolico oraculo roborata; Quia omnia loquuntur in terminis restitutionis in integrum adversus lapsum quinquennii, & signanter in casu, quo, vel ignorantia versabatur in facto proprio, contra quam militat juris præsumptio, ut in *Romana* 13. Januarii 1618. in qua nullitas professionis petebatur ex capite interrupti anni probationis, & in *Carmen.* 14. Decembris 1624. in qua petebatur ex capite anni probationis non completi, vel agebatur de ignorantia juris, quæ nemini suffragatur, ut *in Nullius* 13. Januarii 1583. in qua mulier ajebat, ignorasse Decretum Sacri Concilii Tridentini irritantis quascumque professiones emissas ante completum decimum sextum ætatis annum. Vel demum simpliciter allegabatur ignorantia facti, nullis autem rerum circumstantiis, sive adminiculis fulciebatur, ut in *Romana, seu Soranæ* 28. Mali 1578. Et in *Neapolitana* 3. Aprilis 1621. in quibus Regularis narrabat se professum ante decimum sextum ætatis annum, & ex sola legali præsumptione ignorantiæ nullitatis Professionis contendebat refundere onus probandi scientiam in Religionem. Et in his, vel similibus terminis videtur intelligendum Oraculum san. mem. Urbani VIII. tanquam simpliciter confirmatorium hujusmodi resolutionum, ac Decretorum S. Congregationis.

179 Cæterùm quatenus etiam per modum discursus hæc tacita professio subsisteret in Jure, adhuc illa cessat in hypothesi Casus nostri: Constat enim, quod Joannes Thomas pro tempore, quo permansit in Religione, semper ostendit animum aversum statui Religioso, itaut sæpius de hoc ipso conquereretur apud amicos, & familiares, ac pervagante quondam fama suppressionis ejus Religionis, dederit magna signa lætitiæ, quasi tunc ei spes aliqua affulgeret evadendi Religiosam disciplinam, ut deponunt plures testes, & melius docuit successivus eventus, quod scilicet per tot annos nunquam induci potuerit ad accipiendos ordines, imò nec ipsammet primam Clericalem tonsuram in quibus Ordinibus præcipuè consistit perfectio Religiosa, *c. insinuante qui Clerici, vel novem &c.* ibique Hostien. *n. 3.* Butr. *num. 10.* Præpos. *n. 4.* Calderin. *conf. 11. de Regul.* Rota *dec. 211. nu. 12. par. 13. rec.* Posita siquidem hujusmodi animi aversione à statu Religioso, neutiquam allegari valet professio tacita, quæ fundatur in simplici præsumptione Juris, ac per consequens eliditur ex quibuscumque actibus, seu declarationibus editis in contrarium, ut tradit Glossa *in cap. tuarum, v. signatos* & ibi Abb. *nu. 6.* & Dec. *nu. 33. de Privileg.* Innoc. *in cap. relatum numero 3.* ibique Hostien. *num. 12.* Imol. *numero 16.* Jo. Andr. *numero 9.* & Butr. *numero 25. de his quæ vi met. caus.* Sylvest. *in verb. Religio numero 19.* Cyriac. *contr. 371. numero 36.* Suarez *de Religion. tom. 3. quæst. 17. art. 15. in princip.* Adden. ad Gregor. *decis. 385. sub nu. 6. ver. excluditur,* Rota *dec. 94. nunc. 4 par. 9. tom. 1. rec. decis. 3. numero 8.* post Tambur. *de jur. Abbat. dec. 222. numero 3.* roram Catillo *decis. 552. numero 18. &* 19. coram Ubaldo, *& dec. 9. num. 34. dec. 25. num. 10.* coram Arguelles.

180 Nec quicquam monet, quod unus duntaxat ex præfatis testibus præcisè deponat de animi aversione intra tempus tacitæ professionis, videlicet intra annum immediate defluxum à die editæ professionis expressæ, quoniam alii testes non contrariantur ejus depositioni, sed duntaxat indefinitè loquuntur de conquestionibus, & reclamationibus, ac per consequens vel dici debent absolutè contestes ex traditis per Hodiern. *contr. 16. num. 63.* Olasch. *dec. Pedemont nu. 28.* Rota *dec. 191. nu. 4. par. 1. divers. & dec. 1369. n. 59.* coram Coccino, vel saltem recipiendi sunt pro adminiculo, & conjectura, præsertim in casu, quo, prout hic, agitur de facto successivo, & certa est generalis recusatio, seu abnuentia quorumcunque Ordinum, stantibus enim tam fortibus adminiculis, & conjecturis, Testis etiam unicus, plenè probat juxta theoricam Baldi *in l. 1. §. itidem Cornelio nu. 2. ff. de quæst.* quam sequuta est Rota *in Leodien.* nullitatis Ordinis Subdiaconatus 10. Januarii 1689. *§. non obstante* coram me.

Et ita decisum fuit utraque parte acriter informante &c.

CONSULTATIO CLXXXIV.

1 A Sacra Congregatione super Episcopis, & Regularibus emanavit decretum sequentis tenoris pro gubernio cujusdam Religionis: *Ne prava consuetudines, & corruptela in novitios propagentur, Sacra Congregatio statuit, ut impositorum, & donec restituta regularis disciplina aliter fuerit per hanc Sanctam Sedem determinatum, nullus ad habitum monasticum, & multo minus ad professionem admittatur, nisi de licentia ejusdem S. Congregationis cum expressa derogatione præsentis prohibitionis &c. Receptiones insuper, & professiones Novitiorum, seu quæcumque alia attentata contra formam præsentis decreti, irrita, & nulla eadem S. Congregatio ex nunc decernit, & declarat, privilegiis consuetudinibus, & statutis quibuscumque non obstantibus.*

2 Quidam tempore hujusmodi decreti erat novitius, & emisit professionem post ejus datam, sed antequam illud fuisset præsentatum eidem Religioni, & ab illa acceptum. Quæritur.

3 *An dicta professio, sic emissa, sit valida? Ubi an decreta S. Congregationis ligent antequam præsententur Provinciæ, & ab illa accipiantur, quemadmodum ligant Constitutiones Apostolicæ?*

4 REspondeo hujusmodi professionem esse irritam. Primò, quia Decretum S. Congregationis continet decretum irritans, quod omnia interiora, & occultissima afficit, & astringit ita, ut etiam ligent ignorantes statim ab initio, quamvis publicatum non sit, *c. 1. de concess. præb. in 6.* Cassador. *dec. 1. num. eod. tit.* aliique quos refert Gonz. *ad regul. 8. Cancell. §. 6. proœm. n. 54. & seqq.*

5 Deinde quia idem decretum continet dictionem *ex nunc*, qua declaratur voluntas legislatoris, adeò quod non sit necessaria publicatio, vel notitia, ut ligare incipiat, sed statim obligat ad effectum nullitatis actus in contrarium gesti, non tamen quoad pœnas incurrendas, ut docet Abb. *in c. 2. n. 7. de Constit.* ibique Felin. *n. 7. limit. 5.* & alii apud Gonz. *loc. cit. n. 56. & seqq.*

6 Comprobatur, quia lex, Constitutio, statutum, non solum ligat tempore, quo emanavit, sed etiam trahitur ad præterita, quando in illis sic expressè disponitur, ut probat textus *in l. leges C. de legib.* ibi: *nisi nominatim, & de præterito tempore*, & in *c. fin. de Constit. & in clem. 2. in fine de jud.* traditque Cæphal. *cons. 35. n. 51. l. 1.* ac cæteri, quos congerit Farinac. *in fragm. par. 2. v. lex num. 41.*

7 Non obstat, si dicatur ista procedere in Constitutionibus Pontificiis, non autem in decretis SS. Congregationum. Tum quia quando adest decretum irritans, vel clausula *ex nunc*, vel quando constat de intentione constituentis, nulla distinctio solet fieri inter Constitutiones Pontificias, & alias dispositiones; Hinc omnes Doctores indistinctè loquuntur, idemque Farinac. *eo loco* loquitur expressè, de quacunque lege, Constitutione, statuto.

8 Tum quia decreta S. Congregationis super Episcopis, & Regularibus censentur decreta Pontificia. Licet enim Eminentissimi Cardinales hujus Congregationis vigore Constitutionis Sixti V. non debeant causas Regularium definire, sed remittere ad suos Prælatos; attamen omnia, quæ in praxi faciunt, præter contenta in dicta Constitutione, censeri debent eos facere ex consensu expresso, vel tacito Summi Pontificis, ut rectè advertit Lezana in *sum. tom. 3. v. S. Congregation. 15.*

9 Tum demum quia Eminentissimi Cardinales, tanquam membra Summi Pontificis constituunt cum ipso unum corpus, ac sunt veluti Conjudices ad ardua Ecclesiæ negotia pertractandum.

10 Ac postremò quia hoc idem dicitur in hisce terminis de S. Congregatione Concilii Trid. quæ, licet ex eadem Constitutione Sixti V. non habeat facultatem condendi leges, vel faciendi declarationes, quæ vim legis habeant ultra illius præscriptum, quando tamen illas condit, credendum est, eas condere cum expressa, vel tacita licentia Summi Pontificis; ac proinde omnes ejus declarationes vim legis Pontificiæ habere; ideòque ex usu Curiæ pro illis exequendis Summus Pontifex Breve concedit, & Auditor Cameræ monitorium, & à Sacra Rota recipiuntur, tanquam leges Pontificiæ sine ulla controversia, ut per Garz. *de benef. in præfat.* ac Lezana *d. v. n. 8.*

CONSULTATIO CLXXV.

An, & quatenus Novitius non completo anno tyrocinii, sive probationis, à Religione egrediens, teneatur iterùm annum probationis integrè facere? Quid de Novitiatu interpolato? Ubi casus alii.

1 NEgativè respondet Bartholomæus Brixiensis *q. 68.* nisi conditio personæ, vel Religionis mutata esset per regulam *c. Eum, qui certus est, certiorari ulterius non oportet de regul. jur. in 6.* ubi Glos. *v. cum in fine*, quam esse verisimilem, & pluries in S. Congregatione Concilii approbatam, testatur Fagnan. *in c. insinuante n. 32. qui Cler. vel vov. &* in *c. ad apostolicam num. 4. de regul.* Specul. *in tit. de stat. monach. quæst. 37. n. 43.*

2 Verùm in casu, in quo Novitius discessit sine licentia & permansit, tam longo tempore extra Religionem sine habitu negotiorum sæcularium causa, ut ex ejus lapsu censeatur in illa inducta oblivio asperitatum Religionis, & in monasterio morum novitii, qui præsumuntur mutari, ut rectè declarat Bordonus *to. 2. resol. qq. n. 47. &* 49. ubi distinguit conclusionem prædictam, ac resolutiones S. Congregationis, quas ipse refert, intelligendas esse, nisi per nimium tempus extra Religionem permansisset, & longè à Conventibus.

3 Vel in casu, in quo egressus est à Religione animo determinato permanendi in sæculo, & non profitendi, est omninò necessarium novum tyrocinium, sive novus noviriatus, ita ut sine illo professio sit irrita ob illius defectum, juxta decretum Concilii Trid. *sess. 25. c. 15. de regul.* Quia novitiatus antecedens dicitur extinctus ob voluntatem non profitendi, ut respondit Rota in *Melevitana* nullitatis professionis coram Royas *dec. 401. num. 13. & seq.* recedendo à priori *dec. 410.* in qua pariter hæc conclusio admittitur *sub. nu. 4.* & comprobatur 26. Junii 1658. coram Meltio, in qua fuit denegata dimissoria, & plenius articulo speciatim, & quinquies discusso sub die 27. Januarii 1659. in qua respondetur figillatim contrariis, & declaratur in specie, doctrinam Bartholomæi Brixiensis, Glossæ, & Speculatoris procedere, quando Novitius discedens, animum redeundi non deposuit, secus autem quando ex circumstantiis colligitur recessisse animo firmo non amplius redeundi, neque profitendi; quia in tali casu conditio personæ mutata redditur, & actus Religionis contrarius intercedit.

4 Etenim, quicquid sit, an interrumpatur novitiatus solo recessu à Religione, interrumpitur profectò, si

recessus sit animo non redeundi, & non profitendi, quamvis intra modicum tempus novitius revertatur, ut probat idem Bordon. *tom.* 1. *resol.* 54. *à n.* 191. Tambur. *de jur. Abbat. tom.* 3. *disp.* 6. *q.* 11. *n.* 17. Novar. *n. Lucerna Regul. v. annus n.* 7. & rectè distinguendo Castropal. *p.* 3. *disp.* 1. *pun.* 12. §. 2. *n.* 7. Dian. *par.* 5. *tract.* 5. *resol.* 19. §. *sed non deseram*, Tondut. *q. benef. c.* 78. *n.* 5. *& seqq. l.* 1. Ciarlin. *contr. forens. par.* 1. *c.* 108. *à n.* 15. præcipuè 23. & 24.

5 Et in casu novitii, qui sex menses stetit in monasterio, ac deinde exivit sine licentia Superioris, & in sæculo tres, vel quatuor dies moratus est, demum ad monasterium reversus post alios sex menses professionem emisit, Doctores concludunt, professionem non valere, ut Abbas in *d. c. ad Apostolicam n.* 9. concludit in Ordinibus Mendicantium; in quibus professio intra annum emissa non obligat Religioni in specie, ut *c. non solum, & c. Constitutionem de Regul. in* 6. Idemque ante eum tenuerunt Paul. de Eleaz. & Jo. de Lignano *in clem. eos eod. tit.* ac perspicuè Bartol. *in l. interdum* §. *quoties un. n.* 2. *ff. de public.* Estque communis opinio, ut testatur Navar. *conf.* 32. *de Regul.* Nam annus probationis, sine quo post Concilium Tridentinum in quacunque Religione irrita est professio, debet esse continuus, ut *c.* 1. ibi: *per totum sequentem annum in monasterio permanserit de Regul. in* 6. & tenent omnes in *d. c. ad apostolicam.* Generaliter enim ubi jura certi temporis mentionem faciunt, intelligi debent de tempore continuo; Quia regulariter omne tempus debet esse continuum, ut notat Glos. *in rubr. de div. & temporal. præscript. propè finem*, Cardinal. *in Clem. Causam n.* 12. *de elect.* Et in hanc rem est textus in *d. l. interdum eod.* §. *ubi servus*, dicitur novitius, qui non stetit in Urbe per annum continuum facitque *lex un.* ibi: *ad viginti annos observatione jugi C. de profess. qui in Urbe Constantinop l.* 12. Novitius autem, qui intra annum per aliquot dies absque licentia Prælati in sæculo moratus est, non dicitur stetisse in probatione per annum continuum, quia tempora non coniunguntur. Propter namque intermissionem diversificantur mores, & opera hominum, *ut l. si non sortem* §. *liberius ff. de condit. indeb.* Et certum est, gravius esse Religionis rigorem experiri per annum integrum, quàm per annum interpolatum. Unde iste non perfectè regulam expertus est.

6 Per hanc sententiam sæpiùs respondit S. Congregatio Concilii, speciatim autem cum N. dubitaret an valide professus esset, cùm tres menses in monasterio moratus inde exierit, & postea reversus, & alios tres menses itidem moratus, superveniente infirmitate, rursus exierit, eaque liberatus, & ad monasterium reversus post novem menses in manibus ministri professionem emiserit, habitumque professorum susceperit, quem decem & octo menses gestavit; Sacra Congregatio censuit, professionem expressam non valuisse, quia intra annum facta, nec tempora posse conjungi, sed requiri annum continuatum. Inductam tamen fuisse tacitam ex lapsu anni, & gestatione habitus professorum per tantum tempus.

7 Quinimò Procuratori Generali Ordinis Minorum quærenti, an novitius, qui à monasterio, ut aliam Religionem ingrederetur, abierat, ac duas tantum horas in alio Conventu moram traxerat, moxque facti pœnitens, reversus fuerat, teneretur incipere annum probationis; Responsum est, teneri ab eo die, quo rediit. Porrò ex statutis quarumdam Religionum hoc ipsum expressè cautum reperitur, ut in Ordine Carmelitarum *p.* 1. *Const. c.* 13. *de recept. & probat. novit. num.* 3. Si tamen novitius non exivisset è monasterio, sed animo fugiendi extra claustrum aliquantisper latitasset, non propterea probationis annus censeretur interruptus, ut respondit Navar. *conf.* 33. *de regul.*

8 At quid de Novitio, qui post moram alicujus temporis in monasterio, puta sesquimensis, aut duorum, vel trium mensium de licentia, & mandato Superioris exivit, ac sub illius obedientia, & ex rationabili causa residuum anni temporis extra monasterium mansit, & expleto anno professionem emisit?

Respondeo, hujus professionem valere, ut in hac de- 9
claratione S. Congregationis. Nam proposito dubio, an valeat professio ejus, qui sesquimense anni novitiatus tantum mansit in monasterio, & residuo illius anni tempore de licentia, & mandato Prælati, sub ejusque obedientia stetit in quadam Curia, agendo gravia sui Monasterii negotia, & in fine per Procuratorem professionem emisit, responsum est, valere, præsertim per *c. insinuante qui Clerici vel vovent.*

Rationes autem sunt. Tum quia nullo jure cavetur, ut 10
Novitius per annum integrum debeat semper, & assiduè manere intra claustra, quin potius oppositum est cautum in *d. c. insinuante.* Tum quia Monachus ubivis locorum degat de licentia Abbatis, fingitur degere intra Claustra, ut inquit Abbas siculus *in c. ex rescripto num.* 5. *de furetur.* & sequitur Sylvest. *v Religio q.* 19. & Navar. *in Com.* 4. *de Regul. sup. can. statuimus* 19. *q.* 3. *num.* 74. Tum quia negari nequit, quin Superior possit impertiri licentiam subdito suo morandi extra Claustra ad tempus, ex rationabili causa, ut concludit Abbas in *d. c. ex Rescripto num.* 5. At absurdum esset, ut novitii à monasterio exeuntes de Abbatis licentia ad visitanda loca sacra, vel ad visendos parentes, vel Cognatos suos ægrotantes, vel ad testimonium ferendum, aut ob aliam justam causam, ex hoc annum probationis interrumperent. Tum demum quia jure cautum non reperitur, ut novitius probare debeat omnes asperitates Religionis in specie. Unde satis est, ut illas probet in genere, degendo per annum sub obedientia Prælati. Alioquin si Novitius statim post susceptum habitum morbo correptus im lecto decumberet sex, vel octo, aut decem menses, elapso anno, non posset valide profiteri. Quod esset absurdum ex *cap. sicut nobis de Regul. & c. ex parte* 1. *de conuers. Conjug.* & sæpè contingit, ut novitii extra monasterium degentes de mandato Prælati vitam ducant asperiorem quàm qui in Claustro morantur. Qua de re Navar. *conf.* 32. *de Regul.*

Quid verò de illo, qui habitum regularem assumpsit 11
extra monasterium, nec unquam per anni circulum ingressus est Claustrum? Talis, licet, jure communi inspecto, quando probationis tempus erat arbitratium recipi posset ad professionem; attamen secus dicendum est post Concilium Tridentinum. Cùm enim sit de substantia professionis, ut novitius per annum probet rigorem Religionis, & rigor hujusmodi potissimum consistat in Regulæ observatione, & communi vita, victu, & vestitu, ut insinuat Tridentinum in *c.* 1. *sess.* 25. *de regul.* utique non apparet quo pacto Religioni perpetuò incorporari possit is, qui nunquam fuit in monasterio.

Quod multò clarius hodie procedit ex Decretis Cle- 12
mentis VIII. de quibus *tom.* 1. Ex iis enim ad Novitiorum receptionem, institutionem, & professionem spectantibus in Bullario *tom.* 3. irritæ declarantur novitiorum receptiones ad habitum, &c. professionem extra Conventus designatos.

Hinc quæritur, an acceptatus ad Religionem ex- 13
tra Conventum ad recipiendum novitios designatum, non tamen ibidem induitur habitu, sed ad locum, ut supra, designatum transmittitur ibique habitum suscipit, annum probationis agit, ac profiteatur, reverà dicatur satis facere decretis Clementis VIII.

Et affirmativè respondendum est, sive decretorum 14
verba, sive mentem Pontificis consideremus. Verè enim talis dicitur receptus ad habitum in Conventu designato, ibique absolvit novitiatum, & professionem emittit. Et acceptatio præcedens dicitur potius destinatio, quam actualis receptio, sive admissio ad habitum regularem. Quæ quidem destinatio non facit eum novi-

novitium, vel personam Ecclesiasticam, aut religiosam ante actualem susceptionem habitus regularis, *arg. l. fugitivus ff. de verb signif.* Innoc. *in c. porrectum n.* 3. *de regular.* & colligitur ex decreto Concilii Tridentini *c.* 15. *sess.* 25. *de regular.* ponderando illa verba: *post susceptum habitum in probatione steterit.* Sed & jura inducentia tacitam professionem considerant annalem habitus delationem, non simplicem destinationem, ut in *cap. significatum de Regul. & c.* 1. *eod. tit. in* 6. *& in d. Clem. eos eod. pariter tit.* Ideòque Sac. Congregatio Concilii declaravit, decretum *c.* 16. *sess.* 25. *de regular.* qua parte præscribit formam servandam in renunciationibus novitiorum, non comprehendere renunciationes factas ante ingressum, hoc est ante habitus susceptionem, etiam contemplatione ingressus. Et hunc casum S. Congregatio super Episcopis, & Regularibus semper habuit pro indubitato.

15 Sed quid, cùm quis à Superioribus Religionis ad habitum recipitur, & re ipsa inducitur in Conventu, ad recipiendum novitios non designato, non tamen recipitur pro eodem Conventu, sed pro alio, ut præsententur designatus, ad quem postea transmittitur, ibique peracto probationis anno professionem emittit?

16 Respondetur. Quamvis verba utriusque decreti Clementis VIII. videantur obstare validitati professionis, cum negari non possit, quin novitius primo admissus fuerit ad habitum extra locum designatum, tamen veritus videtur ex hoc capite, professionem non esse nullam. Nam verba illa decreti: *Ad habitum regularem non admittatur.* Ac illa: *Non audeant ad habitum suscipiendum recipere.* Intelligenda sunt cum effectu, *arg. c. relato de Clr. non resid. can. aut verba de pœnit. d.* 1. Glos. *in Extravag. suscepti v. cum effectu. ne sed. vac.* Feder. de Sen. *cons.* 10. *in fine.* Hic autem Novitius, inspecto effectu, dicitur admissus, ac receptus in loco designato, ubi per annum integrum probat austeritatem Religionis, & Religio mores illius juxta textum in *d. c. ad Apostolicam de regul.* Et ubi posteà ad solemnem professionem admittitur, aut è monasterio rejicitur ad præscriptum *d. c.* 16. *vers. finito sess.* 25. *de regul.* Quamvis enim indutus fuerit habitu regulari in Conventu non designato, non tamen fuit receptus, ut esset novitius ejusdem Conventus, sed alterius designati, pro quo & cujus nomine fuit receptus. Attenditur enim cujus nomine, & contemplatione actus fuerit principaliter gestus, *c. requisiti*, ubi glossa, & Doctores *de testam. l. filius C. si adversus rem jud. l. si quis domum* §. *pen. in fin. ff. locati. l. sed si plures* §. *in arrogato*, ubi Glos. *ff. de vulg.* Quod absolutè procedit sequuta ratificatione illius Conventus, cujus nomine ad habitum admissus fuit, *cap. cum virum*, ibi: *præsertim si ratihabitionem sequuta, quod antea gestum fuerat roboratur*, *&c. significatum de regul. c.* 1. *eod. tit. in* 9. Monachi enim receptio quemadmodum fieri potest, Superiore mandante, ita & postea ratificante, ut notat Innocent. *in c. porrectum n.* 4. Ostiens. *n.* 13. *de regul.* Et ex communi regula patia sunt consensisse ab initio, vel ratum habere post factum, *Can. Salonitanæ* 16. *quæst.* 1. *c. fin. de his quæ fiunt à Præl. sine consensu*, *cap. cum nos*, *cap. cura*, *& cap. suggestum de jurep.* Imò ratificans dicitur auctor facti, *l. in summa* §. *Cassius*, ibique Bald. *ff. de ag. pluv. arc.* Et ideò perinde est, ac si à principio fecisset, *l. cum fundus* §. *servum*, ibique Dec. *in* 3. *not. ff. si cert. pet.* Bald. *cons.* 379. *num.* 6. *lib.* 1. & Oldrad. *conf.* 326. *num.* 17.

17 Præterea cùm Novitius ubi primo est receptus, non esset perseveraturus, receptio illa momentanea non videtur attendenda ad professionis nullitatem inducendam. Quia receptio, de qua Decreta Clementis loquuntur non solum cum effectu intelligenda est, sed etiam cum effectu durabili, *arg. c. ad nostram*, ibi: *Statim pœnituit, quod habitum induisset*, ubi adnotat Glos. *de regul. & in can. constat v. statim* 1. *quæst.* 1. Roman. *conf.* 326. *nu.* 4. & Abb. *conf.* 69. *l.* 1. Cùmque versemur in materia pœnali ob pœnam privationis officiorum, utriusque vocis, & inhabilitatis ex decretis Clementis impositam Superioribus recipientibus novitios extra Conventus designatos, factum non dicitur, quod factum non durat, *c. nam & ego de verb. signif.* Abb. *cons.* 69. *col.* 1. *in fine.* Ac demum cum receptio in loco non designato de jure non fuerit sortita effectum, non præstat impedimentum, quominus in Conventu designato novitius recipi valeat, *c. non præstat de reg. jur. in* 6. per quem textum Navar. *cons.* 28. *de regul.* respondit, professum nulliter intra annum probationis, non egere nova receptione Capitulari, sed satis esse, ut perseveret, & post annum profiteatur. Quia illa prius facta, nullus penitus est effectus, ideòque nec prodest, neque nocet.

Eoque magis, quod Conventui designato per rece- 18
ptionem novitii, nulla fit iniuria, cum sit in potestate Capituli Conventualis, vel alterius, ad quem pertinet, illum non admittere; imò etiam admissum intra annum probationis expellere, si eum religioni aptum non judicaverit, *c. ad Apostolicam*, *& c. consulti*, *& c. statuimus de Regul. c. non solum*, *& c. p. Constitutionem eod. tit. in* 6. ac Synodus Tridentina *d. cap.* 18. *sess.* 25.

Id tamen ita est accipiendum, ut annus probationis 19
non computetur à tempore suscepti habitus extra Conventum designatum, cùm quoad hoc receptio illa sit nulla, contra verba, & mentem Clementis; sed solum à tempore receptionis, & actualis ingressus in monasterium designatum. Ita colligitur ex Glos. in *c. significatum*, *v. ratam habuerit de regul.* ubi adducens contrarium, quod receptio, sive professio ab initio nulla per ratihabitionem convalescat, ut *c. de illis* 2. *de despons. impub.* tolvit, dicens valere. ut ex nunc, non ex tunc, *l. observare in fine ff. de offic. Proconsl.* eamque Glossam sequuntur ibi communiter Doctores, & censent idipsum Innoc. Hostiens. Jo. Andr. Anch. Abb. aliique in *c. consulti*, *& in c. quidam de convers. conjug.* Nam cùm annus novitiatus debeat esse integrè completus, *d. c. ad nostram*, juncta Glossa *v. ante Consummationem de Regul.* Et ex sententia S. Congregationis Concilii curat de momento ad momentum, si computatio fieret à tempore receptionis ad habitum extra monasterium designatum, annus non esset integer, atque adeò professio esset irrita ex decreto *d. c.* 15 *sess.* 25.

Quid pariter cùm Novitius admittitur quidem ad 20
habitum regularem in Conventu designato, ibique inducitur, sed deinde transmittitur ad agendum annum probationis extra locum designatum, & postea redit ad primum, & in eo profitetur?

Hoc in casu certum est, professionem esse nullam. 21
Quia Decreta Clementis ad professionis validitatem copulativè requirunt, ut tum receptio ad habitum regularem, quam professio fiat in Conventu, pro novitiatu designato. Dum autem requirunt, quod receptio ad habitum fiat in Conventu designato; hoc intelligendum est de receptione cum effectu durabili, ac perseverantia annuali, ut in *d. c. ad nostram*; ibique Glossa *v. statim de Regul.* Non enim dicitur venisse qui non stetit, *can. si quis autem d.* 18. *cap. si postquam*, ibique Glossa *v. mente*, *& cap. cupientes*, §. *si per viginti*, ubi etiam Glossa *v. compareant de elect. in* 6. facitque textus in *l. si pro parte*, ibi: *Versum autem sic accipimus, ut versum duret. ff. de in rem verso.* Hisque accedit, quod finis Clementis fuit, ut novitii probarentur in Conventibus strictioris observantiæ, atque ibi probati, & idonei reperti, ad professionem admitterentur, aut è monasterio ejicerentur. Ideòque dum locutus est de receptione, & admissione, censendus est, intellexisse de effectuali, & cum annali perseverantia. Alias enim admissio illa esset inanis, ac lex esset imposita verbis, non rebus contra regulam, *c. Commissi*, §. *porrò de elect. in* 6. ut de re simili Lapus *allg.* 4. *n.* 7.

Deinde dum decreta exprimunt duo extrema nempe 22
receptio-

receptionem ad habitum, & professionem, censentur includere etiam medium, idest annum probationis, *can. quia sunt culpæ d. 28. c inter dilectos vers. cum primum de fid. instrum.* Glos. *fin. in can. in die cons. d. 5.* Bartol. *in l. Celsus num. 21. ff. de usucap.* Feder de Sen. *cons. 61. n. 2.* & fusè Alciat. *de præsumpt. in reg. 3. quæst. 22.*

23 Denique novitius ibi profiteri debet, & à Capitulo illius Conventus admitti, ubi illius mores cogniti, ac probati fuerunt, *can. Gonsaldus 17. 2. d. c. ad Apostolicam, cap. statuimus, & cap. consulti de Regular. cap. non solum, & cap. Constitutionem eod. tit. in 6.* Unde parum refert ad professionis validitatem, ut Novitius profiteatur in Conventu designato, nisi ibi per annum in probatione steterit. Nec refert, quod haberi possit notitia morum per attestationem Superioris illius Conventus, ubi fuit Novitius. Siquidem per hoc non satisfit intentioni Clementis. Esset enim in facultate Conventus non designati admittere novitios ad professionem, aut illos repellere, concedendo, vel denegando literas testimoniales contra rationem in prædictis decretis expressam. Ex mente igitur Clementis, ut novitius admitti possit ad professionem, requiritur notitia experimentalis illius Conventus, qui debet eum ad professionem admittere, non autem per relationem alterius. Et hunc casum S. Congregatio super Episcopis & Regularibus similiter habuit pro claro. Quod apertè etiam constat ex literis in forma Brevis Vrbani VIII. sub die 2. Aprilis 1637. in quibus decernuntur invalidæ professiones eorum, qui annum probationis non fecerunt in Conventibus ad recipiendum novitios designatis. Et propterea præcipitur Ordinariis locorum, ac Superioribus regularibus, ut sic professos ad professionem denuò emittendam admittant absque novo probationis anno. Atque ita intelligendum est, quod hac de re alibi dixi.

24 Quid demum si Novitius actualiter recipiatur ad habitum in Conventu designato, ibique persteveret per annum in probatione, sed postea mittatur ad professionem emittendam extra locum designatum?

25 Respondetur, Si mittatur absque admissione, ac literis testimonialibus Conventus, ubi fecit annum novitiatus, absolutum videtur, professionem esse nullam, cùm in monasterio deputato emissa non fuerit, ut requirunt verba expressa, & ratio utriusque decreti. Nam probatio Novitii per annum in loco designato, nihil prodesset, si absque consensu Capituli ejusdem loci esset in facultate Capituli cujusque Conventus laxioris observantiæ illum admittere ad professionem. Deest ergo in hoc casu unum ex duobus substantialibus requisitis ex decretis Clementis ad professionis validitatem, nempè ut professio emissa fuerit in Conventu ad recipiendos novitios designato.

26 Si autem novitius, expleto anno probationis in loco designato, ibidem à Capitulo Conventuali judicetur habilis ad professionem emittendam, & postea cum literis attestationis hujusmodi transmittatur ad alium Conventum non deputatum, ibique profiteatur, ut sit filius illius, res videtur magis dubia, quia novitius verè probatur in loco, ubi viget regularis disciplina, ibique admittitur ad professionem emittendam, licet illam postea alibi actualiter emittat. Cæterùm obstant utriusque decreti verba, quæ in probatione loquuntur alternativè, ut ibi: *A receptione quorumcunque novitiorum sive ad habitum, sive ad professionem omninò abstineant.* Et ibi: *Ne quis ad suscipiendum habitum Religionis admitteretur, profiteaturve.* Ac demum ibi: *Nec ad habitum regularem suscipiendum, nisi in Conventibus designandis recipere, aut receptos ad professionem admittere ullo modò audeant.* In prohibitione autem alternativa sufficit, alterutrum verificari, ut sit locus pœnæ, *l. si quis ita stipulatus in fine ff. de verborum oblig.* & notat Dymis *in regula in alternativis de reg. jur. in 6.* Maximè ponderatis verbis: *quorumcunque novitiorum, omninò, & ullo modo*, quæ cùm sint universalia, & geminata, ostendunt magis enixam voluntatem conditionis obligandi in quocunque casu ex prohibitis per ea, quæ scribit Cravet. *cons. 294. numero 1. & seqq.* In clausula verò irritante, eadem decreta loquuntur copulativè, ibi: *receptiones verò, & professiones quaslibet.* Atque ita irritant non solum receptionem ad habitum extra locum designatum, sed etiam professionem ibi emissam ita, ut satis non sit, ut aliquis receptus fuerit in loco designato, nisi etiam ibi profiteatur. Hæc enim est natura copulæ, *l. si hæredibus ff. de condit. instit. d. l. si quis ita stipulatus ff. de verb. oblig. c. ex parte de rescript.* & Glos. *in Extravag. suscepti v. Taxata de elect.* Quo loco similiter expendenda est dictio universalis repetita, *quas libet, & quascunque*, de quibus Roman. *cons. 31. nu. 2.* & Cravet. *loco citato.*

Negari autem non potest, quin hoc loco novitius, 27 quamvis receptus, & probatus in loco designato, ibique ad Professionem habilis judicatus fuerit, extra tamen illum postea professionem emiserit. Aliud enim est, habilem judicare ad Professionem faciendam, aliud realem professionem recipere, ac religioni incorporare celebrando contractum ultrò, citròque obligatorium, qualis dicitur solemnis professio, *cap. porrectum*, ubi notatur *de regular.* & tradunt Ostiens. Jo. Andr. & cæteri in *d. c. ad Apostolicam eod. tit.* Navar. *c. 26. sub initio, eod. tit.* Quippè votum non solemnizatur per admissionem ad professionem, sed per professionem ipsam tacitam, vel expressam, ut in *cap. un. de vot. in 6.* Quare in hoc casu novitius post annum probationis expletum in loco designato cum attestatione Capituli Conventualis, mitti poterit ad Conventum, ubi recipiendus sit in filium, ut certè ejusdem Conventus consensus, & acceptatio in filium per literas requiri poterit, juxta Constitutiones, atque consuetudines cujusque Religionis, ac deinde obtenta hujusmodi acceptatione, novitius in primo monasterio sui novitiatus, debebit actualem professionem emittere. Nam cùm verba decretorum Clementis sint perspicua, non admittunt interpretationem, neque voluntatis coniecturam, *l. licet Imperator ff. de legat. 1.* Glos. in *can. quod interrogasti in fine d. 27.* Abb. *cons. 97. numero 1. l. 2.* ac Socin. *cons. 13. num. 38. l. 1.*

Si autem Regularis ab una ad aliam Religionem 28 transferatur, ut subsit, non ut præsit, tunc si Religio sit alterius Ordinis, clarum est, regularem teneri per alium annum in probatione esse, atque iterùm profiteri, etiamsi Religio, ad quam transfertur, sit laxioris regulæ, ut respondit Navar. *cons. 62. de regular.* ubi ostendit Franciscanum, si transferatur ad Ordinem Canonicorum regularium, qui regulæ inserviunt laxiori, ut in *c. quod Dei timorem de stat. monach.* non posse renunciare anno probationis, concesso per Concilium Trid. in *d. c. 15. sess. 25.*

Pro hac conclusione observandum est, multoties 29 contingere, ut una Religio, licet generaliter sit largior, quam alia, tamen censeatur arctior respectu alicujus peculiaris instituti; Sic Carthusia est omnium Religionum arctissima, ut in Extravaganti Martini Quarti, quæ est prima de Regularibus; licet ex Constitutione Eugenii Quarti, quæ incipit, *Illa quæ* 8. Kal. Decembris 1475. in *Bull. tom. 1.* Carthusiani, petita, & non obtenta à Superioribus suis licentia, recipi possint ab Eremitis Camaldulensibus, & in specie est arctior, quàm Minimorum S. Francisci de Paula, ut pluribus probat idem Navar. *de Regular. cons. 10. alias 50. incip. Carthusianor. Religio.* Et tamen hæc posterior est arctior respectu perpetuæ abstinentiæ ab ovis, & lacticiniis. Quemadmodum Religio Fratrum Minorum S. Francisci, negari non potest quin sit strictior Carthusiana respectu asperitatis habitus, arctissimæ paupertatis, etiam in communi, & multitudinis præceptorum, ad quæ fratres Minores ex vi regulæ tenentur si b rearu peccari mortalis, ut habetur in *c. exiit, qui seminat de verb. signif. in 6.*

in 6. adeò, ut propterea habeant se hujusmodi Religiones tanquam excedentia, & excessa, licet in Carthusiana ille veluti perpetuus carcer, & strictior clausura, cujus & Concilium Tridentinum meminit in *cap. 13. in fin. de sess. 25. de Regular.* præponderet omnibus aliis asperitatibus. Unde æquum est, ut regularis probet hæc genera asperitatum, priusquam Religioni per Professionem perpetuo alligetur, ut in *d. cap. ad Apostolicam*, & in *cap. non solum de regul. in 6.* Vix enim ferendum esset, ut Carthusianus transiens ad Capuccinos in primo momento temporis esset eorum religioni perpetuo addictus. Atque hanc sententiam probavit Navar. *de Regular. cons. 60.* quem alii recentiores postea sequuti sunt.

30 Quod si Religio sit ejusdem Ordinis, ut si fiat transitus à discalceatis ad calceatos, vel à reformaris ad eorum Conventuales, res est magis dubia. Nam cùm tempus probationis à Sanctis Patribus sit indultum, non solum in favorem conversi, sed etiam monasterii, ut ille asperitates istius, istud mores illius valeat experiri, ut in *d. c. ad Apostolicam de Regul.* Hoc casu nec respectu novitii, neque respectu Monasterii videtur necessarius annus probationis. Non respectu Novitii, quia si austeritatem consideremus quoad substantialia Religionis, satis est, ut regularis semel professionem emiserit in aliqua Religione. Nam qui unam Religionem profitetur, omnes censetur profiteri quod substantialia, ut tradunt Feder. de Sen. *cons. 5. num. 1.* Lapus *alleg. 130. n. 4.* & secundum opinionem Theologorum post Joa. Andr. *in c. sanè in Glosa de regular.* Calderin. *cons. 391. alias 6. eod. tit.* Gemin. *cons. 41. sub initio*, Anchar. *cons. 321.* & Petr. de Perus. *in tract. de mut. stat. person. n. 8.*

31 Si verò consideremus austeritatem quod regulam, utique si religio est ejusdem Ordinis, ac Instituti; satis videtur esse, ut regularis expertus jam sit omnes illius austeritates in strictiori Observantia absque eo, quod illas iterùm probet in laxiori. Et propter hanc rationem, cùm olim dubitatum esset in S. Congregatione Concilii, an is, qui habitu regulari suscepero, annum integrum mansit in Religione, eoque elapso, gravi morbo correptus, & propterea professione nequaquam omissa, permissu Superiorum ad saeculum rediit, posset inde ad triennium morbo liberatus, & ad monasterium reversus, protinus emittere professionem, an potius per alium annum stare in probatione teneretur? S. Congregatio censuit, posse statim emittere professionem, non expectato alio probationis anno nisi Religionis, aut personæ conditio sit immutata, idque Superiorem Religionis animadvertere diligenter debere.

32 Sed nec respectu quidem religionis annus probationis videtur necessarius; Quia cùm Religio jam experta sit indolem, ac mores novitii in arctiori, ac duriori disciplina, quem ibi semel approbavit, amplius reprobare non debet. Nam approbatus ad aliquod officium, non potest in simili officio reprobari, requirente eandem personæ idoneitatem, Innocen. *in c. cum venerabilis in pen. Col. in glos. v. instrumentum de except.* ibique Felin. *col. ult.* Abb. *in c. præsentium de restit.* Dyn. *in reg. quod omnes de reg. jur. in 6.* & Bald. *in margar. v. approbatus.*

33 Præsertim quia Discalceatorum, & Calceatorum Sancti Augustini, item observantium, & Reformatorum strictioris observantiæ S. Francisci, & allorum hujusmodi videtur una & eadem Religio. Idem enim est institutor, eadem Regula, unus Generalis utriusque. Ergo quemadmodum non requiritur nova probatio, cum Regularis transit ex uno ad aliud monasterium, *cap. nullus de elect. in 6.* ita nec cum transit ex una Religione ad aliam ejusdem Ordinis, & instituti.

34 Et hac ratione non videtur obstare decretum *d. c. 15. sess. 25.* Nam ex Concilio ita demum requiritur annus probationis, si professio sit necessaria. Hic autem negatur hujusmodi necessitas, cùm jam præcesserit professio in eadem religione; ideòque nec probationis annus requiri videtur, quod est præambulum ad professionem emittendam, *cap. consulti de Regular.* Sicuti Concilium non requirit novam probationem in eo, qui transit ad aliud monasterium ejusdem religionis, ita nec in regulari, qui transit ad laxiorem ejusdem Ordinis.

Nec videtur etiam rationi consentaneum, ut qui ste- 35 tit, tanquam veteranus inter professos strictioris Religionis, modò agat in laxiori inter novitios tyrocinium, *arg. c. 1. ne mat. & obed.* Unde hanc opinionem sequi videtur, Less. *de just. & l. 2. c. 41. n. 101.* ubi postquam tradidit, transeuntem ad aliam religionem, debere in secunda religione annum probationis explere, subdit deinde hoc esse intelligendum, si transitus fiat ad Ordinem distinctum, vel ad ejusdem Ordinis monasterium, strictioris tamen disciplinæ. Idemque indistinctè de transeuntibus ex una ad aliam religionem, censent Coninch. *in sum. quæst. 3.* & Hentic. *l. 3. de excom. c. 4. n. 2. in comdit. O.*

His accedit etiam communis observatio. Nam 36 translati de licentia Sedis Apostolicæ ad laxiorem ejusdem Ordinis, illicò admittuntur ad officia, & dignitates secundæ religionis, nec ullam professionem emittere, aut annum probationis præmittere consueverunt.

Verùm, his minimè obstantibus, respondendum est, 37 Regulares transeuntes ad laxiorem religionem, etiam ejusdem Ordinis teneri per alium annum stare in probatione, atque iterùm profiteri adeò, ut liberum sit eis ad primam religionem redire, nisi peracto probationis anno fuerint secundæ religioni alligati per expressam, vel tacitam professionem.

Ut autem id evidentius appareat, observandum est, 38 religiones in casu, de quo agitur, tunc censeri diversæ speciei, quando utrobique diversa vivendi ratio observatur, ut probatur in *Clem. 1. de elect. & in Clem. eos de regular.* aitque Gemin. *cons. 41. in princip.* Species religiosorum discerni ex diversitate professionis, & habitus, & intelligendo verbum illud *professionis* non pro substantialibus regulæ, quia in illis religiones omnes conveniunt, ut notatur *in c. 2. de Eccles. ædif.* sed pro diversitate regularis disciplinæ. Hanc actionum diversitatem considerat etiam Anchar. *cons. 321. propè initium.* Idque procedit, sive idem sit institutor, & eadem regula, sive minimè. Nam cujus vitam gerimus, ejus regulæ fore censemur, ut dicebat Abbas antiquus relatus à Joa. Andr. *in c. recolentes sub initio de stat. monach.* Ideòque diversa, seu strictior religio quoad transitum non dicitur, considerata primæva regula, sed habito respectu ad præsentem observantiam, & Constitutiones factas ultra regulam, Lap. *alleg. 130. num. 1.* Zabarel. *cons. 28.* fultque opinio Innocentii communiter approbata in *d. c. sanè.* Et patet exemplo Capuccinorum, ac Minorum de Observantia S. Francisci, quorum unus est institutor, eadem regula, de qua in *d. c. exiit de regular. in 6.* Et in *Clem. exivi, & in extravag. Joannis XXII. quorundam*, & in *Extravag. ad Conditorem eodem tit.* Et tamen nulli dubium est, has religiones quoad hoc censeri diversas adeò, ut à Capuccinis minimè liceat ad Observantes transire, juxta *cap. licet. eod.* & Concilium Tridentinum *c. 19. in fine d. sess. 25. de regular.*

Quinimò hoc procedit, etiamsi utriusque sit unus, & 39 idem Generalis. Nam adhuc tamen quoad transitum censentur diversæ si una sit strictior altera, ut patet in religionibus Calceatorum, & Discalceatorum S. Augustini. Certum est enim à Calceatis non dari transitum ad Discalceatos. Inter hos igitur est specifica differentia. Aliàs enim si prorsus esset una, & eadem religio, daretur transitus indistinctè ab una ad aliam, sicut datur ab uno Monasterio ad aliud, *d. c. nullus de elect. in 6.*

Atque, his prolibatis, probatur conclusio ex decre- 40 to Concilii Tridentini in *d. c. 15. sess. 25.* ubi statuitur,

ut in quacunque religione ad professionem non admittatur qui minori tempore, quam per annum in probatione steterit, & professio antea facta sit nulla, nullamque inducat obligationem ad alicujus regulæ, vel religionis, vel Ordinis observationem, aut ad alios quoscumque effectus, suo nominis enim pondere pensitanda est dictio illa *quacumque*, quæ cùm sit universalis, *l. ex quacumque ff. si quis in jus voc. l. quicunque C. de serv. fugit. l. hoc articulo*, ubi plenè notatur *ff. de hæred. instit.* meritò includit etiam ea, quæ alias non comprehenderentur, *c. solita, vers. quodcumque ligaveris de major. & obed. cap. 2. de observ. jejun. Can. si Romanorum d.* 19. *l. tres fratres ff. de pactis*, & tradit Roman. *cons.* 31. *n.* 2. eamque dictionem propterea effrænem vocat Luc. de Pen. *in l. fin. in princ. C. de exact. trib. l.* 10. Quod eo magis procedit hoc casu, ponderata prægnantia, ac geminatione verborum, quibus Concilium utitur, tam in *d. c.* 15. quam in *c.* 22. *ejusdem sess.* Hæc enim geminatio dictionum universalium ejus est virtutis, ut omnia includat, quæ dici, vel excogitari possunt absque aliqua limitatione, distinctione, ac restrictione, Jas. in *l.* 1. *col.* 1. *ff. de legib.* Quod fusè comprobat Craver. *cons.* 294. *num. & seqq.* adiciens, eadem verba comprehendere etiam casus improprios, & in quacumque materia etiam pœnali per doctrinam Glossæ *in l.* 2. *v. alias C. de quadr. præscript.* & Salicet *in l.* 2. *C. de noxal.*

41 Itaque dum Concilium decernit necessariò esse præmittendum annum probationis ad professionem emittendam in quacumque religione, & adjectis aliis verbis universalibus, ac repetitis, perinde est ac si sanxisset, id esse observandum in quacumque religione, sive illa sit laxior, sive strictior, & sive alterius sive ejusdem Ordinis, & in quocunque casu, tam ingredientium, quàm transeuntium.

42 Insuper ut religiosus unius religionis fiat religiosus alterius, requiritur, ut canonicè transferatur, *c. ut singula* §. *fin. de præb. in* 6. Canone autem non transfertur absque nova professione, ut ex notatis in *d. c. cum singula*, respondit Navar. *cons.* 61. *de regul.* Ac proinde religiosus unius religionis fieri non potest religiosus alterius absque nova professione, & per consequens absque novo anno probationis; quia ad professionis validitatem exigitur tam de jure communi in Ordinibus Mendicantium *d. c. non solum, &c. Constitutionem de regul. in* 6. quam generaliter in omnibus ex decreto Concilii in *d. c.* 15. *sess.* 25.

43 Idque confirmatur; quia si sic transiens non teneretur in secunda religione profiteri sequeretur, ut pro libito suæ voluntatis posset quandocunque ad primam reverti. Liber enim est recessus à religione, quandiu quis non est illi tacitè, vel expressè per professionem alligatus, ut in *d. c. ad Apostolicam de regul. & c.* 2. *eod. c. consulti, c. postulasti, & c. Statuimus eod. tit. c.* 1. *in princ. eod. in* 6. *& c. un. de vot. eod. l.* Ideòque videmus translatum ab uno ad aliud monasterium ejusdem Ordinis posse per Abbatem quandocunque revocari ad primum, *c. volentes. §. in eos de privil. in* 6. Consequens autem est absurdum, quia post canonicam translationem non licet amplius ad primam religionem reverti, nisi servatis iis, quæ de jure ad novam translationem requiruntur, juxta *c. non est vobis v. permittatis de regul.* Alioquin fas esset regularibus temere transire ab una ad aliam religionem, quod tamen nec licet ab uno ad aliud monasterium, ut *in c. Joannes eod.* Sequitur ergo, ut sic transiens teneatur iterùm profiteri, atque adeò novum annum agere, cum ex decreto *d. c.* 15. in nulla religione admittatur ad professionem, qui minori tempore, quam per annum in probatione steterit.

44 Ad hæc, annus probationis datur tam novitio, quàm religioni, ut alter alterius qualitates experiatur priusquam invicem perpetuo obligentur, ut in *dd. cap. ad Apostolicam, &c. non solum, & c. Constitutionem de regul. in* 6. Dignum est enim, ut qui similem cum aliis vitam suscipiunt, similem sentiant in legibus disciplinam, ut in *cap. recolentes de stat. monach.* Potest tamen facilè accidere, ut regularis assuetus in strictiori observantia, difficilè possit se conformare moribus fratrum laxioris religionis, ideòque assiduis conscientiæ stimulis agitatus cum eis nulla fruatur animi tranquillitate, sed vivat anxius, & inquietus. Unde priusquam obligetur secundæ religioni, & præcludatur illi regressus ad primam, æquum est, ut spatium habeat, ac tempus deliberandi, quod in subsidium fragilitatis humanæ fuit à Sanctis Patribus institutum, ut in *d. cap. ad Apostolicam, & d. cap. non solum.* Et contra potest probabiliter contingere, ut regulares ægrè ferant mores professi in strictiori regula, & proinde inter translatum, & cæteros regulares perpetua sit morum discrepantia, & animorum dissensio. Nam cohærere, & conjungi non poterunt quibus & studia, & vota diversa sunt, ut legitur in *can. in noxa* 16. *quæst.* 7. Hinc docuit experientia, regulares migrantes ad laxiorem vitam plerumque fieri cæteris deteriores. Quapropter Augustinus scribens ad Clerum, & populum Hipponensem *epist.* 137. sic ait: *Quomodo difficilè sum expertus meliores quàm qui in monasterio profecerunt, ita non sum expertus peiores quàm qui in monasteriis ceciderunt.* Alias legitur, *defecerunt.* Quod refertur in *can. Quantumlibet d.* 47. Et propterea dum Sacra Congregatio declaravit, eum, qui morbi causa superiorum permissu exiit è monasterio post expletum probationis annum, posse inde ad triennium receptum statim profiteri absque nova probatione, prudenter adjecit verba illa: nisi religionis, aut personæ conditio sit immutata. Quæ satis confirmant, opus esse novo anno probationis, quotiescunque regularis disciplina diversa est ab illa, quam quis ab initio professus fuit.

Atque ita demum hanc sententiam post Navar. *d.* 45 *cons.* 61. *&* 62. *& cons.* 67. *de regul.* Ostiens. *in c. licet n.* 16. *eod.* Feder. de Sen. *cons.* 5. ac alios, videtur olim probasse S. Congregatio Concilii. Nam cum dubitaretur, an professus in una religione, & ad aliam translatus, etiam laxiorem, auctoritate Sedis Apostolicæ posset renunciare anno probationis, respondit, *non posse, ne illam renunciationem per superiorem concessam intra annum recipi debere.* Sed teneri eum iterùm profiteri juxta formam traditam *c.* 15. *sess.* 25. *de regul.*

Cùmque autem esset de hoc dubio in eadem S. Con- 46 gregatione responsum fuit, *transeuntem de licentia Sedis Apostolicæ ad laxiorem religionem, etiam ejusdem Ordinis, tenere in secunda religione novum annum probationis peragere.* Sed quoad novam professionem, subdubitante Cardinali Justiniano, articulus non fuit decisus, tametsi ex anno probationis, qui est præambulus ad professionem, & inanis esset, professione non sequuta, satis inferri possit ad obligationem profitendi.

Unde sequitur, ut nec obstet contraria observantia. 47 Quia cùm hic casus sic comprehensus *d. c.* 15. non valet contraria consuetudo, etiam immemorabilis, utpotè sublata *c. ult. ejusd. sessionis.*

Et quidem expedit, ut in dubio ita declaretur ad 48 compescendam facilitatem, ac frequentiam transitus à strictiori ad largiorem religionem ejusdem Ordinis. Quam ob causam olim Alexander VI. statuit, ut fratres Minores de Observantia transeuntes ad Conventuales ejusdem Ordinis essent incapaces, ut refert Rodoanus *de rec. Eccl. non alien. quæst.* 8. *n.* 38. & Rodrig. *tom.* 2. *q. reg.* 128. facitque textus in *Clem.* 1. *de regul. & in c.* 1. *eod. tit. in Extravag. Commun.*

CONSULTATIO CLXXVI.

An, & quatenus Regulares quicumque, ac Moniales prætendentes, se per vim & metum ingressos esse religionem,

gionem, vel ante ætatem debitam professos fuisse, aut quid simile adducentes, audiri possint sine habitu regulari, & extra Monasterium? Ubi quid si egrederentur ex sententia Ordinarii nulliter emanata?

1 NEgativè respondendum videtur. Clarissima etiam est dispositio S. Concilii Trid. *sess.* 25. *c.* 19. *de Regul.* quod Regulares nequeant audiri, nisi redeant ad monasterium, & habitum resumant. Quod etiam tradunt Gratian. *discept.* 413. *nn.* 1. Zerol. *in pr. Episc. par.* 1. *v. professionum.* 6. Leo *in thes. for. Eccl. p.* 2. *c.* 1. *n.* 41. Tondut. *q. benef. c.* 78. *nn.* 11. ac Rota *dec.* 3. *n.* 17. apud Tambur. *de jure Abb.*

2 Nec obstaret sententia Ordinarii super egressu, ac nullitate professionis, ex qua infertur, quod cum quis non dimiserit habitum, nec fuit egressus propria voluntate non sit locus dispositioni Concilii Tridentini, si hujusmodi sententia esset notoriè nulla, & attentata, quo casu non est attendenda, ut de sententia nulla, inquit Rota *dec.* 327. *num.* 8. *p.* 4. *tom.* 2. *rec. & dec.* 564. *n.* 16. *p.* 5. *rec.* Et de attentata quæ est nulla ipso jure, est textus *in l.* 4. §. *condemnat ff. de re jud.* cum aliis adductis à Rota *dec.* 264. *nn.* 4. *par.* 1. *rec.*

3 Præsertim verò si sententia emanaverit defectu jurisdictionis tum delegantis, tum delegati. Delegantis quidem, quia post lapsum quinquennii ad declarandum non poterat contra formam *d. c.* 19. committere causam reclamationis, & nullitatis professionis, cum nullus Episcopus, vel Superior possit hujusmodi reclamantes audire, nisi solus Pontifex, qui solus concedere potest restitutionem in integrum, vel Sacræ Congregationis Concilii, & super Episcopis, & Regularibus, quæ Summi Pontificis habent oraculum, Portel. *in dub. regul. v. professionis nullæ reclamatio num.* 43. Rodrig. *in comp. quæst. regul resol.* 101. *num.* 71. Dian. *par.* 3. *tract.* 2. *resol.* 62. Bordon. *cons. regul. tit. de egress. ex Brevi resol.* 81. ubi quod jus commune nullam tribuit facultatem judicandi super regulari professione, præter Concilium Tridentinum, cujus judicium cum sit de re gravissima, nempè circa solemne votum religionis, reservatum est post quinquennium soli Papæ. Maximè quia in Bulla Pii IV. confirmatoria Concilii Tridentini adest decretum irritans, quod inducit nullitatem ipso jure, Rota in *Trevteren.* Abbatiæ 20. Novembris 1624. coram Coccino, Et in *Leodien.* beneficii 24. Februarii 1644. coram Bichio.

4 Delegati, quia posito defectu jurisdictionis delegentis, corruit quoque jurisdictio delegati, *l. nemò ff. de rejur.* cum vulgo aliis.

5 Ac præcipuè, si eidem delegato commissa fuerit causa cum clausula, vocatis iis, qui fuerint vocandi. Quæ operatur, ut ii, de quibus interesse agebatur, citandi erant, aliàs sententia corruit, *cap. exhibita* 19. ibique Abb. *n.* 6. *de jud.* Rot. *dec.* 601 *n.* 15. *par.* 4. *tom.* 3. *rec. & dec.* 141. *n.* 26 coram Othobono.

6 Vel si in Commissione adsit Clausula: Dummodo intra quinquennium reclamaverit, ac de legitima reclamatione ad formam S. Concilii nullibi constiterit, nec suffragaretur facta coram honestis personis. Quia Concilium mandat fieri coram proprio Superiore, & Ordinario, ut pluribus relatis comprobat Barbosa ad *d. c.* 19. *n.* 23. adeò ut non possit per æquipollens adimpleri, ut fuisse declararum à S. Congregatione Concilii, testatur Ricc. *in pr. for. Eccl. resol.* 20. apud Tondut. *loc. cit. c.* 77. *in principio.*

7 Unde cùm jurisdictio esset sub conditione tradita, non impletis conditionibus, habetur ac si non esset tradita, & perinde ac si Commisso signata non esset, Caputaq. *dec.* 550. *n.* 1. *par.* 1. Rota coram Gregorio *dec.* 378. *n.* 1. *& in rec. dec.* 744. *n.* 1 *&* 2. *par.* 8.

8 Aut si pars adversa institerit citari in quolibet actu, & docuerit de suo interesse & renuente judice delegato decretum interponere, appellaverit ad Superiorem, qui expressam inhibitionem concessit, & causam ad S. Congregationem remisit. Quibus non obstantibus, delegatus suam protulit sententiam, quæ cum fuerit lata sine jurisdictione, quia fuit sublata per inhibitionem, est nulla, *l.* 1. *C. si à non competent. Jud.* Rota *dec.* 522. *n.* 6. *& dec.* 556. *n.* 7. *par.* 4. *tom.* 3. *rec.* & pro admissione appellationis, satis est, quod apparenter constet de interesse partis, ut firmat Rota *dec.* 171. *n.* 7. *ac dec.* 186. *n.* 17. *&* 19. Ubi quod sufficit constare de alterius jure, ut talis sit citandus coram Othobono, *& dec.* 443. *num.* 9. *par.* 6. *rec.* Quod interesse eo fortius apparet, dum sententia, uti lata in causa status, & comprehensiva, nedum nullitatis professionis, sed redintegrationis bonorum, unica verborum structura concepta, afficiebat etiam non citatos ex congestis in *Britinorien.* fidei commissi 24. Martii 1642. coram Bichio. Et sic nullitas citationis, & validitas appellationis evitari non possunt ratione individuitatis, ex qua redolent etiam attentata, Rota in *Viterbien.* fidei commissi, sive attentatorum 13. Maii 1644. coram Cerro, ubi quod propterea revocanda sunt, vel Judicis officio, vel per viam nullitatis, stante avocatione causæ, ac inhibitione, Judex Commissarius non potest amplius in ea se immiscere citra vitium nullitatis, & defectum jurisdictionis, Rota *dec.* 443. *num.* 3. *par.* 6. *rec.* Debet enim Superior suspendere processum, ne procedatur ad ulteriora, quando agitur de executione irreparabili, Sacc. *de appell. q.* 17 *n.* 6. *memb.* 8. *n.* 1. Contard. *de moment. possess. tomo* 1. *n.* 3. ubi ait, quod etiam ab interlocutoria licet appellare, quando damnum est irreparabile, quamvis regulariter appellatio non sit permissa.

Hinc resultant etiam attentata non modo respectu 9 sententiæ post appellationem interpositam, *c. non solum de appel. in* 6. Lancellot. *de attentat. appel. pend. c.* 12. *limit.* 49. Rota *dec.* 488. *n.* 3. *p.* 3. *rec.* & in *Calagurritana* beneficiorum 27. Januarii 1648. *hinc sequitur* coram Bichio, & post inhibitionem præsentatam, Mantic. *dec.* 168. *n.* 1. cum aliis *in dec. n.* 3. coram Othobono, & in *Taurinen.* Parochialis 13. Novembris 1647. coram Celso, sed etiam respectu executionis ejusdem sententiæ, Rota *dec.* 102. *n.* 8. *p.* 5. *rec. & in Bononien. bonorum* 17. Martii 1649. §. *ex quibus* coram Bichio. Quando enim Judex nulliter, & attentatè procedit, nullum profecto parebere potest fomentum actui, & processisse dicitur de facto, ac veluti privatus, Abb. *in c. cum causa* 22. *in* 4. *notab. de offic. deleg.* Rota *dec.* 137. *n.* 6. *&* 170. *num.* 3. Imò sola sententiæ executio eadem die facta, & sic intra decennium à jure concessum ad appellandum in materia appellabilli, qualis proculdubio hæc est, fuisset nulla, temeraria, & attentata per textum *in cap. non solum de appel. in* 6. Rotam coram Buratto *decis.* 59. *&* *dec.* 411. *num.* 2. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Non officit, quod Superior Monasterii nollet recur- 10 rere, nec ullo modo appellare. Nam, prætermisso, an ille ex se absque Monasterii consensu potuerit valide talem declarationem facere, prout negativam videtur tenuisse Rota *Ulyssiponen. nullitatis professionis* 23. Januarii 1646. §. *professio* coram Arguelles, cessat omnis difficultas, si non solum agebatur de interesse Monasterii, sed consanguineorum Regularis, qui reputari debent partes legitimæ pro impedienda declaratione nullitatis professionis, ut in specie fuit dictum in eadem *Ulyssiponensi* 29. Januarii 1639. coram Carillo in hæc verba.

Nec obat, quod Monasterium, quod videtur pars 11 formalis, remissoriam non expostulet, sed potius mandatum procuræ revocaverit, &c. Quoniam non per hoc remissoria denegari debet Antonio, & Ioanni, qui tanquam fratres, partes legitimæ reputantur contra Franciscam Sororem, ut de Matrimonio carnali tradit Achil. *dec. un. qui matrim. accus. pos.* Imò in his casibus admittitur quilibet de populo, tam ad dirimendum, quàm ad redintegrandum. Matrimonium ad notata per Abbatem. &c. Et argumentum bene sumi

sumi potest à Matrimonio carnali ad spirituale, vigeat eadem ratio, *arg. textus in c. inter corporalia, §. sicut enim in fine*, ibique Glos. *de translat.*

12 A denegatione siquidem admissionis ad causam, & processus ad ulteriora ob timorem futuri gravaminis, licet appellare, ut in praxi admonet Vestr. *lib. 7. c. 3. num. 28. ac seqq.* Gonz. *ad reg. 8. glos. 60. num. 92. & 93.* Rota *divers. decis. 391. num. 2. l. 1. par. 3. & in Romana domorum* 31. Decembris 1645. coram Bichio. Post inhibitionem enim, ac remissionem causæ ad Judicem Superiorem, nihil est innovandum, ut inquit Alexand. *in Addit. ad Bartol. in l. Societatem 77. §. arbitrorum enim nu. 17. ff. pro socio*, quem refert, ac sequitur Neviz. *cons. 44. num. 10. & cons. 97. num. 24.* & Magon. *dec. Lucan. 23. num. 3. & 4.*

13 Et simplex declaratio Prioris, vel Priorissæ, quod nolebat appellare, non præjudicat aliis in causa interesse habentibus, nec Monasterio non consentienti, *c. veniens de transacta.* Honded. *cons. 55. num. 25. l. 1.* Rota *in Romana devolutionis domus 15.* Junii 1654. coram Melio.

14 Non itaque refert, quod Monasterium non sit in causa, neque instet pro regressu. Malè namque agit, & contra dispositionem Sacrorum Canonum, & decreti Sacri Concilii *in d. c. 19.* Unde S. Congregatio debet etiam ex officio absque alia requisitione hoc præcisè de mandare per textum *in c. quanto §. mandamus*, ibi: *Si Prælati eorum post tuam commissionem id exequi negligenter omiserint, & suspensionem officii, & beneficii, appellatione remota compellas.* Et clarius *in c. fin. de regul.* ibique Glos. Geminian. *cons. 28. num. 8.* his verbis: *Imo etiam Superior ex officio debet vagantes extra Monasterium reducere, & si non facit, diœcesani hoc facere debent.*

15 Et de Moniali egressa postquam obtinuerat licentiam declaratoriam nullitatis professionis post appellationem interpositam à Consanguineis, quod licet Monasterium non instaret, ex officio tamen esset reducenda, dixit Rota *in Meten. professionis 2.* Junii 1631. coram Durano inter ejus impressas 113. *num. ult.* in quo casu dicta Monialis statim post dimissionem habitus Matrimonium contraxerat, & subinde liberos susceperat, nec solum Monasterium forsan ob incestum licet postmodum vir obiisset, non instabat pro regressu, sed mandato Rotali obedire noluerat. Unde dicta Monialis sumebat excusationem pro evitando incursu censurarum; Et tamen in sequenti decisione sub die 4. Maii 1632. coram eodem persistendo in decisis, iterùm fuit resolutum, eam esse reponendam in eodem Monasterio, & in eodem statu, & habitu, in quo erat prius. Moniales verò fore cogendas ad illam recipiendam, ut habet, &c. *in dec. 343.* Cùmque nec dicta Monialis, nec Monasterium obedire voluerint, Rota contra omnes die 16. Novembris ejusdem Anni inhærendo etiam decreto Urbani VIII. qui in plena signatura mandaverat, dictam Monialem constituendam esse in loco tuto, & honesto, donec Monasterium per Censuras Ecclesiasticas cogeretur ad eam recipiendam, declaratoriam relaxavit, ut *in dec. 358.* Idque factum fuisse secundum dispositionem Sacri Concilii loco superiùs citato, firmatum fuit in eadem causa coram Compostellano, 2. Junii 1636. ut *in dec. 3. num. 17.* post Tambur. *de Jure Abbat.*

16 Hinc non sunt attendendæ decisiones *in Tullen. professionis* coram Merlino, in quibus fuit firmatum, non fuisse denegandam audientiam ex eo, quod Monialis habitum non resumeret. Siquidem in illo casu non concurrebat circumstantia, quod Monasterium ipsam non repetebat, sed quod statum sæcularem susceperat de licentia Provincialis Religionis, & Episcopi Tullensis, quibus S. Congregatio causam nullitatis commiserat, ut habetur *in dec. 445. in fine, & decis. 523. num. 2.* Unde Rota professa fuit nolle articulum examinare, cum non inquirat de justitia decretorum S. Congregationis, quæ ideò justè audiri, quia ritè, & rectè erat egressa; Secus autem ubi deest commissio emanata à S. Congregatione, vel signata manu Sanctissimi, ut requiri tradit Conrad. *in prax. dispen. l. 5. c. 14. n. 16. ac 17.*

Minus attendendum est, quod consanguinei non 17
sint audiendi in causa nullitatis professionis. Nam Gratian. *discept. 850. n. 4.* & quidam alii loquuntur in terminis simplicis Commissionis Causæ nullitatis professionis, quo casu asseritur secundario interesse bonorum, secus autem in casu, quo æquæ principaliter, & expressè est commissa causa redintegrationis bonorum. Insuper advertendum est, quod in casu hujusmodi Doctorum causa nullitatis est omnino diversa & separata à causa redintegrationis bonorum, quæ coram diverso Judice pendebat, ut ex Gratiano *loc. cit.* & Larrea *alleg. 63. n. 7.* videre est, & interesse non erat certum, sed successio litigiosa, & dubia.

Cùm igitur hæc gesta sunt postquam causa remissa 18
fuit ad S. Congregationem, hujus quoque majestas læsa fuit, ac proinde revocanda in primis sunt attentata post appellationem, & inhibitionem præsentatam; quoniam attentans eodem tempore jus, Judicem, & partem offendit, Rota *dec. 335. n. 1. p. 1. rec. & in Cracovien. attentatorum 17.* Junii 1652. §. *hinc* coram Bichio, ubi quod Judex, cujus majestas fuit læsa, cogere debet ad revocandum.

Præsertim etiam, si pars appellaverit ad Sanctissi- 19
mum à decreto recognitionis causæ, quo gesta post dictam appellationem potiori jure redduntur attentata. Quia per recursum nedum fuerunt ligatæ manus Judicis, ne amplius in causa se ingereret, sed etiam ab eo delegati, Abb. *in c. si quando num. 2. de offic. de leg.* Bald. *in l. ut vim num. 20. quæst. 7. ff. de just. & jur.* Rota *in Nullius attentatorum 1.* Julii 1647. coram Bichio.

Posita igitur ex adductis nullitate sententiæ, & quod 20
fuerit attentatè prolata, non potest Regularis in ea fundari pro evitanda dispositione S. Concilii, sed dicendum est, quod sponte, ac de facto dimiserit habitum, & Monasterium, ac proinde ad illum resumendum, & ad istud redeundum cogendus est.

Quinimò dubitant Doctores, an per temerariam 21
habitus dimissionem regulari remaneat perpetuò præclusa via dicendi de nullitate professionis. Navarrus *com. 4. de regul. numer. 78.* Sentit decretum Concilii *in d. c. 19.* de bono, & æquo intelligendum esse, ut scilicet si resumpto habitu quis audire postulet, non repellatur. Navarro adstipulantur Rodriguez *tom. 3. quæst. 47. art. 17.* Mirand. *in man. Prælat. quæst. 30. art. 6. cum seqq.* Sanchez *de matr. lib. 7. disp. 37. numer. 4.* Campanil. *in divers. jur. Can. rubr. 12. cap. 11. numer. 18.* Portel. *loco superius citato num. 45.* Gratian. *d. c. 413. num. 6. & 7.* Leff. *de just. & jur. lib. 2. cap. 41. dub. 7. num. 64.* Tambur. *de Jur. Abbat. tom. 3. disp. 6. quæst. 26. num. 2.*

At Suarez *tom. 3. de relig. l. 7. c. 3. num. 14.* non absu- 22
rè admisit hanc opinionem Navarri. Sed solum quatenus egressus sponte redeat, advertens, quod audientiæ denegatio non adeò est inhumana, sed necessarius rigor ad continendum in officio religiosos. Unde subdit hæc verba: *Nihilominus tamen æquitatem illam non improbo, sed severitatem Concilii ad literam servandam intelligo cum iis, qui post talem exitum nunquam voluntariè redeunt.* At verò si quis voluntariè redeat, quamvis aliqua pœna affici possit, Religiosis accommodata, satis consentaneum est rationi, ut non obstante priori delicto, audiatur. Mox advertit, quod, ut omnis scrupulus cesset, sit tutius adire Summum Pontificem, & coram ipso, vel ejus commissione audientiam postulare. Nulla est igitur inter Doctores quæstio, an quis audiri possit, non resumpto prius habitu, sed solum an post temerariam dimissionem perpetuò sit audientia deneganda.

Quare non est permittendus egressus in vim senten- 23
tiæ

tiæ nulliter latæ, ex quo Concilium prohibet habitus dimissionem ante cognitionem causæ, ut prius juridicè regularis declaretur liber à vinculo religionis. Et Concilium *d. cap. 19.* prohibens dimissionem habitus ante cognitionem nullitatis, non considerat solum interesse Monasterii, sed publicam utilitatem, ac honestatem, cùm non expediat Christianæ Reipublicæ, Regulares dimittere habitum, & religionem deterere antequam cognoscatur nullitas professionis; quod eo magis servandum est in casu, quo Monialis, vel regularis egressa è Monasterio, statim discedit è Civitate, ne antea judicium reddatur inane, servari debet dispositio S. Concilii, nec audiri extra Monasterium, sed injungi debet reditus pro securitate judicii, cui Judex potest, deberque providere, quando timet difficultatem executionis, ut monet Abb. *in c. 2. n. 56. de sequestr. possess.* Marant. *in pr. p. 6. num. 188. tit. de appel.* ac Rota *dec. 136. num. 3. p. 2. rec.* cum aliis *in Romana Vineæ* 17. Aprilis 1643. coram Bichio.

24 Contra verò extra Monasterium audienda est Monialis, si ab eo discesserit de consensu Monialium, ad quas principaliter defensio causæ nullitatis professionis spectabat, super qua contra eas lata fuit prius sententia, à qua nec reclamarunt, sed soli consanguinei ratione successionis bonorum. Ideòque non habet locum dispositio S. Concilii *d. c. 19. de regularibus*, quia loquitur tantum de merè dimittente habitum, donec durat instantia cum Monasterio, non autem de illa, quæ habitum dimisit post sententiam, ut declaravit S. Congregatio Concilii *in Tullensi nullitatis professionis*, quam Rota sequuta fuit coram Merlino *dec. 455. prope finem, & dec. 527. n. 2.*

25 Præcedit igitur primò decretum Concilii in desererente sponte, ac temerè Monasterium, non verò quando Monialis, sive quicunque alius regularis egressa est post reportatam sententiam validam, & justam, & in judicatum transactam, ut per Navar. *com. 4. de regul. num. ult.* Azor, *instit. moral par. 1. lib. 12. c. 4.* Tambur. *de jur. Abbat. tom. 3. quæst. 26. nu. 2.* Sanchez *de matr. l. 7. disp. 37. n. 3.* Ventrigl. *in prax. annot. 40. §. unio*, Pasqualig. *in addit. ad Laur. de Franch. par. 1. n. 27.* Donat. *in prax. ver. regul. par. 1. tract. 12. nu. 4.* Gratian. *discept. 413. nu. 4. ac seqq.* passimque alii.

26 Cessat autem proculdubio quæcunque temeritas in casu, quo Regularis non dimisit habitum sponte antequam judicialiter proponeret causas nullitatis, sed solum postquam obtinuit à suo Superiore, & ab Ordinario sententiam super nullitate suæ professionis, ac ita, ut opponi non possit, quod sententia fuerit nulla, ex quo jam tempore instantiæ lapsum fuerit quinquennium.

27 Primò, quia Sacrum Concilium hujus temporis lapsum considerat solum in ordine ad denegationem Audientiæ, ibi: *non audiatur, nisi intra quinquennium.* Vnde non applicatur, si de facto fuerit auditus, & admissus ad probandum, atque sententiam obtinuerit.

Secundo, si prius non cessaverit causa metus. Nam, durante metu, deduci nequit ratificatio tacita, super qua Sacrum Concilium fundat denegationem audientiæ.

28 Tertiò, quia non idèò cessat bona fides resultans ex sententia prius super nullitate, quæ omnem temeritatem excludit, sufficitque, ut quis non sit gravandus ad habitum resumendum.

29 Imò, qui non potuit reclamare intra quinquennium, quia semper duravit causa metus, aut alias fuit impeditus, potest etiam reclamare etiam post quinquennium absque ulla restitutione in integrum, ut firmant Doctores, quos alibi adduxi. Hinc est, quod dato etiam, quod non esset credendum Ordinario, qui testatur processisse in causa prævia reclamatione facta in tempore, nihilominus si ipsi tempore, quo formavit processum constiterit, semper viguisse causam metus, ac fuisse Regularem impeditum ad reclamandum, potuit illum admittere, etiam quod esset elapsum quinquennium, nec causa terminanda est coram Ordinario, & Superiore, coram quibus cœpta fuit. Nam hodie omnes conveniunt, quod terminari etiam possit in S. Congregatione super Episcopis, & Regularibus juxta declarationem Sixti V. in ejus Constitutione 74. §. 3. ibi: *Secunda est, quod si coram aliquo Judice mehoatum fuerit judicium, & deinde partes Con. ordes Congregationem adiverint, tunc Congregatio causam decidat.*

Neque in hoc obstat Concilium Tridentinum *d. c. 19.* 30
sess. 25. de regul. Nam nihil in eo continetur, quod id impediat. Solum enim in eo disponitur, quod causæ nullitatis deducantur coram Ordinario, & Superiore.

Sic etiam non obstat, si dicatur, hic agi de interpre- 31
tatione ejusdem Concilii, quod non pertinet ad Sacram Congregationem super Episcopis, & Regularibus. Nam hæc S. Congregatio non tenetur remittere ad S. Congregationem Concilii omnes dubitationes, quæ cadunt sub decretis Concilii, sed solum eas, quæ incidunt inter Episcopos, & Regulares, ut ex dicta Constitutione Sixti V. illis verbis: *Dum autem inter Episcopos, & Regulares dubitationes inciderint, quæ sub decretorum Concilii Tridentini dispositione, aut interpretatione comprehendantur, eas ad eandem Sacram Congregationem Concilii remittat.* Si enim Sixtus voluisset, quod omnes dubitationes insurgentes ex Decretis Concilii remitterentur ad S. Congregationem Concilii: non se restrinxisset ad eas, quæ incidunt inter Episcopos, & Regulares tantum, sed generaliter loquutus fuisset, *arg. textus in cap. ad audientiam de decim.*

Minus dicatur, obstare decretum Urbani VIII. re- 32
larum à Pellizario *tr. 3. c. 1. n. 27.* quo mandatur, nulliter professos non posse audiri, nisi deducant sua jura in S. Congregatione Concilii. Nam hoc decretum expresse loquitur de iis, qui prætendunt nulliter professos ex novitiatu peracto extra locum destinatum, & contra formam decreti Clementis VIII non autem de iis, qui prætendunt professionem nullam per vim, ac metum. Atque ita dictum decretum declarat Pelizar. *loc. cit. c. 5. sect. 2. n. 37. & c. 1 eod. tr. sub. n. 60.* ubi ait, ita secum sensisse alios viros doctos.

Secundò procedit, quando Monasterium est in cau- 33
sa, prosequendo suam appellationem; Secus autem quando sententiæ acquievit, & de consensu Superiorum Monialis egrederetur. Tunc enim Sacrum Concilium disponendo, quod discedens sine licentia Superiorum non audiatur, videtur præscripsisse, quod discedens de consensu Superiorum debeat extra Monasterium audiri. Tum ex Regula, quod prohibitum sine licentia; illa accedente, censeatur permissum, de qua Rota apud Metl. *dec. 669. num. 14. & in Sarsinaten. fendi 3.* Julii 1651. §. *non obstat* coram Othobono. Tum etiam ex cessante ratione finali S. Concilii, qua mandat, habitum resumi ad purgandum spolium, Monasterio factum ex notatis à Donato *ubi supra.* Data enim ex parte religionis acquiescentia sententiæ, & consensu egrediendi, cessat spolium, pro cujus purgatione Monasterium prætendere potest habitum ab egressa resumendum, ut etiam declaravit S. Congregatio super Episcopis, & regularibus in Cominbrien. apud Barbos. *ad d. c. 19. Concilii n. 9. & 10.*

Quod autem Monasterium sententiæ, & egressui 34
consenserit, probari poterit, si non solum non appellavit, nec ignoravit causam in judicatum transire: quod quidem explicitæ licentiæ æqui pollet; sed si etiam Abbatissa, & Moniales sponte sententiam acceptarunt. Quod verò Monialis temerè Monasterium non deseruerit, probari etiam poterit, si pro se habeat sententiam in judicatum transactam, quæ licet esset nulla, tamen à temeritate excusaret, Tiraquel. *de pœn. temper. caus. 43. nu. 4.* præcipuè mulierem, in qua præsumitur potius simplicitas, quam temeritas, Meno h. pra-

præsumpt. 3. n. 24. l. 5. Bargal. *de dol. l. 3. c. 1. quæst. 6.* Et quæ per vim, ac metum professa posset è Monasterio quandocunque exire ex traditis per Avendan. *de mens l. 2. c. 10. nu. 55.*

35 Lata igitur sententia, dum Monasterium, ad quod pertinet principaliter interesse acquieverit, sententia statim exequutioni demandari potest, nec potest tertius dicere, quod expectetur lapsus decem dierum, ut per Rotam coram Merlino *dec. 303. n. 3. & seq.*

36 Unde non obstaret, si consanguinei reclamarent; Nam id procederet, si non fuerint citati. Secus autem, si comparuerint coram Judice, instantes pro admissione ad causam, appellaverint ab interlocutoria; quo casu non sunt amplius citandi per textum *in cap. cum qui de dol. & contum. in 6. & in Clem. 1. eod.* approbando Doctrinam Innocentii *in c. ad petitionem num. 2. de recusat.*

37 Non est tamen in jure indubitatum, quod consanguinei sint admittendi ad opponendum contra sententiam nullitatis professionis, non solum quia ita firmant Surd. *dec. 256. n. 1.* Gratian. *discept. 852. n. 4.* Marauta *cons. 38. p. 2.* & Larrea *dec. 73.* & post alios Marzha *cons. 46. num. 11. ac 17.* ubi quod sententia facit jus etiam quoad non citatos; sed etiam quia in professione præcipuum interesse est Monasterii; Consanguinei verò non habent interesse, nisi secundarium, & ratione bonorum, ac successionis. Unde subintrat regula, quod sufficit, litem agi cum iis, ad quos negocium principaliter pertinet, *l. sapè de re jud.* Rota *dec. 493. n. 2. par. 3. rec.* & coram Pegna *dec. 34. n. 14.* Sed etiam quia quotidie suprema Tribunalia disceptant, an tertius veniens ad causam, sit audiendus ita, ut impertinens esset appellatio ab hujusmodi disceptatione, si daretur à Judice, præsertim quia est interlocutoria, & hodie ex dispositione S. Concilii Tridentini *sess. 24. c. 20.* Sublata est facultas appellandi ab interlocutoriis ante diffinitivam. Præsertim quia, cùm successionis causa sit merè sæcularis, coram Judice sæculari tractanda est, nec habet aliquid commune cum causa professionis, ut per Franc. Marc. *dec. 495. n. 2.* & Martha *d. cons. 46. nu. 11.* Cessatque omnis difficultas, & si causa interesse habentium adhuc pendebat indecisa coram suo Judice sæculari, nec ipsi coram Ecclesiastico comparuerint; Cùm eniru jura sua producere neglexerint, censetur declarasse nolle amplius comparere. Unde justè poterit procedi ad ulteriora, iis etiam non citatis, ad textum *in c. 2.* ubi Glos. *v. Appellans de dol. & contum. in 6.* Ubert. *de citat. c. 14. n. 129.* Gabriel. *eod. tit. concl. 1. n. 413.* Vant. *de nullit. tit. quib. mod. sent. nul. n. 112.*

CONSULTATIO CLXXVII.

Quibus ex bonis subministrari ei debeant alimenta, & sumptus litis ad proportionem bonorum, & conditionem personæ? Ubi de filiis familiæ, & Monachis, quoad alimenta, & sumptus litis notatu digna.

REspondendum censeo, subministrari debere ex 2
propriis bonis ipsius mulieris, nam alia præsertim, quæ spectant ad ejus matrem, vel ab illa possidentur, ratione suarum dotium non sunt obnoxia huic oneri alimentorum, cum mater non teneatur alere filiam, nisi in subsidium, *l. si quis à liberis §. utrum ff. de liber. agnosc. l. penult. ff. eod. auth. si pater C. de divort.* Bero. *cons. 186. nu. 11. lib. 1.* Cæphal. *cons. 5. n. 63.* Clem. *de patr. potest. c. 4. n. 22.* ac Sud. *de alim. tit. 11 quæst. 14. n. 9.*

Verùm casus iste subsidii non videtur subesse, sivè 3
consideretur hæc mulier, uti monialis professa, sive ut conjux. Si namque consideretur, uti monialis, qualis verè dici debet, donec per rem judicatam fuerit decretum contrarium, Monasterium, quod habuit, & habet illius dotem tenetur ad alimenta, etiam quando actur lis vertitur super invaliditate professionis, ut ait Bartol. *in tr. de alim. nu. 43.* Surd. *loc. cit. quæst. 128. nu. 11.* Sanchez *in decal. lib. 6. c. 4. numero 8.* Add. ad Butr. *dec. 48. num. 17.* & facit textus *in l. si neaet ff. de lib. agnosc.* Rota *in Romana alimentorum* 11 Julii 1639. coram Pirovano, ac Sperellus *dec. 38. num. 34.* & generatim quod Monacho litiganti cum Monasterio sint abeo subministranda alimenta necessaria, inquit textus *in c. ex parte de accus.* & post Speculatorem *in tit de inquis. §. fin. num. 5.* & Canonistas *in d. c. ex parte*, fusè probat Surd. *loc. cit. n. 6.* & Afflict. *dec. 10. num. 2.* qua de re infra.

Præsertim verò attento decreto Sacræ Congrega- 4
tionis super reditu ad Monasterium, resumpto habitu juxta *cap. 19. S.* Concilii Tridentini; cui si dicta Mulier obtemperasset, non egeret alimentis. Unde sibi deber imputare, neque ex sua contumacia potest reportare commodum, dicente D. Augustino, relato *in can. non omnis 5. quæst. 5. quod utilius esurienti panis tollitur, si de cibo securus justitiam negligebat, quàm esurienti panis frangitur, ut justitiæ sectus acquiescat.* Idèoque nullam meretur indulgentiam, ut habetur *in l. pen. C. de jur. dot. & in c. intelleximus de jud. ac in l. si fidejuss. §. si necessaria ff. qui satis d. cog.* & probant Menoch. *de arbitr. cas. 182. num. 51.* Surd. *ibid. tit. 4. quæst. 5. n. 15. &* 16. Bald. *cons. 478. nu. 2. l. 5.* Tiraquel. *in l. si unquam n. 5. C. de revoc. donat.* Rota *in Ianuen. alimentorum 3.* Julii 1645. *§. fin.* coram Melzio. *& dec. 313. n. 10.* coram Durano. Declaratio enim S. Congregationis contra hanc mulierem emanata facit præsumptionem boni juris adeò, ut nullam subventionem alimentorum petere possit, ut post Mantic. *dec. 20. n. 1.* Caval. *dec. 467. n. 1.* aliosque ferè in hac specie, Rota *in d. Ianuen. §. aliud.*

Si verò consideretur, uti conjux, adhuc non poterit 5
gravari mater cum onus alimentorum teneatur subire maritus, quamvis non habuerit dotem, dum in hoc statu eam sciens, ac volens traduxit, *l. quod si nulla ff. de relig. & sumpt. fun. l. fin. C. de repud.* Surd. *d. tit. 1. quæst. 32. n. 11. & tit. 7. quæst. 6. n. 5. in fin. & quæst. 7. n. 6.* Vbi quod propterea ne pater quidem tenetur alere filiam, quæ aliter esset nupta, licet sine dote, Cyriac. *d. contr. 527. n. 24.*

Et quidem aut non est soluta à vinculo religionis, & 6
Monasterium tenetur illam alere, quinimò per censuras cogenda est redire ad Monasterium, & Moniales compellere ad illam recipiendam, ut dixit Rota *decis. 359. n. 2. & 3.* apud Duranum. Aut validè Matrimonium contraxit, & ad virum spectat alimenta tradere per textum *in l. si neget ff. de lib. agnosc.* Rota *in d. Romana alimentorum, & in dec. 213. num. 1.* coram Othobono, Fontanel. *de pact. nupt. tom. 2. claus. 6. glos. 2. n. 32. p. 4.* Gregor. *dec. 534. n. 2.*

Nec

7 Nec obstat, quod vir dotem non habuerit; quia hoc sibi imputare debet, Surd. *d. tit. 1. quæst. 22.* Minus officit, quod cùm ea non cohabitet, quia cum ex propria culpa id eveniat, & jussu S. Congregationis fuerint separati, & sic ex justa causa, ut dictum fuit *in d. dec. 313. num. 17.* non liberatur vir à præstatione alimentorum, Gloss. *in c. significasti v. materiam de divort.* & Cavaler. *decis. 469. numer. 2.*

8 Hinc mater nullo modo ad hujusmodi alimenta, & sumptus litis tenetur, eoque magis, quia nullibi constat de paupertate, nec de bono jure alimenta petentis ut copulativè requiri, ait Sperellus *decis. 188. numero 55.* Gregor. *decis. 189. numero 1.* & Cavaler. *decis. 467. numero item 1.* Non quidem de paupertate, quia probari debet, quinimò excluditur ex quo in ingressu in Monasterium fuit ei constituta dos, quæ loco alimentorum succedit per textum *in l. ubi actu C. de jur. dot. l. filium §. Titia ff. decondit. & demonstrat.* Surd. *d. titul. 1. quæst. 10. numero 19.* Afflict. *decis. 111. numero 10.* ac Rota *decis. 30. numero sexto, parte 7.* Non de bono jure. Quia id non resultat ex sententia nulla, & attentata, Rota *decis. 83. numero 1. parte 5. recent.*

9 Moderationem tamen suadet communis sententia quæ docet, deberi alimenta filiis, quantumvis propria culpa in paupertatem inciderint, quæ solum procedit secundum meram, ac præcisam necessitatem adeò, ut ad ejus limites tantum alimenta decernenda sint. Ita Corduba *in l. si quis à liberis §. sed si filius numero 72. ff. de lib. & posth.* Surd. *eod. tit. 4. quæst. 18. numero 56. & seq.* ubi quod dari debent tanquam eleemosina, *& tit. 7. q. 5. n. 12.* & Leoncil. *de privileg. paup. parte 2. privileg. 335. num. 30.* Unde alimenta petita in summa scutorum centum quinquaginta quolibet mense ab Abbate ab Auria post obtentam sententiam declaratoriam nullitatis suæ professionis, licet patrimonium esset ter centena millia scutorum, Rota reduxit ad scuta decem, & octo, ut *in Romana, sive Januensi pretensa nullitatis professionis* Februarii 1676. coram Cerro.

10 Et nihilominus dùm concurrunt paupertas, & boni juris præsumptio, quæ ad hunc effectum requiruntur, *leg. fin. §. quod si ei C. de ord. eccl.* Rota *in Fanen. dotis* 20. Novembris 1641. §. 1. coram Cerro, *& in Asculana pecuniaria 5.* Aprilis 1647. *§. dissoluto* coram Celso, subministrari debent alimenta juxta qualitatem personæ, ac sumptus litis.

Paupertas autem resultat, si fuerit nupta sine dote. 11
Quod autem ad effectum subministrandi alimenta, non attendantur divitiæ matiti, firmavit Rota *in Asculana 5.* Aprilis 1647. coram Celso. Præsumptio verò boni juris redditur certa, si nedum ex sententia super nullitate professionis, quæ sola ad id sufficit, *l. si instituta §. qui de inoffic.* ubi Doctores *ff. de inoff. testament.* etiamsi ab ista fuerit provocatum, Rota *in dicta Asculana §. præsumptio*, & in *Spoletana hæreditatis 11.* Februarii 1647. *§. & præsumptionem* coram Verospio, *& in Reatina Castrorum 19.* Junii 1646. *§. boni* coram Albergato, & præcipuè si colligantes insteterint pro remissoria, ut novis probationibus eliderent sententiam, ut per Rotam *decis. 657. numero octavo, parte quarta, tom. 3. recent.* Sed etiam ex probationibus in causa factis pro nullitate professionis, cùm tamen Judex, ut submin istrari faciat collitiganti pauperi alimenta, & sumptus litis, præsumptionem boni juris deducere possit etiam ex quacumque summaria probatione, quamvis levi, ut per Covar. *pract. quæst. c. 6. vers. secundum quod*, Rimin ald. *cons. 337. lib. 4. vol. 4.* Gratian. *discept. 236. numero 52.* ac Rota *dec. 500. num. 2. parte 4. diversi. & dec. 427. nu. 3. parte 4. tom. 2. recent. & in d. Fanen. dotis §. Demum* coram Cerro.

12 Nec pro elidenda hujus boni juris præsumptione attendenda est, si allegetur notoria nullitas dictæ sententiæ, Nam quicquid sit, an ex sola nullitate sententiæ præsumptio boni juris excludatur; nam jura copulativè requirunt etiam notoriam injustitiam, ut loquitur Rota *dec. 38. part. 5. recent.* Cavaler. *d. dec. 467. numero secundo.* Cùm sanè nulla ratio suadeat, quod præsumptio boni juris, quæ consistit in justitia sententiæ, & ex quacunque summaria probatione resultat, excluså remaneat à sola sententiæ nullitate, quæ saltem adeò requireretur indubitata, ut de illa ne per imaginationem quidem dubitari posset.

Quare non subsistit, quod hujusmodi alimenta, & 13
sumptus litis debeant subministrari vel à Monasterio, vel à Marito. Nam præmisso, quod de alimentis ad sumptus litis non fit illatio, ut dixit Rota in dicta *Fanen. dotis* 20. Novembris 1641. *§. minus*, ubi in terminis, mariti, quod non teneatur ad sumptus litis motæ per uxorem, licet ad alimenta teneretur pro rata dotis solutæ, dicta alimenta non sunt subministranda per Monasterium, quia ipsum non tenetur alere, nisi Moniales intra Clausuram Monasterii ad formam propriæ regulæ, secus autem amplius non Monialem, quicquid sit quando inter Monachum, & Monasterium vertitur lis, in quibus terminis loquuntur jura, quæ contra produximus.

Neque præstari debent à marito, sive quia ex facto par- 14
tis, tanquam impugnantis nullitatem professionis, uxorem non retinet in obtequis, ut omninò requiritur, ut vir uxori, etiam diviti præstet alimenta, quando illam sine dote accepit, ut per Surd. *d. tit. 1, quæst. 32. numero 8.* Sive quia non censetur, quod maritus voluntariè Matrimonium sine dote contrahat, si illud contrahat bona fide, ut ex illo pinguem dotem consequatur, ut in terminis durioribus, quod maritus habens uxorem divitem, possit ab illa petere competentem dotem, alias illam è domo expellere, firmavit idem Surd. *d. quæst. 32. numero undecimo.*

Secus autem in casu, in quo maritus voluntariè Matri- 15
monium contrahat sine dote, in quibus terminis procedunt Doctores firmantes, teneri uxorem alere. Sive tandem, quia alimenta non sunt alteri præstanda ab eo, qui alimentis indiget. Maritus enim, sive quicumque alius, non tenetur ad alimentorum præstationem, nisi facultas subsit ad illa subministranda, ut ex aliis cumulatis dixit Rota *in Romana sumptuum litis 19.* Januarii 1633. coram Dunozeto, & alias sæpè.

Quod verò ad quantitatem, ponderanda sunt qualitas 16
personæ, quantitas patrimonii, locus, tempus, sumptus litis, & id genus alia, quæ prudenti Judicis arbitrio relinquimus, de quo etiam infra.

Porrò Monachus contra Abbatem litigans, lite pen- 17
dente, alimoniam, & expensas litis usque ad finem, & executionem causæ, modo principaliter ad utilitatem Monasterii agitetur, à Monasterio habet, textus *in d. c. ex parte*, ubi Decius; Felinus, Panormitanus, aliique communiter, *& in c. olim. de accusationibus*, Lupus de Palat. *in repet. c. per vestras §. 39. numero secundo. de donat. inter vir. & uxor.* Afflict. *decis. 10. numero 1.* Sichard *in l. ubi adhuc 29. numero 17.* ubi hoc ipsum jus ad pauperes appellatos extendit *C. de jure dot.* Salicer. *in l. fin. C. de ordin. cognit.* Pontan. *de aliment. c. 13. num. 1.* Et hoc, ut advertit etiam Martin. Coler. *eod. tract. de aliment. lib. 1. c. 14. numero 53.* ad similitudinem filii familias. Quod si enim contendatur, Titum esse actoris patrem, aut à Seia, illum suum esse maritum, Judex, quo summaria quadam cognitione adhibita de inopia, & conjunctione istiusmodi constiterit, actori, aut actrici interim alimenta adjudicabit, donec Titius filium, aut uxorem illius non esse definitivè pronunciatum fuerit. Ita textus est apertus de filio, & patre *in d. l. si quis à liberis §. si vel parens, ff. de alend. liber.* Et de uxore *in l. si neget* ubi Bartol. *ff. eodem* Covar. *tom. 2. prin. quæst. c. 6. numero octavo*, Pontan. *d. c. 13. numero quinto*, Martin. Coler. *d. lib. c. 10.* ubi de alimentis uxori à marito debitis tractat.

Nedum autem contra regulam *in l. Imperatores ff.* 18
de tut. & rat. distrahend. & rationem illius *in l. minùs grave, C. de testibus, l. qui accusare C. de eden.* relatam

quando actio præjudicialis proponiiur, cujus saltem consequens est alimentorum præstatio, reus actori inopi alimenta, & sumptus litis præstare cogitur, verùm etiam ubicumque litigatur super bonis, quæ actor communis ad se solum pertinere prætendit, Judex ex bonis controversis pro suo arbitrio quæ enim sit quantitas alimentorum definienda, moderato Judicis arbitrio relinquitur *in d. l. fin. & facit l. 11 ad finem ff. de jur. de lib. e. cauſis de offic. deleg.* Covar. *d. loc. num.* 7. Boer. *dec.* 324. *num.* 24. qui communiter ait quartam partem ejus, quod deducitur in judicio ad hæc alimenta, & litis expensas dari] de alimentis litis actori inopi contra possessorem, reum prosperciat, textus celebris *in d. l. ult. § quod si ei C. de ord. cognit. & alias in l. si instituta vigesimo septimo, §. de inofficioso ff. de inoffic. testamento in cujus § explicationem*, vide quæ acutè, & doctè tradit Covarruvias *d. c. 6. num.* 6. & ex eo Menoch. *de præsumpt. libro* 1. *quæst.* 35. *num.* 4. *& seqq.* Martin. Coler. *supra cit. loc. num.* 4. Pontan. *d. c.* 13. *nu.* 6. & 7. Matth. Coler. *de proceſſ. execut. parte* 1. *capite secundo, à numero* 118. Alciat. *reg.* 3. *præſ.* 9. *num.* 9. & 10. Afflict. *d. dec.* 10. *num.* 2. ubi ait: Et licet textus *in dict. §. de inofficioso* loquatur in causa appellationis, tamen idem dicendum est in causa principali.

19 Et quod ex identitate rationis, quæ est *in d. §. de inofficioso. & in d. §. quod si ei*, ubicumque reus, bona, propter quæ litigatur, possidet, Judex actori inopi, & non levem insuper pro suo jure præsumptionem habenti, ad petitionem suam de alimentis providere debet, docet ultra citatos Guidopapa *dec.* 561. Paris. de Put. *de Syndic. v. expensa num.* 21. Decian. *vol.* 1. *respons.* 66. Lupus *ad d. §.* 39. *nu.* 2. & 3. Volens etiam cum Fisco litiganti, si & pauper sit, ac insuper præsumptionem justitiæ super bonis de quibus litigatur, pro se habeat, expensas à Fisco subministrandas esse.

20 Aliud exemplum occurrit in patre inope, cui filii præ defuncti hæreditatem petenti ex identitate rationis alimenta adjudicat, Menochius *d. loco numero* 17. Aliud in uxore inope, dotem à marito repetente, ponit Afflict. *d. dec.* 10. & 152. Mysing. *cent.* 6. *observat.* 1. *numer.* 1. Hyppol. de Marsil. *in l.* 1. *§. cum quis latrones numero* 8. *ff. de quæst.* Sichard. *cit. numero* 17. Aliud in fratre inope fratris præmortui, & neque descendentes, neque ascendentes habentis hæreditatem ab extraneo vindicante dat Covar. *d. loco num.* 6. Martin. Coler. *ibid. num.* 45. & *seq.* ubi Duegnam, Menochium, & alios inter cauſam testati, & intestati distinguentes, refutat, & Vasallo inopi contra Dominum feudi litiganti alimenta ex bonis, de quibus lis est, attribuit Menoch. *loc. cit. numer.* 22. atque ex bonis attestatis, vel sequestratis ei, apud quem inventa sunt, si aliunde non habeat, alimenta deberi, sentit Matth. Coler. *de proceſſ. execut. d. parte* 1. *capite secundo, num.* 87. 88. & 127. post Franc. Curt. *de sequestr. quæ.* 1. *si num.* 10. *ac* 11

21 Quicumque interim detur casus, Judex super utriusque litigatoris, jure, & præsumptionibus exactè perpensis, alimenta actori ex bonis controversis ante non definiet, quàm quæ in quovis casu ad constitutionem alimentorum suorum præcisè requiruntur, Lancellot. *de attent. parte* 2. *c.* 4. *limit.* 11. *numero* 41. Lupus *d. loco*, ubi primò actorem inopem, & secundò majorem pro ipso, quam pro reo militare bonæ cauſæ principalis præsumptionem viderit. Ut enim divitem, & aliunde, unde se alat, habentem actorem, dato, bonam cauſam foveat, lite pendente reus alat, hoc & grave nimis, *argum. l. nimis grave*, ubi habetur, neminem compelli adversario suo de domo sua arma subministrare *C. de testibus*. Et præsentium litis alimentorum naturæ adeò est contrarium, ut etiam propter alimentarii supervenientem opulentiam, & semet exhibendi facultatem, alimenta, ac litis expensas præstandi obligatio experiret., & esse desinat, Coler. *d. tract. de alim. libro secundo, cap.* 12. *à numero* 137. Surd. *eod. tract. tit.* 7. *quæst.* 42. *num.* 6. Lancel *d. limit.* 11. *num.* 44. Ludovicus de Casanate *toto consil.* 27. *& ibidem numer.* 9. dicens, hanc sententiam esse nedum veram, & communiter receptam, sed & contradictore, quem ille quidem viderit prorsus carere, Jason. *in l. servianos num. ultim. C. de testament. milit. per rationem in cap. cum cessante de appel.* & argumentum à contrario sensu divisum *in d. cap. ex parte v. cum proprium non habeant d. §. de inofficioso, v. propter inopiam pupilli, d. §. quod si ei, v. si aliqua facultas esse non poterit*, Coler. *d. tract. de aliment. lib.* 2. *c.* 12. *num.* 137.

Cæterùm prout de inopia, ita etiam de justitia cauſæ 22 principalis judicii antequam alimenta decernat, evidenter constare debet, Decian. *d. capite* 66. Nam quod *in dict. cap. ex parte Monacho in dict. §. vel parens, filio, & in dicta l. si neget*, uxori alimenta fuerint decreta, hoc illic Ordinis professio, istic filiationis quasi possessio, & hic pro conjugio militans præsumptio fecit. Sic *in dict. leg. fin.* qui in servitutem vocabatur erat non modo in quasi possessione libertatis, sed & bonorum, à quibus fuit ejectus, dominus esse præsumebatur, & in casu *dict. §. de inofficioso*, nepos querela inofficiosi ad paternorum bonorum restitutionem agens; sententiam primæ instantiæ pro se habebat, proinde quia pro sententia præsumitur adeò, ut de iniquitate illius conquerens, eam probare debeat, *cap. cauſam, quæ*, ubi Glos. *v. nitebatur de re jud.* meritò decidit Ulpianus, appellantem, appellatione pendente, appellatio inopi usque ad finem litis ad alimenta teneri.

Ex quibus intelligimus, nec inopiam sine bonæ 23 cauſæ principalis præsumptione, neque hanc sine illa, sed actoris inopiam cum bonæ cauſæ præsumptione, eaque non qualibet, sed urgentiori aliqua à reo non elisa, conjunctam, alimentorum litis Constitutionem operari, Covarruvias, Decianus, Pontanus, & alii supra citati.

Quid enim si Judex utriusque litigatoris jure exactè, 24 ut debet, collato, urgentiorem pro reo, quàm pro actore præsumptionem, & verbi gratia filio alimenta petenti, ingratitudinis, aut aliam cauſam, ob quam filio alimenta jure denegantur, à patre oppone? Aut si filium adoptivum patris legitimos, & naturales liberos habentis testamentum impugnari videtur? Quid si filia naturalis tantum contra defuncti filios legitimos, & naturales simul petitionem hæreditatis paternæ intentet? Quid si fur à mercatore, qui rem furto sibi subtractam, sequestrari fecit, alimenta petat? Certè nullo horum casuum alimenta, lite pendente, actori debebuntur. Quia jura liberorum ingratorum. Martin. Coler. *tract. de aliment. lib.* 1. *capite secundo, numero* 88. *& eodem libro cap.* 14. *numero* 52. Em. Suar. *in thesaur. comm. opin. lit. A. num.* 164. Ascan. Clem. *de patr. potest. capite* 7. *effect* 17. *numero* 31. *& seq.* ubi, & alias cauſas, ex quibus filio justè alimenta denegantur, recenser; adoptatorum, *§. sed eo omnia, v. testamento autem, institut. de æred. ab intest.* Menoch. *dict. quæst.* 35. *numero* 4. Et naturalium tantum, *authlicet C. de natural. lib. nisi vel* 89 *capite secundo*, prout & furis petitioni manifesto resistunt, *l. 1. C. de infant. expos.* Rebuff. *in Com. an Constit. reg. tom.* 1. *tit. de sent. provis. in præf. num.* 116. citati à Martin. Coler. *d. loco nu* 49. Boer. *dec.* 21. *num.* 8.

Laudabilis itaque erit praxis, ut partes hinc inde super 25 puncto alimentorum, priusquam Judex se in eo resolvat sufficienter audiat. Usitatum namque est, ut ad judicialiter porrectum supplicationem pro decernendis alimentis in puncto alimentorum excipiatur, replicetur, duplicetur, & sic tam cauſæ principalis, quàm inopiæ partis statu ex actis didicito, alimenta, si ita videbitur, decernantur. Et non aliter.

Verumtamen haud rarò fit, ut post injunctam execu- 26 torialium paritionem, reus nihilominus exceptione non præstitæ cautionis de restituendis alimentis, si fortè actor in cauſa succubuerit, solutionem definitæ quantitatis alimentorum retardet. Ideò quæritur, an in cauſa succumbens ad restitutionem alimentorum perceptorum victori suo teneatur? Id ne pauperes ad temerè litigandum invitentur, vult Covat. *dict. capite sexto, numero* 7. *per*

per l. cum autem §. cum redhibetur mancipium, ibi: *Quod tardius ei hominem restituit, ff. de edilit. edict.* Cui verò respondet, contrarium statuens Menoch. *d. lib.* 1. *præsum. quæst.* 36. *nu.* 36. *ac seqq.* Coler. *d. tract. de alim. c.* 14. *num.* 57. Masuer. *in princ. tit. de possessorio num.* 27. Boer. *dec.* 324. *nu.* 3. *& seq.* Afflict. *decis.* 152. *numer.* 4. qui omnes alimentarium hunc ad restitutionem alimentorum, consequenter etiam ad aliquam cautionis præstationem, non teneri, sentiunt, morti textu *l. 1. §. inter esse ff. si mulier ventr. nom. in pos. mis.*

27 Quicquid autem sit, ego Covarruviæ, & qui cum ipso facit Joannis Paponii *lib.* 18. *Arest. 6. tit. de provisionibus alimentariis sententiam sequor*, ita, ut saltem actor ad juratoriam cautionem, quatenus de jure ad cavendum teneretur, offerat.

28 Ad materiam alimentorum litis tandem, & hoc, quia notabile, addo. A sententia in favorem alimentorum super puncto futurorum alimentorum appellari quidem posse, sed, ne, appellatione pendente, pauper appellatus interim fame pereat, inhibitionem non decerni. Bartol. *in l. Mela in fine, & in l. solent ff. de alim. & cib. leg.* Lancell. *de attent. p.* 12. *limit.* 24. Jas. *in l. de alim.* 8. *nu.* 8. per eundem textum C. *de transact.* Angel. *in l. penult. in fin. de his, qui sunt sui, vel alien. jur.* Tiraquel. *in tract. de privil. pia cauſa privil.* 153. Omnes *per l. final.* ubi de cauſis dilationem non recipientibus, ait in genere, & inde exemplis aliquot illustrat Jurisconsultus, appellationem non permitti, *ff. de appell. recip.*

29 Arqui assumo ego, alimentorum Constitutio periculosam dilationem, ob quam etiam diebus feriatis Prætor desuper adiri potest, *l. eadem ff. de fer.* & cauſa alimentorum inter extraordinarias refertur, non recipit, sed celerrimè expediri debet, *d. l. 2. juncta l. 1. ff. de damn. infect. cum necare videatur qui obligatus, alimoniam denegat. l. necare 4. ff. de agnosc. & alend. lib.* Ergo nec appellatio in puncto alimentorum, quoad effectum suspensivum admitti debet. Ex eodem quoque fundamento etiam revisionem in alimentorum puncto rejicio, non alia ratione, quàm quia regula est, ut in quibus cauſis, & casibus, de quibus latè Maranta *in spec. part. 6. sub rubr. & quandoque appellatur à nu.* 278. appellare non licet, in illis etiam contra sententias revisionem petere non licet, Bender. *de revis. concl.* 25. *num.* 69.

CONSULTATIO CLXXVIII.

Uberiùs disceptatur, An professus, qui post rem judicatam dimisit habitum, acquiescente religione, possit cogi à consanguineis, aliisve ad illum resumendum, aut impediri effectus rei judicatæ prætextu, quod habeant interesse bonorum, vel criminis sibi objecti?

1 REspondeo, non posse. Quia cùm is habitum dimiserit vigore sententiæ latæ super nullitate suæ professionis inter ipsum, & Religionem, non possunt Consanguinei, aliique cogere illum ad resumendum habitum, quamvis allegent suum interesse ratione bonorum, vel criminis metus, qui ab ipsis dicitur incussus, ut latè probat Larrea *decis. Granat.* 63. *à num.* 5. Pasqualig. ad Lauretum de Franch. *de controv. inter Episc. & Regular. parte* 1. *num.* 27. Maranta *resp.* 38. *parte* 2. quos alibi adduxi, quibus addo Bordon. *resol. moral. parte* 2. *resol.* 69. *quæst.* 38. *num.* 59. *& de profes. regular. c.* 22, *nnm.* 41. ubi in fine dicit, nunc esse solitum apponi clausulam, vocatis vocandis, secus igitur, quando non apponitur, Donat, *rer. regular. parte* 4. *tract.* 12. *quæst.* 9. *num.* 11. ac specialim firmavit Rota coram Merlino *dec.* 455. *in fine, & dec.* 523. *num.* 1. *& seq.* ubi dicitur, religiosum non teneri habitum resumere, quando pro resumptione non instat religio, sed consanguineus.

2 Ratio autem est, quia nullitas professionis respicit solam religionem, interesse autem consanguineorum, licet resulter ex hac nullitate, est tamen separatum, potestque alio modo reparari, instituendo super illo judicium diversum; alias plura sequerentur absurda, Interesse enim Religionis, quod est præcipuum, quandoque concernente temporale, & Monasterium cogeretur recipere liberum à professione, cum periculo illius animæ, ejus professio legitimè declarata fuit irrita. Quare consanguineus prosequi debet suum interesse in judicio separato.

3 Hinc in fortioribus terminis Portel. *de dub. regular. v. professionis nulla reclamatio num.* 46. declarans verba Concilii, quibus decernit, quod reclamans non audiatur absque habitu post Navarrum, & Rodriguez ait, illius dispositionem non prodere, quando jam præcessit habitus dimissio, quæ non debet adeò præjudicare homini miſero, ac miserando, ut teneatur invitus toto vitæ suæ tempore jugum tam difficile post declaratam nullitatem professionis, maximè invita ipsa religione, cui expedit illum non habere; alioquin magnum sequeretur absurdum, quod professio, quæ est contractus inter solam religionem, & professum, penderet à consanguineis, aliisve, & quidem laicis, quod abhorret ab omni jure; quia sola religio potest judicare super nullitate professionis, ita, ut etiam, elapso quinquennio, possit ejicere professum, cujus professionem cognovit esse nullam, cum quinquennium datum ad reclamandum, sit præscriptum soli religioso, non autem religioni. Unde multò magis potest agnoscere bonam fidem, & acceptare sententiam latam super nullitate professionis, remanente illæso jure consanguinei agendi pro suo interesse, ut præter alios tradunt Peyrin. *de subdito tom.* 1. *q.* 1. *c.* 25. §. 4. Luz na *quæst. regul. par.* 1. *c.* 2. *n.* 27. Anton. à Spiritu Sancto *in direct. Regular. p.* 2. *tr.* 3. *disput.* 3. *sect.* 4. *n.* 169. ac Pellizar. *in manual. regular. tr.* 3. *c.* 5. *sect.* 2. *n.* 48. Cimmarat. *d. resp.* 3. *n.* 19.

4 Nec obstat Rota coram Merlino *decis.* 455. *in fine*, & *decis.* 523. Nam in utraque firmatur, eum, qui sententiam obtinuit super nullitate professionis, non teneri resumere habitum. In eo item casu lis agebatur cum consanguineo super successione bonorum, non autem cum Monasterio, ut in ejus *num.* 29. Decisiones verò in cauſa *Metensi professionis* coram Durano *decis.* 313. 342. & 399. non adaptantur. Primò, quia in ea sententia non solum professio fuit declarata irrita, sed etiam fuit pronunciatum super interesse consanguinei, declarando, Monialem esse admittendam ad successionem bonorum, ut videre est in principio dictæ *dec.* 313. Secundò, quia ibi agebatur de muliere, in qua timebatur periculum pudicitiæ, & quod amplius est erat materia nutritiva peccati cum periculo animæ, quia remansisset mera fornicatio, si professio fuisset declarata valida; ideòque debebat elegi pars tutior, sequestrando mulierem in Monasterio, prout respondit Rota *in dec.* 311. *n.* 8. & 9. *cum seq. par.* 4. *tom.* 2. *rec.* Quæ rationes non militant in viris professis. Tertiò denique, quia *in dicta Metensi* dimissio habitus fuit attentata, uti facta pendente termino ad appellandum, secus autem si facta sit post rem judicatam.

5 At quid, si consanguinei, aliive ante prolatam sententiam comparuerint in judicio, & petierint admitti ad cauſam pro suo jure, & interesse, & Judex illos rejecerit?

6 Respondeo. Si cauſa agitata fuerit coram Judice Ordinario, poterit quidem de hac re disputari; Si verò agitata fuerit coram Judice delegato vigore specialis commissionis Sanctissimi, in qua non aderat clausula, *vocatis vocandis*, neque clausula, *Omnesque alios in executione nominandos*, neque alia æquipollens. Judex delegatus non poterat illos admittere etiam de voluntate partium, ut distinguendo inter Judicem Ordinarium, & delegatum declarat Mandos. *in commiss. 9. post med.* ac Rota apud Bisignetum *dec.* 4. *nu.* 2. *de appellat. ac dec.* 8. *de reser. in nov.* & coram Seraph. *dec.* 1100. *n.* 4. *& in Romana pecuniaria* 3. Junii 1645. coram Verospio.

7 Hinc inolevit praxis, ut quando tertius vult admitti ad causam coram Judice delegato, expediatur commissio specialis super ejus admissione, sine qua audiri non potest, ut per Ridolphin. *in prax. p.2. c.4.n.18.* & in his terminis Gratian. *discept.850.n.1.*

8 Quod autem Judex sit delegatus, cognosci potest, si causa non fuerit commissa Ordinario, sed alteri per Breve Summi Pontificis cum speciali facultate cognoscendi causam restitutionis in integrum post lapsum quinquennii, quam Ordinarius concedere non poterat. Quando enim commissio contineat aliquid, ex quo augetur, vel minuitur jurisdictio ordinaria, vel agitur de actu, quem Judex nequit facere, uti Ordinarius, semper dicitur procedere jure delegato, Gratian. *discept.55.n.11. & seq.* Add. ad Gregor. *dec.204.nu.32.*

9 Quarenus verò prætenderent, quod saltem sint admittendi; Respondeo, quod aut volunt audiri vigore appellationis, prosequendo eandem causam; aut pro jure suo separato, ac independenti à Jure Religionis. Si primò modo, non possunt audiri, nisi in statu, ac terminis, in quibus causa reperitur juxta communem omnium sententiam, quam firmat Put. *dec.71. n.1.& 2. lib.3.in correct.* ac Rota *in recent.dec.98.n.5.in fine, & n.6.p.1. & dec.288. nu.3.& 4. sum.seq. par.9.* ubi dicitur procedere, etiam si Tertius alleger nullitatem sententiæ, *& in Senogallien. bonorum* 15. Maii 1645. coram Cerro, §.1. quæ est in eadem *par.9.dec.346.num.1.ac seqq.*

10 Cùmque reperiant, sententiam transiisse in rem judicatam, & mandatam executioni, non possunt retractare illius effectum, neque executionem sententiæ, sed admittuntur solum ut possint audiri, dum superveniant, re non integra, ut declarat Ridolphin. *loco cit.part. 2.c.4.num.* 331. ac Rota *in recent. dec.17. num.6.part.3.* juxta priores impressiones, cùm in ultima per errorem fuerit omissa *& dec.313.num.11.& 11.par.6.* In quibus firmatur, nihil referre, an veniens ad causam sciverit, an ignoraverit causam agitari.

11 Aut volunt audiri secundo modo, deducendo jus suum principaliter, uti diversum à jure religionis, prout possunt, & hoc modo venientes nequeunt impedire expeditionem causæ inter jam liberum à professione, & Religionem jam victam, & rei judicatæ acquiescentem, ut in hac specie firmat Larrea *d. dec.63.num.5.ac seqq.* Camerat. *d.resp.3.num.20. ac 21.* & Maranta *in cit.resp.38. nu.29. parte 2.* & generatim, quod tertius deducens jus suum principaliter, non se ingerat in aliam causam, nec possit illius executionem impedire, est celebris *decisio 4.* Bisigneti *de judic.* quam sequuntur omnia Tribunalia Europæ, ut patet apud Franch. *dec.261. num.10.* Fab. de Ann. *cons.97. num. 10.* ac sequitur Hieron. de Leo *decis. Valent. 116.num.15. ac seqq.par.1.* & Rota *in recent. dec.357.num.7. & 8. part.6.*

12 Idemque procedit, si peteretur restitutio in integrum. Nam quando executio est incepta, restitutio illam non retardat, Rota *dec.64.num.1.& dec.201.v. item 1. par.2.& dec.269 n.2.& 3.par.7.recent.*

13 Atque ex his liquet, quod nullo jure consanguinei, aliive possunt impedire, ac retractare executionem jam factam, & quod prætextus eorum interesse ratione bonorum, vel criminis metus incussi dicitur separatus ac diversus, illisque remanet illæsus, ut possint pro illo agere in judicio separato per novum processum, non autem ut possint impedire effectum sententiæ, jam latæ, contra Religionem, multòque minus possint cogere ad resumendum habitum regularem, jam legitimè dimissum. Nam id esset contra omnia jura, & contra opinionem omnium, ac sequerentur absurda superius tradita.

CONSULTATIO CLXXIX.

An, & quatenus concedenda sint remissoriæ pro examine testium in partibus ad reprobandum testes examinatos pro nullitate professionis, præsertim in moniali, legitimè à monasterio egressa, & Matrimonio in facie Ecclesiæ conjuncta?

CEnseo, non esse concedendam, sed testes esse evocandos ad Urbem in casu, quo causa est gravis, & in qua propter potentiam partis dubitari possit de subornatione, quo in casu nunquam conceditur remissoria ad partes, *c.cum olim.1. de privil.* Jo. Andr. *in c.2.nu.9. de testibus*, Severol. *de remiss. c.4.nu.9.* aliique adducti à Rota *dec.212. num.4.lib.2.p.3.diverf.* Pegna *dec.1299.nu.3.& 4. & in Camerinen.pensionis* 4. Maii 1640. coram Bichio, & *in Romana successionis* 4. Julii 1642. coram Carillo. *& in Pampilonensi decimarum* 15. Junii 1598. coram Orano. Præcipuè concurrente fumo de metu incusso aliis testibus; Rota *dec.146.nn.5.p.5.rec.* Veral. *dec.50.nu.6.par.3.* Et quem solum sufficere, ut testes sint in curia examinandi, tradit Ubert. *de citat.c.13 n.428.in fin.p.3.* Eoque magis si pars adversa instituit, ac obtinuit, ut prætensa Monialis examinaret in curia, quo in casu ibidem debet cogi, suos examinari ex æquissimo edicto, quod quisque juris, ut in terminis est textus *in d.c. cum olim*, ubi Glossa *v.onus*, & Fastol. *dub.28.*

Causæ gravitas est planè certa, dum agitur de validitate, ac invaliditate professionis, atque adeò de subsistentia, vel insubsistentia matrimonii in facie Ecclesiæ celebrati, ex quo procreati sunt filii, Rota *in Tullensi Matrimonii 9.* Februarii 1654. coram Albergato. Potentia verò probanda est, quæ eo magis timenda est, si uxor non possit accedere ad locum, in quo testes examinandi sunt, ejusque maritus, uti externs, ibi non habeat nec consanguineos, neque amicos, qui assistere possint examini. Quod considerandum est, dum ab hisce probationibus pendet omnino rei exitus. 2

Neque obstaret, quod in comprobationem articulorum sint examinandæ Moniales, quæ nequeunt traduci ad curiam; ideòque concedenda sit remissoria. Nam id non procedit, si omnes Moniales, quæ tempore professionis hujus mulieris reperiebantur in Monasterio, & poterant habere notitiam hujus causæ, fuerint pro hac parte examinatæ in prima instantia. Unde eum deposuerint medio juramento super nullitate professionis, sequitur, quod non sint subjiciendæ examini super articulis partis adversatricis directè contrariis, Rota *in Tullen. Matrimonii* 12. Januarii 1654. *in fine* coram Albergato. 3

Est igitur deneganda remissoria, quando non solùm articuli sunt irrelevantes, juxta *decis.* Cassadori *2.nu.1. de dilat.* Cæsaris de Grassis *dec. 1. nu.1. eod.tit.* Veralli *dec.66. p.3.* Cavalerii *dec.268.num.1. & in Melevitana hæreditatis* 14. Maii 1642. coram Dunozeto, sed etiam quando sunt valdè suspecti de calumnia, & subornatione ad causæ expeditionem retardandam, Gregor. *dec.211. nu.6.* Rot. *dec. 260.n.3.p.4. diverf. & in Cremonen. pensionis* 4. Maii 1635. coram Coccino. 4

Articuli autem essent irrelevantes, primò si super exploratione voluntatis mulieris facta ab Episcopo contineant materiam, quæ per scripturas probatur, ut si de dicta exploratione publicum instrumentum fuerit confectum. Unde non debet super hoc articulo alia remissoria concedi, sed instrumentum cognosci, Rota *dec. 46. de testibus in antiquis*, Bellamer. *decis. 9.* Gregor. *decis. 253. numero 1. & in recent. decis. 114. num.1. part.1.& decis.589. numero secundo, parte 2.rec.& in Salisburgensi jurisdictionis* 16. Decembris 1652. coram Tarraconen. maximè si instrumentum sit jam productum, & ex ejus inspectione cognoscitur ejus valor, quamcumque probet. ut dictum fuit *in dicta Cremonen.* coram Coccino. Nec aliquid aliud probaret depositio, sive relatio Episcopi, qui explorationi præfuit; quam instrumentum. Idque, vel tanquam superflua, vel si discors, uti contraria instrumento, utroque casu rejici debet. ut dixit Rota *in S. Angeli Lombardorum* 26. Aprilis 1641. §. *explanata* coram Peutingerio. 5

Præsertim verò si exploratio esset suspecta, ut si facta fuerit ad crates Monasterii, cùm tamen per suspicionem metus, & coactionis eidem Episcopo nota, fieri debuerat in Ecclesia, vel alio loco undique aperto, ac libero, ut tradunt Sbroz. *de offic. Vicar. lib. 2. q. 108.* Tambur. *de jur. Abbat. disp. 4. q. 2. n. 6. ac seq.* & ex sententia S. Congregationis super Episcop. & Regular. Barbos. *apost decis. collect. 298. n. 1. ac de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 100. n. 5. & ad cap. 17. sess. 25. de regular.* ac Rota coram Seraphino *decis. 1166. n. 2.* Vel si non fuerit in ea exploratione præfixus puellæ terminus quindecim saltem dierum ad deliberandum, cum professio facta intra decem dies post exploratam voluntatem redditur suspecta, Tambur. *loc. cit. numero 10.* & Barbosa *ibidem.* In casu verò, quo non interesserit suspicio, vis, ac metus, exploratio facienda est ad crates, quemadmodum jubet Constitutio B. Pii V. relata à Rodrig. *in compend. resol. regular. resol. 101. n. 81.* & à Donato *in praxi tom. 3. de recept. monial. tr. 9. q. 80. nu. 50.* & per mensem ante professionem, ut *ex d. cap.17.* Concilii, & ex dicta Constitutione B. Pii intra quindecim dies postquam Episcopus fuerit requisitus. 6

7 Secundò esset irrelevans articulus super exercitio quorundam officiorum, quæ nonnisi à professis exercentur. Quia non purgant metum, neque inducere possunt ratificationem professionis meticulosæ, & coactæ, durante adhuc causa metus, ut sæpè alibi diximus. Quicunque enim actus, etiamsi liberam præse ferant voluntatem, dum causa metus durat, metum non purgant, sed confirmant, Rota post 2. *vol.* Farinac. *dec. 263. n. 3.* Gregor. *dec.392.nu.2.3.& 6.* Add. ad Burat. *dec.205.num.35.* Et quod, durante causa metus, sit fermè impossibile probare contrarium, tradit in specie Rota *in Metensi professionis dec.179.n.4. par...recent. & in Ulyssiponen. nullitatis professionis* 19. Januarii 1646. §. *& probato* coram Arguelles.

8 Præcipuè si hic articulus contineret, quod Monialis fuerit Ostiaria, ac proinde si voluisset, potuisset fugere è Monasterio. Nam id non tollit metum. Quia facilè potuisset comprehendi. Et quia ex fugâ actiorem patris, fratris, matris, aliorumque iram auxisset, gravioremque iracundiæ causam dedisset, & post egressum in majores angustias se conjecisset, ut in terminis ad excludendam metus purgationis, ait Rota coram Seraphino *dec.671.*

9 Tertiò, si contineat materiam nimis inverisimilem, ut si, stante magno testium numero in partibus, & in curia examinato, qui unanimi dicto metum, & coactionem concludenter probant, Rota *dec.10. nu.22.& seq. & dec. 146.nn.3.& 4.par.5.rec.* petatur remissoria ad probandum contrarium.

10 Quartò eodem defectu inverisimilitudinis laboraret articulus super ratificatione professionis in gravissima infirmitate, si contrarium deponant Moniales. Est enim ferè impossibile, quod ratificatio facta in infirmitate possit ab aliis, quàm à Monialibus probari. Cùm non potuerint alii Monasterium ingredi, & ad infirmam accedere etiam si Moniales, quarum maximè interest, quod professio sit valida, contra illam unanimiter deponant, valdè inverisimile est, quod in his circumstantiis possint alii de ratificatione testari. Quæ inverisimilitudo satis est, ut remissoria denegetur, Cavaler. *dec.87.num.3.& dec. 323.n.23.p.5.rec.*

11 Quintò. Si articulus contineret, quod Monialis fuerit à matre inducta ad impugnandam professionem. Esset manifestè calumniosus, si contra confessionem ejusdem matris in causa contra filiam se fecit admitti, & nunquam conceditur remissoria ad probandum contra propriam confessionem, Duran. *dec. 24.n.3.* Burat. *dec.877.n. 7. & in Salamantina decimarum 26.* Junii 1652. coram Dunozetto.

12 Sextò denegatur remissoria, si petatur post didicita testificata testium examinatorum in partibus, & in Curia, ut per Orhobonum *dec.39.n.22.* Gregor. *dec.496.n.1.*

13 Vice versa articuli sunt admittendi, ac testes examinandi in Curia pro nullitate professionis. Ad hunc enim effectum sufficit. Articulos esse relevantes, ut admittantur, etiam in omnibus, in quibus alias non admitterentur, Veral. *dec.47.par.1.& in Romana pretii* 10. Aprilis 1641. coram Pirovano, *& in Romana decimarum* 19. Aprilis ejusdem anni coram Bichio.

14 Et in materia tam gravi, in qua agitur de statu personæ; Gloss. *in c.mulier de jur.* non solet, neque debet denegari remissoria sine aliis requisitis, cum sit materia profana, ut inquit Rota *in Tullen. professionis* coram Merlino *dec.445.nu.1.& seqq.& in Ulyssiponensi nullitatis professionis* 24. Januarii 1638. coram Carillo.

15 Præsertim si lis est, non cum Monasterio, sed cum consanguineis, qui agunt, non propter bonum, sed propter bona. Quo in casu facilius est danda, Merlino *loco citato in fine.*

16 Relevantes, autem dicuntur articuli, quando faciunt ad causam aliquo modo, etiam per viam adminiculi, Bald. *in l. ad prob. num.4. C. de probat.* Dec. *cons.162. num.2.* Corn. *cons.19.n.16. lib.3.* Curt. Sen. *cons.70.nu.8.* Honded. *cons.18. n.20. lib.1.* ac Rota coram Cavalerio *dec.232.n.2.& in Burgi S. Dondimi juris patronatus* 17. Julii 1615. coram Ubaldo. Facere autem ad causam, imò eam penitus determinare patebit ex eorum depositione, ut si concluderent metum. Unde ad causam relevare indubitatum est Merlin. *d.dec. 455.nnm.3.* ubi articulatus fuit metus in genere tantùm, & multò minora in specie dicebantur *in dicta Ulyssponen.* coram Carillo.

17 Non obstat, quod examinati sint in partibus. Quia cùm eorum validitas impugneutur facilior redditur concessio novi examinis, ut rectè admonet Rota coram Merlino *ibidem n.7.* Præsertim si consanguinei, aliique occupent bona, quo casu non debet retardari causa nullitatis professionis ad eorum instantiam, ut monet Rota *dec.111. lib.3. par.3. diversorum.*

CONSULTATIO CLXXX.

An, & quatenus metus reverentialis erga matrem, sororem, materteram, novercam, avium, & alios quoscunque irriret professionem regularem?
Et cuinam incumbat onus probandi, quod incutiens metum sit solitus minus exequi?

AD primum affirmativè respondendum censeo. Nam filii jure naturæ tenentur parentibus esse subditos, quorum appellatione venit etiam mater per textum *in l. appellatione §. sed & mater ff. de verbor. fignif.* Inter proximos enim maximè conjuncti sunt parentes, per quos secundum Deum sumus, & vivimus, quos ideò Deus quarto præcepto honorari jubet his verbis: *Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut sis longævus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.* Æquum enim est, ut acceptum beneficium amittat, qui in eos, à quibus accepit, ingratus, ac impius. Et de his hoc præceptum loqui, docet Christus *Matt.15. Marc.17.* & Apostolus *Eph.6. Coloss.3.* 1

Honoris autem vocabulo in hoc præcepto comprehenditur amor, observantia cultûs, ac ne verbo, aut opere offendantur, ut per Navar. *in man.c.14.num.3.& 4.* Unde filius ob hanc reverentiam justè timet parentibus displicere, cùm hoc dictet natura, & lex divina præcipiat, Franc. Aretin. *cons.24.nu.6.* Gutier. *cons.16.num.16.ac 19.* & post alios in hac specie firmat Sanchez *lib.4.de matrim. disp.6.quæst.4.num.30.* Rubin. *dec.German.22.* ac Ricc. *collect.1176.par.4.* 2

Deinde parentum nomine continentur Cognati, Patria, amici, pastores, Episcopi, ac universi, quorum ministerio, & curam Christo regeneramur, & ad beatam vitam dirigimur. Item grandævi ac senes, heri, magistri, pædagogi, tutores, ac Mecœnates, & quotquot potestatis, vel dignitatis, aut utilitatis, sive præstantis alicujus officii causa parentum loco colore jubemur, inter quos principem locum obtinent, qui mores, & ingenium excolunt, quibus debetur amor, obedientia, honor corde,

corde, verbo, & opere: Unde 4. *Reg.* 5. Naaman à servis pater vocatur, Helias, & Eliſæus à filiis Prophetarum 4. *Reg.* 2. & 13. Quod ſignificat etiam Apoſtolus *ad Hebræos* colligens ex reverentia parentibus carnis debita, multò magis obtemperandum patri ſpirituum, ideſt ſalutarem doctrinam tradenti.

4 Verùm quemadmodum filii parentibus honorem ac reverentiam debent, ita parentes in liberorum educationem prudentia opus eſt, ne ad iracundiam, puſillanimitatem, aut indignationem provocentur, *ad Epheſ. 6.* Quare cavendum, ne magis ira, quàm ratione parentes in filios ſævire videantur, nec tam correctos, quam punitos velle; nec filiis parentes maledicant, ne in utriusque perniciem id cadat, ut Auguſtinus *Serm. 95.* exemplo comprobat à ſe viſo, allegans etiam illud Eccleſ. 3. *benedictio patris firmat domos filiorum, maledictio autem matris eradicat fundamenta.* Neque decet parentes impari affectus demonſtratione, vel inæquali hæreditatis diſtributione odia inter liberos ſuos ſerere, quibus multò utilior eſt concordia, quam parentum favor; quali fratres invidia Joſeph proſequuti fuerint, quia plus à patre cæteris diligeretur, Scriptura non tacuit, *Geneſ.* 3. Quemadmodum autem puſillanimes nimia reddit auſteritas, ita liberos corrumpit licentia, & major æquo indulgentia. Præterea in liberos peccant illi parentes, qui ſufficientis ad deliberandum ætatis, vi, aut dolo à meliori bono religionis revocant, aut aſtutia, dolo, vi, minis, aut metu ad Matrimonium, vel religionis ingreſſum cogunt. Quales anathemate ferit Concilium Trid. *ſeſſ. 24. c. 9. de ref.*

5 Et licet ſolus metus reverentialis erga matrem eſſet etiam ſufficiens, nullis concurrentibus minis, cum verſemur in matrimonio ſpirituali, quicquid alias dicendum eſſet in matrimonio carnali, ut diſtinguit Gloſſ. *in Can. præſens* 20. *quæſt.* 3. Alex. de Imol. *in l. ſi cum dotem §. ea autem tempore nu.* 11. ubi etiam Jo. de Imola *nu.* 15. ac Roman. *nu.* 12. *ff. ſol. matr.* Baldus, Jaſon. aliique relati à Marſil. *ſing.* 347. *verſicas tamen*, Butr. *in c. cum virum num.* 6. *de Regular.* Burſat. *conſ.* 72. *num.* 21. *lib.* 1. Navar. *in ſum. c.* 22. *num.* 3. *& conſ.* 84. *nu.* 2. *lib.* 3. *de regular. & conſ.* 36. *nu.* 2. *lib.* 4. *de ſponſal.* & Capua *lib.* 2. *dec. c.* 55. *num.* 17. *& ſeq.* Vel ſaltem inſtar matrimonii carnalis eſſet ſufficiens probatio minoris metus ex adductis per Rotam *dec.* 105. *nu.* 2. *& dec.* 779. *n.* 10. *par.* 1. *recent.* & apud Gregor. *dec.* 326. *n.* 11. *& dec.* 347. *n.* 9. *& ſeqq.*

6 Tum tamen eo minus dubitandum eſt de probatione metus, ſi conſtiterit eſſe de minis à matre illatis, illisque acerrimis; & graviſſimis, quæ etiam ex ſe absque adminiculo metus reverentialis ſufficerent ad movendum conſtantem virum, utpotè inducentes privationem ſpei & ſucceſſionis bonorum, alicui quaſi debitæ, *l. interpoſitas C. de tranſact.* Imol. *in c. cum dilectus num.* 9. *de his quæ vi, met.* Anchar. *in c.* 2. *num.* 2. *eod. tit.* Navar. *lib.* 2. *de reſtit. c.* 3. *part.* 4 *rubr.* 2. *num.* 429. *& in ſum. c.* 28. *num.* 3. Gregor. *deciſ.* 326. *num.* 9. *& ſeqq.* ac Rota *deciſ.* 779. *num.* 3. *parte* 1. *recent.* ſed etiam inducentes periculum vitæ, *d. l. interpoſitas*, Abb. *in c. dilectus nu.* 2. ibique alii communiter, Sanchez *de matrim. lib.* 4. *diſp.* 5. *num.* 4. & Gregor. *d. deciſ.* 326. *num.* 29.

7 Id, quod procedit in metu reverentiali erga matrem, ac in minis ab ipſa illatis, Aretin. *conſ.* 24. *num.* 6. Gutier. *d. conſ.* 16. *numer.* 16. Barboſ. *in collect. ad jus Canon. in c. ex literis num.* 3. *de diſpenſ. impub.* & colligitur ex Maſcardo *de probat. concluſ.* 1035. *nu.* 15. & in terminis matris loquitur Seraph. *dec.* 551. Aviæ, Rota *dec.* 397. *par.* 2. *recent.* fratris, & ſororis majoris plures allegati à Sanchez *d. diſp.* 7. *quæſt.* 4. *num.* 31. *ac* 53.

8 Accedente præcipuè minoritate metum patientis, quo in caſu minor metus requiritur ex Gregorio *dict. deciſ.* 326. *num.* 26. auſteritate, ac terribilitate matris Sanchez *ibidem num.* 30. Timiditate, ac puſillanimitate, inopia, ignorantia, aliisque qualitatibus filii, ac matris cum minis, ſive mortis, ſive privationis ſucceſſionis, cum quibus metus reverentialis tollit conſenſum, atque adeò inducit nullitatem matrimonii, tam carnalis; quam ſpiritualis, ut ex communi probatur Rain. *conſ.* 121. *nu.* 6. *ac* 7. *vol.* 4. Pariſ. *conſ.* 26. *num.* 67 *par.* 3. Alban. *conſ.* 77. *num.* 5. Dec. *conſ.* 232. *num.* 4. Purpurat. qui etiam teſtatur de communi *conſ.* 79. *num.* 6. Quibus adſtipulatur Verallus *dec.* 226. *num.* 18. Utrumque enim debet eſſe liberum, & non coactum. Metus autem, & coactio tollunt conſenſum, ut in ſpecie tradit Pariſ. *conſ.* 65. *num.* 11. *& ſeqq. par.* 4. Quod etiam admittit Rota coram Verallo *dec.* 221. *nu.* 9. *p.* 2. & fuſè probat Boer. *dec.* 100. *à nu.* 11. & Sanchez *loco cit. nu.* 30. & habetur *in l. nihil ff. de reg. jur.* Sicuti enim mulier poteſt incutere metum ad effectum irritandi matrimonium carnale, ut admiſit Rota apud Seraphin. *dec.* 851. & Mantica *dec.* 112. Ita & poteſt incutere metum ad effectum annullandi matrimonium ſpirituale, quod non requirit minorem libertatem; & ideò ab illo rectè arguitur ad iſtud, ut probat Everard. *in topic. jur. in loc. à matrim. carnal. ad ſpirit. nu.* 3. *ac* 9. Sicut è contra Rota coram Gregorio *dec.* 355. *n.* 4.

9 Nec mirum quia ex minis mortis, vel privationis ſucceſſionis bonorum à quavis terribili perſona inferantur, dummodo ei debeatur reverentia, inducitur metus impedtivus libertatis conſenſus, ut firmat Rota coram Seraphino *deciſ.* 771. *num.* 9. & coram Gregor. *deciſ.* 326. *num.* 14. 18. *ac* 26. *& dec.* 374. *num.* 15. Minæ enim à quocumque proveniant, arguunt juſtum metum quotieſcumque minans damnum inferre poteſt, & conſuevit juxta *dec. in capite* 1. *numero* 11. *& ſeqq. de offic. Judic. delegat.* Abbas *ibidem numer. & conſ.* 3. *numero* 5. *parte ſecunda.* à Bellam. *conſ.* 9. *num.* 8. *cum ſeqq.* & poſt eos Menoch. *de arbitr. caſ.* 136. *num. fin.*

10 Neque dicatur, quod privari non poterat ſua legitima, quodque vitæ periculum vitare poterat fugiendo in alias regiones. Nam parum ei profuiſſet fuga, & jus ad legitimam, ſi non poterat experiri ſine lite, & inde non habebat unde ſe alerer, ac proinde non tolleretur juſtus metus; Alioquin idem dici poſſet in aliis caſibus ita, ut ferè nunquam daretur timor impeditivus matrimonii carnalis, & ſpiritualis. Præterea quamvis legitimam in bonis paternis ſibi debitam aliquis ſtatim poſſet conſequi, & ex ea poſſet vivere; Non ideò tamen minæ privationis ſucceſſionis maternæ carerent effectu juſti metus. Hic enim inducitur, non ſolùm ex minis de privatione ſucceſſionis, ſed etiam ex amiſſione magni lucri, licet ex quo agitur de ſucceſſione quaſi debita filio, potius ſonat in damnum, quàm in amiſſionem lucri, ut pleniſſimè firmat Gregor. *deciſ.* 326. *numero* 19. *& ſeqq.*

11 Unde hujuſmodi profeſſio eſt nulla, tamquam extorta metu, minis &c. Et quia omni via impeditus fuit, ne egredi poſſet è religione, & ex ipſa facti ſerie ſatis oſtendi poterit, coactum fuiſſe ad ſuſcipiendum habitum, ac profitendum juxta ea, quæ tradunt Pariſ. *conſ.* 52. *num.* 55. *lib.* 4. Alex. *conſ.* 99. *numero* 7. *lib.* 3. Ludoviſ. *deciſ.* 327. *numero* 35. Præſertim ſi factum veſtiatur talibus circumſtantiis, quæ ſufficiunt in adoleſcente ad extorquendum conſenſum.

12 Ac etiam ex magna animi averſione ad ſuſcipiendum ſtatum religioſum, quam ſemper oſtendit, & procuratio omni diligentia ſibi poſſibili adhibita, ut exiret è religione. Quæ ſicuti arguunt defectum liberæ voluntatis; ita etiam concludunt coactionem, juxta *leg. ſi quis* §. *Plerique ff. de relig. & ſumpt. fun. & l. ſi mihi* §. *interdum ff. de leg.* 1. & excludunt liberum conſenſum *l. ſi quis ff. de legat.* 3. Quod obſervat Riminald. jun. *conſ.* 72. *numer.* 4. *inter conſil. matrim.* allegans Nattam *conſ.* 451. *nu.* 20. Et firmat Rota *in Toletana Matrimonii* 3. Martii 1589. coram Seraphino. Atque ita, ut non obſtaret, ſi dixerit ſe velle profiteri propter amorem Dei, & juraverit, ſe non vi, ſed liberè profeſſurum, ſi id dixerit, durante adhuc cauſa metus, ſicque addiderit, quod quia aliud facere non poterat, volebat profiteri ob amorem Dei, ac proinde hæc voluntas, etiam cum juramento conjuncta, originem habuit à metu, & coactione. Et ideò licet præſe ferat liberam voluntatem, & animum lætum, qualis eſt, qui operatur ex amore Dei, non tamen purgavit metum, & coactionem, ſed potius magis confirmavit, ut obſervant Abbas antiquus *in c. ſuper hoc de renunc.* ibique Jo. Andr. Imol. & Panormit. & tradunt Alexand. *d. conſ.* 99. *n.* 6. Pariſ. *eod. conſ. conſ.* 53. *nu.* 6. Sanchez cum aliis *lib.* 4. *de matr. diſp.* 18. *num.* 7. ac Rota *in Neapolitana profeſſionis* 26. Junii 1598. coram Orano. *Et in Toletana Matrimonii* 23. Januarii, 17. Martii, & 27. Octobris 1599. coram Seraphino.

13 Quare non obſtat prætenſa purgatio metus deducta ex hilaritate vultus ac geſtatione habitus regularis. Nam omiſſo, quod apparentibus ſignis metus non admittitur volens probare metus purgationem per lætitiam, cum humanus animus ab homine cognoſci nequeat juxta Marſil. *ſingular.* 325. *numero ſexto.* Purgatio excluditur, tam ex proteſtationibus pluries factis, durante eadem cauſa metus, Rota *dec.* 705. *numero* 1. *parte ſecunda, recent.* & latè Bekram. ad Gregorii *deciſ.* 392. *num.* 8. quàm projectione habitus regularis, & reſumptione ſæcularis cum ſe contulit ad Urbem, quod apparere poterit ex confeſſione habitum dimittentis, quæ tamquam veriſimilis probat etiam pro confiente, Gregor. *deciſ.* 273. *num.* 8. licet alias fidem non faceret, Gregor. *deciſ.* 506. *num.* 11. Veriſimilitudo autem deducitur, quod non eſt præſumendum, eum voluiſſe confiteri projectionem habitus regularis, ſibique difficilem reddere gratiam commiſſionis reſtitutionis in integrum adverſus lapſum quinquennii. Nemo enim præſumitur ſibi velle præjudicare, ut in ſimili arguit Rota *dec.* 275. *num.* 6. coram Gregorio.

14 Hinc Caius Plinius *lib.* 3. *Epiſtol.* 16. ad nepotem annotat facta, dictaque virorum, fœminarum illuſtrium; alia clariora eſſe, alia majora. Quod confirmat Fanniæ ſermones, neptis Arriæ illius, quæ marito, & ſolatium mortis, & exemplum fuit, Multa, inquit, referebat aviæ ſuæ non minora hoc, ſed obſcuriora, quæ tibi exiſtimo, tam mirabilia legenti fore, quam mihi audienti fuerunt. Ægrotabat Cecinna Pætus, maritus ejus, ægrotabat & filius, uterque morti fere, ut videbatur. Filius deceſſit nimia pulcritudine, pari verecundia, & parentibus non minus ob alia charus, quàm quod filius erat. Huic illa ita funus paravit, ita duxit exequias, ut ignoraret maritus. Quinimò quoties cubiculum ejus intraret, vivere filium, atque etiam commodiorem eſſe ſimulabat, ac perſæpè interroganti quid ageret puer, reſpondebat. Benè quievit, libenter cibum ſumpſit. Deinde cum diu cohibitæ lacrymæ vincerent, prorumperentque egrediebatur, tunc ſe dolori dabat, fatiata, ſiccis oculis, compoſito vultu redibat, tanquam orbitatem foris reliquiſſet. Præclarum quidem illud ejusdem, ferrum ſtringere, perfodere pectus, extrahere pugionem, porrigere marito, addere vocem immortalem, ac penè divinam. *Pæte, non dolet.* Sed tamen iſta facienti, dicentique gloria, & æternitas antè oculos erant; quo majus eſt ſive præmio æternitatis, ſive præmio gloriæ, abdere lacrymas, operire luctum, amiſſoque filio, matrem adhuc agere. Hæc Plinius.

15 Antiqua enim adagia *ſunt ſervire ſcænæ, Polypi mentem obtine*, quibus jubemur pro tempore alios, atque alios mores, alium, atque alium vultum ſumere. Exclamabat Seneca in Hyppol. *O vita fallax, abditos ſenſus geris.* Unde Tullius ad Q. fratrem *Ep.* 1. *nimis multis ſimulationum involucris tegitur, & quaſi velis quibuſdam obtenditur unius cujuſque natura. Frons, oculi, vultus perſæpè mentiuntur, oratio verò ſæpiſſimè.* Ratio prompta, ne nimirum, vivente cauſa metus, novus metus incutiatur. *Quo caſu ſilere non lingua tantum oportet, ſed multo magis mente. Multi enim ſermone tantum celantes, ipſo adſpectu, & vultu revelarunt ſua decreta*, Polyb. *lib.* 9. *ſub initio.*

16 Ac ita etiam, ut non obſtaret, ſi ſtatutis temporibus ſecundum conſuetudinem religionis ratificaverit profeſſionem. Quia hæc ratificatio, tanquam veniens in

conſequentiam ad profeſſionem coactam, quamvis libera videatur; præſumitur tamen ex eadem cauſa provenire, & ex ſuppoſitione, quod aliud non potuerit agere, ac proinde pro meticuloſa habenda eſt, ut docent Bartol. *in l. 2. num.* 7. *C. de his, quæ vi*, ibique Bald. *numer.* 8. Dec. *conſ.* 219. *numero* 7. Menoch. *præſumpt.* 4. *numero vigeſimo ſecundo, lib.* 3. Sanchez *loc. cit. numero* 7. ubi latè, *& in decalog. lib.* 4. *capite* 3. *numero* 13. Farinac. *in fragmat. v. metus numero* 163. Giovagnon. *conſ.* 67. *numero vigeſimo ſeptimo lib.* 1. Rota coram Seraphino *dec.* 851. *nu.* 1. & coram Ludoviſ. *deciſ.* 286. *numero* 4. *& deciſ.* 175. *num.* 5. *& deciſ.* 579. *numero* 6. *parte* 3. *recent. & deciſ.* 705. *num.* 4. *parte ſecunda & dicta Neapolitana profeſſionis* 28. Junii 1588. coram Gypſio.

17 Præcipuè verò, ſi ratificando profeſſionem, ignorabat nullitatem ratione metus, & coactionis, ac proinde proveniebat ex errore. Error autem excludit conſenſum, & errantis nulla eſt voluntas, *L. error C. de jur. & fact. ignor.* & tradunt Dec. *conſ.* 54. *numero* 73. *libro ſecundo*, Craver. *conſ.* 2. 7. *numero ſecundo.* Surd. *deciſ.* 114. *numero vigeſimo.* Cæſ. de Graſ. *deciſ.* 1. *numero ſecundo. de tranſact.* Sanchez, *libro ſecundo, de matrim. diſp.* 24. *num.* 2. Puntius *eod. tit. lib.* 4. *cap.* 25. *numero duodecimo.* Merlin. *deciſ.* 628. *num.* 10. Rota *in Romana domorum* 9. Junii 1617. coram Andrea, *& in Mediolanen. nullitatis profeſſionis* 1690. coram Reverendiſſimo Emeric. De hac tamen ignorantia, vide quæ dixi *num.* 1. quæ rata nunc habeo ita, ut ab iis nulla ratio me dimovere poſſit.

18 Imò ſola jaſſio, quando fit cum quadam violentia morali, inducit nullitatem profeſſionis. Tunc autem fit cum violentia morali, quando adhibentur verba conſtrictiva, & jubens declarat, ſe omninò velle quod in uſtione petit. In hoc enim caſu locum habet metus, ſaltem reverentialis, ac proinde injuria contra libertatem. Hinc quod fit enixè petente Principe, metu factum cenſetur, ut inter alios tradunt Gloſſ. *in l. 1. ff. quo jus.* Imol. *in cap. cum inter de elect.* Pariſ. *conſ.* 5. *numero* 152. *vol.* 4. Eadem autem eſt ratio proportionaliter de quolibet potente. Et verba conſtringentia, & hujuſmodi declaratio æquivalent vultui atroci, imò ſuperant. Vultus autem atrox potentis ſufficiens eſt ad incutiendum metum, ut tradunt Bald. *in §. injuria de pac. jur. jur. firm.* Angel. *in l. qui in alien. §. fin. ff. de acquir. hæred.* ac Dec. *in cap. 1. de offic. deleg.*

19 Nec dicas, metum reverentialem non cadere in virum conſtantem, ut cum pluribus docet Sanchez *d. lib.* 4. *de matr. diſp.* 6. *num.* 7. & ideò non impedire ex ſe libertatem, ſed tantum ex imbecillitate operantis. Nam, quicquid ſit, quando metus reverentialis concipitur ex ſola qualitate perſonæ, an impediat libertatem; quando tamen concipitur, non ſolum ex perſona, ſed etiam ex qualitate petitionis, vel juſſionis, quia videlicet oſtendit animum omninò determinatum ad obtinendum, quòd peritur, tunc cadit ad conſtantem virum. Quia rationabiliter ſibi perſuadet, quod niſi obſequatur petenti, ſive jubenti, graviter indignabitur. Unde verecundia conjuncta eſt cum timore indignationis, & damni, quod poteſt ex ea ſequi, & ideò eſt ſufficiens, ut cadat in conſtantem virum; imò ſi non timeret, non eſſet conſtans, ſed temerarius.

20 Eoque magis concurrentibus timiditate, puſillanimitate, inopia, adoleſcentia, imperitia illius, cui metus incutitur. Ex qualitatibus enim perſonæ penſanda eſt qualitas timoris, Boer. *d. dec.* 100. *nu.* 2. Menoch. *de arbit. caſ.* 135. *num.* 4, Gregor. *dec.* 326. *nu.* 24. *& 27. ac dec.* 374. *nu.* 17, ſatisque eſt, quod habuerit ſuſpicionem poſſe offendi à matre, Rota *dec.* 643. *nu.* 2. *par.* 2. *recent.* Quia tunc profeſſio dicitur facta ex probabilis metus ſuſpicione, Surd. *dec.* 144. *nu.* 25. ubi quod patia ſunt metu aliquid fieri, & probabili metus ſuſpicione.

21 Nec obſtat, quod ſicuti pater armatus non dicitur metum reſciſſivum matrimonii intuliſſe filii juxta, *deciſ. Veralli ſupra citatam numero* 8. ita multò minus mater intermis. Tum quia loquitur de ſimplici metu reverentiali

tiali patris, non præcedentibus verberibus, vel minis. Quibus præcedentibus, admittit, irritari consensum in matrimonium præstitum, ut ibi *numero nono*. Tum quia non fuerat probata asperitas, & crudelitas patris, & timiditas, ac pusillanimitas filii. Tum quia, quicquid sit de timore mortis, vel carceris, vel cruciatus corporis, saltem ob inobedientiam, timere poterat comminatam privationem successionis maternæ. Talis enim metus dicitur justus, & cadens in constantem virum ex adductis à Gregorio *dict. decis. 326. numero 19.* Maximè si mater sit Domina omnium facultatum, ut proinde poterat exequi, quod minabatur. Dum enim qui minatur est Superior, & reverentia illi debetur, sufficit potentia nocendi, ut post Bartolum, & Abbatem scribit Ruin. *d.cons.121. num.6.*

22 Minus obstaret, si prædicta deponantur per testes singulares, quia contrarium præsumitur, nisi probetur testium singularitas, Innocent. *in c. qualiter, & quando à num.1. de accus.* Jason. post Baldum *in l.2.num.4. C. de bon. poss.* Cæs. de Grass. *dec.un. de depos.num.5.* & firmavit sæpiùs Rota, ut refert, ac sequitur Gregor. *decis.390. num.9.* Et quia minæ sufficienter probantur per testes, etiam singulares, Gabr. *de testibus conclus. 2. num. 56.* Grammatica, referens Ancharanum, & Fulgosium *dec. 5. num. 15.* Gregor. *d. dec.326. numero 48.* & nos alibi, plusque credendum est duobus testibus deponentibus de metu, quia percipitur sensu, quam millenis deponentibus de libera voluntate, quæ sensu corporeo non percipitur, ideòque soli Deo nota est, Abb. *in c. 1. numero 10. de his, qui metusve*, Sanchez *loc. cit. disput.27. num.1.* Corset. *singul.358.* Mascard. *concl.1057. num.1.* & 20. Gregor. *d. dec.326. num. 45. & seq.*

23 Sit autem conclusio, solus metus reverentialis non sufficit ad irritandam professionem, nisi præcesserint minæ, vel verbera, aut pater, mater, frater major &c. sit terribilis. Hanc defendit Abb. *in c. cum virum numero 8. de regular.* eique subscribunt Covar. *de sponsal. parte secundo, capite tertio §.6. num.7. & 8.* ubique recentiores; licet contrarium teneat Gloss. *in Can. præsens v. patrem 20. quæst.3.* Butr. *in d. c. cum virum*, quem impugnat Abbas *ibidem*, Marsill. *singul.347. numero 3.* Navar. *cons. 5. num.2. de elect. & cons.10. nu.4. de Regular.* aliique complures.

24 Ad secundum autem, quod attinet. Onus probandi solitum matris, patris &c. exequendi minas, non incumbit metum passo, sed ei sufficiunt metus reverentiales, ac minæ præcedentes juxta Ruinum, Parisium, Albanum, Decium, Purpuratum, Verallum, ac Rotam diversorum, & Gregorium superiùs citatos. Eoque magis, si fuerit probata, terribilitas, & crudelitas matris cum verbis injuriosis, ac manuum injectione, ex quibus annullatur professio. Et in re simili, quod, concurrentibus metu reverentiali, minis, aut verbis injuriosis, invalidentur primogenia ex filiorum consensu instituta, vult Molina *de primogen. libro, secundo, capite tertio, numero nono.*

25 Et saltem metus reverentialis, ac minæ transferunt in partem adversam onus probandi, eum cui debetur reverentia, non solere minas executioni demandare, quia præsumptio stat pro metum passo, atque ideò non tenetur probare solitum exequendi minas, nisi exadverso fuerit probatum non solitum, ut in terminis tradit Padil. *in d. l. interpositas numero vigesimo, C. de transact.* Idque maximè si testes videantur hoc probare, licet non fuerint examinati cum interrogatoriis partis adversæ. Sibi enim imputet, quod ea non exhibuerit, Rota coram Gregor. *dec. 351. numero 47.* ibique Add. *num.52. & dec.466. numero secundo*, Gratian. *discept.391. numer.35. & seqq. vol.2.*

26 Nec obstat, si dicatur, fuisse exhibita, quando debebant examinari alii testes super metu, ac minis, si illa tunc habuerint suum effectum, & cum illis fuerint examinati testes tunc inducti super diversis articulis juxta protestationem exadverso factam. Unde si quando fuit citata Religio ad dicendum contra novos articulos, non fuerint exhibita nova interrogatoria, nec reperita protestatio; quod testes noviter inducti saltem deberent examinari cum interrogatoriis alias exhibitis, intelligitur fuisse recessum ab illa protestatione, quæ debet reperi in quolibet actu; alioquin non protestans, sibi nocet, Mohedan. *dec. 2. de judic.* Gregor. *dec. 44. num.8.* Propterea dicti testes videntur probare solitum matris exequendi minas, atque adeò constare de metu sufficienti ad invaliditatem professionis, junctis minis, verbis injuriosis, ac terribilitate matris, quæ metum incussit.

CONSULTATIO CLXXXI.

De iis, quæ potissimum afferri possunt pro validitate, & nullitate professionis, ubi exempla aliquot obtentæ restitutionis in integrum adversus lapsum quinquennii secundum facti seriem.

QUoniam causa nullitatis professionis gravissima est, in monialibus maximè. Tum ratione exempli, tum ratione materiæ, tum ratione scandali. Sæpe enim professionis solemnis nullitas prætextu metus nullatenus probatur, imò prorsus inverisimilis ex pluribus facti circumstantiis redditur. Quid? nonne etiam aliquando improbata nullitate professionis, illiusque sententia recognita, conjugium carnale contrahunt, non redeunt ad Monasterium; neque resumunt habitum regularem ad formam S. Concilii, quia filios habent? Qui tamen prætextus non fuit alias approbatus in causa *Meten. professionis* coram Durano, in qua Sacra Rota obedientiam præcisam exigit à Pipina, & voluit eam ad Monasterium regredi, non attento, quod haberet liberos, ut ex decisionibus Durani 313. *numero 14. & seqq. & 342. ac 348.* 1

Quid de perfidia, quæ erga Deum committitur? Infractio enim voti, quæ & quanta culpa sit, æstimari facilè potest ex promissione facta homini, & infideliter abnegata. Sicut enim hæc infidelitas censetur in magni promissarii contemptum, ac inhonorationem cedere, ita & & ea, qua fides Numini data rescinditur in ejus contemptum, & dedecus vertitur; Ideòque specialiter adversatur Religioni, tamquam quædam Dei derisio. ut benè advertit Petrus Damiani *opusc. 42. par.2. c.2.* qui toto eo opusculo multa in hoc facinus & exempla ultionis divinitus irrogatæ, & testimonia sacra accumulata. Quibus alia adjungunt Valerianus *Cemol. tom. 4.* & Augustinus *Ep.45.* ubi sub finem hæc, præter cætera: *Quia jam novisti, jam te obstrinxisti, aliud tibi facere non licet. Prius quam esses voti reus, liberum fuit quo esses inferior; quamvis non sit gratulanda libertas, quæ fit, ut non debeatur, quod cum lucro redditur. Hunc verò, quia tenetur apud Deum sponsio tua, non te ad magnam justitiam invito, sed à magna iniquitate deterreo. Non enim talis eris, si non feceris, quod vovisti, qualis manifesses, si nihil tale vovisses. Minor enim tunc esses, non pejor. Modò autem tantum, quod absit, miserior, si fidem Deo fregeris, quanto beatior, si persolveris. Ne ideò te vovisse pœniteat. Imò gaude jam tibi, sic non licere quod eum tuo detrimento licuisset.* 2

Pro validitate igitur professionis respondendum omninò est, si facta fuerit, servata forma S. Concilii Tridentini *sess. 25. capite decimo quinto, de Regular.* Pro illa enim stat omnis præsumptio, ita ut eam impugnanti, quod facta fuerit per vim, & metum, incumbat onus id probandi, ut firmat Rota *in Treveren. sive Colonien. nullitatis professionis 14.* Decembris 1648. coram Cerro. Nam pro validitate actus semper præsumitur juxta Gloss. *in l.2. v. probetur. C. de petit. haredit.* ac Rota *dec.316. n.6.* coram Buratto, & ad rem hanc, quod præsumptio stet pro metus exclusione est textus *in l.2. C. quæ vi, met.* Sperel. *dec.89. n.27.* ac Rota *in Tullen. matrimonii 13.* Januarii 1652. §. *& huic* coram Albergato. 3

Hæc

4 Hæc autem præsumptio eo validior esset, si professio emissa fuerit coram Superiore regulari, prævia exploratione voluntatis professentis, qui facilè potuisset reclamare coram eo, si coactionem passus esset, vel si timuisset, cùm alias præsentia Superioris excludat omnem metum per textum *in l. non est verisimile ff. de quod met. caus.* Paris. *cons.10. num.53. lib.1.* ac Rota *dec.188. numer.9.* coram Gregorio, *& dec.2, numer.5. part.8. recent.* Eo enim ipso, quod professio emissa fuerat coram Superiore, prævia exploratione præsertim puellæ, præsumitur libera, Paris. *cons.10. numero 53. lib.1.* ac Rota *decis.2. num.5. parte 8. recent.*

Quare cùm Regularis solemnem professionem emiserit, & intra quinquennium non reclamaverit, sed per pacificam delationem habitus professorum professionem, expressè emissam tacitè ratificaverit, audiri non debet super prætensa nullitate, ut præ cæteris tradunt Azor. *instit. moral. parte 1. lib.12. c.4.* Navar. *cons. 4. de regul. n.77. & seq.* ac Rota *in Meten. professionis* post Tambur. *de jur. Abbat. n.3. & 7.*

6 Eoque magis si Regularis ratificaverit suam professionem susceptione Sacrorum Ordinum ad titulum religiosæ paupertatis, ex qua resultare validam tacitæ professionis ratificationem, plures respondit S. Congregatio Concilii, ex cujus mente idipsum firmat Barbosa *de jur. Eccles. lib.1. c.42. numero 167. & in Collect. Bullar. v. professio numero 2.* Novar. *in Lucerna Regular. eod. v. numero 23.* & Tambur. *de jur. Abbat. tom. disp.6. quæst.13. num.12.*

7 Neque obstat, quod hujusmodi tacita professio tollatur contrariis præsumptionibus, etiam ex metu reverentiali. Nam id ad summum procedere potest, quando ageretur tantum in terminis professionis tacitæ, non autem in terminis professionis expressè per emissionem trium votorum coram Superiore, in quo casu talis professio propter metum reverentialem non potest rescindi, neque admittuntur probationes in contrarium, ut ita distinguendo respondet Rota *dec.579. par.1. rec. & dec.2. n.1. & dec.3. n.1.* post Tambur. *de jur. Abb.*

8 Tolliturque objectio quoad tacitam professionem, si nullo modo constet de illatione metus, præsertim tempore susceptionis Sacrorum Ordinum, sed potius excludatur, si illos non susceperit in sua patria, sed in alia Civitate procul à Patre, vel ab illo, qui prætenditur metum incussisse. Quo casu filium dici in plena libertate ita, ut amplius non sit locus præsumptioni metus, tradit Sperel. *decis.80. numero duodecimo.* cum aliis ibi allegatis. Quæ præsumptio validior redditur ex alia præsumptione juris, quod scilicet nemo præsumitur delinquere, atque adeò per vim ac metum professum, ne præsumatur deliquisse suscipiendo Sacros Ordines sine titulo beneficii, vel patrimonii, ac sine dimissoriis legitimi Superioris. Ideòque præsumendum est prius sic professum ratam habuisse professionem, ut per eundem Sperellum *loc. cit. num.6.*

9 Quinimò, esto, quod probaretur metus reverentialis; adhuc tamen solus non suffragaretur ad effectum irritandi professionem, ut pluribus relatis ait Rota *d. dec.n.10.* Cùm metus debeat esse talis, qui in constantem vivum, vel mulierem cadere possit, adsitque rationabilis timor gravis mali, præcedant verbera, vel minæ, quæ sint solitæ executioni demandari ab eo, qui minas jactat, ut notat Butr. *in c. Consultationi in 4. notab.* ibique Abbas *nu. 4. de sponsal.* Dec. *in c. causam matrimonii num.7. de offic. deleg.* ac Rota *dec.374. nu.8.* coram Gregorio & coram Verallo *dec.221. num.5. part.5. tom.2. pariter rec.* ac Sperel. *dec. 79. num.43.*

10 Nec probatio metus, & coactionis, quæ liberum consensum tollit, probatur ex testibus, quorum depositio adducitur, uti simplex fides. Fides enim non facit fidem; eoque minus probare possunt, si adducantur in testes examinatos absque intimatione partis, de cujus præjudicio, & infamia agitur. Certa enim juris conclusio est, quod metus non probatur per testes nulliter examinatos, ut per Rotam *dec.142. numer.* coram Mantica, cum aliis relatis *in Tullen. nullitatis matrimonii 15.* Januarii 1653. §. *his ita* coram Albergato. Præsertim si essent Religiosi ejusdem Religionis, ac sponte se obtulerint, possentque habere eandem prætensionem à vinculo Religionis se liberandi, quo casu nullam merentur fidem ad hunc effectum juxta Rotam *in Ulyssiponen. nullitatis professionis 17.* Maii 1641. §. *quibus non adversari* coram Carillo. Præcipuè verò si deponerent, se audivisse à professo, quod nolebat esse religiosus. Ex hoc enim non potest dici probatus metus, ut in specie tradit Tondutus *quæst. benef. c. 147. numero 13. tom. 2.* Maximè si unicus testis id deponeret, Rota *in Bononien. separationis thori* 10. Junii 1650. coram Bichio, & in his terminis in Ulyssiponen; nullitatis professionis 17. Maii 1641. §. *denique* coram Carillo. Ne quidem si deponerent audivisse ab ipso professo, cui non creditur, *c. super literis de testibus*, Rota *decis.187. numero secundo, post secundo, vol. cons.* Farinac. *& in dicta Treveren.* coram Cerro. Amplius quod protestabatur, se nolle permanere in Religione & quod conquerebatur de statu Religioso. At hæ pariter querelæ, ac protestationes per se non probant vim, & metum, si non fuerint emissæ, vel coram Superiore regulari, vel coram ipso metum inferente, ut advertit Aym. *cons. 120. num.3. & 5.* Menoch. *libro secundo præsum. 127. numero nono, & seq.* Rota *in d. Ulyssiponen. 17.* Maii 1641. §. *ult.* coram Carillo: Unde non applicantur decisiones Buratti 205 *numero 14. ac seqq.* & Merlini 190. Nam ibi metus probatus legitur per plures testes, & coadjuvatur ex aliis, ibi ponderatis, nec Rota se fundavit in tollis protestationibus. Item quod pater non mortuus fuerit, unde perterritus coactus fuit professionem emittere. Quod minus probat metum, cùm minæ debeant esse tales, adeòque reiteratæ, ut futuri periculi metum incutiant, Altogr. *cons. 71. numero tertio libro 1.* aliique citati à Rota *in dicta Bononien. separationis thori 10.* Junii 1650. coram Bichio, sicque coactus professionem emiserit; alias enim si filius ad vitandam patris indignationem, & ad se liberandum à continuis vexationibus Religionem ingressus fuerit; & in ea professionem emiserit, conqueri non potest, nec metum allegare, sed sibi imputet, suæque propriæ culpæ, ac levitati, ut specialim tradit Rota *in dicta Treveren. sive Colonien. prof. sionis 14.* Decembris 1648. §. *eoque minus* coram Cerro, & de importunis suasionibus, quod non importent coactionem, inquit Tambur. *de Jur. Abbat. disput. 3 quæst.2. numero 3.* Præterea requiritur, quod minæ fuerint illatæ ab eo, qui solitus esset illas exequi, ut per Sanchez *de matr. lib. 4. disput.6. quæst.3. numero 21.* per Rotam *decis.516. numero 18. parte 5. recent. & decis.463. numero 3. parte 5. recentiore & in d. Tullen. Patrimonii 15.* Januarii 1653. coram Albergato apud Tondut. *quæst. benef. parte 3. capite 154. num. 54.*

Quare si testes non deponant, quod pater solitus esset minas exequi, non sufficerent ad probandum metum, præsertim, si minæ non excederent castigationes adhiberi solitas in adolescentes, inobedientesque, ac discolos ita, ut potius diceretur probatus metus vanus, quàm vetus, ac justus, ut advertit Sperellus *dec.79. n.50.* & Rota *in dicta Treveren.* coram Cerro. 11

Hujusmodi autem non possunt esse asserta verba à Patre prolata, quod nihil filio, sive filiæ reliquisset è bonis suis, si professionem non emitteret, quia non sunt minæ, quæ metum cadentem in constantem virum incutiant requisitæ ad actus invaliditatem, *c. cum locum, cap. veniens 2. de sponsal.* Rota *in dicta Bononien.* coram Bichio, maximè quia hæc verba carent effectu, cum filii lædi non possint in sua legitima, ipsis debita de jure naturæ, & pro qua etiam in vita patris sunt quasi Domini substantiæ paternæ, *l. in suis ff. de lib. & posth.* Rub. *cons.156. numero 1.* Rota *in Anconitana bonorum 25.* Februarii 1644. §. *rursus* coram Bichio, eoque minus, si id frater minaretur. Nam frater non est bonorum Dominus; neque potest, patre defuncto, jus fra- 12

tri, vel

tri, vel sorori quæsitum auferre, neque minæ iracundi sufficiunt, nisi probetur minantem illas exequi solitum esse, ut jam diximus, dixitque Rota *dec.463.n.2.p.2.*

13 Nec dicatur ob metum, non potuisse de illo coram aliis conqueri, ac protestari. Nam potuisset saltem id facere coram viris probis, ac fidis sibi conscijs; præsertim si nullus percutiat tempus, professionem antecedens, ut oportet, minusve, si non deponerent de continuatione post professionem emissam, ut pariter opus est, cùm alias protestationes emissæ post professionem non conferant ad probandum, fuisse emissam per metum; Quinimò probatæ non relevarent, nisi ostendantur continuatæ, cùm alias metus antecedens purgari potuerit per actus spontaneos, & geminatos, ex quibus recedere potuit à præcedentibus protestationibus, ut latè *in dicta Ulyssiponen.* coram Carillo.

14 Id ipsum dicendum est, si testes non percutiant tempus emissæ professionis, quemadmodum percutere necessarium est, ideoque præcisè probandum est, ut per Rotam *dec.* 122. *num.* 4. coram Seraph. *& dec.95. num.2.& dec.169.num.6.* coram Mantica cum aliis congestis *in d. Ulyssiponen.* coram Carillo, & amplius si eorum depositiones solum respicerent tempus antè, non autem post emissam professionem nisi per aliquot menses, quæ propterea nullius essent momenti ad excludendam tacitam ratificationem, quam postea professus facere poterat, prout fecit, quando Sacros Ordines suscepit absque ulla protestatione.

15 Cessatque omnis metus prætextus, si tempore professionis, quod ad hunc effectum attendi debet, *l.1.§.metus, l.metum. 3. in princ. quod met. caus.* Ladetch. *cons.17. sub num.4.* Mantic. *dec.142.num.4.* cum aliis *in d. Tullen. matrimonii*, iis, qui metum incusserat, obierat, sicque cessaverat causa metus, Rota *dec.463.n.3.par.2.& dec.2.num.7. par.8.rec.*

16 Nec probaretur prætensus metus, etiamsi assereretur, illum incutientem adstitisse professioni cum hominibus armatis, nisi in genere, cum ad illum probandum requirantur actus specifici, non generici *leg. 2.& 3. l. ad invidiam 6.C. quod met. causa*, Rota *in dicta Treveren.* coram Cerro, & in sæpè allegata *Tullen.* coram Albergato apud Tondut. *loc. cit. c.154, num. 69.* Haud absimili responsione eliduntur aliorum testium depositiones, si aliqui deponerent de auditu. Alii de fama sine expressione illius originis. Omnes confutantur à Rota *in dicta Tullen.* coram Albergato.

Diluitur etiam prætensus metus ex instrumento mandati procuræ, vel ex alio actu per professum gesto, ut revocarentur inhibitiones emanatæ ad instantiam parentum, vel aliorum, ne professionem emitteret, hæc namque spontanea instantia, isteque actus omnem metus suspicionem excludere, tradit in hac specie Rota *in dicta Ulyssiponen.§.prædictis tamen.& §.nec dicatur* coram Carillo.

17 Item ex iterata exploratione facta Moniali ab Ordinario, etiam jussu S. Congregationis, cujus Ordinarii contestata probitas, nedum metus timorem excludit, sed etiam professæ enixum animum, vitam monasticam profitendi probat, *Can.nobilissimus d.97.* Lap. *alleg.32.nu.3.* Rota *dec.594.nu.6.par.5.rec.& in Barchinonen. jurisdictionis 4. Julii 1646. §. confirmatio* coram Bichio. Geminata enim exploratio omnem metum excludit Rota *in dicta Tullen. matrimonii num.62.*

18 Ac insuper si extarent literæ ipsius professi ad amicum scriptæ, in quibus asserat velle inservire Deo in habitu religioso jam suscepto. Non enim major probatio desiderari potest pro metus exclusione, Rot. *dec. 216.num.10. par.2.div. & in d. Ulyssiponen.§. prædictus* coram Carillo. Undè penitus metum excludunt, & operantur, quod lacrymæ, delatio capillorum, ac alia hujusmodi ad aliud referri debeant, non ad aversionem permanendi in Religione, ut ponderavit Rota *in dicta Tullen. matrimonii §. fin.* coram Albergato.

19 Vel si adducatur tacita ratificatio professionis resultans ex longo tempore, quo professus habitum regularem; ac professorum detulit, professionem solemnem emiserit, actus, ac munia professorum gesserit, Sacros Ordines susceperit, quibus induci ratificationem, contrariis omnibus confutatis, plenè firmavit Rota *in d. Ulyssiponen.* coram Carillo, *& in Meten. professionis 3. nu.16.* post Tambur. *de jur. Abbat.*

20 Aut si testes non deponerent de actibus, ex quibus metus eruitur. Cùm enim metus sit passio animi intrinseca, & latens, innotescit dumtaxat per actus extrinsecos, & sic non aliter probari potest à testibus, nisi recenseant actus specificos, ex quibus inductus fuit adeò, ut non relevet probatio generica, ut tradit Glossa *in d. l. interpositas v. nec tamen C. de transact.* & Rota *decis.328. num.5.* coram Buratto, & fusiùs Farinac. *in fragm. v. metus num.168.*

21 Necnon ex inverisimili, ut si testes nimis animosè asserent metum fuisse illarum à patre, à fratre &c. si constiterit voluntatem patris, &c. fuisse contrariam, nempè impedire quoad se pertinebat, ne habitum susciperet, ac professionem emitteret. Si pater esset mitis, moderatus, lenis, mansuetus, filios amore prosequens. Hæc enim ad effectum reddendi metum inverisimilem, ponderavit Rota *in Messanen. professionis* 15. Decembris 1640. §. *verùm*, coram Peutingero, & 14. Decembris 1648. §. *cum enim*, coram Cerro, *& in Tullen. matrimonii*, apud Tondutum *ubi supra num 54.*

22 Eoque redderetur inverisimilior, si jam decesserat, qui metum incussit ante emissam professionem, Rota *in d. Ulyssiponen. §. quod autem*, coram Carillo.

23 Si frater, soror &c. à quibus prætenditur minas illatas fuisse, vivente patre, erant minores. Non enim potest filius in minori ætate constitutus, valide minari, nec minas exequi. Si quæ post mortem patris extarent literæ ab eodem fratre scriptæ professo, significantes amorem, ac benevolentiam erga professum. Si à patris obitu ad professionem aliquot dies intercesserint. Ex hoc enim magis inverisimile redditur, quod minæ fuerint illatæ, & metus incussus.

24 Si facilè professus potuerat minas evitare, ac immunis penitus reddi ita, ut metus numquam sit sufficiens ad hunc effectum, nisi talis sit, ut is, qui timet alia ratione non possit facilè illi malo occurrere, quod timetur, ut probant Sanchez *de matr.lib.4.disp.1.num.10.* Coninch. *de Sacram.tit.de matr.metu. contr.disp.28.dub.2.n.23.* ac Sperel. *dec.79.n.43.*

25 Minusque probaretur metus ex processu judicis incompetentis. Nemo enim committere, vel agitare potest causam nullitatis professionis, elapso quinquennio, nec ullus Episcopus, aliusve Superior, elapso dicto tempore, potest reclamantem audire, nisi Pontifex, qui solus concedere potest restitutionem in integrum, Portel. *in dub. regul. v. professio num.43.* Hieron. Rodrig. *in compend. quæst. reg. quæst.101. num.71.* Diana *parte 3 tract.2. resol.62.* Barbos. *in Collect. ad c.19. sess.25. Concil. Trid. ne regul.* Borbon. *cons. Regular. tit. de egress. & regress. resol.* ubi quod jus commune nullam tribuit facultatem judicandi super Regulares professos, præter S. Concilium, cujus judicium cum sit de re gravissima; nempè circa solemne votum religionis reservatum est post quinquennium soli Summo Pontifici, Corrad. *in prax. dispens. Apostol. lib.6.c.14.nu.16. ac seq.*

26 Idque etiamsi esset Legatus, possetque derogare indultis Regularium juxtà decisionem Burati 390. *numero 6.* Nam multum differt solvere à vinculo Religionis, & dispensare, ut quis transeat ad laxiorem. Unde non valet argumentum à majori ad minus, ut tradit Surd. *d. 268.numero 20.& 21.* Maximè quia S. Concilium est munitum decreto irritante, quod inducit nullitatem actus ipso jure, non servatæ præcisè eius forma, Rota *in Treveren.* Abbatiæ sancti Maximini 20. Novembris 1624. coram Coccino, & *in Leodien.* Beneficii 1644. coram Bichio. Ut proinde nullius vigoris essent depositiones testium in partibus examinatorum ad probandum metum

metum, nullaque esset sententia inde sequuta sine jurisdictione, *l.1.C. si à non comp. jud.* Rota *dec.522.num.6.& dec. 166.num.7. parte 4.tom.3.rec.*

27 Nec refragaretur, quod aliqua ils inter professum, & ejus cognatos facta non fuerit ante susceptum habitum, & ante professionem emissam secundum aliquorum sententiam, cùm verius sit, quod facta ante professionem sufficiat, ut declarat Tambur. *de Jur. Abbat. disput.4.quæst. 2.num.4.*

28 Minusque suffragari potest, si reclamatio facta fuerit coram Notario, si ejus attestatio esset sine testibus; ideòque non probaret; cum fungeretur vice unius testis tantùm, qui nullam fidem meretur, quia Notario sine testibus non creditur, ut per Fulgos. *cons.56. numero 2.* ac per Rotam *in d. Ulyssiponen.* coram Carillo. Si in ejus declaratione ad veritatem denegandam, postea facta probaretur, eam nuper extractam fuisse cum ante data. Et quia ex forma S. Concilii reclamatio facienda est coram Ordinario, & Superiore regulari, aliterque facta non suffragatur, ut in dicta *Ulyssiponen.§. Adhuc non relevaret*, cùm non doceatur emissa coram Judice.

29 Quod verò ad restitutionem in integrum adversus lapsum quinquennii deneganda est. Quia Sacrum Concilium Tridentinum *c.19. cess.25. de regular.* decernit, quod intra quinquennium duntaxat possit professus causas nullitatis suæ professionis coram Ordinario, & Superiore suo regulari deducere. Et quamvis controvertatur, an post quinquennium audiendus sit, necne; Attamen haud absolutè Sacræ Congregationes Concilii, & (uper Episcopis, & Regularibus restitutionem concedunt, sed solum, quando aliqua justa causa deducitur, ob quam intrà quinquennium reclamatum minimè fuerit, ut referunt relati à Barbosa *ad d. c.19. & seq.* Navar. *in Lucern. regul. v. reclamare num.4.& 5.* quod quidem de jure supponunt Sanchez *de matrim.dib.7 disput.47.quæst.3.* Tambur. *de jur. Abbat. disput.6.quæst.25.num.7.* Lezana *in sum.quæst.regul. c. 20. num, 27.* Quæ sanè causa, sive impedimentum, quo quis impeditus fuerit intra quinquennium reclamare, probari debet ita, quod non sufficiat juramentum illam allegantis, ut per eundem Sanchez *loc.cit.num* 27. Novar. *ibid. num.6.*

30 Hinc causa impedimenti reclamationis intra quinquennium non potest esse metus, si adhuc vivat is, qui dicitur illum incussisse, cùm non possit assignari dispar ratio, cur, vigente eadem causa metus, intra quinquennium, reclamare non potuerit, possit post quinquennium dum adhuc duret, & vigeat eadem causa metus unde petitio restitutionis esset calumniosa per text. *in l. si calumnietur ff. de verbor signif.* ubi habetur quod calumnia sit per fraudem & frustrationem alios litibus vexare, cui suffragatur, Nevius *n.1.* aliique Doctores Archid. *in Can. quod verò nu.3.q.1.* ubi ait, Calumniatorem esse, qui sciens se non habere jus, litem movet, tam civiliter, quàm criminaliter.

31 Eoque maximè si professus amicos rogaverit, ut suam interponerent auctoritatem apud ejus patrem vel tutorem, alios, ut suum assensum ei præstarent religionem ingrediendi, quo obtento, hilaritatem ostendit, religionem fuit ingressus, professionem emisit, ex quibus eliduntur prætextus de professione per metum emissa; ut in hac specie tradit Sperel. *d. decis. 79. numero 63.* Quibus plena fides adhibenda est, si suam attestationem juramento confirmo, & in ea de proprio facto deponant, Rota *decis.594 numero 17.& 19. parte quinta, recent.* Et in *Romana* separationis bonorum 20. Aprilis 1646. coram Verospio, præsertim si unus ex his testibus sit vir nobilis, ut in terminis attestationis firmavit Rota *dict. decis. 594. numero 16. parte quinta. tom.2. recent.* vel unus, aut plures Sacerdotes, omni exceptione majores, Rota *dict. decis.594. numero* 18. Ex hac enim dispositione voluntatis ad ingrediendum Religionem clara resultat calumnia, palamque arguitur per frustrationem litibus vexari Religionem, & alios, qui cum professorem habent. Cùm igitur petitio sit calumniosa, nullo pacto hujusmodi professus est audiendus; Calumniosa quippe petitio rejicienda est, Gloss. *in d. l. qui cum natu major v. vel calumniosam ff. de bon. liberi.* Felin. *in c. de cætero nu.* 11. ubi ait, posse Judicem ex officio lacerare calumniosum libellum, *de re Judic.* Archid. *loc. cit.* ubi tradit, calumniatorem repellendum esse à prosecutione litis, quod etiam inquit Marsilius.

32 Aut si professus fictos testes subornaverit, quo casu aliorum testium examen est ei denegandum, Caputaquen. *dec. 50.numer.5.lib.3.* quæ loquitur de restitutione in integrum, ex hoc capite deneganda, Rota *in Avenionen.* dilapidationis bonorum 2. Martii 1645. §. *fin.* coram Cerro, & *in Calagurritana §. fin.* beneficii de Cornajo 27 Aprilis 1648. §. *fin.* coram eodem. Et *in Avenionen.* pecuniaria 3. Martii 1653. §. *ulterius*, coram Zarate. Quia, uno teste subornato præsumuntur omnes alii subornati, Guidopap. *cons.78.num.4.* Ruin. *cons.36.num.9.tom.4.* Mascard. *de probat. conclus.1314.nu.6.lib.3.* & Farinac. *de testib.25.qu.67. num.6.* Idque constare potest ex depositione unius testis asserentis sibi promissam remunerationem, si deponere voluisset; professum per vim, & metum inductum fuisse ad profitendum. Et licet unicus, contra tamen subornantem plenè probat, ut per Baldum *in tract. de feud. tit. si de investituris inter Dominos, & Vasallos lis oriatur c.1. num.7.* Quod notabile ait Felin. *in c. licet causam num.7. de probat.* Marsil. *sing.112 post nu.1.* & Gabriel. *concl. 1. de testib.n.23.*

33 Vel si metus, de quo, ut aiunt, datur sumus, non sit aptus ad irritandam professionem, dum est solus metus reverentialis, ut alibi diximus. Quod si solus metus reverentialis à patre illatus ad id non est satis, ut latè Sanchez *de matrim.lib.4.disp.6.quæst 2.numer.18.* Gomel. *var. resolut.tom.2. c.14.numero 27.* Gutier. *de jur.m. confirmat. parte 1. c.1.num.15.& seq.* Molin. *de primog. libro 1.c.3 numero 9.* Rota coram Buratto *dec 783.num.10.& in recent. decis.579.numero 5. parte 1.* Præsertim in casu, in quo assertiones testium influunt in Canonicas monitiones, & in modum prudentis educationis. quo quisque oprimus patetfamilias, sive tutor uti debet, ut considerat etiam Sperellus *ibidem num.50.* sed requiruntur etiam minæ, ut per Roram *dec.205.num.7.* coram Buratto, ibique Add. *numer.32.* Et in *Messanen.* nullitatis professionis 24. Novembris 1642. §. *ex qua facti serie*, coram Peutingero, Sperell. *d.decis.79.numero 17.& seqq.* multo magis hoc est dicendum de metu reverentiali erga matrem, sororem, aviam, novercam, materteram, patruelem, tutorem, ut rectè ad hanc rem infert idem Sperel. *loc.cit.num. 62.* Nam, ut diximus, ad irritandam professionem, præter metum reverentialem, requiritur metus cadens in Constantem virum, Sanchez *d.lib.4.disput.6.num.18* & hanc sententiam veriorem dicit, tam ex qualitate, quàm ex quantitate Doctorum, Sperel. *d.n.62.* Rota *dec.516. nu 18. parte 5. tom. 2. recent.* & in dicta *Messanen.* coram Peutingero.

34 Sive si testes deponant non de metu illato tempore ingressus in Religionem, sed de illato tempore pueritiæ professi, qui non officit professioni emissæ, ut Sperel. *eadem decis.79. numero* 50. Nam probari debet, quod metus illatus fuerit tempore actus celebrati, nec sufficit, quod præcesserit. Quia voluntas humana inconstans est, ut in his terminis arguit Rota *decis.600.numer.2.parte 4. recent.*

35 Vel si testes sint personæ viles, & sic omninò rejiciendæ, Afflict. *ad Constit. Neapol. libro tertio. de aleator. rubr. 53.num.13.* Mont. Alban. *de testib.num.16.& 18 & in tract. diverf.tom.4.* Roland. *cons.341.numero 5. vol. 2.* Si inimici interesse in hac re habentium, Innoc. *in c. cum l.& A. nu.5. in fine de sent.& re jud.* Honded. *cons.100.num.27. & seq. vol.1.* Grammat. *cons.45.numero 17.* Rota coram Crescentio *decis. 3. numer.2. de testibus.* Si singulares, & deponant de simplici tantum auditu, Roland. *cons.24.nu. 86.vol.1.* Cæphal *cons.204.num.7.& 21.ac seqq. libro secundo* Burlat. *cons. 316.num.18.& 19.lib.3.* ac Menoch. *cons.98. num.55.*

*nu.*55.*lib.*1. præcipuè si afferant,audiviſſe ab ipſo,qui metum incuſſerat,ne ſequatur abſurdum, quod amplius creditur exemplo,quàm autographo,Aym. *conſ.* 41.*n.*2.*tom.* Surd.*conſ.*135.*n.*96.*lib.*1.Honded.*conſ.*102.*n.*53. *& ſeq.vol.*1. & in terminis Sperel.*d.dec.*79.*n.*46.

36 Si deponerent poſt longum temporis intervallum.Nam ſi profeſſus ſuam profeſſionem per vim, ac metum emiſerit, id profectò ab omnibus ſui cœnobii religioſis probari potuiſſet, ut animadvertit Sperel.*d.dec.*79.*numero* 55.

37 Aut ſi concurrerent adminicula, vehemens, atque ingens veriſimilitudo,Rota *d.dec.*597.*nu.*18. Ut ſi per plurimos annos racuerit. Si enim per vim, ac metum profeſſionem emiſiſſet, utique poſt tantum temporis non tacuiſſet,ut etiam advertit Sperellus *d.dec.*79.*n.*67. Præſertim ſi nunquam proteſtatus fuerit, nec ante, nec tempore profeſſionis, nec poſtea, ut paſſim fieri ſolet, Rota *in Meten.*Profeſſionis 19. Junii 1647. coram Dunozeto ſeniore, per textum *in l. ſi quis forte* §. 1.*ff.de pœnis*, Cravet. *conſ.*28.*n.*6.Cæpol.*conſ.*287.*nu.*72. Oſaich. *dec.*117.*nu.*9.& Muta *dec.*74.*n.*13.

38 Quæ præſumptio non tollitur ex eo, quod cauſa metus adhuc durabat. Tum ſi nullibi conſtet, aliquem unquam metum illatum fuiſſe,Sperel. *dec.*80.*nu.*10. Tum ſi adhuc viveret qui præcenſum metum incuſſerat, & profeſſus reclamare non timet.Cur enim id ipſum affirmandum non ſit reſpectu temporis præteriti, ac temporis præſentis, cum utriusque eadem urgeat ratio, jus idem? Quod quidem objectum eo minus attendendum eſt, ſi plures annos profeſſus numquam cum eo, qui aſſertum metum incuſſerat, habitaverit, ſed in religione commoratus fuerit ſubjectus ſuo Superiori regulari, non autem ei, qui metum dicitur intuliſſe, ut etiam perpendit Sperel.*d.dec.*80.*n.*11.*&* 12. Maximè ſi ſpatio temporis & opportunitate loci habuerit facilem recurſum ad Superiores. Ex loci etiam qualitate juris præſumptio contra hoc objectum reſultat, Rota *dec.*516.*n.*20.*par.*5.*rec.*

39 Nec opponi poteſt quoad moniales,quod puellæ non fuerit præfixus terminus quindecim dierum ad deliberandum; nam licet exploratio voluntatis ſit neceſſaria, omiſſa tamen, profeſſionem non vitiat, ut advertit Menoch.*conſ.*396.*nu.*22.& Sanchez *in decalog.lib.*5.*c.*4.*nu.*84. Nam Concilium requirens hujusmodi examen non induxit nullitatem, quam in aliis expreſſit.

40 Quæ quidem exploratio per Epiſcopum facta ex ſe ſufficit ad ptobandam libertatem,& excludendam quamcumque ſuſpicionem metus, ut ait Rota coram Buratto. *dec.*618.*n.*7.*ac dec.*2.*n.*5.*par.*8.*recent.*Eſt ad mentem Sacri Concilii *c.*17.*ſeſſ.* 25. *de Regular.* ubi præſcribitur explorationis forma. Præſertim ſi conceſſus fuerit terminus ad deliberandum ſatis congruus; primus nempè octo dierum, ſecundus totidem dierum, Barboſa verò *ad d.c.*17. loquitur alternativè de præfixione quindecim,vel viginti dierum, atque ita expreſsè habetur in declaratione Sacra Congregationis Concilii relata à Campanile *in diverſ. jur. Canon. rub.*12. *c.* 16. *num.*19. & ab eodem Barboſ. *de poteſt. Epiſc.allegat.*100. *num.*3. Concilium enim, quod potiſſimum attendendum eſt, formam præſcribit, quod ſcilicet Ordinarius Virginis voluntatem diligenter exquirat, an coacta, ſeductave ſit, & an ſciat quid agat.

41 Neque ſubſiſteret, quod exploratio, quæ ſit in actu profeſſionis non relevet;, quia licet S. Concilium videatur duplicem explorationem expoſcere. primam ante ſuſceptionem habitus, alteram ante profeſsionem; attamen ſi prior emiſſa fuerit, illam ſufficere, declaratum referunt praxis Epiſcop. *parte* 1. *v. moniales*; & poſt Armendar. Tambur. *de jur. Abbatiſ. diſput.*4.*quæſt.*2. *numer.*4.*in fine.* præcipuè verò ſi non probetur primam explorationem non præceſſiſſe, ut quia teſtes deponerent de auditu à profeſſa, qui propterea non probant, ut in his terminis fuit dictum in dicta *Teveren.* nullitatis profeſſionis 14. Decembris 1648. §. *at in ſuper* coram Cerro, cujus particulam mox dabimus. Vel ſi deponerent de auditu in genere, nempè, *Io hò inteſo dire, de andarono al monaſtero il Veſcovo, e gli altri*, qui pariter nullam merentur fidem, ut in ſpecie Rota coram Mantica *dec.*142.*nu. ult.* Et præſumptio eſt in contrarium, quod ſcilicet ſusceptionem habitus præceſſerint diligentiæ neceſſariæ pro exploranda voluntate hujusmodi puelli.

Particula porrò deciſionis *in Treveren.ſeu Colonien.*eſt 42
hujuſmodi: Cùm enim in propoſito nullitas hujus profeſſionis reducatur ad vim, ac metum, ut prætenditur à Parentibus ſibi illatum, ſpecificam,& concludentem probationem requirit *l.*2.*ff.de his,quæ vi metusve cauſa fiunt*, *l.interpoſita C.de tranſact.*Rota *in recent.dec.*463.*n.*4.*par.* 2. coram Card.Mantica *dec.*142.*nu.*1.2.*&* 4. & coram Buratto.*dec.*628.*n.*3. *cum ſeq.*

Eoque minus,dum prædictæ minæ,ac verbera fuerunt 43
juſtæ, cùm liceat parentibus filios delinquentes verberibus punire, Angel.*id l.Prætore* §.*preterea nu.*3.*ff.de injur.* Paſchal.*de patr.poteſt.parte* 3. *c.* 5.*num.*3. Metus enim, juſtè incuſſus,numquam irritat votum, & profeſsionem, ut probat Leſſ. *de juſt.& jur.lib.*1.*c.*40. *dub.*3.*nu.*14.*&* 15.& Sanchez *in decalog.c.*3.*q.num.*21. Dum itaque ipſa ad effugiendam parentum indignationem monaſterium ingreſſa fuit, & ibi profeſsionem emiſit, ut pacem obtineret,& à continuis vexationibus ſe liberaret, conqueri non poteſt, nec metum parentum allegare, ſed hoc tribuere debet propriæ culpæ.

Ac inſuper Domini ponderabant, quod præfati teſtes 44
quodammodo videntur inter ſe contrarii, nec aliquam reddunt cauſam ſcientiæ ſuæ depoſitionis, & alii deponunt de auditu ab ipſamet Anna; Alii verò de auditu ab aliis,qui aſſueverunt ab eadem Anna audiviſſe. Undè nullum conſtituunt probationis gradum, *l. teſtium C.de teſtibus. c. ſuper litteris eod.tit.* Rota poſt 2.*vol.conſil.* Farinac.*dec.*187.*nu.*2.*& in recent.dec.*97. *num.*9.*parte* 8. Præſertim in hac materia,in qua cum reſiſtat præſumptio juris,clariores, ac plenæ probationes requiruntur, ut dixit Rota coram Card.Mantica *d. dec.*142. *num.*4. Atque hæc Rota.

Ex quibus conſtat ad irritandam profeſsionem proba- 45
tiones clariſſimas requiri, & tamen ſi profeſsio eſſet dubia, ſuſtinenda eſſet.Nam præſumptio ſemper militat pro validitate profeſsionis, illamque impugnanti ſub prætextu,quod emiſſa fuerit per vim ac metum, incumbit onus plenè,ac concludenter probandi.

CONSULTATIO CLXXXII.

De metu generatim. Quomodo geſta ex metu ſint voluntaria? Quid de metu gravi? Quid de cadente in conſtantem virum? Geſta ex metu, an & quatenus voluntaria? Vel in eis prædominetur voluntarium? Cur quædam ex metu gravi geſta, etiamſi ſimpliciter involuntaria, irritentur?

METus ex Ariſtotele 2.*Rethor.cap.*5.eſt ægritudo, ani- 1
mique perturbatio, orta ex cognitione mali imminentis. Eſt autem duplex. Alius, qui cadit in virum conſtantem,eſtque ille,qui ratione movet voluntatem,ut cum eligitur minus malum ad vitandum majus. Alius,qui non cadit in virum conſtantem., Vir autem conſtans eſt ille, qui eſt medius inter timidum & audacem.

Supponendum autem eſt, aliud eſſe fieri cum metu, 2
aliud ex metu. Primum dicit,quod metus non ſit cauſa operationis, ſed concomitanter ſe habeat. Secundum dicit, quod metus moveat ad operandum, pro quo requiritur, quod non perturbet uſum rationis, alioquin operatio non eſſet libera, & quod id, quod fit ex metu ſit contra inclinationem elicitæ voluntatis. atque adeò interveniat actus oppoſitus ex diverſo motivo circa idem objectum.

Quæ autem fiunt ex metu ſunt ſimpliciter voluntaria. Ita Ariſtotel. 3. *Eth. c.* 5. D.Thom.1. 2. *quæſt.*6. *artic.* 3
6. D.Auguſtin.*capite ſecundo de ſpirit.*& *lit.*ac *Epiſtol.*49.

Nam

Nam quæ proveniunt ſimpliciter à principio intrinſeco cum cognitione ſunt voluntaria. Hujuſmodi autem ſunt quæ fiunt ex metu, quia voluntas complectitur id, quod diſplicet, atque adeò vult, quod cognoſcit. Habent tamen quæ fiunt ex metu admixtam aliquam rationem involuntarii. Quia non ſunt ex ſe eligibilia, ſed tantum ad vitandum majus malum, & ſunt contra inclinationem elicitam voluntatis.

4 Ex quibus colligitur, non licere ratione metus, quantumvis maximi, committere quæ ſunt intrinſecè mala, ut docet D. Auguſtinus *lib.* 1. *de civit. c.* 16. & habetur in *Can. quiſquis* 11. *quæſt.* 3. & in *can. omne genus* 22. *quæſt.* 2. Quia metus non tollit ab ipſis intrinſecam malitiam. Unde cum ſint involuntaria, quæ fiunt ex metu, contrahitur malitia. Quando tamen ea, quæ prohibentur non ſunt intrinſecè mala, aut quæ præcipiuntur non ſunt abſolutè neceſſaria, ſi quis contraveniat ex gravi metu, non peccat, quia lex non obligat cum tanto diſcrimine.

5 In eo igitur, quod ex metu geritur, cerni aliquid involuntarii perſpicuum eſt ex eo, quod ſi actio ſpectetur quoad objectum materiale, vel prout Ariſtoteles 3. *Eth. d. cap.* 1. loquitur, ſi ſpectetur ſimpliciter, ſentirur dolor, nec exerceretur actio, niſi metus jugrueret, Eo tamen urgente, & ad gravius malum imminens declinandum ſuſcipitur actio, quæ proinde non eſt plene voluntaria, ſed eſt involuntaria ſecundum quid, ſive ex obiecto materiali appetitionis, quod eſt medium perveniendi ad finem intentum, hoc eſt, ad declinationem mali. Nam nolitio mali, quod metuimus eſt planè voluntaria. Volitio autem medii ad malum illud declinandum uſurpandi, involuntaria eſt, quatenus voluntas, quæ, metu ingruente, vult illud uſurpare, detrectaret id facere, ſi metus abeſſet. Unde nunc operatur adacta metu imminentis mali, non quidem adacta ſimpliciter, *ſed conditionaliter* juxta modum loquendi antiquorum Theologorum apud Argentinam in *d.* 29. *q. un. art.* 1. & ut aliqui loquuntur, *inductivè.* Sic enim Alenſis 4. *p. q.* 8. *membr.* 7. *art.* 2. §. 1. & S. Bonaventura *in* 4. *diſt.* 4. *art.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 22. neceſſitatem conditionatam appellant, & contraponunt abſolutæ neceſſitati, quam vocant *neceſſitatem ſufficientem.*

6 Hanc dumtaxat, non aliam neceſſitatem in Tyranni precibus ex vulgari effato, quod refert agnoſcit Plato *epiſt.* 7. quæ eſt ad Dionyſ. propinquos, cum ait: *Tyrannorum precibus, ut eſt in proverbio, admiſceri neceſſitatem*, nempè ob metum inſtantis damni, ni voluntate petentis fiat ſatis, ſimiliterque Laberius apud Macrobium 2. *Saturnal. cap.* 7. à Cæſare rogatus in ſcænam prodire, homo ſenex, & equeſtris ordinis, iniectam ſibi ea ſupplicatione neceſſitatem, prodiens excuſat, nimirum, ut Publius Mimus ſcitè dixit. *Cogit rogando, qui rogat potentior.* Eleganter item Auſonius *præf. ad cento.* Potentiſſimum imperandi genus eſſe, ait, cùm rogat, qui jubere poteſt. Alibi item à Theodoſio ad edenda ſua carmina rogatus quid præfatus ſit, alibi dixi. Ineſt igitur vis quædam, atque neceſſitas in eo, quod per eas preces efficitur metu ingruentis mali, ſi qui rogatur, ad eas obſurdeſcat, ac proinde, quod ex metu fit, non vacat involuntario.

7 Perſpicuum autem indicium mixturæ involuntarii in hujuſmodi actu prodeunte ex metu duci dicebam ex dolore. Quod patet in mercatore, qui preſſus tempeſtate, & metu ingruentis interitus, merces in mare proiicit ad navem exonerandam, ut eo pacto irritæ, ac ſaluti conſulat. Actio enim proiectionis ſpectata materialiter, eſt contra inclinationem voluntatis, & idcircò ingenerat moleſtiam, nec abſque dolore exercetur. Qua etiam ratione obſervatio præcepti in re aſpera, poteſt eſſe involuntaria, ſpectato illo materiali. Ingeneratur enim voluntati diſplicentia ſimplex ex materialis illius obiecti aſperitate proveniens, Similiterque obſervatio præcepti difficilis facta ex timore pœnarum involuntaria eſt, & diſplicentiam ingenerat, ratione obiecti materialis; quamvis ea diſplicentia, & metus mali, quia ſimplex dumtaxat eſt, nec habet vim propoſiti efficacis, quo ſtatuatur, præceptum fore violandum, niſi metus ingrueret non inquinet actum ex tali metu geſtum, ſicut faceret metus importans illud propoſitum, qui dicitur *timor ſervilis cum ſervilitate.*

Alterum indicium ejus involuntarii, quod admiſce- 8
tur actioni ex metu factæ, peti poteſt ex eo, quod plerumque leges alioqui juſtæ, non obligant ingruente metu magno. Hinc enim colligere licet, inferri voluntari magnam vim, quandoquidem legislator qui rationabiliter ſe gerit, noluit interpoſito gravi illo metu, damni non facilè alia via declinandi, vel etiam inſuperabilis ſubditum adſtringere ad legum prædictarum obſervationem.

Ut tamen actio ex metu facta meritò cenſeatur ha- 9
bere admixtum involuntarium, neceſſe eſt ex metu gravi, nec ſufficeret facta ex qualicumque metu. Cùm autem me reſtrinxerim ad metum gravem, liquet ex eo, quod, ut dixit Ariſtoteles 2. 9. *ad Eudem. cap.* 9. *Non ſi quis ut contractum vitaret, occidiſſet alterum, ni ſe id, coactumque feciſſe dicat. Majus enim, acerbiuſque malum oportet non facienti propoſitum ſit. Sic enim coactus, & vi faciet, ſcilicet quando malum boni gratia, vel ob majoris mali repulſionem, agit, idque invitus. Neque enim penes ipſum hæc ſunt.* Quod Philoſophus hoc malum, ex quo metus gravis, & involuntarium causans oritur, ait debere eſſe majoris mali, non eſt ſenſus, quodvis malum metui iſti obiectum, debere eſſe gravius malo, quod incurretur, ſi homo metui ſuccumbat, dedat ſe ſe. Id enim neceſſarium non eſt ad metum alicujus involuntarii ingenerativum. Siquidem malum negandi fidem, in quod martyr incidet, ſi propter horrenda tormenta à fide reſiliat, longè gravius, & majus eſt quibuſvis tormentis; & nihilominus ipſa tormenta meritò cenſentur malum ſufficiens ad cauſandum metum inductivum involuntarii, quicquid contra aſſerunt Valentia *tom.* 4. *diſp.* 10. *quæſt.* 3. *punct.* 2. & Comitol. *lib.* 3. *reſponſ. quæſt.* 2. aliique permulti.

Senſus ergo eſt, malum gravis metus, cauſativum, 10
debere eſſe malum majus ſaltem ſecundum depravatam exiſtimationem eius, qui metu percellitur, ut poſtea ex Simplicio attingam. Vel certè malum majus appellatur illud, quod eſt longè majus eo, quod ab Ariſtotele propoſitum fuerat, nempè contractu levi, ſimilibuſque aliis malis minutis, & abſolutè indignis nomine mali. Eſt itaque ea comparatio mali, quod timetur, attendenda non penes malum, cujus vitandi cauſa iſtud ſuſcipitur, ſed penes mala, quæ paſſim evenientia, hominem non meticuloſum percellere apta ſunt, & idonea ad eum à propoſito dimovendum; ſin minus juxta leges rationis, at ſaltem attenta mali acerbitate, & hominis conditione, quæ nonniſi magno riſu aſſurgere poteſt ad ſubeundum atrox illud malum potius quam deflectat à propoſito. Qui enim mali impendentis, quod cum hujuſmodi malis, quæ paſſim gravia mala cenſentur, collatum, grave meritò cenſeatur metu adactus, aliquid fecerit, quod alioqui non eſſet facturus, non poteſt cenſeri leviter adactus, meritoque etiam judicatur involuntarie egiſſe.

Paſſim autem, metus de quo hactenus, vocatur *me-* 11
tus cadens in conſtantem virum, vel *metus juſtus* aut probabilis, vel *non vani hominis*, ut videre eſt apud Ulpianum, Labeonem, Celſum, & Caium partim *ff. de eo, quod met. cauſ.* partim *ff. de reg. jur.* eo quod ſcilicet ſit gravis mali, ac prudenter ſuſceptus. Quod tum demum cenſetur accidere, cùm notabile incommodum ingruens veriſimiliter impendet à viro potente, ac ſolito minas excedere, eſtque revera tale malum, ut non ſit facilè excutiendum, vel depellendum. Hujuſmodi ergo metus in ſe gravis eſt, & talis, quo mirum non ſit conſtantem hominem concuti, atque deiici.

Hoc vocant cadere *in conſtantem virum.* Neque enim 12
metum cadere in aliquem, eſt, quomodolibet eum

tangere. Nam sic metus leves dicerentur cadere in constantem virum. Quod esset ridiculum.

13 Igitur metum cadere in constantem virum, est metum illum hominem ita movere, ac percellere, ut eum, tametsi alioqui constantem, & fortem, concutiat, & de proposito dimoveat. Quo pacto vir fortis, propositum habens servandi suas pecunias, mutat tamen hoc propositum, si in latrones incidat, & videat dimissionem marsupii necessariam esse ad vitæ conservationem, & indemnitatem à latronum violentia. Et quamvis gravitas mali metum istum excutientis, pensanda præsertim sit ex natura rei potius quam ex conditione personæ timentis, tamen neque hæc est prorsus dimittenda in tali æstimatione. Aliquid enim censebitur idoneum ad percellendam mulierem, vel puerum, quod circa virum militarem, levis momenti judicaretur. Plenissimè in hanc rem disputant Doctores, præsertim qui de matrimonio, & contractibus disputant. Plures adducit Sanchez *l. 4. de matr. disp. 1. & seqq.* latè item Farinac. *in pr. crim. par. 1. quæst. 35.* Ad rem præsentem sufficiunt, quæ adduxi. Ex eis enim liquido perspicitur, quod ostendendum proposueram, nempè actioni ex metu factæ admisceri involuntarium.

14 Quod tamen ea actio simpliciter sit voluntaria, tradit apertè Paulus Jurisconsultus *in l. si mulier ff. de eo, quod met. caus.* & ex eo patet, quod cadat in eam definitio voluntarii. Et ita eleganter docet Epictetus apud Arrianum *l. 1. cap. 17.* ac optimè etiam Simplicius in *cap. 1. Enchir.* probans libertatem voluntatis. *Dicat aliquis*, inquit, *nonne sæpè à Tyrannis, aut nostris, affectibus amore, atque odio coacti, alia, atque alia suscipimus, aut admittimus non volentes? Quo pacto ergo tum potestas nostra, & libertas cernetur? Respondeo, tum etiam delectum sui juris esse. Quamvis enim principaliter id optabile non sit, ad quod necessitate feramur, tamen deterioris collatum optabile videtur. Itaque id complectimur. Neque fieri potest, quicquam ut agas, nisi prius assensus te facturum esse. Nam qui non consulto aliquid facere videtur, ut qui nolens in foveam incidit impulsus ab alio, is inanimæ rei instar id facit, ac pati, quam agere verius dicitur. Quare licet inviti agamus, tamen sic agere volumus. Proinde eadem necessitate proposita, alii majoris mali metu id suscipiunt, quod imperatur. Alii non suscipiunt, quod majus malum existimant id facere, quod jubentur, quam pœnas contumacibus propositas subire. Sic in iis etiam, qui inviti aliquid agere videntur, potestas, & libertas nostra manet.* Atque adeò manet etiam ratio voluntarii, quæ est ratione liberi anterior, & necessario ad eam præsupponitur.

15 Nec repugnant, quæ subdit continenter Simplicius, docens aliud esse, quod opus sit liberum, aliud autem, quod opus sit voluntarium, & duo illa seiungi posse. Usurpat enim voluntarium aliter, quam in hac tractatione usurpamus, nempè non pro eo, quod est à principio intrinseco cognoscente singula, in quibus est actus, qua ratione vocem *voluntarii* usurpamus, sed pro eo dumtaxat, quo purè tale est, & absque mixtura ulla involuntarii. Ita planè accipienda sunt hæc, quæ continentur, subdit: *Nec enim idem est voluntarium, & id, quod in nostra potestate est, sed voluntarium id est, quod præcipere expetitur. In nostra verò potestate, quod amplecti possumus, sive propter sese, sive ob mali gravioris fugam. Fit etiam interdum, ut voluntarium cum invito misceatur, cum res expetenda, non planè expetenda fuerit, sed & ejus particeps, quod aversemur. Hanc quasi misturam voluntarii, & inviti probe descripsit Homerus, cum ait, volens invito pectore quamvis.* Hactenus Simplicius.

16 Et addere possumus Christiani non minus concinne descriptam fuisse, à sapiente eam mixturam verbis illis de pigro: *Vult, & non vult piger.* Vult enim bonum propositum, quia experibilitatem ejus apprehendit. Sed ea volitio, quasi retunditur, & hebescit ob animadversam difficultatem, qua bonum illud agnoscitur obseptum, atque ita robusta nolitio ejus, ac repudiatio prævalet languidæ, & inefficaci volitioni, ad bonitatem malitia, sine difficultate dilutam, terminatæ. Similiter ergo in actione, quæ ex metu suscipitur, quamvis adiungatur inefficax nolitio conditionalis; Tamen volitio ab urgente metu extorta, prævalet. Cùm autem volitio non possit non esse voluntaria, perspicuum est, actionem illam ex metu susceptam, debere agnosci voluntariam, nec dici posse extortam, quasi sit à vi excludente voluntarium, sed tantum ob mixturam propositam. Perspicuè idem asseruit Aristoteles *3. Eth. cap. 1.*

17 Neque verò tantum intendo, quod hactenus dumtaxat probasse videor, ac tum ex metu profectum, esse voluntarium; sed etiam intendo esse simpliciter voluntarium, nec esse involuntarium, nisi secundum quid ita, ut quamvis voluntarium, & involuntarium misceantur in hujusmodi opere prædominetur tamen voluntarium, ut rectè contra Decium, id negantem, affirmat Sanchez *lib. 4. de matr. dis. 1. numero 5.* estque aperta sententia Aristotelis locis allegatis, & S. Thomæ *1. 2. quæst. 6. art. 6. & 3. ethic. lect. 1.* annuitque Durandus *in 4. d. 29. quæst. 2. numero 10.* & Almain. *tr. 1. moral. cap. 3.* initio, & passim alii scholastici, ac Philosophi. Idemq; ferunt illa D. Augustini de *Spirit. & lit. c. 31. Si subtilius advertemus etiam quod quisque invitus facere cogitur, si facit, voluntate facit. Sed quia malis aliud, ideò invitus, hoc est nolens facere dicitur. Malo quippè aliquo facere compellitur, quod volens evitare, vel à se removere, facit, quod cogitur. Nam si tanta voluntas sit, ut malit hoc non facere, quam illud non pati, cogenti proculdubio resistit, nec facit. At per hoc si facit, non quidem plena, & liberâ voluntate, sed tamen non facit, nisi voluntate. Quam voluntatem, quia effectus consequitur, non possumus dicere potestatem defuisse facienti. Si enim cogenti cedens, vellet facere, nec posset, ei voluntatem affuisse, licet extortam; sed potestatem defuisse diceremus.* Agnoscit itaque Augustinus in iis, quæ ex metu fiunt, prædominari voluntarium.

18 Optimè autem id evincit ratio, quam adhibet D. Thomas, nempè quod unumquodque simpliciter, & absolutè, ac principalius denominatur ex eo, quod ei actu competit, & non nisi secundum quod ex eo, quod competeret illi, si aliqua conditio poneretur, quæ nunc non ponitur. Illud enim re ipsa, & actu competit rei; hoc autem nonnisi in apprehensione nostra. Atqui actus à metu causatus est reipsa, & de facto voluntarius. Non est autem involuntarius, nisi sub conditione, nempè quia si secluderetur status præsens, & removerentur hæ singulares circumstantiæ, homo hujusmodi medium non eligeret, doletque se eo statu esse, quo satius ducere debeat hoc medium eligere, quàm subiacere alteri malo. Ergo homo in hujusmodi eventu denominandus est potius voluntariè agens, quàm involuntariè; tametsi aliquale quoque involuntarium ill voluntario prædominanti admisceatur. Quod unum volunt jura, quæ allegat Decius.

19 Nimirum consideranda est in homine operante ex metu, duplex voluntas. Una absoluta & efficax, & ratione hujus, actus est simpliciter voluntarius. Altera conditionata, quæ scilicet haberetur, si metus abesset, & ratione hujus volitionis, quam constat non prædominari, actus dicitur aliquarenus involuntarius. Cavenda item est æquivocatio, ex qua contingere posset, ut quis censeret, Doctores affirmare involuntarium prædominium in eo, quod ex metu efficitur. Quia nempè interdum dicunt, hujusmodi actum absolutè esse involuntarium, quo pacto loquitur D. Thomas lectione illa prima. Non enim sensus est, actum de quo agimus esse principalius involuntarium, ut interdum sonat vox illa *absolute*, sed tantum sensus est absolutè, ideſt si removeretur status præsens, actum fore invo-

involuntarium, seu potius omninò fore devitandum.

20 Itaque actio ex metu gravi facta, est simpliciter voluntaria, nec nisi secundum quid est involuntaria ita, ut, quamvis in ea voluntarium, & involuntarium aliqualiter admisceantur; tamen, prædominetur voluntarium. Nec obest, quod pleraque metu injustè incusso gesta irrita reddantur jure humano, quasi supponente defuisse in eis voluntarium, idèòque præsumente esse per vim facta, revera enim jus acta illa rescindens, hoc non supponit; alioqui si facta fuissent incusso justè metu, æquè debuissent censeri voluntaria involuntaria, & irrita reddi, contra quam jure cautum est. Idcircò igitur interdum contingit cassa reddi jure positivo, quæ ex metu facta sunt, & suapte natura valerent, quia actus per iniuriam extortus non debet ei favere, qui vim intulit. Quod non parum juvat, ut obviam eatur infinitis malis, quibus aditus pateretur, si iniuriæ irrogatio commoda, & utilis esset irroganti.

21 Plerumque etiam intervenit defectus pugnans cum ratione actus, qui exercetur, quamvis consensus simpliciter liber interveniat, & tunc actus, etiam secluſa lege humana irritante, est invalidus. Sic donatio gravi metu, v. g. prædoni, ne vitam eripiat, suapte natura nihil valet, etiam si sit voluntaria. De ratione enim donantis est, ut fiat ex liberalitate, ac plena libertate, quam impedit metus mortis, à prædone alioqui imminente. Quamvis idem non contingat in donatione alicui facta, ut ab invadente prædone tueatur. Quod enim isti datur, validè datur, etiamsi ex metu detur. Sed nimirum præterquamquod iste præmium ac mercedem operæ iuæ accipere debet, metus ibi interveniens, ex quo proxime perfolvitur hujusmodi stipendium, non est metus extrinsecè illatus, qui solus actum irritat, estque patienti iniurius, sed est metus intrinsecus, quia à causa externa libera non est incussus immediatè. Hic autem metus, cùm ipse homo eum sibi inferat, ac proinde injuriam, ac vim eo non patiatur, neque actum irritare suapte natura potest, neque ejus lege humana irritandi fundamentum sufficiens præbet.

22 Speciatim verò, ac fusè, qui multa de metu quoad professionem regularem scire cupit, adeat Fagnanum in *cap. per latum de his, quæ vi metusve causa in cap. si quis de regul. in cap. insinuante qui Cler. vel vov. in cap. sicut nobis de Regul. in cap. nullus eod. tit. in cap. vidua eod.* ac alibi passim.

23 Ego intetim non gravabor adducere exempla aliquot restitutionis in integrum adversus lapsum quinquennium remissa à Sanctissimo ad Sacram Congregationem Concilii cum ejus rescripto, ex quorum serie restitutio modò concessa, modò negata fuit.

24 In Bambergen. restitutionis in integrum adversus lapsum quinquennii remissus fuit à Sanctissimo D. N. ad hanc Sacram Congregationem libellus infrascripto verborum tenore conceptus. Augustinus Lagnet diœcesis Bambergen. humiliter exponit, qualiter ipse ante annos complures sacrum Carmelitanorum non reformatorum Ordinem Bambergæ ingressus, adhuc ipso probationis tempore, ordinis religiosi pertesus, binis vicibus, projecto etiam coram Conventu habitu, ex novitiatu exire voluerit. Verùm non modò gravibus amicorum minis, ac etiam ipsorum Religiosorum dicti Monasterii, qui carcerem oratori minabantur, nec non refusionem sumptuum instanter efflagitabant terrore compulsus, sed etiam ipsius propriæ matris, sæpius importuna, & violenta instantia, imò & verborum, & Crurifragii, nisi Religionem profiteretur acerrima comminatione coactus, ut ex testimoniis juridicè editis liquet; tandem invitus, magisque ex metu, qui in constantem virum cadere potest, quàm ex zelo Religionis permotus decimoquinto circiter ætatis anno professionem emiserit, quam tamen sequenti tempore non ratificavit, nec in animo approbatam habuit.

25 Tranſacto in professione violenter facta, duobus & medio anno, dictus Orator nullum aliud salutis medium sibi superesse ratus, projecto habitu, ex monasterio fugit, & in partes alias se se contulit, ubi matrimonio cum quadam vidua contracto, susceptisque ex ea aliquot liberis, quorum quatuor etiam nunc supersunt per annos plures est commoratus. Tandem uxore mortua, & conscientia ad meliorem vitam instituendam compellente, Viennam Austriæ venit, eo animo, ut factus Catholicus Sacerdos in vinea Domini pro salute proximi operaretur, in quem finem non modo à Sede Apostolica dispensationem super bigamia clementer impetravit, sed etiam à Sereniſſimo, & Reverendiſſimo Archiduce Leopoldo, Episcopo Passavienſi, inter alumnos est receptus, ubi etiam nunc talis perseverat.

26 Verùm quia Orator, dum superiori Anno ad sacros ordines suscipiendos se se disponit, à nonnullis præter expectationem, quasi Religiosus proclamatus, & ob professionem emissam, tametsi vi extortam, atque adeò in conscientia nullam ad forum contentiosum deductus fuit, non obstante quod Carmelitarum Religio toto hoc tempore Oratorem, nec ut membrum Religionis unquam reperierit, nec contra eum tamquam apostatam inquisitionem ullam, aut accusationem toto hoc etiam præsenti tempore instituerit. Ideò orator usque dum declaratoriam sententiam super nullitate professionis suæ adferat, ab Ordinibus suscipiendis ad tempus est suspensus.

27 Quare sæpè nominatus Orator ante mensem pedester Urbem accedens Sanctitati vestræ supplicat, quatenus inspecta rei veritate, professionem hanc olim à se ob metum directè ad eam emittendam incussum, factam, vel nullam, invalidamque declarare, vel ad Nuncium suum Viennæ in Austria totam causam, utpotè cui eadem cum persona nota est, remittere dignetur, expedienda pro justitia, ut Deus &c.

28 Ad probandam prænarratam violentiam, & respective metum quantum ad obtinendam restitutionem sufficiat, nonnulla documenta exhibet Orator, quorum exemplum ipse ad singulos Eminentissimos Patres defert, quibus præcognitis, citato Patre Procuratore Generali Carmelitarum, quæritur.

29 An sit locus restitutioni adversus lapsum quinquennii?

Sacra Congregatio Concilii die prima Aprilis 1662. censuit, si Sanctissimo placuerit, posse Oratori concedi petitam restitutionem in integrum adversus lapsum quinquennii, reassumpto habitu, & constituto sub obedientia Superiorum Conventus.

30 In Sabinen. nullitatis professionis. Cùm Visitator Apostolicus sub Anno 1660. Monasterium Sanctimonialium S. Crucis Ordinis Sanctæ Claræ Oppidi Malliani visitaret, Abbatissa una cum Monialibus supplici libello petebant à Sanctissimo, ut quieti ejusdem Conventus, necnon animæ sororis Mariæ Cœlestis de Simoncellis consulere dignaretur, utpotè quæ olim utroque parente orbata, vi ac metu sui patrui, sub cujus potestate erat in anno ætatis suæ decimo tertio habitum Monasticum suscipere coacta fuit, quo metu ac violentia perdurante sub anno 1636. ad professionem emittendam, vel simulandam compulsa fuit, cùm tamen in ipso actu profitendi formulam præscriptam proferre enixè recusaverit, prima dumtaxat verba: *Io suora* proferendo, & cæteroqui lacrymis, & querimoniis, tam ante professionem, quàm postea, usque in præsens protestata fuerit, se nec Monialem, nec respectivè professam, ideòque illam & vestibus sæcularibus uti solitam, & Monasticis muniis fungi, Choro interesse & Abbatissæ obedientiam præstare nunquam voluisse. Quibus per Abbatissam, & Moniales, ut supra expositis, ut ad Sanctissimum referrentur additum fuit nomine ejusdem Sororis Mariæ Cœlestis.

31 Se statim ac Patruus defunctus fuit, etiam ante elapsum quinquennium à die professionis coram Domino Suffraganeo Sabinensi reclamavisse, tum etiam per supplices libellos S. Congregationem Episcoporum, & Regularium adivisse, sed sibi tum per moniales,

tum per fratres suos germanos obstrictam fuisse viam prosequendi, ac terminandi causam nullitatis suæ professionis. Unde se procuratoribus destitutum, & dispendio litis imparem, & sexus imbecillitate, & clausuræ vinculis præpeditam, nihil potuisse, nisi perpetuis querimoniis protestari, ac denunciare nullitatem suæ professionis.

32 De qua nullitate præsertim ex eo constare prætendit, quod Soror Maria Pescitella sub anno 1660. dum moriens anteactæ vitæ rationem redditura esset Deo, stimulo syndereseos tacta, coram testibus, & Confessario fassa est, se dum sub Anno 1636. Abbatissæ munere fungebatur, adegisse Sororem Mariam, ut profiteretur; sed illam proferre minimè voluisse formulam professionis duobus primis verbis exceptis. Attamen in libro professarum Monialium descriptam se jubente. Itidem eamque Sororem Mariam Cœlestem impeditam à se fuisse, ne causam nullitatis prosequi posset, & adversus eam falso asseruisse.

33 Quibus, & aliis hujusmodi Sanctissimo D. N. per R. P. D. Secretarium Visitationis Apostolicæ relatis, emanavit decretum infrascripti tenoris. Sanctissimus D. Noster mandavit committi per litteras Sac. Congregationis Episcopo Salaminæ suffraganeo Sabinensi, ut auditis quorum interest, processum conficiat super nullitate professionis, per vim & metum ab Oratrice, ut petitur, emissæ, eumque transmittat ad eandem Sacram Congregationem, quæ postea referat sanctitati suæ quid ex processu resulter. Dat. 15. Decembris 1660.

Prosper Fagnanus Secretarius.

34 Cùm deinde Gaspar Simoncellus frater germanus ejusdem Sororis Mariæ executionem dicti decreti pluribus supplicibus libellis ad Sanctissimum porrectis impedire enixè curaverit, & circa processus confectionem supersederi voluisset, denuò eadem Maria Cœleste supplicante, ac iterùm relatis ad Sanctissimum iis, quæ ab utraque parte adducebantur, tandem Sanctitas Sua sub die 6. Aprilis 1661. mandavit revocari supersessoriam circa confectionem processus, & sororem Mariam Cælestem audiri.

35 Subindè legitimè confecto processu per D. Suffraganeum, & ad Sac. Congregationem transmisso, hodie supplicante dicta Sorore Maria, citatis citandis, quæritur, An constet de nullitate professionis sororis Mariæ Cœlestis ita, ut locus sit declaratione ipsam non esse Religioni adscriptam?

36 *Sacra Congregatio Concili die prima Iulii 1662. censuit, affirmativè.*

37 In Meliten. Restitutionis adversus lapsum quinquennii. Supplici libello per Sanctiss. D. N. ad hanc Sacram Congregationem remisso petit Victoria de Azzopard, sive soror Scholastica, ut sibi restitutio adversus lapsum quinquennii, & causæ nullitatis professionis Commissio concedatur, quoandoquidem, ut asserit, minis, & verberibus avunculi sui, nec non & Matthæi fratris, virorum asperrimi, & sævi ingenii, sub quorum potestate erat, coacta fuit in ætate annorum quindecim habitum Monasticum assumere, & deinde eorumdem quoque violentia post annos tres professionem regularem emittere. Adversus quæ omnia, præviis assiduis querimoniis, contradictionibus, & protestationibus, tam ante, quàm post emissam professionem saltem extra judicium reclamasse asserit, statim verò ac frater diem suum obivit, motu solutam, se Apostolicæ Sedis præsidium supradicto supplici libello imploraſſe.

38 Antequam aliquid circa prædictum libellum decerneretur, visum fuit expedire, ut ex Ordinario Melitensi aliqua instructio circa expositam narrationem haberetur. Itaque Vicarius Capitularis respondet ad verbum.

39 Pro sumendis informationibus pro parte Victoriæ Azzopard Monialis Sancti Petri hujus diœcesis Melevitanæ per Epistolam transmissam de die 19. Januarii proximè præteriti, reverenter accepi, ac pro illius executione intimatis partibus, quarum interest cum terminis ad informandum, fuerunt ultra testes per me examinatos ad instantiam dictæ de Azzopard, ab eadem, & procuratore monasterii productæ revelationes plurimorum testium in vim literarum monitorialium elicitæ, pro quarum repetitione idem Procurator institit, quod tamquam superfluum præsentis hujus inspectionis prætereundum esse censui; ideòque ab illis super hoc negocio fuerunt productæ, ea omnia ad Eminentias Vestras transmitto, ut in re tanti momenti quicquid magis opportunum videbitur decernant. Interea &c. Ita Vicarius.

Dicta testium, quibus Oratrix narratorum veritatem asserere conatur, & è contra, quibus monasticam Oratricis professionem, tamquam legitimè emissam, vel saltem subsequenter legitimis actibus ratificatam, & firmatam probare intendit in summario utriusque partis informantis copiosè descripta circumferentur per manus, ut opus non videatur hic ea exscribere. Quibus positis quæritur 40

An sit locus petitæ restitutioni, & causa Commissioni? 41

Sacra Congregatio Concilii 11 Iulii 1665. censuit non esse locum.

In Patavina. Alias sub die 9. Februarii anni proximè elapsi recitatus fuit libellus per Sanctiss. D. N. ad hanc S. Congregationem remissus infrascripti tenoris. Daniel de Michaeliis nobilis Patavinus suppplex narrat, se patris metu coactum sub anno 1674. emisisse professionem Monasticam in Congregatione Cassinensi. Sed cùm semper animo alienus à disciplina regulari fuerit, nec professionis nullitatem probare posset ob testium defectum, cùm fratrum suorum metu nemo in Judicio testificari vellet, è monasterio aufugit, & extra Claustrum per annos quinque est commoratus, mox à Superiore Regulari per annos tres carceribus obstrictus fuit, ac tandem ut incorrigibilis dimissus. Nunc duo alternatim petit, vel ut committatur causa restitutionis adversus lapsum quinquennii, vel ut sibi relaxetur suspensio inducta ratione incorrigibilitatis. 42

Et cum sub dicta die responsum fuisset, Oratorem non posse auditi, nisi reassumpto habitu; ideò ille in Monasterio sub obedientia, & habitu Regulari se constituit, denuò prænarratas suas preces Sacræ Congregationi porrigens. Ac proinde hodie quæritur. 43

An & utri ex dictis petitionibus annuendum sit? Documenta, quibus narratorum veritatem Orator asserere intendit per manus in Summario à procuratore circumferentur. 44

Sacra Congregatio Concilii eadem die 11. Julii 1665. nihil respondit. 45

Ego consultus ita respondi: Relaxanda videtur suspensio, inducta ratione ejectionis, dummodo tamen in electo subsit spes evidens emendationis ex literis saltem testimonialibus Ordinarii, cujus conscientiam in his concedendis Sac. Congregatio graviter, ac severè onerabit. Et de his non plura. 46

CONSULTATIO CLXXXIII.

An Conventus Regularium suppressus, & postea restitutus censeatur restitutus quoad præcedentiam?

1 DIxi alibi, quod accedentibus attestationibus hominum fide dignorum, ex quibus concludenter probetur possessio antiqua præcedendi, quæ satis est pro obtinenda manutentione in quasi possessione præcedendi, pro qua sufficiunt etiam leves probationes, ac semiplenæ, ut sæpius firmavit Rota, speciatim còram Seraphino *decis.* 1123. *n.* 1. Cavaler. *decis.* 57. *n.* 4. & urano *decis.* 21. *nu.* sexto 4. subintrat dispositio constitutionis Gregorii XIII. de de præcedentia inter Regulares. Sed quid si Conventus fuerit suppressus, & restitutus? Id videtur non obstare; Nam cùm redintegratione obtenta recuperantur omnes honores, & prærogativæ præce-

præcedentiæ, quibus fruebatur ante suppressionem ex verbis, quæ in decreto restitutionis apponi solent, scilicet: *ad primævum statum regularem reducat*, quæ ob eorum efficaciam important redintegrationem plenàriam, ac retrotractationem ad tempus ante suppressionem, tamquam si illa nunquam esset facta per textum in *l.* 1. *C. de sent. pas. & rest.* ibi: *ut autem scias quid sit in integrum restituere honoribus, & ordini tuo, & omnibus cæteris te restituo*; & per Glossæ paræmiam: *Res redit ut pridem, cum status redditur idem.* Et notat Gallet. *de restit. integr. cap.* 1. *num.* 3. 5. *& seq.*

2 Stante autem restitutione, censendus est restitutus ad omnes honores, ac dignitates. Restitutio namque est in pristinum statum reponere, *l. videamus* §. *in Faviana ff. de usur. & fruct. l. quod si minor* §. *Restituto ff. de minoribus*, ita, ut non intelligatur quis restitutus, nisi consequatur plenam restitutionem, *cap. venerabilis de offic. delegat. & d. l.* 1. *& l. cum indulgentia, & l. fin. C. de sent. pas & rest.* Abbas in *d. cap. venerabilis.* Bartol. *in d.l. quod si minor*, & in *l. ab hostibus ff. ex quibus caus. ma. &c. & in l. qui proprio ff. de procur.* Rosental. *de feud. cap.* 2. *quæst.* 19. *lit. A.* ubi alii. Et idem eodem pacto censendus est, ac si nunquam fuisset suppressus.

3 Et confirmari potest ex doctrina Baldi in *l. si cum dotem* §. *uxor. ff. sol. matr.* & in *l. Imperialis ver. nota C. de nupt.* Angel. *in Auth. de hæred. & falcid. sub nit.* Bartol. *in l. & qui* §. *si in metallum ff. de muner. & honor. & in l. quid ergo* §. *pœna ff. de infam.* nimirum quod Bannitus restitutus recuperat omnia privilegia, & officia, quæ prius habebat, & constituitur in eo statu, in quo erat antequam inhabilitaretur ita, ut eodem modo se habeat, ac si nullam subisset inhabilitatem.

4 Quod insuper ex alia doctrina confirmari potest. Docent enim communiter Doctores, quod illegitimus subsequente legitimatione, fit habilis quoad omnia, etiam dignitates, ac si ab initio legitimus natus fuisset. Ita Crotus *in l. Gallus* §. *Et qui si tamen num.* 161. *ff. de liber. & posth.* Ruin. *cons.* 94. *num.* 13. *lib.* 3. Alex *in rubr. ff. de lib. & posthum.* Jason. & alii *ibidem*, Menoch. *cons.* 517. *num.* 4. Covar. *de matr. par.* 2. *cap.* 8. §. 2. *num.* 21. *& 24.* Molin. *de just. & jur. tr.* 2. *disp.* 172. *ver. Denique.* Sayr. *lib.* 5. *de Censur. c.* 10. *nu.* 13. Suar. *eod. tit. disp.* 50. *sect.* 1. *n.* 2. *& 6. sect.* 5. *n.* 10. Sanctarel. *var. quæst.* 22. *n.* 17. Glos. *in c. tanta v. legitimi, & in c. innotuit. v. Conjugata de elect.* & desumitur ex eodem *c. tanta, & c. Conquestus qui filii sint legitimi.* Legitimatio enim reponit in statu legitimorum. Cùm ergo restitutio quoque reponat in statu pristino, restitutus reponitur in omnibus dignitatibus, & honoribus non secus ac legitimatus, cùm per restitutionem acquirátur omnia, quæ quisque alias habuisset, nullo præexistente impedimento.

5 Ac tertiò confirmatur, quod quando Princeps abstergit maculam, restituendo aliquem ad famam, vel ad bona; tunc non confideratur præjudicium tertii, quia, ut diximus, restitutio est prioris status reparatio; & restitutus in pristinum jus recidit, *arg. can. nos. sanctorum, & can. juratus* 15. *quæst.* 6. *& cap. quia diligentia de elect.*

6 Atque ita etiam in hac specie declaratum fuit à Sacra Rituum Congreg. sub Anno 1645. in Augustana præcedentiæ, referente Eminentissimo Franciotto, cujus hæc sunt verba.

7 Die 6. Decembris 1645. Quamvis Fratribus Ordinis Sancti Francisci Minorum Conventualium Monasterium, quod Augustæ ante hæresis Lutheranæ labem in habitabant, fel. rec. Urbani VIII. ac Sedis Apostolicæ confirmatione cum omnibus suis juribus, ac pertinentiis, velut antiquis possessoribus restitutum fuerit; Nihilominus Fratres Minores Sancti Francisci de Observantia, qui tunc temporis quod Fratres Conventuales hostili hæreticorum conatu erant expulsi, monasterium in dicta Civitate obtinere præcedentiam, nedum in processionibus publicis, & in eis quæ fiunt in tumulandis defunctorum cadaveribus, sessionibus, aliisque similibus, illis contendebant. Unde Episcopus Augustanus ad componendum controversias, quæ in grave Ecclesiæ præjudicium ortæ erant, mandavit sub die 30. Septembris 1643. Fratres Minores Conventuales manutenendos fore, ac esse in possessione præcedendi Minores de Observantia; qui decreto hujusmodi minimè acquiescentes, adiverunt S. Rituum Congregationem, quæ referente Eminentissimo Cardinali Franciotto, censuit, Fratres Sancti Francisci Minores Conventuales fore, ac esse præferendos Fratribus Minoribus S. Francisci de Observantia in processionibus, aliisque functionibus publicis, ac etiam in eis, quæ fiunt in tumulandis cadaveribus mortuorum, provisionemque Ordinarii loci super hoc emanatam fervari mandavit, quibuscúque in contrarium non obstantibus. 8

His tamen minimè attentis, censeo per hujusmodi restitutionem, non recuperari præcedentiam antiquam per textum in *cap. quamvis de rescript. in* 6. ubi exprimitur, quod restitutio facta à Papa nihil operatur in præjudicium ejus, cui ante restitutionem fuit jus quæsitum, nec fit retrotractio ad primævum tempus, quia ut ibi dicitur, talis restitutio, ubi aliud non exprimitur intelligitur fieri sine juris præjudicio alieni, & ita ibi est casus secundum Jo. Andr. Anchar. Geminianum, Franchum, & omnes *in sum.* textus, & firmant Abb. *in c.* 1. *notab.* 1. *de paroch.* Oldrad. *cons.* 325 *n.* 8. Fed. de Sen. *cons.* 26. *n.* 2. plene Castillion. *cons.* 8. *maximè n.* 9. Fulgos. *cons.* 143. Socin. sen. *cons.* 32. *n.* 23. *lib.* 1. Anan. *cons.* 32. *n.* 6. Generaliter enim in gratiis nunquam fit retrotractio in præjudicium juris tertio quæsiti, nisi in literis hoc exprimatur; ut in gratia perinde valere, *d. cap. Quamvis, & cap. si pro te*; ubi textus optimus *de rescriptis in* 6. ibi Geminianus fusè. 9

Et hinc fit, quod si dispensetur cum illegitimo, vel irregulari occulto, quamvis convalidetur electio per ipsum Capitulum celebrata; quia per dispensationem omnia reformantur, ut post Innocen. & Oldrad. notat Abbas *in cap. nisi n.* 16. *de renunc.* si tamen medio tempore alius fuerit electus, licet postea per dispensationem macula sit sublata, nihilominus dispensatio non retrotrahitur ad tempus primæ electionis in præjudicium secundi electi, ut statuit Innoc. *in cap. dudum* 1. *in fine de elect.* Specul. *in tit. de abolit. & purgat.* §. *nunc de Episcop. dispens.* quos refert ac sequitur Archid. *in Can. siquis de ministeriis in fine d.* 50. Alia pluia exempla, in quibus non fit retrotractio in præjudicium juris tertio quæsiti, congerit Cardinal. *cons.* 105. *à num.* 9.

Quamvis igitur ex natura restitutionis, sive redintegrationis in integrum, qui in integrum restituitur, dicatur redintegratus, ac restitutus in pristinum statum, ut antea per allegatam *l.* 1. *C. de sent. pas. & rest.* attamen non censetur restitutus, ac redintegratus ad omnes honores, ac præcedentias, nisi de talibus præcedentiis, ac honoribus in redintegratione expressa mentio facta fuerit per textum in *d. c. quamvis de rescript. in* 6. Quæ limitatio locum habet in casu, in quo gratia redintegrationis commissa est tantummodo per hæc verba: Restituatur ad primævum statum Regularem, non autem præcedentiam, ad quam restitui non poterat in præjudicium eorum Regularium, quibus fuit quæsitum jus præcedendi, *nisi*, sunt verba textus, *de hoc expresse dixerimus, auteferri debebit, cum talis restitutio, ubi aliud non exprimatur intelligatur fieri sine juris præjudicio alieni.* 10

Nam licet Regulares sint primi ratione Conventus, ad quem restituti fuerunt, sunt tamen secundi, habito respectu ad restitutionem, & novam gratiam, ut ponderat Glossa in *d. c. quamvis*, ibi: *Quia non attendimus tempus restitutionis, nisi Papa aliud diceret in restitutione; videlicet vult gratiam meam valere, perinde ac si revocata non fuisset, etiam quoad prioritatem temporis.* 11

Eoque magis, si fuerint suppressi motu proprio Papæ, & absque delicto, & postea redintegrati à S. Cong. ex mera gratia. Quo casu sunt novi inter Regulares, & consequenter non recuperant locum, & præcedentiam, quia non intelliguntur redintegrati quoad omnia, ut declarat textus in *c. ex insinuatione de simonia*, & egregiè Bartol. *in l.* 2. *ff. de decur.* secus autem si essent redintegrati, ac restituti in pristinum ex justitia, tamquam injustè suppressi, ac extincti. Quia tunc intelligerentur redintegrati, quoad omnia, & recuperarent locum, omniaque jura primæva, prout ex tunc, & redintegratio diceretur continuatio ejusdem status primævi, ut distinguit Glos- 12

sa in *d. l. 2. ff. de decur.* & exornant Salgad. *p. 4. de reg. potest. c. 9. num.* 173. Capon. *disceptat.* 345. *tom. 5.* Gratian. *dis.* 1545. *num. 9. & seq.* ac Menoch. *de recuper. possess. remed.* 10. *num.* 111. Quia tamquam injustè suppressi, numquam fuerunt privati sua possessione præcedendi, saltem Civili, quam ex capite iniustitiæ recuperare potuissent, *l. fin. C. si per vim, & l. clam. possidere* §. *qui ad nundinas ff. de acquir. vel. amitten. possess.* & Rota coram Merlino *dec.* 303. *num.* 2. Atque ita intelligenda est declaratio S. Congregationis, superius adducta.

CONSULTATIO CLXXXIV.

De admissione Legatorum, sive Oratorum Regum, Principum, eorumque immunitate, impunitateque.

1 DE hac re prolixam edidi Consultationem, quæ extat in *tom.* 1. estque Consultatio 111.

2 Ut Legati admittantur locus est Livii, ubi Hanno Senator Carthaginensis in Annibalem sic invehitur: *Legatos ab sociis, & pro sociis venientes bonus Imperator noster in Castra non admisit, jus gentium sustulit.* Quod tamen non ita crudè intelligit Grotius *lib.* 2. *de jur. bel. cap.* 18. *n.* 3. *Non enim*, ait, *omnes admitti præcipit gentium jus; sed vetat sine causa reiici.* Causa esse potest ex eo, qui mittit, ex eo qui mittitur, ex eo, ob quod mittitur. Melesippus Lacedæmoniorum Legatus, auctore Pericle dimissus est extra fines Agni Attici, quod ab hoste armato venirent. Sic Senatus Romanus negavit se Carthaginensium Legationem admittere posse, quorum exercitus esset in Italia. Persei adversus Romanos bellum molientis Legatos non admiserunt Achæi. Sic Totilæ Legationem reiecit Justinianus, & Gothi, qui Urbini erant Belisarii Oratores. Cynethensium quoque, ut gentis sceleratæ Legatos undique pulsos, narrat Polybius. Secundi exemplum est in Theodoro, qui atheus vocabatur, quem à Ptolomæo ad se emissum audire Lysimachus noluit. Idemque aliis evenit peculiaris odii causa. Tertium, quod diximus, locum habet, ubi causa mittendi, aut suspecta est, ut Rhabsacis Assyrii Legatio ad populum concitandum meritò suspecta erat Ezechiæ, aut non ex dignitate, aut temporibus conveniens. Sic Ætolis denuntiarunt Romani, ne quam Legationem mitterent, nisi permissu Imperatoris, Perseo, ne Romam mitteret, sed ad Licinium, & Jugurthæ Legatis edictum intra decem dies Italiâ excederent, ni Regnum, & Regem deditum venissent. Optimo autem jure reiici possunt, quæ nunc in usu sunt Legationes assiduæ, quibus quam non sit opus, docet mos antiquus, cui illæ ignotæ. Prosequitur Grotius §. 5.

3 Quare denuntiari potest, ac solet, ne mittantur Legati, alioqui pro hostibus fore, ut Ætholis à Romanis est denuntiatum, & olim à Romanis Vejentibus edictum, ni facesserent Urbe, daturos, quod Lars Tolumnius dedisset. & Romanis à Samnitibus, si quod adiissent in Samnio concilium, haud inviolatos abituros. Non pertinet ergo hæc lex ad eos, per quorum fines, non accepta venia transeunt Legati. Nam siquidem ad hostes eorum eunt, aut ab hostibus veniunt, aut alioqui hostilia moliuntur, interfici etiam poterunt, quod Athenienses fecerunt Legatis inter Persas, & Spartanos. Illyriis Legatis inter Essios, & Romanos. Multòque magis vinciri, quod constituit Xenophon in quosdam, Alexander in eos, qui Thebis, & Lacedæmone ad Darium missi erant, Romani in Legatos Philippi ad Annibalem, & Latini in Legatos Volscorum, Livius *lib.* 27. *& lib.* 4. *& lib.* 10. *& lib.* 23. Thucid. *lib.* 11. Appian. *de bell. Assyr.* Xenopho *lib.* 4. *de exped. Cyr.* Tale, si nihil sit, & malè tractentur Legati, non illud jus gentium, de quo agimus, sed amicitia, aut dignitas, aut ejus, qui mittit, aut ejus, ad quem eunt, violata, censebitur. Justinus de Philippo posteriore Macedonum Rege *lib.* 29. *Legatum deinde ad Annibalem jungendæ societatis gratia cum Epistolis mittit, qui comprehensus, & ad Senatum Romanum perductus, incolumis dimissus est, non in honorem Regis, sed ne, duobus adhuc, indubitatus hostis redderetur.*

Solet, subdit Grotius, §. 7. & illud quæri, an jure talionis interfici, aut maletractari Legatus possit ab eo veniens, qui tale quid patraverit? Et sunt quidem, ait, ultionis talis exempla in historiis satis multa, sed nimirum historiæ, non tantum quæ justè, sed & quæ inique, iracundè, imporenter facta sunt, memorant. Jus gentium non tantum mittentis cavet dignitati, sed & ejus, qui mittitur securitati. Quare cùm hoc quoque tacitè contrahitur. Huic ergo fit injuria, etiamsi ei, qui misit nulla fiat. Non igitur magnanimi tantum, sed & ex jure gentium Scipio, qui postquam Legati Romanorum à Carthaginensibus malè essent habiti, ductis ad se Carthaginensium Legatis, & quid fieri deberet interrogatus, respondit, nihil tale, quale factum esset à Carthaginensibus, App. *de bel. punic.* Addit Livius *l.* 30. dixisse eum, nihil se facturum institutis populi Romani indignum. Valerius Maximus *lib.* 6. *c.* 7. Consulibus Romanis in facto simili, sed antiquiorem hanc tribuit vocem, *Isto te metu, Hanno, fides civitatis nostræ liberat.* Nam tunc quoque Cornelio Afinæ contra jus Legationis injectæ à Pœnis catenæ fuerant.

5 Comites, quoque & vasa Legatorum sibi generis sanctissimum habent. Unde in antiquo fetialium carmine erat: *Rex, facis ne metu regium nuncium populi Romani Quiritium? Vasa comitesque meos?* Et lege Julia de vi publica teneri pronunciatur non modò qui Legatos, sed & qui Comites eorum injuria affecerunt, *l. lege Jul. de vi publ.* Sed hæc sancta sunt accessoria, ac proinde quatenus Legatos videtur. Ita siquid comites gravius deliquerint, postulati à Legato poterit, ut eos dedat. Vi enim abstrahendi non sunt. Quod cùm factum esset ab Achæis in Lacædemonios quosdam, qui cum Legatis Romanis erant, vociferati sunt Romani jus gentium Lædi. Quò referri etiam potest Sallustii judicium de Bomilcare. Quod si dedere eos nolit Legatus, eadem scilicet facienda erunt, quæ modò de Legato diximus. Ipse autem Legatus an jurisdictionem habeat in familiam suam, & an jus asyli in domo sua, pro quibus eò confugientibus, & concessione pendet ejus, apud quem agit. Illud enim juris gentium non est.

6 Bona quoque Legati mobilia, & quæ proinde habentur personæ accessio, pignoris causa, aut ad solutionem debiti capi non posse nec per judiciorum ordinem, nec, quod quidam volunt, manu regia, verius est. Nam omnis coactio abesse à Legato debet, tam quæ res ei necessarias, quam quæ personam tangit, quo plena sit ei securitas. Siquid ergo debiti contraxit, & ut sit res soli eo loco nullas possideat, ipse compellendus erit amicè, & si detrectet, is, qui misit ita, ut ad postremum usurpentur ea, quæ adversus debitores extra territorium positos, usurpari solent. Vide Grotium *d. c.* 18. & adillud annotata, Cromerum *l.* 19. *&* 21. & Parutam de Legatis Veneris in itinere in Galliam retentis *lib.* 7. 10. *&* 11. Epistolas Fraxini Canæi *pag.* 75. *&* 279. Sermonum in Henrico IV.

7 Et quidem, ut Livius auctor est *l.* 2. Ejecto Tarquinio Superbo, inter Legatos, qui ab eo missi essent, & M. Manlium, Vitellios, Lucium, & Marcum Aquilios primæ nobilitatis adolescentes, convenerat de accipiendis clam nocte in Urbem, Regibus, Consulibusque interficiendis, Bruto, & L. Tarquinio Collatino in societatem istius Consilii ascitis, Tito, Tiberioque ipsius Junii Bruti liberis ex sorore Vitelliorum. Conscriptæ literæ à Tarquiniis, atque vicissim ad Tarquinios, ne pignus fidei essent, cum Vindicio, servo Vitelliorum indice, accusante verò Publio Valerio, manifestum crimen reddidissent prehensisque Legatis, coniuratique de Legatis de bonis Tarquiniorum, de proditoribus quid placeret, apud populum actum est. Quod ad Legatos attinet, quamquam commisisse videbantur, ut hostium loco essent, placuit tamen *jus gentium valere, graviusque esse nomen Legationis, quàm facinus Legatorum.* Considerari non quid Legati mererentur ob transgressum officium Legationis, sed quid Romanæ virtuti, & gravitati convenirer; Nam & facinus istud magis penes eos esse, qui Legationem imperassent, quam qui obiissent. Parere iis necesse est. Aliam rationem Legati esse, aliam obsidii. Obsidem ob fidem da-

ri. Legatum ferè explorandi causa. Quod in cive proditio, aut conjuratio sit, artem in Legatis officium, obsequiumque esse. Legatum nihilominus hostè videri; Itaque iis, ad quos proficiscitur magis imputandum, si qua in re decepti sunt, quam huic, qui deceperit. Nonne propterea Legatis apponi custodes, Qui missi sunt, quamquam re à Tarquiniis, nomine tamen missos esse ab Hetruscis, & Hetruscos esse, non Romanos. Violari itaque non debere. Semper prævalere oportere *jus Gentium, cujus violandi nulla unquam causa admittenda est.* Etenim utilius esse in universum à Legatis perpetuò abstinere, quam ob factum aliquod particulare in hunc, aut illum suis legibus agere. Qui delinquit in Legatione videri extra hostilem deliquisse. Itaque nihil ad nos pertinere, sed ad eos, qui miserunt. Apud Romanos corpore, apud Hetruscos jure, & animo continò fuisse qui Romæ deliquerunt; imò prodirionem esse Romanorum, negotiationem Legatorum. Quapropter, ut diximus, Legatis impunè fuit. Sic Aulus Posthumius Dictator, victis Latinis, ad Regillum lacum nihil aliud statuit adversus Legatos Volscorum, qui falso nomine Legationis exploratores venerant, quàm ut remitteret in violatos, atque innoxios. Nec referre ratum habeant, nec ne qui miserunt, quod præter debitum Legationis sit admissum. Quia ferè ita laudamus, quod nostro nomine gestum est, si è re, ac voto successerit; si contra, despicimus. Sic censet etiam Salustius *bell. Jugurt.* Bomilcarem Legati Comitem ex jure gentium reum factum non esse; & multo ergo minus Legatus ipse. Nec deest ratio. Quod enim Legati sint inviolabiles, privilegii instar esse fortè nemo infici dixit. Privilegia autem sic sunt accipienda, ut tribuant aliquid ultra jus commune. Quod si Legati ab injusta tantum vi tuti essent, nihil præcipui haberent. Vide quæ his respondi in citata *Consult.* 111. *tom.* 1. *an.* 8.

8 Quare ita concludendum cum Grotio *de jur. bell. d. c.* 18. *n.* 4. *lib.* 2 potius puto, si rale sit delictum, quod contemni posse videatur, aut dissimulandum erit, aut è finibus jubendus excedere Legatus. Vel si crimen sit atrocius, & ad publicum malum spectans, mittendus erit Legatus ad eum, qui misit cum postulato, ut eum puniat, aut dedat, quomodo Gallos postulasse legimus, ut sibi dederentur Fabii. Et ne quis nobis objectet exempla, Legatos Occidentium factum id fuit contra jus gentium vel eorum Legatis, qui jus Legandi amiserunt, ut Tarentinorum Legatis virgis cæsis, postquam jam victi Tarentini sub Romanis esse cæpissent, vel majoris mali vitandi causa. Sic Consules Romani Tarquinii Legatos deprehenderunt, vel quod Legati vim armatam intentarint, adeòque non per modum pœnæ, sed necessariæ defensionis.

CONSULTATIO CLXXXV.

Theologicolegalis, historico-politica, ethico-christiana Utrum Principes Christiani possint in bello implorare auxilium à gentilibus, & infidelibus, & cum eis fœdus inire, ut in bello se mutuò juvent adversus alios Principes Christianos? Ubi paræneſis ad Principes, eorumque Consiliarios.

1 HÆc quæstio anceps planè in utramque partem est, imò intricatior, & impeditior, quàm ut paucis à me queat extricari, vel expediri, omniumque gravissima, quia respicit totam Rempublicam Christianam. Ideoque ô Princeps, eam nocturna versate manu, versate diurna. Ut tibi tamen, mi lector, morem geram, primarias utriusque partis rationes proponam, ac de illis judicium faciam.

2 Et quidem non deesse videntur, qui id jure fieri posse existimant, in primis Oldrad. *cons.* 71. concludendo affirmat posse Christianum sine peccato ad defensionem suam uti auxilio infidelium, cujus sententiæ patronos se laudant Jo: Andr. *in addit. ad Specul. rubr. de Judæis v. convertendo hunc casum*, Farinac. *oper. crim. p.* 5. *de homicid. q.* 125. *nn.* 9. Martin. Laudens. *in tr. de bello q.* 3. Alber. *l.* 1. *in fin. C. unde vi*, Panorm. *in c. Quod super num.* 15. Jo: de Imol. *in Clem.* 1. *n.* 14. Anan. in *c. ad deliberandum d. nota*, quod non est licitum, ibique Felin. *n.* 5. *de rè jud.* Corset. *intr. de potest. reg. p.* 4. *princip. q.* 88 *n.* 37. Anchar. *in c. præsidentes n.* 3. *de hæret. in* 6. & in *Cl.* 1. *n.* 13. *de jur. & jur.* Decian. *c.* 20. *per tot. l.* 3. Quos sequuntur Majol. *tom.* 3. *diver. canic. coll.* 2. Afflict. *in tit. de pac. jur. firm.* §. *conventiculas n.* 321 *& in Constit. post mundi machinam n.* 52. Philoct. Achil. in *virid. de juriſd. Reg. & sacerd. l.* 1. *c.* 112. *ac seq.* Jacob. de Graff. *in dec. cas. conſc. par.* 2. *l.* 2. *c.* 20. *de bello nu.* 39. quibus accedit Becan. *in analog. vet. & nov. test. cap.* 17. *quæst.* 6. aliique.

3 Rationes, quibus innituntur hæ præcipuæ sunt. Primò, quod leges, & jura permittant defensionem corporis, & rerum suarum à quolibet fieri per textum in *l. ut vim. ff. de just. & jur. l.* 1. *C. unde vi. Can. jus naturale d. c.* 1. §. *si verò extra de sent. excom.* cum similibus, maximè si, necessitate urgente, quæ legibus subjecta non est; *c. quod non est licitum de reg. jur.* quis aliter se tueri non potuit; *l. scientiam* §. *qui cum aliter ff. ad leg. Aquil. & Clem.* 1. *in fin. de homicid.* vel si justè timet. quod aliter se tueri non possit, *l. si quis furno* §. 2. *ff. ad leg. Aquil.* & ignoscendum est ei, qui qualitercunque sanguinem suum redimere satagit, *l. 1. ff. de bon. eor. qui mort sibi conſc.*

4 Secundò eadem opinio defendi posse videtur argumento à majoritate rationis sumpto, & sicut insidiis & dolo possumus hostes propulsare, *can. utile* 22. *q.* 2. *can. dominus* 23. *q.* 2. *l. nec. interest ff. de capt. & postlim. reversi.* Canes in Ecclesia propter pacem Ecclesiæ ero erant, *can quidem* 22. *q.* 4. & pro defensione fructuum uti arte magica, *l. eorum ff. de malef. & mathemat.* ita multò magis ad tutelam propriæ personæ & bonorum ab infidelibus auxilium implorare licitum esse, censetur.

5 Tertiò hæc sententia comprobari videtur ab oppositis seu contrariis, quorum eadem debet esse disciplina; *l. etsi è contra in fin. ff. de vulg. & pupil.* Quemadmodum enim fideles in bello justo fideles juvare possunt, *can. fulcanus* 11. *q.* 3. *can. quid culpatur* §. *ordo* 23. *q.* 1. Sic è contra infideles in bello justo posse juvare fideles, inconveniens esse non putatur per regulam, quod idem operatur propositum in proposito, quod oppositum in oppositio. *l. fin.* §. *ff. de leg.* 3.

6 Quartò eidem opinioni fulcrum præbet argumentum ab effectu, quod efficax est; quia est probatio sensitiva, qua nulla est efficacior. Everard. *to. p. l. g. lo. ab effectu n.* 1. Et quærere rationem, ubi habemus sensum, est infirmitas, seu debilitas intellectus, ut post Aristotelem, & Averroem dicit Bald. *in rubr. ff. de rer. divis.* & idem bald. *in l.* 1. *C. qui accus. non poss.* & *in l. fin. C. de exec. rei judic.* Angel. *cons.* 275. *ad finem.* At effectus, qui ex deo fœdere prodeunt secundum Oldradum sunt differentiones, ac divisiones infidelium, quibus se ipsos mutuò conficiant, & consequenter eorumdem desolatio Regnorum, quam inducere Christianis expedit, & licitum est. ut ii tantò magis in tranquillo vivant, & ab eorum infestationibus securi sint.

7 Quintò huic argumento famulatur aliud, quod à virtute finis sumitur, à quo, si Aristoteli, quem citat Baldus *cons.* 272. *n.* 1. *vol.* 1. credimus justum est omnia de nominari. Hinc ait idem Bald. *in l.* 1. *col.* 1. *ff. quod cujusque univ. nom.* Quod ex fine, ad quem pacta fœderum inter Principes fiunt, cognoscantur an licita, vel illicita sint, quia si ad legitimam defensionem fiant, legitima judicantur. si verò ad illicitam, censentur illicita, *l. si à reo* §. 1. *in fin. ff. de fide jus.* Cùm igitur hujusmodi fœdera cum Ethnicis, ob necessariam tuitionem ineantur, licitè fieri videntur.

8 Sextò hæc eadem sententia corroboratur exemplis ex eo, quod Abraham cum Abimelech. *Genes.* 21. & Judæi cum Spartiatis, Moyses cum Hobab, & Israelitæ cum Ægyptiis, Iosue cum Gabaonitis, & David eum Achi, Rege Geth, infideli contra Saul. 1. *l. Reg. c.* 27. *&* 29. Machabæi cum Romanis fœdus sanciere. Tum quia Apostolus Paulus *Act. c.* 23. à Præside ethnico, & infideli petiit milites, quorum auxilio defenderetur à Judæis, mortem sibi minitantibus *can. sex differentia in fine, & can. seq.* 23. *q.* 3. Tum denique, quia Deus ipse in ulciscendis Iudæorum peccatis, gentium ministerio usus est, *can. remittuntur* §. *hinc notandum* 23. *q.* 5.

Et horum exemplum ſequuti Imperatores, ac Reges Chriſtiani fœdera, aut cum non Chriſtianis, aut cum non ſanè Chriſtianis fecere. Conſtantinus cum Gothis, & Vandalis; Juſtinianus cum Longobardis, cum Saracenis, Alanis, Gepidis, Francis, Suevis, Vandalis; Theodoſius, Honorius, Leo, Heraclius, Baſilius, Iſaacius, Angelus, Palæologus. Cum Mauris Reges Hiſpaniæ, Alphonſus Hiſpalenſis, Ramirus, Alphonſus Caſtus, Sanctius Caſtellæ, Ferdinandus cognomine Sanctus, Petrus Legionis Rex, Alphonſus Caſtellæ Rex prudentiſſimus. Cùm Tartaris Rodulphus Harbſpurgenſis, aliique Chriſtiani Principes Paganorum, & gentilium opera in expeditionibus bellicis uſi ſunt.

9 Alii autem non abſolutè hanc ſententiam tuentur, fed cum aliquibus conditionibus, ac circumſtantiis. Quare, inquiunt, quod hæc quæſtio in jure naturæ dubitationem non habet. Nam id jus ita omnibus hominibus commune eſt, ut Religionis diſcrimen non admittat; ſed de jure divino quærunt, ex quo hanc quæſtionem tractant non Theologi tantum, ut D. Thom. 2.2.q.10.art. 10. Antoninus, Cajetanus, Toletus, Molina, Valdeſius, Malderus, ſed & Juriſconſultorum nonnulli, inter quos Oldradus, & Decianus locis allegatis. Et primùm agentes de jure divino veteri, deinde de novo, inquiunt, fœdus non nocendi cauſa cum alienis à Religione contrahere ante Moſis legem licuiſſe. Exemplum eſſe tradunt in fœdere Jacobi cum Labane, ut jam de Abimelecho nihil dicant, quando non ſatis conſtat, eum fuiſſe idololatram. Neque id lex per Moſem data mutavit. Exemplo ſint Ægyptii haud dubiè tunc Idololatræ. Hos tamen averſari vetantur Hebræi, *Geneſ.* 31.44. *Deuter.* 23. 7. Excipiendi ſunt populi ſeptem divina ſententia damnati, cujus ſententiæ executores erant delegati Iſraelitæ; nam his in idololatria perſtantibus, & imperium detrectantibus parcere vetantur, quibus itidem decreto divino addicti ſunt Amalecitæ.

10 Fœdera quoque commerciorum, & quæ his ſimilia ad utilitatem communem, aut alterius patris pertinent, inire cum profanis licet per legem, *Deut.* 7. 1. & 25.17. Nihil enim reperitur, quod obſtet, & exempla habemus fœderum, quæ David, & Salomon cum Hiromo, Tyriorum Rege, fecerunt 2. *Samuel.* 11. & 1. *Reg.* 12. ac notandum in Sacra hiſtoria dici fœdus hoc à Salomone factum juxta ſapientiam, quam Deus ei dederat. Lex quidem Moſis ſpecialiter imperat benefacere popularibus, *Levit.* 19.8. *Deut.* 22.21. Præterea peculiaris victus, & morum ratio Iudæis præſcripta, familiarem cum hominibus cæteris conſuetudinem vix patiebatur. At hinc non ſequitur, aut benefacere extraneis non licuiſſe, aut etiam laudabile id non eſſe, quod malè inde collegit aliquorum interpretatio. Undè illud Iuvenalis de Iudæis: *Non monſtrare vias eadem niſi ſacra colenti.* Quo loco exemplum monſtrandæ viæ minimè moleſta, neque ſumptuoſa beneficia indicat, quæ ignotis etiam tribuenda Tullius dicit & Seneca, ille *offic.* 1. hic *de benef.* 6. Eodem pertinet Taciti illud de eiſdem *hiſt.* 5. *Apud ipſos fides obſtinata miſericordia in promptu, adverſus omnes alios hoſtile odium.*

11 Sic in novi fœderis hiſtoria legimus ſæpè non ſolitos Judæos convivere cum alienigenis. Et Apollonius Molo Iudæis objiciebat, *non admitti ab iis, qui de Deo ſentirent alia, nec quicquam ipſis commune eſſe cum his, qui inſtitutis different.* Amici Antiochi apud Diodorum Iudæos accuſant, *ſolos ex omnibus populis inſociabiles eſſe extraneis ita, ut cæteros pro hoſtibus ducant,* ſequitur de iiſdem: *cum nulla gente alia menſam habere communem, neque benè eos aliis velle. Mox eis tribuitur odium humani generis.* Et apud Philoſtratum Tyanenſis de Iudæis: *vitæ genus adeò ſecretum ab humano commercio repererunt, ut ne menſam quidem cum aliis communem habeant.* Sicut & paſſim Iudæis apud Ioſephum objicitur *inſociabilis vivendi ratio.*

12 At hunc non eſſe legis ſenſum Chriſtus nos docuit exemplo ſuo, cùm à Samaritide fœmina aquam accipere non recuſavit, legis ubique obſervantiſſimus. Sed & olim David apud populos irreligioſos perfugium ſibi quæſiverat nuſquam eo nomine reprehenſus. Apud Joſephum *antiq.* 8. *c.* 2. Salomoni Templum dedicanti, & oranti, ut Deus ibi etiam alieni genarum preces exaudiret, hæc tributur oratio: *non ſumus inhumano ingenio, neque malè affecti erga extraneos.*

13 Excipiendi ab hac regula non illi tantum populi, quos ſupra diximus, ſed inſuper Ammonitæ, & Mohabitæ, de quibus ſcriptum eſt *Deuter.* 28. 6. *Non quares proſperitatem eorum,* ita rectius hoc loco verteris verbum hebræum, *ſcelomam*, quàm pacem eorum: *nec bonum eorum ullis diebus tuis unquam.* Quibus verbis fœdera beneficia cum illis populis vetantur, non etiam jus belli conceditur; aut certè, quæ hebræorum quorumdam ſententia eſt, vetatur pax ab illis peti, non etiam oblata accipi. Certè jus belli in Ammonitas hebræis negatur *Deuter.* 11. 19. neque Jephtes arma in eos movit, niſi poſt tentatas æquè pacis vias, neque David, niſi atrocibus injuriis laceſſitus, *Jud.* 11. 16. & 2. *Samuel.* 10.

14 De ſocietate verò bellica, ante legem, hanc quoq; non illicitam fuiſſe cum profanis gentibus, exemplo apparet Abrahami, impios ſodomitas bello adjuvantis. Nec lege Moſis quicquam generaliter hac in re mutatum legitur. Atq; ita videmus ſenſiſſe Aſmonæos, legis & peritos reverentes admodum, ut ex religioſa Sabbathi obſervatione permiſſa ſola ſui tutela, non alio armorum uſu, apparet. Et hi tamen cum Lacedæmoniis, & Romanis fœdus pepigere, approbantibus Sacerdotibus, & populo, immò & pro eorum ſalute ſacra publicè fecerunt.

15 Quæ verò contra afferuntur, cauſas habent peculiares. Nam ſi quos Reges, aut populos extra eos, qui in lege expreſſi erant, exoſos ſibi, & infortunio damnato per Prophetas Deus ſignificaſſet, eorum tutelam ſuſcipere, aut cum iis arma ſociare, haud dubiè nefas erat. Huc illud pertinet Prophetæ ad Ioſaphatum de Rege Iſraelis: *Tene improbo opitulari, & eos diligere, qui Deum oderunt; At ob hoc ipſum exarſit in te ira Dei.* Nam infidelium belli exitum Micheas Propheta jam ante prædixerat, & alterius Prophetæ ad Amaſiam 2. *Paralip.* 19. & 25. *Ne ito tecum exercitus Iſraeliticus: nam non adeſt Deus Iſraelitis, ulli inquam Ephraimitarum.* Hoc verò non venire ex natura fœderis, ſed ex perſonæ peculiari quadam qualitate, vel hinc evincitur, quod graviter increpitus eſt Ioſaphatus, etiam diris additis, eo nomine, quod commercii cauſa ſocietatem iniſſet cum Ocozia Rege Iſraelitarum, ſimilem ei, quam David, & Salomon inierant cum Hiromo, quos eo nomine partim non reprehenſos, partim laudatos diximus. Nam quod additur, Ochoziam impiè egiſſe, debet ad totam ejus vitam referri, ob quam Deus ipſi, omnibuſque ejus conatibus infenſus fuerit 2. *Paralip.* 16. *Eſai.* 8. quomodo hæc hiſtoria explicatur in libro, cui nomen conſtitutiones Clementis *lib.* 6. *cap.* 18. Notandum & hoc, peiorem fuiſſe cauſam eorum, qui à Jacobo orti Deum benè cognitum deſeruerant, quàm populorum extraneorum. Nam in defectores illos cæteri populares armabantur lege, quæ extat, *Deut.* 13.

16 Et & ubi culpantur fœdera ob animi vitium, unde procedebant. *Ita* à Propheta reprehenſus Aſa, quod ad ſocietatem Syri ſe contuliſſet, Deo diffiſus, quod oſtenderat cum res Deo Sacratas ad Syrum mitteret 1. *Paralip.* 14. 12. Sed nempè Rex idem culpatus, quod medicis ſpem poſuiſſet. Non ergo ex hac hiſtoria magis ſequitur per ſe, aut generaliter malum eſſe, ſocietatem contrahere cum talibus, quales erant Syri, quàm medicos conſulere. Multa enim non illicita vitiat animus, ut cenſum in Davide 2. *Samuel.* 24. theſaurorum oſtenſionem in Ezechia, 2. *Reg.* 20. 13. Sic alibi fiducia in Ægypto poſita reprehenditur *Eſai.* 31. 1. cum tamen Salomoni cum Ægyptio affinitatem contrahere licuerit. 1. *Reg.* 1.3. Quibus & hoc addendum eſt, Hebræos ſub ſtatu legis veteris diſertas habuiſſe promiſſiones victoriæ, ſi legem obſervarent, *Deut.* 28.7. quominus recurrendum habebant ad humana auxilia. Extant quidem & apud Salomonem

ſententiæ

ſententiæ non paucæ de vitandis conſortiis impiorum, *Proverb.* 1. 15. & 13. 10. & 22. 24. & 24. 1. Sed hæc prudentiæ monita ſunt, non legis præcepta, & illa ipſa monita, ut mortalia pleraque, plurimas habent exceptiones.

17 Lex autem Evangelii nihil hac in parte mutavit, Victor. *de Indis relect.* 1. *n.* 15. & 17. Franc. Arias *de bello num.* 152. Caiet 2.2. *quæſt.* 40. *ar.* 1. Molin. *tr.* 11. *diſp.* 112. Immò magis etiam favet fœderibus, quibus hi, qui à Religione alieni ſunt, in cauſa juſta ſublevantur, quia beneficentiam in quoſvis homines, data occaſione, non liberam modò reliquit, & laudabilem, ſed & ſub præcepto poſuit *Matth.* 5.45. *Galat.* 6. 10. Nam Dei exemplo, qui ſolem oriri facit bonis, & malis, & pluvia utroſque humectat, jubemur, nullum hominum genus à beneficiis noſtris excludere. Benè Tertullianus *lib.* 8. *cap.* 3. *Quamdiu intra Iſraelem erat Sacramentum, meritò in ſolos fratres miſericordiam mandabat. At ubi Chriſto dedit gentes hæreditatem, & poſſeſſionem terminos terræ, & cœpit expungi quid dictum eſt Oſea: Non populus meus, & non miſericordiam conſecuta, miſericordiam conſecuta, natio ſcilicet; exinde Chriſtus in omnes legem fraternæ benignitatis extendit, neminem excludens in miſeratione, ſicut in vocatione.* Quæ accipi oportet, ſalva gradus differentia, ut in omnes ſimus benefici, præcipuè tamen in Religionis conſortes. In Clementis Conſtitutionibus legitimus: *Omnibus largiendum de noſtro, ſed ita, ut Sanctorum potior habeatur ratio. Perfecta liberalitas*, inquit Ambroſius *offic. lib.* 1. *cap.* 3. *fide, cauſa, loco, tempore commendatur, ut primum operis circa domeſticos fidei.* Simile eſt illud Ariſtotelis *Nicom.* 4. *Neque enim par eſt æqualem curam ſubiri pro exteris, & pro amicis.*

18 Convictus etiam familiaris cum hominibus, qui alieni ſunt à Religione non prohibetur, ac ne cum aliis quidem, quorum peior cauſa eſt, & qui à diſciplinæ Chriſtianæ regula deficiunt, omne interdicitur commercium, ſed familiare extra neceſſitatem, non etiam quod emendandis ipſis ſpem præbet. Illud verò, quod apud Paulum eſt. 2. *Theſſal.* 1. 15.2. *Corinth.* 6. 14. *Ne jugum ducite cum alienis à fide. Quod enim conſortium eſt juſtitiæ cum iniquitate? Aut quæ commixtio eſt lucis cum tenebris? Aut quæ concordia eſt Chriſto cum Satana? Aut quæ pars credenti cum non credente?* ad eos pertinet, qui in idolis convivebantur, atque ita, aut idololatriam committebant, aut certè committentium ſpeciem præbebant. Oſtendunt ſequentia: *quæ conſenſio Templo Dei cum Idolis?* Similia illis, quæ in priori ad Corinthios eoſdem 10. 21. *Non poteſtis fieri participes menſæ Dei, & menſæ dæmoniorum.* Neque ab eo, quod ſubeunda ſpontè non ſunt profanorum impetia, nec conjugia cum eis contrahenda, rectè procedit argumentum. Nam in utroque hoc caſu apparet majus periculum aut certè plus difficultatis injici veræ Religionis uſui. Adde quod magis perpetua ſunt iſta vincula, & in matrimonio liberior electio, cum fœdera ex temporum, & locorum occaſione ſumenda ſint. Sicut autem benefacere profanis malum non eſt, ita nec opem eorum implorare, ſicut Cæſaris, & Tribuni auxilium Paulus invocavit.

19 Nulla ergo hic intrinſeca, aut universalis eſt pravitas, ſed ex circumſtantiis æſtimanda, Sylveſt. *v. Bellum* 1. *nu.* 9. *concl.* 3. & Panorm. *in can. Quod ſuper de vot.* Cavendum enim, ne nimia commixtio contagium afferat infirmis, quam ad rem utile erit ſedes diſtingui, ſicut Iſraelitæ ſeorſim ab Ægyptiis habitarunt. Sed, etſi ex ſocietate tali perſonæ opes magnum ſint habituræ incrementum, abſtinendum erit extra ſummam neceſſitatem. Non enim jus quodvis ſufficit ad committendum, quod Religioni, ſi non directè indirectè tamen nociturum putetur. Quærendum enim primo loco eſt regnum cœleſte, ideſt Evangelii propagatio. Extat apud Arrianum dictum. Alexandri: graviter eos delinquere, qui adverſum Græcos Barbaris militarent contra Græcorum jura,

Illud hic additur, cum omnes Chriſtiani unius corporis membra ſint, quæ jubentur alia aliorum dolores ac mala perſentiſcere 1. *Corinth.* 12. ſicut id ad ſingulos pertinet, ita & ad populos, qua populi ſunt, & ad Reges, qua Reges pertinere. Neque enim pro ſe quiſque tantum, ſed & pro mandata ſibi poteſtate ſervire Chriſto debet. Hoc autem præſtare Reges, & populi non poſſunt, graſſante armis hoſte impio, niſi alii aliis auxilio ſint. Quod commodè fieri nequit, niſi fœdus eo nomine ineatur, quod fœdus jam olim inirum fuit, & princeps ejus creatus conſenſu communi Romanus Imperator. Debent ergo Chriſtiani omnes ad cauſam hanc communem pro virium modò viros, aut pecunias conferre. Quod quo minus faciant non videtur, quomodo poſſint excuſari, niſi ſi qui bello inevitabili, aut non diſſimili modo domi detinentur. Vide plura apud Theologos ad D. Thomam 2. 2. *q.* 40. Summiſtas in *v. Bellum*, Alterium *in Bullam Cœnæ cap.* 5. *dub.* 7. ac fusè nibi Duardum *quæſt.* 36. & Pueronum *com. in d. Bul. cap.* 7. *n.* 17. *ac ſeq.*

20 At nihilominus, re penitus introſpecta, longè aliter ad propoſitam quæſtionem reſpondendum eſſe judico, nefas, ſcilicet eſſe Principibus Chriſtianis cum infidelibus fœdus inire, ab eiſque ad ſui, ſuarumque rerum defenſionem auxilium petere.

21 Id enim primum ex jure divino, & ſacris litteris evidens eſt, ubi ejuſmodi fœdera cum infidelibus ineunda multis in locis prohibentur. In ipſo enim rerum humanarum principio Deus hanc legem hominum generi ſanxit, ut illi cum ſæce infernali, quæ callidi ſerpentis Sibilum libenter audit, & melleum venenum avidiſſimè haurit, perpetuæ intercedent inimicitiæ. In primis id conſtat *Eſdr. lib.* 3. *cap.* 8. ubi habetur: *Erubui à Rege Babyloniorum auxilium petere, & equites, qui defenderent nos ab inimico in via, quia dixeramus Regi, manus Dei noſtri eſt ſuper nos, & ſub omnes, qui quærunt eum in virtute.* Eſaiæ cap. 20. *Confundatur ab Æthiopia ſpes ſua, & ab Ægypto gloria ſua,* paſſimque alibi Judæorum cum Ægyptiis fœdus vituperant Prophetæ, Eſaiæ *cap.* 30. 31. 36. Oſeæ 12. Sic quoque *Exod. cap.* 23. habetur: *Quod ſi voluerint gentium harum, quæ inter vos habitant, erroribus adhærere, & cum eis connubia miſcere, atque amicitias copulare, jam nunc ſcitote, quod Dominus Deus veſter non eas delebit ante faciem veſtram, ſed in foveam, & laqueum vobis erunt.* Et dicto loco in fine Deus populo ſuo prohibet, ne cum infidelibus fœdus paciſcatur, dicens: *non inibis cum eis fœdus, nec habitet in terra tua, ne fortè faciat te peccare in me,* & *cap.* 34. loquens de infidelibus reperit: *Cave, ne unquam cum habitatoribus terræ illius jungas amicitias, nec in eas pactum cum hominibus illarum regionum,* & Levit. cap. 20. *Nolite ambulare in legitimis nationum, quas ego expulſurus ſum ante vos.* Et *Deuter. cap.* 7. iterum prohibens dicit: *Non inibis cum eis fœdus, nec ſociabis cum eis conjugia, filiam tuam non dabis filio ejus, neo filiam illius accipies filio tuo, quia ſeducet filium tuum, ne ſequatur me, traſceturque furor meus, & delebit te citò,* Amos cap. 5. *Me quærite, & vivetis, nolite in Berſabe tranſire.* Exod. 32. *In viis gentium non incedetis.* Et *Geneſ. cap.* 34. ubi filii Jacob Emor & Sichem incircumciſis quærentibus viciſſim cum eis jungere connubia, reſponderunt: *non poſſumus facere quod petitis, nec dare ſororem noſtram homini incircumciſo, quod illicitum, & nefarium eſt apud nos, ſed in hoc valebimus confœderari, ſi volueritis eſſe ſimiles noſtri, & circumcidatur omnis maſculini ſexus, ſi autem circumcidi nolueritis, recedamus.*

23 Aſa Rex Iudæ, cum vires Baaſæ Regis Iſrael formidaret, ſubſidio vocavit, pecuniarum pactus mercedem, Benedad infidelem Regem Syriæ, *Paralip. lib.* 2. *cap.* 16. *Fœdus inter me, & te eſt,* inquit, *pater quoque meus, & pater tuus habuere concordiam. Quamobrem, miſi tibi argentum, & aurum.* Sed quid dicit ei divinum reſponſum? Confeſtim miſſus eſt ad Regem Iudæ Naman Propheta,

pheta, qui cum increpationibus, atque minis ei diceret *Quia habuisti fiduciam in Rege Syriæ, & non in Domino Deo tuo, idcirco evasit Syriæ Regis exercitus de manu tua. Nonne Æthiopes, & Lybies multo plures erant quadrigis, & equitibus, & multitudine nimia, quos cum Domino credidisset, tradidit in manu tua?* Et, ut ostenderet stultam esse Politicorum Sapientiam, qui quasi ipsi sua prudentia orbem terrarum regerent, humanis ratiunculis, & compendiis, omnia conficienda arbitrantur, abjecta omni fiducia, quæ in Deo vivo collocanda erat, addit Propheta ibidem: *Oculi enim Domini contemplantur universam terram, & prabent fortitudinem his, qui corde perfecto credunt in eum. Stulte igitur egisti, & propter hoc ex præsenti tempore adversum te bella consurgent.*

24 Amasias item Rex Judæ cum Idumæis congressurus conduxit ex Israel, qui, relicto Deo verò, in idololatriam aureorum vitulorum Jeroboam defluxerant *centum millia robustorum centum talentis argenteis* 2. *Paralip.* 25. Sed cùm Deo talis societas cum infidelibus illis disceret, venit ad illum Propheta, qui denunciaret ibidem: *O Rex, ne egrediatur tecum exercitus Israel. non est enim Dominus cum Israel & cunctis filiis Ephraim.* Ut verò Politici etiam hic consiliorum suorum insipientiam intelligerent, qua spem suam omnem in brachio carneo, & robore exercitus ponere solent, præclarissimè Propheta monet ibidem *cap.* 2. *Quod si putas in robore exercitus bello consistere. superari te faciet Deus ab hostibus. Dei quippè est & adjuvare, & in fugam convertere.* Parum consilio Amasias, & abjecto infidelium adjutorio, centumque talentorum quæ jam in militum Israelitarum stipendium dederat, jactura contempta victor Idumæorum fuit.

25 Sed quid ad intelligentiam clarius, & ad conterenda hujusmodi fœdera exquisitius, quàm illud Prophetæ fulmen, quod in Josaphat Regis Judæ caput vibratum fuit 2. *Paralip. cap.* 19. *Impio prabeo auxilium, & his, qui oderunt Dominum amicitia jungeris, & idcirco iram quidem Domini merebaris; sed bona opera inventa sunt in te, eo quod abstuleris lucos de terra Juda.* Nam, quicquid tandem proferri possit ad illa fœdera cum infidelibus palliranda, quibus nihil cum impietate commune est, quid pro fœdere Christianorum Principum tegendæ fœditati humana versutia comminisci potest? Ethnici, Turcæ, infideles ex Catholicæ fidei decretis impii sunt. Odio habent Dominum. Junguntur eis amicitia, præbent auxilium. Uter utros iniquitate superet, causam causæ collidendo, videamus. Achab legitimus Princeps fuit, Turcæ Principatuum usurpatores, sceptrorum raptores. Ille bello petebat infidelem Regem Syriæ, hi fideles. Ille justè repetebat, *quod erat suum* 3. *Reg.* 22. tanquam partem hæreditatis divinitus datæ filiis Israel, *Num.* 21. & 32. ac Jeroboam urbem refugii, Levitarum ex divino decreto domicilium, quam contra promissum Rex Syriæ detinebat 3. *Reg.* 11. & 2. *Paralip.* 10. *Deuter.* 4. & *Josue* 20. *ac* 21. & 3. *Reg.* 21. Hi sæpè injustissimè alienis inhiant, & impiè rebellioni patrocinantur. Illo bello, nec directè, neque indirectè causa impietatis agebatur, sed pietatis potius. Hoc è contrario directè Episcopatus, Ecclesiæ, sacra bona, fides, disciplinaque Christiana evertuntur, Ethnicismus dilatatur, Religio pessundatur. Quis jam ita sit, ut cum Augustino loquar, imprudens atque impudens, ita procax, pertinax, pervicax, ita postremò insanus, ac demens, ut cum Josaphatum præbitis auxiliis, iram Domini meruisse fateatur, Christianos Principes in tam enormi circumstantiarum omnium præponderante gravitate, innocentes esse contendat?

26 Quid quod idem Josaphat à Deo propterea tantum non exiguo supplicio flagellatus fuit, quod fœdus cum Ochozia, *cujus opera erant impissima*, percussisset, classemque cum eo communem in Aziongaber adornasset? Sic enim ei, & peccarum, & supplicium, Propheta vaticinante, denunciatum est 2. *Paralip.* 20. *Quia habuisti fœdus cum Ochozia, percussit Dominus opera tua, contritaque sunt naves, nec potuerunt ire in Tharsis.* Et nos dubitamus, utrum illa belli societate, quo Catholica Religio opprimitur, Turcismus in Catholicissimas Urbes invehitur, Ecclesiæ, Monasteria, & omnis generis Christiani suis in perpetuum spoliantur bonis, denique nefariis sacrilegiis Christiana sacra proterantur, utrum inquam, tam impii belli societate Christianorum Principum conscientia polluatur? Quid enim, nisi tetra clamat conscientiam, quod illa vastitas Hungariæ, aliorumque Christianorum Regnorum, hoc est illa fuga Antistitum, Religiosorum, Virginum, illa Sacrorum profanatio, quam Christiana Europa novit, horret, & gemit, fœdere fœdissimo ineatur?

Prædictis inhibitionibus Scripturæ veteris accedunt, 27 quæ in nova similiter traduntur. Sic enim legitur apud Paulum ad *Corinth.* 1. *cap.* 5. *in fine*, & habetur *can. sæpè & seq.* 28. *q.* 1. ubi Christianis prohibetur commercium, & communio cum Judæis, & infidelibus: ita, ut ab eis nec cibum sumere, nec recipere medicinam liceat, immò nec benedictiones, nec orare cum eis fas sit, *can. non oportet. & seq.* 1. *q.* 1. Ergo multò minus licebit à Turcis inimicis Christianorum contra Christianos auxilium petere, quicquam consilii iis concedere, aut viis eorum incedere, *Psalm.* 1.

Cùm igitur divinis oraculis fœdere ista cum infi- 28 delibus, ideòque longè mitiora, tam perspicuè, severeq; damnentur, vix operæ pretium fuerit hominum sensa, ac dicta vestigare. Sed quia multorum imbecilles oculi facilius umbras corporum, vel corpora luce collustrata, quàm ipsam lucem ferunt, etiam talibus morem geram; ut saltem hominum eruditorum, proborumque sensus qualemcumq; suum accommodare dignetur, inter quos primo adducam scriptores recentiores.

Hanc igitur doctrinam manifestè tradit Carolus le 29 Bret, de hæreticis Christianæ Religionis loquens *lib.* 4. *de la Souveraineté cap.* 1. *Attendi vellem utrum confœderatione nostra uti desiderent ad amplificandam Religionem suam, infirmandamque nostram, nam isto casu non est dubium, quin impium sit armis ipsorum arma nostra sociare.* Secus ipse censet, si de tuendis agatur bonis. Sed utrumque simul ab infidelibus bellum inferentibus spectari nihil vetat, Eodem quippè bello vindicta criminis, & vindicatio ereptarum civitatum, & defensio societatis, & propagatio superstitionis, & adhuc plura, si libet, pariter spectari queunt, Quæ, si vel cuncta injusta, vel excepto superstitionis patrocinio, cuncta justa fuerint, sola veræ Religionis infirmandæ, vel falsæ amplificandę labes, bellum, armorumque societatem vitiaverit. Illud verò quam ex aditis veritatis promptum? quod docet idem ibidem, *impietatem esse manifestam fœdus percutere cum infidelibus*, à fide Christi alienis, *& eorum armis arma nostra conjungere, ut bello alii Principes Christiani petantur, neque quemquam hoc posse in dubium revocare, nisi qui Fulconem Archiepiscopum Rhemensem falsi redarguitum velit.* Rectissimè. Sed nunquam rationem dabit solidam, ut quando eadem, vel deterior impendet catholicæ fidei strages, liceat cum infidelibus fidem catholicam depopulantibus, suamque propagantibus arma nostra contra Catholicum Principem sociare.

Gilbertus Genebrardus talium fœderum impietatem 30 apertè jugulat *lib.* 4. *chronol. ad annum* 1549. *Barbarussa Turcarum classi à Solimano præfectus, deinde incidentibus inter Hispanos, & Gallos bellis, cum ingenti classe Francisco Regi opem tulit, gementibus piis, quibus impiorum à Christi nomine abhorrentium fœdera improbantur.* Ecce piorum gemitus fœdera ista deplorantium.

Julius Cæsar Bullingerus eadem confœderationes 31 graviter damnat *l.* 2. *histor. Id temporis fœdus cum Turco non sine de decore à Francisco primo ictum à Carolo non cum Solimano, qui Melitam magno navali paratu obsederat, non minori labe renovatum est. Ita res habet, fidem cum infidelis tutam non esse, societatem cum impio in noxam abire, Melita capta, Italia, & ipsius Galliæ exitium præsto erat.*

Clemens VIII. Summus Pontifex significat Henrico 32 VI. Galliæ Regi, quem, tanquam filium unicè diligebat, ut in

ut in *epist.* 327. Cardinalis Ossati, *Majestatem ejus credere posse, quanti sibi doloris argumentum sit, quod inimicos Dei tam perfidos, & adversus Sedem Apostolicam exacerbatos, qui anno tertio tot sacrilegia, & abominationes contra Ecclesias, locaque sacra perpetrarunt, suppetiis, & favore sublevari ab eo concernat, quem Sancta Sedes tam bono animo, quibuscumque potuit modis, atque rationibus complexa est, pacemque Regno ejus intus, & foris procuravit.*

33 Gregorius XIII. vehementer aversabatur fœdus, quòd Henricus III. cum Regina magnæ Britanniæ Elisabetha hæretica meditari discebatur, quemadmodum testatur Legatus ejusdem Regis Paulus Archiepiscopus Tolosanus apud Paulum de Foix *epist.* 5.

34 B. Pius V. Pontifex Maximus, pietate celebris societatem Franciæ Regis cum Turcarum Rege damnavit, eam Franciæ labem dicti ans, ut Auctor fide dignus tradit apud Franc. Long. Coriolan. *in breviar. Chronol.*

35 Iis adstipulantur communibus suffragiis Cacheranus in sua in hanc rem peculiari disputatione, quæ habetur post ejus decisiones, ubi Oldradi contrariam sententiam tuentis argumenta solidè, & latè refellit, ipsamque Oldradi opinationem impiam pronunciat Fridericus Schevel. *in com. ad usus feud. lib.* 3. *tit.* 6. *cap.* 1. *col.* 7. *tit. hic finitur lex.* Petrinus Bellus *in tr. de re militari p.* 2. *tit.* 17. Jo: Lup. *inter de confed Princip. in pr. n.* 4. & 7. Fab. de Anna *cons.* 7. *num.* 13. §. *Ego tamen*, Georg. Sconborn. *polit. lib.* 4. *cap.* 36. Albert Gentil. *de jur. bell. lib.* 3. *cap.* 19. Henric. Boc. *disp.* 52. *parer.* 1. *claus.* 4. ubi ait, Christiano Principi contra adversarium bella sibi inferentem, infidelium auxiliares copias invocare, non esse consultum referendo se ad exempla, cujus sententiam novè sequutus est Hopius *disset. jur. pot. thes.* 30. Mons. de la Nove *discurs.* 30. & id ipsum nuncupatim decidit. Boc. *lib.* 1. *de bello cap* 7. §. *subditi*, Cun. *de pact. lib. cap.* 22. *num.* 74. Card. Tusch. *concl. jur. tom.* 2. *litt. D. concl.* 133. & *tom.* 4. *lib.* 1. *concl.* 123. ubi Cacherani sententiam tenendam esse, monet, Arumæus *ad aur. Bul. disc.* 6. *thes.* Zepper. *de legib. Mosaicis cap.* 6. *lib.* 4. Richterus *axiom. polit.* 277. Frider. Tileman. *disp. thes.* 17. *vol.* 1. Val. Arithmæus *peric.* 1. *disp.* 9. *thes.* 10. Schepliz *ad consuet. Brandeburgicas p.* 2. *tit.* 8. *n.* 6. Idque insuper tuetur Andr. Gherard. *tom.* 1. *jur. publ. discurs.* 31. *thes.* 1. ubi ait, non esse approbandas considerationes, quibus Christiani Principes necessitatis causa infideles pro defensione suorum Principatuum in auxilium sibi asciscunt. Non rarò enim externæ gentes, maximè à fide Christiana alienæ in bellorum societates, præsertim intestinorum ascitæ, pulsis postea provinciis illas incolentibus, ipsæ occupatunt. Sic enim olim Britanni Theodosii junioris ætate, cum auxiliatores à Romanis copias nequicquam contra Scotos, & Pictos imploraſſent, subsidiarios è Germania, vicino Saxones, Anglos, Jutas, & Frisones acciverunt, qui postea dulcedine soli, & Summi Imperii cupidine ducti, icto cum Pictis fœdere, funestum in novitios hospites, sub quibus stipendium meriti erant, bellum moverunt, avorumque Sedibus Britannos exuerunt, Jo: Gelden. *in Annal. Angior. lib.* 1.

36 Sed quid ego singulares scriptores, ac Pontifices, commemoro adversus hujusmodi fœderum labem, cum universus Orbis Christianus ea, & nunc, & olim propter perspicuas Christianæ Reipublicæ noxas, detestatus sit? Cujus universi sensum satis expressit Genebrardus, quando paulò ante dixit Francisci cum Turcis fœdus gementibus piis percussum fuisse, quibus impiorum à Christi nomine abhorrentium fœdera improbantur. Et Franciscus Belcarius, Episcopus Menensis, quando dicit *lib.* 3. *hist. num.* 60. propter piraticam Turcarum immanitatem, qui ex fœdere suppetias laturi venerant, Franciscum in odium Germanorum inductum, & Basilius de Montluc, quando sensum Venetorum, communemque Christianorum sui temporis exprimens dicit lib. 1. {*Nescio, quæ fuerit sententia Reipublicæ de tam arduo negotio nec, utrum eloquentia fratris mei victa probaverit Respublica id, quod tantoperè improbabat. Unum propè mihi constat, quod & tunc, & postea semper factum istud culpari audiverim, credoque causam fuisse, ne res nostræ meliori fuerint loco,* ut meritò dixerit du Bter, esse manifestam impietatem, & neminem in dubium posse revocare.

Nec verò recentiores tantùm Christiani, sed impri- 37 mis vetustiores hujusmodi fœdera cum infidelibus, maximèque quæ tantam, Reipublicæ, atque Religioni perniciem adferunt, detestati sunt. Nam ante quingentos annos Rupertus Tutiensis Abbas de fœderibus Machabæorum cum Romanis intrepidè pronunciavit *lib.* 10. *de victor. verb. cap.* 26. *subobscurum quiddam fratribus victoriosis in medio sua claritatis accidit, Jude, Jonathæ, atque Simoni, quod videlicet victoriis clarificati, ultro miserunt societatem, & amicitiam statuere cum Romanis potentibus, & famosis. Quamvis super hac re non culpet eos Scriptura, res gestas continens ipsorum; nihilominus tamen advertere promptum est, non fuisse tutum coram Deo, neque lege concessum Judæis, ut expeterent amicitias gentium.* Et aliquantò inferiùs aliam radicem tangens: *Tales eventus si gulorum fines obscurare videntur, quod in eo sibi cœleste diminuerint auxilium, dum quærunt ab hominibus sæculi, quasi pacis, & securitatis firmamentum.*

Inter eos, qui Rupertum præcellere, unus instar om- 38 nium esse possit Fulco, Rhemensis Archiepiscopus. Nam ante 750. annos cum Carolus simplex, legitimus Francorum Rex diffideret se viribus suis sustinere, qui ante pubertatem ejus Rex Franciæ coronatus fuerat, resistere posse, Normannos infideles sibi subsidio advocare decrevit: Fulco fidelissimus ejus Consiliarius, cujus in primis auctoritate Rhemis adversus Ludovicum Rex consecratus fuerat, re intellecta, gravissimas ad eum litteras dedit, quibus quid de fœderibus hujusmodi sentiendum sit, Episcopali auctoritate, ac libertate declarat apud Flodoardum *l.* 4. *hist. Rhem. cap.* 5. *Quis, qui vobis, sicut oportet fidelis est, non expavescat, vos inimicorum Dei amicitiam velle, & in cladem, ac ruinam nominis Christiani pagana arma, & fœdera detestanda suscipere; Nihilominus distat, utrum quis se Paganis societ, an abnegato Deo, idolo adoret. Nam sit,* ut ait Apostolus 1. *Corinth.* 15. *benos mores colloquia prava corrumpunt; quanto magis corrumpitur castitas animæ Christianæ Ethnicorum consiliis, & societate? Neque enim poterit non imitari, quod assidue viderit, quin potius assuescet paulatim, & quasi vinculo malæ consuetudinis trahetur ad facinus. Certè progenitores vestri Reges, depositio gentilitio errore, divino cultui se sublimiter subdiderunt, & à Deo semper auxilium expetiverunt, propter quod & feliciter regnarunt, & Regni hæreditatem ad suos posteros transmiserunt. Vos è contra nunc Deum relinquitis. Dicam certè, licèt nolens, quia Deum relinquitis, cùm vos ejus hostibus sociatis. Unde & meritò Prophetica illa vox ad vos dirigitur, quondam ad Regem Israël similia facientem directa est* 2. *Paralip.* 19. *Impio præbes auxilium, & his, qui oderunt Deum amicitia jungeris. Et certè cùm deberetis malis præcurrere terminum ponere, & rapinis, & depræda tionibus pauperum renuntiare, ac pro his omnibus pœnitentiam agere, nunc ad majorem iram Dei provocandam, his, qui Deum ignorant, & in sua feritate confidunt, vos conjungitis. Credite mihi, quia nunquam sic agendo ad Regnum pervenietis, immò velociter disperdet vos Deus, quem irritatis. Hactenus quidem de vobis meliora sperabam, nunc video vos cum omnibus consanguineis vestris perituros, si tamen hoc verè vultis agere, & talibus consiliis acquiescere. Revera, qui tale vobis dant consilium, non fideles, sed per omnia infideles esse comprobantur, quos si audire volueritis, terrenum simul, & cœleste Regnum amittetis. Deprecor itaque vos per Deum, ut tale deseratis consilium, neque velitis vos in æternum præcipitare interitum, & mihi, cæteris que qui secundum Deum vobis fideles sunt, æternò dulcori*

doloris afferre dispendium. Melius enim fuerat vos non nasci, quam diaboli patrocinio velle regnare, & illos juvare, quos deberetis per omnia impugnare. Quid verius, liberius, efficacius adversus fœderum similium impietatem dici potest?

39 Paucis annis vix octo, aut decem ante Fulconem Joannes VIII. Romanus Pontifex, cùm quidam Italiæ Principes, atque populi suis privatis commodis temporalibus prospicientes cum Saracenis fœdus percussissent ut eorum viribus, neglecto Ecclesiæ detrimento, res suas stabilirent, diversis epistolis ad eos exaratis, rem, tanquam gravissimi sceleris atrocitatem, execratus est. Vocat enim diversis locis *Epist. 36. & 45. impium, infandum fœdus, quod cum Saracenis impiè pepigerant. Et Epist. 41. profanum fœdus cum inimicis Dei. Et Epist. 52. iniquam colligationem. Et Epist. 225. impium pactum. Et Ep. 242. impium scelus*, & ibidem: *Societatem ad perditionem animarum initam. Et Epist. 41. immanè profundum.* Itaque hortatur, suadet, præcipit Apostolica auctoritate, hujusmodi pacta dirumpi, *Missimus*, inquit, *illuc Vualbertum Portuensem, & Eugenium Ostiensem, ut pactum illud, quod perditionis est causa, dissolvi per omnia suaderent.* Et inferiùs Epist. 36. *Admonemus itaque, instamus opportune, importune, ut tam impio dissolvo fœdere pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, nobis tandem cœlitus restituatur.* Et in alia Epist. 38. *Iterùm, ac iterùm exhortamur, ut Christiani nominis viri Paganorum fœdera fugiant, & solum in Deum, qui eos creavit, & non in diabolo membra, quæ sunt fornicationes, & vasa iræ, spem suam ponere discant.* Et rursum ad Joannem Episcopum Beneventanum: *Tuam reverentiam adiuramus, suadentesque omnibus modis deprecamur, & auctoritate Principum Apostolorum fraterno freti amore præcipimus, ut omnibus viribus tuis, omnique posse tuo labores, tam scilicet cum germano fratre, quàm cum aliis Christicolis in hoc opem ferre valentibus, ut impia Agarenorum fœdera, quæ Neapolitani, vel consocii cum inimicis Christi nominis inierant, Christo miserante, quantocyus jus destruantur.* Quæ suasiones, preces, jussa sæpè in aliis Epistolis repetuntur. Nec in istis Pontificis sollicitudo, & auctoritas stetit. Etiam anathematis fulmen isti crimini intentavit Epist. 40. *Semel te, tuosque adhuc monere non abnuo, ut ab infidelium consortio declinetis, & à tam profano tandem aliquando fœdere recedatis. Quod si nos audiveritis, non solum bona, quæ cupitis affluentius ex nobis habebitis, sed & magna præmia cœlitus assequemini. Sin autem non solum non spirituali vos iterato gladio percellemus, sed & hi, qui non sine causa materiales gladios portant, cùm sint Sanctæ Ecclesiæ validi defensores, & fervidi zelatores, cunctis adversis, & prosperis conculcatis, adversus vos protinus arma corripient, & vindices contra vos impugnatores ejus celeriùs properabunt. Et in Epist. 292.* ad Episcopum, Præfectum, totumque populum Amalphitanum: *Quod si in tali impio scelere, diabolo persuadente, amplius permanere præsumpseritis, & ipsum pactum de præsenti non corruperitis, præcipimus huic Episcopo nostro Dominico, ut vice nostra, omni Ecclesiastica vos communione privare procuret.*

40 Ecce quanto horrore fœdera illa detestatus est Joannes Pontifex, quanta severitate plectenda censuit. Nec tamen illi aliud, quàm temporales causas Saracenorum auxilio, & fœdere munire nitebantur, nec aliter, nisi *indirectè* Ecclesijs cladem ex consortio impietatis adferebant. Quod ex ipsis Epistolis Joannis manifestum est: ubi dicit, & Epist. 242. *se decertasse, ut pactum rumperent, ne ex consortio gentis malignæ Ecclesia Dei per vos*, inquit *sic crudeliter affligeretur, & animabus vestris, non solum temporale inde discrimen, sed etiam æternum acquireretis supplicium.* Et infra: *Ut corrupto fœdere, quod cum eis ad perditionem animarum vestrarum, & terræ Sancti Petri habetis.* Quam ob causam cùm sibi mala ista nullo pacto, quemadmodum etiam nunc, imputanda viderentur, etiam excusatione apud Pontificem se purgare nitebantur. *Cognovimus, ait Pontifex Epist. 36. eos execrabiles se velle coram nobis reddere tentavisse super contracto infando fœdere.* Non esse verò excusabiles probat Papa ex calamitatibus, quæ inde profectæ fuerant: *Cæterum reticamur*, inquit, *Epist. 40. quomodo vos in litteris vestris, qua in ipsa Paschali festivitate suscepimus, inculpabiles tentetis adstruere, cùm piaculum vestrum totus, qui desertus est mundus, & sanguis de terra, qui diffusus est, clamat.* Quid si cruentas illas Bellonæ sævientis clades, miserum Hungariæ Turcis subjugatæ statum, Ecclesiarum vastitatem, & solitudinem, fugam Virginum, Monachorum, Antistitum, totiusque Cleri spectavisset, quæ aliquorum Christianorum Principum fœdera per infideles pepererunt, quæ anachemata, quæ fulmina percutiendis fœderum capitibus sufficerent, qui nunc reformata terrenis regulis Theologia innocentes videri volunt?

Ante Fulconem, & Ioannem Octavum Pontificem, 41
idem Ecclesiæ in aliis Sanctis sensus fuit. Nam quadringentis annis ante, S. Chrysostomus, vel quisquis auctor operis imperfecti *in Matthæum hom.* 1. cùm historiam, & fœdus Iosaphat cum Achab impio percurreret, *Vides*, inquit, *quia nec dare potuit auxilium inimicis Dei, nec ab eis accipere? Quoniam autem nec accipere oportet ab inimicis Dei, docet nos suprædicta historia de Asa. Quoniam verò nec dare, instruit nos hæc scriptura de Iosaphat. Qui enim petit auxilium ab inimicis Dei, de auxilio Dei desperat, utiliores sibi existimans inimicos Dei, quam Deum. Qui autem dat auxilium inimicis Dei, adversatur Deo, Deo enim volente conterere inimicum suum, ipse eum defendere tentat.*

Ante Chrysostomum S. Gregorius Nazianzenus O- 42
rat. 46. *Pientissimum Imperatorem doceat, nihil ex reliquo ipsius erga Ecclesiam studio rediturum esse utilitatis, si tale malum, ad fidei sanæ eversionem eorum* (Hæreticorum) *libertatem, licentiamque prævaleat.* In quem sensum scite Theodorico, ac Theodoberto Regibus Francorum S. Gregorius olim scripsit *lib. 7. Epist. 116. Quam diversum sit excellentia vestra perpendat, caput* (Christum) *honorare, & membra ipsius hostibus calcanda permittere*, Quorum idcircò pietatem excitans, subnectit: *Utin hoc vos amplius dignos cultores Omnipotentis Domini demonstretis, quod fideles illius ab inimicis ejus absolvitis.* Auditis ipsam Regum Socordiam in reprimenda Hæreticorum licentia, omnem eis bonorum operum, zelique fructum tollere? Quid eis igitur expectandum, qui licentiam Hæreticorum non modo non comprimunt, sed temporalis æmulatione Principatus accedunt, & ad eversionem Ecclesiarum eis laxissimas habenas, adeòque subsidium præbent? Qui membra Christi non solum hostibus ejus calcanda permittunt, sed de industria calcanda tradunt, eosque qui tuentur libertatem fidei, Religionisque suæ, ferro sternunt, & innocentem, clamantemque in cœlum sanguinem fundunt? Neque tales forsan, neque Christiano nomine dignaretur par utrique Gregorio, qua eruditione qua Sanctitate Basilius *Epist. 172.* quantuncunque de cætero rectè vivere, & pietatem studiis suis prætexere viderentur; *Non Christiani*, inquit, *sunt tales, sed Christi negotiatores, qui quod præsenti vitæ commodum est, vitæ ex veritate ducendæ præferunt, ubi inanem hunc Principatum adipisci se posse arbitrati sunt, inimicis Christi se sociarunt, ubi populum irritari viderunt, rursus fidei rectitudinem præseferunt.*

Iam Patrum antiquorum, aliorumque scriptorum 43
aciem produximus, nunc videndum, quibus pœnis fœdera cum infidelibus, & suppetias juste datas, digna, judicaverint, ut plenius ea divino quoque judicio vetita esse constet. In primis igitur Ecclesiæ Prælules fulmine anathematis ea ferienda judicasse, immò subinde ferisse, idque etiam, quamvis nonnisi indirectè causa Religionis ageretur exploratum est. Nam Fulco, Rhemensis Archiepiscopus apud Flodoard. *lib. 4. hist. Rhem. cap. 5.* cùm fœderis à Carolo Francorum Rege cum Normannis initi turpitudinem, & criminis magnitudinem declarasset, æterni anathematis Regi intrepidè intentat minas. *Sciatis*, inquit, *si hoc feceritis, & talibus consiliis acquieveritis, nunquam me fidelem habebitis, sed & quos, utcunque potuero, à vestra fidelitate revocabo, & cum omnibus Coepiscopis meis vos, & omnes vestros excommunicans, æterno anathemate condemnabo.* Fœdus istud non fuisse directè in fidei perniciem susceptum; certum est, indirectè verò Turcas longè periculosiores; & pernicioſiores esse, fuisseque fidelibus, quam Normannos, ac perindè Romanæ Religionis hostes æquè perspicuum est. Nam quamvis Normandi Galliam grassando depopulati sint; attamen Catholicos ab eis in eorum perfidiam tractos, nemo tradit, cum millia millium animarum Turcismi infecta lue perditionis æternæ in Hungaria, & alibi pœnas luant.

44 Ioannes VIII. Pontifex, ut supra vidimus, fœdera Principum Italorum cum Agarenis propter similem indirectam Ecclesiarum noxam, fœpiùs excommunicationis pœna se persecuturum, interminatus est. Quos præfractores in retinendis illis pactis expertus est, eis re ipsa Ecclesiasticum fulmen intorsit Epist. 41. *Nunc autem vel illis* (Neapolitanis) *incorrectis existentibus, & ad percutientem se redire nolentibus, vel tibi cum ipsis habitanti, & idcirco à divinis omnibus pariter sequestrato, quo pacto, antequam respiscentes ad viam salutis, & justitiæ revertamini, parcere, aut à nexu Ecclesiastici vos judicii valemus absolvere? Absolvite ergo vos prius colligationis impietatis, & fœdus impium, quod cum inimicis Christi habetis compositum, & nos illico misericordiam &c.* Et ſtatim vehementius: *In scelere impio manentibus miserandum non est.* Et ad populum Amalphitanum eodem fœdere contaminatum Epist. 22. *Virtute S. Spiritus, & auctoritate S. Petri, cui ligandi, & solvendi in Cœlo, & in terra à Domino est concessa potestas, omni S. Communione, sancto videlicet corpore, & Sanguine D. N. Iesu Christi vos unà cum totius Apostolica sedis consensu privavimus, & ab Ecclesia Dei societate separavimus, ut in eadem excommunicatione maneatis, donec resipiscentes, ab impia vos Paganorum præda separetis.* Cujusmodi pœnæ interminatione territus Guaiferius, Princeps Salernitanus, Leone Ostiensi teste, fœdus Saracenorum rupit, & plurimos ex eis trucidavit. Ex quibus perspicuè demonstratur quantum vis indirectè duntaxat hujusmodi fœdus in Religionis detrimentum vergeret, directè verò securitatem statui suo parare niterentur, crimen grave, & anathemate dignissimum ab utroque Rhemensi, & Romano Præsule fuisse judicatum, quod etiam contra divina statuta alio in loco commissum esse idem Joannes Papa *Epist. 14.* declarat.

45 Quod si sacrosanctis, ac generalibus Conciliis, de quibus *in c. ita quorundam, & in c. ad liberandam de Iud. & Sarac.* & Constitutionibus Summorum Pontificum Clem. III. *in c. significavit, & in c. quod olim eod. tit.* Joan. XXII. *in extravag.* copiosiùs sub pœna excommunicationis, & anathematis ipso facto, & in jure incurrenda, publicationisque bonorum, quæ occupanti conceduntur, interdicitur Christianis, ne aliquid ad Christianæ fidei hostes deferant, vel mittant, aliquidve faciant, quo infideles adversus fideles adjuventur. Profitemur enim in ipso S. Baptismi lavacro nos pugiles, & paleſtritas strenuos futuros adversus eos, qui Christum, vel ejus membra, aut apertè petunt, aut insidiarum vinculis occultè tentant. Tertull. *de cor. mil.* Ergo fœdifragi sumus, ac periuri, si aliter faciamus. Quæ omnia etiam ratione naturali, ac legibus civilibus comprobantur; *l. 1. & 2. C. quæres expor. non deb. l. pen. & in fin. C. quæ res vendi non pos. & l. 2. C. de commerc. & merc.* Multò magis prohibitum censeri debet, ipsos Turcas, Christi fidei hostes, in Christianorum Regiones, & perniciem advocare, & juvare. Prohibiris enim rebus, multò satius præstat, personas, veluti majores, esse prohibitas, *arg. notatorum in Bald. in l. consentaneum col. 3. C. quomodo, & quando Iudex*, & Bartol. *in extravag. qui sint rebelles v. rebellan. col. 2.*

46 Idipsum haberur in Concilio Viennensi, relato *in*

Clem. 1. §. porrò de jure jur. ubi nominatim confœderatio cum Paganis, & Saracenis Imperatori prohibetur, cujus Constitutionis dispositio ad omnes Christianos Principes, teste Cardinali *in d. §. porrò not. 11.* extenditur. Cui adstipulatur text. *in l. quisquis C. ad l. Iul. majest.* ubi militibus, & privatis personis interdicitur, ne cum Barbaris factionem ineant, & dicit Bald. *in l. liberi C. de inoff. testam.* quem refert, ac sequitur Anchar. *cons. 158. col. 2.* Martin. Laudens. *in tr. de confœd. Princ. n. 26.* confœderatos ejusdem intentionis ac voluntatis esse, & amicum inimici præsumi inimicum, Glos. *in c. si inimicus v. nolite 23. d.* Bartol. *in l. sciendum §. si accusatio ff. de legat.* Nam qui inimico Christi communicat, is Christi inimicus præsumitur, Cardin. *in d. §. porrò.* Cujus dictum comprobatur ex eo, quòd scribitur Exod. 23. *Inimicus ero inimicis tuis.* Idem enim esse censetur; qui se jungit Christianæ religionis inimico, *can. quisquis 23. quæst. 4.* Accedit, quòd scribitur Matth. 12. *Qui non est mecum, contra me est, & qui non congregat mecum, dispergit.*

Sed prima adhuc excommunicatio adversus ista fœ- 47
dera, pactaq; auxilia verbis Bullæ Cœnæ comprehenditur excom. 1. *Item excommunicamus*, ait Bulla, *& anathematizamus omnes illos, qui ad Saracenos, Turcas, & alios Christiani nominis hostes, & inimicos, vel Hæreticos per nostras, sive hujus S. Sedis sententias expressè, vel nominatim declaratos, deferunt; seu transmittunt equos, arma, ferrum, filium ferri, stannum, chalybem; omnisque alia metallorum genera, atque bellica instrumenta, lignamina, canabem, &c. alsaque hujusmodi, quibus Christianos, & Catholicos impugnant.*

Secunda item excommunicatio ibidem verbis istis 48
continetur: *Nec non illos excommunicamus, & anathematizamus, qui per se, vel alios de rebus, statum Christianæ Reipublica concernentibus, in Christianorum perniciem, & damnum, ipsos Turcas, & Christianæ Religionis inimicos in damnum Catholicæ Religionis certiores faciunt.*

Tertia verò ibidem eadem verborum comprehen- 49
sione subiungitur, quando dicit, illos quoque excommunicari, & anathematizari, *qui in illis, hoc est, qui Turcis, & Hæreticis in damnum Catholicæ Religionis auxilium, consilium, vel favorem quomodolibet præstant.*

Tria ista anathemata propter tria diversorum gene- 50
ra peccatorum in fœderum istorum, supperiarumque auctores perspicuè cadunt. Nam & equos, & arma, & bellica instrumenta, & alia hujusmodi, immò & ipsos milites ad infideles transmittunt, quibus Christianos, ipsamque Christianam Religionem impugnent; atque deprimant, & per se, vel alios de rebus, Reipublicæ Christianæ statum concernentibus, infideles certiores in damnum Christianæ Religionis faciunt quantum possunt, & illis in damnum Christianæ Religionis auxilium, favorem multis modis præstant, quemadmodum per Hungariam, ac Turciam legationes, tractatus, fœdera, conflictus, Urbium occupationes, machinatæ proditiones, Turcismi propagationes, classium Turcicarum evocationes clamant, ut dubium esse nequeat, quin tot moliminum impiorum auctores, & consiliarii, & executores, sive milites, sive Duces quacunque dignitate fulgeant, vel pietatis larva squalleant, multiplici excommunicationis vinculo innodati sint.

Neque Religionis pessundandæ intentio in his factis 51
requiritur. Nam ipsas actiones, Christianæ Religioni perniciosas, Pontifex percellere censura, & comprimere præceptò voluit, cujus transgressionem non tollit pravæ intentionis absentia, quemadmodum communi consensu Theologorum chorus docet, de quo nos infra. Et quis tandem Catholicus, nisi nomine, aut veste tenus, Turcas, aut Hæreticos Christianam Remp. impugnantes adiuvans, ipsam Religionem, fidemque, quam profitetur, expressè directèque profligatam cupit? Aliud semper appetunt lucrum, vindictam, gloriam, principatum, vel aliquid hujusmodi, cujus adipiscendi cupiditate infidelibus in damnum

Christianæ Religionis auxilio, consilio, favore, *vel quomodolibet*, sicut loquitur Nulla sociantur.

52 Quod si quis fortè caput suum ab istius Bullæ fulminibus tueri se posse putet, saltem divinæ diras iracundiæ pertimiscat, quas iratum Numen ab initio, etiam ante primordia Christianæ Religionis in eos vibravit, qui infidelium arma suis sociando, temporalis Regni fumum periculis, & damnis Ecclesiæ Dei habuere potiorem.

53 Asa Rex Judææ, à pietate non mediocriter commendatus, cùm Regis Syriæ subsidium imploraſſet, graviter, tanquam iniustia affectus, hoc tulit Deus, missoque Vate, pœnam è vestigio comminatus est 2. Paralip. 16. *Stulte egisti, & propter hoc ex præsenti tempore adversum te bella consurgent.* Corporis etiam ægritudo molestissima confecit Regem, ibidem: *Ægrotavit etiam Asa anno trigesimo nono Regni sui dolore pedum vehementissimo*, quem propter illam diffidentiam ei inflictum esse, Chrisost. *hom.* 1. *in Matth.* tradit.

54 Iosaphat, quòd fœdus cum Achab impio percussisset 2. Paralip. 19. *iram Domini promeruit, quod cum Ochozia, percussis à Deo operibus ipsius* 2. Paralip. 20. *contrita sunt naves ejus.*

55 Amasias, conducto exercitu centum millium Idololatrarum ex Ephraim, jussus est per Prophetam copias illas dimittere 2 Paralip. 25. *eo quod non esset Dominus cum Israel, & cunctis filiis Ephraim.* Simul intentatæ sunt Regi minæ, quod si putaret in robore talis, videlicet, exercitu, bella consistere, ab hostibus, Deo vindicante, superandum. Paruit Rex, Deo fidit, hostes fudit.

56 Judas Machabæus, primus omnium fœderibus Romanis iter aperuit, primus etiam infelici interitu confestim pœnas dedit. Nam, eo ipso anno, ac penè mense, antequam vel Legati Roma rediissent, ipse Judas cum flore exercitus prostratus est, unus fratrum interfectus, alii duo Jonathas, & Simon, velut exules, in desertum pulsi, tota Regio cùm urbibus, & præsidiis in Demetrii potestatem tradita, *talisque facta tribulatio in Israel, qualis non fuit ex die, qua non est visus Propheta in Israel.* 1. *Machab.* 9. Iste fructus primi fœderis cum infidelibus, quo se perspicuè, dum ab hostibus Dei subsidium petunt, divina protectione nudaverunt. Qui enim oppressam Rempublicam, divino fretus auxilio, exigua suorum manu à casu suo erexerat, ad infideles conversus, eam stantem, florentemque præcipitavit,

57 Jonathas, Judæ frater, & successor in Principatu divinorum immemor mirabilium, post annos paucos idem fœdus cum Romanis renovavit. Quo fructu, vide: Nondum reversis Jerosolymam legatis, ipse cum duobus filiis, & mille viris, proditione Triphonis interfectus est, & Respublica iterùm in summum conjecta periculum ac trepidationem, Simon, fratrum ultimus, necdum edoctus, Deo potiùs, quàm infidelium fœderibus fidendum esse, tertiò cum Romanis nexuit Societatem. Sed ecce ipse tertius cum duobus itidem filiis à proprio genero Ptolemæo in convivio trucidatus est, *ibid. cap.* 12. & 16.

58 Et hactenus quidem Simon, cæterique Machabæi in fœderibus nudis Romanorum steterant, omnesque Reipublicæ suæ angustias, nullis eorum subsidiis imploratis, sola Dei protectione superaverant. Posteri eorum, ut ad suppetias, etiam re ipsa postulandas progressi sunt, gravioribus etiam calamitatibus ipsi cum Republica involuti sunt.

59 Hyrcanus, & Aristobolus apud Josephum *lib.* 14. *antiq. cap.* 4. 5. & 8. ex nepote Simonis nati, cum inter se de imperio contenderent, primum à Scauro, deinde à Pompeio Romanorum auxilium coemerunt. Sed non inultam præteriit impietatem eorum Deus. Nam inde mox Jerosolymorum obsidio, Templi Pompeio adita penetrante, profanatio Reipublicæ Judaïca Romæ subjugatæ servitus. Hinc Deovindictam suam prosequente, nexisque *quadam* serie ex illo fonte calamitatibus, Hyrcanus ab Herode occisus est. Aristobolus cum filiis, atque filiabus Romam in vincula adductus, ipse veneno à Pompeianis exinctus, uterque filius ad Antiochiam secuti percussus, Alexander jussu Pompeii à Scipione, Antigonus ab Antonio, Regnum à Romanis alienigenæ Herodi traditum, & cùm violata fœderibus istis Religione pessundata est Respublica, deletusque Machabæorum Principatus, idem Josephus *ibidem cap.* 13. & *lib.* 15. *cap.* 1. Utrumque certum est, & perspicuum. Romana fœdera, suppetiasque peperisse, dum filius Ecclesiæ veteris primogenitus Principum Sacerdotum consilio, Pharisæorum prudentia, infidelium auxilio, de imperio cum juniore decertat. Scimus antiquis *omnia in figuris contigisse, scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum devenerunt*, 1. *Corinthior.* 10.

Nam si ad Ecclesiam Christianam pergere libet, tan- 60
tò in ulciscendis hujusmodi fœderibus Dei vindicta severior fuit, quantò in paciscendis impietas evidentior. Ruffinus Gothos Arianos in Europæ, Hunnos, Paganos in Asiæ cladem traxit, cujus proditionis Reipublicæ, & Ecclesiæ prosequendæ studio dum incumbit, Deo, impietatem persequente, mille ictibus confossus, & in frusta ab exercitu discerptus, membra inter milites partita, caput pro fixum cum dextera, omnibus ludibrio fuit, Zosimus *lib.* 5. Sozomenus *lib.* 8. *cap.* Claudian. *in Ruffin. lib.* 2.

Bonifacius Comes dolo Aetii rebellionis iniustè ac- 61
cersitus, quandiu divino auxilio fidit, superior fuit adversariis suis, Ducibus Mavortio, & Galbione interfectis; sed cùm desperaret se resistere posse, Vuandalos, Alanosque hæreticos in interitum Ecclesiæ Africanæ, & Catholicæ fidei in Africam evocavit. Adfuit continuo, etiam pœnitenti, ultor Deus. Nam cùm Vuandalis pugnans, victus est & Hippone obsessus, auctus copiis Asparis iterùm superatus, in fugamque versus est. Tandem sigulari certamine cum Aetio congressus, ex vulnere inflicto, & ipse periit, Prosper. *in Chron.* Paul Diacon. *lib.* 4. *histor. miscel.* & Procop. *lib.* 1. *de bello Vuandal.*

Eodem ferè tempore Joannes per Aetium Hunnos 62
infideles in subsidium suum vocans, ab Aspare Ravennæ interfectus est, Aetius ipsis manibus Valentiniani obtruncatus, Paul. Diacon. *ibid. lib.* 24.

Eudoxia Augusta cùm eosdem Vuandalos Arianos 63
contra Maximum in Italiam accersisset, ipsa, Deo vindice, cum filiabus Eudoxia, & Placidia in Africam captivæ ductæ sunt, idem *ibidem*, & Procop. *lib.* 1.

Saracenos in Hispaniam cum incredibili Religionis 64
clade immisit Julianus, sed nefarium scelus non impunè tulit. Vxor ejus à barbaris obruta lapidibus, filius è Septensi turri præceps actus, ipse bonis exutus, miserabilis morte in compedibus contabuit, Ferdinandus Nunius, Joannes Vasæus *in chron.*

Eudo Dux Aquitaniæ eosdem hostes fidei in Gal- 65
liam contra Martellum evocat. Ipso paulò post defuncto, Vxor ejus, filia, & Neptis vivæ in hostis sui potestatem venerunt. Hunoldus, & Vaifarus filii paterno Ducatu spoliati, alter eorum denique è suis trucidatus est, Fredegar. *Annal. Franc.* & Sigibert. *in Chron.*

Arnulphus Rex, sive Imperator, ut malunt Vasæus, & 66
Regino Adelhel *an* 768. ut Zuenteboldum everteret, Hunnos excitavit in Germaniam, qui tantam Ecclesiarum stragem ediderunt, ut eam Luitprandus istis gemitibus deploret: *O cæcam Arnulphi regnandi cupiditatem? Vnius homuncionis deiectio, quem adversarium patiebatur, fit totius Europæ contritio. Quot mulieribus, viduitates, patribusque Orbitates, virginibus corruptiones, Sacerdotibus, populisque Dei captivitates, Ecclesiis desolationes, terris inhabitatis solitudines, cœca ambitio parat?* Ut Sueciæ, quam spectavimus, desolationis effigies ista fuisse videatur. Sed quid interea vindex Deus? *Arnulphus turpissima*, inquit idem Luitprandus, *valetudine expiravit, minutis quippe vermibus, quos pediculos ajunt, vehementer afflictus, spiritum reddidit. Fertur autem, quod præfati vermes adeò scaturirent, ut nullis medicorum curis minui possent.* Nec dissimulat hanc ei plagam pro Hungarorum immissione contigisse,

gisse, fortè ut ista contritione veniam sceleris istius, quod paulò ante mortem perpetraverat, mereretur.

67 Berengarius fœdere cum iisdem Hunnis inito in odium eorum, à quibus victus fuerat, eos in Italiam intulit. Hinc vastata Papia, Ecclesiæ quadraginta tres succensæ. Sed continuò dignas impietate pœnas luens, *à suis interremptus est*, Flodoard. *in Chron. ad an.* 914. & Baronius anno 924.

68 Palæologi dum inter se de Imperio decertant, icto cum Turcis fœdere, in Europam eos advocant. Mercedis loco Imperium eorum primum à Turcis accisum, inde precario obtentum, filii facti Turcarum Ianizari, Regnum amissum, Constantinopolis capta, stirps Palæologorum radicitus excisa est. En tibi, Lector, prorsus idem fœderum Græcorum cum infidelibus, qui Judæorum casus, nempè utriusque, tam Ecclesiæ, quàm Reipublicæ miserandus occasus, Calchondilas *l.* 1. & 2. *de rebus Turcicis.*

69 Sic igitur Trapezuntini Principes, quod Paulum noluerunt audire, monentem: *Nolite jugum ducere cum infidelibus*, meruerunt infidelium subire jugum. Palæologis tanta erat potentia, ut eorum nec fama terminum, nec gaza inveniret modum, quod pacti sint amicitiam cum Turca, ac contra Dei vocem putarint posse esse participationem justitiæ cum iniquitate, societatem lucis cum tenebris, ac conventionem Christi cum Belial, ab Europæ Principibus, quos antea contempserant, incassum opem acclamantes, ita abierunt in pulverem, ut Oriens illorum Imperium in prædam cesserit Turcis, & ipsis post se hoc tantum reliquerunt famæ, aut potius infamiæ, quod Constantinopolis, qua nihil habebat Orbis post Romam majus, quæ fuit Palæologorum, horum scelere perierit, & in Christiani nominis hostium manus devenerit. Cùm enim Joannes Palæologus, Imperator Orientis bellis conflictatus per plerosque Græciæ Principes, Amurathis primi auxilium, ac tutelam imploraſſet, ea ex re aditum illi ad ipsam Europam aperuit, simulque Græciæ toti cladem longè maximam importavit. Primum namque audaciam Principum repressa, Turcæ in Vbium Græciæ præsidio remanere, tandem Amurathes, regionis amœnitate captus, oculos ad Europam adiecit, in eamque cum sexaginta hominum millibus penetrans, Philipopolim, deinde Andrinopolim, aliasque Vrbes loci ingenio munitissimas, inter quos primas tenuit Constantinopolis, occupavit, Georg. Draudius *in sched. reg. Agapeti Diac. aphorismi* 13.

70 Atque item notorium, ac miserandum est occasione susceptæ protectionis, Turcarum Imperatores Imperii sui fines mirum in modum protulisse. Tartarorum enim Præcopiensium, Georgianorum, aliorumque patrocinio accepto, iis non secus, ac suis in dilatando Imperio usos esse, tradit Hippol. à Collib. *tr. de Princ. c.* 34.

71 Huncque in modum sub plausibili protectionis titulo Joannem, Hungariæ Regem, ac Isabellam Conjugem ejus, Regnum in servitutem conjecisse, legimus. Cùm enim illis cum Ferdinando Roman. Rege pro Hungariæ Corona decertantibus, ad resistendum Ferdinando sat virium non supperetret, idcòque ad Solimani, Turcarum Imperatoris, auxilium confugientes, in ejusdem tutelam se dederunt, ut ejus beneficio in Regnum, quo jam à Ferdinando Rege exùti fuerant, restituerentur, oblata hac occasione Solimanus, in Hungariam ingentem militum copiam deducens, mox aliquot Vrbes, ac munitiones non sine magna Christianorum clade occupavit, eaque victoria elatior factus, tandem Joannem clientem suum, quem antea Regno restituerat, amicum, & beneficiarium appellarat, clientela in servitutem mutata, potestati suæ penitus subjugavit. Unde, quod mirandum est, evenit, Hungaros sub protectionis titulo in servitutem Turcicam conjici, quam libertate eligendi Regis privari maluisse, Sur *in com. rer. in Orbe gest. ad an.* 1529. Paul. Matth. Vuelner. *in metamorph. Rerum publ. c.* 18. de qua re Pauli Jovii *hist. tom.* 2. *l.* 28.

Tom. IX.

tale est judicium: *Hoc erat consilium*, inquit, *ut usu apparuit, Joanni maximè salutare, atque honestissimum si expulsi atque exulantis conditionem respiceres; sed in causa Christiana non obscurè nefarium, postquam privati commodi nomine Respublica in maximum, atque horribile discrimen adduceretur. Verùm ægra mortalium mens tum de salute solicita parum sperat, nullas unquam, vel res ancipites, idcòque sæpè nocituras repudiat.*

Ita etiam ob fœdus cum infidelibus pactum Hugo- 72
ni, Italiæ Regi; cuncta infelicissimè successisse, tandemque à suis rejectum, Baron. *sub anno* 944.

Carolus simplex adversus Eudonem se munire vo- 73
lens, fœdere sibi Nortmannos infideles jungere meditabatur, Litteris, ministque Fulconis, Rhemensis Archiepiscopi territus, & Deo exercituum, bellorumque dominatori fidere edoctus, fœdus rapit, æmulus subitò sublatus, ipse in Regno stabilitus est. Sed postea Roberto à proceribus suscitato, Nortmannisque contra Fulconis monita fœderatis, successus fœderis fuit Regni, ac libertatis jactura, diuturnus carcer, mors in carcere.

Sic enim sub pacis, & unionis titulo, majorem Hun- 74
gariæ partem in servitutem Turcicam devenisse, nemò nescit, multosque alios occasione quæstæ protectionis Turcicæ, è liberis servos factos fuisse, diversis exemplis ostenditur. Vidit ætas nostrorum Patrum quàm funesta Sebastiano Regi Portugalliæ, atque fatalis planè fuerit illa expeditio, qua suas copias cum Muleio Mahumeto, Mauritaniæ Rege coniunxerat; & olim Turca, & adhuc hodie sub pacis, ac fœderis nomine in speciem quidem pulcro, sed ad exitium insidioso quasi vestigio quodam in alias, atque alias quotidie Christianorum partes, & regiones irrepit, & quas non potest armis, & belli vi sub jugum mittere, eas hac arte aliam supra aliam occupat. Sic Thessalonica, Chio, Scodra, Pirrha sunt præda non Turcicæ virtutis, sed fœderis. Nuppactus, Cyprus, Valachiæ sunt spolia Turcici, non belli, sed perfidiæ. Sic hostis hic Christi immanissimus ex hac perfida malitia plusquam militiæ disciplina effloruit, tandem ad hanc potentiam, quam Asia, & Africa, atque etiam Europæ bona pars vix terminavit. Plura exempla suppeditat Albertus Krantz *l.* 2. *c.* 26. & *l.* 8. *c.* 10.

Sed nunquam fœdus, nisi ab uno, ac semiciteri 75
sæculo fœdera cum infidelibus pacta sunt, nunquam acrius à Deo, manifestiusque vindicata. Nam intra paucos annos stirps ejus, qui primus contracta cum Turcis, & Protestantibus belli societate posteris ad illa fœdera viam stravit, numerosissima profectò penitus deleta est, tanta quidem Dei ulciscentis severitate, ut vix unus ex posteris ejus inventus sit, quin violento fato fungeretur. Itaque primo filium natu majorem *gravissimè luxit, quod veneno sublatus fervebatur*, Belcar. *l.* 20. *n.* 36. & *l.* 22. *n.* 52. Novennio post, filiorum alter pesti illudens, & illusus moritur. Ingressus enim unà cum fratre agricolæ domum, quam contagio infectam intellexerat, lusu juvenili ridere cœpit, & se, & fratrem, quod pestiferam domum introissent. Simul ense in lectulum, & culcitram immisso ludens, in fratrem excussas plumas volvebat. Itaque, vis morbi dum à medicis ignoratur, extinguitur. Arnald. Ferron. Tertius filius, enovato cum Turcis, & Hereticis protestantibus fœdere, cum non esset, nisi annorum triginta novem, imminuto Regni decore, ærario exhausto pro Hereticis in Germania, quod multi reprehendebant, fragmento hastæ in hastiludii celebritate, oculum per apertam galeam ad cerebrum usque penetrante, vulnus accepit, & vomica inde emanante periit, Belcar. *l.* 28. *n.* 31. Filios sustulit successor rara felicitate quinque, sed nemo eorum prolem suam Regni successorem vidit, Deo in filiis parentum fœdera persequente. Primus eorum nonnisi sexdecim menses imperavit. Anno ætatis decimosexto cum in morbum incidisset, chirurgo, ut scribunt, Scipio du Plaix, Belcar. *l.* 29. *n.* 9. Genebrard. *in chron. Calvinista. Ambrosio remedia venis inficiente*, & auribus, ut volunt, infundente, ex hac vita tollitur.

Secundus infans moritur. Tertius, cùm necdum vigesimum quintum ætatis annum attigisset, sine liberis, non sine veneni suspicione mortuus est, Bulling. *lib.* 4. Quartus gladio intra viscera adacto interemptus est. Quintus anno ætatis trigesimo, sanguine ex omnibus poris corporis erumpente, sublatus. Nec desunt, qui dies ejus veneno occisos tradant, cujus livores medici in dissecto corpore repererint, Sciplo du Plaix.

76 Quod autem præcipuè notandum in omnibus fœderum funestorum exemplis, illud est, quod à primo usque ad ultimum directè quisque temporalem scopum habuit, indirectè tantum lædebatur Ecclesia, aut Deus. Quid enim Amasias, & Asa, nisi temporalem utilitatem ex infidelium supperiis quæsivit? Quid aliud eis Josaphat dedit? Quid Judas, & fratres Assamonæi? Quid Hyrcanus, & Aristobolus, nisi Regnum à Romanis ambierunt, Quid Ruffinus à Gotis, & Hunnis: Quid Bonifacius, & Eudoxia ab Hæreticis Vuandalis? Quid Joannes, Aerius, Arnulphus ab Hungaris? Quid Julianus, Eudo, Itali Principes à Saracenis? Quid Palæologi, à Turcis poposcerunt, nisi temporalis vindictæ, defensionis, severitatisque solatium? Omnes isti Religionem salvam, quam non oderant, salvo scopo suo, esse maluissent. Directè quippè fidem, Ecclesiamque proterere, Saraceni, Hæreticique furoris proprium est, sed superavit in omnibus assequendi temporalis fumi amor, aut amissi dolor, quod stimulante per calcatam religionem ad scopum suum directum anhelarunt.

77 Hoc saltem Principes vereantur, ne rerum in Oriente tam Græcia, quàm Judæa præteritarum infortunia sint futurarum in Occidente vaticinia. Nescio enim quid infaustum Europæ, atque Ecclesiæ pertinax illa duorum fratrum in utero lucta, & infidelium velut obstetricum advocatio portendit. Jam enim Religionis interitus in Hungaria anno 1683. præ foribus fuit. Jam Italiæ novus ille Turcicus Attila minabatur. Sed repentè Deo, impium interficiente spiritu oris sui, periculum non nihil à Reipublicæ Christianæ cervicibus opera, ac ope Sanctissimi Pontificis Innoc. XI. aversum fuit. Interim ô cæcitas æmulationis, quæ nec sibi ipsi parcit, dum alteri noceat? Quid enim discriminis etiam ipsi Principatus Hæreticis referti tali vicino subiisset, non considerant. Non enim periculis, sed certa, præsentique pernicie jam jam in caput irruente politica prudentia eruditur. Ita Judæa, ita Græcia jam infidelibus accersitis oppressa fuit. Nolite falli, præstigiis *directi, vel indirecti*, non illuditur Deus. Nam postquam filium suum incarnatum totius Ecclesiæ suæ Principem, verumque Regem declaravit, cujus omnes terreni Reges subditi, vasalli, à soloque nutu ejus pendentes administratores sunt, legem inaugurationis omnium, & singulorum constanti sanctione implendam esse decrevit, quam Propheta vaticinante, tulit: *Gens & Regnum, quod non servierit tibi, peribit.* Nullus hic illusionibus *directi, & indirecti* locus. Etiam indirectè Regnum Regis incarnati depopulantibus, immò non ei servientibus, præstò denunciatur interitus. Nam sicut omnia propter seipsum fecit, omnesque Reges instituit propter gloriam suam, ita non solum eum indirectè lædere, sed vel servitutem ejus detrectare sub pœna perditionis post interdictum nefas; nec illa consolatio, quam sublevandis sponsæ Ecclesiæ suæ calamitatibus pollicetur, ad extremos usque sæculi præsentis dies revocabitur: *Audi hoc, pauperula, & ebria non à vino. Ecce tuli de manu tua calicem soporis, fundum calicis indignationis meæ, & c. & ponam illum in manu eorum, qui te humiliaverunt, & dixerunt animæ tuæ: Incurvare, ut transeamus, & posuisti, ut terram corpus tuum, & quasi viam transeuntibus.* Isaiæ 15.

78 Hactenus auctoritatibus contrariam opinionem impugnavimus, nunc eam rationibus quoq; impugnamus.

79 Prima ratio, ex qua hujusmodi fœdera Christianorum Principum cum infidelibus illicita sunt, est ipsa ad infidelitatem cooperatio, & si nulla fuisset rebellionis labe turparentur. In quo quia capitalis, ipsoque Christiano nomine indigna turpitudo includitur, paulò fusiùs res ista, distinctiusque pertractanda est.

In primis igitur non arbitror, quemquam verè Chri- 80
stianum ita male de Christo, Catholicæ Religionis auctore, sentire, ut fœdera Christianos cum infidelibus percutere posse putet, ad illa eorum bella pecuniis, armis, militibus contra Principes Catholicos promovenda, quæ ex proposito eorum, ad eversionem veræ fidei, sacrorum, dignitatum, & cæremoniarum ejus susceptarum sunt, quæ ad salutem humani generis Christus instituit. Hoc enim nihil profectò aliud, quàm hostes veræ Religionis ad excidium veræ Religionis armare, & sacrilegiis ipsorum cooperatrices miscere manus. Quod tunc præcipuè verùm est, quando citra hujusmodi Catholici Principis suppetias audacia eorum adversus Religionem exarmata, succumberet. Tunc enim perspicuum est istiusmodi perpetrandi sceleris cooperationem, non minus quàm ipsam perpetrationem, seu operationem infidelium gravissimi delicti esse ream.

Etenim ejusdem rationis est facinus, sive istud ipse 81
committas, sive committentibus, alia licet intentione tua, coopereris. Non enim ipse tantum, qui manu sua designat homicidium, sed qui alteri ad scelus inflammato arma suggerit, vires addit, animum, securitatemque præbet, & sicarios submittit adjutores, homicida est. Sic sacrilegus non ille tantum, qui sacros thesauros, hostiasque consecratas diripit, sed etiam qui vectes, & manus foribus effringendis admovet, qui claves pyxidibus sacris aperiendis submiuistrat, aut satellitium præbet, quo tutius designet sacrilegium. Quod si sine tali subsidiaria cooperatione, vel subsidii pollicitatione, non auderet, aut posset facinorosus ipsum suscipere scelus, ausim dicere, paris aut gravioris iniquitatis adjutorem, quam actorem esse reum. Tunc enim subsidii submissio, ipsaque ad suppetias ferendas pactio, est, præter auxilium, tacita ad sacrilegium exhortatio, per quam fit, ut facinorosus, animo, viribusque destitutus, ad sacrilegium animetur, ipsumque in manibus ejus per adjutorem, fœderatumque perpetretur. Hac enim consideratione non est veritus August. dicere, *Serm. 5. de Sanct. c. 4. Saulus, cum Sanct. Stephan. lapidaretur, omnium vestimenta servabat, & tanquam manibus omnium lapidabat.* Et alio in loco vestimenta lapidantium eum custodisse profitetur, *ut tanquam in manibus omnium ipse lapidare videretur, qui ad lapidandum omnes exertos, ideſt expeditos reddebat, Serm. 1. de Sanct. c. 5.* Unde ex magni istius Doctoris sententia Saulus eos, qui S. Stephanum manibus interficiebant suis, crudelitate superavit, *Serm. 14. de Sanct.* ubi sic, inquit: *aderat lapidantibus, ut non ei sufficeret, si tantum suis manibus lapidaret, ut enim esset in omnium lapidantium manibus, ipse omnium vestimenta servabat, magis sævieus omnes adjuvando, quàm suis manibus lapidando.* Quid si quacunque tandem, & cujuscunque temporalis boni intentione, etiam lapides suggessisset, impotentibus præsidium, trepidantium satellitium, pœnam timentibus, securitatem, præstitisset, denique defensorum Stephani, ipsiusque Christi ad passionem tracti, vires distraxisset, quominus innocentiam eorum tueri potuissent; Quæ non sententiarum fulmina, verborumque tonitrua contra hujuscemodi impietatem veritas subministraret?

Non enim exquisitis rationibus opus est ad aperten- 82
dam illam impietatis cooperationem convincendam, sed orationis vehementia ad detestandam, quam ipse sensus qualiscunque Christianæ pietatis exhorret. Enim verò nihil minus, immò & deterius faciunt, qui infidelibus interitum Religionis, & Sacrorum ejus armatis per fœdera sua, hoc est virium sociandarum pollicitationes, & subsidia, animum trepidis, milites, armaque impotentibus suppeditant, defensorum arma distrahunt, vires minuunt, urbium denique propugnacula, mœnia,

mœnia, portas, cunctaque Religionis tuendæ munimenta disjiciunt, ut ad vastandas Ecclesias, & sacra polluenda, ipsamque fidem ex mentibus imbecillium extirpandam, Hæreticis, ac infidelibus aditus liber pateat. Quid enim, nisi talem scelerum societatem improbat Abdias Propheta, quando minabundus dicebat: *In die cum staret adversus eum* (Jacob, ideſt filios Israel) *quando capiebant alieni exercitum ejus, & extranei ingrediebantur portas ejus, & super Jerusalem mittebant sortem, tu quoque eras quasi unus ex eis.* Rectè dixit, *quasi unus*, qui cùm impiis ad sacrilegia, fideique oppressionem anhelantibus, viam, armata manu straverit, cunctisque præsidiis Religionem nudaverit, fidem, sacraria, Monasteria, Sacerdotes, virgines Deo Sacras infidelium relinquit contumeliis, & frigida nescio cujus intentionis bonæ cavillatione, se innocentem esse gloriatur. Quasi verò Fulco Rhemensis Archipræsul intentionis impietatem, & non ipsum nudum fœdus hostibus fidei se injungentium exectatus sit, quando contra Carolum Simplicem exclamavit ubi supra: *Quis non expaveſcat, vos inimicorum Dei amicitiam velle, ac in cladem, & ruinam nominis Christiani pagana arma, & fœdera detestanda suscipere?* Nihil enim Carolus, nisi eorum adversus hostes suos suppetias ambiebat, fidei cæteroquin integer, intentionisque purus. Sed quia clades, & ruina Christiani nominis sequebatur, quo pestis illa Normannicæ impietatis irruebat, hinc Fulco illa fœdera, armorumque societatem tam vehementer ibidem detestatus est, *ut nihil distare*, asseret, *utrum quis se Paganis societ, an abnegato Deo, idola colat.* Alienis quippè manibus Religionem excindit, quisquis eas hostilitatem illam factis profitentes, vel in bellis suis sibi administras adversus fideles adhibet, vel in bellis eorum, fidei periclem spectantibus, aut afferentibus, quacunque tandem temporalis commodi intentione suppetiis juvat.

83 Secundò, quia facilè evenit, ut cùm in exercitibus pii, & fideles cum Ethnicis, & infidelibus misceantur, veræ Religionis antea dediti, idololatricis cultibus corrumpantur, aut inficiantur. Aconiti ea natura est, ut etiam contactu necet; ita infidelium, & Turcarum convictus protinus inficit, aut si vel tantillum cum illis inceptes commercii, Plin. *l.* 29. *c.* 2. *Serpunt namq; vitia, & in proximum quemque transiliunt, & contactu nocent*, ut ait Seneca *de tranq. animi c.* 7. Cujus periculi evitandi causa potius ab ejusmodi auxilio abstinendum est, præsertim cum hoc periculum, concernens animæ salutem, majus sit altero concernente res temporales, atq; ob hanc causam conversationem, atque cohabitationem infidelium vitandam, præcipit Deus *Exod.* 23.

84 Tertiò, quia hujusmodi fœdera profitentur quandam unionem amoris, & voluntatis in eos, cum quibus contrahuntur, & odii, vel certè non amoris, manifestum est indicium in eos, qui fœderibus hisce non comprehenduntur. At nostro fœdere excludere Christi regnicolas, & amicitiam copulare cum Ethnicis, qui ipsius Christi, & membrorum ejus jurati sunt hostes, odisse Christi gregem, & colere filios Belial, summæ impietatis scelus esse, nemo sanus dubitat.

85 Quartò, quia omnes, qui infidelium fraude devincti, & occæcati sunt eo omnem moveant lapidem, nihilque velint aliud, quàm ut Christi, Christianumque nomen penitus, & à stirpe intereat. Verùm cum hac peste, lueque hominum, qui in societatem unionis veniunt, ejusdem voluntatis societate videntur teneri, confœderati censeantur unum corpus, ejusdemque intentionis, & voluntatis, Argel. *in l. quæst. religiosis ff. de rei vend.* Menoch. *cons.* 99. *n.* 39. Vurms. *pract. observ. l.* 2. *tit. de act. dec.* 10. Cun *de pact. l.* 1. *c.* 24. *n.* 164. At quid hoc crimine à Christiano concipi, vel admitti potest vel labe tetrius, vel in Deum contumeliosius?

86 Quintò huc confert, quod qui Deo infidelis est, homini fidelis esse non possit, *can. non potest* 2. *quæst.* 7. Ant. Sola *ad Const. Sabaud. præm. glos.* 2. *num.* 10. Sed Turcæ, & Ethnici Deo sunt infideles; immò Dei hostes capitales, quorum professio est, sic cogitare, facere, vivere, ac regnare hoc solum nomine, ut quicquid est Christi, Christianique nominis ex Orbe stirpitus evellant. Fideles ergo homini multò minus esse possunt. Quia semper verendum est, ne tempore necessitatis eos turpiter deserant, Hieronim. Frachet. *in pr. l.* 1. *c.* 20. Hoc quippe istorum Barbarorum proprium est, incendere, vastare, perdere, veneficiis, dolo pugnare. Quin semper illi, non attento defensionis fœdere contracto, suæ utilitati, ac propriæ potius saluti inserviunt, quàm alienæ, ac præmente hostium metu, aut victoriæ lauream, prædamque sibi tribuunt, aut fugæ latebras quærunt, ut similiter indicat Andr. Gherard. *alleg. discurs.* 31. *quæst.* 5.

Sextò ad nostram conclusionem firmandam, & hæc 87
ratio locum habere potest, quod infideles ejusmodi confœderatorum stipendiis assuescentes, & Christianorum provincias indagantes, facilè postea invadendi, ac prodendi occasionem nanciscantur, memorabili quod Superiori tempore contigit exemplo Corradini, piratarum Superiori ætate maximi, qui ab Algerinsibus contra Hispanos accersitus, parta victoria, Regem eorum Selymum cum domesticis occidit. Item Saladini Tartari, qui accitus ab Ægypti Principe, ut Christianos de Syria dejiceret, pulsis Christianis, imperium Ægypti occupavit, Bodin. *de Republ. c.* 5. Non aliter Heruli, Gothi, Longobardi Italiam. Franci Galliam, Anglo Saxones Britanniam, Scoti, fusis Pictis, ac Britannis, eam Regionem, quæ nunc Scotia dicitur, occuparunt, Gherard. *eo discurs.* 31. *concl.* 5.

Quibus omnibus septimò, & illa maximi momenti 88
consideratio accedit, quod nemo inficias ire possit fœdera cum infidelibus summè periculosa esse; tum quod facilè occasionem mutandæ Religionis præbere possint; tum quod rarò apud infideles, fides inveniatur. Et qua tandem ratione per hæc fœdera firmiter cohærere, & conjungi possunt, quibus & studia, & vota diversa sunt? *can. in nova* 16. *quæst.* 7. Et quis pactioni illorum se committeret, cum quibus, ne æquum quidem regulariter pacisci tuto potest fœdus; Tales autem revera sunt infideles, quorum ratione subjectionis, qua vel de jure, & facto simul, vel de jure tantum, vel neque de jure, neque de facto Principibus Christianis addicti sunt, triplicem Sotus *de just. & jur lib.* 5. *quæst* 3. *ar.* 5. facit ordinem.

Ex his igitur multis, ac ponderosis fundamentis, 89
gravibusque auctoritatibus satis firmatam esse decisionem negativam apparere existimo, videlicet, non licere Principibus Christianis inire fœdera cum infidelibus ad sui, vel bonorum suorum defensionem, eorumque auxilia implorare adversus alios Christianos Principes, quam tamen limitandam esse ad casus subsequentes arbitror, ut nimirum non procedat in fœdere de limitibus, commerciis ex, vel importandis, Zepper. *in explanat. leg. Mosaic. l.* 4. *c.* 6. neque in fœdere pacis de non offendendo inito, *arg. c.* 12. 18. *Epist. ad Rom. & l.* 21. *C. de offic. Præf. Afric.* Pax enim, & fœderis appellatione venit, Zepper. *in explan. leg. Mosaic. l.* 4. *c.* 6. Si nempè Christianus Princeps insuperabilem, sibique haud sustinendam infidelis potentiam sentiat post Lup. Georg. Everard. *cons.* 56. *nu.* 119. *vol.* 1. neque in fœdere de bello defensivo contra alias gentes à vera fide alienas, Masquard. de Susan. *de Judæis par.* 1. *c.* 6. Sicque, & Joannes Sturmius in eo libro, quem *de adæiniſtrat. bello Turcico reliquit par.* 3. Imperatori suadet, ut perpetuum fœdus cum Moscho, & Persarum Rege contra Turcam contrahatur. Neque in fœdere, per quod fidelis habitet quietè instar pèregrinantis in terris infidelium, ne illi sibi, ne ipse illis noceat, ut Abraham cum Abimelech, Israelitæ, & Joseph cum Ægyptiis, sive ne infidelem fidelis interficiat, ut Josue cum Gabaonitis, tanquam servis futuris, ac subditis suis. Sive

ut in civilibus officiis infideles fideli serviant, ut Moyses cum Nobab, ut per deserti loca ductor esset exercitus ejus; sive, ut vitam in terris infidelium à persecutionibus tutum server, ut David cum Achi, sive ut fidelis cum infideli sine bellorum tumultibus, pacem, atque fraternitatem colat, ut Judæi cum Spartiatis.

90 Et licet alii id quoque limitari posse censeant cum ejusmodi infidelibus, de quorum virtute, fide, & constantia in promissis certo constat. Si enim, inquiunt, perspecta sit fides infidelium, hoc est dictorum, conventorumque constantia, & veritas ipsorum manifesta sit, & de ea minimè dubitetur, fœdus cum iis Christianos, ut in communi periculo sibi invicem opem ferant, licitè inire posse arbitratur Bucer. *de bello & duel. l. 1. n.* 16. Idque roboratur exemplo Abrahami, & Machabæorum, aliorumque. Neque obstare contendunt, quod Christianis consortium, & communio cum in fidelibus nulla esse non debeat *can. sapè* 28. *quæst.* 1. Hoc enim intelligendum esse inquiunt partim de consortio spirituali, non politico, & civili, ut arguit perspicuè *can. Ecce* 25. *quæst.* 4. *& can. non liceat* 1. *eod.* partim de non necessaria communione, & conversatione, & minimè de consortio necessario, quale est, quod belli necessitas extorqueat.

91 Verùm tamen ego propositam istam limitationem omninò rejiciendam esse, existimo. Ut enim alia hic omittam, quæ antea dixi ac posterius dicam, quis nescit falsam illam de fide, & constantia Infidelium conceptam opinionem seduxisse Imperatores Orientis, præsertim Joannem Catacuzenum, ut pro Regnorum suorum defensione Turcicum subsidium contra hostes postulaverit, in eoque Turcicæ fidens præfidiæ, eximiam victoriæ spem posuerit? Sed mus in pera, serpens in gremio quàm commodè versantur? Occasione hac arrepta, Turcæ primum Europa potiri cum amœnitate, atque ubertate Thraciæ delectarentur, postea ipsos Imperatores Orientis Imperio ejecerunt, atque adeò auxilium illud infidelium à Christianis in bello gerendo imploratum, non ipsis modo, sed toti Europæ fuit exitiale. Qua de re adeundi sunt Turcicarum rerum Scriptores in vita Orchanis, & Amurathis primi, Peucer. *chron. l. 5. in hist.* Joan. Palæologi, & Amurathis primi, & post alios annotavit hoc Cuspinianus *in libel. de Turcar. orig. & Regib.* in vita Orchanis, & Amurathis, facitque ejus rei mentionem Joachim. Curæ *in annal.* Siles sub gestis anni 1395. Quare fœdera cum infidelibus cuncta extra ea quæ de finibus, pace, & commerciis sunt offendunt Deum, deludunt Principes Christianos vana spe utilitatis.

92 Neque obstant negativæ nostræ sententiæ ea, quæ initio ex variis multorum sententiis, tanquam contraria afferebamus. Quod enim primum ad leges, & jura de defensione quærenda loquentia attinet, respondetur, ea non simpliciter, sed de defensionibus lictio modo factis, ac quæsitis intelligenda esse, ut concludunt communiter Doctores *in d. l. ut vim, & in d. l. 1. C. unde vi*, quæ tutela, sive defensio tunc inculpata secundum leges humanas intelligitur, quando illud fit, sive quo violentia repelli non potest, Glossa, Abbas, & communiter Doctores *in c. significasti extra de homic.* Jo. Lup. *de bello* §. *habeas n.* 3. non autem de eo, cui lex divina, aut saltem canonica resistit, Felin. post Bald, *in c. in omni n. 3. de testibus, c. noli existimare, & can. quod culpatur vers. non esse contra Dei præceptum* 23. *quæst.* 1. Hæc autem defensio non fit legitimo modo, cum fiat lege divina, & canonica prohibente, ut supra probatum est, atque adeò non obstat prædicta regula.

93 Quod deinde secundò loco agitatum est, dolo scilicet, & insidiis hostes propulsari posse, ac per consequens etiam infideles in auxilium esse admittendos, valde debile, ac infirmum est. Constat enim doli duas esse species, boni scilicet, & mali, *l. 1. §. 2. ff. de dolo malo*, ubi Labeo Jurisconsultus definit. dolum malum esse omnem calliditatem, fallaciam, machinationem ad circumveniendum, fallendum, decipiendumque alterum adhibitam, & ibi Glos, *in v. adhibitam exponit*, scilicet contra jus, & bonos mores. Bonum verò dolum, dicit idem Labeo *in d. l. 1. §. 3.* accepisse veteres pro solertia, maximè si adversus hostem, latronemve quis machinetur. Hinc illud, quod de dolo, & insidiis *in d. can. utilem, & d. can. Dominus dicitur*, rectè de dolo bono, hoc est solertia, quæ à jure non improbatur, intelligendum est. Potest enim dolo, & insidiis esse locus, dum, nequid fiat scelerati, quo vel lædatur Majestas Dei, vel conscientiæ parum consulatur.

Et tali dolo, atque insidiis Dominus ipse uti minimè 94
prohibet *Josue* 8. *n.* 2. Samuel. *lib. 1. c. 5. n.* 23. Judith. 20. Alberic. Gentil. *de jur. bell. l. 2. c.* 3. In bello etiam isto apertè, & ex insidiis pugnamus bona conscientia. Rectè enim D. Augustinus *in q.* 8. supra Josue dixit: *Cum justum bellum est, nihil interest ad justitiam, utrum apertè pugnes, an insidiis quis vincat, & ubi non sufficit pellis leonina, ibi vulpina est assumenda*, referente Botero *l. 9. de stratagem.* Et indistinctè insidiis uti licere in bello, dummodo non rumpatur fides *Deuter.* 16. ubi dicitur, quod justum est, justè exequere, D. Thom. 2. 2. *quæst.* 40. Refert Jo. de Legnano *de bello c.* 65. Et Antigonus, interrogantibus, quomodo oporteat hostes aggredi, respondit, aut dolo, aut vi aperta, aut per insidias. Et hoc est, quod Romani dicebant, *dolo bono agere.*

Sed si quis ad dolum malum detorqueri velit, ejus- 95
modi est frangere fidem, quæ etiam hosti servanda est *d. Can. nolì existimare §. fides*, tum argumentum non est congruum, cùm ejusmodi dolus jure penitus sit interdictus, Dec. & Cagnol. *in l. ea est natura in fine ff. de reg. jur.* Jason. *in l. si rem tibi num. 3. ff. de præscript. verb.* Unde ab uno ad aliud tanquam diversis mala fit illatio *vulg. l. fin. ff. de calum. l. Papinianus* 20. *ff. de minor.*

Idem respondetur ad id, quod asseritur, canes tole- 96
rari propter pacem in Ecclesia. Intelligitur enim, si subjecti fidelibus quietè vivant, nihilque contra Christianos moliantur, & attentent. Tunc enim molestia non afficiendi, sed tolerandi sunt. Ita de Judæis, & Pagnanis in Christianoaum ditione degentibus, statuunt Imperatores Honorius, & Theodosius *in l. Christianis 6. C. de pagan. Christianis*: aiunt, *qui verè sunt, vel esse dicuntur specialiter demandamus, ut Judæis, ac Paganis quietè degentibus, nihilque tentantibus turbulentum, legibusque contrarium non audeant manus inferre, Religionis auctoritate abusi. Nam si contra severos fuerint violenti, vel eorum bona diripuerint, non ea sola, quæ abstulerint, sed convicti in duplum, quæ rapuerint; restituere compellentur. Rectores etiam provinciarum, & officiales cognoscant se, si non ipsi talia vindicent, sed fieri à popularibus hæc permiserint, ut eos, qui fecerint puniendos.* Estque similis textus *in eam dispar. 23. q. 8. Est Judæos de Jud. & Sarac.* & sequitur post Ostien. *in c. quod super n.* 10. *in fine de vot.* Bartol. *in l. hostes col. 2. ff. de capt. & post lim. reversi.*

Neque tamen ex his textibus convincitur eorum 97
defensioni Christianos se submittere debere. Aliud enim est tolerare infideles, aliud eos pro defensoribus suscipere. Ex illo namque pax nemini nocens, sed omnibus proficua oritur. Ex hoc, quia Christianis cum Christi persecutoribus consensus armorum esse non potest, bellum, & dissensio Christianis admodum noxia emergit, uti exemplis supra adductis demonstratum est.

Nec repugnat *l. eorum C. de malef. & mathem.* ad- 98
mittens artem magicam pro defensione fructuum. Quia ejusmodi incantationes pro fructibus defendendis, tunc à jure civili admittuntur, cum nemini nocere possunt, secus verò si ab iis alicuius salus, vel existimatio lædatur. Quia eo casu artem magicam exercentes, etiam à jure civili puniuntur *d. l. eorum.* Et propterea ibi notat Angel. id, quod *in d. l.* dicitur de incantationibus

nibus pro fructibus præservandis, debere intelligi, si fiant virtute divina, secus si per incantationem dæmonum, vel alio modo. Quia tunc omni jure sunt improbatæ, ut habetur *in tit. de sortil. & 26. quæst. 1. 2. 3. 4. & 5.* Paralip. *l. 1. c. 1. & l. 2. c. 23.* Isa. *c. 1. & l. Reg. 4. cap. 1.* legimus mortuum Ochoziam Regem Israel eo, quod pro infirmitate sua consuluerit Beelzebub Deum Acharon, *& Reg. 4. c. 17.* irascitur Deus contra Israelitas eo, quod divinationibus, & auguriis inservierint, & irritarent Dominum. At de hoc alibi,

99 Minus adversatur etiam, quo tertio loco ab oppositis allatum est, ut sicut in bello justo fideles juvant infideles *can. Julianus 11. quæst. 3. & can. quod culpatur §. Ordo 13. quæst. 1.* ita vicissim infideles auxilium præstare possint fidelibus, *arg. l. fin. ff. de leg. 3.* Ad id namque respondetur, hæc jura intelligi de Christiano, qui Principi infideli subditus est. Is enim ratione superioritatis, ac jurisdictionis in rebus honestis, ac licitis, & quæ non pugnant cum mandatis divinis, Principi, quantumcunque infideli, aut Ethnico, omninò parere, eumque etiam in prælio sequi tenetur juxta dictum Christi: *reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari*, Matth. 22. & doctrinam D. Pauli *ad Rom. c. 3.* & Petri 1. *epist. c.* 2. ubi docet, obediendum esse dominis, non modò bonis, sed etiam malis. Pulchrè & D. Ambrosio decretorum compilator Gratianus *in d. can. Julianus 11. quæst. 3. Iulianus*, ait Iperator, quamvis esset apostata, habuit tamen sub se Christianos milites, quibus cùm dicebat, producite aciem pro defensione Reipublicæ, obediebant ei. Si autem adversus Christianos confratres suos insurgere jussi essent, non parebant, sed cognoscebant Imperatorem Cœli, cui magis obtempotandum est, quàm hominibus. Major quippè, & sanctior esse debet divina, quàm temporariæ Majestatis reverentia, *Act. Apostol. c. 4. & 5.* & nos etiam alibi.

100 Quod quatto loco ab effectu inductum est, scilicet dissensionum semina hoc pacto spargi inter infideles, quibus sibi mutuò exitium pariant; itidem non firmo pede incedit. Præterquam enim quod fieri possit, ut nunquam de dissensionibus inter eos, quibus cum fœdus sancitum est, cogitatum fuerit, atque ita tantum per accidens illud contingat, constat etiam ex antedictis, quod ex initis ejusmodi pactis sæpissimè mala longè majora, eaque innumera in christianorum capita redundare soleant. Inter quæ unum illud omnium est gravissimum, Christi scilicet Religionem per hoc maximum pati naufragium.

101 Nec ulla etiam ratione quintum à virtute finis inductum consistere potest. Et enim mala non sunt facienda, ut eveniant bona, Paul. *ad Rom. c. 3.* & notatur *in c. super eo de usur. can. non est putanda 1. quæst. 1. can. nosse* 30. *quæst.* 1. Nec facienda mala minora, ut evitentur majora, *can. 1. & 2. d. 14. can. fortè*, ibique Glos. 14. *quæst. 5.* D. Augustin, *in lib. quæst. super Genes. lib. 4. & lib. de mendac. c. 6.* ubi ait, quod si quis exiguo peccato alterius salutem conservare possit, id tamen committere non debeat. *Si quis*, inquit, *ad te confugerit, qui de mendacio tuo possit etiam à morte liberare, non es mentiturus. Os enim, quod mentitur, occidit animam.* Idem in libro contra mendacium c. 17. *Faciat*, inquit, *homo etiam pro temporali hominum salute, quod potest, cùm autem ad hoc ventum fuerit, ut tali saluti, nisi peccando consulere non possit, jam se existimet non habere quid faciat. Quoniam id solum sibi reliquum esse prospexerit, quod rectè faciat, can. faciat homo 22. quæst. 2.* Ex quibus manifestè elicitur propter bonum finem, mala media non esse assumenda.

102 Nec denique fœdera fidelium cum infidelibus, quæ ex Sacris Scripturis proferuntur ad nostram sententiam infirmandam quidquam faciunt. Ad fœdus namque, quod Abraham sanxit cum Abimelech, respondeo, Abimelech infidelem fuisse adversarii dicunt, non probant. Aliud sensit D. Ambrosius, qui perspicue ait *l. 1. de Abraham c. 7. Abimelech fidelis æstimatus est à Deo, ut mereretur audire: Et ego scio, quia puro corde fecisti hoc &c. Nec est dubium cæteris operibus ejus indignationem Domini esse revocatam, quippè qui interioris arbiter est conscientiæ, & animi, ac mentis interpres.* Hic audis Abimelch fidelem, meritum admonitionis divinæ, opera indignationem revocantia. Aliud item sensit Theodoretus à Lipomano in Catena citatus: *Abimelech Rex, cum esset jussus, Saram justam sibi copulare tentavit, maximæ sibi gloriæ futurum existimans, si ex tali fœmina liberos suscepisset.* Nulla verò justitia sine fide unius Dei. Aliud denique textus ipse scripturæ possit, dum Abrahamum inducit dubitantem, utrum *in isto loco esset timor Dei Genes. 20.* Septuaginta, *cultus Dei*, quem inter Idololatras nullum esse, nemo pius dubitat. Abimelech quoque, tanquam justus, ab injuriis peregrinorum, & adulteriis veluti Regno, Regique calamitosis, abhorrens introducitur.

Sed esto fuerit infidelis, quid inde conficietur? Ni- 103
hil aliud ilio fœdere ab Abimelech interposita jurisjurandi fide expressum fuit, nisi, *ne novas mihi, & posteris meis, stirpique meæ, sed juxta misericordiam, quam feci tibi, facies mihi, & terræ, in qua versatus es advena, Gen.* 21. Quæ vel umbra hic subest mali? Alia est inducirarum, & pacis, alia subsidiorum, belli que societas, ut diximus. Illam Deus, auctor pacis probat per Apostolum præcipiens, Rom. 12. *ut cum omnibus hominibus pacem habeamus*, quantum in nobis est, istam verat. Quis enim tanta fatuitate deliret, ut vicinos infideles perpetuis bellorum cladibus à Christianis atterendos, vel benè meritis de nobis, quemadmodum Abimelech de Abrahamo be è meritus fuerat, malum pro bonis, quibus affecti simus, reponendum arbitretur? Quæ profecto causa est, ut olim, & nunc Cæsares, Regesque Christiani cum Paganis, Saracenis, Turcis, Persis, Hæreticis diversa pacis, vel inducinrum pacta sine sapientis cujuspiam reprehensione sanxerint, ut Imperia, Regna, Respublicæ, Ecclesiæ denique ipsæ attritæ bellicis calamitatibus aliquantulum ab ærumna respirarent. Hoc ipsum enim Religioni Christianæ, haud secus, atque Reipublicæ prodest plurimum, quæ nunquam graviora, quàm sæviente bellorum tempestate patiuntur. Hoc ergo confederationis genus, qui in Cæsaribus, aliisque Regibus culpant suo se ipsos, quamvis mortuos, ense jugulant, & sensum Christianum contradicendi studio perdiderunt.

De fœdere cum Spartiatis inito eadem ferè ratione 104
est. Non enim ad belli societatem, minus adversus principes fideles, minimè omnium cum aliqua clade Religionis ictum fuit; sed ad fovendam fraternitatem generis, indeque profectam amicitiam, ut nihil sacrè cum fœderibus nostræ quæstionis dissimilius sit. Nam Spartiatæ diu ante bella Machabæorum ultrò Judæis significaverant, *lib. 1. Machab. cap. 12. inventum esse* scriptum *de Spartiatis, & Judæis quod essent de genere Abraham.* Quibus idcircò tanquam consanguineis bonorum suorum societatem benigrè offerebant quemadmodum libri Machabæorum docent. Hanc ergo fraternitatis memoriam, ne fortè temporis mora intercideret, Jonathas ibidem *c. 14.* & postea Simon renovavit. sed ita tamen, ut expressè dicerent, se neque societate eorum, & amicitia, qua præventi fuerant, indiguisse, nec eorum opera uti voluisse: *Nos*, inquiunt, *ibid. lib. 1. c. 12. cùm nullo horum indigeremus, habentes solatio sanctos libros, qui sunt in manibus nostris, malnimus mittere ad vos renovare fraternitatem, & amicitiam, ne fortè alieni efficiamur à vobis.* Et infetius iterùm: *Noluimus ergo vobis molesti esse, neque cæteris sociis, & amicis vestris, in his prælis; habuimus enim de Cœlo auxilium, & liberati sumus.*

Fœdus Moysis cum Hobab, quod item Adversarii 105

fœderibus suis fucandis hic prætexitur, eos risu, vel causam eorum dignam profectò miseratione declarat, quæ talium ineptiarum indigeat patrocinio. Cujus enim hic vel commentitii belli species esse potest? Cujus cum pernicie Religionis? Immò quæ vel imago fœderis? Hobab enim cognatus Moysis comiter invitatus fuit, vel cum Israelitis proficisci dignaretur, in speciem quidem, ut exercitum Israelitarum per desertum duceret, tanquam peritus locorum, *ubi castra ponerentur*, re ipsa verò, quod scriptura indicat, ut Moyses eum inter Israelitas, tum corporalibus, tum præsertim spiritualibus beneficiis, veræque Religionis notitia cumularet. Nam columna nubis, Angelus, Moyses ipse, qui & Vates erat, & annos quadraginta desertum peterraverat, ductore non indigebat. Itaque S. Gregorius *in Pastor. p. 3. adm. 18. neque enim Moysi mentem ignorantia itinerum angustiabat, quem & ad prophetiæ scientiam cognitio divinitatis expanderat, quem columna nubis exterius præibat, quem de eunctis interius per conversationem cum Deo sedulam locutio familiaris instruebat. Sed videlicet vir providus elato auditori colloquium solatium petivit, ut daret. Ducem enim requirebat in via, ut dux ei fieri ad vitam potuisset.* An ita fortè quis mente perturbatus est, ut infidelem ad fidem, verumque Dei cultum dexteritate perducere, nihil aliud esse putet, quàm fœdus cum infidelibus percutere, bellique societatem contra fideles Principes cum Religionis noxa, quod propriè inter nos disputatur, nectere? Quid, quod Hobab iste, tanquam cognatus Moysis, viri undequaque sanctissimi, & filius Raguelis, seu Jethro, cultoris veri Dei, & Rechabitarum parens, qui peculiari cultu Deo vero inter Israelitas servierunt, non improbabili prorsus ratione, nonnullis verum Deum jam agnovisse visus est? Vide quot modis miserabilis istius fœderis laqueus dirumpatur.

106 Nec fœdus Jacob, & filiorum Israel cum Ægyptiis quidquam omnino ad hanc rem facit. Quod quidem fœdus ubi, per quos, quibus hostiis, jure jurando, exremoniis ictum fuerit: nondum legi. Scio, Pharaonem eos benignè in Ægyptum invitasse, bona terræ promisisse, optimum terræ locum tradidisse. Sed quid hoc ad fœdera cum infidelibus contra fideles Principes cum Religionis periculo, noxa, pernicie? Immò quid omnino ad fœdera? Subditi fuere Pharaonis, tanquam peregrini, vel incolæ in alieno commorantes solo. Nonne de fœderibus Principum cum Principibus nobis sermo est? Eadem opera, & Christus Dominus, & Apostoli, immò & Christiani ad Constantinum usque ad contrariam opinionem tuendam proferri potuissent. Sic enim Christus cum Augusto, ac Tiberio, Apostoli cum eisdem, & successoribus, Christiani cum Decio, Diocletiano, Maximino, cæterisque, quorum temporali obtemperabant potestati, fertissent fœdus. Discernenda igitur sunt fœdera principum fidelium cum Principibus infidelibus ab illis vinculis, quibus nectuntur subditi cum regibus suis. Illa Deus, sive propter ignominiam inde in Se redundantem, sive propter præsentissimum fidei, suique cultus periculum, sive propter perfidiæ contagium, vel absolutè omnino bellandi causa ferire, vetari, vel certè, quod nobis hic abundè satis est ad impugnandos cum strage Religionis Principes cultores Dei; hos verò subditorum cum superioribus suis, nexus, hortando, suadendo, jubendo, stringit arctiùs, præcipitque inviolabilis obedientiæ professione servari. Ex quo proficiscitur, ut si quis fidelis infideli Principi, vel vice versa fideli infidelis, sive nascendi, sive peregrinandi, victumque quæritandi, sive justa alterius necessitatis conditione subdatur, Rege jubente, non disputare, sed parere tenetur, & nisi clareat injustitia, arma capere. Tanta est ordinis jubendi, & obediendi in Christiana Religione observantia. Sed quid isti obedientiæ subditorum generali, ac necessariæ cum voluntariis Principum fœderibus? Nimirum naufraganti causæ tabula undequaque arripienda est.

Josue fœdus cum Gabaonitis à fœdere, de quo agi- 107
mus, ut lux à tenebris in multis capitibus discrepat. Primò, quia Josue cum iis, tanquam cum fidelibus hoc est, Deum verum jam agnoscentibus, pactus est, Jos. 9. *De terra*, inquiebant Gabaonitæ, *longinqua valdè venerunt servi tui in nomine Domini Dei tui. Audivimus enim famam potentiæ ejus, cuncta, quæ fecit in Ægypto, &c.* Ecce fama magnalium divinorum exciti in nomine Dei Israel fœdus ambiunt. Secundò fœdus istud non fuit initum ad bellandum adversus fideles Deo Principes multò minus cum aliqua clade, vel periculo veræ Religionis, qua de re tota controversia est. Tertiò fœdus istud, ne quidem belli fuit, hoc est nulla omnino bellandi adversus quemquam societate, neque subsidii ullius accipiendi, dandive conventione, de quo nos agimus, constitit, sed nudæ pacis, eaque sola sancitum conditione, ne Gabaonitæ internecione delerentur, *Fecitque Josue*, ait Scriptura ibidem, *cum eis pacem, & inito fœdere pollicitus est, quod non occiderentur.* Et rursum effectum fœderis significans: *Et non percusserunt eos, eo quod juravissent eis Principes multitudinis.* Nec ipsi Gabaonitæ aliud quicquam in illo fœdere, nisi vitæ suæ salutem spectaverunt: *Timuimus valdè, & providimus animabus nostris, vestro terrore compulsi, & hoc consilium inivimus.*

Quis jam ita non solum à Christiano, sed etiam ab 108
humano sensu remotus est, ut vel à Deo, vel ab hominibus veritum putet vitam, salvam donare, vel paciscis infidelibus, quibus cum nulla nobis, ut putabat Josue, controversia est; Unde detecta fraude, non in belli societatem admissi, sed in perpetuam tabernaculi, templique servitutem, tanquam servi mancipati sunt, quos propterea Josue ab injuriis Chananæorum, tanquam infirma Reipublicæ suæ membra, defendit. Utinam Christiani Principes talia frequenter fœdera cum infidelibus ferirent, ut Dei veri potestate territi, & Christianorum arma formidantes, velut magno beneficio corporali vita donarentur, vel servitute mulctari vitam fidei reciperent spiritualem.

Fœdus David cum Achi Rege Geth etiam in subsi- 109
dium, sed frustra advocatur. Nihil aliud fecit David, nisi quod vita periclitante ad Regem infidelem salutis ergo confugit. Quod & Abraham fecit *Genes.* 12. quando terra fame vexata, viræ tuendæ causa in Ægyptum, & Isaac quando in Gerara ad Abimelech Regem Palæstinorum peregrinatus est, *Genes.* 26. & Jacob cum in Mesoporamiam *Genes.* 28. & 29. Et Christus ipse cum in Ægyptum declinandæ causa persecutionis fugit; *Matth.* 2. Quis ista reprehendat, nisi qui nesciat quid loquatur, vel de quibus affirmet? Quæ est enim in istis umbra fœderis cum infidelibus, vel belli cum fidelibus, vel pessundatæ Religionis, de quibus potissimum disceptatio est? Prædas quidem David egit, *sess. de Gessuri, & de Gerzi, & de Amaleticis*, qui non erat de populo Israel, 1. *Reg.* 27. Quamobrem *virum, & mulierem non vivificabat David, nec adducebat in Geth*, ibidem, ne fortè astutijs ejus proderetur.

Ad pugnam adversus Saulem ductus est, Regique 110
ancipiti pollicitatione protestatus: *Nunc scies quæ facturus est servus tuus, ibid. cap.* 28. Sed vel in Regem Achin, hostem populi Israel, arma versurus erat, ut quidam volunt, & meritò Satrapæ Philistinorum verebantur, vel potius, tanquam vates ex divina voluntate suspensus ista protulit; jam videlicet divinitus instructus, se, quod accidit, Philistinorum decreto, & ipsius Achis auctoritate dimittendum. Nihil igitur omnino factum Davidis pro fœdere Principum Christianorum cum infidelibus, ac suppetiis Turcarum factioni adversus Christianos in injuriam Religionis datis, facit.

Fœdus autem Machabæorum cum Romanis luculen- 111
tius

tius est, & plausibilius, sed nihil omninò facit pro contraria opinione. Nam in primis fœdus quidem cum infidelibus audio, sed subsidia contra fidelem Principem data, bellaque fidei perniciosa non audio. Nihil igitur ad rhombum nostrum. Deinde Machabæi, qui fœdus istud cum Romanis pacti sunt, haud scio, an non illud ipsimet luculentius agendo culpaverit, quàm facer textus narando laudavit. Nam; quamvis post ictum fœdus, occisis Juda, Jonatha, Simone, fortissimis hostium premerentur exercitibus; & cum extremis angustiis respublica luctaretur, nunquam suppetias Romanorum, vel ullorum infidelium copias, divino auxilio constanter freti, advocare voluerunt. Ita profitentur in litteris ad Spartiatas exaratis, præclarissimè 1. Machab. 12. *Nos autem circumdederunt malè tribulationes, & multa prælia, & impugnaverunt nos Reges, qui sunt in circuitu nostro. Noluimus ergo vobis molesti esse, neque cæteris sociis, & amicis nostris in his prælus. Habuimus enim de Cœlo auxilium, & liberati sumus nos, & humiliati sunt inimici nostri.*

112 Judicabant viri prudentes, atque Religiosi subsidium Romanorum in Religionis noxam, & Reipublicæ interitum cessurum, sicut re vera postmodum utrique cessit, cùm contendentibus Hircano, & Aristobullo fratribus. Pompejus Judæam accersitus est. Itaque magis potentiores hostes suos, ut videtur, Romano fœdere terrere, & arcere à cervicibus suis, quàm viribus eorum uti voluerunt. Nam octo, aut decem annis ante primum fœdus viderant in propinquo ad Leusinem Antiochum, qui Romæ obses fuerat, gravissimum Reipublicæ suæ, & Religioni inimicum, cùm Alexandriæ, totique Ægypto cum exercitu immineret solo Senatus Imperio fractum, quod ei per Popilium Lænam denunciatum, & exemplo antequam circulo sibi circumscripto excederet, acceptandum fuerat, Ægypto, re infecta, discessisse, Livius *lib.* 45. Non enim inusitatum istis libris est quædam humano judicio speciosa narrare, quæ divino reprobetur, *l.* 2. *Machab. c.* 14.

113 Morte Raziæ quid animosius, & strenuitatis admiratoribus nobilius? Quæ tamen Augustini calculo *Epist.* 62. & veritate damnatur, Itaque quid mirum, si quemadmodum illi, laudato licet ibidem viro, *tanquam homini elatio superba subrepsit*, ita Machabæis, licet præclaris ducibus Reipublicæ suæ quidam diffidentiæ torpor obrepserit? Jam enim toties opitulatricem Dei manum senserant, qui contritis hostibus populi sui Rempublicam oppressam miraculosa sua virtute liberaverat, ut meritò jam liberati, multò alacrius, & confidentius auxilium ab *ipso solo*, non ab hostibus ejus, tam religioni, quam Reipublicæ periculosis expectare debuissent. Qua propter cum illa pristina fiducia sua metu fracti, vel tantillum decidissent, aut fœdus, vel sanciendum, licet non utendum, cum infidelibus percuterent, gravissimis ex illo die calamitatibus involuti sunt. Ut sanè cum Augustino ibidem aliud agente, dicere possimus, *factum narratum est, non laudatum, judicandum potius, quam imitandum.* Et non injuria Rupertus id, quod superiùs allegavimus de Machabæis dixerit *l.* 10. *de Victor. Verb. c.* 26. *Quamvis super hac re non culpet eos Scriptura res gestas continens ipsorum, nihilominus tamen animadvertere promptum est, non fuisse tutum coram Deo, neque lege concessum Judæis, ut expeterent amicitias gentium. Nam in eo cœleste sibi diminuerunt auxilium, dum quærunt ab hominibus sæculi quasi pacis, & securitatis firmamentum.*

114 Quod porrò *ex Actor. ct* 23. de D. Paulo allatum est, respondetur, eum magistratus legitimi, cui tum parebat, & suberat, justam tutelam petiisse, nec audacia temeraria in præsens periculum mortis sese conjicere voluisse, quemadmodum *c.* 25. *Actor.* legimus, quod idem Apostolus iniqui Judicis judicium metuens, ad legitimum magistratum, quamvis Ethnicum, nempè Cæsarem Romanum appellaverit. Quod nihil omnino habet commune cum nostra causa.

Quod ultimò proponitur, Deum gentium esse usum 115
ministerio, atque inde videri idem nobis licere debere, admodum leve est. Nam Deus non jure defensionis; sed jure absolutæ potestatis illis usus est. Impar autem est nostra potestas divinæ, illa immensa, universalis, & plena justitiæ, nostra tenuis, restricta, scatens innumeris scelerum sordibus. Atque ideò, & si Deus Pharaonis, & Attilæ ministerio ad plectendum, & flectendum usus sit, nobis tamen illorum sodalitas, atque auxilium, si Christiani non tantum dici, sed esse voluerimus, planè evitandum est.

Nec demum Constantini; Justiniani, aliorumque 116
exempla fœderum in contrarium adducta, sententiam nostram infringunt. Quia respondetur, aliqua illorum, quasi licita, ac justa fuerint, defendi non posse, quinimò concedendum eos in hoc, ut in aliis quoque peccasse, cùm contra præscriptum Dei fœderis unionem cum inimicis Christianæ Religionis fecerint. Aliqua in extrema necessitate pro salute, & tranquillitate Reipublicæ sancita fuerunt. Quod & nos concedimus cum isto hominum genere pactionem, quæ extrema, atque evidenti necessitate imposita non potuit, aut sine maximo Christianæ Reipublicæ dispendio declinari, quandoque fieri posse, ut supra diximus. Illa duntaxat fœdera improbamus, quæ Principe Christiani cum infidelibus quibuscunque, & Christi nominis hostibus acerrimis contrahunt, quorum defensionem, ac protectionem in Christianorum Principum, veræque Religionis perniciem moliuntur.

Et hactenus quidem de horum fœderum fœditate 117
disseruimus, quatenus divino, humanoque jure illicita sunt, infidelibus suppetias ad illud bellum ferre, vel ab eis petere, quod in Religionis præjudicium, & Ecclesiæ Christi fidem, disciplinamque destruendam susceperе. Nunc quia usitata politicis, & ad imperitorum incantationem excogitata cantilena est, statum à Religione, Rempublicam ab Ecclesia secernendam esse, suppetias istas aiunt non ferri erroribus infidelium, sed statui, non adversus Ecclesiam, sed Rempublicam. Quid quid ergo sacrilegii contra religionem ab impiis committitur, quo Ecclesia Christi perit, hoc non Principi Christiano, temporalem scopum intuenti, sed infidelibus Religionis osoribus, adscribendum esse, præter enim voluntatem Christiani Principis, ea, & proinde indirectè tantum, & per accidens contingere. Hoc ergo accuratius videamus, ne qua fortè sub isto distinctionis obscuro vel amplectenda veritas lateat, vel respuenda falsitas infidietur.

Fateor igitur, ista duo statum temporalem, atque 118
Ecclesiam esse separanda. Hoc Christus ipse docuit *Matth.* 22. quando quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo reddenda esse præscripsit. Fatemur etiam inter directè, & indirectè malum facere, magnam esse differentiam. Hoc enim directè fieri dicitur, quod voluntas tanquam scopum intentionis, vel in se consideratum facit. Hoc indirectè fit, quod in alio tantum, seu alteri rei conjunctum accidit, quàm voluntas directè intuetur. Non dubitamus igitur, quin præter scopum voluntatis principum Christianorum, Ecclesiarum ruina, & pessundatæ Religionis labes ex fœderibus eorum cum infidelibus consequatur. Nam eam destinata, directaque voluntate appetere, infidelium est proprium, à quibus utinam hi Principes, tam actionibus, quam scopo voluntatis discreparent. Præter directam igitur voluntatem eorum, adeòque indirectè contingere perniciem illam Religionis, forsan admitti aliquo sensu potest. Quanquam, & istud consideratione perquam dignum est, non omnia nos, quæ voluntas avertatur, indirectè tantum operari. Nam, & fures crebro in effringendis foribus, non alienum damnum appetunt, sed commodum suum, vel etiam proximi, si benigniori peccant mente, misericordiam; nec latrones mortem, sed spolia viatoris, quem resistentem perimunt; nec venator jacturam colonorum, quorum segeres proterit

rerit canibus suis, sed feram, quam persequitur. Nec tamen isti directè rei sequentium damnorum esse desinunt.

119 Est enim tam arcta, inter malum, quod fit, & bonum temporale, quod intenditur, societas, ut utrumque etiam directè fieri, causarique dicatur, quantumvis unum ab altero mentis præcisione, & voluntatis explicita intentione separetur. Ita quisquis ignem admovet segetibus, aut pulveribus directè incendit messem, aut domum; quisquis venenum propinat innoxio; quisquis in eum canes immittit furiosos, directè interficit, etsi aliud, quam mortem ejus quærat, vel etiam per alium fortè impediri possit, quisquis aggeres objectos aquis rumpit, directè diluvium facit, damnique dati rectè reus est, quicquid ipse tandem temporalis inde commodi, aut voluptatis venetur, aut speret. Perspicua est ista veritas, in qua Philosopia non minus, quam Theologia concinit.

120 Quid si ergo etiam directè hi Principes Christiani perditionis Ecclesiæ, destructæque fidei Christianæ in Christianis Provinciis rei sint, quamvis illam impietatem perspicua, directaque voluntate detestentur? Nam in illis circumstantiis, quibus hactenus infidelium armis opitulari sunt, conatusq; secundarunt, tam arcta est colligatio inter rem, quam faciunt, &, malum, quod contra Religionem fit, ut auctor unius necessariò etiam auctor alterius esse videatur.

121 Sed, ut jam supra dixi, nolo de isto unico vocabulo *directè* contentiosum funem trahere. Ad animum Christianorum Principum, ab odio Religionis tuendum, aliquid indirecta voluntas facit, ad innocentiam verò, nihil.

122 Verùm est enim, quando directè spectat animus Religionis contumeliam, ut in infidelibus, atq; in Hæreticis fieri amat, sacrilegium ab ipsa infidelitatis, vel deterioris impietatis labe proficisci. Non tamen propterea violatæ religionis non est reus, quisquis alia ex causa indirectè Ecclesiam, atque Religionem lædit. Nam ea, quæ indirectè volumus, atque facimus, bifariam dividuntur. Quædam *per se*, hoc est, plerumque, aut perpetuò sequuntur actionem, quam directè facimus, Quædam *per accidens*, hoc est, plerumque, aut perpetuò sequuntur, seu ita, rarò, ut meritò non vi actionis nostræ, sed fortuna, aut casu ex alterius videlicet actione accidere videantur.

123 Quando igitur ex factis nostris indirectè gravissima sequuntur, vel semper, vel plerumque mala, actionem cæteroquin de se indifferentem reddunt illicitam, perinde ac si directa voluntate appeterentur, secus verò si per accidens, hoc est rarò tantum & quasi casu aliquo consequantur. Mens ista unanimis Theologorum, inter quos D. Thomas chorum ducit. Sic enim ait *in quæst. de malo quæst. 1. art. 3. ad 15. Aliquando accidens alicujus effectus conjungitur ei, ut in paucioribus, & rarò. Et tunc agens, dum intendit effectum per se, non oportet, quod aliquo modo intendat effectum per accidens. Aliquando verò hujusmodi accidens concomitatur effectum principaliter intentum semper, vel ut in pluribus, & tunc accidens non separatur ab intentione agentis. Si ergo bonum, quod voluntas intendit, adjungitur aliquod malum, ut in paucioribus, potest excusari à peccato, sicut si aliquis incidens lignum in sylva, per quam rarò transit homo, projiciens lignum interficiat hominem. Sed si semper, vel ut in pluribus adjungatur malum bono, quod per se intendit, non excusatur à peccato, licet illud malum non per se intendat.*

124 Cujus quidem doctrinæ ratio attentè ponderantibus perspicua est. Mala namque, quæ actionem sive malam, sive indifferentem per se, seu plerumque consequi solent, ad ipsam naturam ejus quodammodo videntur pertinere, ut in expendenda actionis malitia, bonitateque meritò eorum ratio haberi debeat, quod non ita in iis, quæ per accidens, raroque conjunguntur, locum habet. Judicium enim de rebus non secundum accidentes ei fortuito casus, sed secundum ea, quæ naturam ejus plerumque comitantur, pronuntiari debet.

Hanc ipse S. Thomas doctrinæ suæ rationem di- 125
versis locis expressit, ubi eam etiam ad nocumenta, quæ animus non directè intendit, nec prævidit, extendit 1. 2. *quæst. 73. ar. 8. quandocunque*, inquit, *nocumentum non est prævisum, nec intentum; & tunc, si per accidens se habeat ad peccatum, non aggravat peccatum directè, &c. Si verò nocumentum per se sequatur ex actu peccati, licet non sit intentum, nec prævisum, directè peccatum aggravat. Quia quæcunque per se consequuntur ad peccatum, pertinent quodammodo ad ipsam peccati speciem, puta si aliquis publicè fornicetur sequitur scandalum plurimorum, quod quamvis ipse non intendat, nec fortè prævideat, directè per hoc aggravatur peccatum.* Et alio in loco adhuc accuratius eandem doctrinam deducit *ibidem quæst. 20. art. 5. Eventus sequens aut est præcognitus, aut est non. Si est præcognitus, manifestum est, quod addit ad bonitatem, vel malitiam. Cùm enim aliquis cogitans, quod ex opere suo multa mala possunt sequi, nec propter hoc dimittit, ex hoc apparet voluntas ejus esse magis inordinata. Si autem eventus sequens non sit præcognitus, tuno distinguendum est. Quia si per se sequitur ex tali actu, & ut in pluribus, secundum hoc eventus sequens addit ad bonitatem, vel malitiam actus. Manifestum est enim, meliorem actum esse ex suo genere, ex quo possunt plura bona sequi, & pejorem, ex quo nata sunt plura mala sequi. Si verò per accidens, & ut in paucioribus, tunc eventus sequens non addit ad bonitatem, vel malitiam actus. Non enim datur judicium de re aliqua secundum illud, quod est per accidens, sed solum secundum illud, quod est per se.* Nihil luculentius, formandisque moribus securius tradi potest. Quam ob causam isti doctrinæ, uti diximus, communis Theologorum consensus suffragatur.

Nonnulla solum disceptatio est, utrum malitia 126
eventuum plerumque consequentium in voluntatem, actionemque indirectè tantum, an etiam directè refundatur, quemadmodum S. Thomas quibusdam voluisse visus est. Sed ecce cedimus, & indirectè tantum refundi certioris veritatis fundandæ causa concedimus.

Quid ergo hic respondebitur, ut violatæ nota Reli- 127
gionis abstergatur? An fortè non esse malum, quod Ecclesia Romana vastatur? Hæc est Hæreticorum, & infidelium communis, & inveterata blasphemia. Catholici norunt, in malè factis nulla esse graviora, quàm quæ adversus ipsum Deum, Religionemque perpetrantur, nulla nocumenta hominibus diriora, quàm quibus fidei veritas subtrahitur, cultus Dei, mysteriaque profanantur. Quid igitur? An causam esse justam Principibus, ut stragi Religionis Christianæ civilem suorum Principatuum statum præferant? Hoc nescio, an quisquam Christianus dixerit, de quo tamen uberiùs paulò post. An fortè Principes illa magna nocumenta non prævidere, quæ ex fœderibus, & supperiis istis consequi cernimus? Sed, ut hic S. Thomas dixit etiam nocumenta non prævisa perpetrantes maculant, *si per se sequantur ex tali actu, & ut in pluribus. Manifestum est enim, meliorem actum esse ex suo genere, ex quo possunt plura bona sequi, & priorem, ex quo nata sunt pura mala sequi.* Sed quis hic prævisionis deffectus causari potest? Mille ferè annorum experientia sanctissimum documentum esse potest, quid Christiana Sacra in Regnis, ac Urbibus occupatis sub Turcarum tyrannide paterentur, si vel unus in universo eorum Imperio supersit pagus, aut vicus, in quo non sit abolitum Christianæ Religionis exercitium, Christianos Principes innocentes esse concedam. Sin autem omnia undique per universas Provincias fœderatas contra pacta etiam ex pressa, non tantum olim, sed etiam toto tempore quo iidem Principes usque ad postremas Urbium obsidiones, subsidia ex fœdere submiserunt in

ipsorum

ipsorum oculis profanata sunt, quid nisi ludibrium est, illud innocentiæ patrocinium?

128 Sed esto ignorent, quæ toti mundo nota sunt, non est idonea ignorantiæ excusatio, ubi ipsum ignorasse vitiosum est. Nam, ut optimè S. Thomas dicit, ad ipsam quodammodo peccati speciem pertinent, quæcunque per se consequuntur actionem. Speciem autem actionis, hoc est, id ipsum, quod agitur, ignorare non licet, quia sterrentis imprudentiæ est, nec in præsenti casu ea ignorari potest. Etenim tota Europa vulgatissimum, Turcas Christianæ Religionis hostes acerrimos esse. Ex quo fit, ut Urbium expugnationes, quæ alii Christianis Principibus extorquentur, ut Turcarum potestati pareant, supperiaque Principum confœderatorum, Christianæ Religionis exterminatio, Mahumetismi propagatio in istis circumstantiis non per accidens, aut casu, aut raro, sed per se, & necessariò, ac semper consequatur. Perspicuum est igitur, indirectam illam Christianæ Religionis profanationem, fideique interitum non minus adreatum Principibus Christianis confœderatis cum Turcis imputandum, quàm si directa voluntate Christi Ecclesiam cum Turcis devastarent.

129 Et, ut istius effugii facilitas clarescat magis, paulò pressius latebris ejus explorandis insistendum est, ut illi, quibus principia moralis Philosophiæ, atque Theologiæ minus perspecta sunt, manibus quodammodo suis palpent veritatem.

130 Itaque sciendum est, non semper ita planè sumi directam, atque indirectam rei cujuspiam voluntatem, quemadmodum nos jamjam usurpavimus, sed ita subinde, ut voluntas, seu volitio directa sit eadem, quæ *expressa*, & indirecta, quæ *interpretativa*. Voluntas expressa verus, realis, atque, ut loquuntur scholæ, physicus actus est, quo rem hanc, istamve revera concupiscimus; interpretativa non est actus appetendi re ipsa, & physicus elicitus, sed hominum interpretatione, hoc est æstimatione præsumptus. Quæ divisio voluntatis à diverso existendi modo videtur esse ducta reali, ac purè morali. Homines enim ea subinde velle, & consequenter etiam facere censentur, quæ nullo verò volendi actu cupiunt, immò quæ expresso voluntatis actu nolunt, idque non temeraria fingendi licentia, vel ludibrio, sed ex legitimis rationibus, quas ex professo Theologia moralis, vel uti prima scientiæ istius rudimenta explicare, & inculcare solet. Quamobrem istud in eadem scientia receptissimum est, hujusmodi indirectam, seu interpretativam voluntatem perinde bonitatem ab objecto suo, malitiamque contrahere, laude, ac vituperio, præmio, supplicioque dignam esse, atque directam, sive expressam, quotiescunque voluntatis, & actus propositi circumstantiæ justam ex se causam talis interpretationis, seu æstimationis præbent. Inter quas causas illa obvia, scriptisque celebrata est, si is, qui objectum aliquod expressè, vult, prævideat, aut certè prævidere possit, ex eo sequuturum aliquod malum, quod istis rerum circumstantiis cavere, atque impedire teneatur. Tunc enim consequentis istius mali consideratio debet ipsum ab antecedentis boni voluntate revocare usque adeò, ut nisi sibi à volendo hujusmodi objecto in ista negotii circumstantia temperaverit, hoc ipso malorum seriem consequentium indirectè, seu interpretativè velle censeatur.

131 Rex exemplis sit perspicua. Feram venator sclopi glande petere meditatur. Videt periculum esse, ne simul viator transiens ictu pereat, si, non obstante isto discrimine jaculatur, quantumvis etiam expresso actu necem hominis istius nolit, molesteque ferat, eam petinde voluisse censebitur, ac feciſſe, patratique homicidii coram hominibus, ac Deo reus erit, ac si expresso actu voluisset, ac feciſſet. Navarchus, cui credita est cura gubernandæ navis, videt eam, si à se vitæ tuendæ cupiditate deseratur cum vectoribus tempestate periturum. Si deseruerit, amissæ navis, & vitæ pereuntium re-

atui haud secus obnoxius erit, ac si perniciem eorum de industria procreasset. Ita qui animi gratia furioso gladium præbet, qui rabidos immittit in viatorem transeuntem canes, mortem innocentium interpretativè perinde cupit, ac facit, ut si sua manu confeciſſet. Nam qui non impedit malum, quod impedire tenetur, ac potest, illud ipsum facere censetur, ac velle, ejusdemque efficitur pœnæ reus, quemadmodum si physicè, directè expresseque voluisset, ac feciſſet. Sic enim & ille, qui aliquid scire debet, ac potest, moraliter illud scire judicabitur, quantumvis re ipsa ignoraverit. Atque in proposita interpretativæ volitionis quæstione paria sunt, prævidisse malum, & prævidere potuisse, ac debuisse.

Secundum hæc igitur volendi, & faciendi discrimi- 132
na, communissimo Philosophorum, Theologorumque adstipulantium calculo probata, non est difficilè Pseudopoliticorum exceptionem de excidio Religionis à Principibus Christianis cum infidelibus confœderatis solum indirectè volito, & commisso, discutere, atque evertere. Quamvis itaque non dubitemus, quin præter, immò contra directam, expressamve Principum voluntatem ruina Ecclesiæ, pessundatæque Religionis labes ex fœderibus eorum consequatur, simul tamen rerum circumstantiæ nos dubitare non sinunt, quin juxta principium jam constitutum, belli fœdera in pacisceudo, fœderum scopum victoriam infidelibus exoptando, & procurando, denique victoriæ fructum infidelium jugum Christianis imponendo, Religionis extirpationem interpretative velle, & facere dicendi sint. Non enim ambiguum eis ullo pacto, aut improvisum esse potest, secundum ea, quæ superiùs de constanti mille fermè annorum experientia disseruimus, quin pro genio Turcismi dira sint Christianæ Religioni ex talis tyrannide patienda. Quod, quamvis etiam ignorassent, nihil eis prodesset ad innocentiam, ut enim tradit certa, consentiensque moralium Philosophorum, atque Theologorum sententia, rerum illarum ignorantia, quas possumus, ac tenemur scire, actionem, cui causam dabunt, haud secus in culpam imputari facit, ac si eas re ipsa sciviſſemus. Nam quemadmodum voluntas est vice facti, cùm facere volentes non possumus, quod tenemur, ita ignorantia est vice scientiæ, cum scire possumus, quod tenemur.

At verò adversus istam da interpretativa destructæ 133
Religionis voluntate doctrinam sic politici status patroni insurgere conabuntur. Distinguendum esse dicent inter eventus malos, quin naturali quadam colligatione, seu consecutione nostram actionem consequuntur, & eos, qui ex aliorum libera dumtaxat voluntate, seu malitia sequi solent. Esto igitur doctrina ista de indirecta, vel interpretativa malorum eventuum voluntate in prioris generis effectibus, vel semper, vel potius plerumque, locum habeat, nullo tamen modo generaliter ad illos casus extendi potest, in quibus eventus malus nullo naturali nostræ actionis influxu, sed ex sola libera voluntatis alienæ perversitate sequitur. Nam ex communi Theologorum sententia nemo tunc tenetur ab hujusmodi actione temperare, si justam aliquam habeat causam, rationemque faciendi, ex quo fit etiam, ut tunc neque expresse, neque interpretativè mala consequentia velle, vel perpetrare, vel eorum reus esse censeatur, Quod infinitis exemplis, vel veris, vel saltem quorundam Theologorum opinione probatis, declarari potest.

Nam isto ex capite fluit, quod qui usuram à fœnera- 134
tore pressus necessitate petit, peccati alieni, commissæque iniquitatis usurariæ non sit reus. Ut mulier moderato cultu, ex causa prodiens, non sit moraliter impudicæ voluntatis causa, qua sese ab alio appetendam videt. Ut Respublica non teneatur cædis innocentium, quos tyranno alioquin sibi exitium intentanti, tradit, quàvis videat eos injustè ad necem esse rapiendos. Cujusmodi plura facile occurrent cogitantibus. Jam igitur illa

horrenda

horrenda, funesta Christianæ Religioni mala, quæ tanquam eventus quosdam ex fœderibus, suppetiisque pullulantes recensuimus, non aliqua naturali connexione consequuntur ex illo ipso, quod Principes faciunt, sed ex sola malitia infidelium, præter intentionem, ac scopum Principum Christianorum. Non enim ipsi spectant aliud, nisi ut fœderati sui, & ipsimet statu quisque suo tranquillè, secureque potiatur; quicquid verò consequitur ex ipsis mali, hoc tantum permittunt, gemunt, ac dolent.

135 Nec vero desunt, justæ, inquient, fœderum, suppetiarumque causæ, propter quas ab eis neque propter prævisum Religionis interitum abstinere teneantur. Nam rei cujque maximè naturale est, se statumque suum, sive infimum, sive medium, sive summum adversus omnes omnium intus, extraque impugnantium incursus, ac motus incolumem tueri. Quod eo arctius Principibus incumbit, quo pluribus præsunt, quorum temporalis pax, & salus à Regnorum, ac Principatuum incolumitate, ac tranquilitate dependet. Nunquam verò poterit eorum Principatus satis esse tutus, vel ipsi Principes securi, nisi formidolosa vicinorum Principum Christianorum potentia continuis bellis atteratur, debilitetur, atque frangatur. Quo fit, ut justissima sit fœderum cum infidelibus, atque Hæreticis percussorum ratio, nec ab illis propter Religionis clades, fidemque Catholicam aliena peversitate proterendam, abstinere teneantur.

136 Hic est speciosus ille fœderum, subsidiorumque fucus, sub quo, & falsitas rationum, & fœditas actionum, quibus Ecclesia perturbatur, latet, quem idcircò cum omni apparatu suo spectandum exhibui, ut totius quæstionis cardo cerneretur, & plenius veritas eluceseceret. Primam igitur dicimus, fœdera ista cum infidelibus, atque Hæreticis inita, non esse actiones per se licitas, sed naturæ, divinæque legis jure damnatas, ut jam in præcedentibus fusè declaratum est. Sunt enim aperta infidelium adversus legitimum Principem adjutoria, & adversus Religionem, quam ipsi destinata voluntate proterunt, conspiratio, quamvis nihil extrinsecus accedere fingeretur mali. Quantumvis enim per se licitum sit, Regnum, statumque suum armis, ac fœderibus tueri, non tamen injustis docendo rebellionem, vel impiis juvando sacra subvertere, quod jam ante satis egimus.

137 Sed fingamus certioris doctrinæ collocandæ causa verum esse temporali hujusmodi Principum confœderatorum cum infidelibus Principatus alios Principes Christianos inhiare, adhuc falsitatis, impietatisque plenum est id, quod assumitur in fœderum istorum patrocinium. Quædam enim ex libera voluntate ejus, malitiaque proficiscunrur, qui ipsemet illa patitur, adeòque sibimet ipse facit, quemadmodum, ut ab ante dictis exemplis non recedamus, lubricus ex conspectu pulchæ mulieris, usurarius ex petente mutuum, seu sibi voluntatè malum, seu peccatum parit, sic & illa, qui virginis amore captus violentas sibi ipse inferret manus, quia sibi illa detrectaret nubere. Alia verò, quæ ex actione alioquin per se licita pullulant mala, inferuntur alteri cuipiam tertio nolenti ita, ut omnino invitus illa patiatur. Quod igitur attinet ad illa prioris generis mala, passim sufficere solet, quod operans habeat aliquam justam actionis illius exercendæ causam, quatenus eam citra incommodum aliquod suum non possit prætermittere, ut istiusmodi malorum, quæ sibi alter sua libertate conscíscit, nullo modo interpretativè causa esse reputetur. Ita communiter in materia de scandalo Doctores tradunt. Non enim alter, nisi à se ipso læditur, quamvis majoris charitatis nunquam foret illud ipsum incommodum devorare, ne proximus etiam à se ipso libera sua voluntate lædatur.

138 Quod verò spectat ad illa posteriorìs ordinis mala, quæ cuipiam tertiò ex actione nostra contra voluntatem ejus inferuntur, quæque propterea invitus patitur, non sanè quæcunque justa illius alioquin in exercendæ causa sufficit, ut operans ab injuriarum reatu, quas ille nolens patitur, liberetur, quando videlicet præscit, aut facilè præscire potest actionem suam ad illas injurias inferendas quamvis remotius, & absque expressa voluntate, vel directa intentione conferre: Sed ut aliquando talis excusetur, nec eas interpretativè voluisse, aut fecisse, nulloque modo illarum reus esse censeatur, casus, & causa hujusmodi esse debet, ut alter, sive tertius ille jure, ac meritò potius illas injurias, aut incommoda tolerare debere judicetur, quam operans propter illas ab actione sua temperare, & ejus exercendæ jure privari.

Hinc itaque contingit, ut in postremo exemplo su- 139
perìus adducto maneamus, quod ex plurimorum Doctorum opinione possit Respublica sine reatu criminis innocentem in manus tyranni, à quo iniquè novit occidendum, tradere, si ille, nisi cum sibi tradiderit, ferro, flammaque depopulandam esse commineturi. Nempè quia innocenti isti meritò potius mors ipsa ex pietate in Rempublicam subeundam judicatur, quam desiderandum, ut Respublica excidatur, & pereat. Et è contrario innocens captus ad evitanda tormenta non potest in manus hostium iniquorum Rempublicam certò perdendam tradere, ut ita semetipsum ab interitu imminente tueatur. Nemo quippè sanè sententiæ existimaverit, Reipublicæ potius eligendum esse, ut ipsa funditus excidatur, quam ut innocens perimatur.

Videant igitur Principes Christiani, utrum commo- 140
da, vel incommoda, quæ pro fœderibus, ac suppetiis infidelium purgandis afferuntur, talia, tantaque sint, ut judicari possit, quod jure, ac meritò Catholica Ecclesia, & ipse sponsus ejus Christus universa illa sacrilegia, nefandaque suæ Religionis depopulationes, & fidei ipsius excidium potius debeant pati, quam quod eorum intuitu ipsimet Principes ab hujusmodi commodis sibi procurandis, & incommodis fictis, aut veris vitandis abstinere teneantur. Quid enim? An fortè politicum, temporalemque Regni transitorii statum Religionis excidio, Ecclesiæque stragi præponderare arbitrantur? Equidem scio, hunc esse immobilem quasi cardinem, in quo adultera temporis hujus politia quibusdam in locis vertitur. Scio itidem, quod quemadmodum eum rerum admiratores transeuntium exosculantur, ita veritatis amatores velut Christianismi pestem, atheismi surculum, Regnique quod in terris inferorum portæ moliuntur fundamentalem legem exhorrescunt.

Verùm est etenim istam indirecti tergiversatio- 141
nem à politici status, rerumque præterfluentium admiratoribus in perniciem veræ pietatis excogitatam esse, qua semper effectum fuit, ut sacra profanis cederent, Ecclesia rationibus, quas vocant status, præmeretur. Sic enim tunc indirecta illa Religionis injuria, neque exigua infamiæ labes, Christianæ fidei indirectè aspersa est, periculumque creatum præsentissimum, quando Carolus IX. fœdus *cum Solimano, qui Melitam magno nauali apparatu obsederat*, Turcarum Imperatore percussit, Jul. Cæsar. Bulling. *hist. lib.* 1. & du Plaix in Carolo IX. & Henricus II. Turcarum militiam sub Draguto pirata in Corsicam evocavit, idem du Plaix in Henrico *II.* Melita namque capta, ut Bullingerus, Italiæ exitium præstò erat. Sic hæreses Protestantium indirectè in Germania dilatatæ sunt, & oppressa Catholica fides, dum idem Henricus assumpsit eorum patrocinium, idem du Plaix ad annum 1552. & Genebrad. *lib.* 4. *Chron.* Sic indirectè vastata à Turcis Etruriæ ora, Insulæ Ilva, Igilium Ænaria Lipara afflictæ, Nicea Allobrogum expugnata, violatisque deditionis conditionibus, in Christianos grassatum est, dum Francicus primus Ariadenum cognomine Barbarussam, Turcarum Classi Præfectum, multis aureorum

aureorum millibus in singulos menses numeratis, subsidio accersivit, *gementibus piis*, ut inquit supra Genebrardus, *quibus impiorum à Christi nomine abhorrentium fœdera improbantur*. Sic indirectè Ecclesiæ Strigoniensis, Quinque Ecclesiensis, Albæ Regalis devastatæ sunt, dum Solimanus ad bellum contra Cæsarem, ut ferunt, & scribunt Nicol. Isthuamp. *l.* 13. *&* 15. aliique, eodem Francisco, Caroli V. Imperatoris æmulo, concitatus est.

142 Hæ sanè indirectæ fidei depopulationes, sub variis in quibusdam Orbis plagis in hodiernum usq; diem Ecclesiæ gemunt, & millia animarum, pro quibus Christus mortuus est, Tartaro immolantur. Ad eundem modum fides Hispaniæ per Saracenicam irruptionem, indirectè illa horribili, notissimaque clade pro sua parte prostigata est, teste Luca Tudensi *in chron. mundi l.* 3. *in fine*. Idipsum Ecclesiæ Gallicanæ evenit. Nam vix decennio post Eudo, Dux Vascorum, & Aquitaniæ, quæ sicut à temporibus Clodovæi pars Regni Francor. fuit, ita Vascones à Francis domiti, & à Geniale Duce per eos constituto à Clotharii secundi temporibus gubernati, hic, inquam, Eudo, illos eosdem Sarac. in Galliam contra Carolum Martellum, à quo fugatus, fractusque fuerat, vindictæ cupiditate accersivit, & Basilicæ S. Hilarii, cæterisque Ecclesiis Aquitaniæ indirectè per incendia, grassationesque Maurorum dirissimas clades intulit, Aymon. *l.* 3. *c.* 29. Quo in loco miror Scipionem du Plaix Scriptorem revera eruditum, & in antiquorum auctorum lectione versatum, vocare hoc errorem popularem, quem Chronographi secuti sint, nullo antiquorum fultum testimonio. Hoc enim ante quingentos annos detestatus est Sigebertus ad an. 729. & ante septingentos annos Annales Francor. quos Pithæus edidit, itemque Fuldenses, Pithæanis multò auctiores. Nam illi circa an. Domini 883. hi verò circa an. 890. ubi desinunt, scripti videntur. Et ante octingentos circiter annos Fredegarius *c.* 108. Paulus Vuamfredus, diaconus Foroiulienses, qui sub Carolo Magno, Martelli Nepote, anno septingentesimo octogesimo claruit, id ipsum palam indicat *l.* 8. *de gest. Longobard. Post decem*, inquit, *annos Saraceni cum Uxoribus, & parvulis venientes, Aquitaniam Galliæ Provinciam, quasi habitaturi, ingressi sunt. Carolus siquidem cum Eudone Aquitaniæ Principe tunc discordiam habebat.* Discordia igitur istorum Principum Saracenis adventus causa fuit, Eudone videlicet, ut isti citati veruftiores, & recentiores tradunt, eos adversus æmulum suum evocante. Vtinam tamen Eudonis exemplum nostræ ætatis Principes, quemadmodum peccando, ita & pœnitendo sequerentur. Nam sceleris ille sui percussus conscientia in Saracenos, junctis cum Martello viribus, ex improviso à tergo impetum vertit, & eorum exercitum ad internecionem usque delevit. *Sed aliud est citò surgere, aliud non cadere*; August. *l.* 10. *Confess. c.* 35.

143 Quid quod in ipso temporis articulo, quo Hispaniis ab Ariana peste per Reccaredi virtutem revocatis, catholicæ fidei splendor illuxerat, Francor. Reges indirectè recentissimam, ideòque vix dum germinantem Religionem afflixerunt? Nam illa sexaginta circiter Francor. millia, quæ Reccaredus militum trecentorum manu uno prælio, Deo de Cælo videlicet pugnante, prostravit, Lucas Tudensis *l.* 2. *Reccaredo* in hæresis Arianæ subsidium adveniisse testatur. Non quod hæresim Arianam directa voluntate stabilire niterentur, hoc enim est hostium Catholicæ fidei, sed quod directè alicujus terris inhiantes, indirectè hæreticis Arianis Reginæ Goisuinthæ, Lenvigildi Conjugi, novercæ Reccaredi, Vdilæque Episcopo cum suis, in ejus necem conspirantibus, atque ita hæresi ab illis pertinaciter defensæ patrocinium adferrent. Gregor. Turonen. perspicuis verbis tradit, causam istius belli adversus Hispanos à Regni dilatandi cupiditate profectam esse *l.* 8. *c.* 30. Hinc est, quod Baronius ad an. 588. immitem illum Gunthramni animum graviter taxat, qui neophyto Regi gratulari potius debuisset. Sed animis latius regnandi cupiditate cæcis; nulla est offensæ pietatis consideratio, nulli, periclitantis Religionis honor, aut metus.

Itaque consilia potius divina, quàm humana atten- 144
denda sunt. Quæ quidem divini spiritus oracula tot calamitatum experimentis comprobata, Principibus merito sufficere deberent, ut salubrioribus suo Principatui consiliis attenderent, quæ ipsis idem ille suggerit in scripturis Deus: *Et nunc Reges, intelligite, erudimini qui judicatis terram.* Totiusq; summam eruditionis brevissimo sermone complexus *Apprehendite*, inquit, *disciplinam.* Vbi textus originalis. *Osculamini filium*, hoc est, *Filium Dei incarnatum; qui constitutus est Rex ab eo super Sion montem Sanctum ejus, toto corde, studio, officiisque veneramini, idque non solum in capite, sed & in corpore ejus, ut ipse totus honoretur. Caput enim jam sursum in Cœlo gloriosum est, sed corpus ejus Ecclesia adhuc in terra luctatur. Quicquid injuriæ, vel ignominiæ infertur Corpori, caput sentit. Itaque apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus. Psal.* 2.

Sed ista Principum est frequens, ac deploranda mi- 145
seria, quod humanis consiliis promptius, quam divinis monitis eorum aures patent. Illa enim plausibili præsentis emolumenti specie, hæc fructuum solliditate commendantur. Species illa citò perit, fructus maner. Non illi præstantissimi Consiliarii, qui soleter excogitata, nova, grandia, sed qui tutiora suggerunt. Nonnulli consilium ab inventi commodi subtilitate, fructum ab aggrediendi audacia metiuntur, utrinque peccant imprudentia. Speciosa, rara, ingentia suscipiunt, vetustarum, & radicatarum arborum evulsiones, Imperiorum subversiones, quibus exequendis non sunt pares, novandis profectò, quam perficiendis rebus aptiores, quia Deum inveniunt resistentem conatibus suis. Hinc mala cœpta infelicius finiunt. Cùm enim susceptis constantiam adferre volunt, inter fas, & nefas nullum discrimen agnoscant, necesse est. Extrema gloriæ suæ, fortunæque tentantes, extremis implicant Respublicas periculis, infidelibus sanè medicis perquam similes, qui violenti, & inexperti vires pharmaci in alieno corpore experiuntur, ut honor ad ipsos, nota Regni, odium Principum vicinorum, invidia pessundatæ Religionis, iracundia Dei ad dominos revertatur. Nimirum cùm sint acuti non cernunt, quod in promptu est prudentibus se fœderum impiorum suasu cogere Principes suos, ut solis infidelibus, atque hæreticis amici sint, & eorum arma soli infidelitati, & hæresi serviant. Quare non uno modo verum est illud antiquioris prudentiæ effatum apud Thucydidem l. 2. *Hebetiores, quàm acutiores, ut plurimum melius Rempulicam administrant.*

Quapropter qui feliciter imperare cupiunt Reges, ac- 146
Principes, consilia non tam transitoria Regni temporalis sui utilitate, sed illius inprimis, cujus ministri sunt, Religione, ac pietate ponderent. Nam in omnibus administrandi Regni, rerumque feliciter gerendarum præceptis, nullum est capitalius, quàm Catholicis Regibus catholicæ Religionis tuendæ maximam esse debere curam. Quod vel Ethnicis ita profundè insculptum fuit, ut hac de causa peritus ille Reipublicæ formandæ magister dixerit, *primum in omni Republica cura rerum divinarum*, Aristot. *l.* 7. *polit. c.* 8. Qua de causa Tullius *orat. de aruspic. resp.* non est veritus gloriari Romanos, *non numero, nec robore, nec calliditate, nec artibus, sed pietate, ac religione omnes gentes, nationesque superavisse.* Istam Religionis solicitudinem, si consiliis, inceptisque Regum tollis, necesse est Regimen eorum stultitia, scelere, immanitate compleatur. Unde etiam nascitur, ut dum temporalem sibi securitatem blandientis utilitatis lenocinio seducti, moliuntur, offenso omnis utilitatis, & securitatis auctore, citò, aut serò Regnis suis exitium parent.

Quod si vincula attendas, quibus Reges Religioni 147
obligati sunt, hoc ab eis postulat solemnis illa coronationis cæremonia, qua tam sollicitè inaugurato fidei

christianæ cura commendatur in traditione annuli, & in impositione coronæ, & in juramento, quod præstant in solio suo. An non Carolus Magnus Leoni III. eum coronanti juravit, *se protectorem, defensoremque fore Ecclesiæ, ejus militates se curaturum?* Sigon. *lib. 4. de Reg. Ital.* An non in sactis suis in eandem fluxerunt conceptis verbis jurant omnes Catholici Reges, ac Imperatores, *se justitiam, pacemque Ecclesiæ servaturos?* Quin & Provinciarum Præsides juramento addicebant, *se neque Ecclesiæ adversaturos; nec alios permissuros quantam possibilitatem haberent? Nov.* 8. seu *jurisjur.* quod præstatur *col. 2. tit.* 3. Ab eaque leges nostræ omnem Imperii felicitatem fatentur proficisci, *Nov. 4. de Episc. & Cler.* Nonnè ideò Constantinus Romanas Aquilas Cruce mutavit? Niceph. *lib. 7. cap. 4.* omnesque ad Deum ideò victorias retulit, ut scripsit ipse Episcopis Palæstinis? Baron. *tom. 3. annal. anno 316.* Quare sanctissimè per Concilium Toletanum *cap. 3.* de Regis, Ordinumque assensu vetitum est, ne quis regalem thronum ascendat, antequam Ecclesiæ se fore defensorem, hæresumque persecutorem jurarit. Et Concilium Toletanum secundum *cap. 10.* eam defensionem adeò extendit, ut diserte se bellum susceperum permittat adversus hæreses, quo suo tempore forsan sint Ecclesiæ pacem turbaturæ.

CONSULTATIO CLXXXVI.

1. *An ullo in casu exponi publicè in Ecclesia possit alicua Imago sive picta, sive sculpta Christi, vel Sanctorum sine licentia Episcopi?* Vbi de pœna in transgressoribus.
2. *An benedictio Imaginum sit omninò necessaria? Et quatenus necessaria.*
3. *Cuinam competat illas benedicere?*

1 AD primum, non posse. Decreto enim S. Concilii Trid. *sess. 25. de invoc. vener. & reliq. Sanct. & Sacr. Imag.* statuitur, nemini licere ullo in loco, vel Ecclesia, etiam quomodolibet exempta ullam insolitam ponere, vel ponendam curare Imaginem, nisi ab Episcopo approbata fuerit, ejusque diligentiæ, & curæ commendat, ut in sacris effingendis Imaginibus nihil falsum, nihil profanum, nihil inhonestum, nihil procacis venustatis, *nihil* præposterum, *nihil non rectè*, atque ordine adhibeatur. Iisdque in primis caveat Episcopus, nequid pingatur, aut sculpatur, quod veritati Scripturarum, traditionum, aut Ecclesiasticarum historiarum adversetur. Et hæc est illa Imago insolita, de qua loquitur S. Concilium, non autem quæ solita, vel non solita sit exponi. Alioquin quisque posset exponere quascumque Imagines exponi solitas, sed prohibitas à Concilio. Hinc cùm Fratres Servitæ depinxissent Imaginem B. Virginis cum stola, sive amiculo nigri coloris, jussum à S. Rituum Congregatione, ut depingeretur cum stola cœrulea, ut dixi alibi. Decipimur quidem plerumque specie recti.

2 Debet igitur Episcopus, antequam Imago aliqua picta, vel sculpta exponatur illius os, corporis habitum, & statum, ornatum, & locum inspicere, & curare, ut hæc omnia ad prototypi dignitatem, & sanctitatem apta sint, & decora, atque ex Imaginis inspectione pietas excitetur; nulla verò turpis cogitationibus detur occasio. Atque adeò debet prius ab Episcopo approbari. In *transgressores* vero nulla extat in jure statuta pœna, ideòque est Episcopo arbitraria juxta modum. Lege decretum S. Congregationis Apostolicæ sub die 30. Junii 1625. pro Regularibus Vrbis hac de re emanatum, & in eo pœnas contra illos, quod alibi integrum tradidi.

3 Ad secundum. Affirmativè videtur respondendum. Jure enim pietatis requiritur, ut in prima cujusque rei usurpatione gratias Deo agamus, ejusque bonitatem celebremus, idque congrua, & decenti laude, & collati boni religiosum, & sanctum usum exposcamus. Habet hæc consuetudo justa fundamenta ex divinis literis. Moses siquidem, cùm extruxisset tabernaculum, sacravit illud cum mensa, Altari, æreis vasis, & omnibus utensilibus non solum divinis precibus, verùm etiam olei unctione, Domino jubente, linivit, *Exod.* 20. Salomon quoque cùm perfecisset Templum, illud cum Altari, & reliquis ad divinum cultum pertinentibus consecravit 3. *Reg.*

Unde Gratianus *in* [illegible] *tabernaculum de consecr.* 4
d. 1. & Durandus *in Rational. divinor.* [illegible] *cap.* 6. inquiunt, si illi, qui umbras legis deserviebant, hoc faciebant, quantò magis nos, quibus veritas patefacta est, hoc facere debemus?

His accedit Francofordiana Synodus, sub Carolo 5
Magno habita, quæ licet affirmet, nullum verbum ante illa tempora traditum esse de dedicandis, & consecrandis Imaginibus, contrarium tamen apparet ex decreto, quod extat *in can. qui peierat 22. quæst. 5.* in quo pœna constituitur in illas, qui peierant in Cruce consecrata, vel non consecrata, & à Gratiano quidem adscribitur Pio primo circa annos Christi 150. Et in Pontificali peculiares formulæ consecrationis Imaginum describuntur, quem vetustum ritum Paulus V. in *Rituali* Romano auctoritate sua comprobavit. Quare dubium non est, quin sit servandus.

At, his minimè obstantibus, tenendum est; hujus- 6
modi Imagines posse, sed non debere necessariò benedici. Nam quod sint benedicendæ provenit ex præscripto Ritualis. Certum autem est, & communiter docent Doctores, quod non omnia, quæ præscribuntur in Rubricis, vel Ritualibus necessariò obligant, quia continent tantum directionem in ordine ad benedicendas Imagines, & ideò quæ præscribuntur in illis non habent vim obligandi, nisi aliunde proveniat obligatio, vel scilicet ex aliqua lege, vel ex natura rei, sed sunt tantum directiva, quæ dirigunt ad peragendas benedictiones cum debita decentia, & decore. Non habetur autem ex aliqua lege positiva, quod Imagines Sanctorum, quæ exponuntur in Ecclesiis sint necessariò benedicendæ. Neque etiam ex natura rei. Quia non deputantur, ut immediatè inserviant Sacrificio, sed solum ornatui Altaris. Unde plura alia, quæ inserviunt ejus ornatui, non benedicuntur.

Et hac ratione non esse necessariò benedicendas mappas Altaris, docent præ aliis Sylvest. *v. benedictio quæst.* 7
5. Sà *v. Missa num.* 7. Azor. *par. 1. lib. 10. cap. 28. quæst. 8. in fine*, Vasquez *par. 3. disp. 233.* Suarez *de Euch. disp. 81. sect. 6. dict.* 1. Fagundez *præc. 1. Eccles. lib. 3. cap. 22. num.* 10. Reginald. *lib. 29. prax. for. pœnit. cap. 9. sect. 7. num.* 194. Tanner. *tom. 4. disp. 5. quæst. 10. dub. 3. num.* 48.

Unde cùm de nullo titulo obligationis constet, illa 8
non est inducenda. Semper enim ea interpretatio facienda est, qua quisque non obligetur, aut eo minus obligetur quoad fieri possit, *l. si peculium §. sicut, ff. de pecul. leg.* & notant Cravet. *cons. 35. num. 33.* Patis. *cons. 96. n. 2. lib. 3.* ac Menoch. *cons. 31. n. 52.* Quod præcipuè locum habet in lege, quæ non est inducenda, nisi de ea constet. Quia quisque est in possessione suæ libertatis, quæ non debet ligari, tamquam à lege, nisi certum sit, esse posita, tamquam legem obligantem.

Nec obstat, quod primò adduxi à consecrationibus 9
veteris testamenti. Quia de cæremoniis, ac ritibus veterum non ita licet concludere. In præceptis moralibus firma esset ratio, sed in cæremoniis, quæ typi, & umbræ fuerunt, non ita fas est ratiocinari, cum omnia ejus generis mandata sint Christi adventu abolita. Cui rei apprimè convenit interpretatio, quæ in *can. Tabernaculum* legitur: *si enim*, inquit, *id Gentiles facie-bant, multo magis facere debemus nos. Et sic est argumentum, quod possumus argumentari ab exemplis infidelium.*

Quibus haud dubiè eodem jure adjungi poterit, & 10
alia ratio Durandi ejusdem ponderis, quam in eodem argumen-

argumento his verbis recensetur: *Nabuchodonosor, etiam Rex, vocavit omnes satrapas, optimates, & tyrannos ad dedicationem statuæ aureæ, quam fecerat.* At hoc argumenti genus infirmissimum est, ut diximus.

Porrò, quod Gentes etiam solitæ fuerint consecrare suas statuas, & ungere oleo, ait Arnobius *l 1. contra Gentes*, his verbis: *Si quando conspexeram lubricatum lapidem, & ex olivi unguine ordinatum, tamquamine-sset vis præsens, adulabar, affabar, & beneficia poscebam.*

Minus obstat secundum. Tum quia in decretalibus Epistolis Pii hoc non reperitur. Tum quia semo est tantum de Cruce. Et tum quia nullum extat in illo decreto de hac re præceptum.

Neque tertium. Nam autorizatio Summi Pontificis non extrahit Rituale ab Ordine suo, sed solum facit, quod intra ordinem suum censeatur rectè procedere. Et ideò cum in ordine suo sit quædam conflatio eorum, quæ in ordine ad ritus Ecclesiasticos concurrere debent, ut decenti modo fiant, quorum aliqui cædunt sub obligatione aliunde preveniente, alia verò sunt solum decedentia; ideò relinquit intra ordinem talis collationis, & autorizatio solum operatur, quod hujusmodi collectio rectè procedat.

Atque his ita constitutis, frusta quæritur, quisnam Imagines benedicere debeat. Et nihilominus censeo, posse etiam Parochum eas benedicere. Quia non est actus ordinis Episcopalis, neque ex institutione Christi, ut per se pateat, neque de jure Ecclesiastico, cum nullibi habeatur, quod sit actus talis ordinis. Neque hoc inferri potest ex eo, quod videatur reservata Episcopo. Nam plura sunt reservata in signum præeminentiæ Episcopalis, quæ non sunt actus Ordinis. Unde Episcopus potest delegare hanc benedictionem. Quare de se non excedit facultatem Sacerdotalem, cum sit simplex benedictio absque unctione, cumque in sua Ecclesia pertineat ad Parochum dirigere cultum divinum, debet etiam ad ipsum pertinere hæc benedictio, cùm consequenter supponat regimen Ecclesiæ, quod pertinet ad Parochum quoad suam Ecclesiam.

CONSVLTATIO CLXXXVII.

VIgore cujusdam consuetudinis, confirmaræ postea per Breve Pauli V. Reverendiss. Dominus Nuncius Apostolicus Neapolitanus asserit, habere facultatem cognoscendi differentias civiles, quæ moventur à sæcularibus contra Regulares in toto Regno. Ex hoc quæritur.

An idem D. Nuncius possit cognoscere differentias circa materiam clausuræ Sanctimonialium, Regularibus subiectarum, ut est prospectus, hujusmodi inter ipsas, & sæculares?

Et quatenus affirmativè, *an idem possit ingredi clausuram Sanctimonialium, ut recognoscat prospectum absque licentia Episcopi?*

1 IN hac re id certum est, quod ex *c. periculoso de stat. Regul. in 6.* & ex decreto S. Concilii Tridentini *c. 5. sess. 25. de Regul.* Episcopi, tamquam Sedis Apostolicæ, delegati, sub obtestatione divini judicii, & interminationis maledictionis æternæ jubentur procurare, ut clausura Monialium exemptarum, ubi violata fuerit, restituatur, & ubi inviolata est, conservetur, inobedientes, atque contradictores per censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas compescentes.

2 Quod, etsi apud auctores Regulares non transeat sine difficultate ex dispositione juris, & Concilii Tridentini, quos plenè rationibus, ac decretis Sacrarum Congregationum confuto integra Consultatione 85. *tom. 6.* Certum tamen omninò est post Constitutionem *Inscrutabili de exempt. privileg.* Gregorii XV. quæ disertis verbis tribuit Episcopo, tamquam Sedis Apostolicæ delegato, facultatem puniendi quoscumque exemptos, tam sæculares, quam regulares, qui delinquunt circa clausuram, aut circa personas degentes intra sepia monasteriorum Monialium, Regularibus subiectarum. Et comprobavi *tom. 1. consult.* 163.

Delictum autem clausuræ, ac illius conservatio non est 3
tantum materialiter, ac physicè accipienda, sed etiam moraliter ita, ut comprehendat quemcumque modum, per quem Monialium custodia violari possit, qualis est prospectus, de quo agitur. Eoque magis; quia Constitutio Gregoriana non se restringit ad violantes clausturum, nec loquitur de delinquentibus in clausura, sed circa clausuram, quod latius patet. Aliud enim est, aliquid fieri circa solum, aliud in solo, ut notatur in *l. 1. §. hoc autem edictum, ff. de non. oper. nunc.* Et circa provinciam dicitur esse, qui abest per duas dietas tantum, ut per Archid. in *c. 1. de offic. Ordin. in 6.*

Constatque ex clausula ejusdem Constitutionis, am- 4
pliativa præcedentium in hæc verba: *Ita, ut Episcopus in supradictis casibus, & in prænominatas personas in præmissis omnibus, & singulis, aut circa ea quoquomodo delinquente-, per censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas procedere, omnemque jurisdictionem exercere libere, ac licite valeat.* Verba enim illa *in præmissis*, & *circa ea* extendunt dispositionem præcedentem, etiam ad connexa, & comitantia. Et illa dictio *quoquomodo delinquentes* similiter ampliat præcedentia ad omne delictum cujuscumque sit qualitatis. Verba enim sic universalia, & geminata extendunt dispositionem, & comprehendunt etiam casus, qui alias in illa non comprehenderentur, ut pluribus probat Roman. *cons. 31.* & Alex. *cons. 102. l. 6.* Quod si hunc casum non comprehendisset Gregorius, nihil Concilio addidisset,

In hac igitur auctoritate conservandi clausuram 5
comprehenduntur ea omnia, quæ ad ejusmodi conservationem pertinent, ac sine quibus clausura nullo modo, aut difficilè conservari potest, ut in hac specie tradit Jo: Monach. in *d. c. periculoso n. 2.* ubi ait, habentes custodiam clausuræ, habere etiam illa omnia, quæ clausuram concernunt per regulam *l. 2. ff. de jurisd. omn. Iud. c. præterea de offic. del. g. &c. de prudentia de dot. post divort. restit.* Atque adeò prospectum monialium, vel in moniales.

Experientia quippè docuit ad clausuræ conservatio- 6
nem magnoperè pertinere, ut moniales à prospectibus liberæ sint, ut proinde tot prohibitiones sub gravibus pœnis hac de re à Sede Apostolica, & ab Episcopis emanaverint. Ex decretis enim generalibus S. Congregationis super Episcopis, & Regularibus sub Gregorio XIII. hoc habetur.

Acciochè la clausura delle Monache si conservi invio- 7
lata, e le cose spettanti ad essa siano con diligenza eseguite, ordiniamo, che tutte le fenestre nelle mura principali, che chiudono essi Monasteri, si chiudano in tutto, che il muro sii eguale, e tutti gli edificii, e arbori, che ponno far scala dentro e fuori siino rovinati, e spianati. E quando per necessità di lume si havesse da lasciare qualche apertura, benche piccola, si facci à tromba di legno, ò di mattoni, acciochè siino impediti tutti gli sguardi indecenti. E perche alle monache, sposate à Christo, Signor nostro, conviene, che siino ascose, e aliene dal secolo, ordiniamo, che ogni fenestra di parlatorio, e audienza loro sia con due crate, &c.

Habetur etiam & id: *Ne meno è convenevole, che* 8
nelle camere, o ne' luoghi, dove stanno, o mangiano, o dormono i Sacerdoti, siino commodità di guardare. E percio ordiniamo, che tutte le fenestre nelle camere, e ne' luoghi predetti siino affatto murate, e che si tolga in tutto il prospetto, e'l riguardo.

Hoc idem sancivit S. Carolus in Concilio primo 9
Mediolanensi §. *de clausura*, his verbis: *Clausura monasterii monialium sic determinata, curent Episcopi, ut sit circumsepta, & munita aliis mœnis, excelsisque undique parietibus, ne à vicinorum ædibus, quicumque illi sint, monasteria inspiciantur.*

Idque præcipuè in Civitatibus Neapolitana & Salernitana, pro quibus dicta S. Congregatio de hac re

peculiaria decreta edidit apud Quarantam *in sum. Bullar. tit. de monast. monal.* ubi solum eis permittuntur fenestræ ad lumen excipiendum necessariæ, quæ tamen tales esse debent, ut nullo modo prospici, aut prospicere queant. Hinc Cardinalis Boncompagnus, olim Archiepiscopus Neapolitanus præcepit Abbatissæ monialium monasteriis, quod est propè Jesuitas nuncupatos *del Giesù nuovo*, ut in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub pœna privationis officii, aliisque arbitrio infligendis intra certum tempus, murus recens altius tollatur instar muri jam constructi, ne intus clausuram ullatenus haberi possit aspectus, ullumque vicinorum colloquium.

10 Et quidem maximè absurdum videtur, ut Episcopi gravissimo illo S. Concilii decreto præcipiantur clausuram inviolatam custodire, & tamen nequeant ab illa arcere quæcumque expedire judicaverint,

11 Atque ex his ad primum dubium respondetur negativè. Nam demus. Nuncium Apostolicum Neapolitanum hujusmodi habere facultatem, illa tamen non potest extendi ad clausuram monialium, quæ pertinet ad Episcopos, tamquam pastores animarum. Nuncii autem non mittuntur, tamquam pastores, sed potissimum, ut gubernent in temporalibus magis, quàm in spiritualibus. Unde jurisdictionem Episcoporum non debent confundere, *can. parvenit* 39. 11. *quæst.* 1. neque turbare, ut decernit Tridentinum *sess.* 24. *cap.* 20. *de ref.* atque adeò non possunt in clausuram monialium se ingerere. Id enim est turbare jurisdictionem. Quare Innocentius X. ex voto Sac. Congregationis super Episcopis, & Regularibus sub die 30. Septembris 1650. prohibuit Cardinali Sabellio, Legato Bononiensi, ne se ingereret materiis spiritualibus, quas Concilium Tridentinum Ordinariis committit, ut est clausura monialium, approbatio Confessariorum, collatio Ordinum, aliaque hujusmodi.

12 Cessatque ratio illa, quod Nuncii, uti Ordinarii Ordinariorum in suis provinciis, possint cum illis concurrere, ac proinde possint omnia, quæ Episcopi in suis diœcesibus, ut tradunt Specul. *tit. de dispens.* §. *consequenter n.* 4. *& tit de legato* §. *nunc ostendendum n.* 54. Anchar. *in cap. fin. de transact. n.* 1. Abb. *in cap.* 1. *num.* 2. *de offic. leg.* quia in provincia sibi demandata gerunt vices Sedis Apostolicæ, *cap. mandata de præsumpt.* in eaque Summi Pontificis personam gerunt, ut tradit Vitalin. *in Clem.* 2. *de offic. Ord. num.* 13.

13 Nam hæc & similia non procedunt in iis, quæ à sacris Canonibus, & à S. Concilio Tridentino, & Constitutionibus Apostolicis expressè proprio Ordinario reservata sunt, cùm ad ea non extendantur facultates generales, ut in terminis fortioribus Legati à latere firmat textus *in cap. studuisti de offic. deleg.* ac probatur perspicuè ex decreto Tridentino *sess.* 7. *cap.* 13. *de reformat.* Quare Nuncii habent quidem potestatem Episcopali majorem, non tamen absolutè, sed eorum ratione, quæ Episcopis non competunt, aut non conceduntur. Majoritas itaque attenditur respectu privilegiorum, quæ Pontifex Nunciis concedit. Non constat autem, Nuncium Neapolitanum habere privilegium cognoscendi causas, clausuræ monialium, cujus cura demandata est solis Episcopis. Et quamvis Legati, sive Nuncii in suis provinciis dicantur Ordinarii, non tamen sunt Ordinarii naturalis, sed quasi extraordinarii, ac superinducti, & sic odiosi ex Glos. *in C.* 2. *de offic. Ord. v. nolumus*, ibique Vitalin. *n.* 7. Rota *c.* 20. *n.* 3. *par.* 1. *div.* Crescent. *d.* 29. *de præb.* ac Pur. *d.* 45. *in fin. l.* 2. Quare Nuncii quædam specialia non possunt, nisi ipsis expressè sint concessa, *arg. c. quod translationem* 4. *de offi. leg.* ibi: *ad ea tamen sine speciali mandato nostro non debuisti manus extendere.* Non enim sub clausula generali comprehenduntur specialia, quæ non esset quis verisimiliter in specie concessurus. Et in materia clausuræ procedit quidem & ipse Episcopus in Monasteriis exemptis tamquam delegatus Sedis Apostolicæ.

Minus obstat prætensa consuetudo, & effectum Breve Pauli V. Nam illa est sublata à Tridentino per decretum irritans, quod in unoquoque capite Concilii continetur, ut alibi dixi, & istud revocatum censetur à Gregorio XV. in citata Constitutione. 14

Idque præterea convincitur ex eo, quod quando alicui conceditur aliqua specialis jurisdictio super speciali materia, materia trahit omnes causas, quæ circa ipsam excitantur, & omnes personas ad eandem jurisdictionem, ut statuitur in *l. fin. C. de jurisd. omn. Jud.* ad quem textum Doctores omnes. Nam in tali casu jurisdictio specialis derogat generali, cùm generi per speciem derogetur, *l. in toto jure ff. de reg. jur. & cap.* 1. *de reg. jur. in* 6. Quam regulam habere locum in jurisdictionalibus favore publico, notant Bald. *in l. un.* §. *ubi autem, ff. de caduc. toll.* Afflict. *decis.* 41. *num.* 2. ac Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 28. *n.* 30. Et ideò quando constituitur Judex circa specialem materiam derogatur universis Judicibus quoad jurisdictionem. 15

De jure autem speciali clausura Monialium pertinet ad Episcopum ut ex citato *cap. periculoso*, ex S. Concilio Tridentino, & ex Constitutione Gregorii XV. ex quibus ejus cura, & custodia videtur demandata privativè quoad alios. Nuncius verò Neapolitanus neque ex jure communi, neque ex speciali habet hujusmodi curam, & custodiam. 16

Ad secundum consentaneè ad primum, respondeo negativè. Nam cùm Nuncius Neapolitanus non habeat jurisdictionem super clausuram, cui accessorie est concessus ingressus in Monasterium, non potest in illud ingredi, nisi habeat jurisdictionem. Cui enim prohibetur principale, prohibetur etiam accessorium, *l. qui liberis ff. de. vulg. & pupil. sub.* cum vulgo aliis. 17

Sed demus etiam, quod Nuncius habeat facultatem cognoscendi causas clausuræ, non tamen idcirco habet facultatem ingrediendi clausuram. Nam, ut accessorium sequatur naturam principalis, requiritur, quod non sit diversa ratio in accessorio ac in principali, ut notant Alex. *cons.* 4. *n.* 5. *l.* 5. Menoch. *cons.* 58. *in fin.* Paclan. *de prob. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 69. Militant autem diversa ratio in cognoscendo causam clausuræ, & in ingrediendo clausuram. Quia illa est intra terminos judicii, hæc extra illud. Illa respicit rem temporalem, ac jus contentiosum inter partes, hæc rem spiritualem, violationem ipsius clausuræ, atque adeò materiam sacrilegii. Ingressus item in clausuram est quod speciale, & ideò, nisi aliquo modo exprimatur, non debet censeri inductus, cùm specialia indigeant speciali expressione *l. item apud Labeonem* §. *hoc edictum ff. de injuriis. & cap. quia de sent. excom. in* 6. Dum autem ingressus excluditur per non expressionem, remanet in prohibitione absque licentia Episcopi. 18

Vnde cùm principale sit veluti fundamentum accessorii, illo sublato per separationem, corruit etiam accessorium *l.* 2. *ff. de pet. leg. & l.* 8. *ff. de vulg. & pupil. subst. cum aliis passim.* Quia tunc non consideratur, tamquam accessorium, & connexum, sed tamquam disparatum, quod diverso jure censetur juxta *l.* 3. *C. de rer. permut.* & observat Cravet. *cons.* 506. *num.* 3. ac Tusch. *lit. A. concl.* 76. *num.* 13. ubi alii. 19

Quare non poterit Nuncius absque licentia Episcopi ingredi Monasterium ad inspiciendum locum, & prospectum ex modo dictis, cùm ne quidem Vicelegatus possit ingredi clausuram sine licentia Episcopi, ut declaravit Sac. Congregatio super Episcopis 9. Martii 1604. apud Gavantum *in man. Episcop. v. monialium clausura n.* 29. Neque Inquisitores, nisi ex causa S. Officii ex S. Congregatione S. Officii 16. Februarii 1628. Neque S. R. E. Cardinales, ut probat Miranda *de sanct. mon. quæst.* 2. *art.* 3. & Tambur. *de jur. Abbatis. disp.* 24. *qu. ult.* 9. *num.* 8. Quod desumitur ex Constitutione Gregorii XIII. Neque demum Cardinalis Legatus, ut in præcitata Bononiensi, in qua prætendenti Cardinali Sabellio, Legato, visitare Moniales, atque adeò ingredi clausuram, se opposuit Cardinalibus Ludovisius Archiepiscopus, eique scriptum à dicta S. Congregatione sub eodem die, non posse visitare, atque adeò neque ingredi, cùm ad Episcopos tantum pertineat, clausuram custodire ex Tridentino, & Gregorio XV. nisi alii habeant facultatem expressam è Summo Pontifice in illam ingrediendi, quæ, an in hoc casu concedenda sit, opus est summo judicio, patique necessitate, nec derogatur S. Concilio Tridentino, ac tot Apostolicis Constitutionibus, neve inferatur monialibus confusio, Episcopis præjudicium, populo scandalum.

CONSVLTATIO CLXXXVIII.

Ut processus Beatificationis ritè formetur, quid præcipuè requiratur? Ubi de relevantia probationum virtutum, ac miraculorum, ac de defectibus, qui non irritant, neque diminuunt validitatem & relevantiam ejusmodi processus, deque nova remissoria.

1 PRimò requiritur, ut processus formetur juridicè à Delegatis Sedis Apostolicæ super observatione decretorum Vrbani VIII. quod eorum nulli contraventum sit ita, ut nunquam defuncto cum fama sanctitatis fuerit exhibitus cultus aliquis publicus, sed solùm privatus. Ac ita præcipit idem Vrbanus in decreto edito 5. Julii 1634. his verbis: *Statuimus, decrevimus, atque declaravimus, ne ex tunc deinceps quispiam Ordinariorum, aut ab Apostolica Sede, ad hoc specialiter delegatorum super alicujus utriusq; sexus cum sanctitatis, aut martyrii fama, vel opinione defuncti, miraculis, revelationibus, ex integro informationes quoquomodo reciperet, aut processum instrueret, vel hucusque receptas informationes, instructumque processum ulterius prosequeretur, nisi postulator prius per legitimas, juridicè susceptas probationes circa personam ejus, de cujus miraculis, revelationibus, aliisve rebus gestis, sanctitatem præferentibus, ageretur, præscriptam in præfato nostro decreto formam omnino servatam, extitisse, docuerit, & nisi postea successivè idem Ordinarius, aut ab Apostolica Sede ad hoc specialiter delegatus, diligenti prahabita disquisitione circa eandem personam supra citato decreto nullatenus controversum esse, ritè pronunciaverit. Utque id inviolabiliter observetur, statuimus insuper, ac decrevimus, ne transmissi ad Vrbem undecumque hujusmodi processus, à Congregationis Sacrorum Rituum Secretario, minusve à S. Fidei Promotore quomodolibet aperiantur, nisi prius in ipsa Sacrorum Rituum Congregatione, alio seiunctim oblato authentico processu, ex eo Ordinarium, aut ab Apostolica Sede specialiter delegatum, ritè, ac rectè, ut præmittitur, cognovisse, ac pronunciasse, præhabita decreto nequaquam contrarium esse, plenè constiterit, ac deinde à nobis judicialiter aperiendi eos processus facultas indulta fuisset.*

2 Deinde informatione tam dicti processus super non cultu, quàm sequentium pro Beatificatione, & Canonizatione servandum est, ut Judex, coram quo formantur processus, habeat veram, & legitimam jurisdictionem. Vbi enim non adest Judex competens, habens jurisdictionem, judicium est usurpatum, ac nullum, *cap. At si Clerici de judic.* Id, quod etiam constat ex decretis dicti Vrbani, editis anno 1642. de forma conficiendi processus pro causis Beatificationis, & Canonizationis. Ibi enim habetur, quod petendæ sunt à Summo Pontifice litteræ remissoriales, ut causam committat aliquibus Episcopis cum facultatibus opportunis ad inquirendum prius de non cultu, ac postea de fama, & miraculis. Et in remissorialibus datur ipsis talis commissio per verba, *Committimus, & mandamus*, & cum clausulis, *decernentes irritum, & inane*, aliisque similibus, quæ secundum jura, & Doctores important jurisdictionem. Hujusmodi autem commissiones præsentantur illis, ad quos diriguntur, & ab illis acceptantur. Quod est signum sumptæ jurisdictionis, *cap. præterea, cap. quamvis de offic. deleg.* Abb. *in cap. venerabilis nu.* 2. *de testibus*, ac Rota coram Coccino in relatione ad Vrbanum VIII. pro Canonizatione S. Philippi.

Notandum verò, quod si S. Congregatio nomine Summi Pontificis designet, ut sæpè fit, tres Episcopos pro informationibus, ac processibus conficiendis, si postea ob impedimentum alicujus ipsorum, ejus loco deputet, ac subroget alium in eadem causa, Episcopus jam impeditus non est amplius legitimus Judex in ipsa causa, per *cap. ex literis de offic. & potest. Jud. deleg.* ac Rota *decis.* 8. *eod. tit. in antiq.* Quia rescriptum secundæ commissionis est revocatorium primi, illudque reddit nullum, ut per Innoc. *in d. cap. ex literis v. revocamus*, Ostiens. *ibi col. ult. num.* 6. & 7. aliosque relatos à Rendina *in prompt. recept. sent. tit.* 103. 3

Judices autem isti, & Commissarii Sedis Apostolicæ debent observare omnia, quæ sibi in litteris remissorialibus præscribuntur. Quia ea omnia habentur pro forma, quæ consistit in indivisibili, & omninò est observanda ex *cap. dilecta de rescript. cap. Venerabili de offic. deleg. & in l. cum hi*, §. *Prætor, ff. de transact.* teneturque unusquisque servare formam suæ commissionis, Rota *decis.* 39. *num.* 1. *part.* 1. *recent.* 4

Ad hæc debet constare de legitimatione actoris, ac sui procuratoris. Nam actor est, qui agit, ac petit rem aliquam à Judice in judicio, *l. in tribus ff. de judic. l. judicium ff. si reg.* patetque ex ipsis litteris remissorialibus in illis verbis: *Quemadmodum pro parte N procuratoris in hujusmodi causa deputati, prout de ejus legitimo mandato procurae docuit.* Et infra: *Personis legitima mandata procura habentibus, recipietis.* Procurator enim gerit vices actoris. 5

Tum constare debet de legitimatione Promotoris, vel subpromotoris Fidei. Promotoris quidem, si processus fiant in Curia, subpromotoris verò, si fiant in partibus. Nam in omni judicio tria requiruntur. Judex, à quo petitur justitia. Actor, vel ejus Procurator, qui ejus nomine illam petat. Pars adversa in civilibus, & reus in criminalibus. Promotor autem, sive subpromotor gerit vices partis adversæ, quia est legitimus contradictor, ac defensor Ecclesiæ, à Sede Apostolica constituitus in hujusmodi causis, veluti pars, interesse habens in illis, qui citandus est in omnibus actibus. Nam, ipso non citato, nihil decidi potest. Citatio enim partis adversæ, ut se defendat, omni jure in causis controversis necessaria prorsus est, *cap.* 1. *de caus. posses.* ibique Panorm. *n.* 4. Jo. Andr. Innoc. Imol. Ostien. atque alii, & *Clem. Pastoralis de sent. & re judic.* Constatque etiam ex dictis literis remissorialibus, in quibus sæpè dicitur, procedendum esse in his causis, audito, & citato Fidei Promotore, vel ejus subpromotore. 6

Item examinandi sunt omnes, ac singuli testes inducti singulariter, non solùm, quia ita præcipitur in citatis literis, ac decretis: sed *in d. cap. Venerabilis de testibus.* Nam, si omnes testes, semel producti, aut inducti non examinentur, censeri potest, hoc ita fieri, quia timet actor, quod sint vacillaturi, aut destructuri sua, vel aliorum dicta, & veritatem patefacturi, quæ omni conatu in hujusmodi causis indaganda est, ut præ cæteris notant Mascard. *de prob. vol.* 1. *concl.* 261. *n.* 39. Aretin. *cons.* 140. *nu.* 2. Aym. *de antiq. temp. part.* 1. §. *quæritur.* Testes autem per extensum examinandi sunt super articulis contentis in litteris remissorialibus, ut dicitur in his verbis: *Super quibus examinabuntur primo juxta dicta interrogatoria, & deinde super petitionibus, & articulis præditis per extensum coram vobis* Et infra: *Ut iidem testes, quæcumque habent, explanatè, ac per extensum deponant, nec se referant ad attestationes, aliàs redditas, neque eis recitentur, quæ aliàs ipsi deposuerunt.* 7

Præterea in virtutum examine inquirendæ sunt virtutes, non modò communes, & ordinariæ, sed perfectæ in gradu heroico, quales requisivit Christus à suis discipulis, quando eis dixit: *Estote perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est.* Beati autem sunt membra Christi, ut ait D. Paulus, & notat Hieronymus, ac re- 8

ac refertur *in can. si quis hominem* 11. *quæst.* 13. Membra autem debent esse ordinata ad suum corpus. Et ideò, qui ab Ecclesia beatificantur, proponuntur fidelibus imitandi. Quod si beatificandus sit regularis, requiritur quoque exactissima, & vigilantissima custodia, & observatio omnium, quæ ad statum religiosum pertinent ita, ut votorum regulæ, & sui Ordinis Constitutionum fuerit perfectus observator. Et talis est praxis Sedis Apostolicæ.

9 Postremò, præter virtutum excellentiam, ut defunctus cum fama sanctitatis beatificari possit, & tanquam Beatus coli, requiritur, perpetrasse miracula, ut notant communiter Doctores *in cap.* 1. *de relig. & ven. Sanct.* & *in d. c. venerabilis de testib.* Nam, ut dicitur Matth. 7. *Aliqui veniunt in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces*, & D. Augustinus *ser.* 44. *ad fratres in eremo*, suadens pro defunctis cum opinione sanctitatis orare, ac offerre suffragia, inquit; *Multi enim fuerunt, qui reputati erant Sancti, & tamen in conspectu Dei, non boni, sed mali inventi sunt.* Ad vitandum ergo deceptionis periculum, &, ut talis defunctus, tanquam Beatus publicè æstimetur, & colatur, evidentia argumenta Ecclesia requirit, *c. ubi periculum de elect. in 6. can. Quintanus* 42. *d.* ac alibi. Ideòque pro ejus beatificatione virtutum probationes non sufficiunt, sed necessariæ sunt miraculorum probationes. Insuper supposita etiam sanctitate defuncti, non omnes, qui sunt in Cœlo, vult Deus, ut in hoc sæculo canonizentur, ac pro Sanctis nominatim colantur, ne cultus, qui debetur Sanctis, multitudine Sanctorum vilescat juxta *can. Episc.* 80. *d. & can. legimus* 99. docentque Ostiens. *in c.* 1. *n.*10. *de reliq. & vener. Sanct.* & Glos. *in c. an. v. Sedis eod. tit. in* 6. Nec propterea Sancti non Canonizati, nec beatificati desinunt in Cœlis habere suam mercedem, & gloriam, ut notat Augustinus, relatus *in can. teneamus* 1. *quæst.* 1. *Erantquidam Christiani, &c.* Expectandum igitur est, ut Deus suis signis, & miraculis ostendat eum, qui verè fuerit Sanctus, & quando velit in hac sua Ecclesia militante nominatim coli.

10 Relevantia verò probationum virtutum, ac miraculorum sunt primò quoad testes, quod scilicet istorum probationes, quæ continentur in processu, sint relevantes, quando non sunt dubiæ, sed certæ; nam probationes dubiæ non relevant, quod probare intenditur, *c. in præsentia de prob. l. neque tales C. de probat.* Imol. *cons.* 96. Hippol. *cons.* 20. *nu.* 8. ac Rota coram Seraph. *dec.* 1103. *n.* 2. Relevant quoque si sint testes idonei, & concludentes, quia istorum depositiones habent eandem vim ac legitima instrumenta, *l. in exercendis C. de fid. instr.* Alex. *cons.* 64. *l.*2. Mascard. *de prob. in procem. quæst.* 6. *concl.* 1095. *n.*3. & Tusch. *tom.* 6. *lit. P. concl.*771. Item, si testes sint in numero copioso. Nam integrum est judicium, quod plurimorum sententiis comprobatur, *c. prudentiam de offic. deleg. Clem.* 1. *de sent. excom. & can. de quib. d.* 20. ac per plures homines veritas relevatur, *l. fin. C. de fideic.*

11 Secundò, quoad miracula. Corroborantur enim, si clarè probentur, esse à Deo, facta ad intercessionem servi Dei, de cujus sanctitate in processu agitur, ac intuitu illius bonitatis, ut tradit D. Thom. 1. *part. quæst.*105. *art.* 8. & parrata sint nedum in vita, sed post ipsius mortem, ut ex Troylo Malvecio Ostiensi Joanne Andrea, & aliis probat Mascard. *concl.* 261. *nu.* 43. Imò sufficere sola miracula post mortem affirmant D. Thom. *loc. cit.* Cassan. *in catal. glor. mundi part.* 3. *consid.* 49. Troyl. *de Canon. Sanct. dub.* 3. *n.* 73. Quia miracula post mortem sunt certa, & indubitata signa sanctitatis. Miracula verò in vita id non habent, quia potuit qui illa fecit, mori in peccato, & damnari, ut probant Troyl. *ibidem*, Contilor. *de Canon. Sanct. c.* 20. *n.* 8. Castellin. *eod. tit. quæst.* 6. ubi plures refert Rotæ relationes, ac Doctores. Maximè, si miracula sint multa ita, ut qui ea patravit, in multis fuerit gloriosus. Tunc enim relevatur causa pro ipsius beatificatione, & Canonizatione juxta illud Eccl. esiast. 44. *laudemus viros gloriosos in generatione sua: Multam gloriam fecit Dominus magnificentia sua à sæculo, homines magni virtute.*

Tertiò, relevantur probationes processus ex publi- 12
ca, & constante voce, & fama de sanctitate, ac virtutibus in gradu heroico servi Dei *Can. si testes* 4. *quæst.* 2. *&* 3. juxta illud Proverb. 10. *Memoria justi cum laudibus, & nomen impiorum putrescet*, & *Psal.* 11. ait Propheta: *In memoria æterna erit justus, ab auditione mala non timebit.* Et de peccatoribus Psal. 9. *Periit memoria eorum cum sonitu.* Ideò, ut Ecclesia aliquem æstimet justum, necesse est, ut cognoscat, an fama illius sanctitatis sit immutabilis, & constans, an verò desierit. Hoc idem asserunt Scacchus *l.* 1. *de nob. & sign. Sanct. sect.* 9. *c.* 5. Cravett. *cons.* 145. *in fine*, ac Tusch. *tom.* 3. *lit. F. concl.* 69. *n.* 17.

Quartò, corroborantur probationes ex devotione 13
populi erga servi Dei reliquias, ex lampadibus, ac cereis accensis ad ejus sepulchrum, ex votis, & tabellis ex argento, ligno, & cera oblatis, servatis tamen Sedis Apostolicæ decretis supradictis. Hæc enim, præsertim in magno numero, arguunt famam sanctitatis, & miraculorum, sive gratiarum illius intercessione juxta illud Evangelii: *Nemo potest hæc signa facere, nisi fuerit Deus cum eo*, & Psal. 38. *Nimis honorati sunt amici tui Deus.* Atque ita colligitur ex *c. audivimus de reliq. & vener. Sanct. & Can. non oportet de consecr. d.* 1. & notant Molf. *in addit. ad quæst. usual.* 10. 2. *consil.* 49. *n.* 10. *& seq.* Contilor. *loc. cit. c.* 22. *n.*7. ac Lezana *consul.*1. *n.*123. *& seq.*

Nec destruit, aut diminuit processus validitatem, si 14
in eo adsit defectus quoad res non substantiales, sed accidentales, ac minimas. Minima enim non sunt in consideratione, *l. scio ff. de integr. restit.* Jas. *in l. sciendum n.* 7. *& seq. ff. qui satisd. cog.* Bald. *in c. Cum adeo n.* 3. *& seq. de rescript.* Cravett. *cons.* 182. *num.* 14. *&* 15. Quod obtinet, etiamsi illa minima sint data pro forma. Quia talis defectus in minimo formæ non vitiat actum, Aretin. *cons.* 68. *num.* 6. Barbos. *in axiom. jur. axiom.* 150. *n.* 3. & similiter quando illud minimum pertinet ad solemnitatem, ut adstruunt idem Aretinus, & Barbosa: quia juxta regulam juris modica non nocent, *c. si proponente* 42. *ubi Glos.* 1. *de rescript.* Tiraquel. *in l. si unquam, v. donatione largitus n.* 107. *C. de revoc. donat.* & in *tract. de judic. in reb. exig. vers.* 29. & de modico non est curandum, *l. si oleum*, §. *fin. cum l. seq. ff. de dol. l. in reb.* §. *possunt, ff. commodati.* Quod tamen limitatur, nisi modica essent essentialia, ut per Ricc. *in prax. for. Eccl. dec.* 39. *nu.* 3. *in* 1. *edit. & resol.* 36. *in* 2. *edit.*

Similiter non derogatur validitati, ac relevantiæ, si 15
defectus illi circa minima suppleantur per æquipollentia. Quia nihil refert, quod aliquid per æquipollentia fiat, dum adimpletur factum, & conditio, *l. fin. ubi Glos. C. de instit.* Glos. *in l. Gallus* §. *& quid ff. de l. & posth.* ubi Bartolus, & alii communiter, & in hac specie processus Canonizationis probat Molfes. *d. tom.* 2. *cons.* 46. *n.* 37.

Multòque minus derogatur hujusmodi validitati, 16
vel relevantiæ, si defectus sint in rebus minimis, quæ valdè difficilè observari possint. Nam secundum jura valdè difficilè æquiparatur impossibilia, *l. nepos procul, ff. de verb. signif. l. si servus ff. de noval. l. divortio ff. de neg. gest.* Bald. *l.* 1. *cons.* 100. Decian. *cons.* 39. *n.* 125. *ac seq. lib.* 2. Impossibilium enim, & valdè difficilium idem est judicium, *l. apud Julianum* §. *constat ff. de leg.* 1. Castellin. *de dilat. Canoniz. Sanctor. pag.* 50.

Pariter non derogatur dictæ validitati, si Ordo præ- 17
scriptus in remissorialibus adamussim non observetur in rebus minimis, ut colligitur ex Ostiensi, Joanne Andrea, Cardinali, & aliis *in cap.* 1. *de reliq. & vener. Sanct.* & ex Panuin. *in relat. Canoniz. S. Bonaventuræ part.* 2. *art.* 7. *ad finem*, ac refert, & sequitur Molfesius *loc. cit. n.* 21.

Non

18 Non etiam obstat dictæ validitati, si in processibus sint adjuncta aliqua superflua, sive non necessaria in rebus modicis, & non magni momenti. Nam, etsi superfluitas semper sit vitanda, ut ait Tusch. *tom.* 7. *lit. S. concl.* 895. *num.* 36. Menoch. *cons.* 81. *n.* 32. nihilominus potius toleratur superfluitas, quàm ut quis damnum indebitè patiatur, Tusch. *ibid. n.* 56. ac Surd. *dec.* 56. *n.* 19. *&* 20. Quia utile per inutile non vitiatur, *l.* 1. §. *item quæritur. ff. de aqu. quot. & æst.* Quoniam ad servi Dei beatificationem, vel Canonizationem duo tantùm sunt substantialiter necessaria, vitæ sanctitas, & miracula patrata, *Can. teneamus* 1. *quæst.* 1. Troyl. *de Can. Sanct. dub.* 3. *n.* 73. Sæpissimè enim Summi Pontifices ad beatificationem, & Canonizationem processerunt sine observatione hujusmodi minimorum, ut probat Molfes. *loc. cit. à num.* 22. in Leone III. quoad Canonizationem S. Guilberti, in Gregor. IV. in Canonizatione Solæ Abbatis, in Adriano II. in Canonizatione S. Vualbergis, in Alexandro III. in Canonizatione S. Eduardi Regis. Et fuit etiam observatum in Canonizatione S. Bonaventuræ, ut ait Panuinus *in relat. part.* 2. *&* 7. §. *hic autem ordo.*

19 In dubio autem facti, an sint observatæ omnes circumstantiæ, etiam minimæ, pro fabricatione processuum, præsumendum est, Commissarios ritè, ac rectè illos construxisse. Tum ob vulgatissimum illud principium juris, quod in dubio de validitate actus, judicari debet pro ejus validitate. Tum etiam quia *in c. bonæ memoriæ de elect.* expressè habetur, quod præsumitur pro iis, quæ à Judice sunt acta. Unde pro Judice semper jura præsumunt, Menoch. *cons.* 100. *n.* 1. *& seq.* ac *de præsumpt. l.* 2. *præsumpt.* 67. & Maranta *de ord. jud. part.* 2. *c.* 6. *tit.* 9. *n.* 21.

20 Quod si in formatione processus sanctitatis, & miraculorum reperti sint aliqui defectus, poterit peti, & concedi nova remissoria pro supplendis ipsis defectibus. Nam Ecclesia in hujusmodi causis procedit ordine judiciario, ut probat Roccha ex praxi sacrorum Rituum Congregationis. Ordo autem judicialis postulat; ut parti concedantur probationes, quando illas petit, & sunt necessariæ ad ostensionem suæ justitiæ, ut docet Farinac. *in prax. quæst.* 77. *n.* 1. alioquin veritas occultaretur.

21 Item quia in causa beatificationis, vel Canonizationis non agitur de alterius personæ, vel fidei præjudicio, sed potius contra de augmento devotionis fidei, Maluet. *de Canoniz. dub.* 3. *n.* 68. Contilor. *eod. tr. c.* 18. *n.* 26. Hinc testis, qui nulliter est examinatus, potest repeti, ut docent Felin. *in cap. per tuas* 48. *n.* 2. *in fine de testib.* ibique Imola *n.* 3. ac Rota *decis.* 720. *n.* 1. *part.* 2. *rec.* & similiter quando est examinatus sine interrogatoriis, permittitur parti petere, quod repetatur, ut notant Speculator *de testib.* §. 6. *n.* 21. *part.* 1. Innoc. & alii apud Contilor. *loc. cit. c.* 25. *n.* 84. Ergo multò magis in causa pia, qualis est ista, repeti etiam possunt iidem testes ad supplendum defectus, si qui fuerint in primo processu, & concedi remissoria ad illum de novo instruendum.

22 Ac demum quia causæ beatificationis, & Canonizationis comparantur causis civilibus, licet in eis cautissimè procedatur, Maluet. *ibid. n.* 65. Contilor. *d.* 25. in causis autem civilibus concedendas esse remissorias pro examine testium, tam absentium, quàm præsentium, tradit latissimè Farinac. *in prax. q.* 77. *c.* 1. *n.* 4. *& seq.* Sed de hoc plenius diximus, cùm alibi de remissoria scriberemus.

CONSULTATIO CLXXXIX.

De proprio Episcopo, ad quem jus singulorum Clericorum ordinationis spectat. Quis olim proprius Episcopus censetur. Prioribus sæculis agnitus Episcopus originis, ac domicilii. Quis antiquitus Episcopus originis. An Episcopis originis consensus semper antiquitus necessarius? Proferuntur exceptiones, ob quas Clericus ab alieno Episcopo ordinari poterat. Rationes legis qua Clerici nonnisi ab Episcopis, à quibus Clerici facti fuerant, ad cæteros gradus promoveri poterant. Quis posterioribus sæculis proprius habitus fuerit Episcopus sacræ ordinationis. De triplici ejus Episcopo, originis, domicilii, & beneficii. Quid de Episcopo familiarem suum ordinante. Discrimina inter nostra, & antiquiora tempora circa Episcopum originis. Laici nonnisi à propriis Episcopis posterioribus sæculis ordinari paterint. Quis Episcopus originis censeatur. Quid de eo, qui natus est in una diœcesi, baptizatus in alia. An Episcopus civitatis paternæ sit Episcopus originis filii. De Episcopo originis infantium expositorum, quorum parentes ignorantur. De Episcopo domicilii tam jure, quàm consuetudine. Quis propriè Episcopus domicilii, præsertim Ultramontanorum. Quid propriè domicilium. De impuberi apud exteros nato, & extra patriam educato. Quid de impuberi. Quave de officialibus regiæ domus, Comitibus &c. Quantum temporis ad domicilium contrahendum requiratur. Quid de Episcopo beneficii jure, vel consuetudine statutum sit. Ubi quid de Episcopo, qui unico contextu confert laico primam tonsuram, & beneficium. Fraudes hujus potestatis restringendæ. Pœnæ in eos, qui alienum subditum ordinant, vel ab alieno Episcopo ordinantur. An irregularis qui ab alieno Episcopo ordinatus ordinis suscepti functiones exercet. An ignorantia excuset. De transmarinis non ordinandis, de Græcis à Latinis non ordinandis. De Ultramontanis ab Italo Episcopo non ordinandis. De Episcopo proprio Regularium quoad sacros Ordines. De Romani Pontificis circa ordines potestate. Ubi ordinantium, & ordinandorum fraudibus occurritur.

CErtum omninò est, Clericos quoscunque alicui 1
Ecclesiæ adscriptos, ab alio postea Episcopo ordinari minimè olim potuisse. Canones enim antiqui passim id vetant, tum etiam Summorum Pontificum. Ex Canonibus Conciliorum celeberrimus est iste Concilii primi Nicæni *can.* 16. *Si quis autem ad alium pertinentem audaciter invadere, & in sua Ecclesia ordinare tentaverit, non consentiente Episcopo, à quo discesserit is, qui regula mancipatur, ordinatio hujus modi irrita comprobetur.* Geminus huic Canonis Sardiensis 15. qui ab Hosio propositus, ab omnibus Patribus, tanquam decretum immobile, probatus legitur, ut *siquis Episcopus velit ex alia paræcia, velut alienum ministrum, sine consensu proprii Episcopi in aliquo gradu constituere, irrita, & infirma hujusmodi constitutio existimetur: si qui autem hoc sibi ipsis permiserint, à fratribus, & Coepiscopis admoneri, & corrigi debent.*

His consentiunt plura alia Conciliorum, & Summo- 2
rum Pontificum decreta, quæ in singula quæque Ecclesiæ sæcula ob eorum multitudinem referenda sunt. Exordiamurà quarto Ecclesiæ sæculo, tum quod reddita eo sæculo Ecclesiæ pace, res Ecclesiæ in iis, quæ ad disciplinam spectabant, attentiùs componi cœperint; tum quod priori sæculo Calisti Primi, & Sixti Secundi Epistolæ, quæ Episcopis Clericum alterius Ecclesiæ ordinare vetant, dubiæ sunt fidei. Hoc autem sæculo Summus Pontifex Julius *Epist.* 3. *cap.* 6. ex Niceno legem istam adducit, ut nemo alterius Clericum ordinare præsumat, quem secutus Syricius *Epist.* 4. *c.* 6. ad Africanos, religiosè sanxit, *ut de aliena Ecclesia ordinare Clericum nullus usurpet.* Concilium Tauritanense *can.* 6. *nec illud permittendum fuisse*, putavit, *quod Synodi sententia definitum est, ut Clericum alterius secundum statuta Canonum nemo suscipiat, neque suæ Ecclesiæ alio gradu audeat ordinare.* Concilium Carthaginense primum *can.* 1. sub Julio habitum, idem confirmat. Similiter quoque Carthaginense tertium *can.* 21. itemque Africanum *can.* 20. sub Anastasio, quod utrumque decrevit, *ut Clericum alienum, nisi concedente ejus Episcopo, nemo accedat vel retinere, vel*

promovere, in Ecclesia sibi credita; Clericorum autem nomen, etiam Lectores, & Psalmista, & Ostiarii retinent. Ideòque Epigonio Episcopo proponente, in multis Conciliis definitum, ut Clericum alienum nullus sibi præripiat Episcopus, præter ejus arbitrium, cujus fuerit Clericus, idem Concilium Carthaginense *can.* 44. assensit, & secundum hanc propositionem de causa inter ipsum, & Julianum Episcopum, à quo sibi injuriam factam conquerebatur, judicavit.

3 Quinto sæculo Innocentius primus *Epist. 2. ad Victric. can.* 7. Syricii canonem iisdem, quibus ille verbis exprimit, his solum additis, *nisi ejus Episcopus precibus exoratus concedere voluerit.* Quibus literarum dimissorialium usus comprobatur. Concilium Teleptense in Africa eandem Syricii definitionem comprobavit, dum Syricii Epistolam legi curavit, & observandam mandavit. Arausicanum primum *can.* 8. *non sine consultatione ejus Episcopi, cum quo ante habitavit,* quamvis Clericum ordinari permittit. Adstipulatur Andegavense *can.* 9. *Aliis quoque Episcopis aliorum Clericis gradum augere,* inquit, *non liceat.* Venetic um *Episcopi quoque ab aliis Episcopis ordinatos Clericos, sine permissu eorum, à quibus fuerint ordinati, promovere ad superiorem ordinem non præsumant, ne concordiam fraternam injuria illata contaminet.* Quibus omnibus adde tum Leonis primi Epistolam ad Rusticum *resp.* 1. tum Gelasii primi Epist. ad Episcopos per Lucaniam 1. *aliàs* 9. *cap.* 6. tam etiam Milevitani secundi Concili *capit.* 15. sub Innocentio Primo.

4 Sexto sæculo Synodus Valentina prima *can.* 6. in Hispania tempore Summi Pontificis Hormisdæ. Arvernensis sub Agapito Papa *can.* 10. Aurelianensis quinta *can.* 5. sub Vigilio Papa, Bracharensis 1. *can.* 26. iis conformiter edixerunt, & suis verbis superiorum Conciliorum sententiam explicant, quæ Episcopi proprii consensum licentiamque requisierunt, quam nonnisi scriptis signo Episcopali munitis exaratam Bracharensis tradi voluit, sive ut Episcoporum aliena jura invadentium, & Clericorum ad Ordines sacros jure, vel injuria admittentium temeritas, atque audacia redargui, ac coerceri posset, sive ut remedium provideretur, tam contra horum mendacia, & fraudes, quàm illorum nimiam credulitatem, & incautam simplicitatem.

5 Septimo sæculo Concilium Cabilonense tempore Martini Papæ Secundi *can.* 13. Toletanum 13. *can.* 11. Synodus quoque sexta in Trullo habita circa finem hujus sæculi, vel initium sequentis *can.* 17. quo Canone præterquamquod consentientem præcedentibus Canonibus sententiam tenemus, insuperque literarum dimissoriarum nomenclaturam accipimus.

6 Octavo sæculo decretum legimus in Concilio Romano primo sub Zacharia *can.* 11. Inter capitula quoque ab Hadriano Papa tradita Angilramno, Mediomatricæ Vrbis Episcopo illud reperimus, quod à Julio Primo excerptum dici potest, *Epist.* 2. *Nullus Episcopus alterius parochianum præsumat retinere aut ordinare absque ejus voluntate, vel judicare. Quia sicut irrita erit ejus ordinatio, ita & judicatio.* Capitulare Caroli Magni, quod anno regni ejus undecimo congregatis in unum Episcopis, Abbatibus, Comitibusque editum est, sanxisse fertur, *ut nemini liceat alterius Clericum recipere, nec ordinare in aliquo gradu sine commeatu Episcopi,* hoc est sine ejus licentia. In Capitulare quoque Aquisgranense *capit.* 56. *& lib.* 1. *cap.* 56. decretis Leonis, & Sardicensi Concilio sancitum refertur, *ut Episcopus alterius Clericum ad se non sollicitet, nec ordinet.*

7 Nono sæculo sub eodem Carolo, ejusque filio Ludovico Pio varia Concilia habita sunt, quæ eandem disciplinam firmarunt. Omitto Arelatense sextum *cap.* 24. Mogunciatum *capit.* 31. Turonense tertium *capit.* 15. & alia, in quibus Clerici fugientes à suis parochiis plectuntur. Omitto etiam Concilii Cabilonensis secundi prohibitionem *capit.* 42. ne Clerici sine literis Episcopi sui commendatitiis recipiantur. Omitto quoque Aquisgranensis Concilii definitionem sub Ludovico Pio, quod ex Leonis Papæ decretali, & Africano Concilio alienum Clericum nec suscipi, nec sollicitari, nec præcipi permittit, *nisi forte ex placito charitatis id inter dantem, accipientemque conveniat, seu præter ejus arbitrium, cujus fuerit Clericus;* solumque refero prædictam Gelasii primi sanctionem Vuormatiensi sub Hadriano Secundo, & Ludovico Pio probatam fuisse, jussamque in usu observari. In Concilio quoque Meldensi *can.* 51. sub Carolo Calvo statutum, *ut Clerici, qui cum senioribus suis de aliis provinciis veniunt, si ab hujusmodi hominibus ad ordinandum offeruntur, instrui debeant, ut ad Episcopos, ex quorum parochiis sumpti sunt, eos remittant, & aut ibi ordinentur, aut litteras canonicas ab Episcopo, ex cujus diœcesi sunt, perferant, sicut canonica docet auctoritas.* Neque enim visum est in re tanti ponderis, & momenti seniorum testimonio credi debere. Statuitur itaque, ut ipsi moneantur de Clericis, quos secum adduxerunt ad Episcopos, à quibus creati sunt, remittendis, quatenus vel ab ipsis ordinentur, vel dimissorias ab eis litteras accepturi jus postea, & libertatem ordinationis ab alieno Episcopo suscipiendæ consequantur. Quibus adiungo in Concilio Moguntiaco sub Stephano Sexto, quod alii quintum dicunt, tempore Arnulphi, Germaniæ Regis *capit.* 14. duplici canone legem istam roboratam. Uno, quo Hadriani Papæ prædictum capitulum refertur, & exscribitur de non judicando, neque ordinando alterius parochiano ab uno Episcopo. Altero, quo statuitur *cap.* 15. ut, *siquis Episcopus judicaverit, vel ordinaverit alterius parochianum sine consensu, & voluntate sui Episcopi, oporteat non sine increpatione communi Concilio admitti ita, ut ecclesiasticum ultra non solvat canonem.* Item in Concilio Triburiensi sub Formoso Papa *cap.* 28. legem eandem fusius probatam, & plurium canonum authoritate confirmatam. Ita Nannetensi tandem *capit.* 17. interdictum omnibus ministris Ecclesiasticæ dignitatis, *ut nullus quocumque munere, aut favore corruptus Clericum alterius parochiæ lateret, aut furtivè ad ordinationem introducere præsumat.*

Idipsum in subsequentibus sæculis statutum, ac observatum est. Gregorius enim Septimus, acer, & constans pro domo Dei Pontifex, qui vineam Domini degeneratam in labruscam, repastinavit, in quodam Concilio Romano *cap.* 24. præcepit, *ut ordinati ab alio, quàm à proprio suo Episcopo, non recipiantur.* Qui pariter in Concilio Romano quinto ordinationes, quæ ab his, ad quos pertinent, non comprobantur, infirmas, & irritas diiudicavit. Vrbanus Secundus, contra Canones esse statuit, si quis alienos Clericos Episcopus ordinarit, eosque ordinatos ab Episcopo proprio vendicari posse affirmat, in hæc verba Lugdunensi Archiepiscopo rescribens *can. Lugdunensis* 9. *quæst.* 2. *Lugdunensis parochiæ Clericos, quos contra statuta Canonum ab alterius parochiæ Episcopis ordinatos literarum tuarum significatione monstrasti, cum gradumm suorum honore recipere religionis tuæ prudentia poterit, si eos aliàs Canonicè, & sine pravitate aliqua ordinatos constiterit; si tamen eorum probabilem vitam id indulgentia profuerit promereri.* Post hæc etiam tempora decretum extat Honorii tertii hoc ipsum prohibentis *in cap. fin. de Cleric. peregr.* quo tamen canone non satis constat, an veter Honorius ex aliis civitatibus Episcopalibus oriundos in Clerum admitti, an verò ab alio Episcopo admissos ordinati. Posterius videtur forsan ab Honorio fuisse intentum. Quia hoc maximè à Sanctis Patribus vetitum fuit. Prius tamen magis consonum est verbis Honorii. Quodcumque autem definierit in hac lege dispensandi Archiepiscopis videtur concessam agnovisse facultatem.

Ex his autem Ecclesiæ decretis manifestè innotescit 9 quàm

quam sollicitos fuisse priorum sæculorum Antistites, ut cavarent, ne quem quis Episcopus Clericum fecisset, alius sibi vendicaret, & in suum Clerum transferret. Agnitos tamen fuisse Episcopos domicilii, & originis, ipsisque aliquid delatum hic ostendendum est. Primum id patet tum ex Concilio Arausicano primo *can.* 8. & 9. quod habitationis Clerici habendum esse rationem innuit, ut Clericum aliquem Episcopus ordinare possit. Tum iis exemplis, quibus mox ostendemus, plures extraneos ab Episcopis ordinatos fuisse, solo scilicet domicilii jure. Sic Hieronimum apud Orientales habitantem Paulinus Antiochiæ Præsul ordinavit. Paulinum Nolanum apud Hispanos degentem Lampius Barcinonensis. Alios alii peregrè degentes, de quibus infra.

10 Episcopi quoque originis aliquam habitam fuisse rationem plura ostendunt. Concilium Carthaginense primum tempore Julii Papæ celebratum *can.* 5. relatum *in can. Primatus distinct.* 1. id non obscurè expressit, proponente siquidem Primato, seu Privato Episcopo Vegeselitano, ut statueretur, *non licere Clericum alienum ab aliquo Episcopo suscipi sine literis Episcopi sui, neque apud se retinere, nec laicum usurpare sibi de plebe aliena, ut eum obtineat, sine conscientia ejus Episcopi de plebe cujus est.* Gratus Carthaginensis dixit: *hæc observantia pacem custodiat. Nam & memini in Sanctissimo Concilio Sardicensi similiter statutum, ut nemo alterius plebis hominem usurpet; Sed si forte erit necessarius, petat à collega suo, & per consensum habeat.* Videtur autem his verbis Gratus Concilii Sardicensis *can.* 15. sententiam nobis explicare, non quidem repugnantem Canoni Sardicensis, sed aliam ab ea, quam Canonis ipsius verba exprimant. Nam Sardicensis Canon superius citatus de alieno solum ministro ab Episcopo alterius paræciæ non ordinando loquitur; sed aliquid fortè præterea amplius intendit, ut nec de aliena plebe laicum ab Episcopo Clericum fieri exoptaret, Poterat enim mentem Concilii Sardicensis Gratus optimè notam, & perspectam habere, qui nempè teste Athanasio *apol.* 2. cum triginta aliis Atticanis interfuerat, & ipsi subscripserat. Unde Julius quoque primus in rescripto contra Orientales pro Arhanasio, sub quo Concilia Sardicense, & Carthaginense primum habita sunt, ex Nicæno hoc statutum retulit, *ut nullus Episcopus alterius parochianum præsumat retinere, aut ordinare absque ejus voluntate, vel judicare, quia sicut irrita erit ejus ordinatio, ita & judicatio.* Ex quo decreto intulit Ostiensis *in sum. de temp. ord. numero* 5. quod sicut nec Clericus, nec laicus ab alieno Episcopo potest judicari, ita nec ordinari. Simile autem decretum edidisse fertur Calistus primus *Epist.* 2. relatum à Gratiano *can.* 1. 9. *quæst.* 2. qui diù ante Julium sedit. Julii porrò decretum iisdem verbis Hadrianus primus suis responsis servandum præcepit, ut supra vidimus. Antiochenum Concilium sub eodem Julio habitum Canonem edidit, qui decimus tertius est, quo hæc disciplina stabilita possit intelligi. Quamvis enim eò præsertim collimet, ut ordinationes extra terminos suæ diœceseos unicuique Episcopo facere prohibeat, videtur tamen ex eo canone pariter argui posse, Episcopis non licere quemquem ex alienis Ecclesiis ad quodlibet Ecclesiasticum ministerium assumere; sicut etiam alium Aurelianensis tertii *can.* 15. qui pariter profectiones Episcoporum in alienas diœceses ad Clericos ordinandos prohiber.

11 His adjicimus de quibusdam ex remotis Provinciis venientibus non ordinandis, neque in Clerum cooptandis vetera Summorum Pontificum decreta. Sylvestri primi in Synodo Romana Præsidentis *can.* 1. *distinct.* 98. & Anastasii primi ad Episcopos Galliæ, & Germaniæ *Epist.* 1. *c.* 2. *can. transmarini ead. dist.* de transmarinis hominibus non ordinandis. At singula- 12 ria hæc fortè dici possunt, neque ad singulos ex aliena diœcesi oriundos extendenda. Quinimò vereor, ne aliquid ex es, quod specialiter iis à non suo Episcopo ordinari prohibitum sit, inferre audeat aliis generaliter esse concessum; quippè cùm specialis prohibitio videatur inutilis, si generali concludatur; qui enim hoc sibi persuadeat id ipsum confirmare ex eo poterit, quod iis consentiens Gregorius *l.* 2. *Epist.* 25. relata *in can. Agros eod. dist.* quasi non prohibitum sit ab alienæ civitatis Episcopis laicos ordinari, non ideò Afros, quod alienæ diœcesis essent, Episcopo Squillatino ordinare prohibeat, sed quia *Afri quidem aliqui Manichæi, aliqui rebaptizati* esse solerent, eo quod nempè ex iis plurimi Donatistarum errorem sequerentur, iis tamen addo cæteras leges, quæ peregrinos promoveri non finebant, quas sanè leges Ecclesiæ utilissimas fuisse non dubium est, præsertim cùm periculum esset, ne qui è dissitis regionibus veniebant, & alibi nati, alibi commorati diutiùs fuerant, quantumcunque etiam per aliquot annos frugi ac innocentes apparerent, aliquam vel in tenera ætate irregularitatem contraxissent, vel simulatam, larvatamque pietatem habuerint, neve virus suum, quod in patria effudissent, aliquandiù occultarent, cujus rei exempla habemus in Cerdone apud Epiphanium *hæres.* 4 *de Cerdone*, in Valentino, de quo Irenæus *lib.* 4. *c.* 4. Eusebius *lib.* 4. *capit.* 10. in Marcione apud Tertullianum *de præscript. capit.* 50. *& lib.* 3. *contra Marcionem*, quorum primus ex Syria, alter ex Ægypto, tertius ex Ponto Romam venientes, simulantes Catholicam fidem in Ecclesiam recepti sunt; in Montano apud *Tertul. cap.* 1. adversus Praxeam, cui Anicetus Papa literas communicatorias, quasi veræ, ac sinceræ doctrinæ viro dederat, quas adveniens Praxeas, qui Summum Pontificem de turbatis ab eo Asiæ & Phrygiæ Ecclesiis edocuit, revocare coegit; in Eustatio Sebatteno hæretico apud Socrat. *libr.* 4. *capit.* 11. qui Romam veniens à Liberio Pontifice dolosè communionem surripuit. Adde solam rationem Gregorii *loc. cit.* quæ in omnibus peregrinis valere potest: *Peregrini*, inquit, *plurimi etiam in minoribus ordinibus constituti, fortiores de se prætendisse honores sæpè probati sunt.*

Celebre autem exemplum extat ordinationis Origenis, quem virum tanta eruditionis gloria prædituum, tanta sanctitatis laude nobilem, qui tot annorum in schola Alexandrina cum Orbis admiratione, & Antistitis sui approbatione, absoluto curriculo, confessionis etiam gloria illustris, non poterat non Sacerdotio dignus videri. Itaque, cùm, ut ait Hieronymus *de script. Ecclesiast. in Origene*, *jam mediæ esset ætatis, & propter Ecclesias Achaiæ, quæ pluribus hæresibus vexabantur, sub testimonio Ecclesiasticæ Epistolæ Athenas per Palestinam pergeret, à Theoctisto, & Alexandro Cæsareæ, & Hierosolymorum Episcopis presbyter ordinatus est*; qui tamen occulto recipiendæ ordinationis impedimento non vacabat. Nam Canones Apostolici 21. & 22. eum, qui sibi virilia amputasset, Clericum fieri aut ministrare vetabant. Origenes autem apud Eusebium *lib.* 6. *capit.* 7. & Epiphanium *hæres.* 64. juvenili impetu ductus quo & castitatem tutiùs servaret, & calumniandi causam Ethnicis adimeret, virilia sibi absciderat. Quæ fortè occasio fuerat, cur tandiù sine presbyteratus dignitate à suo Episcopo relinqueretur. Alexander autem, & Theoctistus testimonium Demetrii sequuti, quod secundum antiquum morem peregrè proficiscentibus dari solitum secum haud dubiè Origenes detulerat, in quo nulla, ut verosimilius est, ejus ordinandi cuiquam licentia concedebatur, nulla eidem pro sacerdotali dignitate consequenda testificatio suffragabatur, sed ejus dumtaxat mores, eruditioque, & exantlati pro Catholica

fide

fide labotes commendabantur, simplicius forsan quam par esset, quantumcumque teste Hieronymo *de script. Eccles.* in Alexandro, eo se testimonio Alexander tueretur, *quasi juxta Demetrii testimonium eum presbyterum constituerit*, Origenem presbyterum consecrarunt. Ex qua ordinatione variæ turbæ natæ sunt, dum Demetrius Origenis irregularitatem notam facere compulsus, ferventius fortasse, quàm par esset, adversus eum excanduit quam ob causam videtur arctioribus verbis ab Hieronymo *ibidem in Origene* pungi, à quo nempè *tanta* in Origenem *debacchatus dicitur insania, ut per totum mundum super ejus nomine scriberet.* Ex altera verò parte tum Origenes ipse adversus Demetrium pro sui defensione armaretur, multique ejus studiosi invidiam Demetrio conflare conarentur. Quæ privatæ offensiones non solum Valesiorum, seu Eunuchorum sectæ, verum pertinaciæ ejusdem Origenis in suis erroribus tuendis occasiones fortè fuerunt, quos nempè cùm vidisset à Demetrio, aliisque Episcopis damnatos, ratus ex invidia, & simultate Demetrii in ipsum eam damnationem provenisse, ipsorum defensionem ex hac fortè causa pertinacius amplexus est, Hieronym. *adverſ. Ruffinum. l.* 1.

Observandum hic autem est, Episcopum originis
33 eum ordinatiè existimatum ab antiquis, non qui Episcopus esset loci, à quo quis ordinandus esset, sed in cujus quis diœcesi spirituali regenerationis lavacro in Ecclesiam receptus foret, cujus rei plurima ex Conciliis eruuntur argumenta. Primum ex Concilio Eliberitano *capit*, 24. relato *in can. ult. distinct.* 98. disertè id explicante his verbis: *Omnes, qui peregrè fuerint baptizati, eo quod eorum minimè sit recognita vita, placuit ad Clerum non esse promovendos in aliena provincia.* Rectè quidem. Cùm enim vitæ ante baptismum actæ maculas baptismus diluerit, irregularitatesque omnes ex crimine provenientes sustulerit, parum refert, quomodo quis ante baptismum vixerit, ideòque vitæ post baptismum actæ habenda præsertim ratio est. Quare peregrè baptizatos, de quibus qualiter post baptismum vixerunt, non constat, ad Clerum non esse recipiendos Canon Eliberitanus statuit.

34 Alterum argumentum petitur ex Concilio Carthaginensi 3. *can.* 44. & Africano *can.* 28. Episcopus Bullensis triplici titulo sibi ereptum restitui petit Clericum. Primò titulo baptismi, quod ab ipso baptisatus esset. Secundò domicilii, quod multo tempore cum ipso habitasset, & ab ipso nutritus fuisset. Tertiò ordinis, atque officii, quod ab eodem ordinatus esset Lector, quo munere jam per duos annos in Mapalitanorum parochia sibi subdita, (ut explicat Zonaras *in c.* 58. *Cod. can. Africani*, & Balsamon in *can.* 59. & Canonis verba, quæ ab ipso hunc ordinatum ostendunt significare videntur) perfunctus fuisset.

35 Tertium argumentum petitur ex S. Paulini Nolani Episcopi, quæ habentur in Epistola ejus 45. ad Alipium, verbis, ex quibus tria eruuntur in præsenti quæstione maximè notanda. Primum, parum aliquando curasse hanc legem Episcopos de non ordinandis iis, qui aliunde oriundi essent, sed peregrinos nonnunquam, & à se non baptizatos, boni nominis, & cognitæ virtutis, plebe petente, atque urgente, ordinasse. Aterum, quod obscurius est, aliquos Clericos repertos fuisse, qui ab uno Episcopo baptizari, ab altero ordinari, ab aliquo alio, tanquam proprii suarumque Ecclesiarum Clerici vendicarentur. Quod proprium erat eorum, qui per vim ordinati fuissent, & in ordinatione sua profiterentur se Ecclesiæ Episcopi illius, à quo fuissent ordinati, addici nolle, ut possent quem vellent Clerum eligere, eique annuente illius Cleri Episcopo adcenseri possent, eoque modo Paulinus ordinatus fuerat, ut ex ipsius testimonio *in Epistola 6.* ad Severum patet. Tertium, quod huic loco magis convenit, in ordinatione cujusvis Clerici habitam fuisse rationem Episcopi, à quo quis aptizatus fuisset; alias enim frustra Delphini, à quo baptizatus erat, mentionem fecisset Paulinus, nisi non obstante eo, quod obstare aliquando solebat, se ab Ambrosio in Clerum Mediolanensem, non à Delphino, aut ejus successore in Burdigalensem vendicatum significare vellet; quemadmodum non obstantibus regulis ecclesiasticis de non vendicando Clerico alieno, ipse se ab Episcopo Barcinonensi presbyterum creatum, Clericum tamen Mediolanensem fuisse scribit. Unde cum ibi Delphini Burdigalensis meminerit, quod ab eo baptizatus sit, non quod in ejus civitate Burdegala, è qua tamen oriundus erat, natus sit, in ordinatione non tam Episcopi loci, in quo quis natus, quàm à quo baptizatus quis sit, haberi rationem ostendit. Quod quidem piè, ac religiosè Sancti illi Patres sentiebant, ut eam potius patriam nostram esse ducerent, quæ nos immortalitati genitos æternæ lucis obtinendæ capaces primum videret, quàm quæ mortales brevi lucis usura fruituros exciperet. Quam ipsorum sententiam sequutus Francorum Rex S. Ludovicus, cum Pisciaci baptizatus fuisset, Pisciacensem se sæpè inscripsit.

Verum non semper Episcopi originis, sive loci, in 16
quo quis baptizatus esset, sive in quo in lucem primium editus, habitam fuisse rationem, tum Concilii Arausicani primi canon octavus ostendit; tum exempla plurima demonstrant. Concilium quidem Arausicanum postquam de non promovendo Clerico alterius diœcesis sine consensu Episcopi sui legem confirmavit, laicos aliarum diœceseon ordinati permittit sequenti Canone 9. *Si qui autem alienos cives, aut alibi consistentes ordinaverint, nec ordinati in ullo accusantur, aut ad se eos revocent, aut gratiam ipsis eorum impetrent, cum quibus habitant.* Quibus verbis ostendit, obligari Episcopos, qui alienos cives ordinant, dummodo ipsi in nullo accusentur, nec ullum crimen, vel impedimentum Canonicum ab eorum originis Episcopo, vel alio eis obiiciatur, quo casu à Clero deponi deberent, obligari, inquam, ut vel in Clericorum suorum numerum eos recipiant, vel eos ab Episcopo in cujus diœcesi habitant, recipi procurent, ne scilicet vagantes, & acephali remaneant.

Innumera verò exempla hanc consuetudinem osten- 17
dunt. Ut enim taceamus Origenis Alexandrini, & Alexandriæ baptizati, & Paulini, patria Burdegalensis, & à Delphino Episcopo Burdegalensi baptizati supra memorata exempla, quorum hic à Lampio Episcopo Barcinonensi, ille ab Episcopis Palestinæ presbyter ordinatus est; Omittimus etiam tot Summos Pontifices è Græcia oriundos, qui vel Romæ baptizati, vel pro suprema Romani Pontificis authoritate in Romanum Clerum allecti dici possunt, alios proferimus, in quos excusationes istæ non cadant.

Martinus, Sabariæ in Pannonia natus, quem ex ver- 18
bis Sulpitii Severi in vit. Sancti Martini *cap.* 2. & *cap.* 4. Paulini *lib.* 1. vita Sancti Martini, probabiliter deducimus in urbe Ambianensi baptizatum, cùm ad Hilarium, rejecta postea militia, testimonio ejusdem Severi, ac Paulini, primum accessisset, *tentavit idem Hilarius impositio Diaconatus officio sibi eum arctius implicare & ministerio vincire divino.* Sed cùm istud onus ex humilitate refugeret, Exorcistam creavit, ejusque ipse se Clericum gessit, adrò, ut ei ab exilio revertenti, Romam utque occurreret, & cum eo ad Urbem Pictaviensem rediret. Qua narratione compertum habemus, Clericum quidem ab Episcopo ordinante vendicari, & suæ Ecclesiæ addi, patriam autem, vel baptismalem locum in ordinatione minimi tunc momenti visa fuisse. Cætera prosequamur. Epiphanii, qui apud Cyprum Constantiæ, quam alii Salaminam vocant Episcopus ordinatus est, ut ex vita Sancti

Epiph.

Epiph. *tom.* 2. ejus operum Hieronymi, qui Stridonis oppido natus in Dalmatia, Romæ probabiliter creditur baptizatus, à Paulino Antiochiæ Episcopo, presbyter ordinatus est ex vita Hieron. *& Epistol. ejus* 57. 58. *&* 61. Pauliniani ejus fratris, qui ab Epihanio Cyprio, ut ex *Epistol.* 60. *Epiph.* inter Epistol. Hieron. *&* *Epist.* 61. Hieron. ad Pammach. Ephrem, diaconi Syri, quem aliqui à Basilio presbyterum creatum ferunt, ut Amphiloch. in vita Basil. Augustini, qui patria Tagestensis, Mediolani Baptizatus, à Valerio Hipponensi presbyter factus est, Possid. *in vita August.* & ipse August. *in lib. confess.* Alexandri, qui ex Curia, & Senatu Cyrenensis, vitam solitariam professus, diaconatu dignus habitus, à Joanne Chrysostomo Basinopolis postea Episcopus creatus est ex Synesio *Epistol.* 66. Theopolo. Piniani nobilis Romani, qui cum Hipponem regium Augustini visitandi causa primum accessisset, à populo jurare coactus est, Clericatum se in alia Ecclesia non recepturum, ut ex Augustini *Epistol.* 225. *de ordinat. Piniani.* Sancti Patritii, qui ex sancti Martini Turonensis sorore natus, & nobili Britanno, ab eodem Martino Clericus ordinatus, quadriennium sub ejus institutione transegit, inde à sancto Hermano Antissiodorensi litteris sacris imbutus, & Diaconus factus, à Cælestino primo Antistes consecratus, in Scotiam, & Hiberniam Evangelii prædicandi gratia missus est ex Polich. *lib.* 4. *cap.* 29. Girard. Silu. *in topogr.* Sigebert. *in chron. Florileg. ab anno* 491. Prob. *in vita Sancti Patritii*, & aliis. Fulgentii, qui in Leptensi civitate natus, & baptizatus, à Victorino Episcopo, quo eum sibi arctius devinciret, Sacerdos ordinatus est, ut ex Auctore vitæ sancti Fulgentii apud Sur. 1. *Jan.* Vualfridi Angli, quem Delphinus Lugdunensis in Clericum attendit ex Beda *lib.* 5. *cap.* 10. Evagrii Ægyptii, quem Gregorius Nazianzenus Constantinopoli diaconum ordinavit, ut ex Socrat. *lib.* 5. *cap.* 18. sancti Majoli Archiepiscopi Mediolanensis, de quo Ennodius in panegyr. quem tamen in Clerum primum Mediolanensem allectum Archiepiscopum postea assumptum fuisse ex eodem Ennodio constat. Eusebii Episcopi Mediolanensis, de quo idem Ennodius *in panegyr. de amico Domini Eusebio Pontif.*

19 Religiosius ergo, & accuratiùs servabatur, ne quem nullus Episcopus ab alio Episcopo consecratum, sibique per ordinationem vendicatum, & ut supra diximus, alligatum, ad altiorem gradum promovere auderet. Cùm enim hæc regula Ecclesiastica servaretur, ne quis absolutè, id est sine titulo Ecclesiastico ordinaretur, neve quis titulum, cui adscriptus esset, unquam, nisi consentiente Episcopo suo, desereret. Hinc fiebat, ut Clericum ab aliquo Episcopo ordinatum nullus alius Episcopus sibi arrogare posset, nullus ab Ecclesia sua removere, nullus alteri addicere præsumeret. Hinc tot Canonibus, tot Ecclesiasticis legibus cautum, ne quis alienum Clericum aut recipere, aut ordinare, aut occultare auderet. Hinc tot pœnis, tot censuris tam ordinantes alienum Clericum, quàm ordinatos ab alieno Episcopo, alio scilicet ab eo, à quo primum in Clerum allecti sunt, perculsos supra, legimus, cum nullam in ordinantes alterius Civitatis laicum, inflictam pœnam legamus, solummodo ordinationem irritam, sicut & judicationem ab eo, qui alterius parochianum ordinarit, aut judicarit, declaratam advertimus in dubiis quibusdam Calixti, & Julii primi Epistolis.

20 Exceptiones autem, ob quas nimirum Clerici ab aliquo Episcopo ordinati, ab alio ad altiores gradus promoveri possent, præter superius assignatas variæ erant. Prima hæc erat, si vacantes essent Ecclesiæ, & ab hostibus devastatæ Provinciæ, in quibus ipsi ordinati erant. Nam quemadmodum in eo casu Episcopi istatum Provinciarum ad alias Ecclesias vocari consueverant, ita & Clericos earumdem Ecclesiarum aliis Ecclesiis addici æquum erat, ne vel in suscepto ministerio otiosi esse sinerentur, vel acephali diutius remanerent. Hos excipit Chalcedonense Concilium *can.* 20. reliquos autem ab aliis ordinatos, sicut & ordinantes severa excommunicationis sententia constringit; donec Clericus ad Ecclesiam suam reversus fuerit. Id tamen postea passim ab omnibus inferioribus Episcopis minimè præsumptum fuisse, nisi accedente suprema authoritate, ostendit illa Gregorii primi Epistola in. *l.* 5. ad Fortunatum Neapolitanum. 21

Altera fortè erat, cùm quis ex alieno clerico ad Episcoparum raperetur. Nam ad hoc, ut aliqui ex alieno Clero, & ab Episcopis alterius Provinciæ ordinati, in alia Provincia ad Episcopalem dignitatem promoveri possent, non habitam fuisse semper hujus concessionis rationem plura exempla ostendunt eorum, qui in aliena Provincia degentes ad Episcoparum rapti sunt, continuoque consecrati, quorum fortè rapientium zelus excusari potuit, præsertim ubi divinæ voluntatis judicia plurima affulgerent, vel Metropolitani, seu Primatis, cæterorumque ejusdem Provinciæ Episcoporum authoritas accederet. Quod in Fulgentio Leptensi cive, in Victorum regione presbytero ad Ruspensem Ecclesiæ regendam rapto, in Martino Pictaviensis Ecclesiæ Clerico ad Turonensem Episcoparum evecto, & aliis passim notatis,

Tertia ratio erat præsumpta Episcopi proprii vo- 22
luntas, ex qua Clericos alterius diœcesis ab aliis Ecclesiis interdum ordinatos comperimus; supradiximus Origenem eo ferè modo ordinatum, qui cum vitæ suæ, & morum à suo Episcopo laudatrices, & commendatrices epistolas gereret, ab Episcopis Palestinæ ex præsumpta Episcopi ipsius voluntate ordinatus est. De Epiphanio quoque idem dicimus, quem alienæ paræciæ clericos ordinasse historici referunt, ut Socrat. *lib.* 6. Tripart. *lib.* 10. *cavit.* 11. Niceph. *lib.* 13. *capit.* 21. hocque sibi muruo Cypri Episcopos libenter concessisse ipse Ephiphanius testatur epistol. adversus errores Joannis Hierosolymitani inter Epistol. Hieronymi 60. Quam malè tamen hæc ipsi cesserint, docet Joannis Hierosolymitani ob id adversus eum querelæ, ut ex Hieron. Epist. 61. & Chrysostomi accusationes apud Socratem supra. Hæc tamen exemplo fretus Urbanus Secundus, indulgendum cum iis putavit, qui ab alieno Episcopo ordinati fuerint, & ab Episcopis suis in eo, quem malè adepti sunt gradu recipi posse, si inculpatæ vitæ fuerint, aliasque canonicè eum gradum obtinuerint, jam tunc Clericorum in suis Ecclesiis stabilitate concussa, permisit, quos strictiori vigente disciplina Ecclesiastici canones alii quidem excommunicationis, aliis suspensionis sententia feriebant, ut *can. Lugdunensis* 9. *quæst.* 2.

Rationes autem, ob quas tantoperè cavebant an- 23
tiqui Patres, ne Clericus ab alio, quam à suo Episcopo ordinaretur, variæ ex prædictis colligi possunt. Prima sit studium pacis inter omnes Ecclesiæ Antistites servandæ; pacis siquidem inter eos violandæ maximam occasionem fore putabant, si eundem Clericum diverti ad se raperent Episcopi, alterque alteri Clericos, quibus instituendis, & formandis multam operam dedisset, invideret.

Secunda ratio, quæ ex verbis Synodi Venericæ *can.* 24
pari. 10. ea est, *ne concordiam fraternam injuria violata contaminet*, quod nempè injuria fiat Episcopo, si quis ab eo ordinatum ad ulteriores gradus promoveat, & alterius juris Clericum suum facere conetur, eumque in suam potestatem redigere tentet. Quemadmodum enim injuriam facit Domino, qui ejus servum

vum ſollicitat, patri, qui filium eripit, fundi alicujus poſſeſſori, qui arborem, quam ipſe magno ſtudio à multo tempore plantaverit, ac coluerit, in poſſeſſionem ſuam transfert, eòque præſertim tranſportat, quo fructus paritura ſperabatur; ita maximam infert injuriam Epiſcopo, qui Clericum Epiſcopi ex ſuo gradu miniſtrum, charitate filium ab ejus poteſtate eripere, ſuumque facere aggreditur.

25 Tertia, quam tradit Trullana Synodus *can.* 17. hæc eſt, quod ex illa uſurpatione Clericos inſolentes, & inobedientes fieri contingat, qui ſuos Epiſcopos minus audient, ſi aliorum imperio ſubdere ſe poſſint, minus obedientes erunt, ſi aliorum beneficio auctores, ſe & ornatiores fieri poſſe cogitant, minus moderati futuri ſunt, ſi à quolibet Eccleſiæ Antiſtite ſe ad majora provehi, & Eccleſiaſtica dignitate donari poſſe confidant; cùm è contra dempta iſta libertate, ſi à ſuo ſolùm Epiſcopo virtutis præmia expectent, ſi nonniſi ab eo ordine gradu, dignitate augeri poſſint, ei ſe magis probare contendent, in officio facilius continebuntur, Prælati ſui reverentia majori ducentur, & ad ipſi obediendum promptiores erunt.

26 Quarta ratio traditur à Concilio Arauſicano primo *can.* 8. & 9. quod ſcilicet alibi ordinatum ab alieno Epiſcopo minimè ordinandum putavit, niſi prius apud eum aliquo tempore moratus fuerit, quo mores ejus, & indoles innoteſcant; nec ſit tamen eum ordinandum decernit, niſi habita cum Epiſcopo, cum quo prius habitavit, conſultatione. Quia non ſine cauſa diù ab alio non ordinatus remanſit. Ex eo enim decreto colligitur, ideò allenum Clericum à nullo Epiſcopo ordinari licuiſſe, ne forte inobedientem, vel immorigerum, aut aliquo impedimento canonico detentum, quod in notitiam proprii Epiſcopi venerit, ideòque ab eo à ſuperioribus, ordinibus rejectum cum Eccleſiæ, damno, & in contemptum Epiſcopalis judicis ad ſuperiores ordines alius promoveat.

27 Collabente autem Eccleſiæ diſciplina, immutata Epiſcoporum in Clericos authoritate, extincta ferè Cleticorum obedientia, ſublata tituli Eccleſiaſtici in ordinatione exigendi conſuetudine, ordinationibus abſolutis ſine adſcriptione ad ullam Eccleſiam fieri ſolitis, Clerico ab una Eccleſia ad aliam transferendorum recepta conſuetudine, imò pro libito ipſi tranſeundi quò velint, & ad quas Eccleſias velint tranmigrandi permiſſa licentia minus religioſè ſervatum fuit, ne Clericus ab alieno Epiſcopo ordinaretur, alia tunc proprii Epiſcopi acceptio invaluit, triaque Epiſcoporum genera diſtincta ſunt, originis, domicilii, ac beneficii; à quorum ſingulis Clerici ordinari poſſent.

28 Clemens igitur Quartus, qui decimotertio ſæculo Romanam ſedem tenuit, hoc præſertim caviſſe videtur, ne quis in aliena patria ordinaretur. Ea ſiquidem decretali epiſtola, qua vetat Ultramontanum ullum ab Italiæ Epiſcopis Clericum ordinari ſine Summi Pontificis, aut Epiſcopi, de cujus diœceſi originem traxerit, ſpeciali licentia, ac permiſſione, cui decreto repugnantes ordinandos, ſine ſpe diſpenſationis ſuſpenſos declarat, ordinantes verò pœnitentia condigna puniendos præcipit, ea, inquam, decretali periculum oſtendit, quod ex ordinationibus quorumcunque ex aliena diœceſi provenit; quia nimirum *ſæpè contingit, quod nonnulli Clerici vinculo excommunicationis adſtricti, aut apoſtatæ, ſeu irregulares, vel aliàs ordinum ſacrorum ſuſceptione indigni ſuam patriam, in quæ de his habetur notitia, fugientes, ſe in remotis partibus faciunt ad hujuſmodi ordinationes promoveri.* Quo præmiſſo vetat Ultramontanum ab Eccleſiæ Epiſcopo ordinari, niſi de licentia Papæ, vel Epiſcopi, *de cujus diœceſi traxit originem ordinandus, vel in cujus diœceſi beneficiatus exiſtit.* Quibus verbis duos Epiſcopos diſtinguit, originis, & beneficii, à quorum utroque ordines ſuſcipi permittit, nec ab ullo, niſi de eorum licentia, cùm tamen antiquiora jura Clericum ſemel alicui Eccleſiæ addictum ab alio Epiſcopo, præter eum, in cujus diœceſi Eccleſiæ famulatui adſcriptus eſſet, aut cui ipſe conceſſiſſet, ordinari prohiberent.

Qui verò Clementi IV. ſucceſſit Gregorius X. in 29 Concilio generali Lugdunenſi *c. eos qui de temp. ord. in 6.* ſine Epiſcopi ſuperioris licentia negat Clericos inſtituendos eſſe; ſed quis ſuperior Epiſcopus, id eſt proprius vocandus ſit, nequaquam exponit: *Eos*, inquit, *qui Clericos paracia aliena abſque ſuperioris ordinandorum licentia ſcienter, ſeu affectata ignorantia, vel quocumque alio figmento quæſito præſumpſerint ordinare, per annum à collatis ordinibus decernimus eſſe ſuſpenſos.* In quem tamen Canonem notat Gloſſa ex Hugone *v. figmentum*, figmentum eſſe, ſi ad evitandum Epiſcopi proprii examen, & jus ipſum, quod habet in ordinando eludendum, beneficium aliquis ſibi ab uno comparat, quo ab alio Epiſcopo ordinari poſſit. Qua obſervatione innuitur proprium Epiſcopum in ea ſanctione præcipuè eum fuiſſe intellectum, qui Epiſcopus eſſet originis. Nec certè dubium eſt, quin ante tempora Bonifacii VIII. triplex iſta Epiſcopi proprii diſtinctio fuerit in uſu. Secundum hanc enim Canoniſtæ, ac Theologi quidam ante ipſius tempora triplicem Epiſcopum diſtinxerunt, originis, domicilii, & beneficii, & ab eorum quolibet licere dixerunt ordines ſuſcipere. Lege Oſtienſem, & alios ad dictum titulum *de temp. ordin.* Qui tamen id expreſsè definivit primus, quem legerim, ex Summis Pontificibus reperitur Bonifacius VIII. *in c. Cum nullus eod. tit. de temp. ord.* Eoſdem tres Epiſcopos Synodus Lugdunenſis anno 1404. Senonenſis Provinc. anno 1528. in decretis motum *c.* 5. aliæque plures, tanquam ordinum collatores ordinarios nominant, quibus jus Clericos ordinandi computat.

Ab his quoque temporibus, quibus Clerici ſuis 30 Eccleſiis minus addicti, ſuorumque Epiſcoporum imperio minus obtemperantes eſſe cœperunt, relaxari cœpit Eccleſiaſtica hac ex parte diſciplina. Primumque Epiſcopis conceſſum, ut familiares ſuos ordinare poſſent. Privilegium autem iſtud ex generali quadam conſuetudine primum viguit, quam lege firmaretur, nec nupera iſta conſuetudo cenſenda eſt, cujus non novitii ſolum Auctores meminere. Videatur Gloſſa *v. figmento in d. cap. eos, qui de temp. ordin. in 6.* Quod ſi ipſius originem ab antiquis temporibus repetere placet, à Concilio Arauſicano primo *capit.* 8. ſub Leone Papa Primo habita ortum accepiſſe dici poteſt. Statuit enim hoc Concilium, ut *ſiquis alibi conſiſtentem Clericum ordinandum putaverit, prius definiat, ut cùm ipſo habet, nec eum ſine conſultatione ejus Epiſcopi, cum quo ante habitavit, ordinare præſumat, quia non ſine cauſa diù ab alio non ordinatus remanſit.* Ex hoc Canone ſumpſerunt occaſionem Epiſcopi, ut alienum Clericum in ſuam familiam adſcriptum ſine conſenſu Epiſcopi proprii crederent ab ipſis ordinari poſſe, quamvis conſilium ab illius Epiſcopo ſumendum ſibi neceſſario eſſe ſcirent, quo nempè ordinandi mores perfectius compertos, & exploratos, haberent, & ſi quid eſſet impedimenti, quod eum à promotione ad altiores gradus retardare poſſet, ab eo reſcirent, qua conſultatione præmiſſa, nihilque, reperto, quod Canonicam ordinationem remorari poſſet, proprio etiam renitente Epiſcopo, habitantem ſecum ipſius Clericum ordinare licere arbitrabantur. Quæ proinde conſultatio, cùm ad ampliorem ſolum inquiſitionem præcepta videtur, ab iis etiam omitti cœpit, qui Clericum familiarem ſuum optimè ſibi perſpectum haberent.

Hinc ex conſuetudine quadam generali vetus conſue- 31 tudo profluxit, ut Epiſcopus ſuum familiarem ordinare poſſit,

poſſit, quam tamen conſuetudinem primò Concilium Tridentinum *ſeſſ. 14. de reformat. capite ſecundo.* ad ordinarium Epiſcopum reſtrinxit, non ad titularem ampliari voluit. Secundò duas alias conditiones poſtea apponit, primam ut triennio Clericum, quem ordinare quis aggreditur ſecum habuerit; alteram, ut beneficium vacans ſtatim ei conferat *ſeſſ. 23. capite nono. Epiſcopus*, inquit, *familiarem ſuum non ſubditum ordinare non poſſit, niſi per triennium ſecum fuerit commoratus, & beneficium, quacumque fraude ceſſante, ſtatim reſpſa illi conferat, conſuetudine quacumque, etiam immemorabili, in contrarium non obſtante.* Quod locum habet tam in majoribus, quam in minoribus ordinibus, atque etiam in prima tonſura. Concurrentibus verò conditionibæs hoc decreto poſitis, ſicut ipſe alias non ſibi ſubditum ordinare poteſt, ſic illum ad alium ordinandum poteſt dimittere juxta *cap. 3. d. ſeſſ.* Triennium autem cum Epiſcopo dicitur commoraſſe etiam is, qui per triennium cum Epiſcopo, à quo ordinatur, antequam Epiſcopus crearetur, eſt commoratus. Ille verò, qui in diœceſi non ultra annum permanſit, ſi Epiſcopus beneficium conferat, cùm ratione dicti beneficii Epiſcopi ſubditus efficiatur *d. c. Cum nullus de temp. ord. in 6.* hoc decretum non obſtare, declaravit S. Congregatio.

32 Et ſi de minoribus ordinibus agatur qualecumque beneficium ſufficere, ſi verò de majoribus ſervandum eſſe præcisè quod diſpoſitum eſt *ſeſſ. 21. c. 1.* declaravit eadem S. Congregatio, nec extra terminos hujus decreti Epiſcopus faveret, ſi familiarem ſuum ad titulum patrimonii. vel penſionis ordinaret, iſi modò judicaverit illum pro neceſſitate, vel commoditate Eccleſiarum ſuarum ordinandum ex decreto ejuſdem *cap. 2.* Unde illi Eccleſiis illum adſcribere debebit, ut in eis ſuo fungatur officio, ut eadem *c. 16.* Siquidem familiaris Epiſcopi, de quo in hoc decreto, poteſt ordinari etiam ad titulum ſui patrimonii, ſi illud habet ſufficiens, debet nihilominus certæ Eccleſiæ adſcribi juxta *cap. 6. hujus ſeſſ.* Et quamvis eadem S. Congregatio cenſuit ſub die 6. Auguſti 1611. *l. 6.* decret. pag. 163. familiarem utcunque triennalem, non potuiſſe ab Epiſcopo Arianenſi ad titulum patrimonii ordinari, & ſic ordinatum eſſe ſuſpenſum quandiù *ſvidebitur ejus* Epiſcopo diœceſano, ex quo decreto videbitur reperiri de hac re declarationes contrarias; tollitur tamen eorum apparens contrarietas, ſi affirmativa intelligatur de patrimonio ſupplente inſufficientiam beneficii una cum ipſo ordine collati. Vnde Parif. *de reſignat. l. 4. q. 2. num. 91.* ait, quod decretum Concil. *dict. capite nono.* ſub die 14. Aprilis 1575. à S. Congregatione fuit ampliatum, ut procedat, ſi familiari dederit ſufficiens patrimonium.

33 Et ex S. Congregatione ſtatim, ſine intervallo, in continenti beneficium conferri debet. Vnde etiamſi Epiſcopus ordinet familiarem non ſibi ſubditum in prima tonſura, qui per triennium, & eo amplius ſecum fuit commoratus, huic decreto non ſatisfacit per beneficii collationem intra annum. Si verò ante tempus ordinationis, nullo ad hoc habito reſpectu, talem familiarem de beneficio providit, aliud dum illum ordinat, conferre non tenetur.

34 Notandum hic, quod quicumque per decem annos ſive in Curia, ſive alibi reſederit, vel alias ſecundum juris diſpoſitionem domicilium contraxerit, poteſt ibidem à Vicario Sanctiſſimi, ſive ab Ordinario loci de licentia Sanctiſſimi ordinari. Familiares verò, ſive officiales Papæ, ac familiares Cardinalium, etiamſi Cardinales non habitaſſent Romæ, atque etiam Epiſcoporum in Curia reſidentium, qui ſaltem per triennium habitaverint in Vrbe cum illis, poſſunt de licentia ipſorum Dominorum à Vicario Sanctiſſimi promoveri, dum tamen ſupradicti omnes ſufficientem titulum, & alia habeant à jure requiſita.

35 Epiſcopum autem ordinando familiarem ſuum virtute hujus decreti, nequit ſuper interſtitiis diſpenſare, ut per Navar. *conſ. 27. de temp. ordin. panee* 1. Cenſuitque Sacra Congregatio Concilii die 16. Junii Epiſcopum cum familiari ſuo illegitimo, qui ſecum per triennium fuerit commoratus, non poſſe diſpenſare, ut ad minores Ordines promoveatur, nec minus ſi illegitimus fuerit, poterit diſpenſare ad beneficium. Quia hoc decretum non concedit Epiſcopis aliam facultatem ſuper ſuo familiari, niſi quod ordines, Navar. *conſ. 28. ejusdem tit.* Sufficitque, ut familiaris qui vult ordinari ab Epiſcopo non ſuo, inſerviverit ordinanti per triennium, licet ordinans non fuerit toto triennio Epiſcopus, ita declarante S. Congregatione in Brugnatenſi. Et in Hieracenſi, hoc decretum habere locum dixit, etiam in majoribus ordinibus, & utroque caſu eſt opus collatione beneficii.

Ex quibus alia quoque colligit Navartus loco citato 36 *conſ. 13.* quæ poteſtatem Epiſcoporum circa familiares ſuos Clericos ordinandos valdè limitent, & reſtringant.

Quod verò de Epiſcopo originis habent Bonifacius 37 *in cit. cap. Cum nullus* ab eo nempè Clericum inſtitui atque ordinari poſſe, id ab antiquorum temporum citatis legibus promanavit, quibus juſſum olim, ut nullus laicus ex aliena plebe ab illo Epiſcopo in Clericorum ſuorum conſortium admitteretur. Verùm hoc inter prima, & hodierna tempora intereſt diſcriminis primò quidem, quod olim Epiſcopus originis diceretur, in quo quis baptizatus fuiſſet, jam verò ſaltem ordinatè in quo quis natus eſt. Nam de ipſo ita loquitur Bonifacius ibidem: *Superior intelligitur in hoc caſu Epiſcopus, de cujus diœceſi eſt is, qui ad ordines promoveri deſiderat, oriundus.* Et lex civilis *in l. qui in vico ff. ad municip.* edicit, *qui ex vico ortus eſt eam patriam intelligi habere, cui Reipublicæ vicus ille reſpondet.* Secundò, quod priſcis ſæculis, cùm quis ex laico Clericus faciendus eſſet, vel lex illa de Epiſcopo originis adeundo omnino valere jubebatur, vel certè Epiſcopus ille adiri ſolebat, in quo quis baptizatus eſſet, cui per baptiſmum ſubditus Clericus ordinandus fuiſſet, qui ordinandi mores noſſe poterat & vitam. Intereſt etiam, quod cum Epiſcopi varii jam adiri poſſint pro recipiendis quibuslibet ordinibus, originis ſcilicet, domicilii, & beneficii, præcipuus jam ad Epiſcopum originis ſit recurſus, etiam ſpreto beneficii Epiſcopo, cùm olim ubi quis in aliqua diœceſi Eccleſiaſticum beneficium conſecutus fuiſſet, ſeu potius, (nam beneficii nomen minus eo tempore uſitatum erat) in Clericorum alicujus Eccleſiæ Epiſcopo ſubditæ numerum relatus eſſet, ita in poteſtatem Epiſcopi, qui ipſum ordinaverat, & in ea Eccleſia inſtituerat, tranſibat ut ab alio, ne quidem ab Epiſcopo originis ordinari, vendicarique poſſet; nec ſemper laicus ab Epiſcopo ordinabatur, in cujus regione natus fuerat, ſed probum nonnunquam, & probè cognitum laicum certatim Epiſcopi ad ſe trahebant, rapiebant, alterius autem Clerum addictum retinere vel ordinare reclamantibus tot Eccleſiaſticis canonibus, reclamante uſitata eorum temporum diſciplina, reformidabant.

Eorum verò diſcriminum cauſæ minus ignorandæ 38 ſunt. Prior quidem eſt, quia cùm priſcis iſtis temporibus ſolerent jam adultæ ætatis hominis ad baptiſmum accedere, qui canonica omnia impedimenta delet, frequentius accidere ſolebat, ut alius eſſet Epiſcopus nativitatis carnalis, alius ſpiritualis regenerationis; ſatius autem erat eum proprium dici, quem electio præceptorem, magiſtrum, ac patrem dederat, quam quem ſors. & fortuita naſcendi conditio obtulerat, cui ſe quis per baptiſmum ordinandus ſubjecerat, quàm quem extra Eccleſiam degens pro judice neglexerat; ſatius eum ordinationis habere auctorem, qui fidei magiſter, ac pietatis noſtræ teſtis fuiſſet, & actæ poſt baptiſmum vitæ inſpector eſſe ſoleret, quàm qui de anteacta extra Eccleſiam vita nihil ad eum pertinente, nihil ad ordinationem aliquid reſcire poſſet. Jam verò cùm pueruli ſtatim à nativitate baptizari ſoleant,

soleant, loci nativitatis utriusque in carne, & spiritu, idem solet esse Episcopus; ideòque fit, ut unum ab altero vix jura distinguant. Posterior autem hæc est; quia cùm jam stabilitas Clericorum in titulis Ecclesiasticis nulla sit, cum beneficia, quæ hodie habentur, crastina die ejurentur, cùm plures Ecclesias ab eodem Clerico possideri usitatum sit, & ob tenuitatem aliquando reditus unius, aut alterius aliquando necessarium, cùm auctoritatis Episcoporum erga Clericos suos, & in sua diœcesi beneficiatos authoritas, vel imperium negligentia, vel obtemperantium protervia, vel privilegiorum, atque immunitatum frequentia, imminuta sint in hac Episcoporum propriorum incertitudine, mutabilitate, multitudine satius visum ad Episcopum originis recurrere, eique primas partes, licet non solas, deferre, qui unicus, vel certè non tam multiplex esse solet, qui certior, qui notior, qui sine invidia, qui à nativitate superior datus est, qui ordinandus absque ulla, quæ ad aliud, cui adscriptus esse potest, corpus trahatur, consequentia, in ordinationis recipiendo beneficio subjici potest.

39 Notandum etiam est, quod cùm laici interdum ab alieno Episcopo prioribus Ecclesiæ sæculis ordinari possent, & à quolibet Episcopo sollicitari, & in suum Clerum cooptari solerent, id impunè posteriora sæcula ferendum non duxerint, sed sollicitè caverint, ut è plebe nullus, nisi ab Episcopo proprio, originis scilicet, vel domicilii Clericorum catalogo inscribi posset. Id antiquitus quidem Canonibus quibusdam significatum, sed non omnino observatum supra vidimus. At verò duodecimo sæculo severius id in Oriente à Michaele tertio Patriarcha Constantinopolitano, qui Anchialus dictus est, & circa ann. 1167. sedere cœpit, ut ex chronol. præfixa juri Græco Romano Leunclavii. Tum in Occidente decimo tertio sæculo, & Bonifacio VIII. & patrum nostrorum memoria à Tridentino accuratius cautum legimus. Hanc ergo prædictus Michael in synodo multorum Episcoporum sanctionem edidit, singulorum suffragio confirmatam apud Balsamonem in Can. 58. synodi Carthagen. primòque retulit à prædecessore suo Luca admonitos fuisse quosdam Episcopos, qui ad se ex alienis diœcesibus accedentes ordinabant, *ut hæc contra Canones facere desinerent*; qui nihilominus cum oblivione earum, quæ facta erant antea declarationum, extra suæ regionis limites ordinare, & ad se ex quacunque regione venientibus manus imponere non cessarent, narrat à suo quoque Chartophylace renunciatum sibi plurimos ex civitate Constantinopolitana ad finitimos ea ratione accedentes ordinatos fuisse, tales verò redeuntes in urbem cum literis commendatitiis ab ordinationibus suis ad sacra admitti postulare, quorum cùm nec fidem, nec scientiam examinarit, neque ex scripto eorum testimonio constaret, an sua professione digni essent, multos porrò ex iis vel ex barbæ raritate, vel aliis indiciis legitimam ætatem nondùm probabiliter attigisse, Quibus omnibus in medium adductis, quid agendum esset, coram synodo proposuit, seque de proposita quæstione disceptare volentem, reperisse affirmat quædam esse communia munia Antistitum, quæ in alios undecumque ad se accedentes agere permittantur; quædam, quæ extra diœcesis suæ terminos facere prohibeantur. Subjungitque inhumanum videri, ut in præteritas transgressiones animadvertatur, de cætero verò decrevit, ut qui ex urbe Constantinopolitana ortus fuerit, in ea tantum regione sacra administrare possit, à cujus Episcopo ordinatus est: Episcopos autem terminos transgredientes non celebrandorum sacrorum pœnæ deinceps fore obnoxios.

40 Rationes porrò, ob quas Catechismus, Baptismus, S. Eucharistia singulis etiam ex aliena diœcesi venientibus, à quovis Antistite ministrari possint, sacer Ordo dari non debeat, hæ sunt, quod priora singulis necessaria sint, non sacra ordinatio. Nemo itaque iis fraudandus est, nemo privandus. Quis sit, utrum Deus peregrino gratiam facturus, ut ad propriam regionem redeat? Cur ergo Sacramentis ad salutem necessariis privabitur? Item nemo jus habet ad sacram ordinationem. Nemo queri potest se sacris ordinibus initiatum non esse, aut in Clericorum consortium non esse receptum. Ideò frustra Antistitem alienum rogat, ut ipsum ordinet, qui nec proprium jure rogare, saltem compellere potest, ut ordinem tribuat; rogari quidem potius, ac eligi debet, quam rogare, & sacrum ministerium eligere. Fit unusquisque ad S. Eucharistiam, ad baptismum, aliaque Sacramenta sibi ministranda petendi, imò compellendi proprium pastorem jus habet, & in necessitate alienum.

Præterea nec tantus delectus in prioribus Sacramentis 41
distribuendis habendus est, quantus in sacro ordine conferendo. Omnibus priora patent, sacra ordinatio solum selectis. Delectus autem ille ab iis faciendus est, qui nos melius nosse possint, & nobis facilius inquirere.

Denique per sacram ordinationem Clero alicui, si or- 42
dinatè ipsa conferatur, addicimur, Ecclesiæ adscribimur, ministerium suscipimus. Cui verò Ecclesiæ satius ministrabimus, quàm quæ nos fovit? Ubi melius ad imperandum assumemur, quam ubi paruimus?

Bonifacius VIII. Summus Pontifex multò post Mi- 43
chalem Anchialum tempore, quam hic in Oriente de laicis, nonnisi à proprio Episcopo ordinandis legem firmavit, ipse in Occidente sua Constitutionem roboravit, dum nempè cuicumque Antistiti prohibet *in d. cap. cum nullus, ne absque sui Superioris licentia, homini diœcesis alienæ clericalem præsumat conferre tonsuram.* In quod caput Glossa *v. alieni*, *diœcesis alienæ* hominem interpretatur, non suæ. Quippè cùm, si modo suæ sit, quocumque titulo, etiamsi alio titulo alienæ quoque diœcesis sit, ab Episcopo ordinari queat. Joannes verò Andreas ibidem hoc intelligi dicit de laico, qui non mutavit domicilium. Quippè cùm etiamsi alienæ diœcesis sit ratione originis, ab Episcopo domicilii ordinari queat. Id, quod Concilium Tridentinum, licet minus clarè suis verbis expressit *sess. 23. capite 8. de reform.* Quo Canone comprehenditur etiam prima tonsura. Quippè cùm nomine generali ordinationis, ipsa etiam collatio tonsuræ, quæ ordinibus secundum communem loquendi usum in jure adnumeratur, intelligi debeat. Idem quoque Concilium *sess. 14. c. 2. de reform.* dum Episcopis titularibus non sibi subditorum ordinationes interdicit, clericalis quoque tonsura expressè meminit, eosque *clericali charactere* quoscumque ad sevenientes *insignire* præsumentes reprehendit, & ne aliquos ad primam tonsuram promovere audeant, districtè prohibet.

Ut verò susceptam proprii Episcopi in novo jure in- 44
terpretationem prosequamur, de Episcopo originis, qui ferè solus Episcopo proprio quantum ad Ordines recipiendos agnoscitur, aliquæ moventur difficultates. Prima est, utrum hoc tempore, qui oriundus est ex uno loco, baptizatus verò in alio, ab Episcopo posterioris loci Clericus institui, & ordinari possit? Rebuffus *in tract. de pacif. possess. numero* 217. Gonzalez *ad reg. 8. Cancell. gloss. 9. §. 1. à numero* 105. & alii id licere censent, quorum opinio veteris juris authoritati, ut ex prædictis constat, maximè innititur. Usitatæ etiam originis probandæ rationi, ut scilicet ex libri baptismalis adnotatione eruatur. Contraria tamen sententia Bonifacii verbis superiùs allatis magis consentit. Cùm enim Bonifacius Episcopum proprium originis definierit *in dict. cap. cum nullus de cujus diœcesi est ic, qui ad Ordines promoveri desiderat, oriundus*, profectò verba ista distorqueri ad alienum sensum necesse est, ut per ea Episcopus loci, in quo quis est baptizatus, si ab Episcopo loci nativitatis alius sit, designari possit. Et quamvis iste casus jam ratus sit, ubi tamen accidit, ad Episcopum nativitatis recurri solet. Utraque verò opinio probabilis est.

Altera difficultas est, utrum originis patris, vel aliorum 45
quo-

quorumdam haberi possit ratio, ubi de Episcopo originis, & de ordinibus suscipiendis agitur. Communis opinio Doctorum est, primò quidem adiri posse Episcopum loci, in quo pater natus est. Ita enim Panormitanus *in dict. cap. cum nullus*, Navarrus *cons. 19. de temp. ordin.* Comitolus *respons. moral. lib. 6. quæst.* 45. Bonacina *de Sacrament. disput. 8. quæst. un. punct. 4.* Riccius *in prax. for. Eccles. resolut. 257. in 2. impres. num. 4.* aliique passim, quorum sententia his rationibus innititur. Quia jus civile indicat locum originis eum esse filio, in quo pater ejus natus est. Expressè enim hæc habet Ulpianus *lib. 2. opin.* & habetur *in l. assumptio ff. ad municip. filius civitatem, ex qua pater ejus naturalem originem ducit, non domicilium sequitur.* Cui suffragatur Philippus Imperator *in l. filios C. de municip. & originar. filios apud originem patris, non in materna civitate, & si ibi nati sint modo non domiciliis retineantur, ad honores, seu munera compelli explorati juris est.* Vnde Glossa Joannis Andreæ *in capite 1. de usur. v. alienigenas*, & additio Glossæ ibidem Gregorii X. in Concilio Lugdunensi Constitutionem contra usurarios interpretantes, oriundos de aliqua civitate eos esse docent, qui vel ipsi, vel quorum patres in ea civitate nati sunt.

46 Secundò haberi etiam posse rationem originis maternæ tum in illegitimis; namt ut ait Neratius *in l. ejus, qui ff. ad municip.* ejus, qui patrem non habet prima origo à matre. Tum etiam in iis, qui domicilium matris elegerunt, ut lex Philippi *in d. l. filios* supra citata ostendit, vel iis, quibus domicilio matris tale privilegium concessum est, ut expressè adnotat Ulpianus *in d. l. ff. eodem* §. 2. qui Ilienſibus, ac Delphis; & Pontificis concessum refert, ut qui matre Ilienſi, vel Delphica prognati essent, harum civitatum municipes censerentur.

47 Tertiò, quinimò etiam in Libertinis ordinandis, si quando hos ordinari concessum sit, originem patronorum attendi posse. Authores aliqui asserunt, Ugolin. *de potest. Episc. cap. 26. §. 1. post num. 4.* & alii, eo quod in jure *l. 1. ff. ad municip. & l. si ut proponis C. de municip.* Covar. *de sponsal. parte 2. c. 7. §. 1. num. 15.* Ricc. *d. resol. 257. num. 5.* earum civitatum esse censeantur, quarum sunt, qui manumiserit.

48 Quartò, consentiunt tamen originis avi nullam haberi rationem; cùm enim tantum jura loquantur de patre, à cujus origine filiorum quoque originem repetunt, temerè, ac sine fundamento locutio ista, qua filius de aliqua civitate oriundus dicitur, ad avum extenderetur, cujus major non est ratio, quàm proavi, atavi, abavi, sicque omnium origines ad innumeras diœceses spectarent; imò ut infert tanquam absurdum Joannes Andreas *in cit. cap. 1. de usur. v. alienigenas*, omnibus inquirendus esset ager Damascenus, ubi natus est Adam.

49 Nec dubium est, quin à Doctoribus istis proferuntur, maximum in jure fundamentum habeant: utraque haberi debeant, nisi fortè in contrarium obest consuetudo. Vnde Nicolaus Garzia *de benef. parte 7. capite 9. numero 25.* in stylo Curiæ verbum *oriundus*, asserit sui pro *orto*. Ideòque secundum eum oriundus de aliqua civitate est, qui ex ea ortus est, qui in ea natus est non ex qua pater ejus natus est, aut ipse à patre traxit originem, & ideò literas istas falsas esse putat, in quibus locus nativitatis patris attribuitur filio. Joannes verò Andreas, quem sequitur Geminianus, ac Perusinus *in dict. cap. cum nullus*, dicunt consulendum esse, & ante susceptam ordinationem propria origo inspiciatur, ac servetur; sed post factam excusandum esse, si patris origo filio attributa fuerit, & ad Episcopum originis paternæ recursum fuerit. Navarrus quoque *cit. cons. 9.* in hoc casu, cui aliud etiam dubium involvebatur, consuluit ad cautelam à majori Pœnitentiario petendam esse absolutionem, cùm facilè obtineri posset. Ego sanè crediderim in locis illis, in quibus paternæ originis quoad ordines recipiendos nulla solet haberi ratio, tutum non esse, quod quis ad Episcopum loci nativitatis patris, qui non sit locus domicilii, vel beneficii, pro suscipiendis ordinibus accedat. Consuetudo enim ista legem ita interpretata est, ut unius cujusque dumtaxat origo attendenda sit, præterquam in duobus casibus.

Primus est, si quis Reipublicæ causa absens, & ad ali- 50
quam regionem missus pro quodam certo tempore; annatili, verbi gratia, biennali, triennali, vel non ita diuturno, ut domicilio constituendo sufficiat, liberos aliquos interim habeat; in hoc enim casu liberi isti à paterna origine potius censendierunt, quàm à propria, sive leges civiles, sive consuetudinem, sive loquendi usum respicias. Nam, si v.gr. aliquis in Italiam, Germaniam, Galliam, vel remotiores etiam regiones à nostro Catholico Rege mittatur eorum liberi ab ipso, durante ista legatione, aut procuratione suscepti, non dicuntur Itali, Germani, Galli, sed Hispani, nec juribus civitatum, in quibus nati sunt gaudent, sed Hispanorum juribus, immunitatibus, privilegiis. Nec in more positum est, ut filii Oratoris Hispani apud Gallos à Gallo Episcopo, aut filii Legati Galli apud Hispanos ab Hispano Antistite ordinentur Lex quoque civilis eos non à loco, in quo nati sunt, sed à quo eorum patres orti sunt, vel certè à regia, civitate, è qua à Rege parentes ipsorum missi supponuntur, eos oriundos censet. Hoc ebim docuisse videbitur Paulus Jurisconsultus, dum ait *lib. 2. sentent. in l. filius §. 5. ff. ad municip. Senatores, & eorum filios, filiasque, quoque tempore natos, natasve, utemque nepotes, pronepotes, neptes, & proneptes ex filio, origini eximi.* Item ibidem §. *seq. Senatores, qui liberum commeatum, id est ubi velint, morandi arbitrium impetraverunt, domicilium in urbe retinere.* Quod absolutè proferunt. Imperator Valentinianus, Theodosius, & Arcadius, dum decrevierunt *in l. Senatores C. de incol. Senatores in Sacratissima urbe domicilium dignitatis habere videri.* Quibus adjungentium Sacram videri Oratoris domum, immunem, exemptam, eodem jure frui, quo Orator, qui eam incolit, haberi pro habitatione Principis, à quo Orator missus est. Ideòque nihil mirum esse, si liberi Oratorum, de quibus potior videtur esse ratio, quamvis absentes omnes Reipublicæ causa lex ista comprehendat, è paterna civitate, verùm etiam è regia oriundi habeantur, & ab Episcopo tam loci paterni, quàm regiæ urbis ordinari posse credantur.

Alter casus est, si quis fortuitò in aliquo loco na- 51
tus est, in eo scilicet, quem mater per transitum; aut quò animo minimè commorandi perrexerat. Nam qui ita ex aliquo loco est, non efficitur *civis hujus loci*, in quo natus est, ut indicat citata lex Philippi Imperatoris, quæ filios maternæ civitatis non esse ostendit, etiamsi in ea nati sint, nisi domiciliis in ea parentes retineantur: quantò minus ergo si qui in civitate, quæ nec materna sit, aut in vico ad utrumque parentem nihil spectante fortuitò sit natus, hujus civitatis civis, aut ex hoc vico oriundus nequaquam censebitur? Præsertim cùm doceant Jurisconsulti, & recta ratio, communisque loquendi, ac sentiendi usus ostendit, in moralibus spectandum non esse, quod per accidens evenit, sed quod per se. Quare qui fortuitò, & per accidens in alieno loco ita nascetur, ejusdem tamen civitatis censebitur, ac si in paterna domo, vel domicilio natus esset. Vnde non ab Episcopo loci, in quo fortuitò natus est, sed vel ab Episcopo paternæ originis, vel potius domicilii paterni ordinari debebit, quia ad ejus forum per se spectabit, & non nisi per accidens in alterius territorio natus est. Et ita docent Panorm. *in c. Rodulphus de rescript.* Bartolus *in l. filios, C. de municip.* Sylvest. *v. civitas* § 4. Angel. *v. civis num*, Lopez *lib. 2. tit. 24. parte 4.* passimque alii tum ex antiquis, tum etiam ex recentioribus. Vnde infert à fortiori Vgolinus *d. c. 26. §. 2. num. 2.* ac Rota *in nov. decis. 327. num. 3. parte 1.* eum, qui in mari natus est, censeri eandem patriam habere, quàm haberet, si in paterna domo natus esset. Quibus non adversatur Jurisconsultus dum ait *in l. ad sumptio, §. filius, ad municip.*

filium civitatem, ex qua pater ejus naturalem originem duxit, non domicilium sequi. Iis enim tantùm verbis ostendit, ad originem filii nihil referre; quo in loco pater domicilium diutius fixerit, quo in loco diutius habitarit, sed spectandam esse originem naturalem patris, ubi communis utriusque origo inspicitur; non autem negat, quin à domicilio patris, non quatenus patris domicilium est, sed quatenus vel reaptè, vel fictione juris filiorum naturalis origo est, eorundem propria origo peti possit; at in iis, qui in alieno loco, matre peregrè proficiscente, nati sunt, domicilium paternum, si non reaptè, saltem fictione juris, ut exposuimus, propria & naturalis filiorum origo est. Cætera vide apud Passarinum *in d.c. cum nullus de temp.ordin.in 6.*

52 Tertia difficultas est de infantibus expositis, quis nempè eorum originis habendus sit Episcopus, & à quo ordinari possint. Certè habendi illi sunt ejus civitatis, in qua sunt expositi. Nam probabilius est ex ea civitate, vel vicis ad eam pertinentibus oriundos eos esse, quàm remotioribus adductos. Pari quoque argumento infertur, pueulos à parentibus relictos, hujus regionis probabiliter credi, cujus sermonem, accentum, verba, colorem magis referant, & ad viciniorum hujus regionis Episcopum spectare verisimilius esse, quam ad reliquos, nisi aliqua pro aliis diœcesibus argumenta probabilia adducantur. Sed in utrisque ordinandis, maximè verò in posterioribus, quorum origo incertior est, domicilii potius habenda ratio, quam originis, & ubi nullum ab iis certum domicilium fixum est, habeantur veluti pro derelictis; posteriores saltem ab unoquoque Episcopo poterunt vendicari, ab eo maximè, qui in forrem ministerii assignatione alicujus beneficii, vel officii voluerit eos suos facere. Satius tamen esset, ut a Summo Pontifice determinationem certi Episcopi obtinerent, vel à quocunque ordines recipiendi licentiam.

53 Quod verò ad Episcopum domicilii attinet non reperio ullum antiquum Canonem, quo ab Episcopo domicilii licuerit sacræ Ordinationis munus suscipere, nisi fortè Canones Concilii Arauficani primi *c.8.& 9.* superiùs relati pro potestate, quam habent Episcopi ordinandi suos familiares huc adducantur. At reperio varia exempla, quibus Episcopus domicilii jure ordinationis fruitus, potiusque fuerit, quorum plura superius adduximus, aliqua alia hic adjungimus.

54 Evagrius à Nazianzeno cùm Constantinopoli moraretur Diaconus ordinatus, idem cùm in Ægyptum rediisse, ibique domicilium fixisset, à Theophylo Alexandrino ad Episcopatum electus est, Socrat. *leg. 6. cap.* 18. Heros S. Martini discipulus, & ab eo in Clerum Turonensem electus, cùm Arelatem venisset, ibique domicilium fixisset, Arelatensis Episcopus factus est, Prosp. *in Chron.*& Sigon. *de imper.* Occid. ad ann. 412. Vide etiam vitam S. Honorati apud Sur. 16. *Januar.* Paulinus ab ambrosio in Clerum suum vendicatus, ut diximus, cùm in secessu Nolano in Campania sanctè degeret, Episcopus Nolanus consecratus est *ex epist. 6.* Paulini, ejusque vita apud Sur. 22. Junii, S. Gregorius Agrigenti natus, monachus factus, & à S. Machario, dum sancta loca inviseret, detentus, cùm domicilium ibi fixisse videretur, Diaconus creatus est, posteaque cum Romam peregrinatus venisset, à Romano Pontifice divino impulsu, nec sine miraculo ad patriam suam Episcopi functurus officio destinatur ex vita S. Gregorii Agrigent. apud Sur. & Metaphr. 21. Novembris. S. Sisfredus, Episcopus à quibusdam Vancensis, ab aliis Carpentoratensis ordinatus est, cùm tamen ex milite Romano Albanum incolente oriundus esset, nulla alia potestate in eum ordinatoribus ejus competente, quàm quod Monasterium Lirinense, quod erat Provinciæ Arelatensis, ad quam Episcopatus isti spectabant, à pluribus annis cùm patre incoluisset, in eoque professionem emisisset, ut in ejus vita apud Sur. 27. Novembris. Plura alia exempla omittimus, quæ ferè innumera essent, præsertim Sanctorum Monachorum, qui licet alicui Clero adscripti essent, facilius tamen ad aliena Monasteria, imò & eremum divertere permittebantur, præcipuè verò si in Clericatu professi fuissent, se Monachatum cum Clericatu profiteri velle, quantò magis si Clericalibus ministeriis renuntiassent, nec ulli Ecclesiastico titulo addici se passi fuissent?

Visa tamen superioribus nostro sæculo æqua, imò 55
aliquando necessaria, hæc institutio, ut ab Episcopo domicilii ordinatio penderet, quippè qui ordinandi mores, ingenium, anteactam vitam aliquando melius nosset, quam Episcopus originis; prioribus quidem seculis, quibus nemini, etiam laico sine literis commendatitiis ab Episcopo acceptis proficisci licebat, sine quibus ad laicam communionem vix fuisset, ullus admissus, quibus item beneficio literarum, quas solebant Episcopi sibi invicem etiam ex difficilis regionibus mittere, & vel excommunicatos à se significare, vel abeuntes à sua diœcesi ad alienam, si aliquo errore infecti fuissent notare, etiam missis eo fine Acolythis, vel aliis inferioris ordinis Clericis, ut ex variis apud Cyprianum Epistolis, nempè 38. 39.41. 46.48. 49. 55.67. 68. & aliis, & Epistola 58. Synesii ad Episcopos abundè constat. His, inquam, temporibus facilius Episcopus originis, suorum etiam laicorum in aliam regionem transeuntium mores, vitamque callebat. Episcopus autem, Ecclesiastici tituli, cui quis adscriptus erat, Clericorum suorum, qui sine ipsius licentia, nec alio abire, nec morari poterant, mores penitissimè sciebat, exploratosque habebat; unde vix ulla erat necessitas, ob quam Episcopus domicilii pro recipiendis ordinibus adiri deberet. At posterioribus temporibus, quibus literæ inter Episcopos silere cœperunt, & colloquii, sive per Epistola sive per nuncios consortium inter Ecclesias rarum esse cœpit, aut nullum, quibus laici sine commendatitiis Episcoporum suorum literis, quò velint, etiam in exteras regiones proficisci consueverunt; Clerici verò suorum excusso jugo, nullo disciplinæ fræno retineri potuere; sibique quo ferret animus, & quo voluntas duceret, etiam inconsultis Episcopis pergendi libertatem usurparunt. Difficilè certè visum fuit, ut Episcopus originis oriundorum ex suo loco mores, & anteactam vitam nosset, & an Canonicis impedimentis vacarent, exploraret. Ideòque ad Episcopos domicilii aliquos remittere soliti aliquando fuere originis Clericorum Antistites. Interdum verò ex præsumpta eorum voluntate ob Ecclesiæ utilitatem ab exteris regionibus oriundos alii Episcopi ordinare non formidarunt, eoque lex ista Ecclesiastica manavit, ut ab Episcopo domicilii legitimè quilibet ordinari censerentur.

Legimus autem supra, Bonifacium VIII. Episcopo 56
domicilii ordinandi jus concessisse, qui Episcopum domicilii definit, in cujus diœcesi habet quis, licet alibi natus fuerit, domicilium. Eaque Bonifacii Constitutio antiquiori juri videtur esse conformis. Cùm enim jura definiant incolas domicilio fieri, & honoribus in ea civitate frui posse, in qua domicilium habent, pari ratione æquissimum videri potest, ut in qua quis civitate domicilium habeat, in ea Clericus constitui possit; proindeque, & ab illius civitatis Episcopo ordinari. Deinde quemadmodum eodem jure liquet *l.nec ipsi, l. in patria, l.privilegio, l. cives, C.de incol. Incolam & his magistratibus parere debere, apud quos incola est, & illis, apud quos civis est, & municipali jurisdictioni in utroque municipio subjectum esse.* Ex quo infert Jurisconsultus muneribus in utraque civitate fungi posse; ita nos ex jurisdictione, quam habet cum Episcopus originis, tùm domicilium, ab utroque Clericum instituì posse, & ultiores gradus ascendere concludimus.

Quam utique rationem magis confirmamus, simul- 57
que explicamus concessam à tribus Episcopis ordinationis recipiendæ facultatem. Etenim constat vel brevis temporis habitatione contrahi ab Episcopo jurisdictionem in eos, qui in sua diœcesi commorantur, quantum ad ea Sacramenta quorum receptio urget, ut facilè

facilè Episcopus originis aditi non possit; non tamen sufficit illa jurisdictio ad Sacramentum Ordinis, per quod cum homo perpetuò Deo consecretur, & alicui loco ex Ecclesiæ ordinatione administraturus firmiter addicatur, jurisdictio quædam ad ipsum requiritur, quæ sit aliquo modo perpetua. Jurisdictio autem quæ ab origine nascitur, natura sua est immutabilis, nec voluntate humana variabilis. Nam, ut eleganter habet lex Diocletiani, & Maximini Imperatorum *l. incolaff. ad municip. & l. origine C. de municip. origine propria neminem posse voluntate sua eximi, manifestum est.* Naturale originis jus est, quod nemo voluntate exuere, aut mutare potest. Jurisdictio, quæ beneficii adeptionem consequitur, Ecclesiastica quoque lege immutabilis est, quia beneficium sine voluntate Ordinarii ejurari non potest. Aliquo etiam modo perpetua est jurisdictio, quæ ex domicilio oritur. Nam cum domicilium non contrahatur, nisi ab eo, qui perpetuò in aliquo loco manere intendit, saltem secundum ejus intentionem perpetua in eum Episcopi domicilii potestas esse colligitur. Quo fit, ut à tribus illis Episcopis recipiendorum ordinum facultas concessa sit *in d. c. cum nullus de temp. ordin.*

58 Ex quibus deducitur, quamvis Clemens IV. citata superius Constitutione *in c.1.de tempor. ordinat. in 6*, quæ vetat Ultramontanum ab Italis Episcopis ordinari, nullam mentionem fecerit Episcopi domicilii, sed dumtaxat excipiat licentiam ab Episcopo originis, vel beneficii obtentam; nihilominus posse aliquem Ultramontanum, qui in Italia domicilium fixerit, ab Episcopo Italiæ ordinari; tradunt Barbosa *parte 2. de offic. & potest. Episc. allegat.4.numer.27.* Navarrus *cons.2.in 2. edit.de temp. ordin.* Non enim id vetat Clemens IV. Ex eo enim, quo quis domicilium in Italia acquisierit, desinit Ultramontanus haberi, quia Italus ab incolatu dici potest.

59 At majus dubium est, utrum ab Episcopo domicilii dimissorias habens, ab Italo ordinari queat. Nam lex, quæ solum nominat Episcopos originis, & beneficii pro iis dimissoriis dandis, videtur Episcopum domicilii excludere. Sed quid si Episcopum domicilii omittat solùm, non excludat. Omittit autem quod difficilè in duobus locis domicilium contrahatur *l.ejus, qui §. Celsius ff. ad municip.* nec facilè præsumatur Ultramontanus in Italia degere, qui domicilium ab origine sua diversum habens; ab alieno Episcopo ordinari petat. Verum tutius aliquibus videtur, & probabilius negantem partem amplecti, & ab iis solis, quos Canon Clementis IV. nominat, fateri in eo casu literas dimissorias concedi posse, Pro affirmante parte stat Navarrus loco citato. At nos de hoc infra cùm de pœnis agemus.

60 Porrò, ut quis sit Episcopus domicilii magis in noresat, quid domicilium dici debeat, accuratius examinandum est. Rectè mihi, quid ipsum foret, explicasse videntur Imperatores Diocletianus, & Maximinus, dum aiunt *in l. Cives, C. de incol. In eodem loco singulos habere domicilium non ambigi, ubi quis larem, rerumque, ac fortunarum suarum summam constituit, unde rursus non sit discessurus, si nihil avocet; unde cum profectus est, Peregrinari videtur, quò si redit Peregrinari jam destitit.* Quàm domicilii definitionem eædem variorum Imperatorum civiles leges, & Jurisconsultorum responsa pro legibus habita pluribus exemplis illustrant. *Nec ipsi*, inquit Alexander Imperator *in l. nec ipsi C. de incol. qui studiorum causa aliquo loco morantur, domicilium ibi habere creduntur, nisi decem annis transactis eo loco sedes sibi constituerint secundum Epistolam Divi Hadriani. Nec pater, qui propter filium studentem frequentius ad eum commeat.* Et primum exemplum eorum, qui cum aliquo in loco habitent, in eo tamen habere domicilium minimè censentur, eo, quod in eo loco perpetuò manendi intentionem non habeant, nec fortunas suas in eo collocent.

61 Aliud exemplum est filiorum, quos patris domici- 61
lium non sequi Ulpianus declarat *in l. assumptio § filius ff. ad municip. & l.non utique eod.tit. & l.domicilium eod.* quia nempè sibi ipsis domicilium eligere possunt. Unde ob contrariam causam Libertini, qui domicilii sibi eligendi liberam facultatem non habeat, *d.l.assumptio §. libertini*, quin ad adhibendas patronis, ubicunque sint, operas quasdam tenentur, domicilium patronorum sequi dicuntur.

Aliud etiam præclarum exemplum habemus à Ju- 62
liano traditum *in l. ejus., qui, §. si quis ff. ad municip. Si quis*, inquit, *negotia sua non in colonia, sed in municipio semper agit, in illo vendit, emit, contrahit, eo in foro, balneis, spectaculis utitur, ibi festos dies celebrat, omnibus denique municipii commodis, nullis colonarum fruitur, ibi magis habere domicilium, quàm ubi colendi causa diversatur.* Discutit postea idem Julianus, an plura quis domicilia habere possit, & utrum sine domicilio quis esse queat? Respondet *ibidem §.seq.*cum Celso, utramque, sed difficilè fieri posse, eum quidem habere plura domicilia, qui in diversis locis est animo destinato (sine domicilio verò esse si quis domicilio relicto naviget, vel iter faciat, quærens quò se conferat, atque ubi domicilium constituat. Huc etiam refert, quod diximus de Senatoribus, qui dummodo liberum commeatum habeant, domicilium in urbe retinere dicuntur. Quibus addo etiam ex eisdem legibus sola domus, vel possessionis acquisitione neminem alicujus loci incolam fieri, nisi videlicet commorandi animus adfuerit.

Ex quibus omnibus variæ quæstiones dirimi possunt 63
circa Episcopum domicilii. Prima est, an licet impuberi apud exteros nato, & fortè ibidem educato, qui patruo tempore ob studia, ad quæ alibi missus est, paterna in domo versatus fuerit, ab Episcopo paterni domicilii Clericalem tonsuram accipere. Affirmat Navarrus *cons.3. de tempor. ordin.* nec immeritò. Nam cum impubes capax non sit contrahendi domicilium, ad quod nempè perpetuò in aliquo loco manendi mentio firma requiritur, non potest ipse domicilium eligere, ac proinde domicilio paterno addicitur, sicut servus, aut libertus domicilio domorum, ac patronorum. Nam, ut loquitur Apostolus *ad Galat. 4. Quanto tempore, hæres parvulus est, nihil differt à servo.* Ita ergo in paterna domo versatur, ac in proprio domicilio, extra eam sibi in alieno versari, & peregrè esse videtur. Itaque paterna domus verè ipsius domicilium est, ne quod difficilè inventu leges dicunt, frequentissimè, accidere fateri cogamur, ut impuberes omni domicilio careant. Quare ab Episcopo paterni domicilii, tanquam à suo ordinari potest. Excipit tamen Navarrus supra, nisi apud matrem, quæ ipsum illicito ortu peperit, natus sit, & educatus. In eo enim casu matris originem, ac domicilium potius sequitur, quàm patris, ut ex iis, quæ supra diximus, constat.

Altera est, an idem de pubere dici debeat. Cui quæ- 64
stioni cum eodem Navarro ibidem adhibita distinctione respondendum est. Vel enim filius postquam ad pubertatem pervenit, paternum sibi domicilium elegit intenditque perpetuò cum patre habitare, in quo casu ex propria sua intentione idem habet domicilium, quod pater, etiamsi à paterna domo, vel ob studia, vel aliam ob causam diutissimè abfuerit *ex cap.fin. de Paroch.* Quia nempè semper ad paternum domicilium revertendi animum habuit, ideòque statim atque ad paternam domum rediit, ejus Episcopo subditus fuit, à quo ob animum perpetuò inibi commorandi ordinari potuit. Si verò aliud à paterna domo domicilium sibi elegit, quod quidem leges ei, à nobis citatæ, concedunt, ab Episcopo domicilii paterni ordinari non potuit. Immò probabiliter addo, liberos, etiam puberes, quamdiu nullum aliud sibi domicilium elegerunt, dummodo destinatum animum non habeant, à paterna domo recedendi, vel saltem sibi non proponant alium locum habitationis

quærendum esse (quo casu videntur paternæ domo renunciasse, & domicilium quærere, ac sine domicilio esse, dummodo, inquam, de quærendo alieno domicilio solliciti non inquirant) domicilio paterno addici. Tum quod alias magna puberum multitudo usque ad vigesimum quintum, aut trigesimum annum, & amplius, absque domicilio esset, quod difficulter admittendum est. Tum quod tales, ut plurimum sibi proponant in paterno domicilio habitationem, nisi meliori sorte avocentur, quod ad domicilium constituendum ex prædictis satis est. Tum quod proprii domicilii indicia, & argumenta, paterno eo in casu domicilio conveniant. Nam maximam rerum suarum partem ibi habere solent liberi in suo sibi videntur esse, cùm ibi morantur, extra ipsam peregrè sibi esse persuadent. Videntur ergo paternum domicilium pro suo habere. Tum quod, si in paterna domo pubes aliquis moriatur, nisi sibi sepulturam eligens, in Ecclesia domicilii paterni sepeliri debeat *ex cap. licet de sepult. in 6.* Ergo à pari, nisi sibi domicilium post pubertatem quis elegerit, paternum censetur retinere domicilium. Tum denique, quod Celsus referente Juliano, à nobis superius citatus *l. ejus, qui §. Celsus ff. ad municip.* exponens, quinam sine domicilio esse dicatur, requirere videatur, ut relicto domicilio, aliud quærat. Quare, qui prius domicilium, puta paternum, quo impuberes fovebantur, non reliquit, qui ei non renunciavit, qui non aliud quærit, is sine domicilio esse dici non potest, sed priori domicilio accensetur, cujus antea erat, puta paterno. Unde cùm civiles leges filium non sequi dicunt patris domicilium, de filio loquuntur, qui aliud sibi elegit, quem ad paternum revocandum esse negant; quod concluſis à nobis nullatenus officit.

65 Tertia difficultas est, an Officiales regiæ domus, vel Regni, Comices item Consistoriales, ac Judices, qui comitatui regio addicti ex officio suo videntur, ab Episcopo regiæ urbis ordinari possint? Item an domini feudorum, ac eorum filii ab Episcopo dictorum feudorum ordinari possint? Affirmans sententia pro utriusque probabilis est. Pro prioribus quidem, quia si Senatores ex lege civili domicilium in urbe retinent, quidni similiter & ii, quos enumeravimus, in urbe regia domicilium habere dicantur? Quod si in urbe regia domicilium habent, quidni ab ejus Episcopo ordinari possint? Pro posterioribus vero, quia cùm Barones, eorumque filii feudo addicti sint, ex ipsorum feudorum conditione in eo retinere videntur domicilium, sicut Libertini patronorum domicilium sequuntur. Ergo & ab Episcopo hujus loci poterunt ordinari.

66 Quarta est, quantum temporis requiratur, ut domicilium alicubi contrahatur? Respondendum est nullum ad id certum tempus necessariò præscriptum esse. Quia per quamcumque mansionem cum animo in aliquo loco perpetuò manendi, vel momento contrahitur domicilium, ut post alios tradit Franchus *in d. c. cum nullus de temp. ordin. in 6.* Navar. *conſ. 2. in 2. edit. eod. tit.* Qui consultus an Hispanus ortus Compluti, & ibi ordinatus ad minores, qui postea mansit Tiburi tribus annis, & servivit Episcopo ejus, possit ordinari ad ordines Superiores per Episcopum Tiburtinum, respondit prædictum Clericum ab Episcopo Tiburtino, vel alio, cui id per literas dimissorias concesserit, licitè ordinari posse, etsi tribus annis, majori, vel minori tempore Tiburi manserit, dummodo intentionem habuerit perpetuò ibi manendi. Non tamen sine præsumptionibus probabilibus ullus qui à brevi tempore locum aliquem incolit, credi debet in eo domicilium fixisse per Gloss. *in l. Cives, C. de incol.* Sicut enim in fugientibus onera domicilium re & facto transfertur, non nuda contestatione, *leg. domicilium ff. ad municip.* ita in appetentibus honores nuda contestatione contenti esse non debemus.

67 De exteris facilè quisque suspicari potest, eos, si in alieno loco postulent ordinati, patriam fugere, in qua nati sunt, ut faciliùs ordinatoribus imponant, suaque crimina; & impedimenta Canonica, quibus fortè irretiuntur, occultent, quemadmodum admonet Clemens. IV. *in c. sæpè contingit de tempor. ordin. in 6.* Cavendum est, ne quis aliquo figmento, ac prætenso in fraudem domicilio ab alienæ Parochiæ Episcopo ordinetur, quod pœna etiam in ordinatos constituta puniendam censuit Gregorius X. *in cap. eos, qui eodem tit. in 6.* Itaque adhibendæ aliquæ sunt conjecturæ antequam quis audeat alienæ Parochiæ hominem, qui brevi tempore alicubi commoratus fuerit, ordinare. Non verbis credendum est ejus, qui ordinationem petit, nisi conjecturas adhibeat, & rationes probabiles suæ intentionis adducat, quamvis in foro quidem interno non incurrat ullam pœnam, qui cùm animum habeat perpetuò alicubi manendi, ab Episcopo hujus loci ordinatus est, sed peccat Episcopus, si aut temerè credit, aut sine diligenti inquisitione eum, tanquam proprium vendicat. Conjectura autem in impuberibus optima est ex prædictis, si paternum domicilium incolat, imò etiamsi maternum, quando pater mortuus est, vel incertus. Pro puberibus autem, si nuptias aliquando in eo loco contraxerint, si summam rerum suarum in eum locum transtulerint, si officium, quod requirat residentiam in eo loco emerint, non si domum, vel possessionem ex lege civili supra citata. Denique si per decennium ibi commorati fuerint, *l. filios, C. de municip. & l. ſi in patr. C. de incol. decem.* Nam cùm decennium in jure pro magno, tempore habeatur, *l. ejus, qui, §. ſiquis ff. ad municip. leg. 16. ff. ſi cum fideicommiſſa §. penultim.* ibique Gloss. *v. decennium*, & Gloss. 1, *in l. 3. ff. ſi ager vectigalis*, Gloss. 1. *in l. 1. C. ſi adverſus creditorem §. ex non ſcripto*, qui decem annos alicubi habitavit, diu habitasse dicetur, & ex continua diuturna habitatione, nisi contrarium aliunde conjicitur, ut in Castellanis, & Scholasticis, qui per plures annos alicubi morari solent cum animo semper revertendi, perpetuò alicubi habitandi intentio probabiliter colligitur.

Ob hanc itaque difficultatem probandi domicilii, 68 itemque ob ejus incertitudem (num vel per mille annos si totidem quis vivere possit, habitari locum aliquem ab aliquo contingere potest, in quo tamen ob animum continuum revertendi, & alio manendi, nunquam domicilium contractum sit) consultò ab ordinatione Clericorum, qui alibi nati sint, Episcopi sibi temperare debent, non quod id ipsis interdictum sit, sed quod originis probatio facilior sit, & expeditior, ad cujus proinde Eqiscopum remittere debent, nisi in extranea quis patria, vel extra paternum domicilium fortuitò natus sit; quo casu domicilii, quod originis locum quodammodo obtinet, rationem habere possunt, & iis ordines conferre, qui apud eos domicilium habuerint. Consultò id, inquam, nec sine judicio observandum; nam præterquam quod ad id illatis rationibus multum præponderet, quod jus ordinis naturale sit, jus originis tantùm civile, jus originis necessarium, domicilii voluntarium, hoc variabile, illud immutabile; hoc temporarium, illud natura sua æternum. Vide *l. originis ff. de munic. l. ſi in patria C. de incol. l. nihil eſt ff. ad municip. l. libertus §. patris ff. eod.* Quibus prærogativis adde, quod antiquæ leges de Episcopo domicilii, quantum ad Ordines conferendos, fileant, cùm tamen de Episcopo originis, & Ecclesiastici tituli hodiernam praxim, quibusdam solum immutatis, confirment. Unde cùm Episcopus Mutinensis quæsisset à S. Congregatione Concilii declarari, an ratione habitationis in villa æstivo tempore quis acquirat ibi domicilium ita, ut fiat subditus ejus Episcopi, in cujus diœcesi est ipsa villa, ac proinde possint ab illo Episcopi ipsi concedi dimissoriales in præjudicium Episcopi originis S. Congr. die 2. Januar. 1658. respondit, *non acquirs.*

Supereſt Episcopus beneficii, à quo licere sacras ordi- 69 nationes suscipere, declaravit Bonifacius VII. *in d. c. Cum nullus de temp. ordin.* Neque hæc nova, aut inusitata Constitutio, sed antiqui juris quædam renovatio est. Licet enim antiquitus beneficia Ecclesiastica nulla forent, erant tamen Ecclesiæ, ad quas Clerici instituebantur, & ex quarum redditibus alebantur. Erant Ecclesiastici tituli quibus addicebantur, quibus quidem beneficia Ecclesiastica successerunt. Jus autem ordinandi Clericum non solum Episcopo, cujus erat Ecclesia, ad quam Clericus ordinabatur, convenlebt: verum etiam soli secundum Ecclesiasticas regulas competebat. Solus iste poterat Clericum facere, qui eundem alicui Ecclesiæ poterat adducere, qui in aliquorum Clericorum collegium volebat cooptare. Solus ad altiores gradus Clericum poterat promovere, qui eum suorum Clericorum matriculæ, sive Catalogo tenebat inscriptum. Nulla absoluta fiebat ordinatio. Non Clericis à suis Ecclesias abesse, aut discedere fas erat. Non Episcopis Clericum ab alio ordinatum suscipere licebat. Ex hac autem antiqua Ecclesiæ praxi nova lex promanavit ut ab Episcopo beneficii Clericus, in ejus potestatem translatus, ordinari posset; cui tamen cum Episcopus originis, ac domicilii in eodem munere ad libitum ordinandi adjuncti fuerint, Episcoporum ea lege potestas in suos Clericos servata non est: nec Clericorum, qui ab Episcopis ordinati fuerant vetus erga ipsos observantia restituta.

70 Ex qua præmissa observatione multa colligimus, tùm ad ampliandam hanc Episcopi in sibi subditos ratione beneficii potestatem; tum ad usum ejusdem potestatis restringendum. Primum enim deducimus. Episcopum non solum quemlibet Clericum habentem beneficium in sua diœcesi ordinare, verum etiam in interstitiis inter singulos ordines observandis, itemque in defectu natalium quoad minores ordines dispensare posse. Non enim ex quodam privilegio, sed jure, eoque communi tamen ordinate potest, etiam ex alio loco oriundum: proindeque non est ipsius potestas coarctanda, vel limitanda, saltem in iis; quæ ad ordinationem spectant, sive adnexa sunt, circa quæ habere debet jurisdictionem amplissimam *arg. ex l. 2. ff. de juriſd. omn. judic.* Cùm in iis, quæ ad sacram ordinationem pertinent, perfectè, & communi jure superior habeatur.

71 Alterum, nec illi facultati obstare debere, quod beneficium, ratione cujus Clericus Episcopo subditus est, alteri Episcopo quoad provisionem subjectum sit, dummodo ab eo, quoad Episcopalia jura non dependeat. Etenim, quamvis aliqua Ecclesia ab alterius diœcesis Episcopo quoad provisionem pendeat, quia tamen ex privilegio jus istud Episcopo proprio subtractum est, quia alias ad omnes suæ diœcesis Ecclesias comuni jure instituere, ac providere deberet, & in cujus potestate omnes Ecclesiæ diœcesis propriæ debent consistere, ideò restringendum, istud privilegium, nec communi legi, secundum quam Clericorum omnium alicujus diœceseos ordinatio ad Episcopum spectat, derogare censendum. Stabit semper, & illibatum permanebit in Episcopo jus ordinandi Clericum suum, qui cùm, non obstante provisione ab alio Episcopo acceptat, Episcopali jurisdictioni subditus sit, ordinationis beneficium ab eo quoque consequi potest.

72 Tertium pariter arguimus, idem jus esse Episcopo, quamvis beneficium simplex sit, nec residentiam requirat. Nam cum in quoslibet Clericos suæ diœcesis, sive animarum curam habeant, sive officio aliquo adstricti teneantur, sive liberam quo velint eundi ex consuetudine licentiam habeant, Episcopi jurisdictio se extendat, ad eum spectat providere, quomodo Ecclesiæ suæ utiliores evadant, eos debet ipse excolere, qui ad laborandum pro Ecclesia, cui inscripti sunt, totaque diœcesi speciali obligatione astringuntur. Non ergo ei adimendum est, quin eos ad altiores gradus promovere possit; præsertim cùm antiquitus constet, nullum à jure Episcopi, in cujus diœcesi titulo Ecclesiastico adscriptus esset, quicumque tandem ille foret, quoad ordinationem, exemptum fuisse.

Quartum inferre possumus, non etiam referre, sive, ut 73 vocant, in titulum, sive in commendam, beneficium istud possideatur. Jam enim usus obtinuit, ut beneficia in commendam habeant vim tituli, & pro Canonico titulo censeantur. Imò etiamsi beneficium istud sit de genere eorum quæ præstimonia vocantur. Nam præstimonia etiam beneficiis Ecclesiasticis, recepto jure adnumerantur, ut per Henriq. *l. 10. ſum. c. 22. §. 1. in tom. 1. H.* Campanil. *in diverſ. jur. Can. rubr. 9. c. 8.* Cujuscumque etiam reditus sit istud beneficium, & quantumcunque tenue *c. fin. de conceſſ. præb. in 6.* ac Doctores communiter. Tum quod jura, quæ id concedunt *d. c. cum nullus*, de quovis beneficio loquantur. Ubi autem jura non distinguunt, nec nos debemus distinguere. Tum quod tenuitas redituum beneficii, seu exilitas jurisdictionem Episcopi non imminuat, nec amplior sit in divitis beneficii possessorem Episcopi auctoritas, quam in pauperis, de quo nos etiam *tom. 3.*

Quintum, imò etiam colliges, id juris esse, etiamsi 74 Clericus pluribus beneficiis instructus sit. Nam quamvis beneficiorum ista pluralitas veteri Ecclesiæ disciplinæ adversetur, canonibusque inimica sit, tamen ex eo, quod quis in aliena diœcesi beneficium obtineat, non ideò Episcopi authoritas, quæ ipsi ratione beneficii in suo territorio convenit, adimi debet, aut restringi, non auferri in personam jurisdictio. Manente autem ista jurisdictione, satis patet Clericum ab Episcopo sui beneficii hujus, aut illius ordinari legitimè posse. Fatemur quidem, Clericum habentem plura beneficia in diversis diœcesibus, in iis, quæ ab beneficium extra diœcesim pertinent, non convenire ab Episcopo alterius diœcesis, in qua aliud beneficium habet, sed in iis, quæ ad ipsius personam spectant; cujusmodi est jus ordinationis à singulis conveniri potest, & ab omnibus judicari.

Denique deducimus, possessionem beneficii ad hoc 75 sufficere, etiamsi titulus beneficii justus non sit. Quemadmodum enim possessio sine justo titulo dat jurisdictionem, ratæque sunt, quæ ab injustè possidente beneficium quandiu toleratur, gesta fuerint, ita eadem possessio habentem Episcopo subjicitur, ejusque jurisdictioni subdit. Unde quamdiu possidet, ab Episcopo, cujus Clero accensetur, ordinari poterit. Et contrario verò, sicut solus titulus Ecclesiasticus, non adepta beneficii possessione jurisdictionem non tribuit: ut per Garz. *de benef. par. 2. c. 4. n. 16.* ita nec Episcopis loci, in quo situm est beneficium titularem subjicit. Ideòque cui hujusmodi solius tituli nemine ab aliquo Episcopo ordinari posse centemus. Verba sanè Canonis *in d. c. cum nullus*, requirunt, ut qui ab Episcopo ordinatur, habeat beneficium in ejus diœcesi. Habere autem propriè idem est, quod possidere. Qua de re infra.

Ex iisdem, quæ diximus è contrario colligitur, u- 76 sum hujusce potestatis, quam habent Episcopi ratione beneficii ad conferendos ordines, nonnunquam esse restringendum in quibusdam præsertim casibus. Primò, si credatur in fraudem beneficium aliquod susceptum; quo proprii Episcopi ratione originis, aut domicilii examen, vel inquisitio fugiatur. Nam rectè notat Hugo *d. cap. eos, qui de temp. ordin.* & ex ipso Glossa *v. figmento*, quo puniuntur Episcopi, *qui quocunque figmento quæſito præſumpſerint* alienum Parochianum *ordinare*, comprehendi Episcopos, qui in fraudem familiari suo beneficium contulerint, quo jus ipsum ordinandi sibi acquirant. Et in beneficiis tenuibus, quorum reditus non excedunt quatuor ducata praxis Episcopalis *parte prima, v. beneficium §. 3.* facilè fraudem subesse suspicatur. Sotus etiam, si septem solum ducatorum valorem eorum reditus non excedat *de juſt. & jur. l. 11. qu. 5. art. 3.*

Secundò fraudem etiam præsumi, si beneficium re- 77 sidentiam non requirat, nec in illo unquam ordinandus, aut in diœcesi residerit. Esto enim beneficium istud

istud Episcopo in Clericum jurisdictionem concedat, ratione cujus potest eum ordinare, non tamen Episcopus libenter, aut sine ulla rationabili causa adduci debet, ut talem Clericum sibi ignotum, qui aliena diœcesi, in qua versatur, aut ex qua oriundus est, longè notior est, ad ordinationem recipiat. Nam magis consentaneum est, ut ibi ordinetur, ubi ejus mores, ac vita accuratius discuti possunt, præsertim quando non est probabile eum sacra ministeria in diœcesi sui beneficii tractaturum, quod facilè in beneficiis simplicicibus suspicari quisque potest. Nam si sacra esset in diœcesi probabiliter administraturus, quia maximè tunc interesset Episcopi beneficii, talis Clerici ordinatio ad eum convenientissimè referretur. Consentaneum siquidem rectæ rationi videtur, ut is ordinandum discutiat, qui suscipere debet ordinatum, & cujus maximè interest, qualis quis futurus sit ordinatus. Porrò ob hanc fortè rationem, quod fraus aliqua committi possit in recipiendis ab Episcopo beneficii ordinibus, rarò in aliquibus Provinciis ab Episcopo beneficii, præsertim simplicis ordinatio recipitur, rarò hoc jure boni Episcopi utuntur. Consuetudinem istam minimè reprobarim, quæ præsertim ad unum Episcopum originis adstringit, nec licentiam variis Episcopis ordines recipiendi passim indulget, quæ licentiam, & confusionem inducere, & Clericorum inobedientiam augere, & imperitiam, atque inordinationem aliquando fovere posset.

78 A quocumque autem Episcopo ordines suscipiantur, optandum esset, neminem ad ordines recipi, nisi certæ Ecclesiæ adscriptum, in qua suis fungatur muneribus. Neminem ad altiores gradus promoveri, nisi qui de inferioribus ex Tridentino Concilio *sess. 23. de reformat. cap. 5.* in eadem, cui adscriptus est Ecclesia, ritè ac laudabiliter à se exercitis testimonium attulisset; nisi fortè aliqui studiorum causa absentes, & Episcopi sui præscripto, in Collegio, Seminario, vel aliqua Ecclesia ministrent. Quo casu ad Episcopum, à quo ad studia eundi licentia concederetur, & in aliquo Collegio, Seminario, vel Ecclesia ministrandi obligatio imponetur, ad quem denique eorum ministeriorum ritè gestorum testimonia deferentur, ordinatio spectabit. Certè licentia ista à pluribus Episcopis ordinationis recipiendæ iis constitutionibus Tridentinæ Synodi, & recentiorum Conciliorum jure videtur esse restricta quia non potest non esse nociva, cùm ex ea accidat, ut ab uno Episcopo rejectus, ab alio probetur, in quo necessum est, ut vel unius severitas, vel alterius negligentia incusetur, quod utrumque Episcopalem dignitatem in contemptum adducit, cum ordinatiè loquendo Episcopus iste eligatur, sub quo solutior disciplina fuerit, cujus segnior in examinando cura, in inquirendo minus sollicita, perspicaxque providentia futura speretur, ex quo certa Ecclesiasticæ disciplinæ jactura inferetur.

79 Neque ad effugiendas pœnas suffragatur, quod vigore præsentationis ad beneficium situm extra diœcesim originis quisque, licet laicus, efficiatur subditus Episcopi beneficii, atque adeò licitè ab illo ad Clericalem tonsuram & reliquos sacros ordines possit promoveri juxta *d. c. cum nullus de temp. ordin. in 6.*

80 Nam, ut Episcopus alienum subditum ordinare possit ratione beneficii ad formam dicti *c. cum nullus*; duo per necesse requiruntur. Primum, quod ordinandus sit jam Clericus, ut sit capax beneficii, cujus ratione efficitur subditus Episcopi ordinantis ad cæteros sacros ordines, ut apertè supponunt verba citati *c. cum nullus* ibi: *Cum nullus Clericum Parochia aliena, præter superioris sui licentiam debeat ordinare, ut adnotavi tom. 3. cons. 11. numero* 14. Porrò laicus est incapax beneficii, *c. ex literis transact. eap. cum adeò de rescript.* Rota *dec.* 389. *numer.* 12. coram Priolo.

81 Alterum, quod ordinandus reipsa possideat beneficium in diœcesi ordinantis, ut pariter disponit idem *cap. cum nullus*, his verbis: *Seu in cujus diœcesi beneficium obtinet Ecclesiasticum.* Hæc enim verba important veram, Canonicam, & actualem beneficii possessionem, ut explicat Rota *decis.* 1707. *numero septimo*, coram Coccino. Et in hac specie; quod ad effectum subjectionis de qua agitur, non sufficiat quilibet titulus ac beneficium, situm in aliena diœcesi, sine ejusdem beneficii actuali possessione, tradunt Barbos. *in dict. cap. cum nullus numero* 72. ibique Passerin. *numero* 72. Cened. *quæst. Can. capite quarto, numero vigesimo tertio*, Perinch. *in jus Canon. tom. 1. lib. 1. titul. 11. sect. 1. §. 5. quæst.* 33. Castropal. *oper. oper. moral. parte 4. tract. 27. disp. un. punct. 15. numero* 5. Pax Jordan. *lucubr. Canon. tom. 1. lib. 3. tit. 6. numero* 101. Trullench. *de Sacram. lib. 6. cap. un. dub. 7. numero* 22. Squillant. *de privileg. Cleric. capite quarto, num.* 248. Ricc. *in prax. parte 1. resol.* 270. *num.* 2. Garz. *de benef. parte 2. capite 4. numero* 16. ac dixi *loc. cit. num.* 12. Et in pottoribus terminis Clerici promoti ad reliquos Ordines ante assecutam possessionem beneficii declaravit. S. Congregatio Concilii in Carinolensi Ordinationis 18. Martii 1684.

Hinc sequitur, quod ratione solius præsentationis ad 82
beneficium non potest licitè ab alieno Episcopo quis ordinari, ne ad primam quidem tonsuram sine literis dimissorialibus proprii Ordinarii originis, vel domicilii, ut præter citatos Auctores, in terminis præsentati docent Sanchez *libro septimo. consil. moral. cap. 1. dub. 23. numero duodecimo*, Ugolin. *de potest. Episc. cap. 26. §. 8. numero* 3. Barbos. *ad Concil. Trident. sess. 21. c. 2. num. 9. de ref.* & pariter tradidi *loc. cit. numer.* 14. & pluries declaravit eadem Sacr. Congregatio Concilii; ut in Isolana 11. Maii 1669. in Dertonen. 3. Augusti 1686. & in Mutinensi, in qua supplicavit Episcopus Em. Patribus Sacri Concilii Trident. Interpretibus, ut ad evitandas dissentiones, & querelas, quæ ex inordinata sacrorum Ordinum collatione, seu dimissorialium concessione possunt oriri, declarare dignentur.

An laicus, cui à proprio Episcopo denegata fuit pri- 83
ma tonsura, possit suscipere ipsam tonsuram, vel obtinere dimissorias ab Ordinario alterius diœcesis, coram quo ipse laicus præsentatus fuit ad beneficium Ecclesiasticum?

Sacra, &c. die 2. Januarii 1658. respondit, non posse. Id 84
ipsum declaravit in Aversana, sive Casertana sub die 26. Septembris 1693.

Nam ante Clericatum nullus jus laicus acquirere po- 85
test ad beneficium ad effectum subjectionis. Non quidem ex præsentatione perfecta, quia præsentatio laici, quamvis proximè clericandi, est ipso jure nulla, ut per Ciarlin. *contr. for. 153. num. 42.* Conrad. *in princ. benef. l. 1. c. 5. num. 109. & 112.* Garz. *de benefic. parte 7. c. 1. à numer. 25.* Rotam *dec. 21. num. 21.* coram Buratto, *& dec. 2129. num. 34. & seq.* coram Coccino. Neque ex præsentatione imperfecta cum dilatione effectus ad tempus habile post adeptum clericatum. Nam interim nullum jus acquirit laicus sub hac conditione præsentatus, sive nominatus, nec in re, neque ad rem, Garz. *d. parte 7. c. 1. num. 34. & 36.* ac in addit. *ad d. c. 1. num. 24.* ubi addit, quod interim patronus potest variare, & egregiè Rota *dec. 6. num. 9. & seq.* coram Crescentio, ac *dec. 4. num. 5. & 6. & num. 16. ac* 17. coram Pegna.

Quare, deficiente quocumque jure ad beneficium ne- 86
cessario, nullatenus potest alienus Episcopus ante ordinationem ad primam tonsuram, ex sola præsentatione dici verè, & cum effectu laicus beneficiatus, prout secluso triennali familiaritate perneceſſe requiritur, ut quis licitè possit ab Ordinario beneficii promoveri, Grat. *discept. 430. num. 9. & seq.* Crispin. *de Sacr. Ordinat. §. 3. num. 13.* ubi ad rem refert declarationem Sacr. Congregationis Concilii in Campanien si, sive Compsana 13. Septembris 1653.

Ex quibus manifestè liquet, quam graviter hallucina- 87
tus sit Panimolla *dec. 139. num. 3. 4. & 5.* quatenus conatur probare laicum, præsentatum ad beneficium in aliena diœcesi,

diœcesi, posse ab illius Ordinario ad Ordines promoveri absque literis proprii Episcopi originis, vel domicilii, inquiens; ut quis ratione beneficii efficiatur, subditus Ordinarii loci, ubi situm est beneficium; ita ut ad primam clericalem tonsuram, sicut ad cæteros ordines promoveri possit, & valeat, non requiritur actualis beneficii possessio, sed sola collatio tituli, hoc est, quod fuerit nominatus, gratificatus, seu electus ad beneficium; quia potestas ordinandi non præsupponit subjectionem potestati denominatiuè. Quia in beneficialibus regulariter, attenditur titulus, & non possessio. Hæc Panimolla, cujus opinatio ex dictis apertè adversatur dispositioni *d. c. Cum nullus*, necnon decretis S. Goncilii Tridentini *c. 8. sess. 23. de reform.* communi sententiæ Doctorum, ac declarationibus Sacr. Congregationis Concilii superius allatis. Quare, nedum, tamquam erronea est rejicienda; sed etiam tamquam illa, quæ fovet illicitas ordinationes contra disciplinam Ecclesiasticam, & sacros Canones speciali censura est configenda, prout in hujusmodi opinionibus actum fuisse, testatur Sperel. *dec. 105. num. 47.* & quadam doctrina Mirandæ rescripsit eadem S. Congregatio Concilii in Perusina 23. Aprilis 1616.

87 Unde ex hac opinione Panimollæ excusati nequeunt Ordinans, & Ordinatus à pœnis à Tridentino inflictis. Opinio enim Doctorum non excusat à pœnis quoties, ut hic pro actu illicito sunt à jure decretæ, ut in fortioribus terminis illicitæ ordinationis bona fide; quemadmodum prætendebatur facta vigore cujusdam assertæ doctrinæ, ac resolutionis S. Congregationis, reupondit S. Congregatio Concilii in S. Severi Ordinationis 1. Julii 1684. ad primum, & in eadem 24. Augusti 1619. ad secundum. Et fusè probat Sperel. *dec. 126. num. 28.* & Rota apud Mohedanum *dec. 2. de sent. excomm.*

88 Eoque maximè, quia in hoc casu agitur de Episcopo, qui ex officio scire tenetur, ea quæ à jure, & à S. Congregatione decreta sunt circa suas facultates; quoad collationem Sacrorum Ordinum, adeò ut de his allegare imperitiam, crimen est, quod non excusat, *Clem. un. §. fin.* ubi Glossi. *v. scire de concess. præb.* Priolus *dec. 48. num. 7 & 8.* Prout neque excusare potest ordinatum ignorantia juris, ac decretorum, quia uti ordinandus ignorare non debet, ea quæ statuta sunt pro licita, vel illicita Ordinatione ex defectu dimissoriarum proprii Ordinarii, ac ita ut indignum sit in hac re excusationem adducere, ut rectè Rota in Elborensi Ordinum *dec. 1181. num. 6. & 9.* coram Coccino.

89 Præterea hujusmodi ordinatio non solum ex defectu dimissioriarum, verùm etiam ex defectu literarum testimonialium proprii Episcopi originis redditur illicita juxta *cap. 8. sess. 23. de reformat.* Sacr. Concilii Tridentini. Nam, prætermisso, non tamen concesso, quod Episcopus ratione beneficii, sive literis dimissorialibus Episcopi originis, vel domicilii possit ordines conferre, adhuc tamen necessario tenetur ab illis requirere literas testimoniales commendationem facientes de vita, & moribus ordinandi, ne promoveatur illegitimus, inquisitus, criminosus, aliisque canonicis impedimentis irretitus sit. Et hujusmodi testimoniales, & ita necessariæ videntur, ut non sufficiat, si de vita, & moribus ordinandi capiatur informatio in tribunali Episcopi beneficii, ad quem solum pertinet ordinandum ratione beneficii examinare, quoad doctrinam, sed testimoniales requirere tenetur ab Episcopo originis, vel domicilii, ut declaravit Sacr. Congregatio Concilii Tirasonen. Ordinationis 15. Februarii 1596. relata à Crispino *loc. cit. §. 3. num. 8. & 9.* & confirmata in Castren. Ordinum 24. Martii 1668. Qua tamen de re, vide nostram Consult. *loc. cit.*

90 Cessatque omnis difficultas, si beneficium fuerit obtentum, ac collatum in fraudem proprii Ordinatii, ut superius dixi, ut proinde etiam ex hoc capite ordinatio illicita, & tam Ordinans, quàm Ordinatus incidant in suspensionem, juxta sententiam Glossæ *in cap. 2. v. fi-*
gmentò, in fin. ubi Canonistæ *de temp. Ordin. in 6.* Pagnan. *in c. Omnis, num. 99. de pœn. & remiss.* Pax. Jordan. *l. 3. titul. 6. num. 93. tom. 1.* Diana *par. 2. tract. 5. resol. 55. num. 2.* Ricc. *in prax. resol. 173. parte.* & de declaratis S. Congregatio in Neapolitana apud Ctispin. *loc. cit. §. 3. num. 12.* & apud Corred. *in pr. dispens. l. 4. capite 5. numero 35. & 36.* & in Cadurcen. 7. Octobris 1662. apud eundem Crispin. *numero undecimo.* ubi quod fraus probatur conjecturis. Quod etiam tradidit *cit. consult. 13 tom. 3.* Ut si quis rejectus à proprio Episcopo citraverit dimissionem beneficii in aliena diœcesi; præsentat. onem ad sui favorem, & ad illius titulum ordinationem, ut consideratis hujusmodi circumstantiis; fraudem redolentibus; pro illicita Ordinatione, & incursu suspensionis, tam in Ordinante, quàm in Ordinato, censuit Sacr. Congregatio Concilii in Sarzanen. sive Brugnaten. 8. Augusti 1654. Si is, qui beneficium resignavit, nullam causam habuerit resignandi, ac dimittendi beneficium, non sine sumptibus, ac laboribus forsan acquisitum. Beneficia enim non præsumuntur sine causa spontè, ac facilè resignari, *cap. super hoc, §. sic tua*, ubi Doctores *de renunciat.* Undè, cessante causa resignationis fraus in hoc casu facillimè deprehenditur; Nicol. *lucubr. Can. leg. 5 titul. 39. de sent. excomm. numer. 124. §. Sed nec tunc.* Si fructus beneficii à resignante adhuc exigerentur. Ex quo nedum fraus, & simulatio ad textum *in l. ficut, §. Supervacuum, ff. quibus mod. pignor. vel hypo h.* Rota *dec. 642. num. 7. parte 18. recent.* Sed etiam enormis confidentia censetur interessisse, canonicis pœnis plectenda. Si beneficium sit tenuissimi valoris, pura quatuor ducatorum monetæ Regni Neapolitani, & cum onere aliquo Missarum, Synodi, Spoli, Visitationis; ex traditis à Menochio *de arbitrar. l. 2. capite 216* Barb. *l. de potest. Episc. allegat. 4. num. 45.* Marchin. *de Sacram. Ordin. tract. 1. par. 5. c. 8 num 14.* & dixi *d. cons. 13. num. 4* Quapropter constante solum hac tenuitate, absque alia probatione simulationis, beneficium præsumitur obtentum in fraudem proprii Ordinarii ita, ut ordinatio ex hoc reddatur illicita, & tam Ordinans quàm Ordinatus censeantur incursi in suspensionem juxta praxim S. Congregationis Concilii, de qua testatur Squillant, *de privileg. Cleric. c. 4. num. 139.* Corrad. *in prax. dispens. l. 4. c. 5. num. 36.* & in terminis beneficii annui reditus scutorum decem, respondit eadem S. Congregatio in d. Sarzanaten. 8. Augusti 1654.

Hic itaque Sacrorum Canonum abusus saltem formi- 91
dine pœnæ, suspensionis scilicet, ac irregularitatis, aliisque juris remediis oportune compesci oportet; dum nimis hodie quorumdam Episcoporum temerè irrepsit auctoritas, qui sub cooperta dispositione *c. Cum nullus*, variisque figmentis beneficiorum nullius, vel tenuissimi reditus, aliisve prætextibus præsentationis, sive alterius tituli, nimium effrænatè alienos subditos contra Sacrorum Canonum, & S. Concilii sanctiones audent promovere, implentes alienas diœceses Sacerdotibus illicitè ordinatis, & ob celebrationem irregularibus; Idemque dico de abusis domicilii. Unde remedium est omninò necessarium, ut in terminis deplorandi hujusmodi abusus pro opportuno remedio clamat Corrad. *in prax. disput. d. cap. 5 numer. 35. & 36.* & clamat. *d. consult. 13. num. 14. tom. 3.* Remedium nunc propono, ut nemo ratione domicilii promoveatur ad Ordines, nisi per domicilium decennale cum translatione omnium, vel majoris partis fortunarum; ratione verò beneficii cum beneficio, requirente residentiam, vel sufficiente ad titulum Ordinationis. Tutius verò à solo Episcopo originis.

Ex prædictis jam satis patet, quisnam sit propriùs 92
Episcopus, quis alienus, satis quoque confirmatum, nemini licere ab ullo Episcopo, præterquam à suo, vel de ipsius licentia secundum Canonicas Sanctiones ordinari. Jam utique videndum, quæ pœnæ, tum antiquo, tum novo jure, vel etiam novissimo in transgressores hujusce legis, sive Ordinantes, sive Ordinatos ferantur. In qua

quæ-

quæstione tria Ecclesiæ tempora distinguenda sunt. Vnum, quod priora Ecclesiæ tempora ante quingentos annos comprehendit. Alterum, quod à quingentis ferè annis ad Pium Secundum & Concilium Tridentinum excurrit. Tertium, quod à Pio Secundo, & Concilio Tridentino ad nos usque fluxit. Juxta quæ tria tempora triplex statuendum est jus, antiquum, medii istius ævi, quod modò novum, modò antiquum dici potest, & noviſſimum, juxta quæ præsens quæstio dirimenda est.

93 Quid verò juxtà jus antiquum censendum sit, prædicta satis ostendunt. Nam ex citatis superius Concilio Nicæno primo *c. 16.* Sardiensi *c. 15.* Moguntino *c. 17.* & Nannetensi *c. 7.* itemque ex Epistolis decretalibus Calixti Primi *epist. 2. c. 3.* Sixti Secundi *epist. 3. cap. 6.* Julii Primi *epist. 3. c. 6.* & Adriani Primi *in 5.* Ingilramno datis *cap. 16.* patet, Clerici alieni ordinationem irritam, quoad executionem nempè, non quoad characterem, esse judicatam, ideſt Ordinatos suspensos fuisse declaratos. Ex Sinodi Trullanæ sententia *cap. 17.* Clericos ab alieno Episcopo ordinatos, & ordinantes Episcopos esse deponendos. Ex Chalcedonensi *Canon. 20.* utrosque tamdiu excommunicatos manere, donec Clericus ad proprium Episcopum reversus fuerit. Ex Sardicensi item, & Triburiensi *c. 28.* alieni Clerici ordinatores corripiendos in Concilio, qui quidem à Taurinacensi *c. 2.* à Conciliis, & Ordinationibus arcendi, ab Aurelianensi *5. c. 5.* sex mensibus à sacrificio Missæ celebrando suspendendi declarantur. Pœnas autem contra laicos alienæ diœcesis ordinatos, nullas certo, ac indubitato jure, aut contra ipsos Ordinantes priscis temporibus reperimus fuisse præscriptas.

94 Novo autem jure, si ad superiora tempora attendas sed si ad hodierna antiquo, certum est, Clericös ob ordinationem, ab Episcopo alieno susceptam ipso facto suspensos esse. Nam Gregorius X. contra taliter promotos antiquorum Canonem severitatem perseverare decernit *in dict. cap. Eos, qui de temp. ordin. in 6. His*, inquit, *qua jura statuunt, contra taliter ordinatos in suo robore durabunt.* At antiquissimo jure ipso facto Clerici ab alieno Episcopo ordinati, suspensi erant, saltem donec eorum ordinatio ab ipsorum Episcopis probata esset, prout interpretari videtur Urbanus Secundus supra citatus. Vide *Can. Lugdunensis 9. q. 2.* juncta Glossa *v. poterit*, ad cujus confirmationem adpe *Can. 20.* Concilii Chalcedonensis, & Aurelianensis quinti, *Can. 5.* Nam toto eo tempore ipsorum ordinatio irrita censebatur; quorum autem Ordinatio irrita, quoad executionem censetur, ii ipso facto suspensi sunt.

95 Dubium autem est, utrùm etiam laici ab Episcopo alieno in Clericos attonsi, hoc jure suspensi dici debeant? Hujus certè rei nulla ex Ordinario jure peti potest confirmatio. De antiquissimo jure nihil, quod hanc pœnam ostendat afferri potest, quinimò contrarium usus ostendit ex prædictis. Itaque si recepto jure ante Concilium Tridentinum condito res agatur, non videntur ii ipso facto esse suspensi, & Canones, qui in contrarium adducentur de iis solum agunt, vel qui ab alieno Episcopo invadente alterius parochiam, & in ea Ordinationes laicorum sibi non subditorum faciente, ordinati fuerint, quæ ad laicum, alienum Episcopum adeuntem, ab eoque intra suæ parochiæ limites ordinationem Celebrante, ordinatum, ampliari non debent; vel certè de Clericis agunt ab alieno Episcopo ordinatis, non laicis, quorum utique, ut ex prædictis patet, dispar est ratio, nec extendendæ pœnæ sunt §. *pœna de pœnit. d. 1.* ad casus diversos, licet aliquatenus similes, ut quod contra Clericum statuatur, contra laicum statutum intelligatur; quin potius, qui de uno dicit, de alio negare videtur, *argument. cap. nonne de præsumpt.* Vide Ancharanum, & Joannem Monachum *in dict. cap. Cum nullus, v. Clericum de tempor. ordin. in 6.* Rebuffum *in prax. benef. tit. de Clerico ad Sacros Ordines malè promoto*, Navarrum *conf. 31. de tempor. ordin.*

At jure isto medii ævi contra Ordinatores tam alieni Clerici, quàm laici pœnæ statutæ sunt. Nam de Episcopo laicum ad tonsuram clericalem recipiente ex aliena diœcesi, ita Bonifacius *in cap. fin. de tempor. ordin. in 6. Qui verò contra fecerit*, id est, *qui homini diœcesis alienæ clericalem præsumpserit conferre tonsuram per unum annum à collatione clericalis tonsuræ dumtaxat noverit se suspensum.* Et *d. cap. Eos, qui eodem tit. Eos autem, qui Clericos Parochiæ alienæ, absque superioris ordinandorum licentia, scienter, seu affectata ignorantia, vel quocumque alio figmento quæsito præsumpserint ordinare, per annum, à collatione Ordinum.* Gregorius X. *decernit esse suspensos.* Ex quo tamen Canone dumtaxat inferri potest, Episcopos eos solum pœnam ibi statutam incurrere, qui vel scienter, vel ex affectata ignorantia, vel quæsito aliquo figmento indebitam hujusmodi Ordinationem peregerint, non eos, qui etiam ex crassa ignorantia, ac vincibili juris, quod scire tenebuntur; inscitia legem violarint, & fortè conditiones, quod scienter, seu affectata ignorantia Episcopus alienum Clericum ordinet, non frustra sunt appositæ, ut innuant, qui secus ea in re erraverint, parem pœnam non meteri. Certe Navarrus *conf. 40. de tempor. ordin.* Episcodum docet non incurrere suspensionem qui alienum subditum ordinarit, si probabiliter id ignorabat. Quod manifestè ex Gratiano *caus. 1. quæst. 4. §. notandum deducit*, sed nihil de eo, qui ex supina ignorantia Clericum ordinaverit ipse loquitur, de quo etiam nihil certi dicere possum. Nam licet ex prædicto *Bar. Eos, qui*, non inferantur, tales esse suspensi, dubium esse potest, num priores Canones. qui, ut supra videmus, de hac re variè loquuntur, ipsum suspenderent. Episcopum verò alicui laico tonsuram clericalem ex ignorantia crassa conferentem videtur Bonifacius VIII. *in dict. cap. Cum nullus*, suspensum declarasse, nisi fortè verbum *præsumendi* temeritatem aliquam significet, quæ ignorantiæ solum affectatæ, non crassæ, vel etiam scientiæ de malè agendo conjugatur. Quod quidem incertum est, cùm etiam præsumptio dici possit solam bonam fidem excludere. Non est autem is in bona fide, qui ignorantia crassa laborat.

Noviſſimo autem jure per Concilium Tridentinum, 97
& quasdam Summorum Pontificum Constitutiones inducto, suspensio aliqua cùm in laicos, tum in Clericos, ab alieno Episcopo ordinatos, nec non etiam in Episcopos ordinatores lata est. Primò enim Tridentinum Concilium cùm vetuisset laicum alterius subditum absque proprii Prælati expresso consensu, aut literis dimissoriis ad aliquos sacros, aut minores ordines, vel primam tonsuram promoveri, hanc pœnam illico subjungit *sess. 14. de reformat. capite quarta, contrafaciens ab exercitio Pontificalium per annum, taliter verò promotus ab executione ordinum sic susceptorum, donec suo Prælato visum fuerit, ipso jure sint suspensi.* Idem postquam præcepit, *ut unusquisque à proprio Episcopo ordinetur*, eamque sanctionem, ne infringi posset, ea etiam decreti additione munivit *sess. 23. de reformat. capite 8. quod si quis ab alio promoveri petat, nullatenus id ei, etiam cujusvis generis, aut specialis rescripti, vel privilegii prætextu, etiam statutis temporibus permittatur, nisi ejus probitas, ac mores Ordinarii sui testimonio commendentur.* Qua sanè lege improbitas quorundam, & audacia, qui disciplinæ rigorem vitare cupientes, ad privilegia, & dispensationem confugiunt, prudenter, salubriter retunditur. Postquam, inquam hac ratione ordinandorum fraudibus occurrit, pœnas etiam istas adjungit ibidem. *Si secus fiat, ordinans à collatione ordinum per annum, & ordinatus à susceptorum ordinum executione quandiu proprio ordinario videbitur expedire, sit suspensus.* Hæc Tridentinum de iis, qui sine literis dimissoriis proprii Episcopi ab alieno ordinati fuerint.

Aliqui etiam Summi Pontifices easdem pœnas 98
ampliasse,

ampliasse, vel certè explicasse magis visi sunt. *Constitutione Pii Secundi Pontificis Maximi*, ut refert Concilium Mediolanense tertium *titulo de iis, qua pertinent ad ordinis Sacramentum*, & legitur in Bullario edita 18. Cal. Decembris anno 1461. quæ incipit, *Cum ex sacrorum, quicumque Clerici sine Canonica dispensatione intra statuta tempora, vel ante legitimam ætatem, vel absque dimissoriis Ordinarii sui literis, sed ad aliquem sacrum ordinem promoveri, fuerint ad suorum ordinum quos susceperint, executione ipso jure suspensi sint, iique si suspensione durante, illorum ordinum ministerium, functionesve obiverint, statim irregularitatem subeant, ob quam, præter alias pœnas contra istos Canonum jure sancitas, beneficiis etiam Ecclesiasticis privari possint.* Sixtus V. Constitutionem edidisse fertur, quæ incipit, *sanctum, & salutare*, in qua Summus Pontifex absolutionem à prædicta suspensione sibi reservat. Clemens verò VIII. Bulla, quæ incipit, *Romanum Pontificem decet*, prædictæ Constitutionis severitatem temperavit, & ad Concilii Tridentini dispositionem reduxit, ut inter cæteros observat Quaranta *in sum. v. ordo, vers. limita, & vers. tertius casus*, & Sayrus *de censur. l. 7. c. 10. num. 36. & leg. 4. cap. 14.*

99 Quæritur ergo primò, an suspensio ista, quæ in eos quocumque jure lata est, qui Clerici ab alieno Episcopo ordinantur, si per aliquam functionem prohibitam violata fuerit, irregularitatem inducat? Vtraque pars suos assertores habet, suasque rationes. Nam pro parte affirmante hæc proferti possunt. Primum, quod violatio quævis suspensionis irregularitatem secum adferat, ut præter alios asserit Innocentius IV. Concilio in Lugdunensi, relato *in cap. 1. de sentent. excomm. in 6.* Alterum, quod Bulla Pii Secundi hac nominatim suspensione irretitos, si functiones sacras, quæ ipsis interdictæ sunt, obire præsumant, irregulares fieri expresse declaret. Tertium, quod tam suspensionis, quàm irregularitatis, ex ejus violatione profectæ absolutionem Summo Pontifici Sixti V. in Bulla supra citata reservavit. Quartum, quod Concilium Mediolanense tertium *loc. cit.* irregularitatis istius monendos Clericos esse censuerit, ob eamque proinde causam prædictam Pii Secundi Bullam contra malè promotos pridiè ordinationis Clerici edici, & promulgari debere statuerit. Quintum, quia declaratio S. Congregationis Cardinalium in hæc verba, *si secus fiat c. 8. sess. 23.* Concilii Tridentini id expresse definit.

100 Pro negante verò parte argui potest, quod nempè suspensio ista, quæ adversus ordinatos ab alieno Episcopo, sive à veteri jure lata est, sive à novo, imò etiam, quæ à nupero per Tridentinum promulgato confirmata est, videatur sine ulla absolutione tolli posse, ideòque non sit vera censura. Si autem vera censura non est, profectò neque ex ejus violatione irregularitas ulla contrahitur. Quod autem sine ulla absolutione tollatur, colligi potest primo de antiquo jure. Nam Concilium Chalcedonense *Can. 20.* nonnisi usque ad reversionem Clerici ad proprium Episcopum pœnam extendit. Concilium quoque Aurelianense quintum *Canon. 5.* taliter ordinatos non propriè dicta suspensionis censura alligatos ostendit, dum jubet, *ut ab honore, vel officio susceptо juxta arbitrium sui Pontificis, suspendantur.* Deinde in usu fuit, ut ordinatus ab alio Antistite, quàm à proprio sine ulla absolutione, vel dispensatione reciperetur, etiamsi in ordine suscepto ministrasset. Sic Augustinus *Epist. 240.* Lectorem suum Timotheum, Subdiaconum à Savero ordinatum, leniter increpatum recepit. Epigonius Lectorem quoque suum à Juliano Episcopo Diaconum ordinatum in sua Parochia ministraturum in Concilio Carthaginensi tertio *Canon. 44.* repertit, non hic dispensationi, aut absolutioni locus fuit, quamvis prædecessissent Niceni, Sardicensis, & Carthaginensis primi Canones, qui ordinationes ab alienis Episcopis irritas, inanesque declarant, sed sciebant Patres istas ordinationes usque ad consensum proprii Episcopi irritas tantum dici, quia eorum executio non licebat. Sic Urbanus *in Can. Lugdunensis* citato *9. quæst. 2.* post cæteros priorum sæculorum Canones, Lugdunensis Parochiæ Clericos ab alio Episcopo ordinatos injuncta aliqua pœnitentia, satisfactionis gratia propter Ecclesiam, quam offenderant, non propter suspensionem, quàm exercentes se in iis ordinibus violarant, recipi permisit. Quippè cùm eos nulla absolutione à suspensione, præmissa, nulla interrogatione de exercitio ordinum, durante suspensione præscripta, cùm graduum suorum honore recipiendos docuerit Legatus Navar. *conf. 29. & 39. de tempor. ordin.*

Sequenti verò tempore contra ordinatos ab alieno 101
Episcopo nihil, nisi quod antiquiora jura statuerant definitum vidimus. Itaque ante Bullam Pii Secundi nihil habemus, quo vera suspensio, quæ sit censura, contra ordinatos ab alieno Episcopo jure lata censeatur. Quod utique ex eo confirmari potest, quod Innocentius Tertius de Clerico Latino loquens ab Episcopo Græco licentia sui Episcopi ordinato, qui quidem potiori jure plectendus videretur, quàm ullus alius sine sui Episcopi licentia ordinatus, quippè duplicem prohibitionem violaverat, non tamen eum ipso jure suspensum, sed suspendendum ostendit *in cap. quod translationem de tempor. ordin. in 6. Interdicenda*, inquit, *ei est ordinis executio sic susceptі, tanquam ab alieno Pontifice sine mandato, vel licentia sui Episcopi ordinato.* Ex quo inferri licet, quamvis ex jure, quo ante Innocentium Tertium Ecclesia utebatur, talis ipso jure suspensus usque ad arbitrium sui Episcopi censeretur, ex citatis Canonibus; attamen hanc suspensionem, utpotè potius executionis ordinis videretur, quàm damnatio quædam, qua ordinis exercitium adimeretur, & quæ sine ablolutione tolli posset, non fuisset veram suspensionis censuram; ideòque præterea cavisse, ut in Latinum, qui à Græco sine ordinarii sui licentia fuisset ordinatus, suspensionis censura ferretur, damnationemque ipse subiret, quàm si violaret juxta Antiochenum Canonem quartum, & alios antiquos sine spe restitutionis esset, irregularisque fieret, illudque Innocentii responsum ita interpretantur Joannes Andreas *in d. cap. quod translationem*, & alii melioris notæ Canonistæ, qui etiam prædictam sententiam videntur tueri. Vide Glossam *in d. cap. eos, qui, v. statuunt*, Archid. *in d. Can. Lugdunensis*, Butr. Franch. & alios.

Hoc ergo, inquiunt istius sententiæ Authores usque 102
ad Bullam Pii Secundi jus est, quàm non dubium est suspensionem propriè dictam in ordinatos ab alieno Episcopo, tam Clericos, quàm laicos pronunciasse. cùm veteri jure in laicos nulla ferretur, ut ex dictis supra patet. Nec dubium, quin irregularitatem quoque in suspensionem istam per exercitium suorum ordinum violantes adjunxerit. Vbi ergo Bulla ista promulgata, usuque recepta est, eæ omnes pœnæ absque ullo dubio locum habent.

Sed videndum, num fortè Concilium Tridentinum 103
Bullæ isti Pii Secundi hac in parte derogaverit. Etenim Concilium. *sess. 14. de reform. capite quarto, & sess. 23. capite 8.* videtur veteri potius juri adhæsisse, quàm isti Bullæ. Nam, ut apparet ex iis, quæ ex ipso citavimus, de suspensione ista loquens, hæc verba: *donec suo Prælato visum facit.* Itemque: *Quamdiu proprio ordinario videbitur expedire*, consultò adjunxit. Quæ verba suspensionem propriè dictam videntur excludere, ut de veteri jure disputantes docuimus. Ergo ex mente Concilii Tridentini, si ordinatus ab alieno Episcopo ministret, non propriè dictam censuram violasse, proindeque nec irregularis esse videbitur. Neque his Bulla Sixti V. officit, quæ ad dispositionum Concilii Tridentini, & antiquos Canones redacta ac Clemente VIII. nihil contra dispositionem

nem Tridentinæ Synodi, & antiqui juris ordinationem valebit.

104 Ut in hac difficultate quid doctiores sentiant, aperiam; sanè quod de antiquo jure usque ad Bullam Pii Secundi disputatur, problematicum est, ut mox quoque videbitur. Gravia pro utraque parte sunt rationum momenta, non tamen insolubilia. Nam affirmantis partis ex negante adstructa argumenta facilè corruunt. Negantis etiam solvi possunt. Etenim Concilium Chalcedonense de excommunicatione loquitur, non de suspensione. Augustinus fortè Nicenos, Sardicenses, Carthaginenses Canones ignoravit. Quidni? Cùm in ordidatione sua Nicenum sé Canonem solvisse ignoranter quæratur, ut per possidium in vita Augustini *c.* 8. & ipsum Augustinum *Epist.* 110. Sardicensem à Zosimo Pontifice Canonem allegatum pro appellationibus ad summam Sedem Patres Africani ipsius tempore ignoraverint. De Sardicensi Synodo, an fuerit legitima ipse dubitaverit contra Crescon. *l.* 3. *c.* 34. *Epist.* 163. Nicenos ad se mitti postulaverit. Carthaginensis Synodus prima diù latuerit ignota. Epigonii facto eadem solutio competit. Sed nec certum est, utrum Clericos suos ab alio Episcopo ordinatos ipsi absolverint, necne, penes Episcopos illius temporis erat haud dubiè absolvendi in iis, & dispensandi potestas. Vrbanus Secundus consulere potuit, quod concedere poterat ex concessione ipsius, an mero consilio factum sit, ut ab alieno Episcopo ordinati in suis gradibus quantumvis suspensi, quantumvis etiam ex illicito ordinum ministerio irregulares reperirentur, quis rescire possit? Innocentius Tertius sic fortè Clericum ab allo ordinatum suspendi præcepit, ut tamen suspensum existimarit; Sed suspensionem, declarati, cuperet, eos fortè quos, quia ab alieno Episcopo promoti sunt, jure ipso suspendi existimavit, eos, inquam, quia à Pontifice Græco ordinati fuerant, nova *ab homine* suspensionis ferendæ sententia percelli, voluit, in iis divinare difficillimum est.

105 At certum est, Bullam Pii Secundi suspensionem in eos, de quibus ast sermo, propriè dictam tulisse, nec ullus diffiteatur. Probabilius autem est, Concilium Tridentinum ipsi non derogasse. Nam derogatio ista non apparet, *nec verba, quæ ex Concilio Tridentino* prolata sunt, id ostendunt. Non enim tantum durare istam suspensionem dixit, quamdiu ordinario videbitur, sed durare quandiu ipsi placuerit, affirmavit, veteres sanctiones secundum quas durare tantum suspensio ista probabiliter intelligebatur, usque ad beneplacitum proprii Episcopi innovans, Bullæ Pii Secundi quæ etiam ulteriu, durare eam affirmavit, non derogans. Vt autem de Bulla ista, quod nempè apud eos, qui recentioribus istis constitutionibus utuntur, vigeat, sic censeam, monent me Concilium Mediolanense tertium, supra citatum sub S. Carolo, qui Sanctus optimè novit mentem Concilii Tridentini, quod ipsius præsertim opera perfectum est, & declaratio Congregationis Eminentissimorum Cardinalium, qui Concilii Tridentini decreta interpretantur. Quis iis melius aut Tridentini Concilii sensum explicare possit? Aut earum regionum praxim quæ novo jure utuntur, ostendere? Suspensionem tamen istam à proprio Episcopo tolli posse, satis novit Tridentinum, supra jus commune confirmans, nec ulla Constitutio, præterquam Sixti V. quæ revocata fuit renititur. In irregularitate quoque ex istius suspensionis violatione orta, sicut & in cæteris, quæ ex delicto occulto oriuntur, præterquam ex homicidio voluntario, Episcopis dispensare Tridentina Synodus permittit, si verò publica sit ista suspensionis violatio ex consuetudine generali, quæ dispensationes in irregularitatibus ad Summum Pontificem transtulit, Episcopis inferioribus dispensandi facultate non erit. Verùm quia Bulla Pii Secundi loquitur tantum de promotis ad ordines sacros, dubiumque est, an aliis Canonibus suspensio propriè dicta lata legatur in promotos ab alieno Episcopo, ideò dubiè respondendum est de iis, qui ad ordines minores promoti in iis ministrarunt, an irregulares effecti sint; mo vix ullum dubium hac in re esse potest; cùm enim eorum functiones à quovis etiam alio non ordinato fieri possint, vix accidere potest, ut quantumcunque quis suspensus sit, ex ordinum illorum ministerio irregularis effici credatur.

Ex iis autem alia similiter quæstio solvi potest, an qui tonsuram Clericalem, vel minores ordines suscepit ab alieno Episcopo, beneficium ipsi postea collatum jure possideat, vel collatum antea amittat, Quam quæstionem ex dictis breviter resolvo. Etenim quoad recipientem ab alieno Episcopo tonsuram spectat, veteri jure ad nostra ferè usque tempora nulla in eum lata erat suspensio. Bulla Pii Secundi veteri juri pro eo nullam pœnam addidit. Tridentinum suspensionem etiam in eum tulit, sed utrum propriè dictam, quæ verè sit censura, an impropriè dictam, quæ tantum sit dilatio executionis functionum ordinum, dubium est. Si censura suspensionis à Concilio Tridentino nulla lata est, cessat omnis, quoad eum, qui tonsuram solum recipit, dubitandi ratio, & indubitato jure beneficium postea sibi collatum retinet.

Similiter quoque, si nulla propriè dicta censura veteri jure litigatus est, qui minores ordines sine licentia sui Episcopi suscepit, cùm Tridentina Constitutio veteri juri nullam pœnam addat, Bulla Pii Secundi de solis sacris ordinibus, non de minoribus loquatur, sequitur nec in eo casu rationem ullam dubitandi fuisse. Imò si eam sententiam, quæ veteri jure negat suspensionis censuram in ordinatos sine licentia sui ordinarii hic confirmare placet Bulla Pii Secundi videtur in eam inclinare, simulque negare minoribus ordinibus, ita initiatum suspensionis censura adstrictum teneri. Etenim cùm de sacris ordinibus loquens decernit iis initiatos absque authoritate sui ordinarii suspensionem incurrere, quæ irregularitatem induerit; à contrario initiatos solis minoribus tali suspensioni illigatos non esse insinuat, & aliquam suspensionem esse innuit, quæ non sit propriè censura.

Itemque cùm veteri jure inter sactos, & non sactos ordines nulla distinctio adhibeatur, eorum opinioni prædicta Bulla favet, qui veteri jure censent usque ad Bullam Pii Secundi nullam suspensionis censuram in promotos ab alieno Episcopo latam fuisse. Sed ponamus, sive veteri, sive novo jure eum, qui minores susceperit, suspensionis censuram incurrisse, imò & irregularitatem in ea suspensione celebrando quod tamen etiam eo dato ratò accidere posse diximus; nihilominus beneficia, si quæ habuit ante irregularitatem non amisit ipso jure, sed solum iis privandus est per Judicis sententiam. Vnde Concilium Tridentinum *sess.* 7. *cap.* 10. *de reformat.* in simili casu edixit, ut ordinati cum dimissoriis Capituli intra annum à morte Episcopi, *nullo privilegio Clericali gaudeant.* Quibus verbis non eos privaros esse statuit, sed privandos, Quippè cùm verba futuri temporis pœnam ipso jure non infligant, & sanè communis opinio est, nullam censuram habitis prius beneficiis hominem ipso facto privare, quamvis fatendum sit, hominem toto illo tempore, quo aliqua censura irretitus est, nec eligi posse, nec beneficii suscipiendi esse capacem juxta dictum Panormitani *in cap. cùm nostris de concess. prab.* & communem Canonistarum, ac Theologorum sententiam.

Itaque strictim, ac per anacephalæosim pœnæ contra promotos ad ordines sine dimissoriis literis, vel licentia proprii ordinarii diœcesani, hæ sunt. *In Can. si quis causas dist.* 71. ex Nicæno Concilio *Can.* 16. *in fine*: Si quis ausus fuerit aliquem, qui ad alterum pertinet, ordinare, cùm non habeat consensum illius Episcopi, à quo recessit Clericus, irrita sit hujusmodi ordinatio. Similiter *Can.* 19. *quæst.* 2. Gelasius Papa inquit, talem

talem ordinationem ratam non fore, nec vires ullas habituram. Quæ verba, ut sæpe annotavimus, intelliguntur, communiter, non quod ordinatio sit verè nulla in actu primo, cùm impressus sit character, sed intelligitur irrita ordinatio in actu secundo, id est, ut non habeat ordinatus ordinis illius licitam executionem.

110 Hæc autem verba, si spectemus juris rigorem, videntur reddere ordinatum ipso jure suspensum, vel irregularem; tamen multi Doctores tenent, quod hæc verba non sint accipienda in tanto rigore, sed ita, quod peccet sic ordinatus celebrando seu exercendo tales ordines, quandiu non ratificaverit eam ordinationem proprius Episcopus; non tamen, quod sit suspensus, neque propriè irregularis. Ita Glos. *v. statuit*, & Canonistæ *in d. cap. eos, qui de temp. ordin. in* 6. Salzd. ad Diaz. *cap.* 29. *lit. C.* Suarez *de censur. disp.* 31. *sect.* 1. *num.* 14. Armil. *v. ordo num.* 16. Navar. *cons.* 27. *num.* 5. *& cons.* 29. *num.* 1. *de temp. ordin.* Sanch. *lib.* 7. *opusc. cap.* 1. *dub.* 18. *numero* 5. Quod autem stando in jure communi antiquo ratificari possit ordinatio illa, & sic cesset impedimentum, habetur *in d. can. Lugdunensis* 9. *quæst.* 2. ubi Glos. *v. poterit*, Navar. *cons.* 27. *num.* 5. *eod. tit.* Glos. *in can. illud.* 71. *dist.* Vgo, & Turrecr. *in d. can. Lugdunensis* cum Laur. Archid. & Jo. Andr. & tenet Salzed. *loc. cit.* §. *tertio erit*, Suarez *ibid.* & Bonac. *de Sacram. Ordin. punct.* 4. *num.* 26. Sotus, Medina, Gabriel, Cuccus, & Manuel, quos allegat Sanchez *ubi supra num.* 8. ubi etiam hanc sententiam ait latis probabilem. Et procedunt prædicta tam de promoto ad sacros ordines, quàm ad minores, vel primam tonsuram, imò de ordinato in minoribus, vel prima tonsura initiato, quod non sit suspensus, neque irregularis, sed tantum impeditus exercere sub peccato ante ratificationem, ait probabiliorem Sanchez *d. dub.* 28. *num.* 4. Et ideò dicunt validam esse collationem beneficii tali Clerico factam, ut per Navar. *d. cons.* 27. *num.* 5. *& cons.* 29. *n.* 1. Guidopap. *decis.* 449. *incip. Laicus*, & Sanch. *d. dub.* 28. *num.* 6.

111 Contra tamen alii tenent prædictos ordinatos in sacris, vel minoribus esse suspensos, vel irregulares ex ratione prædicta ita, ut neque collatio beneficii eis facta sit valida, neque posse eum ordinationem à proprio Episcopo ratificari. Ita multi Doctores, quos allegat, & sequitur Sanchez sibi contrarius. *dub.* 20. *n.* 16. *& seqq. loc. cit.* Imò quod recipiens primam tonsuram sine licentia sui Episcopi non gaudeat privilegio Clericali ipso jure, ait communem Salzedo ad Diaz. *in pr. cap.* 26. §. *& non solum*, ac tenent Chaslan. Rebuf. quos allegat, & sequitur Sanchez *ibid. num.* 15. Cephal. *cons.* 682. *vol.* 5. Alter. *de censur. tom.* 2. *disput.* 9 *cap.* 4. *vers. unde sequitur*, Azor. *tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 49. *quæst.* 4. ubi ait, talem non posse ulterius promoveri, & incapacem esse beneficiorum, & non gaudere privilegio Clericali fori, & Canonis, nec posse ratificari censuram ejusmodi à suo Episcopo, sed indigere Apostolica dispensatione.

112 Hanc secundam sententiam quoad initiatum prima tonsura, veram puto, si tamen sequatur sententia declaratoria privationis privilegii Clericalis, & ita Bonac. *tr. de susp. par. quæst.* 1. *pun.* 11. *num.* 21.

113 Ex Bulla Pii Secundi, *cùm ex Sacrorum*, ordines sacros suscipiens sine literis dimissoriis sui Episcopi, incurrit ipso facto suspensionem, in qua celebrans sit irregularis. Et hæc extravagans est confirmata à Leone X. Paulo III. & Pio V. ut per Diaz. *cap.* 26. ibique Salzedo §. *Extravagans Pii II.* Sed hæc Bulla solum procedit contra recipientes ordines sacros, non autem minores, Mandos. *reg.* 24. *quæst.* 1. *num.* 6. Salzed. *loc. laleg.* §. *quinto erit*, Sanch. *de dub.* 28. *num.* 2. Hodie itaque ex vi hujus Bullæ Episcopus non potest per solam ratificationem rehabilitare ordinatum, sed requiritur absolutio à suspensione, Quarant. *v. Ordo*, §. *amplia hunc*, cum Mandosio, Rebuffo, & Lopez. Potest tamen hunc malè ordinatum absolvere idem proprius Episcopus.

Ex S. Concilio Tridentino *sess.* 6. *cap.* 5. *de ref.* ordi- 114
natus ab Episcopo alieno sine licentia expressa sui Ordinarii est ab executione ordinum ipso jure suspensus. Et iterùm *sess.* 23. *cap.* 8. ordinatus ab alieno Episcopo sine licentia proprii Episcopi; est suspensus ipso facto à susceptorum ordinum executione quandiu proprio ordinario videbitur expedire.

Ex quo decreto hodie multi Doctores aiunt per ra- 115
tihabitionem proprii Episcopi induci dispensationem super ordinibus, sive absolutionem à suspensione prædicta. Ita Maiol. *de irreg. lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 1. Patis. *de resign. lib.* 4. *q.* 2. *num.* 87. Et quod est intelligendum, quando Episcopus per hoc intenderet auferre dispensationem, ut per Quarant. *d. v. Ordo*, §: *amplia*.

Estque advertendum, quod ad ordines legitimè ab- 116
alieno Episcopo suscipiendos sufficit vel proprias habere dimissoriales, vel expressam licentiam ita, ut non sit necesse licentiam dari in scriptis; nisi pro Ultramontano in Italia ordinando, ut infra dicemus, & probatur ex Trid. *sess.* 14. *cap.* 2. *de refor.* & Vicarius Generalis Episcopi, regulariter loquendo, non potest dimissorias concedere sine speciali mandato, nisi Episcopo agente in remotis, ut per Sbroz. *de offic. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 41.

Item advertendum, quod plures Doctores ajunt 117
præfatam suspensionis pœnam latam à Tridentino contra promotos sine licentia proprii Episcopi habere locum non solum contra promotos in sacris, sed etiam in minoribus. Quamvis enim in principio *d. c.* 8. *sess.* 23. Loqui videatur de ordinibus sacris, tamen postea generalius loquitur, & quia *in cap.* 5. *sess.* 6. generaliter loquitur, & ita tenent Maiol. *d. lib.* 4. *cap.* 20. Cherubin. *super Bulla* 7. *Pii II. schol.* 2. Tolet. *lib.* 1. *cap.* 49. §. *quarto*, Quarant. *d. v. Ordo*, §: *limita in eo*, Suar. *de censur. disp.* 21. *sect.* 5. *num.* 19. Filiuc. *tract.* 17. *num.* 68. ubi ait, ita à S. Congregatione declaratum, & communem vocat Salzedo ad Diaz. *cap.* 26. & communiter etiam dicunt procedere de prima tonsura initiato dicta Tridentini decreta, quia in jure Canonico venit communiter appellatione ordinum, ut per Ricc. *collect.* 1678. Sà *v. suspensio n.* 11. Fornar. *de Sacram. Ordin. punct.* 4. *num.* 27. ac de communi Salzed. *loc. cit.* ac tenet Diana *p.* 2. *tr.* 4. *resol.* 144. Et quod prima tonsura veniat ordinum appellatione, ait Glos. *in c.* 1. *v. Clericum de temp. ordin. in* 6. Quamvis contra, quod Tridentini pœna non procedat contra promotos in minoribus teneant Avila *de cens. part.* 3. *disput.* 5. *dub.* 7. §. *secundo supponendum.* Navar. *cons.* 31. *de temp. ordin. & cons.* 39. *n.* 3. *eod. tit.* Sanch. *lib.* 7. *opusc. d. cap.* 1. *dub.* 28.

Unde putant de promoto in minoribus dicendum, 118
quod de jure communi supra diximus secundum communiorem sententiam, id est, non incurrere in dicto casu censuram ullam, vel irregularitatem propriè dictam, & de prima tonsura initiato concedunt Toler. *lib.* 1. *cap.* 49. *vers. prima habetur*, Zerol. *part.* 1. *v. dimissoria.* Quia prima tonsura non est Ordo, nec Sacramentum, S. Thom. *in* 3. *sent. d.* 24. Sed est deputatio ad statum, & ministerium Ecclesiasticum, ut Apostil. ad Guidop. *quæst.* 449. At verò de jure Canonico, ut secundum Canonistas primam tonsuram esse Ordinem alibi fusè ostendimus, ac proinde incurri in præfato casu censuram, tenendum est.

Episcopus autem conferens ordines subdito alieno 119
sine illius ordinarii dimissorialibus, vel licentia, olim erat suspensus per annum à celebratione Missæ *can. Episcopus in diœcesi* 7. *quæst.* 1. ibique Turrecr. Glos. *in cap. eos, qui de temp. ordin. in* 6. *Sed ex d. cap. eos, qui*, si id facit ex præsumptione, id est scienter, sive ex ignorantia affectata, incurrit suspensionem per annum à collatione ordinum, & Clerici talis

delinquentis subditi, postquam illius suspensio fuerit manifesta, poterunt à vicinis Episcopis ordinari absque licentia sui Episcopi, seu Prælati. An autem hæc suspensio sit ab ordinis tantum malè collati collatione, affirmant Archid. & Gemin. *ibi*. Sed communis ait, esse suspensionem ab omnium ordinum collatione, ut per Suarez *d. disp. 31. sect. 5. numero 5.* Alter. *de suspens. disput. 16. cap. 1. col. 3.* Palud. *in 4. dist. 19. quæst. 7.* Avil. *part. 3. disp. 5. dub. 8. cas. 7.* Bonac. *de suspens. partic. part. 2. pun. 7. num. 4.*

120 An verò procedat hæc pœna etiam contra alios Prælatos habentes privilegium minores ordines conferendi? Respondeo affirmativè cum Glossa *in d. cap. eos, qui.* Sed an procedat hæc pœna etiam contra conferentem primam tonsuram, negant eadem Glossa *ibidem v. Clericos*, Gemin. *ibi numero 5.* Tolet. *d. lib. cap. 49. §. secunda habetur*, Ricc. & Villalob. quos allegat, & sequitur Diana *loc. cit. resol. 194.* Sed alii affirmant, ut Glos. *in d. cap. eos, qui, v. ordinare*, Salzed. ad Diaz. *in prax. can. cap. 26.* Quæ sententia est consentanea iis, quæ superiùs tradita sunt, ac tenenda.

121 Ex *cap. fin. de temp. ordin. in 6.* Episcopus auferens primam tonsuram homini alienæ diœcesis sine licentia illius Superioris per annum à collatione Clericalis tonsuræ dumtaxat noverit suspensum, de quo supra satis dictum.

122 Ex Tridentino Concilio *sess. 23. d. cap. 8.* Episcopus, sive alius Prælatus conferens ordines alieno subdito sine licentia proprii ordinarii, incurrit suspensionem à collatione ordinum per annum. Et notandum, quod hæc censura non requirit præsumptionem, sed sufficit ignorantia crassa, vel supina. An autem procedat contra conferentem minores ordines, an tantùm sacros diximus supra, & Doctores pro utraque parte affert Diana *d. resol. 194.*

123 Sixtus autem V. in Bulla *Sanctum, & salutare* contra malè promotos, & promoventes varias censuras statuit latæ sententiæ, Summo Pontifici reservatas contra præfatos ordinatos, & ordinantes sine licentia proprii ordinarii. Sed ea Bulla in hac parte fuit redacta ad terminos juris communis, ac Bullæ Pii II. & Tridentini Concilii per Clementem VIII. Bulla, quæ incipit, *Romanum* ut per Sayr. *lib. 7. cap. 10. num. 36.* Quarant. *d. v. Ordo vers. an verò*, Sanchez *d. lib. 7. cap. 1. dub. 28. in fin.*

124 Quæstio specialis fieri potest, an ignorantia excuset, ut quis ab alieno Episcopo, sine sui licentia, ordines recipiens, à peccato, vel pœna immunis sit, quidque ubi errorem detexit, ei agendum sit; Respondeo ob ignorantiam juris obscuri, qualis est ea, quod per annum ab obitu Episcopi Capitulum dimissorias concedere non omnibus possit, à culpa excusari posse juxta celebre dictum Innocentii *in cap. per tuas 2. de simon.* Quod apud plurimos Authores in veneratione est, & à Felino *in cap. 1. col. pen. de re judic.* pluribus argumentis confirmatur. Quod maximè in pueris locum habet, qui nondum per ætatem difficiliorem juris conclusionum capaces esse potuerunt. Porrò si à culpa immunes sunt, à pœna quoque immunes erunt, quæ nonnisi propter culpam infligitur. Vide Navarrum *cons. 27. de temp. ordin.* & Glossam *in c. Ignorantia de reg. jur. in 6.*

125 Ignorantia etiam aliqua culpabilis, sive juris, sive facti aliquando à censura contrahenda excusabit, si nulla sit præsumptio, nullus contemptus. Vix enim pœnæ istæ feruntur, nisi in contumaces. Quantò magis si facti ignorantia sit omnino invincibilis, qualis v. gr. cadere potest in eum, qui se invincibiliter ex aliqua diœcesi oriundum nescit, ex qua tamen oriundus est? Vbi autem vel invincibilis error detectus est, procurare debet ordinatus, ut quem per ignorantiam ab alieno Episcopo ordinationem suscepit, proprius ratam habeat, nec ordine suscepto fungi sine ejus licentia, cujus est concedere, aliquatenus audeat juxta id, quod ex citato superiùs Vrbani Secundi responso colligi potest, quibus antiqua jura suffragabantur, quæ cum ordinationem taliter susceptam usquequò accederet Episcopi proprii voluntas, irritam, ac vacuam esse desinerent, satis apertè ostendebant, si vel per errorem contigerit, ab Antistite proprio aliquem ordinari, statim atque error detectus est, ratam eam habendam esse. In Episcopo verò sufficit ignorantia crassa, vel supina, ut supra dictum est.

Generalis autem ex prædictis conclusio deducitur, 126
nemini licere sine licentia sui Episcopi ad Clericatum, maiores, minoresve ordines promoveri. Quia tamen de quibusdam, speciatim jura cavendum censuerunt, nobis quoque, quid de ipsis speciatim cautum sit, examinandum reliquere. Primum antiquitus statutum reperitur, ne Vltramarini, quo nomine Afri intelligebantur, qui mari ab Italis dividuntur, nisi accuratiori adhibita cautela ordinarentur. Sylvest. Primus in Synodo Romana, & habetur *can. 1. dist. 98.* de iis ita statuit: *Nullus aliqua ratione Transmarinum hominem penes vos*, alias *nos*, *in Clericatus gradu suscipiat, nisi quinque* [*aut eo amplius*] hæc verba desunt in originali, & quibusdam Gratiani Codicibus, *Episcoporum designatus sit chirographo.* Anastasius primus ad Episcopos Germaniæ, & Burgundiæ *epist. 1. cap. 2.* quæ habetur *eadem dist. can. Transmarinos*: *Transmarinos homines*, ait, *in Clericatus honorem nemo suscipiat, nisi quinque, aut eo amplius Episcoporum Chirographis sint designati. Quia multa per subreptionem solent evenire* Gregorius Magnus Squillatino Episcopo *epist. 25. lib. 2.* relata *in can. Afros ead dist. Afros passim, & incognitos peregrinos ad Ecclesiasticos honores tendentes, nulla ratione suscipias.* Quibus omnibus consentit Alexander tertius *c. 1. de Cleric. peregr.* ad Episcopum Cœnomanensem, Vltramarinos, & valdè remotos definiens ordinationem suam per quinque Episcoporum testimonia probare debere. Quod de dimissoriis literis eadem, ni fallor, ratione inductus statuisset. Specialem ergo de Transmarinis non promovendis prohibitionem legimus, sed speciales pœnas, quibus hæc prohibitio muniatur, adversùs transgressores latas, non legimus.

Secundò circa Græcos, qui in ordinationis ritu 127
à Latinis dissentiunt, Cœlestini quoque, & Innocentii peculiares Constitutiones observare licet. Simplicius, sed obscurius ita loquitur Cœlestinus tertius Archiepiscopo Hidronensi *in cap. cum secundum de temp. ordin. Quia verò, sicut dicitur, in partibus Calabriæ Latini à Græcis, & Græci à Latinis secundum alterutrius institutionis observantiam ordinantur, nolumus de cætero commixtiones, & consuetudines rituum in ordinibus observari.* Quæstio erat, an liceret Græcos, Latinosque diversis ritibus ab eodem Episcopo una ordinatione permixtim confecrari, cui negativè Papa respondet, rituum commixtionem, diversasque in eadem Ecclesia consuetudines interdicens. Quid ergo facto opus esset, si Græci, ac Latini eidem Latino Episcopo subiicerentur, deberentur Latino, an Græco cultu consecrari?

Dubium id esse poterat, cui Constitutio Innocen- 128
tii Tertii, qui prædicto Cœlestino successit, in Concilio generali edita *cap. quoniam de offic. Iudic. ordin.* ut nempè Episcopus Vicarios constituat, qui diversæ linguæ hominibus consulat, non tamen diversi ob istam linguarum diversitatem in eadem civitate creentur Episcopi, mederi non poterat, quia Vicarius Generalis, nisi sit Episcopus, conferendi ordines potestatem non habet. Cùm ergo ex prædicta Constitutione accideret, ut Græci, qui Græco more cuperent ordinari, ad Antistites Græcos pro recipienda ordinatione se conferrent, aliqui ex licentia suorum Episcoporum, alii verò iisdem inconsultis, rogatu idem Innnocentius à C. Presbytero Cardinali Apostolicæ Sedis

Sedis Legato, eos à suo Episcopo, Latino more, vel à Latinis solum de ejus licentia, ordinandos esse statuit iis verbis *in cap. quod translationem de temp. ordin. Consultationi tuæ taliter respondemus, quia cùm Clericus Græcus Episcopo Latino subiectus, à Græco Pontifice ordinatur, nisi de mandato, vel licentia sui Episcopi fiat, interdicenda est ei ordinis executio sic suscepti, tanquam ab alieno Pontifice sine mandato, vel licentia sui Episcopi ordinato. Si verò de mandato, vel licentia sui Præsulis à Græco Pontifice secundum morem Græcorum fuerit ordinatus, licet culpandus sit, qui Clericos suos à Græco facit Antistite ordinari, quandiu tamen talis mos ab Ecclesia toleratur, non impediri debet ab executione ordinum taliter susceptorum.* Qua responsione nullam pœnam inviolantes hanc legem statuit, culpam tantùm in eis agnoscit. Lege hac de re, quæ alibi diximus.

129 Tertiò Ultramontanos ab Italo Episcopo supra ordinari vetitos fuisse tradidimus ob rationem istam generalem, quod in difficilis regionibus indigni nonnunquam ad sacram ordinationem consulto se promoveri procurarent, quo vitia sua tegerent, & Canonica impedimenta occultarent. Hinc *in cap. 1. de tempor. ordin. in 6.* à Clemente IV. statutum est, ut nullus Episcoporum Italiæ aliquem Vltramontanum Clericum ordinare præsumat, nisi à Summo Pontifice licentiam habeat specialem, vel dimissorias sui Episcopi originis, vel beneficii cum causa rationabili, cur illum nequeat, vel nolit ordinare, & ordinati contra hanc formam incurrunt ipso facto suspensionem absque spe dispensationis à Sede Apostolica obtinendæ, ut neque major Pœnitentiarius Papæ possit cum istis dispensare, nisi cum licentia Papæ speciali.

130 Ampliatur id, quòd nomine Italiæ continentur etiam Insulæ adiacentes, ut Corsica, Sardinia, Sicilia, &c. *ex l. Insula ff. de judic.* & Gemin. hic *num. 6.* non autem continentur regiones, quæ in mediis limitibus continentur inter Italiam, & Vltramontanas regiones, ut ex allegatis à Barbosa *in d. cap. 1. num. 4.*

131 Item ampliatur, quod hæc Constitutio procedit etiam de receptione ordinum minorum, & prima tonsura. Quia licèt in proœmio loqui videatur de ordinibus sacris, tamen hic intelliguntur sacri latè quatenus sunt res sacræ, ut contineant etiam minores, & primam tonsuram. Et licet dicat textus ibi: *Clericum ordinare*, intelligitur tam in sensu identico, sive compositio, quàm diviso, id est, sive per talem ordinationem fiat Clericus, sive Clericus existens promoveatur. Et ita Glossa *ibi v. Clericum*, Tolet. *lib. 1. cap. 48. in princ.* cum Jo. Andrea, Geminiano, & Francho *ibidem.*

132 Limitatur primò hæc Constitutio, quod non procedit contra Italos in loco Vltramontano ordinatos, Glossa, ibi, *v. Italiæ*, Toletus §. Gullelmus, Archidiaconus, & Jo. Monachus *in d. cap. 1.* ubi etiam Gemin. *n. 8.*

133 Secundò, quod licet textus solùm dicat de dimissoriis Episcopi originis vel beneficii, tamen sufficiunt etiam dimissoriæ Episcopi domicilii, quia sic de jure communi sufficiunt, cui non est in hoc derogatum, Archid. Jo. Monach. Anchar. hic, & Barbosa *num. 3.* cum filiis multis.

134 Vrbanus VIII. in Bulla 33. quæ incipit, *Secretis*, confirmavit prædictam Constitutionem Clementis IV. in omnibus, deinde addidit, ut tam Vltramontani, quàm alii quicumque ex quovis loco extra Italiam oriundi, non possint ordines, neque primam tonsuram in Italia recipere, nisi cum dimissoriis, sui Episcopi recognitis, & approbatis à Nuncio Apostolico illius regionis, ubi proprium habent Episcopum, & subscriptis ab eodem Nuncio, & recognitis & approbatis Romæ à Vicario Vrbis; aliàs promotis incurrant perpetuam suspensionem, ut in *d. cap. 1. de temp. ordin. in 6.* & promoventes incurrant suspensionem ab exercitio Pontificalium.

Limitatur id tertiò, quòd non procedant istæ Con- 135
stitutiones contra Vltramontanum, qui in Italia habet domicilium, vel beneficium, quia de jure communi potest à proprio Episcopo Italo ordinari per textum in *cap. cum nullus de temp. ordin. in 6.* Talis enim non potest absolutè vocari Vltramontanus, sed Italus.

Nota ea dictis Constitutionibus unum speciale, quod 136
licet regulariter ad ordines recipiendos ab alieno Episcopo sufficiat licentia proprii Episcopi, etiam viva voce concessa, fallit in Vltramontano, vel extero in Italia promovendo, ut per Sanchez *d. lib. 7. opusc. cap. 1. dub. 20. nu. 4.* Gloss. *in d. cap. 1. de temp. ordin. in 6.* & Franch. *in d. cap. eos, eod. tit.* pariter *in 6. n. 1.*

Atque hæ sunt speciales prohibitiones, quibus an- 137
tiqui expressius ab alieno Episcopo vetantur ordinari, quarum à nobis tradita est explicatio, postquam alia quoque nobis specialis difficultas videtur esse attingenda circa Regularium ordinationem. Eos nonnisi à proprio Episcopo, vel de ejus licentia debere ordinari statuit Tridentinum, privilegia si quæ forent in contrarium ab eodem Tridentino iis adempta sunt *sess. 23. de reform. cap. 8. & 10.* Hæc enim duo decreta integram ordinandi potestatem apud diœcesanos Episcopos Concilium Tridentinum esse voluisse ostendunt, præterquam fortè in monasteriis, quorum Abbates quasi Episcopalem jurisdictionem habent, quamvis ne quidem in iis alius à diœcesano Episcopo ex *cap. 5. sess. 7.* sine ejus licentia ordinare possit. Id confirmat decretum S. Congregationis Concilii jussu Clementis VIII. emanatum, ac Regularium Superioribus missum quatenus executioni demandaretur, quod integrum his verbis conceptum legitur, non autem mutilum, ut à Regularibus adducitur, nominatim à Diana *part. 2. tr. 16. resol. 15. Congregatio Concilii censuit, superiores Regularium posse suo subdito item regulari, qui præditus qualitatibus requisitis ordines suscipere voluerit, literas dimissorias concedere, ad Episcopum tamen diœcesanum, nempè illius monasterii, in cujus familia ab iis, ad quos pertinet, is regularis positus fuerit; & si diœcesanus abfuerit vel ordinationes non habuerit, & sive præsens, sive absens alium sui loco Antistitem, qui ordinationes habeat, non adhibuerit ita, ut jam continuò, integroque spatio sex mensium in ea diœcesi habita non fuerint generales ordinationes, vel sedes Episcopalis vacaret, ad quemcumque alium Episcopum, dum tamen ab eo Episcopo, qui ordines contulerit, examinetur quoad doctrinam, & dum ipsi Regulares non distulerint de industria concessionem dimissoriarum in id tempus, quo Episcopus diœcesanus vel abfuturus, vel nullas habiturus esset ordinationes. Verum cùm à superioribus regularibus, Episcopo diœcesano absente, vel ordinationem non habente, littera dimissoriæ dabuntur, in eis utique hujusmodi causam absentia diœcesani Episcopi, vel ordinationum ab eo non habendarum exprimendam esse. Quod qui non fuerint officii, & dignitatis sua administrationis, ac vocis activæ, & alias arbitrio ejusdem S. D. N. Papæ reservatas pœnas incurrent. In quorum &c. Datum Romæ die 15. Martii 1596.* Qua declaratione interdicitur Regularibus ne extra diœcesim pro Ordinibus recipiendis proficiscantur, quando ad manum est diœcesanus Episcopus, qui ordines eis conferre potest; quod ea præsertim occasione statutum est, ne si ad alium recurratur in contemptum, vel odium proprii Episcopi alius eligi, vel propriæ imbecillitatis conscientia accurati rigor examinis evitari videatur. Quod utrumque indignum est. Hancque, ni fallor, moderationem, ac interpretationem Tridentinæ Synodi Regularium importunæ flagitationes extorserunt, cui tamen ne sic quidem parere aliqui ipsorum volunt.

Notandum primò ex illis verbis: *dum tamen ab eo Epi-* 138
scopo, qui Ordines contulerit, examinetur quoad doctrinam, quoad alia debet Episcopus stare testimonio Superiorum regularium, nisi aliqua probabilis suspicio

obſtiterit. Quo caſu Epiſcopus ſe de veritate debebit inſtruere, nec aliter ad ordinationem procedere ex S. Congregatione Concilii in Carpentoratenſi.

139 Notandum ſecundò, id, quod dicitur de ordinationibus non habendis, non extendi, neque habere locum, cùm Epiſcopus hunc Regularem ordinare recuſat; ſed ſi fuerit gravatus, poterit per appellationem, vel recurſum ad Superiores ſibi proſpicere. Eadem S. Congregatio Concilii 29. Aprilis 1604.

140 Notandum tertiò, quod, Sede Epiſcopali vacante, poſſunt Regulares liberè concedere dimiſſorias, nulla petita licentia Vicarii Capitularis. Ex eadem S. Congregatione.

141 Alia verò mens Tridentini Concilii fuit quod ad authoritatem Epiſcoporum ſtabiliendam, & Regularium obedientiam, nec non examinis ad ſacros ordines accuratam diſciplinam reſtituendam, vagam à quovis Antiſtite ordinum recipiendorum licentiam averſata eſt, qua ſemel aperta janua, nec indignis aditus obſtrui, nec contumaces poterunt contineri. Eadem aliquorum etiam Summorum Pontificum mens fuit. Itaque poſt Concilium Tridentinum, cùm B. Pius V. Conſtit. ſua 37. quæ incipit, *Et ſi Mendicantium Ordo*, Fratribus Mendicantibus indulſiſſet, ut à quocunque Antiſtite, ritè ac Catholicè promoto gratiam Sedis Apoſtolicæ habente, Ordinarii loci minimè requiſita licentia, ſive in domibus eorumdem fratrum, ſive alibi, ad ſacros etiam ordines promoveri poſſent, hanc Conſtitutionem Gregorius XIII. revocavit, & ad juris communis, Conciliique Tridentini terminos ejuſdem Pii V. Conſtitutionem reduxit Conſtit. quæ incipit, *In ſanta rerum* apud Roderic. *tom.* 2. teſtatus, *multas, magnaſque diſſenſiones, ac lites inter locorum Ordinarios, & fratrum ipſorum Ordines non ſine gravi divini cultus, & animarum detrimento, ac populorum ſcandalo*, ex Bulla prædicta Pii V. *fuiſſe concitatas.* Quibus etiam dictus Pius V. ſi vixiſſet, mederi cogitabat.

142 Et quidem non ſine confuſione Eccleſiarum, violatione totius ordinis, & perturbatione poteſtatum licentia iſta à quocunque Antiſtite ordines recipiendi paſſim concedi poteſt. Itaque cùm Epiſcopi olim Regulares à ſua poteſtate in pluribus abſolverent, in ordinationibus tamen ſibi eos ſubjectos eſſe volebant, & iniquum ducebatur, ſi contra jura iſta conferendorum ordinum quidquam Monachi ipſi tentarent. Nota eſt controverſia inter Epiſcopos Theodorum Antipolitanum, Valerianum item, & Maximum Epiſcopos ex una parte, & Fauſtum Abbatem, ac Monachos Inſulæ Lirinenſis ex alia, quæ in Concilio Arelatenſi compoſita eſt ea lege, ut Clerici, atque altaris miniſtri à nullo, niſi ab ipſo ordinario loci, vel cui ipſe injunxerit, ordinentur; quamvis in plurimis ab ejus poteſtate ſubtraherentur.

143 Nota Adeodati Papæ Conſtitutio, qua, inſtante Cuthberto Turonenſi Archiepiſcopo, Monaſterii S. Martini exemptionem in pluribus ab Epiſcopali poteſtate confirmans, jus ordinationis ſpecialiter excepit, & Ordinario loci reſervavit, ut legitur *tom.* 1. *Concil. Gall.* & *tom.* 2. *Concil. Binii part.* 2. Nota apud Marculphum formula exemptionis Monaſteriorum, in qua Epiſcopus privilegium exemptionis concedens, Monachos iis verbis alloquitur *l.* 1. *c.* 1. *formularis Marculphi*: *Ut de veſtra Congregatione, qui in veſtro Monaſterio ſancta debeant bajulare officia, cùm Abbas cum omni Congregatione popoſcerit à nobis, vel ſucceſſoribus noſtris ſacros percipiant gradus*; Quibus adde varia privilegia exemptionis, in quibus ſibi ſemper locorum Antiſtites ordinandorum Regulatium perſonarum jura retinuerunt.

144 Nihilominus jam à pluribus ſæculis ordinatorum liberè eligendorum licentiam Monachi, nec incaſſum aliquando, experiiſſe viſi ſunt. Referuntur quædam poteſtatis hujus olim conceſſa à Summis Pontificibus privilegia, ſed antiquiora inquirenda apud Epiphanium inter *Epiſt.* Hieronymi 60. & eundem Hieronymum *Epiſt.* 61. ad Pammachium, Theodoretum *l.* 4. *c.* 34. Nicephorum *l.* 11. *c.* 40. & *c.* 23. & Chron. Caſſ *l.* 2. *c.* 17. Noſtris tamen temporibus Patres Societatis Jeſu ſpeciale privilegium exemptionis ab hac lege jactitant per Bullam Gregorii XIII. *tom.* 2. Bullar. apud Rodericum, qui *tom.* 1. *quæſt. regul. quæſt.* 18. *art.* 6. à Sixto V. revocatum affirmat. Quædam etiam privilegia dicuntur circa ordinum ſuſceptionem conceſſa fratribus militum S. Joannis Hieroſolymitani profeſſis, quæ ſe vidiſſe, ac legiſſe refert Barboſa *do offic. & poteſt. Epiſc. part.* 2. *allegat.* 4. *n.* 65. quibus ab Epiſcopi proprii juriſdictione eximuntur, de quibus nihil dicere auſim, quod ea non legerim. Æquiori ſanè ratione conceſſa viderentur. Quia cùm frequentur à Monaſterii, ſui, ſeu regularis domicilii loco abſentes in diſtis regionibus diverſentur, commodè nequeunt ab Epiſcopo Civitatis, in qua domus eorum regularis ſita eſt, juxta Canonum ſanctiones ordinari. Neque verò hic loquimur de Monachis habentibus Abbatem juriſdictione Epiſcopali præditum. Nam talis Abbas ipſorum eſt Ordinarius Prælatus, *arg. ex c. cùm ab Eccleſiarum de offic. Jud. ord. & Clem.* 1. *v. proprii de reb. Eccl. non alien.* quem proinde Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 23. *c.* 10. *de ref.* innuit tonſuram, & ordines minores ſuis conferre, dimiſſorias verò ad reliquos ordines dare poſſe.

Confirmata ergo communi iſta regula, ut unuſquiſ-145 que, quantumvis regularis à proprio Antiſtite ſaltem ad ſacros ordines promoveatur, vel ab alio, nonniſi de ejus licentia, videndum eſt, quiſnam quoad ordinationem proprius Regularium Epiſcopus dicatur. Reſponſio patebit ex Concilio Carthaginenſi quinto, relato *in can. ſiquis diſt.* 58. *Siquis*, inquit, *de ulterius monaſterio reperium*, (alia receptum) *vel ad clericatum promovere voluerit, vel in ſuo monaſterio majorem monaſterii conſtituere, Epiſcopus, qui hoc fecerit, à cæterorum communione ſejunctus, ſua tantum plebis communione contentus ſit, & ille neque Clericus, neque præpoſitus perſeveret.* Ex quo duo colligere poſſumus. Primum, Epiſcopum, cui Monachus quoad ordinationem ſubditur, eſſe Epiſcopum monaſterii, in quo ipſe degit. Unde eo ipſo, quo antiquitus ab uno monaſterio ad aliud tranſmigrandi Epiſcopus Monacho, quantumvis in Clerum recepto dabat licentiam, à ſua quoad ordinationem poteſtate eum dimittebat, & poteſtatem alteri Epiſcopo faciebat eum ordinandi, in cujus diœceſi monaſterium ipſis domicilii ſitum erat, ſicut eo ipſo quoad aliam Eccleſiam tranſeundi Clerico dabatur licentia, ordines quoque ab alio Antiſtite recipiendi licentia dabatur. Num ſicut Eccleſia civitatis, aut pagi erat titulus, cui addicebatur Clericus, ita monaſterium titulus erat, cui Monachus in monaſterio remanens addicebatur ex Concilio Chalcedonenſi *can.* 6. Atque inde eſt, quod tot exempla proferuntur Monachorum, qui ab uno Epiſcopo ad inferiores ordines promoti, ab alio ad ſuperiores evecti ſunt. Non fuiſſe autem ſolitos de uno monaſterio in aliud tranſire ſine Epiſcopi ſui commendatione, & conſenſu ſive expreſſo, ſive præſumpto, certiſſimum eſt. Unde cùm beatus Fulgentius à monaſterio, quod conſtruxerat, clam aufugiſſet, revocatus à Fauſto Epiſcopo prioris monaſterii, ut ex vita S. Fulgentii *capit.* 15. apud Surium prima Januarii, *Epiſcopali auctoritate ſuum eſſe Monachum Fulgentium allegante, ſibique reddi, & ubi ipſe inſſerit vivere debere confirmante, ipſum verò Fulgentium, niſi conſentiat, in obedientibus ſimilem pronunciante judicandum*, Fulgentius ad prius monaſterium redire coactus eſt, cui ut ſtrictiùs alligaretur, presbyter ab eodem Epiſcopo conſecratur, quamvis ex alia diœceſi, Leptenſi ſcilicet, oriundus eſſet. Jam verò erſi Monachus, & regularis ab uno monaſterio ad aliud diſcedere poſſit abſque Epiſcopi licentia, retentum tamen eſt, ut quoad

quoad ordinationem Epiſcopo ſui monaſterii ſubliciatur, ut mox patebit.

146 Alterum ex eodem Canone Carthaginenſi colligere poſſumus, graviſſimam pœnam, tum in promoventem Monachum de alieno monaſterio ad Clericatum, tum in ipſum monachum promotum à Concilio Carthaginenſi inflictam eſſe. In ordinantem quidem hæc pœna ſtatuitur, ut ſuæ Eccleſiæ communione contentus ſit, quod *novum excommunicationis genus* vocat Balſamon in *can.* 79. *Concil. Cartag.* Quod in Oriente non adeò uſitatum eſſet, quamvis in Occidente ſatis innoteſceret, qua nempè pœna afficiebantur, qui ob levitatem delicti maximam excommunicationem, depoſitionem, vel ſuſpenſionem non videbantur mereri, quibus tamen, ne pœnam omnem evaderent, relicta in propria Eccleſia miniſtrandi poteſtate, communionis cum cæteris fratribus ſacratiſſima fœdera, & ſolatia auferebantur adeò, ut nec ab Epiſcopis cæteris encyclicas reciperent, nec Synodis intereſſe poſſent, nec aliis communionis juribus inter Epiſcopos gauderent. Vide *Concil. Cartag.* 5. *can.* 10. African. *can.* 43. Leonis Epiſtolam *ad Anatol.* 38. Auguſtini *Epiſt.* 261. & alia plura. Hac ergo pœna afficiebatur, qui Monachum alterius monaſterii ordinaſſet, qua ſimili pœna plectebatur à Concilio Taurinatenſi *c.* 2. ob ſimile delictum Epiſcopus, qui Clericum alienum ſine licentia proprii Epiſcopi ordinaverat, ut ſcilicet *authoritate in ordinationibus* Epiſcoporum, ad quas nempè omnes Provinciæ Epiſcopi inter ſe communicantes conveniebant, & *Conciliis non retineret.* In ordinatum verò Monachum de alieno monaſterio ſine Epiſcopi monaſterii licentia, pœnam ſuſpenſionis non limitatam, nec reſtrictam ad aliquod tempus Carthaginenſe prædictum Concilium decernit. Nam verba illa: *Et ille neque Clericus, neque Præpoſitus perſeveret*, clericali honore, ac præpoſita authoritate exutum, ſpoliatum, abſtentumque indicant, veramque proinde ſuſpenſionem exprimunt. Unde patet ſeveriorem fortè pœnam prioribus ſaculis in Monachum ab alieno Epiſcopo ordinatum, latam fuiſſe, quàm in Clericum. Quod, ſi admiſeris, id factum eſſe oportuit, ut diligentius caveretur, ne Monachi Epiſcopale jugum à ſuis cervicibus excuterent.

147 Eadem Epiſcopi proprii circa Regulares, quoad ipſorum ordinationem, acceptio colligitur ex Concilio Arelatenſi 3. *tom.* 1. *Concil. Gall.* in cauſa Inſulæ Lirinenſis, in quo contendente pro juriſdictione Epiſcopali Theodoro, Antipolitano ſcilicet Epiſcopo, pro libertate verò Monachis Lirinenſibus, convocati Provinciæ Arelatenſis à Ravennio Epiſcopi quædam capita ab utriſque obſervanda condiderunt; tum verò, *ut Clerici, atque altaris miniſtri à nullo, niſi ab ipſo Epiſcopo, vel cui ipſe iniunxerit, ordinentur.* Id ſcilicet Epiſcopali honori in monaſteriis, quantumvis exemptis reſervandum cenſentes, ut à nullo quàm à diœceſano Monachi ordinari poſſent. Colligitur quoque ex Bulla Leonis X. in Concilio Lateranenſi ſub eodem circa Regularium privilegia promulgata, quæ incipit, *Dum intra ſeſſ.* 11. In ea ſiquidem ſtatuitur: *ut nullatenus in eorum Eccleſiis, ſive domibus, aut aliis eorum locis, ab alio, quàm à diœceſano Epiſcopo, vel ejus Vicario ſuper hoc cum debita reverentia requiſito, & abſque rationabili cauſa contradicente, vel in ea diœceſi abſente, ad dictos ordines promoveri debeant.* Quæ verba pro Epiſcopo ordinatore Regularium diœceſanum aſſignant, qua voce nullus alius, præſertim ex tota ſerie ſermonis, in quo de locis regularibus, & monaſteriis verba interſeruntur, intelligi poteſt ab Epiſcopo monaſterii, cui ſoli proinde, vel alteri de ejus licentia Regularium eorundem monaſteriorum ordinatio conceditur. Denique, ne quod dubium ſuperſit, ita Epiſcopum proprium pro ordinandis Regularibus interpretantur communiter Doctores regulares, ut Henriquez *lib.* 10. *c.* 23. *numero* 4. & alii, & ex deciſionibus Rotæ ac declarationibus Concilii Tridentini ex bibliotheca Proſperi Farinacii *part.* 4. *in c.* 1. *de refor. ſeſſ.* 23. referturs *Gregorium decimum tertium ſtatuiſſe, ut Regulares ſuſcipiant ordines ſacros ab Epiſcopis; in cujus diœceſi ſunt monaſteria, in quibus tunc degunt, vel dimiſſorias ab eis accipiant.* Sed hæc de re ſupra jam diximus.

Confirmatur primò, quia Epiſcopus, à quo quis or-148 dinari poteſt, triplex tantum eſſet prædictis, originis, beneficii, & domicilii. Epiſcopo originis Regulares ſubiicere minus conſentaneum fuit Tum quod cùm mundo mortui dicantur, originis in hunc mundum meminiſſe non debent. Tum, quod Regulares ii ſint, apud quos conſilium iſtud divinum *Geneſ.* 11. *egrediendi de domo ſua, de terra ſua, de cognatione ſua* maximè habetur in uſu, qui nempè diſſitas à patria ſua civitates ſæpè habitant, qui Provincias aliquando remotas ex Superiorum præcepto adeunt, quibus proinde probandis Epiſcopus originis minus idoneus foret. Nec ad Epiſcopum beneficii adſtringi poſſunt, qui ad beneficia ut plurimum jure communi inhabiles ſunt, & ex ſua profeſſione incapaces. Ex quibus ſi qui ſint beneficiis Eccleſiaſticis præditi, quales inter Canonicos regulares reperiuntur, non dubito, quin ab Epiſcopis beneficii ordinari poſſint, cùm circa eos nihil adverſus jus commune ſtatutum reperias; proindeque quod in reliquis Clericis ordinandis obſervari poteſt, hoc in iis quoque ſervari queat. Supereſt itaque, ut domicilii Epiſcopus proprius cæterorum dicatur Antiſtes. Domicilium autem nullum aliud habent, quàm monaſterium, à quo ſine licentia eis diſcedere non licet, cui addicti, cui mancipati ſunt. Quocirca nonniſi ab Epiſcopo monaſterii Regulares ordinati decuit.

Secundò, quia antiquæ praxis veſtigium hoc eſt, jux-149 ta quam quemadmodum Clerici, ita & Monachi ſpeciali jure; & pluſquam laici Epiſcopis monaſteriorum, in quibus ipſi habitabant, ſubdebantur. Unde quemadmodum ex alio Clero nefas olim erat quovis prætextu Clericum ſuſcipere, vel ordinare, ita nec ex alieno monaſterio licebat Monachum aut extrahere, aut abeuntem ſuſcipere, aut ad ordines promovere.

Cùm tamen ob frequentes Mendicantium præſer-150 tim ab uno monaſterio in aliud excurſiones, difficilè ſit ab Epiſcopo vitam, & mores eorum probè noſſe, aut ſuperiorem monaſterii id teſtatum facere, *tunc* temporis ex Provincialis Mediolanenſis quarti Concilii præſcripto *part.* 3. *tit. de iis, quæ ad ſacram. Ordin. pertinent*, eum, qui à ſua diœceſi, vel monaſterio diutius abfuiſſet, præter literas ſuperioris ſui, alias quoque ejus, apud quem proximè manſerit commendatitias ab ordinando deferri conſentaneum judicatum fuit. Quod etiam ſimili ratione præſcripſit Aquenſis Synodus ſub Alexandro Corniglano.

Unica porrò circa hæc difficultas ſupereſt, an Epiſ-151 copus poſſit intra annum probationis ordinare Novitium, qui ex alio loco oriundus ſit, in monaſterio verò diœceſis ipſius ad probationem ſit admiſſus? Res dubia eſt. Negant aliqui. Quia nempè cùm jura de Regularibus loquuntur, de iis ſolum loquuntur, qui profeſſionem emiſere, qui ſoli propriè Religioſi dici poſſunt, quaſi votorum vinculis religati, quos nomine ingreſſorum monaſterium ſolos intelligit Juſtinianus *in auth. ingreſſi, C. de Epiſc. & Cleric.* juxta interpretationem Doctorum. Qui ſoli domicilium in monaſterio habere dicuntur, quod & res monaſterii ad eos ſolum ſpectent, & monaſterii habitationi ſoli obſtringantur.

Affirmant tamen Ancharanus *in d. cap. Cum nullus* 152 *de temp. ordin. in* 6. *n.* 4. Franchus *ibid* Campan. *rubr.* 9. *cap.* 3. *numero* 3. & alii, quorum ſententia hac ratione defenditur; quod monaſterium Novitiis ſit pro domicilio, quod præſumantur in eo velle perpetuò manere. Iſta autem voluntas ad domicilium conſti-

tuendum ex prædictis sufficiat. Quod argumentum nullum majus sit electi à Novitio in monasterio domicilii, quàm quod proprium reliquerit, ut ad illud confugeret, habitum Monachalem induerit, regulæ se submiserit. Hæc opinio probabilis est, prima tamen mihi probabilior.

153 Hactenus expedivimus speciales de ordinatione ab alio Episcopo recipienda prohibitiones, speciales quoque de Regularium quoad, ordinationem à proprio Episcopo difficultates dissolvimus. Rectus proinde ordo postulat, ut specialem quoque quæstionem de eo, qui sacratioris reliquis & augustioris est maiestatis, ac celsiori auctoritate præeminet cæteris Antistibus, cui vel jure divino, vel Ecclesiastico concessum est ex omnibus diœcesibus, vel quibusdam, quæ ipsi proprii & peculiares non sunt, sive ad Clericatum, sive ad Ordines sacros aliquem assumere.

154 Prosequimur ergo de Summo Pontifice disserere, qui jam à temporibus Tertulliani *lib. de indict. cap.* 1. *Episcopus Episcoporum* inscribebatur, quem *Sanctissimum universæ terræ Patriarcham* Archimandritæ, & monachi Syriæ secundæ ad Hormisdam appellant, quem libelli Leoni Primo oblati, & in Synodo Chalcedonensi lecti, *Vniversalem Archiepiscopum, & Patriarcham* nominant, cui soli per Sanctam Chalcedonensem Synodum nomen universitatis, teste S. Gregorio *lib.* 4. *Epist.* 56. ad Eulog. Alexandr. *& lib.* 7. *Epist.* 30. oblatum est, unus universa Ecclesia Catholica divinitus traditam in omnes Ecclesias authoritatem agnoscit in Concilio Constant. *sess.* 8. *&* 15. & in Florentino *in decreto unionis*, & in Lateranensi sub Leone X. quem Gregorius VII. potiori jure alterius Episcopi parochianorum pastorem magis esse demonstrat, quam ipsum Episcopum *in Apolog. pro suis decretis cap. penult. & ult.* Hunc ergo propter eminentiorem potestatem non dubium est, quin ex qualibet diœcesi Clericos ordinandi libera sit, nec ulla lege constricta authoritas. Itaque Julius primus *Epist. ad Episcopos Orientales* 2. *cap.* 6. Ecclesiasticum Canonem proferens, quo cavetur, *ut nullus Episcopus alterius parochianum præsumat retinere, aut ordinare absque Episcopi voluntate, vel judicare*, hæc verba subiungit: *salva tamen in omnibus Apostolica authoritate*, quibus verbis Apostolica authoritas ad omnium ex aliena diœcesi Clericorum ordinationem docetur exrendi. Quam potestatem apud Romanos Pontifices esse, testatur, sed ea nolle ipsos passim, uti, innuit Stephanus Papa epistola ad Gualbertum Patriarcham apud Gratianum *in can. nunc verò 9. quæst.* 3. his verbis: *Nunc verò iterato tibi scribimus, nolentes alicujus Ecclesiæ privilegium infringere, licet Apostolica prærogativa possimus de qualibet Ecclesia Clericum ordinare.* Cui affine est, quod ait Nicolaus Papa *in Epist.* ad Michaelem Imperatorem apud eundem Gratianum *can. per principalem: Per principalem Apostolorum Petri & Pauli, de qua supra partim exposuimus, potestatem, jus habemus, non solum Monaches, verum etiam quos libet Clericos de quacumque diœcesi, cùm necesse fuerit, convocare, atque Ecclesiasticis exigentibus opportunitatibus invitare*

155 Hac authoritate fretus Gelasius, sive Pelagius *can. in parochia* 16. *quæst.* 1. Rufinum quendam Monachum ad Ecclesiam parochialem S. Laurentii Savinatis diœcesis electum, quem ab ipso Theodorus vir magnus ordinari petierat, cum minime ei vacaret, ad Bonum Episcopum Savinatem diaconum ordinandum remisit, sibi in animo esse dictans eundem postea presbyterum consecrare. Eadem potestate S. Gregorius primus *l.* 4. *Epist.* 30. Epiphanium ab Helia presbytero, & Abbate Iacoriæ missum diaconum consecravit, Romanæque Ecclesiæ ministraturum contra mittentis intentionem retinuit. Idem Felici, Sipontino Episcopo mandavit, *l.* 1. *indict.* 9. *Epist.* 51. ut in Ecclesia Canosa duos parochiales presbyteros ordinaret. Idem *l.* 1. *Epist.* 76. *ead. indict.* Leoni, Episcopo Corsicæ, ut in Sugonensi presbyteros, & diaconos. Item *lib.* 3. *Epist.* 14. Felicem diaconum ex Istria Romam venientem ad Maximianum Episcopum Syracusanum Ecclesiæ ipsius incardinandum misit. Idem *lib.* 5. *Epist.* 11. *indict.* 14. Gratianum Venafranæ Ecclesiæ diaconum ad Fortunatum Episcopum Neapolitanum similiter ejus Ecclesiæ cardinandum destinavit Ob eandem S. Martinus primus *Epist.* 11. *tom.* 2. *Concil. p.* 2. ad Ecclesiam Hierosolymitanam rescripsit se Joanni Philadephiensium Episcopo *per potestatem sibi à Domino in gratia datam*, licentiam dedisse, *ut locum ipsius in omnibus Ecclesiasticis articulis in partibus Orientis suppleat, & creat in omnibus civitatibus, quæ Antiochenæ Sedi, quaque Hierosolymitanæ Sacerdotaliter subsint, Episcopos, presbyteros, & diaconos, ne sicut dicit Propheta Abacuc.* 3. juxta Septuag. *deficiant à comestione oves eo, quod non sint boves in præsepibus, id est fideles, & orthodoxi populi, quod Catholicæ Ecclesiæ Episcopos non habeant, &c.* Ob eandem quoque Romanæ Ecclesiæ prærogativam legimus in ejus Vita, Goffridum Vindocinensem Romæ presbyterum ab Vrbano Secundo fuisse consecratum, cùm antea monasterii Vindocinensis, quod sæpè Alodium D. Petri vocavit, & Apostolicæ Sedi immediatè subiectum, Abbas in ordine tantum diaconali electus, & inauguratus ab Ivone Carnotensi fuisset. Legimus in Vita S. Laurentii Justiniani *c.* 8. apud Sur. 8. *Ian.* Faustinum Dandulum, virum doctrina, & probitate clarissimum, à Senatu Veneto Romam missum, ab Eugenio Papa sacris initiatum. Et ne singulos enumerare cogamur legimus in singulorum Romanorum Pontificum Vitis à Damaso conscriptis, & Anastasio, ab ipso Lino, ordinationes eorum adnotatas, varios per diversa loca Episcopos, Presbyteros, Diaconos ab ijs fuisse ordinatos. Vide Pontifical. Damasi, & Anast. Biblioth. vitas.

Circa ordinatos autem à Romano Pontifice hæc ob- 156
servanda sunt. Primum speciatim prohiberi, ne ordinati ab ipso, ab allo postea Episcopo ad altiores ordines promoveri possint. Id expressè docet Gregorius Magnus Epistola, quam supra laudavimus ad Heliam Abbatem Isauriæ his verbis *l.* 4. *Epist.* 30. *Filium verò nostrum Epiphanium mandastis, ut ad sacrum ordinem provehere deberemus, vobisque transmittere, sed in uno vos audivimus, in alio autem minus audire potuimus. Diaconus quidem factus est, sed ubi quisque semel in hac Ecclesia ordinem sacrum acceperit, egrediendi ex ea ulterius licentiam non habet.* Cujus rei argumentum duci potest ex isto responso Joannis tertij Mutinensi Episcopo *cap. Cùm in distribuendis de temp. ordin. Meminimus à nobis supplicitèr fuisse postulatum, & elementer indultum, ut quia præfatus Ecclesiæ Romanæ Subdiaconus erat, mandaremus ipsum per Bononiensem Episcopum promoveri.* Ex hoc enim colligitur, ordinatum à Papa subdiaconum indiguisse permissione, ac indulgentia Papæ, ut ab alio postea Episcopo ad Superiores ordines promoveretur. Constitutio autem ista singularis non esset, si obligationem tantum recipiendi cæteros ordines ab eo, à quo primum in Clerum proprium quis electus est, & priores ordines suscepit, argueret. Nam, ut dixImus, olim hæc communis Ecclesiæ lex erat, ut alienum Clericum nemo susciperet, aut ordinare posset. Verùm ob reverentiam impositionis manuum Summi Pontificis, singulare hoc constitutum fuit, ut Clericum, quantumvis à proprio Episcopo missum, eo fine, ut ad ejus Ecclesiam redeat, à Papa consecratum, nullus postea Episcoporum ordinare, & benedictionem super caput ipsius, cui Papa impertitus fuerit, effundere audeat, sine ejusdem licentia, quomodo ob reverentiam Episcopalis dignitatis super altare, super quod Episcopus missam celebraverit, presbyter eodem die sacrificare, nisi de ejus licentia, prohibetur *can. ult. dist.* 2. *de consecr.* Cùm è contra Clericum ab Episcopo suo missum eo fine, ut redeat ad Ecclesiam, cui eum adscripsit, nec tanquam suum retinere alius debeat, nec ullus deinceps eum ordinare, quàm cui proprius, ipse concessit.

Sed

157 Sed notat Henriquez *lib.* 10. *cap.* 28. *num.* 5. cum, qui à Summo Pontifice fuerit ordinatus, si ab alio postea, de ejus licentia, aliquem ordinem acceperit, ad superiores; quibus caret, postea absque ulla petita licentia, promoveri posse. Idem etiam aliud onus adjungit diacono à Summo Pontifice ordinato impositum, ut nempè absque ejus licentia è curia recedere ei non liceat. Cùm enim tanquam alumnus Romanæ Ecclesiæ censeatur, nihil mirum est, si absque Summi Pontificis permissione à Romana Curia abire non possit; nec onus istud speciale dici potest, quo compensetur ejus honor, ut dicit Henriquez ibidem, cum obligationem Clericis omnibus Ecclesiastica lege indictam sciamus, ut sine sui Episcopi consensu in aliam diœcesim proficisci nequeant, nisi forte in eo singularis ista est obligatio, quod etiam siquis in Clerum Romanum minimè adscitus esse, eo tamen ipso, quo à Summo Pontifice esset ordinatus, è Romana Curia sine ejus licentia abire non posset. Quod in cæteris ab aliis ordinatis locum non haber.

158 Secundò observandum est, quosdam à Summo Pontifice ordinatos fuisse honoris tantum causa, non tamen ad aliquam Ecclesiam Urbis Romæ, quod instantibus illustribus viris aut exigentibus ordinandi meritis aliquando contingebat, ut exemplo ordinationis Rustici à Pelagio sive Gelasio ad preces Theodori supra perspicuum est; alios autem, & quidem frequentius, à Summi Pontificibus ordinatos, & ad aliquem Romæ titulum institutos fuisse, retinentibus nempè antiquissimum Ecclesiæ morem Sanctissimis illis Pontificibus, juxta quem ordinatio ab institutione minimè sejungi solebat, nec ullus ordinari consueverat, nisi qui simul titulum Ecclesiastici ministerii acciperet, summa quoque moderatione ipsis utentibus, ut nec aliarum diœcesum titulos, aut Ecclesias invadere, vel de iis, quod tamen pro amplitudine potestatis poterant providere, nisi causa cognita vellent. Quod ex verbis S. Gregorii de Ephiphanio à se ordinato perspicuè omni constat. Eos porro, qui alicui Ecclesiæ Urbis Romę adscriberentur, certum est ab Urbe Roma nec discedere, nec à sua Ecclesia ad aliam transire potuisse, vetantibus Canonibus, ne quis Ecclesiam suam defereret, aut ab una ad aliam sine legitima Episcopi sui authoritate migraret; illos vero, qui honoris tantum causa à Summo Pontifice ordinati essent, quamvis Ecclesiæ Romanæ Clerici in quibusdam censerentur, & ob dignitatem ordinantis quibusdam prærogativis gauderent, attamen obtenta à Summo Pontifice discendi licentia, quoad cætera, Episcopis suis subditos fuisse manifestum est literis Innocentii III. ad Episcopum Florentinum *in cap. per tua de major. & obed.*

159 Eædem autem Innocentii III. litteræ ostendunt præ cæteris istos Clericos, qui à Summo Pontifice fuerint ordinati, esse honorandos. Ita enim habet *ibid. Postulasti per Sedis Apostolicæ oraculum edoceri, utrum quis per ordinem subdiaconatus à Romano Pontifice susceptum, à debita tibi reverentia subtrahatur. Ad quod breviter respondemus, quod, etsi decens sit, ut illis, quantum convenit, à te inter alios tibi subditos deferatur, quos benignitas Apostolica collationis ipsius Ordinis honoravit per eam tamen ab obedientia, quam tibi debent, minimè absolvuntur.* Circa quod Innocentii III. responsum Glossa *in d. cap. v. Subdiaconatus*, hæc notat, primum non debere eos cæteris in superiori ordine constitutis præferri, quod utriusque juris testimoniis ostendit *ff. de alb. scrib. l.* 1. *& can. placuit dist.* 26. Alterum, si cætera paria sunt, reliquis conclericis in eadem Ecclesia ipsos esse præferendos, quia & privilegii ratio habenda est *l.* 3. *ff. quod cum eo, qui in alien. potest* & lex statuit, *l. ultim. ff. de alb. scrib.* primo eorum nomina esse scribenda, qui dignitates judicio Principis sint consecuti. Tertium dubitat, num ab Episcopo proprio ob crimen deponi possint? In negantem partem inclinat, nullis eam rationibus fulciens, nisi quod variasjuris auctoritate, citat, nempè *cap. quamvis* 3. *quæst.* 7. *l.* 2. *&* 3. 3. *C. ubi per vel elar. cap. ea, qua de stat. regul.* quibus causam copiosè instructam arguit, ad Papam remittere Episcopum proprium debere. Quibus addere possumus ex Calixto Secundo *epist.* 2. *cap.* 8. Sixto Secundo *epist.* 2. *cap.* 2. Julio Primo *epist.* 2. *c.* 4. Hadriano Primo *in cap. Angilram. cap.* 16. Concilio Moguntino sub Imperatore Arnulpho *cap.* 14. & Capitularibus Caroli *lib.* 7. *cap.* 308 *in addit. cap.* 149. quæ omnia, vel ferè omnia, à nobis citata sunt, quem quis non potest ordinare, nec eum posse judicare.

160 Cùm ergo à Summo Pontifice prærogativa sit, ut ab alio ordinari nequeant, nec ab alio poterunt judicari; nihilominus, etsi id honoris defendendum Summo Pontifici censendum sit, ut qui ab ipso ordinatus fuerit, ab Episcopo inferiori sententia depositionis decretoria minimè damnetur, sed totius litis prudenter, & copiosæ ordinatæ, atque ad judicium comparatæ cognitio, ad supremum Romani Pontificis tribunal referatur, attamen ratam eam esse sententiam puto, quamcumque Episcopus adversus hujusmodi hominem tulerit; nec deesse Episcopo eum deponendi ac damnandi auctoritatem. Cùm enim ab illius potestate, atque obedientia minimè subtractus sit, certè jurisdictionem in eum Episcopus jure merito sibi vindicabit.

161 Quartum observat, Clericum à Summo Pontifice ordinatum privilegio frui Clericorum Ecclesiæ Romanæ, ut nonnisi ex plurium testium relatione damnari possit *can. Præsul.* 1. *quæst.* 4. Quod etiam privilegium ex dictis nutat. Aliam verò prærogativam nobis alia Glossa proponit *in cit. cap. Cum in distribuendis*, quod nempè invitis ordinari non possint. Quam prærogativam insufficienter videtur eadem Glossa probasse *ex cit. ultim. dist.* 2. *de consecr.* Nos ita confirmamus. Quia nempè nemo privilegium suum, nisi volens amittere debet; at vero recepta ab alio Episcopo consecratione privilegium suum ordinatus à Summo Pontifice amittit; quemadmodum enim altare, quod ob reverentiam Episcopi, qui in eo celebravit augustius censetur, it aut inferiori presbytero eodem die in eo celebrare non liceat, statim atque alius ab Episcopo in eodem celebravit, omnibus presbyteris patet, & prærogativa sua privatum est, ita à Summo Pontifice ordinatus, speciali honore dignus censetur, ut ab alio ordinari nequeat; sed si ab alio postea ad superiorem ordinem promoveatur, privilegium amittit, ut docet Henriquez supra, ad quod proinde amittendum cùm nemo cogi possit, sequitur nec invitum eum, qui à Summo pontifice ordinatus fuerit, ad superiores Ordines evehi posse.

CONSULTATIO CXC.

Moniali solemniter professæ in Religione approbata, fuit ob infirmitatem concessus à Summo Pontifice transitus à clausura ejus Monasterii ad domum Oblatarum, in qua non servatur clausura. idque commissum arbitrio Ordinarii, qui decrevit, posse deveniri ad hunc transitum cum hac tamen lege. Quod Monialis translata consignetur Superiori dictæ domus Oblatarum, qua non permittat eam exire à dicta domo sub pœnis contra violatores clausuræ indictis.

Quæritur modò, *an Ordinarius rectè id decreverit, ac ita, ut Monialis sic translata non sit licitè exempta ab obligatione sibi impositæ servandi clausuram in dicta domo?*

REspondeo, Decretum Ordinarii, hac in re emanatum, est omnino justum, Sacris Conciliis, ac Apostolicis Constitutionibus consentaneum. Cùm enim Summus Pontifex id ejus arbitrio commiserit, renebatur profecto rem definire cum causæ cognitione. Ideo namque Pontifex requisivit Ordinarii arbitrium, ut expenderet eansam hujusmodi transitus, an esset justa, & rationabilis. Nam si Pontifex voluisset, quod etiam sine justa causa posset Ordinarius concedere hunc transitum, non fuisset necessarium illum committere ejus arbitrio. Dum autem voluit, quod ab eo peratur, & quod is illum approbet, voluit, quod procedat tamquam Judex atque adeo secundùm illam dispositionem judicii, ac prudentiæ, cum qua tenentur Judices procedere in exercendis actibus judicii. Unde cùm judicium, ac prudentia regulent actus, ut sint rationabiles, oportebat, quod procederet in ipsorum executione cum prudenti, ac rationabili motivo. 1

Nec tamen idcirco arbitrium Ordinarii reddit gratiam à sua mera voluntate dependentem, cùm arbitrium non importet meram, & liberam voluntatem, sed arbitrium regulatum, atque adeo juri consonum *l. in personam*, 9. *generaliter*, *ff. de reg jur.* & notant Glossa *ibidem*, ac Decius *num.* 1. Rota coram Ludovisio *decis.* 465. *num.* 1. & coram Merlino *decis.* 629. *num. item* 1, passimeque alii.

Ex quo sit, quod arbitrium debebat esse regulatum secundùm jus, & æquitatem ita, ut non posset concedere hunc transitum, nisi subsit justa, & rationabilis causa transeundi. Eo enim ipso, quod arbitrium debet esse regulatum à jure, debet esse regulatum secundùm jus illud, quod concernit rem, de qua agitur juxta *l.* 3. *ff. de oper. libor.* Natt. *cons.* 155. Alex. *cons.* 119. *num.* 1. *vol.* 5. Ideo enim debet esse regulatum secundùm jus, ut procedat in re, de qua agitur secundùm æquitatem; quod fieri non potest, nisi reguletur secundum jus concernens rem, de qua agitur. 3

Jus autem rei, de qua agitur, est clausura Monialium, quam observatam fuisse etiam in lege veteri, probant Abulensis. 1. *Reg* 2. *q.* 12. Canisius *lib.* 2. *de Deipara cap.* 12. & Baronius *in aspar. ad Annal.* §. 51 *fidem.* In primitiva Ecclesia viguisse, testatur Theod. Mellit. *cap.* 9. vit SS. Magdalenæ, & Matthæ. Demum sub præcepto indictam primum à Bonifacio VIII. *in cap. periculoso de stat. Regul. in* 6. Deinde à Concilio Tridentino *sess.* 25. *c.* 15 *de Regul.* ubi innovatur Constitutio Bonifacii. Ac postremo à B. Pio V. Constitutione, sua, cujus initium: *Decori, & honestati*, ubi hæc leguntur: *Ordinamus nulli Abbatissarum, Priorissarum, aliarumve Monialium de cætero, etiam infirmitatis, seu aliorum Monasteriorum, etiam eis subjectorum, aut domorum parentum, aliorumve consanguineorum visitandorum, aliave occasione, ac prætexitu, nisi ex causa magni incendii, vel infirmitatis lepræ, aut epidemiæ, &c. à Monasteriis exire; sed nec in prædictis casibus extra illa, nisi ad necessarium tempus stare.* 4

Quibus verbis restringit ad supradictas causas decretum Concilii, quod videbatur ampliare *d. cap. periculoso*, dum committit exitum ex legitima causa judicio Episcopi. Unde Sacr. Congregatio ut alibi retuli, censuit, causas expressas à Pio V. extendi non posse ad alias causas similes. Et cùm in eadem Sacr. Congregatione esset dubitatum, an Monasterium situm in loco paludoso, propter quem aër sit insalubris, & periculosæ infirmitates Moniales invadant, comprehendatur in constitutionne Pii V. adeo ut Moniales exire non possint ad curandum istas infirmitates, Sacr. Congregatio censuit, comprehendi; casum tamen esse dignum provisione speciali. 5

His

6 His accedit votum clausuræ, quod inter vota solemnia Monialium numerari, tradit Pelizar. *tom. 1. tr. 4. cap. 5. sect. 1. subsect. 2. n. 15.* quod expresse emittitur à Monialibus S. Claræ, à cæteris vero sub voto obedientiæ Deo promittitur, ut docet Suarez *tom. 4. de relig. l. 1. cap. 8. num. 4.*

7 Ex quibus constat, ad hujusmodi translationem non solum requiri justam causam, sed etiam gravissimam, quia res est gravissima, & ita quidem, ut causę expresse in dictis textibus non sint legitimæ, si ita capax est Monasterium, ac ea est medendi ei morbo commoditas ut nullum esset aliarum Monialium periculum. Nam perspicue textus *in d. cap. periculoso*, innovatus à Tridentino, & dicta Constitutio B. Pii fermè id expressit verbis illis: *Quod non possit cum aliis absque gravi periculo commorari.* Quia in hoc casu cessat exeundi necessitas, quæ hujus concessionis causa est, ut cum aliis notat Sanchez *in decal. lib. 6. cap. 15. nu. 32.* Quare Superiores, ut justam licentiam exitus concedant, non sola morbi probatione contenti esse debent, sed simul probanda est incommoditas Monasterii ad mundendum absque periculo aliarum.

8 Eoque præsertim, quia hæc Monialis professa este in specie eerram regulam, ac certum Monasterium, quo casu ejus professio implicat stabilitatem in hoc præciso Monasterio, cui Monialis adscripta fuit in sua professione, ut desumitur ex *cap. in singulis, & cap. Ea, quæ de stat. Monach. & cap. Cum de portati, de judic. cap. Cum plantare de privil. ac Clem. attendentes de stat. Monach.* declaratque Calder. *cons. 23. de Regul. vers. professis in genere.* ac Butr. *in cap. præsenti 3. num. 64.* & Abb. *num. 65. de probat.*

9 Causa autem, quę ad hunc transitum adducitur, nempè morbus Monialis ita periculosus, ut desperetur ipsius salus, nisi è Monasterio egrediatur, & si Navarro, Azario, ac Dianæ *par. 3. tr. 2. resol. 105.* videatur justa, ut à morbo tam periculoso curetur, dum aliter ejus salus desperatur. Tum quia casus iste urgentior est expressis in Constitutione B. Pii. Tum quia leges Ecclesiasticæ, qualis est hæc de Monialium clausura, non obligant cum periculo vitæ. Tum quia conservatio, ac naturalis defensio propriæ vitæ est de jure naturali, & nemini videtur tollenda juxta *Clem. pastoralis, §. caterum, de sent. ex re judic. & l. ut cum ff. de just. & jur.* Et tum quia, spectata B. Pii pietate, præsumendum est eam illius fuisse mentem, ut in hoc casu fas esset egredi.

10 Contraria tamen sententia vera plane, & communis mordicus tener, hanc non esse justam, & sufficientem causam. Eam sequuntur Sanchez *lib. 6. in decal. cap. 15. num. 39.* Gutier. *quæst. canon. lib. 1. cap. 14. num. 7. ac seq.* Cened. *collect. 31. ad 6. decretal. num. 2.* Zerol. *in prax. Episc. in 2. edit. p. 2. v. Moniales,* Rodriq. *quæst. regul. tom. 1. quæst. 19. art. 3.* Cordub. *in addit. vers. notandum,* Barbosa *de offic. & potest. Episc. alleg. 102. num. 20. ac 21.* ac plures doctissimi Universitatis Salmaticensis Doctores, qui præmissa exactissima hujus quæstionis discussione, ut refert idem Sanchez loco citato, censuerunt ob morbum, etiam tam periculosum, ut salus Monialis desperetur, nisi è Monasterio egrediatur; minime posse licentiam egrediendi concedi. Quia hic casus est valde dissimilis illis tribus expressis in constitutione Pii V. In illis enim solum communis boni aliarum Monialium ratio habetur, at præsens casus solum respicit peculiarem utilitatem hujus Monialis patientis morbum periculosum. Atque adeo casus excepti in dicta Constitutione cum dictione taxativa ratione boni communis non sunt extendendi ad casum utilitatis privatæ personæ. Longe enim major boni cōmunis ratio habenda est, quam peculiaris. Quod etiam erui tur ex *d. cap. periculoso*, adeoque præponderat commune Religionis bonum privato cujuscumque, ut satis laudabiliter Carthusiani à carnibus abstineant, judicantibus medicis illarum esum ad tuendam vitam, periculo ratione morbi expositam, necessarium, ut commune Religionis bonum, in perpetua carnium abstinentia consistens, illæsum permaneat. Quod tamen nefas esset rationi boni privati.

11 Unde si hac de causa concederetur Moniali egressus, id esset in maximum clausuræ detrimentum. Nam morbi periculosi frequentissimi sunt, & aviditas Monialium egrediendi e clausura maxima est, ac perinde facile attraherent medicos, ut judicarent egressum necessarium esse ad vitandum periculum, dicentes, fore sibi maximo solatio egredi, & res ad medendum morbo necessarias extra Monasterium multo melius suppeditandas. Quæ omnia ad vitandum morbi periculum satis conducunt; atque ita sæpe sæpius Moniales extra clausuram non sine spirituali illarum salutis præjudicio egrederentur. Et ideo secundum hanc sententiam declaratum fuisse à Sacra Congregatione, refert Zerola loco citato.

Nec urgent rationes contrariæ. Constat enim ex dictis, hunc 12
casum non esse similem casibus expressis in Constitutione B. Pii. Leges autem Ecclesiasticæ non obligant quidem cum periculo mortis regulariter, secus vero quando id exprimunt. At B. Pius satis id expressit, negans egressum ratione cujuscumque morbi, nisi forte tanto, ac tali morbo evidenter earum aliquam laborare constaret, quòd non posset cum aliis absque gravi periculo commorari. Conservatio vero, ac defensio propriæ vitæ est sane de jure naturali quando periculum imminet mortis non naturalis, sed violentæ. Unde id non procedit ubi mors non est violenta, sed naturalis, & ortum habet à naturali ægritudine. Potiusque contrarium præsumitur ex pontificia pietate. Multo enim magis pietati consonum est bono communi, quam peculiari consulere.

Minus huic sententiæ refragatur exemplum adductum à Vic- 13
torello in opere *de orig. clauſ. Monialium*, ubi tradit Romæ virtutibus, ac genere claram Monialem, se agnoscens trium solemnium votorum obligatione obstrictam Præsidentis oblatarum S. Franciscæ Romanæ imperio subjectam Urbani VIII. Pontificis. Maximi privilegio à clausuræ lege fuisse exemptam die prima Junii 1625.

Nam constat de causa concessionis, potuitque subesse justa 14
ac sufficiens. Ut si dubitabatur, an valide illa Monialis professa fuerit, prout sane in illa casu dubitatur. Hoc enim casu potest Moniali concedi, ut extra Monasterium audiatur. Nam prohibitio egrediendi e Monasterio afficit solum Moniales, quæ vere sunt professæ, non autem illas, quarum professio aut est invalida, aut valde dubia, ut declarasse Sacra Congregationem testatur Marzilla ad *d. sess. 25. cap. 17. de regul.*

Atque ex his recte, ut dixi, emanavit decretum Ordinarii, cujus 15
partes sunt conservare indemnem Monialium clausuram juxta Pontificias Constitutiones illamque laxare in casibus à jure permissis juxta suum arbitrium à jure regulatum, cui commissa est præsens translatio quæ certe non continet causam sufficientem, ut hæc Monialis vivere possit extra clausuram in domo religiosa oblatarum. Quinimo si dispensaret absque sufficienti causa dispensatio esset irrita, ut docent Innocentius, Ostiensis, Jo. Andreas, aliique Canonistæ *in cap. cum Monasterium de stat. regul.* ac Theologi cum D. Thoma *1. 2. quæst. 98. art. 12. ad 2.* Quia ipse in hoc casu non habet facultatem dominativam supra legem, sed solum administrativam arbitrio boni viri. Et ideo tenetur se fideliter gerere, non ad libitum, sed secundum leges, ac exigentia rationis. Ratio autem exigit, quod leges de clausura ab ipso manuteneantur, & quod arbitretur secundum ipsas, ac proinde eas non relaxet, nisi ex justa, & rationabili causa. Unde cum hoc arbitrium non sit illi commissum, nisi intra terminos rationis, non habet facultatem relaxandi leges per hoc arbitrium, nisi ex justa causa. quod si absque ipsa dispensaret, actus erit nullus defectu potestatis. Præsertim quia sumus in foro exteriori, in quo debet constare de causa. Cùm enim causa legitimam faciat dispensationem, non potest in foro contentioso haberi pro legitima, nisi in ipso constet de causa, *can. necessaria, & can. dispensationis, 1. q. 7.*

Ac insuper non solum peccaret ipse mortaliter sic dispensando, 16
cùm id sit irrationabile contra honestatem, ac exigentiam boni communis Monialium, contra regulas rationis in re gravi, ut notat Palaus *part. 1. per. mor. tract. 3. disp. 6. punct. 8. §. 7. num. 6.* ac docent communiter Theologi cum D. Thoma *1. 2. quæst 97. art. 4.* quia imprudenter infideliter contra præscriptum legis, & tanquam dissipator se gereret, usurpaturque arbitrium, quod non est concessum, ac sit in re gravi contra proprium munus, atque adeo contra justitiam legalem, & plura alia damna inferuntur; sed etiam peccarent mortaliter ipsi petentes hujusmodi dispensationem, & proponentes hanc causam, tanquam sufficientem. quia sic inducunt ad dispensandum. Instantia enim dispensationis conjuncta cum causa movet rationabiliter ad dispensandum. Cum autem dispensans absque legitima causa peccet mortaliter, ut dictum est, sequitur, quod petentes hanc dispensationem, tamquam ex justa causa inducant ad male dispensandum, atque adeo ad peccatum.

FINIS TOMI NONI.

In multiplici Personarum, Causarum, Temporum, Locorum, Dictorum, Factorum diversitate; facilè delitescit infirmitas, Quintilianus *instit. Orat. lib. 10. cap. 5.*

Non omni causæ, nec auditori, nec personæ, nec tempori congruit orationis unum genus, Cicero 3. *de Orat. lib.* & cum eo Quintil. *lib. 11. cap. 1.*